

...ius. **S**icut enim sibi vult arbitrate quod in tali casu non differet Filius & Spiritus sanctus, quia non esset aut Filius aut Spiritus sanctus: Eodem pacto possunt dicere quod Deus non dicitur a nihilo; quia nihil non est. Hic ergo omnis venimus ad contrarium. Scotus id. 1. q. 2. quom sequitur Scotus affirmat in tali casu Spiritum sanctum adhuc fore distinctum realiter a Filio. Oppositam tamen sententiam habet D. Thomas in hoc loco & est communis inter Theologos. Eum enim habet Dur. 1. d. 1. q. 1. caute amen leges dicit, cum inquit processione id tali casu adhuc fore re ipsa distinctam a filiatione; sicut hoc idem asserbat de Spiracione & patet ex eadem modo de facto, quae omnia in superioribus confutavimus.

Sed quomodo dicitur quod Spiritus sanctus procedat a Filio? Respondetur quod hoc dicitur in tali casu, quando non differet a Filio, sed est distinctus. Quod ergo rem constituit ad se, & absolute; etiam absolute distinguitur ab omnibus alijs: quod autem non constituit nisi ad aliud, non distinguitur a correlato. Cum igitur in divinis mysteriis perit praefer substantiam & relationem, & per consequens talis distinctio erit ponderanda secundum quod una persona procedat ab alia. Unde si Spiritus sanctus non procederet a Filio, illi relatione non opponeretur: & ita nec differret ab ipso. Hanc modum dicitur sequitur Ferraricensis 4. C. 6. trigen. c. 4. Imo ab eo non videtur abhorere D. T. in disputatis quod de processu divinarum personarum articulo 6. in distinctionibus sed contra, argument. 6. Multi ex nostris omni ex parte rejiciunt Caiet. do Arrianam, re-

...tiam naturalem, sed etiam liberam; & generationem communicat Filio non solum scientiam naturalem, sed etiam liberam; & generationem communicat Pater Filio praeintelligitur productionis: ergo scientia visio- nis creaturarum praeintelligitur: ac per consequens nulla datur ratio ob quam Verbum non procedat ex cognitione intuitiva creaturarum. Respondet Molina negando assumptum absolute. Neque enim Pater solum communicat Filio per generationem, quae intelliguntur generationem antecedere, sed etiam ea, quae in Filio generationem consequuntur. Nam ratione prius est, Filium esse genitum, quam simul cum Patre spirare Spiritum sanctum, & tamen quod spirare habet per generationem. Non reijctio solutionem; sed enunciatius solum argumentum, sed dico primum maximum.

A. R. 2. AN SPIRITVS sanctus procedat a Filio.

Comentarium.

Conclusio est affirmativa, & de fide. Proba. in argumento sed com. ex Symbolo Athan. Spiritus sanctus a Patre & Filio. In eadem tribus rationibus Theologis. Prima est. Spiritus sanctus distinguitur a Filio ex fi- de; ergo procedit ab illo. Proba. conseq. Quia persona divina solum distinguitur per relationes originis. Secunda ratio. Amor procedit a Verbo, seu a Patre, rei amatae: sed Spiritus sanctus est amor: Verbum autem est novitas; ergo procedit a Verbo. Tertia ratio. Quoniam oportet esse aliquem ordinem inter personas, quae procedunt a Patre, qui non potest esse alius quam ordo originis.

Argumentum secundum

Primum argumentum, in scriptura non exprimitur, quod Spiritus sanctus procedat a Filio: et

huius libri: nomen significat

Index Capitulum

De dolore Capitis	1
De dolore Capitis a doloribus	22
De dolore Capitis ab ebrietate	28
De dolore Capitis a perfrictione, et de hemiparesi	30
De vertigine	33
De frenetia	36
De Apoplexia	43
De Straso	54
De Caco	59
De Paralysi	63
De Convulsione Canina	74
De Convulsione	78
De incubo	87
De epilepsia	92
De epilepsia pex consensum stomachi	104
De melancholia	106
De Catarrho	115
De Ophthalmia	123
De debilitate visus	131
De Cataracta	139
De hemorragia	147
De Angina	153
De huius	164

De Asmate	1
De Pleuritide	1
De spuro sanguinis	1
De Phthisi	2
De cordis Palpitatione	2
De syncope	2
De Colera	2
De imbecillitate stomachi	2
De inquiete	2
De bulimo, et Canina aperticia	2
De Yecoris inflammatione	2
De debilitate hepatis	2
De morbo Nervo	2
De opilatione hepatis	2
De hidropo	2
Cura huius	2
De Colico dolore	3
De alvi fluxionibus	3
De Diarrhoea	3
De Ictero	3
De luxatione fluxus hepatis	3
De fluxu peritondiaci	3
De difficultate melendi	3
De calculo	4
De lapide vesicae	4
De dolore Urinae	4
De inflammatione renum	4
De miche sanguinis	4
De diabate, et similibus	4
De urinis	4

ergo procedit ex cognitione, quae terminetur ad illas, ut existentes; quae est scientia visiois. R. Verbum illas representare per concomitantiam & supposito acutillero, & eade ratione ex cognitione illarum procedit per concomitantiam.

Decimum arg. Clara Dei visio ex se non infert cognitionem alius creaturae; has enim voluntarie representat essentia divina: ergo ex natura rei est intelligere essentiam perprehensionem, in cognitis creaturis: ac per consequens poterit verbum procedere ab se; vlla creaturarum cognitione. R. Primo negantes antec. Nam clara Dei visio ex sua vis, quo, magis vel minus perfecta, plura vel pauciora manifestat. R. secundo, quod & si clara Dei visio creata, quae non est comprehensiva, non infertur ex sua vi alius creaturae cognitionem: ac comprehensio divinae essentiae nequit

in genere, quae est, & omnia, quae in ea elucet, siue formaliter, siue eminenter. Vltimum argum. Verbum est imago eius ex cuius cognitione procedit; sed non est imago sui ipsius, nec Spiritus sancti; ergo non procedit ex sui & Spiritus sancti cognitione. R. Verbum esse imaginem, non omnis eius ex cuius cognitione procedit, sed eius, a quo ex primitur: creaturarum autem dicitur exemplar, non autem imago. R. secundo ad rationem imaginis requiri, quod distingatur ab eo, cuius est imago: Verbum autem a se ipso non differt. Quod si dicas, differt a Spiritu sancto. R. quod Verbum quatenus imago formaliter, nihil aliud, ab eo procederet Spiritus sanctus, non haberet per se aliquid, quo realiter distingueretur a Spiritu sancto, & hoc est factis, ut non sit eius imago.

mentem, ergo quando contingit, & ratio differentis, conitar ex di-

Quintum arg. Prior est origine cognitio, qua producitur verbum, ipso verbo: & verbum etiam prius origine Spiritu sancto: igitur verbum non procedit ex cognitione Spiritus sancti, & sui. Quidam respondens huic argumento oblatendo Verbum posse considerari duobus modis. Primo in ratione obiecti terminantis cognitionem Dei Patris: secundo modo in ratione producti, & existetis in exercitio. Dicunt itaque primo modo iam pre intelligi verbum, & Spiritum sanctum in intellectu Patris: non autem secundo. Alij dicunt Filium & Spiritum sanctum intelligi intuitivum in divina essentia aeternam Verbum intelligatur procedere a Patre: & Spiritus sanctus ab utroque; sicut etiam creaturae aeternae secundum propriam mensuram existant. Iste solutio, subtilis sunt multis tamen implicitatae difficultatibus. Nam Verbum divinum absolute & omnibus modis ex cognitione sui & Spiritus sancti procedit. Porro, Res qua ratione est in se & existit aeternam intuitivum

in se & existit aeternam intuitivum

QUESTIO TRIGESIMA Quinta, de Imagine in Quatuor articulos divisa.

hemorrhoidibus	458	De siti	45
exire ani	470	De lingue, scabie, et nigredine	47
exire matricis	474	De dolore Capiti, in febribus	49
istericis mensibus	486	De sudore	51
provocatione menstruum	488	De morbo regio	54
uteri profusione	508	De dissoluta apertencia	55
rhagades	516	De Oramentibus, papuli, va-	56
molae	517	xioli, et moxibilia	56
herpes	524	De varicibus	60
Arxindae	523	De Peste	62
elephantiaza vera	550	Sexservatio	64
Cutis excoicatione, Ulceratio,		Cura, iam Conceptorum	72
puschili, et rubore faciei	560	De butonibus	73
Et dolores	564	De Alopecia	77
reoservada Durach	563	De profluvio Capillorum	79
ingulaxei aliquod Holleri ob-		De hincura Capillorum	80
ratione, que ad consilia cu-		De fufuribus	82
amidi pertinent	573	De morbo pediculae	82
cura quodam	584	De Acoribus	83
De febribus		De Dolore Capiti	85
uid ut febris	7	De Dolore Capiti ab ure	86
e tertiana	4	De Obolada	88
e tertiana notha	7	De Dolore Capiti ex icteru, vltra	
e semitertiana	10	re, aut contritione	89
e febribus noxificis	12	De diuisione Capiti dolentibus	90
e quotidiana	13	De Auxium dolore	94
e febris Opiala	17	De Odore Auxii a Colore	95
e quartana	18	De Ulceribus Auxium	95
e febris ardente	25	De Dolore ex inflammatione, sine	
e febris putrida continua	29	Ulceze	96
e febribus coliquantibus	33	De Vermibus Auxium	97
e febris Assida	35	Observationes, in doloribus auxii	
e Cardiacis	35	um	97
e febris hepatica	36	De Corporealis que incidunt	
e hectica febris	38	in aures	98
e febris ex caecitate	40	De Exavi audiente	99
e symptomatis febrium, de		De Exavi audiente	100
morbo et signis	42		

De narium Afectionibus	101
De Cura polipi	103
De dolore Oculorum	104
In Calida Ophthalmia, et dolore	106
De Reperentibus	107
De Ulceribus Oculorum	108
Hebes visus	111
Ad Albugines	112
Ad hiposphagma	112
Ad redemada Oculorum	113
De Squelatione	114
De Quilope	115
De ionthis, seu Variis	116
De dentibus Afectionibus	117
Contra Vermes	119
Ad dentes mobiles, et corrosos	120
Ad dentes male coloxatos	121
De Oxi Afectionibus	122
Diamorum	123
Diaxer, et Gramadi	124
De Furgareone inflamato	125
De Aphthi	126
De Vitis Uoxi	127
De difficultate spirandi, Anno	130
re Orthopnea	
De Stomachicis, et icoxaxiis	132
Ad dolores Stomachi	135
Ad Vomitem	136
De Inguine	137
De Ulcere Ventriculi vel	140
phagi	137
De Vomito	138
De hepaticis	139
De morbo Regio	142
De splenicis	144
De splenicis	148

De priapismo	14
De visis redi, et pudendoxibus	
De hemorrhoidibus altitudinis	14
Qui nocte minuantur maque	14
De profusione Uteri	14
Ad Rhagades	15
De Refrictis	15
De inflammatione reru	15
De Arxinde	15
De materia Chirurgica, prefacio	15
De reperentibus	16
De adhaerentibus	16
De resistentibus	16
De molientibus	17
De supurantibus	18
De Apertenda comica	18
De Purgantibus medicamentis	18
De Saxocicis	2
De Epulocicis	2
De Glutinantibus	2
De Uili materia, in Uili	2
um	2
De remediis nervorum	2
De dolore	2
De hemorrhagica	2
De Piacicis	2
Gravide, et regende	2
Ne mane Gravidaux augea	
Gravida, tra in ventre	
Ne Augi findax Gravida	
ter	
Cause abortu	
De pica, et malacia	
Vitru raris Gravidaux	
Ut regende parturientes	

7 regende puerpere. - - - 308
 cognoscere de fere, in utero - 309
 icru ratio puerpere, & pueri re
 ni nat. - - - - 309
 nomina post partu. - - - 310
 idendi mulieris lesi, a par
 t. Curatio. - - - - 311
 tamatum Curatio - - - 312
 badneoru ratio pro puerpe
 lo - - - - 312
 mor ventris a parte - 314

finis

BRANADA

44

154



IACOBI
HOLLERII
 STEMPANI, DE MORBIS
 INTERNIS LIBER I. AVCTO-
 RIS SCHOLIIS ILLUSTRATVS.



Et Ludouici Dureti Sægusiani Scholiis
 amplissimis nunc primùm prodeun-
 tibus: simul & Antonij Valetij
 D. M. exercitationibus lu-
 culentis auctus.



De dolore capitis. CAP. I.



DOLET Caput, i intemperie, aut solutione
 continet. Intemperies simplex, composita
 sine materia, cum materia: illaque vel in to-
 to cerebro, vel in venis, arteriis, membranis,
 nervosisque corporibus. Solutio conti-
 nui fit acsi humore eroden-
 salfo, vniere, casti concussu
 maligna qualitate, vt in lue venerea, carie, di-
 stentio ferè a copia 3 humorum, vel flatuum: hamo-
 rum, vel omnium, vel aliquorum, vel alicuius. Fit quoque
 quum videlicet angustias meatuum
 & viscidus, aut spiritus vehementer vaporosus,
 & quæ ad nares, aures, oculos &
 tinent.
 lesion ex varietate causarum efficientium, ex partium la-
 horantium natura, ex loco, ex qualitate propria. Causa efficientes,
 externa, interna. Externa, atque verfrictio, ebrietas (à vini enim
 potu multo caput quasi spiritu distenditur) casus, ictus, victus, va-
 por angustis, vt fumus, grauis odor, aut nature repugnans. Quinetiam

Dureti Scholion.
 Qua est tem-
 peramentum nimis
 atque paucitas.

altera
 causa,
 arte si-
 tum in
 organica soluit,
 id est solutionem
 continuitati par-
 tium similium
 inferunt, qua ro-
 dunt, incidunt,
 distendunt, vehe-
 menter calfa-
 ciunt, aut refri-
 gerant.

3 Hi vel aliis
 de affluunt vel
 in capite nascuntur.

adstrictis atctiore ægri veste & iugularibus, & inferioribus vënis, sursum sanguis regurgitat, venas capitis distendens. Internæ, in-temperies naturalis, aut contracta morbo, quantitas, qualitas mate-riæ humorum: vel vaporum, mala conformatio, obstructio. A par-tium natura, nervosorum corporum, magis punctorius: arteria-rum, pulsatorius: stupidior in venis, & cerebri substantia. In perio-ftio superficialis: altus in meningibus. Intra caluariam ad radices o culorum extensus. In plenitudine, grauis: in acri humore & vapo-re, rodens: sed vapor distendit magis, humor magis mordicat. Vbi distentio citra rofionem, spiritus flatusi vel humoris non roden-tis copiam indicat. Distentio cum pulsu, membranarum inflam-mationem sequitur: cum grauitate, copiam membranarum conce-ptom & inhærentem: sine grauitate & pulsatione, copiam crudi flatus. A sanguine ferè in frontem: à pituita in occiput: à bile, in dextrum latus: à melancholia, in sinistrum decumbit. Sunt quibus arteriarum intemperies sanguinem spirituosum multum colligit,

4. Ad reuulsione materia antee-
dentis & coniu-
ta vacuatione.
5. Vniuersali &
singulari.
6. Coniuncta illa
obstructio graui-
tate doloru per-
cipitur.
7. Cuius lenienda
causa ad lipa
rhytmiam mitti-
tur sanguis.
8. Vbi à phthora
vniuersali, aut
translatione sym-
ptomatica.
9. Axillarum seu
interna vena,
basilica vultu
dista, primum
percutitur, si
doloru causa &
fons perenni sit
in hepate, liene,
& toto genere
venoso: idque fit
ad inclinationem
causa antee-
dentis, & ad ge-
nerationem.
10. Ad auersio
nem ma erit pro-
pinqua, & aruo-
tionem causa
coniuncta
11. Ab obstru-
tione contuma-
ci, causa coniu-
ta magnitudine.
12. In dolore exim-
sivo partiu pro-
pinquiori vena
secunda, per A-
pho. 68. li. 5.

unde dolor pulsatorius & vehemens excitatur. Quibusdam vermes generantur in cerebro. Id rarum esse scripsit Auicennas, quod tamen memoria nostra visum est. Et cuidam Italo ex frequenti odo-ratu basilicæ herbæ natus scorpio in cerebro, vehementes dolores & longos, mortem denique attulit. Humor autem & vapor vel in cerebro gignitur, vel aliunde ascendit, ab extremo pollice, & planta pedis à venenato vulnere clauso, vtero, hepate, liene, ventriculo, pulmone & aliis. Cæterum de causis dolorum capitis mulierum ab vtero abundè Galenus disserit commentario in illam sententiam lib. 6. Epidem. Quibuscunque ex factu abortiuo, atque vteri tumo-ribus, ad capitis grauitatem conuersio fit &c. Sed iis adiunges pericraniæ & capillorum fordes, capitis vincula, & similia à recentioribus ob-seruata.

Curatio.

Curatio in his est: in phlebotomia, arteriotomia, sanguifugis, cucurbitulis, purgatione, potionibus & medicamentis materiam præparantibus, topicis repellentibus, concoquentibus, mitiganti-bus, alterantibus, digerentibus, roborantibus, phænigmis, sinapis-mis, cauteriis, paracentesi. Hæc omnia remedia sunt dolorum ca-pitis.

Phlebotomia: 4. imperatur, si 5 plenitudo & sanguinis copia, si vehemens 6 obstructio est, si vulnus, casus, concussio, febris, in-flammatio atque aded, vbi intolerabilis 7 dolor est.

Si à reliquo 8 corpore visum est, 9 primum axillarem, deinde cephalicam, aut semel mediam diuidito.

Si à suppressis mensibus, aut hæmorrhoidibus, venas in labiis in-cidito: 11. perseverante malo, 12 venam frontis, temporum, & que post aures sita est, aperito. Eam tamen eligo, in cuius regione do-lor incumbit magis.

Arteriotomia probatur in iis, qui ob intemperiem arteriarum capite dolent, ac vertigine: atque vbi sanguis calidus & vaporosus dolorem

dolorem facit. Eligenda in fronte, temporibus, aut post aures, quæ micat, magis calet & rubet, & vbi dolor acerbior est. Ex lib. 6. de fan-nat. tuend. lib. 13. Metho. libro de sang. missione.

Vacuato iam corpore & contumaci 13 malo, 14 sanguifugæ ex-tremo naso affiguntur, post aures, & venis, quæ in caluaria eminent. Aliquando iis, qui ita 15 assueti sunt, & multi sunt sanguinis, post maiora remedia sanguinem è natibus 16 irritamus.

Cucurbitulæ primum leues occipitio, vel cervicis initio, deinde cum scarificatione affiguntur.

Post phlebotomiam & ante phlebotomiam imperatur 17 pur-gatio, aliquando etiam sine phlebotomia purgamus.

Ante phlebotomiam leui pharmaco, cuius vis hepar non supe-ret, sed tantum venter, mesenterium, sima hepatis, & intestina re-purgentur: quale hoc erit.

℞. cassiæ, aut cathol. ʒ. i. aut cassiæ ʒ. ʒ. quadrante 18 horæ ante paitum.

Purgationis vices clyster per sepe supplet: qui in doloribus capi-tis tanti est momenti, vt deorsum materiam reuellendo plerunque repetitiones ipsas fieri prohibeat. Vnde periodicis in doloribus, in-stante etiam accessione, commodè iniicitur, totaque morbi hi-storia repetitur. Clysteris communis hæc erit formula.

℞. decoct. comm. clysteris. ʒ. i. dissolue cassiæ & cathol. ana ʒ. ʒ. mell. ros. sacch. rub. ana ʒ. i. vel ʒ. x. olei violacei quart. i. f. cly-ster.

Dein post phlebotomiam, si quis humor vitiosus relictus est, & si quidem recens dolor est, materia sequax, & subtilis, & tenuis nulla quoque obstructio est, leui pharmaco vteris, vt Cassia, Rha-barb. 19 Manna, mollioribus atque diuitibus: electario de succo rosarum, diapruno, hieræ puluere, Catholico in aliis. Quales sunt hæ formulæ.

℞. decoct. prunorum, tamarindorum, passularum, trium florum, cardiacorum, quantum sufficit ad dissolutionem ʒ. i. manna.

℞. Cassiæ fistulæ ʒ. ʒ. manna ʒ. i. dissolue in supra dicta deco-ctione, vel sero lactis, vel aqua hordei, ptisana.

Pauperibus, loco manna, penidia imperabis, vel cathol. drach. 6. cassiæ fistulæ vnc. ʒ. aut cathol. vel cassiæ drach. 6. diapruni ʒ. 2. Ex his omnibus cum saccharo fiat bolus: aut, vt supra dictum est, dis-soluantur. Rhabarbarum aliquando per se, aliquando cum cassia imperabitur. Pueris ʒ. 2. rhab. infunduntur in aqua endiuia, cum modico camomi: mulieribus, à ʒ. i. ʒ. i. & semissem: viris, ad drach. 3. Mollioribus, & quibus aluus facile comouetur, ʒ. ʒ. cassiæ, & ʒ. 2. rhab. satis esse possunt. Ex his fit bolus cum saccharo. Aliis cassiæ fistulæ ʒ. 6. addimus ʒ. 4. aut circiter rhab. Puluere hieræ pi-cræ sic vtendum erit.

℞. pul. hieræ 20 picræ recentis drach. 2. excipiantur modica con-serua violarum, ad tollendum amarorem. Aut hæ pilulæ fortiores erunt.

13 Diffuso humo-
re inter pericia-
rium & os.
14 Preparabun-
tur hyadines ex
prescripto Gale-
ni lib. de cucur-
bitulis, hirud.
scarif.
15 Quibus hu-
mores sunt ad p-
pores.
16 Ut mille lib-
naribus impositio.
17 Que leui
pharmaco persi-
citur, ad prima
regionu crudita-
tem excludendam
ne in venas cum
sanguine rapiat-
ur.
18 Ne in cibum
& alimentum
natura verti-
tur.
19 Manna pi-
crocholis non ex-
hibeatur, vt nec
cetera, quorum
est facilis in bi-
lem commutatio.

℞. pul. aloës ʒ. i. mastic. cinamo. ana ʒ. ʒ. d. i. lacridij gr. 4. *ad eradicationem*, cum succo citri fiant pilulæ. In crassis & viscidis humoribus, magnis quoque obstructionibus, grauior ferè atque contumacior morbus est. In quibus & 21 phlebotomia, si cætera consentiunt, necessaria est, & potiones, quæ materiam incidant & attenuent, à quibus purgationes per 22 interualla, validique clysteres. Topica ex iis, quæ incidunt & attenuant. Errhina, Apophlegmatismi, Suffumigia, Gargarismata, Frictiones, Vincula, Cucurbitulæ, Sinapismi, Setones, Ferrum, Ignis.

Phlebotomia, vt prius, instituenda satis 23 amplo vulnere. 24 oxymelite, aut aliis descriptis, materia præparabitur, aut hac positione.

℞. stæchad. citrin. vnc. 2. fiat decoctio in aqua purissima ad quart. 3. In expressione colata dissolue mellis communis, aut mellis albi, vel sacchari albißimi lb. ʒ. ʒ. plus minúſve. Fiat syrupus, vtatur ieiunus, duabus horis ante cœnam, dosi trium vnciarum. Hæc potio putredinem arcet, extenuat, deterget, roborat non solum cerebrum, sed viscera omnia, & corpus, laudata Græcis & Arabibus. Aqua, vsus esse potest syrupi de stæchade incompleti, id est, sine aromatibus, *detrahto croco.* Atque hinc syrupi completi, id est, cum speciebus. Eodem modo ex acoro, (*omnibus morbis à defluxione confert, quia adstringit*) & fœniculi radice, oxymel parari potest, atque hinc hydromel.

Calidiores syrupi suspecti sunt, vbi plethora, febris, cruditas in primis venis. Hinc enim augentur febres, liquefacta cruditas trahitur in corpus, fusa plenitudo apoplexias, febres, tabes, & alia mala inuehit. *Hic quoque considerandum anni tempus, regio, agri temperatura & at. Purgationes 25* fiunt ex hiera diacolocynthidos, agarico, & aliis, qualis hæc est.

℞. 26 pul. hieræ diacolo. ʒ. ʒ. agarici tro. ʒ. 2. mastic. bdellij ana ʒ. ʒ. nucis moschatæ Gr. viij. cum 27 succo absynthij formetur pilulæ. Delicioribus naturis poterunt excipi pulueres in modico conferuæ anthos. Solent autem parere syrupos, quibus interuallis vtendum sit, quos ita conficies, vt in decocto describantur quæ attenuent, concoquant, aperiant, roborent, 28 & conuenienter purgent qualis hic est.

℞. rad. 29 graminis, petroselinii, asparagi, ana ʒ. ʒ. sem. 30 anisi, & fœniculi ana ʒ. i. 31 betonica, stæchados an. P. 2. florum 32 cardiatorum ana P. i. passal. mundatorum (*earum caro relaxat*) ʒ. ʒ. liquiritiæ ʒ. 2. polypodij querni ʒ. ʒ. ʒ. trochisc. ʒ. i. ʒ. foliorum fennæ (*orientalis, nostra nullius ferè est momenti.*) mundatorum, & in fine decoctionis positorum ʒ. 2. fiat decoctio in aqua purissima ad lb. i. col. dissol. sacch. albißimi q. s. Fiat syrupus mediocriter coctus, vtatur singulis hebdomadibus ʒ. i. ʒ. cum ʒ. 2. hydromelitis, aut ptisanæ. Erit autem calidior cum hydromelite, frigidior verd cum ptisanæ. Fortior.

℞. polypodij querni, rad. acori, ireos, sem. carthami ana ʒ. i. ʒ. sem.

sem. anisi, fœniculi. cuscuthæ ana drach. 2. sebesten N. 12. Cetherac, scolopendrij, betonica, summitatum lupuli, agrimonie ana P. i. stæchad. arabic. & citrin. ana P. ʒ. foliorum fennæ mundatorum, & in fine decoctionis positorum ʒ. 4. agar. recenter troc. ʒ. i. ʒ. turpethi gummosi ʒ. i. fiat decoctio ad lb. i. In col. dissol. sacch. albißi. & mellis albi bene despumati ana lb. ʒ. ʒ. Fiat syrupus coctus secundum artem. Accipiat ʒ. i. cum hydromelit. 34 aut ptisanæ ʒ. 2. semel in 12. diebus.

Pilulæ.

35 *℞.* agar. recens troc. ʒ. 2. turpeth. ʒ. i. ʒ. falis gemmæ, & zinziberis (*ad correctionem. Secus enim materiam subtilem vacuaret, relicta crassa*) ana ʒ. i. infunde omnia in vino albo, fiat leuis feruor super calidos cineres, deinde fortis expressio. Expressæ materiæ adde pul. hieræ diacol. drach. 3. pul. hieræ picræ ʒ. 4. malaxentur cum vino 36 expressio, fiat massa, capiat drach. i. in singulas doses.

Post purgationes imperari solent, quæ confirmant ventriculum & viscera, quale hoc est.

℞. mythridatij veteris, conferuæ buglossi & acori ana drach. i. Capiat manè dici sequentis.

℞. specierum electarij diambra ʒ. i. pleres archonticæ, & aromatiçi rosati ana ʒ. ʒ. excipiantur in modico conferuæ anthos, vel cum syrupo de corticibus citri, aut de stæchade, fiat trochiscus.

37 Topica.

Repellentibus 38 statim initio vtendum est. Sed in dolore calido, magis refrigerantibus, vt & in corporibus durioribus, ætate, regione calidiore, iuuentute. Contra verd temperanda res est in contraria conditione, quale hoc est, quod vehementer repellit & refrigerat.

℞. 39 olei rosati recentis ʒ. 2. aceti albi ʒ. 3. aquæ rosarum (*in potu nocet ob odorem, nisi sumatur aqua peculi ros.*) drach. 2. agitantur diu, & refrigerentur in aqua frigidissima putei, aut niue, pro frontali. Aliud.

℞. olei viol. & ros. ana ʒ. i. aceti albi, succi agrestæ ana drach. 2. Diuitibus adde caphuræ gra. 4. Linteolum insuccatur postea frigidâ, vel in succis semperuiui, centinodix, plantag. polygon. granatorum acidiorum, vmbilici vener. portulecæ, lactucæ, psilij, rosarum, malorum granatorum, capreolorum vitis, omphacis, mespili, cucurbitulæ, cucumeris. Ex his simplicibus nonnulla interdum tamdiu tenentur affusa rosacea, donec fiat crassitudo aliqua: & populeo, oleis. que & succis conuenientibus additis fronti & temporibus adhibentur. Flores ros. violar. nymphæ, papaueris, per se, vel cum aliis quod quoque applicantur: conferuæ recentes rosarum & violarum: nodulus è rosis aceto madefactus, & naribus inditus instar caput-purgij. Si nimium dolor & vigiliæ vrgeant, lac muliebre cum tantillo caphuræ & opij proderit. Fasciæ & anacollemata è grossipio carpto circumligantur capiti, à fronte ad occipitis verticem ductis capitibus, & his imbuuntur medicamentis. Videndum tamen ne

34 Adhibito delectu peculiari agri natura, aut tempera.

35 Ha pilula sunt cephalica, quibus præparata materia rariore extirpanda.

36 In quo prius infusa sint supra dicta.

37 Remedia propriis, quæ sumuntur ex indicatione paratis.

38 Topica non semper adhibentur præmissa ratione corporis euacuatione, vt in abscessibus crassius.

39 Loti saepe in aquarium.

21 Dolorem enim pertinacia phlebotome indiget.

22 Quia vis sunt varij collisionis gradus, ita purgationis, ac exclusionis.

23 Ad crassam materiam euacuationem.

24 Nisi vlla leuiter: hæc historica affectio, aut melancholia hypochondriacæ adferri post excusatio.

25 Quia humores ex toto corpore ducunt.

26 Dantur hæc pilula horis 6. ante cibum: aut hor totidem pilulæ.

27 Ne ventriculi vna latissimum.

28 Ventriculus & caput.

29 Ad liberandum ab obstru.

30 An distuendos flatus.

31 Hæc herba, sunt cephalica, & ce

32 Violarum borrag. & bu

33 g. s.

quid in os & oculos defluat. Parabilia remedia sunt: oportet autem hæc subinde renouari, quia statim incalescunt.

Secundus ordo.

40 Quoulebatur Gal. ad fræsuras. ℞. Cerati 40 Gal. diu subacti cum succo portulacæ, aut simili 3. illinatur fronti, & superponantur folia salicis.

41 Extracta in aqua plataginis, aut simili. ℞. mucag. sem. psilij, 41 mucag. sem. althææ, & cydoniorum ana drach. 6. agitentur cum modico aceti.

℞. olei rosati & cham. ana 3. i. aceti drach. 3. hyeme pueris, eunuchis, & mulieribus conuenit: in quibus nimia refrigeratio periculosa est. Iam progresso morbo, olei cham. anethini, liliacei aliquid adadiendum.

Ad frigidam cephalalgiam.

℞. dialthææ 3. i. agitetur in mortario, primum quidem cum oleo rosaceo, deinde, ut procedit morbus cum ol. de mastiche, de cydoniis, de spica. Et diuitibus addi possunt 42 Gr. 2. moschi. Olea conueniunt cham. aneth. (*in declinatione, quia odoratum*) de lilio, laurinum, mastichinum, de spica, de costo: in quibus serpillum, mentha, thymum, orig. rosmarinus, maiorana, calendula, pulgium, ben, nux. moschata, caryophyllum, cinamomum coxerint.

℞. serpilli M. i. coquatur in qr. 3. olei cham. & lb. β. vini rubri. Fiat decoctio ad consumptionem vini in vase duplici: deinde fortis expressio: seruetur 43 oleum ad vsum.

42 Nisi cerebro sint infesta. ℞. caryophyl. nucis moschatæ ana 3. β. fiat decoctio in qr. 3. olei cham. & vini rubri drach. 4. ad consumptionem vini in vase duplici, ut prius, lento igne, ac sine fumo.

℞. terebinth. lb. i. mastich. cin. nucis moschatæ ana 3. i. caryophyl. galangæ, zedoariæ, ladani ana 3. i. β. succi ebuli, succi cucumeris asinini ana 3. i. Puluerisatis puluerisandis, in alembico distilletur oleum secundum artem.

Laudant & oleum sambucinum, iasminum. Nec omittendum est remedium mulieris apud *44 Paulum*, quo in hemicranicis vasa, mirandum in modum inclaruit.

Radices itaque cucumeris asinini concides in taleolas, & cum absynthij coma hydrelæo incoques. Fouebis partem hydrelæo, materiam verò modo emplastri impones.

Ad hæc rarò fit frigida materia ad caput raptus, sed illic paulatim colligi consuevit.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

43 Hoc oleo inungatur totum caput dorsum, ad naturam vim excitandam. Medico ad agrum accedenti primum pars affecta inuestiganda, deinde affectus: postremò ex vtrisque inuenda curatio. Partes affectæ in capitis doloribus ita distinguuntur. Si digito pressa cute doloris sensus acerbior, pili erecti, & oculorum radices, vel partes internæ molestiam non sentiunt, cutis, vel pericranium laborat: sed pericranium à frigore frequentius ob viciniam & tenuitatem superpositæ cutis, ab æstu, fordibus, multis capitis integumentis, ut in mulieribus & similibus: dolorque in pericranio ad oculi palpebras vsque tantum peruenit. Intra cranium dolor obtus, arteriarum venarum & substantiæ cerebri affectio-

non indicat, quòd sensu sint imbecilliore: punctioris meningum & neruorum. Sed in neruis communicatur parti, cui inseruntur: in arteriis pulsus percipitur contundens, & profundus in membranis ossium hæret. Sic deprehensa parte affecta ad affectus distinctionem & curationem primò videndum, an cum febre, an sine febre. Si cum febre inceperit & permaneat, internam partem affici significat, & futurum delirium portendit. In acutis post tertium aut quartum diem superueniens, sanguinis fluxus indicium est, modò cætera consentiant, atque hic nullo modo curandus, ne crisis impediatur. In ea tamen, quæ per vomitum futura est, admoueri medicamenta possunt ad dolorem leniendum, nullo naturæ impedimento. Quòd si sine febrè sæuiat, vel in parte est, dextra, sinistra, superiore, inferiore, vel in toto. Dolor sæpius recurrens, statisque temporibus & alterutram partem occupans ad futuram vsque, hemicrania est: in anteriore parte cephalalgia: post multum tempus, cephalæa. Siccitas vehementem dolorem non infert, quia non fit consentim: nec proinde melancholia, nisi à bile flaua adusta, vel bile mixta, vel spiritu distendente. Neque humiditas, nisi ob copiam, ut pituitæ frigida, quæ noctu potissimum infestat, facileque propriis signis pituitam significantibus discernitur. Distentio cum grauitate & pulsu, sanguinis copiam sine grauitate, bilem demonstrat, cæteris tamen perpensis, ut victu præcedente, temperamento, regione, ætate, anni constitutione. A calore vehementissimi sunt dolores, sed breviores: à frigore minus subiti & diuturniores: ab ossis carie, vermibus, scorpione, subiecto pure, angusto loco comprehenduntur. Postrema consideratio, an per consensum fiat. Cuius hæc sunt signa vniuersa. Si nulla euidentis causa antegressa fuerit: si frequenter repetat: si cum alterius partis affectu inualescat & eo sublato leuetur: denique si vel totius corporis plenitudo & cacochymia sit, vel partis aliquæ vitium præcesserit. Modus autem huius communicationis, siue consensus duplex. Nam partes inferiores vel ad caput aliquid transmittant, ut vaporem aut humorem: vel sola connexione, & quasi contagione quadam cerebrum afficiunt. Ex ventriculi tunicis externis ac sinu, fumi efferuntur ad caput per neruorum rectitudinem, & per œsophagum. Huius signa sunt, cruditas antecedens, ebrietas, cibi corruptela, dolor, nausæa, oris amaritudo. Ab utero fit post mensum retentionem, aut feminis putrescentis, aut si qua sit illic humorum perturbatio. Tunc dolor in occipite percipitur, vel illic incipit, præsertim nulla materiæ transpositione facta, propter consensum vteri cum cerebro per spinalem medullam, cui robustis vinculis connectitur. A iecore magis per venam cauam à liene per arteriam magnam fit materiæ ad caput translatio. Sed an à bile in dextrum latus, à melancholia in sinistrum dolor decumbat, controuersum est: cum & vena caua & arteria magna à iugulo in vtrumque latus traducant ramos, ut nulla ratio adferri queat, præter rectitudinem, cur in hanc potius, quam in alteram partem dolor inuadat, cum tamen rectitudo parum momenti habeat in iis, quæ per vias communes transferuntur. Sed dolor frequentius syncipitur prehendit multis de causis. Nam illic panniculorum partes futures interseruntur, & vasa, arteria præsertim, ac materia omnis seu vapor eò peruenit, futuræ raræ, cranium tenuissimum, & fistulosum, tenuium vasorum copia. Vnde fit, ut semper ferè illic incipiat sudor, Atque hæc in vniuersum dicta sunt de causis & signis doloris capitis.

Gal. li. 2. de compos. medicam. 7. rous.

Capitis dolores à calore vehementissimi: à frigore diuturniores.

Doloris capitis per consensum signa vniuersa.

Doloris capitis per consensum modus duplex.

Dolor capitis cur frequentius syncipitur.

quid in os & oculos defluat. Parabilia remedia sunt: oportet autem hæc subinde renouari, quia statim incalescunt.

Secundus ordo.

40 *Quælibet Gal. ad fræturas.* ℞. Cerati 40 Gal. diu subacti cum succo portulacæ, aut simili 3. 2. illinatur fronti, & superponantur folia salicis.

41 *Extracta in aqua plataginis, aut simili.* ℞. mucag. sem. psilij, 41 mucag. sem. althææ, & cydoniorum ana drach. 6. agitentur cum modico aceti.

℞. olei rosati & cham. ana 3. i. aceti drach. 3. hyeme pueris, eunuchis, & mulieribus conuenit: in quibus nimia refrigeratio periculosa est. Iam progresso morbo, olei cham. anethini, liliacei aliquid adiciendum.

Ad frigidam cephalalgiam.

℞. dialthææ 3. i. agitetur in mortario, primum quidem cum oleo rosaceo, deinde, ut procedit morbus cum ol. de mastiche, de cydoniis, de spica. Et diuitibus addi possunt 42 Gr. 2. moschi. Olea conueniunt cham. aneth. (*in declinatione, quia odoratum*) de lilio, laurinum, mastichinum, de spica, de costo: in quibus serpillum, mentha, thymum, orig. rosmarinus, maiorana, calendula, pulegium, ben, nux. moschata, caryophyllum, cinamomum coxerint.

℞. serpilli M. i. coquatur in qr. 3. olei cham. & lb. β. vini rubri. Fiat decoctio ad consumptionem vini in vase duplici: deinde fortis expressio: seruetur 43 oleum ad vsum.

42 *Nisi carbro sint infusa.* ℞. caryophyl. nucis moschatæ ana 3. β. fiat decoctio in qr. 3. olei cham. & vini rubri drach. 4. ad consumptionem vini in vase duplici, ut prius, lento igne, ac sine fumo.

℞. terebinth. lb. i. mastich. cin. nucis moschatæ ana 3. i. caryophyl. galangæ, zedoariæ, ladani ana 3. i. β. succi ebuli, succi cucumeris asinini ana 3. i. Puluerisatis puluerisandis, in alembico distilletur oleum secundum artem.

Laudant & oleum sambucinum, iasminum. Nec omittendum est remedium mulieris apud 44 Paulum, quo in hemicranicis vasa, mirandum in modum inclaruit.

44 *Paulus 23 lib. 3 c. 5.* Radices itaque cucumeris asinini concides in taleolas, & cum absynthij coma hydrelæo incoques. Fouebis partem hydrelæo, materiam verò modo emplastri impones.

Ad hæc rarò fit frigida materia ad caput raptus, sed illic paulatim colligi consuevit.

Ad hæc rarò fit frigida materia ad caput raptus, sed illic paulatim colligi consuevit.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Medico ad ægrum accedenti primum pars affecta inuestiganda, deinde affectus: postremò ex vtrisque ineunda curatio. Partes affectæ in capite doloribus ita distinguuntur. Si digito pressa cute doloris sensus acerbior, pili erecti, & oculorum radices, vel partes internæ molestiam non sentiunt, cutis, vel pericranium laborat: sed pericranium à frigore frequentius ob viciniam & tenuitatem superpositæ cutis, ab æstu, fordibus, multis capitis integumentis, ut in mulieribus & similibus: dolorque in pericranio ad oculi palpebras vsque tantum peruenit. Intra cranium dolor obtusus, articularum venarum & substantiæ cerebri affectio

Partium capitis affectionum distinctio.

non indicat, quòd sensu sint imbecilliore: punctioris meningum & neruorum. Sed in neruis communicatur parti, cui inseruntur: in arteriis pulsus percipitur contundens, & profundus in membranis ossium hæret. Sic deprehensa parte affecta ad affectus distinctionem & curarionem primò videndum, an cum febre, an sine febre. Si cum febre in ceperit & permaneat, internam partem affici significat, & futurum delirium portendit. In acutis post tertium aut quartum diem superueniens, sanguinis fluxus indicium est, modò cætera consentiant, atque hic nullo modo curandus, ne crisis impediatur. In ea tamen, quæ per vomitum futura est, admoueri medicamenta possunt ad dolorem leniendum, nullo naturæ impedimento. Quòd si sine febre sæuiat, vel in parte est, dextra, sinistra, superiore, inferiore, vel in toto. Dolor sæpius recurrens, statisque temporibus & alterutram partem occupans ad futuram vsque, hemicrania est: in anteriore parte cephalalgia: post multum tempus, cephalæa. Siccitas vehementem dolorem non infert, quia non fit confertim: nec proinde melancholia, nisi à bile flaua adusta, vel bile mixta, vel spiritu distendente. Neque humiditas, nisi ob copiam, ut pituitæ frigida, quæ noctu potissimum infestat, facileque propriis signis pituitam significantibus discernitur. Distentio cum grauitate & pulsu, sanguinis copiam: sine grauitate, bilem demonstrat, cæteris tamen perpensis, ut victu præcedente, temperamento, regione, ætate, anni constitutione. A calore vehementissimi sunt dolores, sed breuiiores: à frigore minus subiti & diuturniores: ab ossis carie, vermibus, scorpione, subiecto pure, angusto loco comprehenduntur. Postrema consideratio, an per consensum fiat. Cuius hæc sunt signa vniuersa. Si nulla euident causa antegressa fuerit: si frequenter repetat: si cum alterius partis affectu inualescat & eo sublato leuetur: denique si vel totius corporis plenitudo & cacochymia sit, vel partis aliquis cuius vitium præcesserit. Modus autem huius communicationis, siue consensus duplex. Nam partes inferiores vel ad caput aliquid transmittunt, ut vaporem aut humorem: vel sola connexione, & quasi contagione quadam cerebrum afficiunt. Ex ventriculi tunicis externis ac sinu, fumi efferuntur ad caput per neruorum rectitudinem, & per œsophagum. Huius signa sunt, cruditas antecedens, ebrietas, cibi corruptela, dolor, nausæa, oris amaritudo. Ab vtero fit post mensum retentionem, aut feminis putrescentis, aut si qua sit illic humorum perturbatio. Tunc dolor in occipite percipitur, vel illic incipit, præsertim nulla materiæ transpositione facta, propter consensum vteri cum cerebro per spinalem medullam, cui robustis vinculis connectitur. A iecore magis per venam cauam à liene per arteriam magnam fit materiæ ad caput translatio. Sed an à bile in dextrum latus, à melancholia in sinistrum dolor decumbat, controuersum est: cum & vena caua & arteria magna à iugulo in vtrumque latus traducant ramos, ut nulla ratio adferri queat, præter rectitudinem, cur in hanc potius, quam in alteram partem dolor inuadat, cum tamen rectitudo parum momenti habeat in iis, quæ per vias communes transferuntur. Sed dolor frequentius syncipitur prehendit multis de causis. Nam illic panniculorum partes futurus interseruntur, & vasa, arteria præsertim, ac materia omnis seu vapor eò peruenit, futuræ raræ, cranium tenuissimum, & fistulosum, tenuium vasorum copia. Unde fit, ut semper ferè illic incipiat sudor, Atque hæc in vniuersum dicta sunt de causis & signis doloris capitis.

Gal. li. 2. de compos. medicam. 7. rous.

Capiti dolores à calore vehementissimi: à frigore diuturniores.

Doloris capitis per consensum signa vniuersa.

Doloris capitis per consensum modus duplex.

Dolor capitis cur frequentius syncipitur occupat.

nos laborasset hæmicrania, frustra aliis auxilijs adhibitis, consilio Medici frigidius sæpius lauiffe frontem, atque inde persanatum, nisi quoddam materia deriuata in œsophagum, & illic concrefcens, prohibebat deglutitionem. Quia tamen cerebrum frigidum est, & membrum princeps, à frigidissimis metuendum, aut cum summo iudicio vtendum. Cæterum topica quæ repellunt, tepida admoventur, vbi materia frigidior, & crudior: frigida, vbi materia calida & biliosa.

IN CAPVT I. DE DOLORE

CAPITIS.

DVRETIENARRATIO.

a Dolor quid. **D**E dolore capitis, Qui Græcorum est κεφαλαλγία, i. de sensione tristi, quæ est perceptio & excessus rei noxiæ, siue sensio quam excitat impactio speciei naturam lædentis; & ipsamet læsio.

b caput. **C**aput b i. cutis capillis vestitæ, pericranij tunicæ, duplicis ossis caluariæ, & diploes seu medullij, duplicis menyngis, & partium quæ illis continentur.

Quot modis caput dolcat. **D**olet caput. i. affecti capitis symptoma est dolor: siue is affectus nascatur per propagationem morbificæ causæ in febre; siue per translationem criticam aut symptomat�am ad caput; siue caput ipsum per se, siue febris accessione afficitur, tum foris, tum intus. **D**olet, inquam, in *emperie inæquali*. i. egressione mediocritatis ad extrema, atque ea quidem intemperie aduentitia, non innata dum quæ corpus alteratur, & corrumpitur, non autem cum iam mutatrici qualitati assimilatum fuerit: tum enim dolor quiescit. lib. de inæqua. intemper.

Intemperies dolorifica. **c** **Aut solatione continui.** i. diuisione seu separatione cutis, pericranij, ossis vtriusque d diploes, vtriusque menyngis, per e *mpus*, distentionem, ceterasque causas quæ lacerant, pungunt, distendunt, collidunt, ipsasque partes dilacerant. Ac si diceret. *f* Dolores nascuntur sicut & morbi, quorum symptomata ipsi sunt, vel ab ijs quæ in corpore insunt, vt ab humoribus quatuor, vaporibus terris atque malignis: vel ab ijs quæ extrinsecus incidunt, labore, tromate: tum ab ijs quæ immodicè calefaciunt, refrigerant, siccant & humectant. Hippocrates libro i. de morb.

Solutio continui dolorifica. **d** **Aut solatione continui.** i. diuisione seu separatione cutis, pericranij, ossis vtriusque d diploes, vtriusque menyngis, per e *mpus*, distentionem, ceterasque causas quæ lacerant, pungunt, distendunt, collidunt, ipsasque partes dilacerant. Ac si diceret. *f* Dolores nascuntur sicut & morbi, quorum symptomata ipsi sunt, vel ab ijs quæ in corpore insunt, vt ab humoribus quatuor, vaporibus terris atque malignis: vel ab ijs quæ extrinsecus incidunt, labore, tromate: tum ab ijs quæ immodicè calefaciunt, refrigerant, siccant & humectant. Hippocrates libro i. de morb.

f Doloris & morbi causa. **Intemperies.** i. Mediocritatis excessus ad summum & imum, per nimietatem aut paucitatem caloris, frigoris, humoris & siccitatis.

Intemperies sine materia. **g** i. sine appulsu, aut congestione sanguinis, bilis, melancholicæ humoris, & pituitæ naturaliter constitutorum, in causa antecedente; vt corruptione substantiæ vitiosorum.

Septem nervorum coniugationes. **h** **Nervosisq; corporibus.** h i. in nervo primæ coniugationis, vnde visus; secundæ, vnde motus oculorum; tertiæ & quartæ, vnde gustatus; quintæ, vnde auditus; sextæ triplicis, vnde appetitus, laryngis motus & viscerum sensus; septimæ, vnde motus linguæ.

Solutio continui fit. i In capite ab acri humore qui, corruptione propriæ substantiæ, aut alieni humoris mixtione, in vicio est: cuiusmodi bilis substantia tenuis, temperamento calida, qualitate acris; & à falso, vt pituita salsa, quæ res in corporibus nostris k superuacaneæ sunt.

Concussione. Vt telo duro, graui, vbi viribus contorto.

Maligna qualitate. i. putredine & corruptione, quæ non est pepsimæ capax; qualis erat putredo illa tempestatis pestiferæ, quam describit Hippocrates sect. 3. lib. 3: epidem.

In lue venerea. Venenata, in qua sanguis & reliqui humores veneno contagioso inficiuntur, quemadmodum sanguis à vulnere & l morsu canis rabiosi.

Carie. Ipsius caluariæ scilicet, quæ venit à tromate capitis lachrymoso, quando spes in angusto est, & in propinquo mors.

Vel flatuum. i. flatulenti spiritus, qui vel in capite gignitur, vel propagatione causarum morbificarum, serpit ad caput per arterias: quales spiritus flatulentes *Spiritus flatulenti.*

Humorum quidem, vel omnium. Vt in plethora apoplexiæ prænuntia, in qua, per repletionem & distentionem, vel spiritus vitalis aditu prohibetur ad cerebrum, vel animalis exitu.

Vel aliquorum. Vt sanguinis biliosi, vel atrabilarij, aut pituitosi.

Vel alicuius. Vt bilis, per translationem symptomat�am, vnde phrenitis: vel sanguinis, per translationem criticam, vnde hæmorrhagia in iuuenibus.

Et quæ ad nares, aures. Vnde symptomata excitantur partium quæ aliarum dominatu tenentur, in oculis, auribus, palato, maxillis, naribus.

m Dignoscitur Cephalalgia, scilicet in specie, & idea.

Ex varietate causarum efficiuntur. Procaractarum, & antecedentium.

Ex natura partium laborantium. Cutis pericranij, caluariæ, diploes, duræ menyngis.

Ex loco. n Obsesso, vt fronte, temporibus, o vertice.

Ex qualitate propria. Ipsius doloris, qui est vel acutus, vel grauis, vel tenuis, &c.

Causa efficientes externa. i. procaractarum quæ extrinsecus veniunt, vt inclementia tempestatum aëriarum, præsentium & præteritarum, tromata capitis ab ictu, lapsu, casu.

Interna. quæ in corporibus nostris inutiliter continentur, aut continenter nascuntur, quas Hippocrates *τὰ ἐσωτερὰ* vocat.

Æstus. Cœli, foci, foci, hypocausti, laboris & studiorum.

p Ebrietas. Per anathymiasim vini, quod duas habet causas τὰ δὲ ἀφ' ἑαυτῶν, calorem cum tenuitate coniunctum; tum etiam per crapulam.

Contracta morbo intemperies. Per translationem mortificam materiæ morbificæ, quæ ipsum caput labefactauit.

q Mala conformatio. Vt in iis qui carent futuris, aut qui caluariam habent densam, aut qui alterutra proiectura (Hippocrates vocat *εὐχλω*, *lancea de la teste*.)

r aut vtraque carent, antica scilicet & postica; aut qui dentes habent *παραλλήλωσι*, i. ferratim dispositos.

Nervosorum corporum. Et membranarum Punctorius dolor est, quoniam illa ex-

quisito sensu prædita sunt.

Arteriarum pulsatorius. Quarum micantium pulsus ab ægro percipitur non admota manu, impedita scilicet libertate micandi per oppressionem partium vicinarum, aut per insignem arteriarum distentionem à spiritu flatulento.

Stupidior in cerebri substantia. i. Imò nullus sensus, nisi per summam oppressionem, quæ menyngas distendit, & ueruos cerebrales malè afficit.

Intra caluariam, &c. Non solum intra caluariam, sed extra caluariam. Vt enim malè affecta menyngæ, per propagationem causæ morbificæ, afficitur tunica oculi cornea: sic, & dolente pericranio; tunica, per eisdem causæ propagationem, affici potest album oculi, seu tunica adnata, quæ à pericranio tunica nascitur.

In plenitudine grauis. u Ab oppressionem, cum scilicet humor & dolorifica causa quiescit, & non mouetur.

Distentio cum pulsu. micantium arteriarum, qui ab ægro percipitur, non admota manu.

Inflammationem sequitur. Nam pulsus, inseparabile signum est inflammationis magnæ: quoniam micandi libertas interficitur per oppressionem partium vicinarum.

A sanguine in frontem. Maximè in perturbatione critica iam iam futuræ hæmorrhagiæ, id quæ in iuuenibus potissimum.

A pituita in occiput, quæ substantiâ est crassa & temperamento frigida, qualitate fatua aut etiam salsa: propterea que in mouendo pigra, vt vasorum angustias subire non possit.

A bile in dextrum latus. *κατὰ δεξιὰ* i. è directo hepatis quod est fons & origo bilis.

Humor autem & vapor. Cephalalgia autem fit aut per y capitis. *ἰδρωσθένει*, i. propriam capitis affectionem, siue illa sit per *πρωτογενῆ*, i. primigeniam affectionem.

m Signa doloris capitis & eius causa.

n. o.

Doloris capitis causa efficientes externa & interna.

p. Vel αἰώφορæ.

q Capiti mala conformatio.

r παραλλήλωσι.

s

Dolor pulsatorius.

t

u

v

w

x

Dolor grauis.

y

z

aa

Pulsus magna inflammationis comæ.

bb

cc

dd

ee

ff

gg

hh

ii

jj

nem, siue per *αυτηγενης ειδος*, venerit, aut sit per *συμπαραδεισας*, vel in cerebro gignitur. Quando scilicet causa morbifica in capite nascitur, vel aliunde ascendit, tab inferioribus partibus, per propagationem, ad caput cursum inflectit, aut simpliciter transfertur aut cum capite communicatur, superflite priore foco.

Historia. Ab extremo pollice. Vnde homines epileptici concidunt, vt annotauit Galenus lib. 3. de partibus male affectis. Et hoc ego in duobus obseruaui.

CURATIO.

x. In quo curatio consistat. Curatio in his est, i. doloris per dolorificæ causæ amotionem sedatio consistit in harum rerum conuenienter præscriptarum vsu.

Cucurbitula. Cucurbitulus. Et corniculis quæ admouentur capiti, & ceruici.

Potiones. Potionibus. Vt apozematis, syrupis, decocto clematidis barbaræ, i. sarzæ, parillæ, & gaiaci, aut radice chinæ, hydromelite origanato.

Topica. Topicus, i. remedijs quæ affectæ parti adhibentur, linimentis, pistachijs, cataplasmatibus, lotionibus, fottu, emplastris.

Cauteria. Cauterij, i. ferro candente, aut pyroticis escharoticis. Si plenitudo & sanguinis copia, vel potius si plethora tantum sit vniuersalis, aut particularis.

Si vehemens obstructio. Quæ dolore fixo, acerbo, & contumaci deprehenditur.

Si vulnus, casus, &c. i. Si quid vel in dura menynge, vel in cerebro disruptum fuerit ab ictu, lapsu, casu; non autem in simplici vulnere cutis, & pericranij tunica, nisi *aa* fortè in fronte sit.

aa Sanguinis detrahitio. Febris, i. si per propagationem causæ morbificæ in febre cephalalgia excitetur; post vnam, aut alteram febris remissionem, nec serius, sanguinem detrahes. Quod si post septimum febris diem, cephalalgia inciderit, cucurbitulis, corniculis, haplo, lotione curanda est; aut si à cephalalgia febris nascatur, vel in capite, & cerebro, vt primario foco concepta fuerit.

Inflammatiio. i. phlegmone, seu tumor contra naturam in cerebro, qui facit phrenitidem.

Vbi intolerabilis dolor. Prægrandis & contumax; ad cuius leuationem profuerit.

bb Quæ vena sit incidenda. sanguinem, incisa vena, ad lipothymiam. *bb* vsque detrahere comment. ad aphor. 23. lib. 1.

Si à reliquo. i. si per morbificæ causæ propagationem cephalalgia nascatur, vt in febre, hepatitis & lienis vitio.

Primum axillarem. Internam scilicet quæ vulgò basilica dicitur, ad auersionem causæ antecedentis, & ad restinguendum incendium.

Deinde cephalicam. i. humeralem externam, ad amotionem causæ coniunctæ, qua incisa, detrahendus sanguis ad mutationem coloris. *cc*

cc Hamorrhagia laudabilis. Aut semel medianam, i. relicta axillari interiore, & humerale exteriore, medianam vulgò dictam diuidito, quæ ex basilica & cephalica constituitur.

Si à suppressis mensibus. i. Sin autem cephalalgia venerit per epigenesim, aut metaptosim.

Venas malleoli. Modò sanguis è naribus liberaliter non profluat: quoniam à menstruorum suppressione liberalior hæmorrhagia: bono est.

dd Aut hamorrhoidibus. ad Præsertim cæcis quæ plethoram deplent: non autem cacochymiam expurgant.

Perseuerante malo. i. si cephalalgia sit prægrandis & contumax, cum scilicet capitis partes, humoris affluxu proprium conceperit vitium, nec auersione causæ antecedentis, leuatio sit consequuta.

Venam frontis. Rectam aperito: quod faciendum præcepit Hippocrates lib. 6. epid. & lib. 5. aph. 68. ad amotionem causæ coniunctæ.

Eam tamen eligito. Nam dolorum proximum ventrem purgare, proximam venam secare oportet, inquit Hippocrates aphor. 5. sect. 6. epidem.

Arteriotomia. Arteriotomia, *ee* i. arteriæ sectio ad auersionem causæ antecedentis, inter annularem & minimum digitem è directo partis affectæ: & ad amotionem causæ coniunctæ.

coniunctæ, in temporibus: quod remedium olim illustrissimo Principi à Rupe præscriptum.

Ac vertigine, quod est symptoma proprium illius causæ morbificæ, nempe æstus arteriarum.

Atque ubi sanguis calidus, qualis est arteriarum qui multo calidior est, & subtilior sanguine venarum.

Eligenda qua micat, aspectabili pulsu per nimiam ipsius distentionem, aut vicinarum partium oppressionem.

Vacuato iam corpore, per phlebotomiam, & arteriotomiam, tum vniuersalem, tum particularem.

Et contumaci malo, fixa in parte materia quæ exitum non habet, conceptoque vitio quod humorem suæ intemperiei similem continenter gignit.

Sanguisuga extremo naso, qui tumet, & tumore grauis est; per propagationem causæ morbificæ in capite stabulantis.

Sanguinem è naribus irritamus, ff Lotione capitis, vt in Metone. epidem. Deinde immissa herbula quæ *μυερόφυλλον*, i. millefolium dicitur.

Cucurbitula, *gg* quæ iuuant fugâ vacui attrahendo, tum supernè deorsum, tum ex alto in superficiem, sed priùs detracto sanguine per phlebotomiam vniuersalem & particularem, ineunte morbo. *hh*

Primum affiguntur, scilicet post septimum diem, si contumax fuerit malum, & febris addit.

Leses occipitio vel cervicis initio. Præstat occipitio admouere, quàm ceruici; quia pericranios tunica non superat primam vertebra. Atque id locum habet ad amotionem causæ coniunctæ. Nam ad declinationem causæ antecedentis, ceruici admoueri possunt: præsertim si paraplegia alterutrius brachij in metu non sit.

Post phlebotomiam. In cephalalgia febris experte, quæ sit à plethora particulari capitis. Nam in cephalalgia febris symptomatica, ineunte morbo purgatio, necessaria non est, quoniam post vnam remissionem detrahi debet sanguis. At in cephalalgia febris experte, plethoræ capitis symptomatica, aut bilis in aluo nantis, per simplicem communicationem, sæpe sola purgatio sufficit sine sanguinis detractione *ii*.

Pharmacocuius vis hepar non superet, i. quod hypochondriacum tantum sit, phlegmagogum scilicet, melanagogum, aut cholagogum.

Aiesenterium. Vtrumque scilicet, nempe mesarion, & mesocolon.

R. cass. aut cathol. dupl. 3. i. aut 3. i. o. vt est communis & peculiaris cuiusque natura, & vt sunt vires ægræ, ac morbi magnitudo. *kk*

il Ante partum, ne in alimentum vertatur castia, vt sæpe vertitur, præsertim in picrocholis.

Nulla quæq; obstructio, quæ significetur prægrandi, fixo, graui, & contumaci dolore.

Rhabarbaro electo; si quidem cephalalgia sit biliosa.

Ad dissolutionem; 3. i. manna, modo æger non sit *μυαροδωμωγχο*, i. prætumidis visceribus, sitibundus, & *μυεζα* & *ελε*, i. fursum biliosus: huic enim *mm* mannam non exhibebis.

nn Pisana, i. decocto passularum, hordei, & glycyrrhizæ.

Penidia imperabis. In quibus tamen nulla vis est purgandi.

Diapruni 3. 2. Non est tutus ad eam rem diapruni vsus.

Pulvere hiera picra, quæ describitur à Gal. lib. 1. de composit. medic. & *naue.*

Sic vtendum, nempe in ventriculo nauseabundo, cephalalgia pirituosa, quæ ab austruina tempestate nata est, vel à cruditate, hominibus temperamento, & habitu pirituosis, senibus, & constantis ætatis & cum delectu: minime autem biliosis, temperamento, aut habitu biliosis.

In crassis & viscidis, Pituita & humore melancholico, vt virginibus ictero nigro laborantibus, cum cephalalgia prægrandi coniuncto.

Phlebotomia, i. sanguinis detraçtio, ad declinationem antecedentis causæ, vt in ictero nigro; & ad amotionem coniunctæ, vt in contumaci obstructione.

Et potiones. Vt sunt iulepi, apozemata, decocta radice clematidis barbaræ,

Cucurbitularum vsu.

Bolus.

Manna vsu.

Hiera picra.

i. sarzæ parillæ aut galaci.

Qua materiam incidunt, vt tum naturæ vi, tum artificio medici possit radicatus extirpari.

Topica ex ijs qua incidunt & attenuant, aut etiam anodyna. i. remedia quæ parti affectæ suam dicarunt operam, stupefaciendo in dolore calido, bilis acrimoniam infringendo, distentam partem laxando.

Errhina. Errhina, i. caputpurgia quæ sternutamentum cient, solida & liquida: sed coctâ materiâ tantum conueniunt, non crudâ.

Apoplegmatismi. Apoplegmatismi, pituitam per palatum eductentes, nisi homo sit tulficulusus, vnde malæ distillationis in pulmones mterus afferri possit.

Phoenigma dropax. Sinapismi, itam phoenigmi, i. rubrificantia medicamenta, & dropaces, i. emplastra materiam intus foras euocantia.

Ferrum, i. terebra, vbi scilicet tumor, aut vomica contra naturam stabulatur in diploe inter duo capitibus ossa.

Ignis, quod est cauterium potentiale pyroticum escharoticum. Inueterata cephalalgia fânescit vlcusculis toto capite manantibus, & erumpentibus.

Oxymelitis vsus. Oxymelitis materia parparabitur, simplici Galeni, de radicibus, aut scyllitico: modo ventriculus delicatior non sit, eger melancholicus circum lienem, aut mulier hysterica. Hippocrates sent. 38. & 39. sect. 3. lib. de vict. in acut.

Decoctio. R. stœchados citrina unc. 2. vel potius, R. stœchados citrina ʒ. 2. betonica M. 1. origa. P. 1. fiat decoctio in aqua purissima ad quartar. ij. s. p. ad ʒ. 1.

Syrupus de stœchade. Syrupi de stœchade sine aromatibus. i. zingibere, spica nardi, pipere & pyrethro. Conficuntur autem hic syrupus de stœchade, vt annotauit Galenus, ex stœchade, calamita, origano, betonica, aniso, thymo & passulis.

Atque hinc hydromel. Modò æger non sit biliosus temperamento, sitibundus visceribus tumidis.

Vbi plethora, hoc est æqualis humorum abundantia in sanguinis comple-xione.

Purgationes fiunt, &c. facto meabili corpore & humore: excitata etiam naturæ vi per hydromel & oxymel, decoctum stœchadis, syrupum de stœchade. Quia quando purgare consilium est, corpora debent effici s. p. i. permeabilia, vt inquit Hippocrates.

Pilula. Agarici trochisci. ꝑ. 1. in pastillos coacti cum vino albo, & zinzibere. Formantur pilule, quæ sunt cephalicæ & stomachicæ. Stomachicæ quidem, beneficio mastichis, bdellij, nucis moschatae, & absynthij; cephalicæ vero, beneficio agarici, & colocynthidos.

Conserua. Conserua anthos, i. florum torisamarini; aut etiam conseruæ florum betonicæ: Nam hæc vtraque conserua, suam capiti dicauit operam.

Quibus interuallis utendum, vt paulatim humor radicatus extirperetur: & vt sunt gradus coctionis, ita sint & purgationis. R. polypodij querni, &c. vel potius, R. polypodij querni, seminis carthami, passularum mundatarum ana. ʒ. 1. ʒ. radice aconi, ireos, angelicæ ana. ʒ. 2. vel ʒ. 3. &c.

Ceteræ, i. scolopendrij Græcorum, seu asplenij. Scolopendrij, i. phyllitidis Græcorum, seu linguæ cerui vulgo dictæ. Infunde omnia in vino albo. In quo maderit ipsum agaricum, turbith, sal gemmæ, & zinziber: Sic enim agaricus trochiscatur.

Quæ coarctant ventriculum, qui scilicet caput per sympathiam afficit, & idem à capite vicissim afficitur.

Pleresarchontica, i. confectionis plenæ rerum quæ partibus principibus suam dicarunt operam.

Electarij diambra, detracto moscho & camphora. Verum profuerit exhibere diarrhodon abbatis, corticem citri conditi, opiatam quæ conficitur ex conseruis anthos, meliisophylli, florum betonicæ, cortice citri condito, myrobalanis condi-

tis, cum tantillo mithridaj. Exhibebitur autem mane, & sub horam somni.

Repellentibus statim initio utendum. Nempe si cephalalgia fuerit biliosa & calida

stida, per propagationem causæ morbificæ, aut per symptomaticam, non autem per criticam.

Magis refrigerantibus. Quæ refrigerantia temporibus ac fronti, non autem occipiti sunt admoenda.

Gr. 2. moschi. Ad corrigendum foetidum odorem ipsius vnguenti, potiusquam ad cephalalgia curacionem.

Galanga, parua scilicet, nam magna nihil habet aromatici, & acerrima est.

AD CAPVT I. DE DOLORE CAPITIS:

D V R E T I N S V A M E N A R R A T I O - nem Annotatio.

Morbi capitis hic symptomatis nomine explicantur. Dolor enim, omnium Morbi doloris nomine notantur. Symptomatum est grauissimus, cum & faciat corpus infirmum, & ad huius infirmitatem, humorum corruptionem adiungat. Nec solum capitis, sed & aliarum partium morbi, doloris nomine notantur. Sic enim Hippocrates dixit pro morbis oculorum & laterum: Sic etiam in 6 epidem. dolores nouos & vetustos, acutos & diuturnos, morbos appellauit. Philosophi, corporis dolorem, & animi, & voluptatem corporis, & verum hic tantum de corporis dolore agitur. Cephalalgia autem non modo à symptomate, i. dolore: sed etiam ab affecta parte, nimirum à capite nomen habet. Sed de ratione nominum morbis impostorum, lege Galenum cap. 3. lib. 2. Meth.

a Per excessum, intellige egressionem omnem à mediocritate ad extrema; siue ad summum, siue ad imum.

b Sic descripsit caput Hippocrates initio lib. de vuln. cap. Ceterum Galenus comm. ad aphor. 3. sect. 3. p. ioris proph. vbi dixit Hippocrates; Quibus manus tremula, capitis ceruicisq. dolores, ac surditates fiunt, &c. scribit quod est memorabile; cephalalgiam esse capitis malè affecti symptomata; surditatem cerebri, manuum tremorem, neruorum principij; vt hæc tria manifestè distinguat; caput, cerebrum: & neruorum principium.

Dolor capitis omnis est terrificus, propter excellentiam & dignitatem partis affectæ, cuius officio vita carere nequit. Est autem hic capitis dolor, vel acutus, vel obtusus, vel grauis, vel cum distentione quadam coniunctus. Dolores capitis etiam distinguntur efficientibus causis, & partibus malè affectis.

c Galenus cap. 3. de inæqual. intemp. sic scribit. Dum natura alteratur ac corrumpitur dolores fiunt, vt ait Hippoc. Quando autem pars mutaturic & al. erratici qualitati concessit, dolor quiescit; vt patet etiam ex aphor. 17. lib. 2. cum inquit. Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis quàm confectio.

d Galenus lib. 6. Meth. cap. 6. lamas que in ossibus cranij sunt duplices, & 2. x. appellauit, inter quas ossa fistulosa sunt, & rara, vt etiam nieminit Syluius comm. in lib. de ossib. At Diploen vocat Hippocrates in descriptione capitis, (quæ est initio lib. de vuln. cap.) substantiam mollem, raram, & spongiosam, multis carunculis, venulisque obstram, inter duplicem caluarie tabulam, i. supremam, & infimam partem.

e Per 2. p. 2. intelligit id omne quod extrinsecus accidens, partium continuitatem dissoluit. Fit autem id distentione, contractione, collisione, diuisione partium continuarum, & contiguarum. Tot enim sunt species solutæ continuitatis, quæ vel in articulo accidunt, vel in symphyji.

f Dolores verò nascuntur per vehementem & repentinam alterationem. Nam quæ, non nisi longo temporis interuallo, partem alterant, et si maximam tandem inuehant alterationem, nullum tamen, aut certè leuissimum dolorem excitant,

Morbi doloris nomine notantur. morbi ad uanis distinctio. ad uanis. a. via. i. d. n. d. p. o. u. i. n. Ratio nominum morbi in p. s. u. o. r. u. m.

Quid excessus.

Caput. cerebrum Neruorum principij. Dolorum capitis distinctio.

Quando doloris sunt, aut quiescant. Quid sit diu. x. d. in capite.

Quid 2. p. 2. Solutæ continuitatis species.

Dolendi causa.

vt aliquando ea quæ escharotica pyrotica dicuntur.

Cæterum auctor est distinctionis causam, quæ hic traditur, summus Hipp. r. de morb. Ex quo Galenus sua desumpsit omnia, vt ex Galeno cæteri omnes qui post eum scripserunt practici. Galenus cap. 5. lib. 2. de loc. aff. & cap. 1. lib. 2. τὸ πῶς.

g Fluxionis tres causas. g Omnis fluxio seu materia ad partem aliquam affluxus, tribus tantum fit modis; vel quia pars affecta atrahit, vel quia humor suo organo in eam irruit, vel quia pars continens in contentam sese exonerat.

h Nupte apud Hippocratem significatio. h Vel sic dicendum, Nervus, ex cap. 1. lib. 2. τὸ πῶς: vel certè, per neuosa corpora, ipsi nervi sunt intelligendi. Cæterum νύξυ apud Hippocratem non semper verum neruum significat: sed etiam pro chorda & ligamento, nonnunquam vsurpatur. Gal. comm. 3. r. sect. 6. Epid.

i Quid sit ὄνεια apud Græcos. i Σωσιγείας ὄνεια Latine solutio continui dicitur, barbarè quidem: sed tamen magis propriè dici non potuit. ὄνεια verò apud Græcos, & in bonam partem vsurpatur, & in malam: vt cum succedentem grauiorem morbum, priorem soluere dicit Hippocrates. Σωσιγείας autem est conunctio partium continuarum per symphyfimum, & contiguarum, per ἄρθεσιν. Harum namque diuisio, etiam solutio continui dicitur, i. contigui: Per σωσιγείας pars vna quæque corporis cum alijs coniuncta, suam habet ἀνεργασίαν ἰδίαν ἢ propriam circumscriptionem.

Superuacanea in corpore appellauit Hippocrates r. de morb. τὰ ἐπιπλεονεκτήματα, vel enim ab ijs quæ in corpore superuacanea continentur, fit continui solutio, vel ἀπὸ τῶν ἐξωθεν, i. ab ijs quæ extrinsecus accidunt, vt ab ictu, casu, lapsu.

k Ἐρίστου τὰ ἔξωθεν. l Vulnus à cane rabido, ipsius saluam venenatam continet, quæ serpit in venas ac arterias, & inficit sanguinem purum. In trœmate enim, virulentus humor os credit, & illud cariosum reddit.

Novimus virum optimum & clarissimum, qui quia magnis plurimisque negotijs intentus est assiduè, hemicrania sine intermissione laborat, per istiusmodi acria, & acerba ψυδιώματα: hæc enim cum exitum non habeant, membranas distendunt & hemicraniam excitant: quam ipsi sæpius prædiximus nunquam cessaturam, nisi cum à negotijs liber quieuerit.

m In quibus versetur Τίμωρος διαγνώστος. m τίμωρος διαγνώστος versatur in causarum effluentium varietate, in parte obfessa, loco, & doloris proprietate. Vt enim sunt hæc omnia in cephalalgia: ita eius in specie, & idea, ratio est.

Speciem & ideam morbi distinguo. Quatuor specierum capitii genera. Speciem autem, & ideam morbi differre, hoc demonstratur exemplo. Cum ex lib. de vulner. cap. quatuor sint fracturatum genera, quibus continuas capitis dissoluitur, teli vestigium, fissura, collisio, & quarta quam effracturam interpretamur, si quis in capite fauciatius vulnus accepit, telo graui, duro, validis viribus, ad perpendiculum, de industria contorto, credibile est os fissum esse. Et hæc morbi species est os fissum esse. Et hæc morbi species est. Huius verò idea est, vt sit fissura longa, profunda & huiusmodi: vnde nascitur prognosis. Ergo non solum morborum speciem considerare, sed & ipsius speciei ideam cognitam habere oportet.

n Loci à parte distinctio. n Locus à parte sic distinguitur, vt locus partis instrumentalis rationem habeat; pars verò, rationem similis, quæ sub instrumentali continetur: Hinc libros de partibus male affectis appellamus, quos alij de locis affectis inscribunt.

o Quid vertex. Recentiorum error. o Vertex, κερυθῆς Hippocrati lib. de vulner. cap. est os occipitis, omnium quæ in capite sunt robustissimum: Quod tamen non animaduertunt recentiores anatomici, vt nec ipse Vezauius qui κερυθῆς, i. verticem, su perioiem capitis partem esse voluit, & bregmata, ossa verticis nominant.

p Unde dicitur crapula. p Crapula τὸ πρὸ κραπυλῆς i. à palpitando dicta est. Galeno tamen comm. ad aphor. 5. lib. 5. τὸ πρὸ τῆς ἀγρίτης πίνειν, quod significat caput concuti. Cæterum Hollerius, hoc loco, inter externas cephalalgia causas, numerauit odorem grauem, aut ægri naturæ repugnantem, idque merito: Sunt enim multi, qui moschi, aut alterius rei, etiam fragrantissimum odorem perferre nequeunt absque cephalalgia, idque ob proprietatem nature peculiaris inexplicabilem.

q Cur suturarum vulnera leuata. q Sutaratum natura ita comparata est, vt simplicem sectionem, vel ab acutissimo telo (qualis est ensis damascenus) absque fissura pati non possint. Et cum quicquid

quicquid funditur, collidatur; quicquid verò colliditur, putrescat: mira minime sit aspectabilis, & propter eam quam cum futura habet similitudinem, à chirurgo vix deprehendatur.

r Qui vtraque capitis proiectura carent, ij semper destillationibus tentantur, atque crudore: Crudorem autem vocat Arist. probl. 10. sect. 1. σφαλισμῶν. Sic enim veritè Theodorus Gaza. Est verò nihil aliud quam affectus & dolor capitis à frigore, qui vulgò vocatur, morfondura.

f Παρηλαγγύθους ἰδύρας, i. serratim Commisso dentes appellat, quorum inferiores superiorum, & superiores inferiorum interstitia inuicem subeunt, vt in canibus.

t In cerebri substantia nullus dolor esse potest, cum illud sit expers sensus: dolor autem rei molestæ sensio fit. Nec ergo cephalalgia cerebri est symptoma: & quanquam à cerebro esse potest, non tamen est in illo.

u Post hunc locum scribit Hollerius quibusdam vermes in cerebro generari: Et ego vnum vidi in filia cuiusdam Medici, in eius cerebro natum, & post mortem repertum. At autem vermes ipsos, in cerebro procreari ab ocimi, & aliarum huiusmodi cephalicarum herbarum odore vehementiori: quia illæ, præterquam quod suo vapore, cerebrum humore quodam pituitoso perpetuo madens, augent, implentque plethoricis causis, motum etiam in ipso phlegmate suo calore excitant. Hinc autem vermes producantur, vt cernitur in fimo.

y Dolere caput vel per ἰδιοπάθειαν, vel per συμπαθειαν. ἰδιοπάθεια seu propria ipsius capitis affectio, fit duobus modis, tum per generationem causæ morbificæ in ipso capite, tum per appulsum eiusdem causæ ab ijs quæ extrinsecus veniunt, vt cum intemperies aliqua ab æria tempestate capiti inducitur, aut solutio continui, extrinsecus accidit, ab ictu, casu, lapsu. Estque omnis talis ἰδιοπάθεια per παροπαθειαν i. primigeniam capitis affectionem. Fit etiam nonnunquã ἰδιοπάθεια capitis per δατοπαθειαν, quando scilicet alterius partis vicio caput laborat, trãstata ad illud materia morbifica, relicto priore foco. Idque accidit per μεταπίπτον quæ duplex est; Critica vna quæ salutaris & διαδοχὴ dicitur, altera symptomatice, quæ funesta est, & μεταπείσι appellatur. Sympathia verò in capite duobus modis excitatur, vt pote per ἐπιπίπτον, & per simplicem communicationem. ἐπιπίπτον est, quando, superstitite priore foco, propagatur causa morbifica ad caput per venas, arterias neruos. Simplex communicatio fit per generis similitudinem, vel operis societatem, vel vasorum communionem, vel viciniam. Sunt enim hi omnes sympathiæ modi.

Ac diligenter obseruandum est (ex 6. epidem.) Eiusmodi ἰδιοπάθειαν (vel fortè potius δατοπαθειαν) relicto priore foco, superstitite tamen partis, vnde primum manauit, infirmitate tandem post liminio redire in eandem partem.

Sic partem, quæ illutius ex alterius consensu laborauerit, quandoque propriam inde contrahere affectum, fierique ex sympathia ἰδιοπάθειαν, quam δατοπαθειαν, aut ἐπιπίπτον vocant.

z Conuenienter præscribuntur remedia ex dignotione morbi, in specie, & idea, ex perspicua communis & peculiaris cuiusque nature, consuetudinis, virium agi. Vt autem in διαγνώσει seu morborum dignotione, maximè coniecturalis est ars medica: ita quæ ab ipsa diagnosi manat curatio, est planè scientifica.

aa In simplici vulnere cutis & pericranij tunice non est imperanda venæ sectio, præterquam in fronte: quoniam vena secatur ad arcendam, aut abigendam inflammationem. At nulla pars capitis, præter frontem, inflammationis à vulnere capax est: cum inflammatio omnis cadat in vulnus, quando pars quæ continet, exonerat se in eam quæ continetur. Sola autem frons, inter capitis partes, continetur, tum sit ipsa, tum vasorum productione. Ergo nulla pars capitis à simplici vulnere est in metu inflammationis, si frontem exceperis.

bb Hoc loco Galenus sanguinis missionem ad animi vsque defectionem (quæ scilicet ratione euacuationis accidat) in tribus plurimum commendat, nempe in maximis inflammationibus, in ardentissimis Febribus, & in vehementissimis doloribus.

r Mala capitis conformatio. Quid sit crudor ἢ παρηλαγγύθους ἰδύρας.

t Cur cephalalgia, non fit cerebri symptoma. Vermes in cerebro. Quis modus caput doleat. y Idiopathia fit duobus modis.

Propiopathia. Deutoropathia. Metapostis. Diadoche. Metapistsis. Sympathia in capite duplex. Epigenesis. Simplex communicatio.

Sympathia modi. z Ratio conuenienter præscribenda remedia.

aa Cur in simplici cutis & pericranij vulnere non fit vena secanda nisi in frontis vulnere. Sola frons continetur.

bb Quando venæ sectio, vsquo ad animi defectionem fit imperanda.

dd Hæmorrhoides duplices, & earum origo.

dd Hæmorrhoides sunt duplices, conspicuæ plethoræ deplettrices, & cæcæ cochyæ purgatricis constituuntur à tertia parte mesenterici, quæ anoramos quinque suppeditat: Illæ verò fiunt per venas à crurali exortas, quæ in musculos ani leuatores desinunt. Suppressis ergo cæcis hæmorrhoidibus, si inde orra sit cephalalgia, sanguinem è malleolo detrahete conducit. Id verò parum prodest ad hæmorrhoidas conspicuas.

ee Galenus somnij monitus, arteria sectionem sibi fieri curauit.

ee Qemadmodum legimus apud Q. Curtium, nescio quem nothum Alexandri fratrem, de vulneris curatione per somnum admonitum: ita Galenus ad fin. lib. de curandi ratione per sanguinis missionem, narrat se somnij monitu, arteriam sibi ipsi secuisse in manu dextra, inter pollicem, & indicem digitum, ad dextri Hypochondrii abscessum, Vbi etiam, sed paulò ante; Quotiescunque, inquit, calidus spirituosusque infestus est sanguis, in arterijs acruatur, illis cõmunium parti affectæ arteriarum sectione est opus. Cuius etiam mentionem facit cap. 9 lib. 56. de sanit. tuend. & cap. vlt. lib. 13. Meth. Quanquam in arteriotomia magnum est periculum, ne vel sanguinis eruptio compefci non possit, vel etiam ad cicatricem, perducta diuisione: tamen ob continentem arteriæ motu

In arteriotomia, magnum periculum. Quid dicitur quæ Arteria totius diffectio. Historia.

ad dextram remaneat, arteriæ ipsius aperio, vt exponit Galen. cap. 4. lib. 5. Meth. & cap. 11. lib. de tumorib. Idem tamen Galenus, vt testatur ad fin. lib. de curat. per sang. missi. arteriam cuidam in malleolo totam dissecut, effecitque vt citra aneurisma coalesceret, obducta scilicet arteriæ osculo carne, per medicamentũ ibidem descriptum. Nobis auctoribus Ambrosius Paré Chirurgus regius, arteriam secuit nobilissimo principi de la Roche Surion.

ff Capiti ablutio ad hæmorrhagiã sciendam.

ff Hippocrates hist. 7. sect. 3. lib. 1. epidem. Metoni caput lauit: quoniam minus iusto fluebat è naribus sanguis, & vigilias deliriãque perpetuabat, vt ait Galen. in comm. Nam quibus sanguis è naribus profluit, si minus quàm decet fluat, lauabis caput, vt inquit Hipp. idque aqua calida, vt scribit Gal. sent. 59. sect. 3. lib. de vict. acut. Sic & nos ad excitandam hæmorrhagiam, plurimis caput lauimus, ipsum fouendo decocto herbarum cephalicarum tepido.

gg Cucurbitula ignis beneficio trahunt.

gg Cucurbitulæ fuga vacui trahere dicuntur, quia ignis beneficio consumit ærem qui in eis continetur. Eæ vim habent vacuandi, reuellendi, & deriuandi. Vacuantur humores fixi: deriuantur & reuelluntur fluentes. Affiguntur autè cucurbitulæ primum sine scarificatu, deinde cum scarificatu.

hh Phlebotomia purgationem præcedere debet.

hh Post phlebotomiam merito imperatur purgatio: quoniam vbicunque horum duorum solemnium remedium, phlebotomiæ scilicet, & purgationis, necessarius incidit vsus, à phlebotomia semper est anspiciendum, vt auctor est Gal. comm. in sent. 6. sect. lib. 6. epidem.

ii Cephalalgia cum febre vel sine febre.

ii Cephalalgia vel est cum febre, vel sine febre; cum febre, vel est critica, & ad futuram hæmorrhagiam apparet in iuuenibus, ad dysenteriam in senibus; vel est symptomatica, eaque si accessionem habuerit funestis alicuius signi, est lethalis: hæc febris expers non minus funesta est, si eius vis atque calamitas serpat ad partes illas quæ à capite nascuntur, & προκινετα dicuntur.

kk Cassia duplex

kk Cassia quidem præscribi debet recens extracta, ea scilicet quæ ex Alexandria aduehitur, non quæ ex occidentalibus insulis. Hęc enim minus probatur.

ll Contra Fernelium. Agarici cum catholice mixtio.

ll Catholicum verè, alexiterium, non ex eo catholici nomen habet, quod omnes humores purget: sed quod cõmuniter ad omnis generis morbos præscribatur. Hoc dictum est aduersus Fernelium lib. 7. Meth. med. Et contra eiusdem Fernelij opinionem minus probat vt agarici cum ipso Catholico mixtio: quia agaricum à capite trahit, vt ait Mesues lib. 2. Simp.

mm Manna quid ex quibus non sit excludenda. nn Quid sit pituitosa Hippocrati.

mm Cæterũ manna in qua tamè nihil vnquam auxiliij ad purgandum animaduerti, atq; ideo nullius vsus esse illam putauis; est enim pituitosa Hippocrati. nn Pituitosa aliud est Hippocrati, quàm recentioribus medicis vipote hordeũ nostrum mundatum, seu hordei granum à membranis & corticibus suis nudatũ & excorticatum.

Puerorum & infantium purgationum ratio.

Post hæc rhabarbarum pueris præscribit Hollerius. Nam, & si apud Hippocratem, nullum pharmacum pueris institutum inueniatur: hoc tamen tempore non modò pueris, sed & infantibus purgationem feliciter imperamus. Tertiũ tamen infantẽs purgari solent, non ipsis quidem, sed eorum nutricibus, exhibitò

exhibito pharmaco cathartico quod vim suam in lac infantium alimentum diffundit, & per ipsum infantibus communicat.

Cur per interualla purgationem fieri velit Hollerius.

Hoc loco vult Hollerius purgationes fieri per interualla: quia cocta purgare oportet non cruda, vt inquit Hippocrates aphor. 22 lib. 1. Nam si in ijs expurgandis quæ voluntate mouentur, vt in muco cerebri per nares excludendo, nihil quicquam proficimus, si cruda sint adhuc, & non cocta: annon etiam crassorum & crudorum humorum, cephalalgiam contumacè committentium, expurgationem, medicamentis catharticis frustra moliemur? Ergo horum expectanda præparatio & coctio, vt etiam in caput purgijs statim dicitur.

Nam & moschus, & camphora, sunt κεφαλαίον, i. caput grauant & augent plethoricis causis.

Moschus & camphora κεφαλαίον. Unde dicitur opiatum.

qq Opiata verè ab opio dicitur, Aliquando tamen sic appellantur quæ consistentiam obtinent theriacæ vt hæc conferuarum & conditorum commixtio: eius porro anathymiasis discutit flatulentos spiritus in capite, crudam materiam coquit, & cum venenata qualitate pugnat.

rr In paratimōsi critica, nunquam repellentibus utebatur Hippocrates: imò nonnunquam caput aqua calida fouebat, vt liberalius funderetur sanguis, què admodum iam ante annotauimus ex hist. 7. lib. epid. de Metone.

rr In metatimōsi critica non est repellendum.

ANTON. VALETII EXERC. I.

QUAM QUAM symptomata curationem non indicant, eam tamen nonnquam suam ob vehementiam ad sese trahunt, aut quæ viribus prospiciat, mitigationem efflagant, Sed morbos inprimis, quorum foboles existunt, atq; causas eorundè præcognoscere oportet, à quibus curandi consilia (συντάξις ἐπιεικὴς, hoc est, rectas collationes nocentis morbi & iuuantis auxiliij appellant) veniunt petenda. Itaque cùn de capitis dolore, quod est symptoma in sensũ, inquiramus, cuius causas singulas in numero habere sit necesse ab omnium primis, quæ Græcis κεφαλαίον καὶ πονοκεφαλίον, Latinis externæ & euidentes nominantur, initium ducemus, deinceps ad reliquas progressuri.

Gal. lib. 1. & 12. Meth.

Gal. lib. optimi secta.

Procatartica cephalalg. causa

Externæ capitis doloris causæ sunt, Solis ardor qui calfaciendo, animalè spiritum agitando, turbando & confundendo capiti negotium facessit, frigus ambiens, condensante & adstringente vi fuliginosa recrementa (præsertim si optata per Ansthumis imbres capita exceperit) artissimè retinens, nec non calorè naturalem intro penitissimè cogendo calfactionem, intensionemque spirituum inducens, ebrietas ex vino natura calido, vaporoso, mero largo, vitiosus victus, ictus, casus, atque alia vnitatem soluere nata, de quibus susus Hollerius ex Galeno cap. 9. lib. de loc. male affect. & capitibus 1. 2. & 3. lib. 2. be compos. medicam 17. tractat.

Hippoc. aph. 5. lib. 3.

Cephalalgia ab intemperie calida simplex curat.

Calidæ intemperiei simplicis sæpius ex Solis æstu contractæ (quam ex capite & fronte ad tactum calidioribus, oculorum ariditate, squalore & rubore, promptè ex frigidi iuuamine dignosces) refrigerantia & humectantia, cum assumentur, tum ad mouenda, institui debent. Assumentur, sunt alimenta & medicamenta. Alimenta cremor pitisanæ, aquæ potus, iuscula conuenientibus oleribus temperata, elixæ pullorum carnes anciorum aut limonum succo conditæ. Reliquæ etiam res non naturales vulgo dictæ, quas liceat cum Galeno ad victus rationem referre, ad refrigerationem & humectationem sint comparatæ. Medicamenta, syrup. acetos. simplex, violac. oxyfacchar. & similes quibus cum tripla aqua cocta dissoluti, ad caloris remissionem vti conueniet. Ex his zulapia concinnantur hac forma:

Gal. in sent. 9. sect. lib. 3. Epidem.

Et syrup. acetos. simpl. & i lac ana ʒ. i. B. dissol. in aqua hordei quartar. 3. f. Zulapium in tres doses, conditatur pauc. cinnam. aut sandal. citrino.

Id in seipso experitur Gal. proficitur cap. 21. lib. 13. Meth.

Sunt & ad mouenda restigantia fronti, temporibus, sincipi. i anteriori capitis parti, qua medicamentorum vires à pilorum radicibus ad commissuram coronalem pertingentes faciè caput internum subeunt, Vt:

Et. olei rosei vel omphacini ʒ. 2. aqua ros. nymphae (adduntur aqua maioris

metu calcificationis ab oleo, qua celeriter incalescunt) aceti albi ana ʒ. ʒ. ʒ. Ex his mistis oxyrhodinum paratur ad litum frontis, temporum, sincipitis.

Vulgò lintecola in oxyrhodino ex oleo rosac. ʒ. ʒ. & aceti ʒ. i. composita, immerfa in idem partibus adhibentur, quæ subinde imbuta sæpe & sæpe renouantur. His oleis si ceræ parum in aceto loræ, aut cerati refrigerantis Galeni immiscueris, in vsum eundem vnguentum habebis. Cui rursus si rosas, papaue- ris albi capita, aut similia puluerata adiunxeris, maiore apposita quantitate ce- ræ, ceratum compingens, quod si videbitur, duas inter sindones, telasve raras, fronti applicabis.

Cautiones obser-
uanda.

Talia refrigerantia postico capiti, à quo spinalis medullæ principium, vnde numerosæ procedunt nervorum in reliqui corpus disseminatorum propa- gines, ne vquam admoueris, nam sunt inimicissima. Hæc dum fiunt, expedita sit aluus, ne si adstrictior, caput (cuius calor instar cucurbitulæ trahit) elaris hinc fumis perennis doloris necessariam consecutionem allaturis repleatur. Si corpus plethoricum & cacochymum cephalalgia istiusmodi naçta fuerit, pro- dedit vacuare, ne huic diaria, synochus imputtis, aut putris, vel alia è febris succedat.

Gal sub fin. lib.
13. meth.

His prædiidi si non cesserit dolor, metusque sit ob fluxum humorum in ocu- los (nam nec diu hæc persistit intemperies non arcesso materia, affluxu) ægri visum læsum iri, arteria, quæ per tempora repunt, opportune, suafore Galeno, à perito chirurgo perundentur, vt ex his sanguinis quantum satis sit, fundatur. At vt raro venæ in capite eligi solent, sic rarius multo arteriæ, quod hæc diuise ægrius conglutinentur. De dolore capitis à reliquis causis procatarteticis dice- tur exercitat. 3. & 4.

Sanguinea ce-
phalalgia causa
& signa.

Sequitur vt cephalalgia à causis internis cum adiuncta materia, sanguine, bile, pituita, melancholico humore excutiamus, & primum eam, quæ est à san- guine quatuor humores complexo, aut sanguine syncero plethoram capitis fo- lius, aut etiam compositis totius faciente.

Sang. cephal. cu-
ratio.

Sanguineæ cephalalgia cause sunt, omnia sanguinem cumulantia. Signa, grauitas, & tensio capitis, faciei rubor, calor, ægri natura, ætas, anteaçtæ vitæ ratio, anni tempus, regio, locus, pulsus magnitudo, vrina rubicundior, crassior, longior somnus.

Gal sub fin. libel
li de euehym. &
cacochym.

Eadem ferè victus ratione, qua nuda intemperies calida oppugnatur, vita- tis maximè polychimis cibis, quia, vt cætera conferant remedia, subtrahendæ morbifici humoris generationi incumbendum. Vno igitur omnino interdici- endum. Nam præterquam quod vaporosum est & ægrius, ciuissimè distri- buitur, in affectam partem succos transvehens. Si tamen in eius vsum consue- tudo, virium imbecillitas, aut morbi paruitas admiserit, oligophorum, assen- tiente etiam Galeno, imperabitur, à cuius potu frigida hauriatur, quæ vini va- poribus reprimendis sit satis. Mox de vacuatione & alteratione cogitandum. Vacuatio, præmissio clystere blando, aut cathartico, perficitur sanguinis mis- sione ex cephalica è directo, nisi vel plethora consilium immutet, & axillarem secandam iudicet, vel solennis alicuius vacuationis, vt mensium & hæmorrhoidi- dum suppressio, venam ad malleolum positam pertundere iubeat, vel præpin- gui in corpore humeralis non apparentis loco mediana secetur, vel denique aluus satis sit fluida. Si vires, ætas, tempus, phlebotomen dehortentur, cucur- bitulæ cum scarificatu scapulis & ceruici affigendæ, quæ etiam aliis post vni- uersalè vacuationè malo præsertim anteriora capacis infestare, vsui esse poterūt.

Eadem hic alterationia, quæ in calida intemperie simplicia, sunt vsurpanda, hæc tamen cautione adhibita, vt si febris affuerit, iis abstineamus in statu & decli- natione, quæ impensius refrigerando. intercipient per spirationem illis tempo- ribus apprimè necessariam.

Biliofa cephal.
causa & signa.

Biliofæ cephalalgia, interna causa est bilis, quæ inedia, ira, labor, vigilia, alimè- ta calida & sicca congeserint. Signa, dolor acer, pungens & erodens, grauitate paruus, ingens capitis ardor, os amaricans, flauitie pallens facies, & velox pul- sus, insomnia.

Curatio cephalal-
gia biliosa.

Victus non ita tenuis, vt in sanguinea, præscribendus, maximè si æger sit natu- ra bilio-

ra biliosus. Naturis enim biliosis inimicissima inedia. Qualitate sit frigidus & humidus, vt in superioribus.

Mox antecedens causa reuellatur clystere refrigerante, in quo chalagoga sint dissoluta. Vt:

℞. malua violaria, lactuc. endiu. an. M. i. semin. cucurb. melon. postulac. an. ʒ. 2. flor. nymphæ M. ʒ. hord. p. 2. fiat decoct. ad ʒ. i. In colatura dissol. cass. ʒ. i. vel cass. ʒ. i. ca: hol. ana ʒ. ʒ. sacchar. & mell. viol. ana ʒ. i. olei violacei ʒ. 2. olei nenuphar. ʒ. i. fiat clyster.

Vel potionem lenem, aut etiam paulo valentiorum imperasse proderit, præ- sertim si bilis turgens, & velut furiosa vrgeat. Qualis hæc:

℞. radic. oxalid. gram. polypod. quem. ana ʒ. ʒ. lactuc. nouell. cichor. rotius, summi- rat. hypuli, endiu. ana M. ʒ. tamarind. prun. dama: sc. ana ʒ. i. semin. melon. anisi ana ʒ. 2. flor. viol. recent. p. 2. fiat decoct. ad dosim. In qua infunde in rhei elect. ʒ. 2. cinam. ʒ. ʒ. In express. dissol. syr. laxatiui ros. pallid. ʒ. i. vel diaprun. solut. vel electar. de suc- co ros. ʒ. 2. & syr. de cichor. simpl. ʒ. i. fiat dosis.

Pauperibus solum diaprunum solutiuum ad ʒ. ʒ. vel ʒ. ʒ. datur in aqua cichorij, vel endiuæ dissolutum. Biliofus succus si multus sit in vasis nec dolor purgatio- ne mitefcatur, sanguis adimendus, qui refrigerationem inducendo doloris sedatio- nem ferat. Parè tamen detrahitur, quod eo vacuato laxatus veluti habenis, bilis incandescat ac efferueat. Itaque ad distillationem potius & refrigerationem, quam ad euacuationem, biliosis in affectibus mittitur sanguis. Plus enim com- modi ex refrigerato corpore percipitur, quam incommodi ex sanguinis vacua- tione.

Interim topica etiam ab initio non sunt omittenda, quæ & valenter & affe- ctus magnitudini conuenienter, reprimant, facto tamen à mitioribus ad vehem- entiora progressu. Vt:

℞. olei ros. vel nenuph. ʒ. 2. aq. plantag. viol. cer. alb. ana ʒ. ʒ. misc. pro lita fron- tis & temporum. Vel ℞. ol. ros. & nenuph. ana ʒ. aq. solam. ʒ. i. populi, vel cerat. re- friger. Galen. ʒ. ʒ. vel vitriusque ʒ. 2. aceti tantum, vt supra.

Isthæc remedia si intolerabilis eludat dolor, ad narcotica veniendum, sed quæ neque ita sint valentia, nec diu hæere permittenda sint.

Quod si iteranda purgatio videatur, edomanda imprimis bilis, vt trahenti faci- lius cedat medicamento. Id præstabunt zupapia è syrups & aquis conuenien- tibus instituta, vel apozemata ex decocto superioris dosis, in quo syr. viol. de ci- cho. simpl. vel similes sint dissoluti. Dosis eadem purgandum erit.

Erè fit vt vigilix torqueant. Tum conferet frigida odorari. Vt,

℞. ol. viol. & nenuph. ana ʒ. ʒ. aqua ros. succ. postul. depurari ana ʒ. ʒ. misc. Pare- trahatur per naves. Vel ℞. caphura gran. ʒ. aut ʒ. ʒ. dissol. in aqua ros. quam æger odoratur sæpe. Vel. ℞. flor. viol. ros. rub. nenuph. ana ʒ. 2. caphura ʒ. i. cum gummij tragacanth. in aqua ros. dissoluto s. pomum odoriferum. Vel hac potio hypnotica exhibeatur. ℞. syrups. nenuph. & papauerini ana ʒ. ʒ. cum aqua, decoct. lact. & portul. f. potio danda dormiuro.

Materia biliosa quia facilè ob leuitatem, raritatem & tenuitatem exhalat, vix vllas sui reliquias in capite superfices facit, quæ diaphoreticis egeant.

Pituitosæ cephal. interna causa est pituita, externa, victus frigidus & humidus, deses vita, somnus multus curarum vacuitas, satietas assidua. Signa, grauans & tenuis dolor cum totius corporis grauitate coniunctus, magna in somnum propensio, pigritia, albicans facies & œdematosa, fri- gentia tempora, oculi, nares, os humentia, nulla sitis, pulsus paruus, pituitosum temperamentum, ætas, anni tempus, cœli constitutio, &c.

Pituitosa ce-
phalalgia causa
& signa.

Victus sit calefaciens, tenuans & siccanus, quo leuantur omnia corpora, quæ frigidis scarent, lentis & crassis humoribus. Potus sit vinum, non generosum qui- dem (nam vaporosum) sed medium. Secundum guaiaci decoctum, aliquot aro- matibus condicum nonnulli vino purant præferendum, alij hydromeli simplex vel in quo thymum, pulegium, saluia incocta sit.

Purgatio à catapotis lenioribus incipiat, quæ & repurgent ventriculum, & ali- qua materiæ parte caput exonerent.

Curatio cephal-
pituitosa.
Gal. cap. 1. li. de
atten. vll. 1. 1. 1.

Gal. part. 10. cap. 1. lib. 2. de comp. pharm.

R. massa interioris pil. ex hiera simplicis & pil. assaioret ana 3. 2. excipiantur syr. & stachad. fungantur pilula molles. Vel R. cathol. & diaphoen. ana 3. 8. oxymelitis. sim.


R. syr. estachad. oxymel. simpl. vel syr. capil. vener. ana 3. 1. aquar. salis. & beton. ana 3. 2. vel 3. f. 7. pilap. pro dosib. 2. mane & vesperi sumendis.

Si febris fuerit, radice scenic. gram. & oxalid. contentus eris, omiſſis calidioribus, & calidas herbas cum contrariis bene temperatis vsurpabis.

R. Agar. recens troch. 3. 4. vel 3. 1. fol. senna mundar. 3. 2. infundantur in hydromelote, vel in doſi predicti apoꝝ. addit. Zinziber gra. 3. In express. diss. diacart. 3. 2. syr. laxat. ros. pal. 3. 8. f. potio.

Robustioribus agris pilulae valentiores cum syrup. aut aquis, in quibus nihil turpethi fit maceratum emolita, prescribuntur.

Melancholica cephalalgia his proditur signis, plumbeo luore, frigore modico, graui, obtuso, perseverante dolore, somno leui, depresso pulsu aegi temperamento melancholico.



HOLLERIVS.

De 1 diurnis capitis doloribus. Cap. 2.

1. De cephalalgia vulgo dicta, qua est cephalalgia satumax & diuina, cum maximi conuulsa paroxysmi, leui de causa abortu. 2. Crassus qui exitum non habet. 3. Quod est symptoma flatu.

N diurnis capitis doloribus intemperies causa est, vel solutio continui. Intemperies, vt dictum est, sine materia, qua vbi firmata est, aegerrime curatur: vel cum materia. Atque haec ferè frigidus 2 vapor & flatu, vel materia crassa est & frigida. Flatus aliquando ex inopia caloris & materia alimenti: aliquando alimenti vitio: nonnunquam vitio pituitatis crassae & viscidæ, quae membranis inhaerescit, vnde vehemens 3 distentio membranarum, vt inde futuræ relaxentur. Atque hic sensus.

sus primùm frigoris, quanquam aliquando agitatione materiae & putredine calor succendatur, vbi iam febris, & aliquando inflammatione succedit. Sed sine his, quasi malleolis obtusis, acutis, feriantur, dolent. 4 Rariùs arteriarum vitio & bilis permixtae flatibus, aut alijs de causis. Ex signis iam dictis, antecedente vita, temperamento cum totius corporis, tum praecipue capitis: deinde etiam viscerum & alijs de causis requirendum.

Iam diurno & contumaci morbo, postquam solennia remedia fuerint celebrata caput tondatur, aut radatur ad cutem: tum fortioribus vtemur remedijs, quale est oleum de castoreo, & euphorbio, quod confici oportet ex 1. olei de keiri, & 3. 8. euphorbij, vel castorei, quale hoc est.

7. olei de keiri 1b. 8. ceræ 3. 1. 8. liquefiant in vase duplici, deinde insperge euphorbij drach. 2. plus minusve.

Oppugnandus quoque morbus est 5 masticatorijs, apoplegmatis, caput purgijs, errhinis, pomis odoratis, sacculis, cucuphis.

Masticatoria.

7. mastichis, 3. 2. piperis 3. 1. radice capparis 3. 8. cum aceto scyllitico formetur tres pilulae, teneat in ore & mandat. Idem facit illud.

7. staphysagriae pulueris, conditi ana drach. 2. excipiantur melle, fiant trochisci, teneantur in ore. Aliud.

7. pyrethri, staphysagriae ana 3. 2. liquiritiae 3. 1. mastichis 3. 1. fiant pilulae.

Apoplegmatisimi.

7. sinapi 3. 8. hysopi P. 2. fiat decoctio in vino rubro cum modico melle, fiat gargarismus.

Errhina.

Errhinum caput purgium fit ex succo, vel aqua maioranae, betae, anagallidis, cucumeris agreſtis, adiecto pipere, castoreo, euphorbio elaterio, 6 hellebore, condiso, gallia 7 moscata, phyrethro, pane porcino, sinapi, moscho. Succi itaque tepidi & excepti vola manus naribus attrahantur: pulueres insufflentur in nares, aut alicui oleo commixti illinuntur, vt oleo de costo, de spica, irino, & simili. Dehinc additur modicum moschi, aut ambrae, quale hoc est.

7. olei de spica vnc. 1. elaterij drach. 1. in diuitibus adde moschi gr. 2. illinuntur nares interiores.

Aliud.

7. succi maioranae 3. 2. succi betae 3. 1. aceti scyllitici 3. 8. misce fiat errhinum, attrahat tepidum naribus. Vel.

7. piperis, castorei ana 3. 1. hellebore, galliae moscatae ana 3. 8. fiat puluis. Modicum insuffletur in nares.

Pomum odoratum.

7. Cinamomi, caryophyllorum, nucis moschatae, ligni aloës, pul. maioranae ana 3. 2. galliae moscatae 3. 1. moschi, ambrae ana gr. 2. fiat puluis omnium: deinde cum ladano & mastiche agitatis in mortario cum modico oleo de spica, de costo, de ben, fiat pomum.

4 Quod deprehenditur ex clove, charastere, habitu & affusibus principibus natural. & vige tal.

5 Humor est capite masticatorijs non est euocandus ijs, qui sunt angusto peccore & tibi obmery

6 Albo 7 Fiant hi trochisci ex ligno aloes, ambra & moscho.

Cucupha

℞. sem. cucumi, & scæn. baccarum lauri ana ʒ. 2. nucis moschatae, cinamomi, caryoph. ana ʒ. 1. galliæ moschate, mastichis, sandarache ana ʒ. 2. Fiat puluis omnium pro Cucupha facta cum rasura scarlate. Extrema remedia sunt raso capillo Sinapismi, Dropaces, Phænigmi, Cauteria, & Paracentesis, Seton, vitatis neruis. Sed de his alio loco.

Curatio Soda per 10 communitatem.

*10 per vteriuꝛ
triculi. hepatis
sympathiam: vel
etiam à toto cor-
pore reliquis, sup-
pressis aliquando ha-
morroidibus me-
sibus in mulierib.
aut alia vacua-
tione, ut stercore
Sanguinis à nari-
bus, &c.*

℞. aloës optimæ ʒ. 1. cina. xylobalsami, asari, spicæ nardi, mastichis ana gr. 6. croci gr. 4. fiat puluis, detur cum ʒ. 3. aut 4. aquæ, aut seri lactis.

Proportio aloës est centū ad sex. delicatioribus verò loco aloës, debemus imperare ʒ. 4. Rhabbarari.

Si sit à reliquiis luis venereæ decoctum guaiaci, & accommodata topica vsurpabuntur secundum rationem, Materia vbi pertinax, emplastris mercurialibus & vnguentis locus erit.

A caris subiecti offis, vel abscessu dolor certo loco designatur, cutis ab osse tandem discedit. Cutem in cruce incidito: materiam vacuato: os radito: inurito. Maior est læsio, cum secunda in lamina vitium delitescit, vel osse interiore: vbi tantum excisione offis est opus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Masticatoria] Picuitam purgant ex attrahentibus parata, vt pyrethro, staphysagria, cubebis, &c. Digerunt ex reficcantibus magis, quam calfacientibus, vt mastiche, nuce moschata, &c. Modus vtendi est, vt facculus reponatur, aut excipiantur scibus, cera alba, aut vino incocta contineantur ore, aut per se fumantur. Nocent si fuerint viscera in ore vel faucibus, vel pulmones oportuni vlcere, phlegmoni, fluxioni. Tunc errhina commodiora, quæ materiam deducant ad nares. Nam etiam si humor illeclus è capite, vel mungendo vel expucendo repurgetur, sit tamen humoris consuetum iter, & noctu inter dormiendum ad partes infirmas delabitur. Tempus vtendi matutinum, & ante cibum,

*Masticatoria v-
tendi modus.
Masticatoria
quibus infusa sint*

Errhina] Sicca ex acri materia fiunt, elaterio, pipere, sinapi, helleboro, melanthio, cyclamino, maiorana sicca, pyrethro, hyssopo, thymo, saturia, anagallide, & similibus. Liquida ex iisdem exsiccatas, vel liquore mixtis, succo betæ, foliorum hederæ, quibus & arida permiscuntur. Sicca insufflantur corniculo, vel fistula, vel inspirando trahuntur, vel excepta oleo illinuntur, vel ex aceto, aqua maioranæ, hyssopi, aqua vitæ inuoluta linteolo rato in formam noduli admouentur naribus. Liquida attrahunt tepidè. Efficacissima sunt, addito scammonio, & farina excepta, vt adhæreant. Post horum vsum, si moridicatio percipitur, læc muliebre in nares iniiciendum, vel oleum violatum. Tempus vtendi matutinum, longè à cibo: à balneo, vel aliter laxata cute. Ab imbecillioribus paulatim transeundum ad fortiora, vt euphorbium, elaterium, lacte, mucaginibus, butyro prius temperata. Nocent oculis imbecillioribus & iam laborantibus, atq; vbi nasus oportunus est vlcerebus, vt aliquando in lue venerea. Tum satius garagarismatis vti, quæ ab oculis diuertunt. Sernutatori a nocent in defluxione ad pulmones: iuuant, quibus caput vaporibus repletū est, & quib. iam tenuata, infusa & incocta est materia. Adhæc caput anterius per nares, medium per choanam & palatum, posterius per nucham, neruos, & venas magis purgatur.

Cucupha] Puluis capiti inspersus commodior, Excutitur & nouus manè reponatur.

nitur. Cucuphæ sæper eadem exhibitæ, & sudore ac pinguidine imbutæ, sæpius nocēt Sunt autē loco pilei. In doyore pertinaci for, emplastra, sinapismus, saluatio cum mercurio, venæ particulares sectæ, cauteria vel emplastra, quæ metalli- ca recipiāt acria, & exulcerēt, mixtis tamen deterforis, ne nimium poros obstruāt, conuenient. Et hæc quidem magis, vbi proprium est capitis vitium, & prima- rium.

IN CAPVT II. DE DIUTURNIS

CAPITIS DOLORIBVS. a

DVRETI ENARRATIO.

DE diuturnis capitis doloribus. i. de Cephalæa vulgò dicta, qua est diuturna & *Quid sit cepha-
cōtumax cephalalgia, cum maximis coniuncta paroxysmis leui de causa abortis, ita.
ad id vt cephalæa sequatur naturā suscipiētis causæ, vt cephalalgia efficientis.*

*Intemperies causa, solutio continui. Quorū vtrumq; per leuem alterationem ce-
phalæam excitat, quando extrinsecus veniunt; per vehementem quando intrin-
secus.*

Solutio continui. Atque contigui per diuisionem, distentionem, contractionem.

Qua vbi firmata. Hoc est, vbi est hectica, stabilis & impacta.

Flatus ex paupertate caloris natui extincti ab intemperie frigida. extrinsecus, vel intrinsecus ingruente, siue etiam ab exhausto & consumptione humiditatis primi genij.

Rarius arteriam vitio, & bilis permixtæ flatibus.

Alijs de causis nascitur cephalæa scilicet: nam *spasmus* i. irritatione humoris morbifici, qui qualitate est acer, temperamento calidus, & substantia tenuis, facile cephalalgia discutitur.

Antecedente vita. In vitio ratione & vitæ instituto; vt si quis in otio viuat, det operam literis, aut si in eius animo continenter versentur multæ & magnæ cogitationes. Præcipue capitis temperamento. Vt qui capite sunt crasso, neque in temporibus compresso.

Deinde etiam viscerum. Malè constitutorum, & inæquali temperamento præditorum: illæ enim naturæ morbis maximè sunt obnoxia, quarum partes nobiles, contrario sunt temperamento præditæ.

Contumaci morbo. Propter partis infirmitatem, & causæ dolorificæ contumaciæ, quæ substantia est glutinosa, temperamento primigenio frigida, qualitate fatua per corruptionem acris & calida.

Caput tondatur. Vt remedia, integris viribus, ad partem obfessam deueniant.

Tum fortioribus vitamur. Vt scilicet æquali contrariorum excessu, contrarius naturæ excessus tollatur.

Oleum de castoreo. Quod conficitur ex castoreo, euphorbio, & rebus aromaticis.

Apoplegmatismus. i. molestæ pituitæ eductio remedij seu medicamentis, ipsam per os cientibus: nisi phthisis in metu sit, vt esse solet in mala thoracis cōformatione, & ferui humoris destillatione.

Cucuphæ. i. pileis nocturnis, rerum cephalicarum mixtione medicatis.

Gallia moschata. i. pastillis confectis ex xylaloe, moscho & myrrha.

Succi itaque tepidi. Sed cum delectu huiusmodi errhina præscribi debent con- cocta materia, cum integritate ventriculi, atque thoracis.

Fiat puluis omnium pro cucupha. Sed præstat puluisculos aspergere capiti, vt quotidie decutiantur, & quotidie noui ac recentes aspergantur.

Dropaces. i. emplastra de pice simplicis, vel cum pulueribus, qui humorem in- tus foras euocant ex alto.

Phænigmi. i. rubrificantiæ medicamenta ex cantharidibus, euphorbio, Phænigmi.

& Staphisagria, & huiusmodi.

Cauteria. Potentialia vulgò dicta, ex arsenico, sandaracha, opio.

Paracentesis. Itemq; terebratio, si fortè humor in diploë vel in dura menynge stabulerur.

Curatio sode. i. diurna: & contumacis cephalalgia.

Per communitatem. Vt per sympathiam ventriculi, vteri, hepatis, vel etiam totius corporis reliqui suppressis aliquando hæmorrhoidibus, menstruis, aut alia vacatione vt sanguinis è naribus &c. Sed propter suscipientis causæ preparationem leui de causa paroxyfmi cientur.

R. aloës optima ʒ. i. Vel potius ʒ. i. ʒ. Est autem hæc descriptio hieræ picræ Galeni, diminuta earum rerum ex quibus conficitur, quantitate, & ad proportionem vnius doseus reuocata.

IN CAPVT II. DE DIVTVRNIS
CAPITIS DOLORIBVS.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM

ANNOTATIO.

Qui de cephalaa scripserunt.

Cephalaa ex Galeno descriptio.

Cephalaa à Cephalalgia distinctio.

Cephalaa causa interna.

Variarum partium capitii à cephalaa lesio.

Quatuor modi quibus calor natus, vt ignis exinguitur.

Historia de Vsu arsenici periculofo.

Quicumque practici de cephalaa scripserunt (vt Paul. Aegineta, Oribosius, Aëtius & Auicennas qui cephalaa ouum & galeam appellat) omnes ad verbum transcripserunt quæ de illa tradidit Galenus lib. 2. *Ἐπιπέρι*, vbi cap. 2. sic scribit: Cephalaa nominata (quasi dicat, ita sane nominetur) est cephalalgia contumax, cum maximis coniuncta paroxyfimis, leui de causa obortis: adeò vt qui ea tentantur, neque strepitù ferre possint, aut alicuius progressum, neq; vocè asperiozem, aliaq; eiusmodi quæ ibidem eodememorantur. Vnde fit manifestum, non aliter à cephalalgia distingui cephalaa, quam à genere speciem, vt omnis cephalaa, verè cephalalgia dici possit. Vtiusque etiam eadem sunt causæ, in eo tamen differentes, quod cephalalgia simpliciter dicta, sequitur potius vim & naturam efficientis causæ, quam suscipientis: Cephalaa contra, existat potius à vicio & infirmitate suscipientis causæ, quam ab efficientis vehementia. Nam etfi cephalaa semper aliqua sit efficiens causa: ea tamen leuis est, ac longè minor, quam quæ cephalalgiam committit: Et hinc fit vt cephalaa sit multò contumacior. Nam quicumque morbi à suscipientis causæ imbecillitate accidunt, ij longè grauiores, contumacioresque existunt, quam qui sequuntur vim efficientis. Cum autem de efficiente causa cephalaa loquimur *ἡ ἐπιπέρι*, & quæ extrinsecus inuadit intelligimus.

Nam interna causa maxima est, vt quæ tantam in capite genuerit infirmitatem per mutationem temperamenti & habitus, humorisque vernaculi corruptionem. Quod facit cephalalgia assiduitas, vt in ijs qui in lue venerea laborant; itémque diætæ vitium, vt in ebriosis. Quoniam verò in capite multæ sunt mansiones, ac partes inter se diuersæ, prout hæ, vel illæ afficiuntur magis: ita ægri, alij rerum suauolentium odore, alij strepitu & vehementiore voce, alij lumine, atque etiam solis splendore, alij denique rebus alijs magis offenduntur. Quod si quis his omnibus simul offendatur, ille valdè periculosè ægrotat.

Intemperies frigida quæ calidæ superuenit, omnis est insanabilis: quoniam à priuatione, aut priuationis vicinia, denuo habitus comparari non potest.

Vt ignis noster, ita & calor corpori innatus, quatuor modis præter naturam afficitur, ac nonnunquam extinguitur pabuli inopia, nimia eiusdem abundantia, rei contrariæ applausu, rei vehementioris occurfu.

Animaduerti eb hinc 12. annis, in quodam nobili viro qui in cubito tres aut quatuor glandulæ ac veluti tophi, à pituita gypsea generati fuerant, cum his his imperitus chirurgus arsenicum ad rodendum adhibuisset, venenata ipfius arsenici

arsenicis qualitate, per arterias, cordi, ac per neruos, cerebro communicatâ, ægru intra 40. horas interiisse.

Historia de curatioue cephal.

Ego per terebationem in plerisque cephalaa curau. Atque cum vir quidam nobilis annum egisset in summa doloris capitis acerbitate, me tandem ad se vocauit, vt sibi opem ferrem. Ibi cum diffuso per totum caput dolore, certò dignoscere non possem, in quonam loco stabularetur humor morbificus, vt coniectura id inuestigare, derafo capillitio, toti capiti cataplasma curau admoendum: hinc post aliquod tempus, amotum cataplasma, in vna parte magis desiccatum apparuit, vnde facilè deprehendi, in ea capitis parte latitare causam dolorificam, quam pars cataplasmatum magis exsiccata contegerat, tum terebra caput perforari præcepi. Sed postquam ad diploem vsque, excisa seilicet superlòre cranij lamina, peruentum est, magna statim humoris coloe ratque consistenteria, mellei copia foras erupit, indèque dolor quieuit, & per Dei misericordiam sanatus homo, ad hunc vsque diem aura & luce vitali fruitur. Erat autem abscessus ille, intra vtrumque os caluarie consistens, vera *μυλκίτης*, quæ à melle nomen habet.

ANTON. VALETII EXERC. II.

Cephalaa, seu contumax & perseverans capitis dolor causis & signis à cephalalgia non differt, sed sola magnitudine causæ. Si tamen spiritum quosdam (statuosum vulgò vocant) causam habeat, splendete faciei tumore, turgido dolore, aurium tinnitu, vertigine, volatu, insomnio, magis internoscitur. Idem remedijs profligatur quibus cephalalgia pituitosa, nisi quod valentiora requirit, vt est ferè crassa magis ac viscida materia. Prima purgatio erit humilimodi.

R. mass. inter. pilul. de agar. ʒ. ʒ. mass. pilul. aurear. & cocciar ana ʒ. i. emolliantur simul cum syrup de stochad f. pilul molles. c. noctu à primo somno.

Mox conuenienti apozemate præparanda materia, quale paulò ante descriptum est. Nonnulli apozematum loco decoctum guaiaci, aut falsæ parillæ vsurpant ad sudorem prouocationem. Vt:

R. fals. parill. ʒ. 2. ʒ. macerentur in aqua fontan. lb. 8 per 12. horas super cineres calid. Bulliant postmodum vsque ad tertia partis consumptionem in vase terreo, plumbato, & bene cooperulato: Fiat collatura, qua vtatur singulis matutinis hora quinta. Dosis sibi ʒ. 6. Alij in lb. 12 aq. macerant fals. parill. ʒ. 4. vel 6.

Efficacius decoctum habebis ex interioris guaiaci lb. ʒ. & corticis eiusdem ʒ. 2. ex arte maceratis & coctis. Vfus erit per dies 8. 9. 15. pro consulti medici arbitrio. Malagma superioris decocti, cui addita sit falsæ parill ʒ. i. coquitur in lb. 12. aquæ, vt potui detur, vini loco. Et quia subinde purgandum, poterit hæc pilularum massa concinnari, de qua alternis diebus ʒ. i. aut ʒ. 4. capiat.

R. massa inter. pilul. sine quibus, & cocciar. ana ʒ. 4. agaric. recens trochisc. rheib. elect. pul. ana ʒ. 2. aqua infusionis ʒ. i. turpethi in aqua beton vel salu. infusi cum g. 6. ʒ. in ʒ. iiber. f. massa pil. c. vt dictum est.

Erit quoque locus clysteribus acrioribus, pituitam deorsum auertentibus. Qualis hic erit.

R. mal bismal. parietar. mercur. ana M. i. fol. centaur. paru. salu. hyssop. maior. van. origan ana M. ʒ. sem. fenic. ana ʒ. 2. florum anib. aneth. chama. meli. ana p. 1. fiat decoct. in hydromeli. ad lb. i. In colatur. dissol. hie re picra benedict. laxat. ana ʒ. 10. olei chamam. & aneth. ana ʒ. i. ʒ. fiat clyster.

Interim toto curationis tempore non negligenda particularia, vt errhina, apophlegmata, &c.

R. puluer. nigell. Rom. macerata in aceto fortiss. per 24. horas ac exsiccata ʒ. 3. succi maioran. cum pauco vino albo extrah. ʒ. i. Pone in phial. pro capui purgatione in nates quotidie mane.

Eodem pertinebunt gargarismata, sternutamenta, suffitus, frictions capitis cum linteo aspero. Quod si neque his, neque illis prædiis cesserit dolor, postremum erit remedium cauterium ceruici, vel brachio ad musculum delroïda vocatum, quæ vena perreptat humeralis, affigere, quo commodè detruari, ac retrahi materia possit.



HOLLERIVS.

De dolore capitis ab ebrietate. CAP. III.

¹ Aristotel. scilicet. 3. problema 7um.
² Hippocr. aphor. 5. li. 5.



BRIETAS I grauissima adfert symptomata, eaque partim subitanea, partim longo tempore contracta, quale istud est annotatum 2 ab Hippocrate. Si quis ebrius repente obmutuerit, &c. & quæ à Galeno annotata sunt cap. 5. lib. 5. de locis affectis, epilepsia, dementiæ, conuulsiones. Si dolor capitis solius à crapula hesternæ, motus, & crudum vinum in stomacho restiterit, vomitus, aut malè vomentibus ieiunium, 3 ventriculi fatus, & illitus, qui concoquantur, remedio sunt. Vbi vacuus 4 venter est, & tamen 5 vaporibus dolor commouetur, non sine ratione vulgò persuasum, vini noxam vini potu elui, quia inde vapores crassi disperguntur eo modo, quo dolores oculorum inde ortos scripsit Hippocrates 6 meraca potione discuti. Somnus, inedia, quietes optima: cibi euchymi, qui facilè coquantur, 7 gallorum testes in aqua hordei cocti, pulli columbarum, pisces saxatiles & molli carne. Si aquæ potus noxius, vtatur hydrotholato cum vino granatorum, zulapio Alexandrino: malis & pyris astringentibus in vapore coctis. In doloris incremento & vigore, quiescat: in declinatione umbroso loco, si caleat, obambulet: aut calido, si frigeat. Ante cibum diutius & paulò celerius obambulandum: à cibo lentius & breuius, idque duabus post, aut tribus horis. Ebrietati naturali quadam proprietate repugnant amygdalæ amaræ, brassica, cuius meminit Theophrastus quarto de historia stirpium. In principio siquidem crudum vinum concoctum, vel reiectum fuerit, vtere iis quæ æstum sedant: in declinatione balneum, itémquæ litus ex oleis sine calore multo digerentibus proderunt.

³ Ut ex radice cyperi, acoro verno, caryophyll. absynth. mentha. origan. sic sacculus ventriculo ad mouendum.
⁴ Vomitione & foku.

⁵ Hi cum enim non habeat, distentione dolorem pariuunt.
⁶ Sect. 6. lib. 2. Epidem.

⁷ Gallorum testes non sint veterum: sunt enim virosi & effusi.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Galeni. comment. in Aphor. 5. li. 5. Aph.

Krapula, Hippocrati dicitur hæc affectio, nostris crapula, omnis nimirum noxia è vino contracta præsertim in cerebro, καὶ τὸ κεφάλαιον πῶλον δεινόν. Nec mirum grauissima symptomata vini immoderata potione induci. Cum enim sit temperaturâ calidum, substantiâ tenue, vel non admodum crassa, utroque sursum repit:

repit: tenuitate promptè omnia penetrat, & in substantiam neruorum ingrediatur, ac vaporibus caput & cruditatibus replet: vnde vniuersum corpus necesse est variè affici. Sed quomodo vini noxam eiusdem potio persanat? Nimirum quæ mala sue substantiæ tenuis copia inuexit, eadem sua qualitate tollit calefaciendo & exsiccando. Sin minus, periculosa omnia subsequuntur.

Vini potio immoderata qui grauissima symptomata inducat.

IN CAPVT III. DE DOLORE CAPITIS, AB EBRIETATE. 2 DVRETI ENARRATIO.

EBrietas. i. actionum omnium cerebri deprauatio, quam victoria vini, naturæ potentis, parit.

b Vomitus remedio est. Vomitus crudi vini, cuius abundantia natar alius. Aut ieiunium, malè vomentibus, i. difficulter, & cum periculo vomentibus, cuiusmodi sunt tabidi, & qui angusto sunt pectore, & scapulas habent alarum instar prominentes.

Ventriculi fatus. Ad quem 3. radice cyperi, calami aromati. Scænanthi, caryophyllorum ana. ʒ. ʒ. summit. absynthij Romani, menthæ, rosar. rubr. ana. P. i. coquantur in æquis partibus aquæ & vini rubri pro foku stomachi, cum spongia.

Vini noxam vini potu elui. Cuius sententiæ sequestrem habemus Hippocratem, sub finem sect. 6. lib. 2. epidem.

^a Quid sit ebrietatis.

^b Difficulter vomentes qui.

^c Fatus pro ventriculo.

^d Meri potio.

IN CAPVT III. DE DOLORE CAPITIS, AB EBRIETATE. DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM ANNOTATIO.

Hoc caput non videtur fuisse ab alijs distinguendum: alioqui separatim Heriam dicendum erat de cephalalgia ab alijs causis, vt ab ardore. Hanc tamen fuisse distinctionis causam suspicor, quod Galenus lib. 2. ʒ. ʒ. ʒ. enumeravit particularia quædam ad capitis dolorem, ab ebrietate, remedia vt quæ ab Apollonio & Archigene præscripta sunt, amuleta atque corollas. b Ebrietas in varijs hominibus, pro varia suscipientis causæ preparatione, varia quoque excitat symptomata. Ab hac enim alij lachrymas fundunt, alij ridet, alij ad iram mouentur, alij somnolenti fiunt: planèque stupidi, alij aliud quiddam patiuntur. Arist. sect. 30. prob.

^a Cur hoc caput fuerit ab alijs distinctum.

^b Varia ab ebrietate symptomata.

c Ab ebrietate duplex nascitur cephalalgia, vna à calido & subtili vini vapore, seu ebrietate recenti, superstitè adhuc vini integritate, ad quam profunt remedia ex Galeno supra commemorata: Altera est à crapula, i. pridianæ ebrietatis cruditate, qua nauseat ventriculus, vomiturit, & alijs exercetur symptomatis. Atque ad hanc cephalalgiam, non ad priorem, præscribit vinum meracum Hippocrates ad mensuram ʒ. ʒ. ʒ. (hemina dixit interpret) i. vnciarum octo, (qui est environ vn demi septier de Paris) vt sua qualitate crapulam dissoluat, ac plenitudinem discutiatur. Mirum est igitur quod Galenus lib. 2. ʒ. ʒ. ʒ. vbi de curatione cephalalgie ab ebrietate copiosissimè disputat, plurimæque præscribit ad illam remedia, vino tamen omnino interdicit. Ad posterioriorem enim cephalalgiam, non modò oleum chamæmelinum, aut irinum, vt ille vult: sed & vinum etiam vinosum mirificè confert, vt docet Hippocrates ad finem lib. 2. epidem. Partes autem ex ijs quæ iam posita sunt

^c Ab ebrietate duplex cephalalgia, & eius curatio.

^d Quid crapula. Quid natura. Ad crapulam vini generosi pertinet.

de crapula, hanc non satis ad mentem Hippocratis conuenienter definiri à Galeno, omnem capitis noxam ex vino factam, ad aphor. 5. lib. 5. Hippocrates enim nomine crapulae, intelligit tantum hesternae ebrietatis cruditatem. Ad arcendam ebrietatem, mitificam vim habet, praeter caetera, poma de curtispendolo vulgo dicta, quae malo ea poma vocare carpentula *de re medica*: quia praestantissima sunt inter omnes fructus.

ANTON. VALETII EXERC. III

EXcitatur à temulentia cephalalgia, vini generosi & largius epoti vaporibus calidis caput opplentibus. Restingitur inedia, somno multo, adstringente, frigidoque cibo qui vaporum ascensum coerceat. Initio confert aquae tepentis haustu vomitum ciere, si vinum incoctum adhuc in stomacho fluctet. Quod etiam post concoctionem caput indolescat, refrigerantibus & repellentibus, vt oxythodino, vtendum. Non semper tutum ad discutiendam ebrietatem vinum exhibere. Cerebrum enim si incaluerit, dolorem auget. Cornu ceruini rasura cum aqua pota naturali quadam & inexplicabili proprietate ebrietatem sedat. Creditur & hic puluisculus ad eandem prohibendam, & ad sistendam plurimum facere.

Bl. coriand. papav. gran. oxyacant. sem. brass. sic. cydon. plantag. spodij ana 3. 2. Ex hoc pulv. dentur 3. 2. cum succo astringente, vt limon. granat. aranc.

Fabulosum est quod medici veteres de polygono coronae istar capiti imponendo protulerunt.

Cephalalg. ab ebrietate. curatio Paulus Agin. sub finem cap. 4. lib. 3.



HOLLERIVS.

De dolore capitis à perfrictione. CAP. IV.

1 Nam quia sunt propinqua & vicina, itaque communia, ea primis & maximè affici solent. Hip. lib. de humor. 2 Naturales, animales. 3 Datur theriaca ad magnitudinem auellanae, hora somni. 4 De his cap. 5. lib. 3. Infitur. Chir. 5. Cum vniuersale, tum particulare, idque ex cephalicis 6 Hic oleo irino perfici poterit.

NON concidit facies, sed est 1 decolor, tardior mens & animae 2 functiones, frigidis non iuuantur, sed calidis. Calefaciunt, oleum rutaceum, irinum, de spica, de teberentina, costinum, quibus hyeme rigida, & vbi calore maiore opus est, styracem calamitam, benzoinum, euphorbium animalis, quam vitae, mythridatium, 3 theriacam, & similia permiscemus. Affectu perseverante, raditur caput, aut detunditur, paulò crassiora medicamenta, quam in aestu, adhibentur: sed tonis, & capillo pauco, aliquo tamen tectis, liquidiora. Ceratum de euphorbio, ex olei anethi 3. 10. tribus cerae, vna euphorbij. 4 Sinapismus capitella, diachylum ireatum, & similia conueniunt. Non est vtendum phlebotomia, cucurbitulis, remedijs suis venereae, vbi sola intemperies est. Alimētū, vinum tenue, cibus calidus, 5 balneū, motus, loci calidi habitatio, odor suavis, calidus, 6 illitus nariū, auris frictio.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

De hoc dolore à frigore, lege Aurelianum primo Chron. Rarò huiusmodi dolores ex sola intemperie fiunt: & si fiant, breui materiam accumulanti, praesertim in plenitudine laborantibus, & cacochymis.

IN CA.

IN CAPVT IV. DE DOLORE CAPITIS.

A PERFRITIONE.

DVRETI ENARRATIO.

DE dolore capitis à perfrictione. i. de capitis crudore, quem vulgò dicunt. *Morfondure de teste.* & Aristoteles *σφαλισμού* vocat probl. 10. sect. 1. Etenim tria capitis malè affecti symptomata excitantur, Cephalalgia, crudor, & catharrhus. Haecenus de cephalalgia dictum est; nunc sequitur dicamus de crudore.

Quid capitis dolor à perfrigatione. Tria capitis malè affecti symptomata.

Non concidit facies. i. non collabatur facies, vt in cephalalgia & cephalæa collabatur, vel intumescit: quia quae sunt propinqua & communia, primum illa, maximè affici solent. lib. de humor.

Sed est decolor. ob intemperiem frigidam, natiuo calori inimicam & sanguini, adeo vt sanguis, vel aditus prohibeatur, vel in parte quodammodo pituitescat: quoniam qualis humor, talis color, lib. de humoribus.

Cur facies sit decolor.

Tardior mens. Quoniam frigidus obstitit circum cerebrū sanguis: non quod mens ipsa alterationem suscipiat, vnde celerior sit, aut tardior: sed quia instrumenta non sint obedientia, & animae functiones in motu, sensu, & ijs quae non sine corporis aliquo instrumento suscipiuntur, imaginatione, ratiocinatione, memoria.

Cur mens tardior.

Frigidis non iuuantur, sed offenduntur potius, vt leui aura frigidior: quoniam ad suscipientis causae preparationem, leuissima vis efficientis causae sufficit.

Styracem calamitam. Sic dictam, quod in calamis è Pamphilia deportetur. Est autem lachryma arboris.

Styrax calamitae Fomes & lites.

Et similia permiscemus. Profuerit etiam à foru aquae vini, caput illinire oleis chymicis ex cariophyllo, saluia, roremarino confectis.

Crassiora medicamenta. Vt dropaces, cataplasmata, & synapismi; sed non sine delectu adhibendi, vt ait Galenus.

Liquidiora. Vt oleum rutaceum, irinum, de spica, cum tantillo styriacis, aut etiam euphorbij.

Capitella. i. pyrotica escharotica ex auripigmento seu arsenico, sandaracha cum tantillo opij. Sed haec capitella in crudore simplici non habent locum: praescribuntur tamen merito: quia diu non manet ille crudor, quin similis ipsius intemperiei humor nascatur.

Canteria.

Vinum tenue. Generosum, potens, parca manu vtendum.

Vinum. Cibus.

Cibus calidus. Conditus puluisculus ex cinnamomo, cariophyllo, nuce moschata, pipere.

Habitatio loci calidi. Vel naturā, vel arte: vt sit luculentus focus, vel degat in hypocausto sicco.

Habitatio.

Balneum. cum vniuersale tum particulare, idque ex cephalicis, illitus narium ex oleo irino.

Balneum.

DE HEMICRANIA.

DVRETI NOTATIO PARTICULARIS.

Cum cephalalgiae species quaedam sit hemicrania, certè consentaneum erat, vt cum cephalæa, eius quoque historia describeretur, vt à Galeno descripta est ad finem libri secundi diuini operis *de morbis*. De qua tamen hic nullum verbum agit Hollerius. Hemicrania verò est, dimidia alte-

Quid sit hemicrania.

rutius caluariz (à qua nomen habet) affectio, cuius sunt acerbissimi dolores. Hanc à cephalalgia dinstingunt ex eo recentiores, quòd cephalalgia sit totius capitis, hemicrania partis tantum affectus: & quòd illa ut plurimum per *sympathiam*, hemicrania potius per sympathiam accidat. Verum cum sit duplex sympathia, vna per *sympathiam*, vel per simplicem communicationem; per quam è duabus fieret hemicrania illi non explicarunt. Ego verò à Galeno didici, duobus modis fieri hemicraniam, nempe per *sympathiam*, i. morbificæ causæ propagationem: à partibus inferioribus ad superiores secundum venas, vel potius arterias interiores, & exteriores, tum etiam per *sympathiam* symptomaticam, i. materiæ morbificæ ad caput translationem, relicto priore foco, ut in cap. 1. annotatum est.

Hemicrania ex Galeno fit duobus modis.

Hemicrania curatio.

Hemicraniz tria sunt symptomata, erosio, pulsus, & distentio. Ad curationem autem valent plurimum, splenium multiplex maceratum rosa cum aceto. i. oxyrrhodino.

ANTON. VALETII EXERC. IV.

Cephalalgia à frigore curatio.

Capitis dolor à frigore suis causis & signis satis innotescit. Vini subtilis & oligophori potu moderata corporis motione & alijs calfacientibus, ab frictio nibus ex linteis calentibus, iuuatur. Caput inprimis sacculis foueatur.

R. fursur. macr. lb. B. milij quart. i. salis friat. ʒ. i. torresiant omnia simul in sartagine, fiant sacculi duo interpuncti, ut decet, qui alternatim mane & sero capiti admoventur. Efficaciores erunt additis cephalic. herbar. pulueribus, seminibus calid. vi:

R. fursur. macr. mil. com. sat ut supra, salu. maioran. sic. contus. ana M. B. sem. foenicul. contus. ana ʒ. i. bacchar. laur. iuniper. ana B. omnia simul in sartag. torresiant, dein ex his duo, ut ante sacculi parentur. vel:

R. beton. salu. rosmar. ana M. i. flor. anth. stœchad. chamam. meliloti, summitat. aneth. ana P. i. f. sacculus, qui bulliat in aqua aqua & vini partibus. Expressus capiti admoventur, ieiuno ventriculo.

Ab his ad litus pergendum. Parabuntur linimenta ex oleis, ab auctore prescriptis, paucula cera addita. In quibus cauendum, ne sit præceptus ad vehementiora transitus. His omnibus tentatis si superstes fuerit dolor, certissimum dabit residis materiæ purgatione excludendæ argumentum.

A siccitate sola infrequens est capitis dolor, qui si accidat, vehemens animi contentio, insignis aliqua vacuatio, immodica Venus, & similia incusanda sunt. Ex depresso faciei caractere propalam explicatur. Humido victu, pleniore, qui deperditam substantiam instauret, somno liberiore, vita curis soluta percuratur. Si litu lisum fuerit opus, ex olei amygdal. dulc. axung. butyr. recentis æquis partibus compingetur, quo frons & tempora illinentur.

Cæterum si capitis dolor ab ictu ad cranium & membranas pertigerit, curatio à chirurgia petetur.

HOLLE-



HOLLERIVS.

De vertigine. cap. 5.



IN OΞ Græcis, vertigo nobis, quum caput 1 circumnagi videtur. *Surditas*, cum etiam tenebræ 2 oculis offunduntur, aut spectra 3 rubentia, quæ denuntiant 4 Maniam: aut rubore saturata, quæ Epilepsiam, ex inordinato motu spirituum & fluituum. Hæc omnia aliquando gignuntur in capite: aliquando ex inferioribus partibus corporis huiusmodi spiritus efferuntur. Quod iiis ferè contingit, qui cruditates colligunt: quibus sæpius hepar calidius est: quibus ex hepate in ventrem regurgitat 6 bilis: quibus præsertim arteriosum genus intemperatum est, plenum feruido & spirituoso 7 sanguine. Itaque Theophrastus libello de vertigine spiritum & humorem capitis ovo comparat: quod cum fufum habeat humorem, non continuum, dum crudum est, non circumagitur: dum coctum, vertitur, vnito iam & continuo humore, & æqualiter fuso, Vide Aristotelem probl. 4. sect. 6. Si in capite primum generatur malum, iisdem remedijs vtitur pro varietate materiæ, quæ in dolore capitis descripta sunt. Si ab arterijs, arteriæ post aures incidantur. Sed cum sit duplex venarum genus & arteriatum, quæ caput ascendunt, interiores maiores, exteriores minores, si quidem per has sit fluxio, externa remedia, arteriotomia, venarum incisio & c. conferunt: si per illas, non conferunt, vt ex cap. 8. l. 3. locor. malè affect. dictum est. Nam venæ exteriores, nisi rami sint interiorum, non vacuant interiora. Si à cruditate, ea concoquatur, & temperantior vita instituat. Si à regurgitante bile, (sæpe enim tenebricosa quadam bilis ex hepate & intestino in ventriculum regurgitat) pilulæ hæ singulis hebdomadibus 8 deu-

1 Sive per idiam pathiam cerebri, sive per sympathiam.

2 Quod fit translata ad nervum opticum materia.

3 Inflammatis spiritibus, ab eis, & incandescente sanguine.

4 Morò nulla perturbationis critica excusatis possit adferri.

5 Tunc enim ad salutem hemorrhagiam portendunt.

6 Ut à pulmonibus & ventriculo, que tamen cardiogmo distinguuntur.

7 Quæ cardiogmum committit, ex apho. 17. lib. 4.

8 Cuius inordinatum motum martha sequuntur.

9 Ad exhauriendum bilem ex ventriculo.

℞. hieræ picræ, rhab. elect. agar. trochiscati ana ʒ. β. mastichis, spicæ, santali citrini, ros. rub. an. gr. 7. cum syrupo ros. fiant nouem pilulæ pro tribus dosibus, sumendis horâ ante cibum. Alijs verò diebus.

℞. specierum aromatici rosati, specierum triasantali ana ʒ. β. 9 sacchari rosati quantum sufficit, cum syrupo rosato fiat electarium. Reliqua faciendâ sunt, vt diximus in dolore capitis, secundum materiæ diuersitatem.

9 Vel sacchari in aqua rosata distillati.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Hac minus ac-
curatè dicta.

Vertiginis pri-
maria cau-
sae sunt.

Galen. comm in
aph. 3. l. 3.

Vertiginis per
protopatheiam
cerebri facta si-
gna.

Vertiginis ex
partium inferio-
rum sympathia
signa.

Hippoc. sent. 33.
li. 3. Prog.
et al. Aurel. cap.
2. et 1.
Chronicon.

Δ Turbulenta est commotio spirituum crassorum, aut flatuoforum, aut fo-
lius spiritus cum multo vapore, in anterioribus cerebri ventriculis, *καταδι-*
vobis duobus constat symptomatis, *Νύξ* seu vertigine, & tenebrosa oculorum offu-
sione. Inde nomen Græcis compositum tenebrososæ vertiginis: à vapore caligi-
noso. *κατά* pro vtroque sumitur, *σάπιος* pro vertigine. Ab vtroque differt Epi-
lepsia, tum materia, quæ est humor vel vapor: tum symptomate, quia conuulsio-
nem affert. Hypochyma longè alius affectus ab omnibus. Habet enim causam
coniuictam in oculo, non in cerebro, nimirum aquam vel fumum. Quicquid ergo
turbulentos illos spiritus procreare, vel procreatos commouere potest, siue
internum sit, siue externum, vertiginis causa est. In capite primariò affecto causæ
sunt humores repentè ac vehementer agitati, animi affectiones: omnis intempe-
ries siue arteriarum, siue cerebri coctionem impediens, aut corrumpens: præsertim
calida, humores extenuans, & in feruorem agens, aut multos vapores generans:
frigida, cruditatis parens, indeque multorum & crassorum vaporum, vnde se-
num diuturnæ vertiginis apud Hippocratem: meatuum quoque densitas & ob-
structio, vnde vapores intercluduntur, & vt in fornace, per ventriculos circuma-
guntur: naturæ conatus in secernendis humoribus per crism: translata ad cere-
brum materia post crises imperfectas: mittuntur autem ad cerebrum vapores è
ventriculo per inediam, calore (alimentis inopia) humores noxios exagitante, a-
cres incidente, calfaciente, & ventriculum prauis succis replente: per cruditates,
caloris natiui imbecillitate, qui vapores secernit, secretos dissoluere nequit. Ali
quando humor illic prauus aceruat, vel genitus, vel aliunde accitus, vel cibus
corruptus continetur. Idem fit ab aliis visceribus, hepate, liene, vtero, toto corpo-
re, excrementis retentis, hæmorrhoidibus suppressis. Primariò caput affici conji-
cimus, si sensus externi sensim læduntur, si in nulla parte inferiore vitium præces-
sit. Ab impuro corpore, cerebro infirmo, si coctionis tempore, & cum à somno sur-
gunt, vehementius vertuntur, si tenuis sit vrina pauca, aluus dura, color cutis si-
milis humori. A ventriculo, si nausea, deiecta appetentia, stomachi dolor, & simi-
lia præcesserint. Curatio perficitur sublatis causis per contraria sanguinis missio-
ne (si conueniat) è cephalica, vel mediana, vel basilica, ex arteriis post aures, cau-
terio. In vaporibus à materia calida primùm digerendo, deinde vacuando, postea
adstringendo, vapores prohibendo pulueribus, opiatis, similibus: per topica dis-
cutiendo, roborando: ieiunios reficiendo optimis alimentis, & citò nutrientibus.
Nocer capitis frictio nisi post purgationem, vel aliarum partium frictionem. In
capite fiat panno sicco, partibus inferioribus, calido.

Σpectra rubentia. Hippocrati & Aureliano *κατασφαιρα* dicuntur *κατασφαιρα* ou-
κωδ, *κατασφαιρα* spectra rubra oculis obuersione, è quibus de humore peccante con-
iecturam facimus. Alijs *κατασφαιρα* *κατασφαιρα*. Est autem facilis transitus vertiginis
ad Epilepsiam, vnde & veteres paruam Epilepsiam vocauerunt.

IN CAPVT V. DE VERTIGINE.

DVRETI ENARRATIO.

Quam caput circumagi videtur. Vt in pueris, qui frequenti gyro rotantur, o-
mnia que circumagi putant.
Cum tenebra oculis offunduntur. Per impuritatem spiritus animalis, & humoris
æquei, vel etiam translata ad neruum opticum materia, aut spectra rubentia in-
flammatis spiritibus ab æstu & incandescente sanguine.
Maniam, siquidem nulla perturbationis criticæ excusatio possit afferri. Est au-
tem mania, delirium febris expers cum furore coniunctum.
Huiusmodi spiritus effervuntur. Secundum arterias, carotidem, & ceruicalem: tum
etiam

etiam ex ventriculo, criticè, aut symptomaticè: quod cardiogmo indicatur; tum
ex pulmonibus.

Qui cruditates colligunt, ab ebrietate præsertim.
Quibus sapius hepar calidius est, quibus præsertim arteriarum genus intempera-
tum & plenum calido & feruido sanguine, cuius inordinatum motum marma-
rygæ sequuntur, quibus ab hepate in ventrem regurgitat; quæ etiam cardiog-
mum committit aph. 17. l. 4.

Si in capite primum generatur malum, quod percipitur ex sympathia ferè om-
nium sensuum, necnon totius corporis lentitudine quadam.

Isidem remedijs vitior. Phlegmagogis, menalagogis, apophlegmatismis: Topicis
etiam capiti admouendis, fotu, haplo, lotione.

Fiant novem pilule, &c. Profuerit etiam dare pilulas ex 3. 2. aloes, & 3. 1. B. rhei
maceratum in syrupo absynthij. Dentur autem ad 3. s. vel ad 3. 2. semel in heb-
domade paulò ante cœnam.

Remedia ad
vertiginem.
Pilule ad aliu
cruditates.

IN CAPVT V. DE VERTIGINE.

DVRETI IN SVAM ENARRATIO-
nem Annotatio.

Vide Galenum in sent. 42. sect. 4. lib. de diet. acutor. vbi ait Vertiginem me-
dium tenere locum inter calamitatem & securitatem, vt nec omnino careat
periculo, nec sit omnino funesti iudicij. Auicennas doctissimè philosophatur de
vertigine: vt hoc in loco Græcos ipsos superasse videatur. Fraudulenti verò spiri-
tus qui vertiginem faciunt, vel localem habent in cerebro generationem; vel a-
liunde veniunt per propagationem causæ morbificæ, vt quando ad arterias ple-
xus retiformis fertur *αἰσθησις*, terra, per arterias interiores, & exteriores ceruicis,
quæ *αἰσθησις* flatulentos vapores loco spiritus animalis gignit. Venit hæc et-
iam à ventriculo malè affecto, per simplicem communicationem fraudulenti
vaporis à corrupta bile, quæ stabulatur in aluo; estque talis vertigo, vel sypto-
matica, vel critica, & futuræ salutis index.

Vertiginis cau-
sa.
Vertigo alia
symptomatica,
alia critica.

ANT. VALETII EXERC. V.

Vertigo duplex, simplex, & tenebrososa, vtraque maioris & minoris ratione
distincta. Illa enim leuior, hæc grauior, quod à causa fit potentiore. Vtrius-
que causæ & signa quibus inter sese iungantur, fuscè repetita sunt ab Hollerio ex
Galen. cap. 38. libro 3. de loc. mal. affect. comm. ad Aphor. 17. lib. 3. & ad sent. 42.
lib. 4. de vict. rat. in morb. acut.

Sit primaria affectio, an ab intemperie cerebri calida, arterioso genere intem-
perato, venis feruido & spumoso sanguine plenis, an sit à frigida, considerandum.
Si ab illa, reprimentium vsus, vt oxyrhodini, reuellentium, vt phlebotomiæ, & cu-
curbicularum longinquis partibus, maioris ergo reuulsionis, vt tibiis,
dein inter scapulo affigendarum indieatur. Veteres etiam arterias secuerunt,
cum videlicet vapor exteriores per arterias ascenderet. Ante admotas ceruici
cucurbitulas aluus blando cathartico, aut exremate subducitur; ne vapor in ca-
put ab his affixis concedat.

Interim sumenda sunt, quæ turbulentos sistant spirituum motus, vt zulap. ro-
fac. syrupo granatorum de acetos. citri, cum aquis plantag. rosar. lactuc. & similibus. In
causa frigida purgatio ex catapotis erit ex vsu, vt ex coctis & pillul. de agaric.
æquis partibus mistis, & cum syrupo de stœchad. malaxatis. Huc pertinebunt apo-
phlegmatismata, & alia id genus particularia in cephalalgia pituitosa comme-
morata.

Commendatur maximè hic puluis. ʒ. salu. 3. 2. stor. dauendul. hyssop. mentli.

ana 3. i. caryoph. nucis moschat. cinnam. elect. zinziber. albi, granos, paradisi, zedoaria, galanga ana 3. i. calam. arom. 3. 2. granor. iuniper. 3. 3. granor. peron. 3. i. fiat pulvis, de quo detur 3. i. mane, & circa somnum. Sunt qui vermem fericum facientem efficcant, in puluere redigunt, vertici capitis vertigini & conuulsioni obnoxiosius inspergent, cuius mirabiles effectus esse volunt. Hoc pulvere Carolus V. Imperat. frequentissime utebatur.

Si fiat per ventriculi consensum, purgabitur humor, qui os ventriculi lancinat pilul. de hiera, aggregariuis, & similibus syrupo de absinthio exceptis. Prohibebitur aditu ad cerebrum vapor aniso condito, ex cochleari a pasto dato, puluisculis reprimentibus e coriandr. ros. cinnamomo.

Interea roborabitur ventriculus sumptis tabellis diarhod. Abbat. aromatic. rofati.

Quod si bilis ab hepate in ventriculum confluat, medendum hepati diluto rhei in decocto hepatico vel aquis hepaticis, syrup. de cichor. de endiuia, tabellis diatriafantal. cerato santalino.



HOLLERIVS.

De Phrenitide. cap. 6.

1 Si modo phrenitidis curatio non potest recipere, ut nec rependit phrenitidis paroxysmus ex d. uturna generatione obstruatur, nec phreniticum su tremulum, aut etiam fatiat: us. cum alui excrementa biliosa in uena excretibus, & impeditio partium, & quarum officio vita carere nequit.

2 Sine ullo infrmitate in uena.

3 Ad cause conuulsioni artemonia, & anteed nisi auerfionem.

4 Vniuersi tollent corpori, ad uala.

5 Nisi etiam symptoma prohibetur.

6 Ne ambla fiat spir. uena distipatio.

7 Vel lineamentum ex alio, albumina cui & pilliporum conficitur.

8 Spirituum distipatione, & huiusmodi bitis ergasmo.

PHRENITICOS ita i curabis. Viribus integris 2 sanguinem detrahes e 3 cephalica (nisi plenitudo 4 adfit, alioqui enim oporteret 5 prius secare iecorariam) angustio 6 foramine, vt vulnus celerius coalescat. Quod etiam fideliter ligabis, aut 7 pice obduces, ne temeritate phrenitici dissoluantur, & ita prorumpat sanguis. Obseruandum tempus, quo minus farere videatur. Ministris quoque opus est, qui phreniticum contineant: alioqui periculum, ne agitatione corporis uena phlebotomiam eludat, aut amplior adigatur plaga, vel locus turpiter lacereatur. Detrahatat pro viribus, vitato animi deliquio. Paulus in iis, qui in mentem corpus agitant, uenam in fronte, alij uenam nasi, Diocles uenam sub lingua diuidit. Nonnulli sanguisugas fronti, temporibus, naso, caluarie insigant. Sant, qui auriculas scarificent. Sed hec omnia non nisi progressu morbo & vacuato corpore tempestitia sunt.

De aere, ubi collocentur, iam olim disputatum est. Antiqui fere tales agrotos in tenebris continebant, tam quia in luce spiritus agitati furorẽm exasperarent: tenebras quoque ad somnum & quietem conducere existimabant. Asclepiades phreniticos in lumine esse habendos dixit, quia tenebræ terreant, quia lucido loco sensus occupantur, atque interim mens quiescat. In tenebris uero quietis sensibus, mens altis cogitationibus & uisis sese exagitat.

Et propterea idem dicebat nulla re magis phreniticos reuocari, quam harmonia & Musica, vt constat ex Athenæo. Sed hoc fere Græcis & Latinis placuit, vt qui luce offenditur, habeatur in tenebris, aut mediocri luce collocetur: quem tenebræ lædunt in luce collo-

collocetur: qui utraque pariter offenditur, mediocri luci habeatur. Et si vires valent, lucido magis: si infirmæ, magis tenebroso iuuatur.

Hæc & alia plura apud Celsum & Aurelium de morbis a-

cutis. Fuit & alia controuersia de tondendis, 9 aut radendis phreniticis. Asclepiades radinoluuit, nec etiam tondi, quia uidelicet raso capillo aut detonso copiosior materia in caput attollitur, unde capilli fruticant magis, & seges detonsa uerberius prouenit. Itaque cum oporteat materiam e capite reuelli non in caput attrahi, non erunt tondendi. Hoc uero reliquis omnibus Medicis placuit. Tondendi phrenitici (ab initio) radendi etiam, nisi prohibeat frigus, remissionis tempore, longius a cibo. Sic enim remedia commodius adhibentur, caput leuatur onere, & fumi facilius digeruntur. Missio sanguine molliusculis 10 clysteribus (Cauido a calido, vt hiera, beuedicta) utemur: interim etiam acriusculis, & maximè, si phlebotomia omissa est, qualis hic est.

℞. decoctionis fursurum ʒ. i. In qua dissolue cathol. ʒ. 6. sacch. rub. mellis ros. colati ana ʒ. i. ol. uiolati ʒ. 3. salis communis ʒ. 2. Imperanda etiam 11 purgationes leues (in pauca quantitate, ne calfaciant & agitent humores) quales descriptæ sunt in dolore capitis ab humore bilioso, aut hæc.

℞. succi ros. ʒ. 2. sacchari. ʒ. 6. leuiter ferueant in calidis cineribus. Opulentos adhibitis ministris continebis, aut etiam uinculis colligabis, vt pauperes. Vincula enim motum retinent, & materiam e capite reuellunt.

Topica.

Vitandus assiduus refrigerantium usus, ne in Lethargum commutetur morbus: deinde quia constringunt poros unde fumi in capite retinentur. Licebit uti iis, quæ in capitis dolore calido descripta sunt. Primum quidem repellentibus: deinde iis erit admissendum aliquid chamæmelini olei.

Apij succus, aut alterius fortioris, vt calamenti & origani, ad resoluendum addi poterit, sed non nisi declinante morbo licebit etiam uti in declinatione 12 oleo, in quo serpillum, & alia eiusmodi coxerint ut concilietur somnus. Hordeata parentur ex aqua decoctionis quatuor seminum frigidorum. Perfundatur caput & facies, abluantur pedes & manus, excipiat quoque vapor hoc modo.

℞. violarum, hordei excorticati, caput papaueris albi, rad. mandragoræ ana M. i. fiat decoctio in aqua purissima. Vbi refrixerit facies ægri, inde abluantur pedes quoque & manus. Deinde spongia immersa in his, id est, in decocto, subinde naribus admo-ueatur.

Iuscula cum capite vno papaueris albi coquantur, multa lactuca alterentur, vel hoc nodulo.

℞. quatuor sem. frigidorum maiorum, papauer. albi ana ʒ. ʒ. fiat nodulus, qui imponatur in iusculis. Utatur cichorio & lactuca cli-

9 Ad auerendam materiam infringendam & digerendam.

10 Ad reuulsione bilis.

Talis autem clyster imperari poterit.

R. c. deco. l. aff. plant. ag. nenuph. parietaria, al. i. hæc

Lib. i. In qua dissolue catho.

Drach. 6.

mell. ros. colati, sacch. alb. ana

Vnc. i. olei uiol.

Vnc. i. sal. com.

Drach. 3. fiat clyster.

11 Hæc purgatio aptè prescribetur.

Reci. fol. endi.

scario scab. acetos. flor. trium card. anap. i. tam. marind. pass. mund. polyp. querni an.

Drach. 3. sem. acetos. melon. cucur. an.

Drach. i. fi. decocti in qua infunde rhei elect.

Drach. i. santal. citr.

Scrup. a. In expref. dissol. cathol. vel cass.

Vnciam semis syr. ros. pall. lax. vnc. sem. fiat potio.

xis, & modico saccharo violato confersis.

Frontalia.

℞. ol. ros. ℥. i. aceti ʒ. 2. popul. onis (ad somnum, sed recens esse debet, quia antiquum calfacit) ʒ. 2. misce pro frontali Oleum, in quo viua torpedo extincta sit, ac deinde coxerit, in quo lactuca coxerit, folia aut capita papaueris recentis, oleum violatum, de nenuphare, de papauere, de mandragora, de cucurbita.

Vel ℞. olei rosarum, nymphae & papaueris alb. aceti, aq. stillati-
tiae solan. & betonicae ana ʒ. ʒ. mista agitentur pro embrocha fron-
tis & syncipit. Item ℞. vnguenti populei & rosacei aceto lotorum
ana. ʒ. 6. feminis papaueris albi. & psyllij contuforum, cera ana ʒ. ʒ. ʒ.
malaxentur, & concorporentur in cerati formam, quod inductum
linleo fronti circuncidetur. Aut.

℞. olei de mandrag. vel de aliquo alio ex supra dictis ʒ. 2. popu-
leonis ʒ. ʒ. aceti ʒ. 2. Agitentur & misceantur pro frontali. Aliud
fortius.

13. Caterum haec adhibentur quum symptomatum summa sunt omnia.

℞. 14. opij, croci ana ʒ. i. distemperentur in vini albi, & aequae ros.
ana ʒ. i. cum linteolo in eo madefacto fiat frontale.

Chelidonij terrestri manipuli 2. vel 3. coquantur, lana vel stup-
pis excipiuntur, & raso capiti, emplastri modo, vtiliter imponun-
tur. Ad id quoque facient odoratus rerum frigidarum. Nec desunt,
qui caphuram è collo ad cor suspensam commendent.

Conciliato somno, & experrecto ægro, facies abluatur decocto
cham. aut anethi. Non vtendum somniferis, quæ intro sumun-
tur, nisi vires valeant: alioqui horum vsu languidus calor extin-
guitur.

Potio ad somnum.

℞. syrup. de nenuph. syrup. de papau. ana ʒ. 6. decocti lactuc. ʒ. 2.
fiat potus, detur hora somni. Alia.

℞. lactucarum P. i. dactylus N. 3. caput vnum papaueris albi: fiat
decoctio ad ʒ. 4. In quibus dissol. syrup. 14. ros. ʒ. i. ʒ. i. misce, detur ho-
ra somni.

Vel ℞. lactuc. nouell. M. i. florum violar. nenuph. ana p. i. feminis
papau. alb. sem. melonum ana ʒ. 2. fiat decoct. pro vna dosi: in colat.
dissol. syrupi de papau. ʒ. i. vel eiusdem syrupi. & diacodij sine spe-
ciebus ana ʒ. 6. vel syrup. ros. sicc. & de nenuphare ana tantumdem,
fiat zuparium clarum: condatur pauculo santalo citrino, vel cina-
momo. crassius conuassato.

℞. ros. violarum, absynthij an. ʒ. ʒ. opij gr. i. simul mixta leuiter
bulliant, colentur cum ʒ. 4. iusculi pulli, forbeantur. Quinetiam
quoniam phreneticis ab immodica illa vigilia certa impendet vi-
rium prostratio, commodum erit, aliis remediis non respondentibus,
tandem hoc vnguentum præcipere, quod ad omnem *epilepsiam*,
seu ex febribus, melancholia, aut dolore obortam mirificè confert.

℞. succi mandragoræ, violar. feminis hyoscyam. capitum virid. pa-
pau. ana ʒ. 12. cicuta, solani, radic. lactuc. cera ana ʒ. 6. mastich. ʒ. i.
opij ʒ. 2. omnes herbæ semina, & radices oleo viol. vel commu-
ni diebus

ni diebus 12. infunde, deinde ad prunas coque, donec herbe coquan-
tur, Postea cola. Colatis tritum opium immisce. Postremo ceram
& mastichem adiunge. Ad idem olea crocinum, hederaceum, man-
dragorinum, populneum plurimum facient. Sic autem populneum
parabitur. In vini lb. 4. olei, si vis. ros. lb. 3. oculorum populi Vere
collektorum libræ tres diebus 7. macerentur: quotidie agitentur: le-
uibus prunis postea coquantur ad vini consumptionem. Capiti
dolores abigit efficaciter. Nimum sopitos his remediis ita ex-
citabis.

℞. succi rad. fœnug. ʒ. 2. ʒ. aceti albi, in quo nux moschata coxe-
rit, ʒ. i. ʒ. cum spongia ex aqua hyssopi expressa, & rursus madefacta
in supra dicto succo, fiat errhinum, attrahatur naribus. In eundem
vsu pulegium, aut hyssopus teritur, & ex aceto naribus admoue-
tur. Porro quæ adhuc in menyngibus superest crassior, aut impa-
ctior materia, ea digerentibus est vacuanda. Vacuabitur partim
sumptis, vt rheo, myrobalan. & catapotis conuenientibus: partim
admotis capiti temperatè calidis, vt oleo rosaceo cum chamæmeli-
no; sicut ex decocto malux betonicae, fœnicul. alth. lini, fœnug. flori-
bus chamæm. anthos, sambuc. cum spongia, vel cum linteo: vel ei-
dem capiti applicitis columbis, catulis, lapis, aut similibus animal-
culis viuus per spinam sectis, & exenteratis. Sed hæc nunquam nisi
in fine vigoris & declinatione morbi tentanda sunt, alioquin plus
attraherent, quàm digererent.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

MAnia & melancholia, deliria sunt sine febre: phrenitis & *ἄσθονος* cum
febre. Hæ duæ species distinguntur continuitate. Nam *ἄσθονος* sym-
ptoma est in statu febrium ardentium, cum quibus incandescit, & remittitur. Phrenitidis *ἄσθονος*
morbus est continuus, febrim & mentis perturbationem inducens. Hippocrati
tamen interdum phrenitici dicuntur, quibuscumque mens oblata est. Causa
duplex: vna à bile naturali. i. tenuiore sanguine ad cerebri meningas affluente, & *Hipp. apho 53. li 6 Apho.*
in illis inflammationem, vel etiam in cerebro, ob exitum è vasis, angusto loco co-
arctationem, & prohibitam transpirationem procreante, vel feruente duntaxat, *Phrenitidis signa pathognomonica.*
vnde Hippocrati deliria securiora cum risu. Altera à bile non naturali. id est acri
& adusta, quæ quò acrior est & adusta magis, eò sæuiora & periculosiora acciden-
tia inuehit. Signa pathognomonica sunt, febris, delirium, continuitas. Curatur
primùm clymate molliente & alterante, si & per morbi sæuitiam, & ægri morosi-
tatem liceat: sectione cephalicæ, aut eius loco cucurbitulis humeris & natibus
cum scarificatione admotis, aut sectione venæ sub lingua, materia fluente: in
statu, venæ frontis: Topicis initio repellentibus, deinde admixtis paulatim resolu-
entibus, purgatione bilis, potionibus tordi accommodatis in virium imbecilli-
tate, sed in bile adusta humectantibus & melancholico humori propriis, alio per-
petuò humectata, urinæ prouocatione (si retenta sit) per admota non calfacien-
tia. Cæterum de venæ sectione in phrenitide non leuis est dubitatio. Etenim Af-
clepiades medicos eos trucidare affirmabat, qui phreneticis sanguinem detrahi
imperarent, quòd phrenitis non nisi intentæ & vigente febre prehendam: sanguis
autem remissa febre mitti debeat. Et quidem raro sanguinem mittimus, quia fe-
bre prius missus fuit, & iam viribus deiectis incidit phrenitis. Quod si quando san-
guis ducatur, animi deliquium vitandum.

Narcoticis cau-
te utendum.

Oleum de papauere, de mandragora. His cum iudicio utendum, ne cerebro natura frigida noxa inferatur, idque minima dosi, & in principio, aut vigiliis. Temperari possunt mulieris lacte puellam lactantis, quod frigidusculum est. Possunt quoque pannos succis intingere, vel aquis hyeme, & admoere fronti: qui remouendi sunt, ubi incaluerint, & saepius repetendi. Potest etiam e tritici farina sola cum succo & oleo violarum fieri cataplasma, & fronti non dormientium applicari.

Syrupi de papa. His quoque non utemur nisi coacti, & firmis viribus. Cum enim frigidissimi sint, de caloris natui extinctione periculum imminet. Ad virium robur & conseruationem addantur syrupus violatarum, pulueres cordiales, ut de gemmis, diamargariton frigidum, aquae buglossi, borraginis, & in bile adusta puluerum loco, confectio alkermes minima dosi pro imbecillitate virium, & ex tra ventris fluxum.

Opij usu quibus
in naturis suspe-
ctum.

Opij. J. Vfus opij in pueris, mulieribus, mollioribus, periculosus est: in robustioribus minus: affluetis, ut quarundam regionum incolis, nullo modo; etiam si petos sumatur. Gulielmus Rondeletius primariae notae medicus, & in Monpeffulensi Schola Regius Professor retulit mihi vidisse se ab Hispano in summo aestu opij semenciam siue noxa deuoratam. In dolore capitis opium, non croco, qui molestiam & grauitatem inducit, sed nuce moschata, corrigi debet.

IN CAPVT VI. DE
PHRENITIDE.
DVRETI ENARRATIO.

Phrenitis quid.
Qui phrenitici
curacionem non
recipiunt.

De phrenitide. Quod est delirium intermissionis expers, cum vigiliis, & febre coniunctum.

Phreniticos ita curabis. Si modo curacionem possint recipere, ut certe non recipiunt in quibus, ex diuturna generatione causarum morbificarum, repente infaniae summa sunt omnia, labefactato, a diuturna alteratione, & quae paulatim fit, cerebro: deinde qui iam a phrenitide sunt phanatici, aut etiam tremuli: accedentibus etiam deiectionibus alui, & vrinis, tincturae biliosae expertibus: vel etiam vrinis enoeremate nigro praeditis, & arginosa vomitione.

Viribus integris. Sine vilo infirmitatis metu. Ineunte phrenitide, nec dum superueniente infania, aut tremore.

Sanguinem detrahes e cephalica ad causae coniunctae remotionem & antecedentis auersionem, nisi plenitudo adest vniuersi corporis ad vasa.

Ut vulnus celerius coalescat. Ne etiam ampla fiat spirituum dissipatio.

Auripice obuices, vel linamento ex aloe, albumine oui, & pilis leporum confecto.

Venam frontis. Affecta iam phrenitide, non inchoata; quoniam temeritate phrenitici, & motu corporis, non ita facile secta frontis vena dehiscit.

Tenebras quoque, ad somnum & quietem, conducere. Quoniam vt calor natuius intro aut foras cursum inflectit: ita somni & vigiliarum inclinationes fiunt. At qui, meridiana luce, foras, in tenebris, intro cursum inflectit comment. ad aphor. 1. lib. 2.

Phreniticos in lumine esse habendos. Verum ut est peculiaris natura morbi & aegri, nonnulli phrenitici, in tenebris; nonnulli in luce sunt habendi.

Quia videlicet raso capillitio, aut de tonso, &c. Haec argumenta sunt sophistica. Non enim raso capillitio ideo sobolescunt magis capilli: quod materiae morbificae maior fiat affluxus; sed quia abundat magis humor spermaticus qui pilorum incrementum est materia.

Mollisculis clysteribus. Ex quatuor emollientibus, planitagne, lactuca, nenuphate prunis aciditibus (qua scilicet vulgo dicuntur prunes de S. Julien), sero lactis, castia & oleo communi aut violaceo.

Imperanda

Imperanda etiam purgationes leues. Ex cassia, decocto tamarindorum pinguium, endiuiae, scariolae, in quo dissoluatur catholicum, vel cassia, ipsa cum syrupo violato.

Vel in lethargum commutetur? Quoniam, ut intempestiuo refrigerantium vsu, phlegmone vertitur in scirrhum: sic phrenitis in lethargum; quae successio pestifera est atque funesta.

Quae in capitis dolore calido descripta sunt. Vt hapsio ex rosa, & gossipio carpto; vel ex aceto & aqua octupla; vel ex succo semperuiui: Melius autem, portulacae aut lactuca, cum tantillo aceti. Profuerit etiam adhibere cataplasmata ex farina hordei crudi & oxycrato. Sed & epithemata hypochondriis adhibenda ex aquis stillacitiis, vel ex decocto cichorij, plantaginis, endiuiae, florum nymphaeae, cum tantillo aceti, & granis aliquot camphorae. Profuerit etiam circumponere ceruici & collo hapsium ex succo portulacae, & lactuca, cum tantillo aceti: Iisdem etiam succis perfundere lumbos, a coctis, ad os sacrum.

Admiscendum aliquid chamamelini. Vel oleo violato simplici utendum. *Oleo in quo serpyllum.* Non ut concilietur somnus: sed ad digerendum & ad excitandum calorem natuum cuius vires efferae languent. Ac tum profuerit, exenteratos gallos & pipiones capiti adhibere.

Abluantur pedes & manus, decocto lactuca, & foliorum falcis. *Naribus admoueantur.* Admoueantur etiam lactucae maceratae in aqua cum tantillo aceti. Potio ad somnum & lactucarum nouellarum, florum nymphaeae ana iii. ss. caput vnum papaueris albi, fiat decoctio. In colatura ad 3. m. dissolue syrupi nymphaeae 3. i. fiat potio detur sub horam somni. Soleo etiam phreniticis, iam iam futuris phanaticis, haec praescribere: R. conseruae nymphaeae 3. i. pilularum de cynoglossio 3. ss. fiat bolus sub horam somni.

In eundem vsu pulgium. Ac tum profuerit vincula dolorifica; frictions asperas, superne deorsum, praescribere, fasciculos thymi & satureiae maceratos in quo decoxerit nux moschata, naribus admoere: gallos denique aut pipiones exenteratos capiti.

IN CAPVT VI. DE PHRENITIDE.
DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM
ANNOTATIO.

Quemadmodum actio laesa, partis affectae certissimum est argumentum: ita laesionis species, affectionem ipsam, & eiusdem affectionis ideam, plane denunciat: Sic delirium certissimum signum est cerebri male affecti: quoniam laesio est actionis ipsi cerebro propriae. Est enim proprium cerebri: duce illa animi parte, quae mentis & consilij est particeps, imaginari, ratio cinari, meminisse. Cum ergo harum actionum facultates non sint in dura menynge neque in tenui, toto caelo aberrant, qui phrenitidem dicunt esse inflammationem menyngeum, non autem cerebri. Verum laesionis species affectionem ipsam indicat: Non enim omnes qui delirant, id est potestate mentis excuti, sunt phrenitici, cum & melancholici delirent & phanatici, alique huiusmodi, idque ob male affectum cerebrum. Sed qui cum febre & vigiliis, continenter delirant, ij demum vere dicuntur phrenitici. Fiunt vero phrenitici, duobus modis: Alij enim paulatim phrenitide corripuntur, cuius primus gradus est *maex* i. animi percurbatio: alios de repente phrenitis inuadit, qui scilicet phreniticam *diadea* diu multumque habuerunt: vnde diuturna alteratione labefactatum est cerebrum, Vide Gal. comment. ad aegrum 4. sect. 3. lib. 3. epidem. b. Phreniticus si negligentia medici fiat phanaticus, per flauae bilis, quae phreniticum committit, assationem, & in atram commutationem (cum huius longe actiores sint morsus quam flauae) curacionem, non recipit. Is autem spes iubet esse ratas, & calcitrando, mordendo, seseque huc & illuc mouendo, omnibus esse molestus.

Phrenitidis in
lethargum com-
mutatio.
Cataplasmata,
Epithemata.
Hapsium.

Olea.

Admouenda.
Potio semisera.

Bolus.

Actio laesa &
laesionis species.

Cerebri actio
propria.
Phrenitidem esse
inflammationem
cerebri, non so-
lum menyngeum.

Qui vere sint
phrenitici sunt
duobus modis.

Phanaticus cu-
rationem non re-
cipit.

Tremor phrenitidis superueniens insanabilis. Sic quoque phreniticus, si tremulus fiat, insanabilis est, & mors eius est in pro-
pinquo: quoniam tremor delirio superueniens, per cerebri ipsius alienationem accidit. præstat enim delirium superuenire tremori, cum id fiat per simplicem cerebri alterationem, quam tremorem delirio, quod per eiuſdem cerebri alienationem contingit.

Signa in phrenitide lethalia. Præterea, quotiescunque in phrenitide perennis est materiæ morbificæ generatio, perennisque eius ad caput affluxus, quod deiectiones alui, & urinæ, tincturæ biliosæ expertes, indicant, nulla iam spes est salutis sperabilis.

Coma phrenitidis superueniens. Phrenitici etiam sæpe sunt comatosi, & his citò intereunt: quoniam intemperies frigida superueniens, profusus est insanabilis. Sæpe accidit in phrenitide, ut cum bile misceatur pituita (cum vernaculus humor sit natura pituitosus) & tunc pituita somnū inire facit, seu coma potius; bilis verò vigilem reddit, nec somnum inire patitur: sicque, ex utriusque humoris concursu, aliquando contingit ut phreniticus vigilando dormire, & ut ita dicam, dormiendo vigilare videatur: quoniam oculorum palpebras claudit, nec tamen dormire potest.

Coma vigilans. Sunt phrenitici quidam *βραχυνοται* Hippocrati dicti, id est qui bibendi desiderio non capiuntur, & hi vix curationem recipiunt. Sic ab hinc septem annis, cuius Luteriæ egregius, die septimo morbi ardentem febricitabat, ac phrenitide laborabat absque vilo potus desiderio. Huic cum ego hordeati cyathum vnum propinassem, & alterum ei hauriendum obtulissem, accepit ille quidem, sed, vbi labris admouit, statim in terram deiecit: Deinde simul atque in triclinium cum aliis, deliberandi causa, secessissem eò æger repente accessit, sese è fenestra præcipitaturus, nisi eum subito manibus apprehendissem. Hic autem erat phanaticus, & paulò post interit.

Phrenitici apud Hippocratem βραχυνοται. Historia de phrenitico quodam.

Cur phrenitidis curatio sit difficilissima Nota. Phrenitidis curatio est difficilissima, tum propter partis affectæ præstantiam, morbique magnitudinem, tum maximè propter ægri contumaciam: ob hanc enim vinculis sæpe constringendus est, nec temerè soluendus, etiam si sanum se dicat, & humiliter loquatur. Hic enim est phreneticorum dolus.

Gallorum excoriorum capiti admoſio. Quando scilicet in phrenitis maximè languet naturalis calor, ut calore illorum animalium nosſet, cui ille est valde familiaris recreetur & exciteretur. Magna autem cautio adhibenda est, ut gallus illicò auferatur quando putredinem concepit.

Lactuca vires. Phreniticos iuvat lactuca: quoniam vim habet maximam ad conciliandum somnum, estque olus omnium innocentissimum, ut etiam testatur Galenus. Superiore anno phreniticum curavi, cui conciliaui somnum liberaliore vsu lactucæ; & quidem semel in mensa iussi illi parari quatuor lactucas crispas, quas cum æger assumpsisset, dormiuit, & inde melius habuit.

Historia.

ANTON. VALETTI EXERC. VI.

Phrenitis membranarum cerebrum obuelantium, atque adeo cerebro ipsius, inflammatio, vel exquisita est, & cerebri, meningumque eius propria, vel supra, cerebro septo transverso inflammato consentiente, & ex nervis, qui in ipsum sparguntur vitium concipiente. In illa magna & rara est respiratio, in hac inæqualis, à contractione præcordiorum & incendio magno. Vtriusque distinctiones, causæ & signa, habentur cap. 3. lib. 5. de loc. malè affect. libro 2. de caus. symptom. comment. ad sent. 1. sed. 1. Prother. primo.

Paul. Eg. c. 6. li. 3.

Phrenitidis curatio.

Morbis hic, quia acutissimus, celerem petit curationem. Iniicitur clyster è decoct. remollient. additis seminibus frigidis, in quo sint dissolut. cathol. & diapr. ana vnc. 3. mel. ros. & sacchar. alb. an. vnc. 1. butyri recentis (non enim tam cito, atque olea, inflammatur) vnc. 4. vel olei violac. & butyr. recent. ana vnc. 1. 5.

Clystere reiecto, materiæ affluxus, qui tumor & inflammationi incrementum suggerit, reuellendus aperta cephalica, vel suadente Aetio media, vel celerius subueniatur, angusto tamen factò foramine, metu nimix spirituum exolutionis, qui in hoc affectu præ sanguinis tenuitate facile dissipantur.

Coueniunt deinde repellentia, quæ suo occurſu humorem propulſent, eiusque feruorem contemperent, quamquam in statu, vbi meatuum refrigeratione, & humoris discussione maxime est opus, eorum vsus sit penitus abrogandus.

Purgationum

Purgationum Græci etsi auctores non meminerint, fortasse quod existimant humores motos inflammationem augere, tamen cum bilis ad furorem in phrenitide multum faciat, & in magnis morbis non solum sanguinis missione, verum purgatione uti sit rectissimum, hic purgante medicamento, minus tamen calido, medicari licebit, priusquam ad ea, quæ alterant, discutiunt, & vapores transpirare faciunt, veniatur. Sic itaque purgabis. ℞. expressio. 3. 2. thei elect. in decoct. 3. s. 1. tamarindor. & cich. infus. cum ʒi. cinam. in qua dissol. cathol. & syr. viol. an. ʒ. 1. f. potio. Pauperibus semunciam diapr. solu. aut eiusd. diapr. & electuarij de fucos. ros. an. ʒ. 2. in aqua hordei dissolues, nisi calidiora hæc exhibere febris vehementia vetet.

Gal. libr. 4. de theod.

Longius progressu affectu, & commoda erit deriuatio, & à parte laborante vacuatio. Alterum affixis cum scarificatu inter scapulis cucurbitulis, alterum sectione recte in fronte venæ, stricto prius, ut appareat, collo, consequimur. Quod si consistente morbo spes fit alicuius crifum consequuturæ vacuationis, nihil molliendum, ne naturæ motum inturbemus. Contra verò si natura nihil tentando fatiscat, aliqua oneris parte leuanda, clystere vel cathartico exhibitio.

Mox ad discutientia linimenta & fomenta progrediendum, quæ quamuis calida, materiam foras euocando refrigerant. Parabitur ex moderate calidis, v. chamæm. melil. aneth. beton. stœch. maioran. seminibus anif. foen. & similibus, decoctum, in quo immerſa sponsia capiti applicanda. Litus ex oleo chamæm. liliac. anethino. Huc referuntur exenterata, ut loquuntur, viua animalcula.

Præterea qui in phrenitide superat calidus humor, & proinde in ea affectione est *ακνηνοια*, est quoque & *αισθηνοια*, ob vitia tam cerebri temperaturam, occurrunt duo grauissima symptomata, somnus difficilis & urinæ retentio, quæ opem medici requirunt. Somnus conciliabitur hypnoticis portionibus ab Auctore imperatis, vel hordeato, cui femina refrigerant pap. alb. lact. vel portulacæ sint addita. Subducetur vrina pubis & perinæi foru, ex malua, bism. pariet. cham. & mel. in aqua & vino albo coctis.



HOLLERIVS.

De i Apoplexia. CAP. VII.



APOPLECTICVM 2 ita curato, Hominem agitato, concutito, 3 fricato. Sæpe enim similes apoplecticis concidunt ex leui obstructione, quæ agitatione corporis discutitur. Ea obstructio à crassis vaporibus esse potest, vel quia pauca materia est, quæ obstruit. Similes quoque apoplecticis 4 sunt, qui apolectici & cataleptici verius dicentur, ex plenitudine totius corporis, vel capitis, vnde viæ spirituales intercipiuntur. Quibus vena brachij interna quidem, si totius corporis plenitudo est, cephalica, si tantum

1 De motu & sensu vniuersi corporis priuatione: quæ sit quævis spiritus animalis è cerebro exitu prohibetur, & vitalis aditus è corde ad cerebrum.

2 Si modo apoplexia foris non sit sed debilis. Est enim insanabilis valida apoplexia.

3 Durâ frictione, vinculo quoque

4 Ac præsertim y. quæ delorificæ, ut concreſcit humores fundantur, ac spiritus animalis exitum habeat, vitalis aditus. 4 Ac præsertim y. quæ breuiore & crassiore sunt collo, quibus vitalis spiritus aditus ad cerebrum prohibetur.

5 Nam aphoriam sine febre vena sectio sol. mi. sect. 5. lib. 2. Epid.

6 Ut splendore lucis materia fore vas euacuetur.

7 Ad excitandam naturam vim, liberanda obstructa, & preparandam materiam. Non est ambiguum remedium, sed certi auxiliij.

8 Vt effecta vires non sint, ut a venere.

9 Vt clystere acuti, cuius desorptionem paulo postea habiturus.

10 Si situm sit cerebri symptoma.

11 Effatij a venere viribus, phlebotomia loco ad mouenda sunt cum scarificatu cucurbitula, nartibus praesertim ceruicij & scapulae.

12 Propter earum angustiam.

13 Quoniam naturam excitet, & humores fundat.

14 In remissione frastulenta spe nullum est remittendū tempus quin vena consistim fecetur. Immo etiam si accreuerit.

15 Vel olei de absynthio & mentha ana vnc. 3.

16 Balneo marie vulgo nūcupato.

17 Ad arcendos fumos, & inhibendum catarrhum.

18 Vt in lib. sem. ol. & quartar j. vini.

19 Ad excitandam naturam vim.

20 Qualis esse poterit ex origani, calamitidis, stech. beto. chama foliorū lauri.

capitis, statim & aperienda est. Hoc enim remedium saepe satis est. Eiusmodi historia est apud Aëtium, capite de catalepsi. Iuuenis quidam multi sanguinis de repente mutus factus est. Tres dies integros ita iacuit: quarto die multo proflauio sanguinis è naribus liberatus est. Αφωτίαν Græci affectum eum vocant. In apoplexia, quam frigidus & crassus humor excitat, priuatione motus & sensus, ac prope extincta rectrice anima, hominem loco lucido & tepido collocato, ac corpus vehementius concutito. Tum 7 multa frictio conuenit, vntio ex oleo calente, & maximè earum partium, quæ magis refrixerint. Plantarum pedis pruritus, aquæ vitæ cum nuce moschata in nares iniectio, sinapi vulgare illicitum, vellicatio barbæ & pubis, sal ori iniectus. In phlebotomia, quæ vel hominem liberat, vel occidit, ita te gerito. Si nihil 8 repugnat, præparato prius 9 corpore, & 10 in tempore venam cephalicam incidito: parum detrahit. Post aliquot horas, si perseueret malum, alteram cephalicam vulterato, nec ita multum sanguinis detrahit. Hæc verò repugnant, quòd aliquando venere, aut alia quauis spiritu inanitione, virtus corporis exhausta est. Hic 10 scarificatione, cucurbitalis, sanguifugis toto corpore fixis contentus esto, quemadmodum in obesis corporibus, mollioribus, & debilio- ribus, in quibus venæ 11 vel non apparent, vel non ferant phlebotomum. Præparatur corpus, subducto prius ventre, totius corporis fotu ex ol. calido, chamæmelino, anethino, aut simili, aspera 12 frictione, concussionem corporis & ambulatu, vt sanguis crassior & frigore congelatus recalescat, attenuetur, & melius effluat, oportetq; iustum vulnus infligere: alioqui subsistet sanguis quanquam non vniuersim, sed interuallis detrahendus sanguis est. Occasio est in remissione, aut quo tempore non ingrauefcit malum. Remissio intelligitur liberiore, quam antea, respiratione, pulsu meliore, & vbi partis alicuius torpor cæpit egelari. Alioqui si, quod saepe fit, aliter venam aperiatis, aut ægrum præcipitabis, aut nihil iuuabis, exitu materiae negato. A phlebotomia spes salutis, si pulsus, respiratio, faciei color, partium frigus, mens, motus, sensus, omnia, aut ex his aliqua, in melius conuertantur. Alioqui, si non accreuit malum, ex altera cephalica iteranda sectio est. Quòd si ne tum quidem proficiatur, desperatur æger. Secta venâ, quiescat æger, atque interim stomacho & visceribus consulamus hoc modo.

℞. ol. 14. de spica ʒ. 3. mastich. ʒ. 1. liquefiant in 15 vase duplici: & cum cyperi, macis, cina. an. ʒ. 2. coralli rub. ʒ. 1. misceantur, cum radura scarlatæ, aut gossipio applicentur calida. Poterit etiam aliquid syrup. 16 rosati de uorari. Visceribus sic.

℞. summitatum absynthij M. r. sem. carui, cumini ana ʒ. ʒ. fiat decoctio in olei & 17 vini an. quantum sufficit. Inde foueatur regio 18 hepatis & lienis. Post hæc clyster acris iniiciendus est, ex decoctione 19 capitalis ʒ. ʒ. radiecta sem. carui, cumini, baccarum lauri ʒ. ʒ. Deinde in decoctione dissolue pul. hieræ picræ, & diacolocynth. an. ʒ. 3. mellis 20 anthosati, sacchari rub. ana ʒ. ʒ. 1. salis ʒ. 2. 21 olei

21 olei anethini ʒ. 3. Saepe fit, 22 vt resistat clyster, aut per os reuomatur: tum fiat tale suppositorium.

℞. pul. hieræ diacolocynth. ʒ. 2. castorei, sem. carui & rutæ ana ʒ. 2. sal. gemmæ ʒ. 1. cum melle, q. s. fiat suppositorium bene longum. Quòd si nec hoc modo alius quicquam reddit, cucurbitulis vtendum est, ex libello de cucurbitula. Reddito clystere aliquantisper quiescat æger. Postero die.

℞. pul. hieræ 23 diacolocynth. ʒ. 2. theriacæ 24 veteris ʒ. 1. dissol. in aquæ vitæ & calendulæ an. ʒ. 1. cum cochleari, aut siphone infundatur in gulam. Antidotus hieræ Pachij Antiochi à Scribonio Largo descripta multos olim apoplecticos Romæ liberauit. Hieræ Logadij conuenientior fuerit, si à melancholico succo & crassa materia sit affectus. Interim quoque vtendum est remediis, quæ Apoplecticum excitant. Oleum vitrioli plurimum commendatur. Quòd si deest, dissoluantur ʒ. 2. vitrioli in ʒ. 1. olei de spica, de costo, de castoreo, de scylla, aut simili, hoc modo.

℞. scyll. concisæ in taleolas ʒ. 2. castorei ʒ. ʒ. vitrioli ʒ. 3. fiat decoctio in olei anethini & vini ʒ. ʒ. ad consumptionem vini. Nares & palatum hoc oleo illinantur. Sunt & alia, quæ apud Græcos & Arabas inuenias. Potio.

℞. cast. ʒ. 4. mastich. sem. rutæ, santali citrini, nucis moschatæ an. ʒ. ʒ. ponantur in manica Hipp. & colentur quater. Cum aquæ vitæ & calendulæ ana ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. f. potio, infundatur in gulam Aqua destillata è nucibus moschatis, auribus, palato, naribus ebibita, omnium est remedium accommodatissimum. Quòd si fiat, cum aqua vitæ destillatio, multò erit efficacior. Hoc præsidium Senecentensem Episcopum horas iam 20. iacentem excitauit.

℞. conf. iris, 25 acori ana ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. 2. diu agitentur in mortario, ex 26 aquæ saluæ ʒ. 2. Fiat fortis expressio cum supradicta aqua vitæ. Traiciatur per manicam Hippocratis, fiat potus.

℞. capillorum hominis minutim concitorum ʒ. ʒ. cast. ʒ. 2. helleb. ʒ. 1. incorporentur in opopanace, fiat suffumig. Vel parabitur puluis in nares immittendus. ℞. hellebo. conditi, albi piperis an. ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. 1. puluis. Caput purpulis fortioribus, illitionibus palati ex pulueribus, masticatoriis, 27 apophlegmatissimis vtendum. Sed prius suffumigiis & vaporibus materia incidenda. Radendum quoque caput est, fouendumque ex oleo calente, in quo pulegium, serpillam, aia que que eiusmodi coxerint. Deinde dropacibus, sinapiis, 28 sartagine Rhazæ vtendum est. Cucurbitula quoque & sanguifuga, iam bene purgato corpore, conueniunt.

℞. olei rutacei ʒ. 3. picis nigrae ʒ. 1. liquefiant in vase duplici: deinde adde pyrethri, sinapi, piperis albi ana ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. 3. Misce, extende in aluta, calidum appone, renoua priusquam refrigescat.

℞. ficus pingues q. s. leuiter in coque, deinde cum duplo sem. sinapi contunde ad formam emplastri. Appone capiti post fotum conuenientem. Aliud.

℞. 29 oxycracci vel emplastri de Vigo ʒ. 3. fortiter agitur in

Ex floribus roris marini confecti. 21 Vel rutacei, dum effusa intestinorum vi languet. 22 Motu peristaltico naturali contraria & subulim facta. 23 Vel simpliciter. 24 Vt septembris, exoluta epj vi.

25 Calami arum matici. 26 Aut aqua vitæ, aut mellis, phylli.

27 Horum materia descripta est in cephalica frigida.

28 Vt candenti sartagine excutitur spina ceribri vi.

29 Id emplastrum ab aceto & croco nomen habet. Hic vbi ad incidendum & fouendum euocandum prescribitur.

mortario cum oleo laurino. Deinde addantur gra. sinapi, pyrethri, staphysagriae, piperis albi, euphorbij ana ʒ. 2. misce.

Rhazes sartaginem caleferi, dum candeat, interdum laudat, & de proximo admoueri capiti. His remediis per longiora interualla utendum est, aut breuiora, vt res patitur.

30 Ut qua fortis existit. Symplicia meli- ora.
Apoplexia secundo aut tertio die iagulat, aliquando 30 primo. Vt ergo celerior est, aut minus celer, ita erunt interualla remediorum aut longiora, aut breuiora.

℞. succi rosarum, mellis albi ana ʒ. 3. fiat syrupus secundum artem; loco mellis potest substitui saccharum.

Quaedam apoplexia fit à multitudine humorum, quam plethoram vocant, & ea dicitur, ἀποληψία, i. interceptio arteriarum & venarum. Eam sanat subita & diligens sanguinis detractio. Potest autem esse repletio humorum, & tamen erit inanitio spirituum, vt in iis, qui venere immodica statim à cibo vtuntur. Nam in coitu multus spiritus vitalis effunditur.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

IN Apoplexia homo repente concidit sine motu & sensu. Sic à nobis obseruatum, in frigida & Austrina aëris constitutione. Medicū quendam doctissimum sexagenarium, vltimo Ianuarij die, Lutetiae à cœna concidisse mortuum, Ruelium Septembri periisse quarto die, sicut & Bibliopolam quendam eodem die, via Iacobæa. Pictorem quoque mense Aprili, anno 1545. interiisse sterenti apoplexia: eodem mense figulum in suburbio Iacobæo leui apoplexia Paralyticum altera parte euasisse, vtrumque vinosum & macilentum, vt inde intelligas vim ambientis in suscipiente præparato. Eadem ferè constitutione temporis videre licuit Medicum apoplexia paulò ante cœnam correptum interiisse repente. Mulieribus quibusdam quo tempore fœtus in vtero animatur atque mouetur, vt 40. die, & in fœminis 3. aut 4. mense fiunt apoplexiæ leues, vt in D. Elezim à nobis est obseruatum. Acutissima apoplexia mox iugulat, & spiritum admittit: fortis violentum trahit: tertio loco est, quæ non violentum quidem & intentum, sed inæqualem, inordinatum & intermittentem, desinitque in paralyfim. Vnde animaduersione dignum illud videtur, quod scribit Galenus comm. in aphor. 51. lib. 6. Quicumque sani capitis dolore de repente capiuntur, & statim muti fiunt, & sterunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehendat. Quæ sententia etiam scripta est 2. de morb. Interpretatur enim de apoplecticis, qui apoplexia forti laborent. Sed hi ferè primo, secundo, aut tertio die pereunt. Hinc quoque perspicuum est, ex difficultate respirationis de magnitudine morbi coniiciendum esse. Qua nota etiam dikingitur à caro & catalepsi, in quibus libera manet respiratio. Apoplexiæ nomine non semper in hac significatione Hippocrates est vsus. Fiunt apoplexiæ, vel quia spiritus animalis, qui per neruos descendit, non conficitur à cerebro, ob intemperiem totius substantiæ ipsius: vel quia intercipitur, idque vel à pituitoso humore crasso & viscido, confertim cerebrum irrigante, quales sunt senibus familiares & hyeme, vt scribitur lib. 3. Apho. mulieribus minus molestæ ob menstruam purgationem: vel ab humore melancholico, periculosæ, & quæ hominem occupant à quadragesimo anno vsque ad sexagesimum, sicuti docetur Apho. 57. lib. 6. vel à sanguinis eruptione & plenitudine, aut crassis vaporibus cum humore vias spirituum intercludentibus, vt in cœbris quibusdam. Omnium facilis dignotio ex propriis cuiusque humoris signis. Si qua à sola intemperie, non nisi longa temporis progressionem induci potest: nullæ vnquam, vel difficulter curantur. Si qua tamen curationis spes, ea fiet primùm clysteribus acerbis, ab imbecillioribus initio sumpto, id est, qui fortiter trahentia non recipiunt, vt colocynthidem, quia prius

prius manendum, quàm à partibus remotis trahendum: suppositoriis, dum clysteres parantur, sanguinis missione, præsertim cum venæ tument, & distenduntur, ligaturis fortissimis & dolorificis, frictionibus asperis extremitatum partium, hæmorrhoidum inflatarum apertione, potionibus excalfacientibus & extenuantibus, pilulis dissolutis in aquis sæpius repetitis, sinapi ori imposito, & dissoluto in oxymelite, vel benedicta, vel diaphœnico, vel sinapi dissoluto aquâ vitæ, & naribus illito, sale in os iniecto, frictione palati: sternutatoriis post vniuersalia remedia appositis naribus, vt turpâ, castoreo, galbano, euphorbio: sinapissimis, dropace, cauterio, & si paroxysmo liberentur, cocta materia, & educta.

Hominem concussio, fricatio. Collum commouendum, fricandum, & contrectandum durius, qua parte venæ sunt & arteriæ. His enim prohibetur congelatio, sanguis incalescit ac tenuatur, melius fluit, & præparatur ad venæ sectionem.

Vena brachij interna. Magna inter omnes diffentio de venæ sectione in apoplexia. Arabes initio eligunt saphenam, vel malleoli. Sed cum exigua sit, & valde remota, nec sanguinis satis, nec sat citò inde reuelli potest, poplitis vena commodior, quia amplior, & tutior. Deinde cephalica vtriusque brachij, ad vtramque partem exonerandam: postea ad deriuationem, venæ iugulares, quæ valde tumēt. Angusto tamen foramine, metu hæmorrhagiæ, sectio faciendâ, & cohibendum sanguis medicamento Galeni ex pilis leporis, aloë, thure, & albumine oui, conuenienti ligaturâ, asseribus vtrinque ad collum applicatis supra iugulares. à clauiculis ad aures, & à sterno ad mentum; ne prohibeatur libera respiratio. Quod in cane fumus experti exectis etiam pilis. Venas linguæ aperire non licet, contracto ore. Ex venulis nasi nihil iuuatur æger ob paucitatem sanguinis. Venæ frontis à iugularibus oriuntur, nec tam conspicuæ sunt. Haly Abbas c. 22. li. 5. suæ Praxeos non omnino phlebotomen reicit, nisi hac forsan conditione; vt apoplectici facies non rubeat, non liuescat, aut viridis & repleta non appareat. Eadem occasione Rhazes sanguinem detrahit è iugularibus, vel cephalicis illico, deinde è pedibus, & ex tremo naso. Sternutatoria quoque reicienda, cum sit humor in corpore cerebri, non in ventriculis.

Cucurbitulis. Vbi sectio venæ non conuenit, illius loco cucurbitulis vtendum. Quæ si adherere possint prope iugulares, & quasi sub mento, melius erit, quàm in humeris aut dorso. In hypocondriis nocent impediendo motum musculorum abdominis in respirando, nisi extra paroxysmum. Loco cucurbitularum multæ sanguisufæ, cornicula applicabuntur cum scarif.

Theriaca veteris. Minus conuenit tum propter adstringentia, quæ multa recipiuntur, tum ob vim opij non omnino consumptam, vetustate. Hæc omnia humorum cerebri corpus irrigantem altius impingunt. Horum loco detur drach. i. cocciarum dissolutarum in aqua vitæ: vel castorei scrup. x. aut ij, tum piperis, zinziberis & euphorbij momentum. Expurgato tamen cerebro conuenire possunt. Cæterum apoplexiæ & omnium affectionum frigidarum febris remedium est, vt constat ex aphor. 51. lib. 6. & sent. 5. 2. Pronthetic. de Numepi filio. Sed oportet febrem neque leniorem esse, quàm quæ possit morbum tollere, neque grauiorem, vt quæ ægrum interimat.

IN CAPVT VII. DE APOPLEXIA.

DVRETI ENARRATIO.

Apoplecticum ita curato. Modò apoplexia non sit insanabilis, vt esse solet, quæ dicitur fortis, repente oborta, & cum stertore coniuncta, quæ ante significata fuit cephalagiæ acerbitate, tenebriosa vertigine, vocis tarditate, & partium extimarum stupore.

Hominem agitato, concussio, fricatio. dura frictione vinculis quoque dolorificis, vt concreti humores fundantur obstructa liberentur, naturæ vis exciteretur, ac spiritus animalis exitum, è cerebro habeat vitalis aditum. Maximè quidem si Corporis concussio.

Imò etiam non inflatarum.

De vena in apoplexia secunda magna diffentio.

Nugæ.

Apoplexia fortis insanabilis.

Corporis concussio.

Apoplexiâ multâ repenti suffocati.

Apoplexia qua nota à caro & catalepsi distinguitur.

Apoplexia curatio quibus perspicitur.

ſuſpicio ſit leuis obſtructionis, nec illa Apoplexia diu ante ſignificata fuerit alioqui talis concuſſio & agitatio, humorem ciendo, nec excludendo, maiorem inuehit oppreſſionem, proptereaque ægrum ad exitium præcipitat: ſicut & ipſa febris quæ admodum leuis, apoplexiæ ſuperueniens, interitus cauſa eſt. ſecta. prior. prorhet. & in coacis animaduerſ. In præcipiti periculo multa rectè ſunt, aliàs omittenda; multa etiam omittuntur alias, facienda.

Pauca materia qua obſtruit. Ac tum Apoplexia non tam eſt repentina.

Cataleptici. Qui aperti oculis videre videntur, vt qui per niues in Alpibus obriuerunt.

Via ſpiritalis. Spiritus vitalis aditu ad cerebrum prohibetur.

Historia. *Statim aperienda eſt.* Ex præſcripto Hippocratis ſect. 5. lib. 2. epidem. Aphoniam ſine febre venæ ſectio ſoluit.

Hoc enim remedium ſatis eſt. Vt ſatis fuit in præſide Valenti & Architecto Remigio: Et venam ſecui in ea parte, in qua itupor percipiebat.

Iuuenis quidam. Cui hæmorrhagia naturalis ſuppreſſa fuerat, quam habere debebat ætatis iure, cum vocem aperiorem edere cœpiſſet, & Venerem agnoſcere.

Profluuium ſanguinis liberatus. Et ſi liberalioris profluuij loco, ſtillicidium habuiſſet, planè interiiſſet.

Aquius. Vocis priuationem, quæ tamen non ſimpliciter conſideratur: ſed cum deperditio totius corporis motu & ſenſu.

Apoplexia hyberna & ſennum. In apoplexia quam frigidus. Qualis eſſe ſolet Apoplexia hyberna, & ſenum comm. ad aphor. 24. & vlt. lib. 3.

Hominem loco lucido. Vt ſplendore lucis materia morbiſica foras euocetur.

Et tepido. Vt frigida materia mitiſcetur: Nam moderatus calor coquit morbos frigidos.

Ac corpus vehementius. Id inquam non temerè faciendum, niſi apoplexia paulatim oborta, opinionem faciat leuis obſtructionis, aut flatulenti ſpiritus: nam quæ à diuturna generatione repente oborta eſt, ea concuſſione, magis opprimir, & per eam oppreſſionem, celerius Apoplecticum ad exitium præcipitat: Nam quicquid humorem ciet, eundemque citatum, cito non excludit, oppreſſionem maiorem inducit.

Utiſio. *Vitio ex oleo calente.* In quo maduerit thymum, caryophyllum, cucumer ſylueſtris, vel in quo diſſolutum ſit caſtoreum, euphorbium.

Magis refringerint. Si Apoplexia ſit per obſtructionem venarum angularium & carotidum arteriarum, quæ vitalem ſpiritum aditu id cerebrum prohibet.

Vel occidit. In Apoplexia hyberna, & ſenum, quæ ſit à nimia glutinoſi humoris abundantia, in cerebro genita, quæ ſpiritum animale exitu prohibet per obſtructionem ventriculorum cerebri, & vitium communis neruorum principij: vnde mouendi & ſentiendi facultas cæteris partibus denegatur.

Detrahitio ſanguinis. *Preparato prius corpore,* vt clyſtere acri cuius deſcriptionem mox habiturus eſt: aut quemadmodum infra dicitur, quanquam hoc non eſt neceſſe, Nam ſi detrahitio ſanguinis neceſſaria ſit, eò confugiendum tanquam ad ſacram anchoram.

Parum detrahitio. Scilicet ſi in incerto ſit vnde Apoplexia venerit: Nam ſi perſpectum fuerit eam in obſtructione venarum & arteriarum conſiſtere, liberaliter ſanguis eſt detrahendus: & in plethora particulari capitis.

Preparatur corpus. Non eſt inquam neceſſaria corporis præparatio, ſi venæ ſectio neceſſaria ſit, ne morbus vires acquirat eundo, ipſumque corpus ad exitum præcipiter, antequam præparatum fuerit.

Sed tamen preparatur corpus. Vt excitetur vitalis facultas, & obrutus calor natiuus, vt ſanguis liberaliter & liberè fluat.

Occaſio eſt in remiſſione. Paroxyſmi: ſi modò vlla ſperari poſſit remiſſio, in morbo qui vires acquirat eundo.

Si pulſus reſpir. Si pulſitate corporis in colore, caractere, mole, actionibus vitalibus, & animalibus, abſit propius à naturali ſtatu.

Iteranda

Iteranda ſectio eſt. Vt pars vtraque cerebri, morbiſica cauſa explicetur, & plethora particulari.

Ne tum quidem. Sanguinis detractio, cum neceſſaria eſt.

Deſperatur æger. Propter ſymptomatum vehementiam.

Stomacho. Qui trahitur in ſympathiam cerebri malè affecti, nec officium ſuum facit. Vnde per cruditates ſtomachi, cerebrum damnis augetur.

Aut goſſipio. Fiat hapſus ex goſſipio carpto, & ſtomacho adhibeatur. Profuerit etiam facere hapſum ex goſſipio carpto, & oleo nucis moſchatæ recens expreſſo. *Hapſus.*

Inde foueatur. In eundem ſcopum fiat decoctio abſynthij, menthæ, cyperi, calami aromat. ſcœnanth. caryophyllorum, in æquis partibus vini rubri & aquæ, & eo decocto foueatur regio hepatis & ſtomachi. *Foua.*

Poſtea clyſter acris. Initio quidem minus, vt primùm vacuentur feces, nec ante materia morbiſica attrahatur, quam vacuatæ fuerint. *Clyſteres.*

Decoctionis capitalis. Vt ex origano, calamintha, thymo, betonica, hyſſopo, abſynthio. *Decoctionis capitalis.*

Pul. hiera picra. Primùm quidem folius hieræ picræ, & in ſecundo clyſtere hieræ colocynthidos. *Hiera.*

Sape ſit ut reſiſtat clyſter. Propterea quod in hoc malo ſæpe inteſtina motu perſtaltico naturali contrario, infernè ſurſum mouentur, vnde viſceribus oppreſſio accidit.

Cucurbitulis. Admouendis interſcœmineo, imò ventri, ano, ex lib. Gal. de cucurbitulis. *Cucurbitula.*

Oleum vitrioli plurimum. Huc ſpectant & olea chymica, ſingulari artificio conſecta, quæ dicuntur quintæ eſſentiæ: Cuiuſmodi eſt oleum caryophyllorum, ſalutariæ, rorifmarini quæ mirificam habent vim excitandi apoplecticos. *Olea chymica.*

U. ſcylla concife. Hæc omnia leguntur ſingulari delectu deſcripta, apud Auicennam cap. de Apoplexia.

Nares & palatum. Et ceruix, regio pone aures.

Qua apud Græcos & Arabes. Apud Paulum Æginetam, Aëtium, Oribiſum, Aretarum, Auicennam.

Aqua deſtillata à nucibus. Vel aqua vini in qua maduerint caryophylla, oleum chymicum caryophyllorum.

Sartagine Raſe. Vt ferro candenti excitetur: ſepulta vis cerebri.

Oxyrocœci, i. emplatri quod ab aceto & croco nomen habens, ad incidendum & foras euocandum præſcribitur.

Res ſucci roſ. Ac ſi diceret: Si Apoplexia producatur, & ſalus vitæ aliqua ſperabilis ſit, dabis operam pepaſmo, & excretioni, per apozemata, ſyrupos, quorum deſcriptionem habes cap. de cephalalgia pituitoſa.

IN CAPVT VII. DE APOPLEXIA.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM

ANNOTATIO.

A Πρωληξία, ἢ τὸ πρὸ τῆς ἀποπληξίας, i. à percutiendo, nomen habet: quòd qui laborant, veluti de cælo percuffi videantur. Eſt autem Apoplexia, totius corporis reſolutio, ſeu ſenſus moriſque priuatio, quamquam eos etiam Apoplecticos, vocat Hippocrates qui aliqua in parte motu & ſenſu priuantur. *Unde dicitur Apoplexia.*

Paulus Ægineta lib. 3. ex Galenij, & 4. de partibus malè affectis: Cum, inquit, malè affecto communi neruorum principio, vitium ſerpit ad partes quæ inde naſcuntur, vt deperdita ſit ſentiendi & mouendi facultas, talis affectio apoplexia dicitur: ita vt focus & ſedes apoplexiæ verè dicte, in affectione communis neruorum principij i. cerebri conſiſtit, qua animalitas ipſa tollitur. *Quid apoplexia?*

Auicenna apoplexiam deſinit, otioſitatem ſenſus & motus per interceptionem. *Apoplexia ſecundum Auiennam.*

Apoplexia ab Hipp. aφωρια dicitur.
 nem spiritus sensitivi, & motivi, ab oppilatione ventriculorum cerebri. Apoplexiam nonnunquam aφωρια vocat Hippocrates, i. vocat priuationem, non simplicem quidem, sed cum sensus ac motus priuatione coniunctam; de qua infra dicetur.

Apoplexia morbus maximus.
 Enimvero omnis Apoplexia morbus est maximus, utpote in qua symptoma- tum summa sunt omnia, quæ hominem ad exitum præcipitant, antequam remedia conuenienter adhiberi possint. Hæc tamen duplex est, fortis una, & altera debilis quæ distinguuntur, maiore & minore difficultate spirandi. Nam etsi in apoplexia, motus sensusque repente deperdantur: manet tamen adhuc aliqua respiratio, cum thoracis motu coniuncta. Huius enim necessitas, musculorum vim excitat ad motum. Cum ergo respiratio libera sit actio, eaque duobus modis cum voluntate fiat, vel *αφωρια* ab electione, vel *καθ' όρωλην* ab instinctu: in apoplexia, uti & in somno, spiramus quidem sed ab instinctu, non autem ab electione: quoniam tunc quiescit facultas animalis. Est igitur in apoplexia spirandi difficultas, quæ si maior sit, fortis apoplexiæ index erit, quam nullo prorsus modo curare possit, teste Hippocrate, aphorismo 42. lib. 2. præsertim si coniuncta sit cum stertore, qui fiat, non à materia contumacia, sed à thoracis infirmitate. Omnis enim morbus sua natura lethalis in officij impedimento, & causæ magnitudine, licet nonnunquam curari possit; si cum signis funestis coniunctus sit, prorsus est insanabilis, sicuti & qui ex diuturna generatione per repentinam causæ morbificæ impressionem accidit. Cuiusmodi est fortis apoplexia. Nam quo celerius symptomata morbi se produnt in apoplexia, in eo res ægri meliore sunt loco: quo verò serius, eò peiore.

Apoplexia causa varia.
 Apoplexiæ plures sunt causæ. Fit enim aliquando à cerebri phlegmone: nonnunquam à glutinosa pituita, cuius nimia abundantia repletur cerebrum, ut in apoplexia hyberna & senum, fit & ab humore melancholico; atque etiam ab effuso in cerebrum sanguine. Sic in hac vrbe quæstor quidam, cum in Sole ambulasset, indeque liquatus sanguis per venam ruptam in cerebrum esset diffusus, repente apoplecticus interit. Quemadmodum mulier puerpera, quia non erat puerperialis, translatione sanguinis ad cerebrum, apoplectica interit.

Altera apoplexia species & eius causa.
 Hactenus de ea apoplexia quæ accidit ex vitio communis neruorum principij. Altera autem apoplexia est, quæ fit ex euentu, interceptioe scilicet spiritus vitalis, qui per carotidum arteriarum & venarum iugularium obstructionem, aditu ad cerebrum prohibetur. Hinc enim homines apoplectici etiam concidunt: Sed hæc apoplexia, debilis est, & curabilis per sanguinis detractionem. Quam multos huiusmodi apoplecticos curauit, & his venæ sectionem præscripsit, etiam non purgato corpore: utpote quod fieri, præsens vitæ periculum non patitur. De hac apoplexia scriptum est ab Hippocrate.

Cura apoplexiæ debilis.
 aφωρια i. apoplexiam sine febre, venæ sectio soluit. Itaque ab hinc quatuor annis, præsidem Valentem, qui ab obstructione venarum iugularium, & carotidum arteriarum apoplecticus penè coniderat, liberali sanguinis detractione curauit. Hunc etiam in apoplexia, totam noctem dormire permisit: quoniam absque stertore dormire visus est, vnde melius habuit: Nam si cum stertore dormiat, apoplecticus, statim excitandus est.

ANTON. VALETII EXERC. VI.

Apoplexia magnitudo vnde.
 Apoplexiæ magnitudinem respirationis noxa indicat, quæ quo maior est, eo morbus grauiorem, magisque periculosum esse ostendit. Hinc est, quod Galenus quatuor fecerit epilepsia gradus, cap. 10. libri 3. de loc. mal. affect. comment. ad aphor. 42. lib. 2. Quibus ex locis omnia, quæ ad huius dignotionem affectus attinent, elici possunt.

Gal. in 4. lib. de curat. per sang. miss.
 Curabilis apoplexia est, in qua non omnino interceptur respiratio. Fit verò, qualifcunq; sit, vel à sanguine in cerebrum repente influente, vnde vitæ cordis & cerebri communes occluduntur: aut ab affectione calida, quæ Galeno φλεγματωση dicitur appellatur: aut à pituitoso humore, vel melancholico, cerebri ventriculos obstruente.

Sanguinea apoplexia presentissimum remedium est cephalica secta, nisi periculum minus vrgens clysterem ex decoct. cephalico prius iniicere permittat. Op. exia curatio.
 Sanguinea apoplexiæ presentissimum remedium est cephalica secta, nisi periculum minus vrgens clysterem ex decoct. cephalico prius iniicere permittat. Optimum totum corpus concutere & agitare, ne sanguis sensum congeletur & concreseat. Mittendi sanguinis is fit modus. Non multus semel & vniuersum, ut plethora exigit, sed paucior & sensum trahatur. A quo si nec sensus redit, nec motus spes in angusto. Frictiones cum panno asperiore, adhibito etiam sale in aceto dissoluto, & ligaturæ fortes partium extremarum ante sectionem, & post vitales.

His artibus postquam sanguinis auersio & vacuatio est procurata, intemperies à calido sanguine in capite relicta, sumptis refrigerantibus, ut diamargar. frigid. conseru. ros. viol. nenupharis, & syrup. accommodatis, emendatur.

Piruitosa si sit apoplexia merito phlebotomia suspecta est, præsertim verò, si magna præcessit inanitio, propter quam excrementa frigida in cerebro collecta sint, ut in sanguinis profusionibus, in modico venereorum vsu, &c.

Tum acrior imperabitur clyster, qualis hic est. R. hyss. origan. calamen centa. minor. salu. an. 1. bacc. laur. semin. anif. rut. sesel. an. p. 1. agari. panno lineo inuoluti 3, 3. f. decoct. in aq. ad lb. 1. vel ad lb. 1. β. (maior enim esse debet quantitas clysteris in hoc affectu, & similibus in quibus sensus torpet, aut aboletur.) In colar. dissol. benedict. laxa. hier. diacolocynth. vel hier. Logad. an. 3. β. sacc. rub. mell. anthos. an. 3. 1. succ. mercur. 3. 2. olei aneth. 3. 3. f. clyst.

Conferet nares oleo saluæ arte chymica factæ, aut nardino, irino, costino, addito, si velis, aqua vitæ, itémque caput, & corpus vniuersum, cum ad apoplecticum excitandum, tum ad humorum congelationem prohibendum, inungere. Sunt qui cauterium ad futuras affigunt.

Liberato accessione apoplectica ægro, præparabitur materia zulapis apoze-matis, itémque purgabitur, ut in pituitosa cephalalgia.



HOLLERIVS.

De lethargo. CAP. VIII.

LETHARGI 2 signa colliges ex Aëtio, Prædictionibus coacis Hipp. lib. 4. Galeni de causis pulsuum, sed plenissimè ex Aureliano, lib. 2. acutorum, cap. 1.

Lethargum cognitum ita 3 curabis. Initio 4 materiam repelles: deinde agrum 5 excitabis: tum materiam vacuabis: postremò confirmabis caput: accidentia corriges: & in primis rationem 6 vitæ institues.

Loco itaque lucido & tepido collocabis: materiam repelles oxyrhodino. Hoc autem minus aceti recipiat, quam in phrenitide.

Cuius morbi causa est intemperies cerebri frigida, humida, pituitosa, que memoriam magis, quam facultates reliquas lædit. Huius signa sunt inæxponabilis dormiendi necessitas, frequens oscitatio, aperta mandibula magna, rara spiratio, pulsus lentus, raris, languidi, manuum tremor, faciei decoloratio, penitillegens, excrementorum alius liquidorum aut siccorum non agris sponte excretio vrinæ iumentorum similes, quæ magnam in venis spirituum perturbationem significant. 2. Quibus distinguatur ab apoplexia, epilepsia, carv. catalepsi, & comato. 3. Si non sit insanabilis, ut qui superuenit parentidi: & in quo excrementa non sponte agris seruntur, ut à delirio tum etiam à resolutione musculi spirantia. 4. Quæ assuetà à cruditate humorum. 5. Ne matrix cerebri facultas opprimatur. Erat autem lethargicus excitandus eo studio, ut sese addixerit, et angore subarum si miles: tinnitu auri & arg. n. si auarum, &c. 6. Quæ aquæ puget cum morbo, & natura studeat. Sic hic vni abstinendum, utendūque hydromelite simplici, vel origanato, cibo media materia, qualitate humido, consisti, nuda sicc.

Lethargus affectio est cerebri à celeri & repentina oblivione nomen habens: aut est delirium intermissum ex p. cum febre, sopore, & ceteris obliuione conueniunt. Omnia enim frigida in temporibus calida succedens malo esse solet.

eis. Deinde oxyrrhodinum parandum erit ex oleo rosaceo, chamamelo, adiecta minori parte aceti. Exempli gratia.

℞. ol. ros. & chamam. ana ℥.i.℞. aceti ℥.2. oportetque affundi in eam partem capitis, ubi iunctura est coronalis. Tum clysteribus acerbis, & suppositoriis utendum est, qualia in apoplexia descripta sunt. Postea vero frictionibus, vinculis, vellicationibus: partim, ut his materia reuellatur: partim, ut inde æger excitetur. Excitatur quoque hac potione.

℞. mithridatij ℥.i. dissol. in aquæ vitæ & calendulæ an. ℥.℞. Similiter theriaca uti licet. Sed tutius post clysteres & vacuationes, & hoc quoque excitat.

7 Hoc suffumigium in minus convenit, qui epilepsia corripi solent.

℞. 7 castorei, lapidis gagatis, cornu cerui, abrotoni, capillorum hominis ana ℥.i. Excipiantur pice humida: fiat fumus, qui adhibeatur naribus. Interim proderit scyllam conquassatam cum oleo irino, aut simili occipiti admovere. Statim initio, si corpus sanguineum est, & tolerant vires, è cephalica sanguis detrahendus est. In lethargo, clysteribus & glandulis acerbis potius, quam pharmacia purgantibus utendum est. Vbi tamen diuturna passio est, & vires tolerant, utimur primùm syrupis incidentibus, quales antea descripti sunt. Horum loco oxymel concinnari poterit ex iis, quibus nervosum genus inuetur. Decoctum apij, sænic. capill. vener. Aëtio probatur. Deinde ex hieris, picra, diacolocynt. & agarico purgamus. Postea cucurbitulas cervicis initio, ut ad primam, vel secundam vertebra, ac deinde scapulis, metaphreno, lumbis, cruribus cum multo igne affigimus, ex quibus ad purgationem localem veniendum est, per erthina, diamastemata, illitiones palati & capitis, dropaces, sinapismos, phænigmos.

8 ℞. h. ss. salam. mimb. scæ. b. calam. aromatiæ. 9 Vel, succi radicem sænic. Vnc. 3. in aceti scyll. i. in quo m. cu. miscbata. Drach. β. insusa fuerit. 10 Ne frigoris ut humor & vapor exi: a prohibeatur. 11 Huius hac erit formul. 12 serpilli. M. i. coquatur in l. b. olei cham. 13 Lib. β. vini, ad eiusdem coctum ptiomem Nec negligendum m. hieri illius remediū, cuius descripta est a Paul. Cap. hi. storia, cap. de lethargo. 12 Cap. de apoplexia. 13 Ibidem.

Pulegium, itaque, thymum, organum, aliæque id 8 genus costanati, ex quo nares inunges hoc modo.

℞. ol. irini ℥.i. aceti scyllit. ℥.℞. castorei ℥.2. 9 misc. Vel. ℞. olei irin. narini, de costo an. ℥.℞. medullæ scyllæ trita cum acet. scyllit. ℥.℞. castor. euphorb. ana ℥.2. f. linimentum. Postea etiam erthin. supra descriptis uti licebit. Palatum illines sinapi trito ex aceto & melle commixto: dūque hæc fiunt, per intervalla clysteres iniicies. Caput ætate rades: hyeme 10 detondes: fouebisque primūm 11 decocto serpill. satureiæ. puleg. orig. coctorum in oleo & aceto. Deinde inunges & fouebis ol. de scyll. 12 prius descripto, oleo philosophor. de gagate, serapino, de piperib. de euphorb. quæ à Mel. describuntur. Alioqui irino, sampsuc. id est, de maiorana, aut ex rosinari- no comparato, vel hoc cerato.

℞. ol. laurini ℥.4. ceræ tantundem. Liquefiant in vase duplici, fortiterque agitentur cum succo apij & rute, quibus adde castorei pulverati ℥.i. Hinc ad dropacem prius 13 descriptum transcundum est, ex quo ad sinapismum. Sinapismo autem sic utendum est, ut simul atque pars rubuerit, reuellatur, parsque oleo calido foueatur. Quod si dolor vehemens inde excitatus est, leniendus erit rosaceo, meli-

loti, chamam. aut malux decocto, aut oleo violaceo.

Oportet autem sinapismum subigi ex aqua, ut vult Oribasius, non ex aceto, ut recentiores ferè Medici, & olim Archigenes. Aëtius ex aqua, ubi præmaduerint ficus sicca: Credidit enim Oribasius vim sinapismi aceto dissolui. Id quod experientia didicit. Huic rei vtile est diacopregias Aureliani: ex caprino stercore, aceto, vel posca subacto aliorum diascyllatum.

Sunt & 14 Phænigmi, qui rubrificant, ex nasturtij semine, sinapi, helenij radice, columbarum agrestium stercore, scylla in mortario trita & illita, alliorum tunica, lacte thymali, cantharidum pulvere, vrtica, atramento futorio, euphorbio. Hæc autem tamdiu inhareant, dum pars rubescat. Si quæ ampullæ excitatæ sunt, compungantur. Ampullas attollet, quod sequitur.

14 Thænigmi & sinapismi minime utendum in lethargo, quod coniunctus cum febre sit, qua hæc calida risquit.

℞. sinapi, piperis, euphorbij ana ℥.i. Incorporentur melle anacardino, & in parte sinantur dum ampullæ tumeant. Mel anacardinum ita fieri oportet. Anacardos septem diebus in aceto macerabis prius contritos: tum in eodem coques: dum tertia pars aceti consumpta sit. Refrigerari fines. Quod supernabit oleosum, mel est anacardinum. Alucasis in aqua macerat & coquit. Alij mel anacardinum appellant, in quo anacardi fuerint conditi. Oportet autem, quemadmodum in apoplexia dixi, dum hæc fiunt, stomacho & visceribus 15 consulere.

Mel Anacardinum.

15 Potu, litu, conditi, & pulueribus cardiach.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Lethargus, Caros, Arabibus, Subeth, Catoche, Cataphora, Coma, affectiones sunt somniculosæ, in quibus somnus arctius, quam pro naturæ lege, hominæm complectitur, ob idque inter morbos, aut morborum symptomata numerantur. Sed neque de nominum distinctione, neque de causis satis constat inter Medicos. In Lethargo æger perpetuò in somno labitur, obliuiosus, stupidus, crebrò oscitant. Sæpe ore hiante persistit, velut os claudere oblitus. Urinam reddit iumentorum lotio similem: sumptam matulam quandoque se tenere non meminit, argumentum læsæ potissimum memoriæ & posterioris ventriculi, aut potius substantiæ cerebri. Lethargi causa ex comment. i. in Prorrh. sent. i. causa est intemperies frigida & humida cum pituita cerebrum madefaciente, & tumore frigidum efficiente, quæ incalescens & semper putrescens febrem lentam inducit. Aliquando succedit phrenitidi, febrì continenti, & similibus, ob cerebrum impensus refrigeratum, vel immodicam vacuationem, & natiui caloris imbecillitatem. In Kæp. siue sopore profundo, somnus altior, quam in superiore, oculi perpetuò clausi, omnis sensus atque motiois priuatio, excepta respiratione, quæ illæsa manet. Vnde perspicuum cum lethargo conuenire materiæ crassæque & viscido humore procreari, licet etiam & a crassiore vapore per consensum vel à toto corpore, ut in vigore & accessionibus febrium à pituita, vel ventriculo, hypochondriis, intestinis, medicamentis calidis, aut laxantibus, putredine à vermibus, ut in pueris. Differre aut primūm loco, quia fit in anteriore cerebri parte, non ventriculo. Sic enim epilepsiam potius inferret. Deinde, materiæ putredine. Neque enim humoræm habet putrescentem, neque cum febre. Postremò; quia seorsum quiritur aliquem morbum, sæpius febrem pituitosam & spuriam, vehementiorem tamen febrem lethargicam, cuius velut symptoma est. Succedit quoque comitiali morbo, cerebri compressioni, fracto cranio, oblatiis menyngibus, vehementiori in temporibus ictui. In Catalepsi æger exiguum quid aliquando loquitur, aliquando

Lethargi signa.

Cari signa.

Lethargus carus in quibus conueniunt, & Gal. comment. in aph. 3. libr. 2. Aph. Paul. Eginet.

penitus motus & sensus sopiuntur. Ab utroque differt siccitate. Fit enim (si Galeno credimus) à vehementi refrigeratione, cum quadam siccitate. Deinde loco à Caro, quia fit in occipite. Sed certior distinctio, & patognomicum signum est, quòd ægri oculos apertos habeant, atque in eo permaneant hab. tu, quo correpti sunt, tensione nimirum inducta à siccitate, præcipue in musculis oculorum, qui in superioribus affectibus humore dissoluti concidunt, & eosdem claudunt. Carochæ idem significat. Scribit enim Paulus, affectum, qui veteribus κατόχη dicebatur, recentioribus Caralepsim, siue κατὰ χλω veluti detentionem & deprehensionem, & κατόχη. ἢ κατὰ χλωρίδι, quasi dicas occupatos, detentòsque nominari. Alij distinguunt, Carochen esse ἀγρυπνία καὶ σόπωρον, soporem vigilantem, cum æger somno premi videtur, & tamen vigilat, sed nec loqui, nec membrum vllum mouere potest, vt scribit Galenus Commentariorum 2. in lib. Prorrh. Cuius affectus contrariæ sunt caussæ, biliosus humor, & pituitosus.

Cataphoram Galenus 13. Methodi sumpsisse videtur, tanquam genus omnium soporum sine febre. Rursus Coma omnem Cataphoram significat, diuiditurque in vigilans, & non vigilans, passim apud Galenum. Sed remota omni nominum ambiguitate, de qua toties ille ipse celexter ad pacationem veniendum esse iubet, ne rerum cognitionem, de quibus perpetuò agendum, præripiat. Medico ægrum sopore correptum cernenti primò considerandum, an respiratio læsa sit. Sic enim erit apoplexia. Sin libera appareat, proximum, an oculos clausos habeat, an apertos. Clausi lethargum, vel caron indicant. Quod vt distinguantur, videndum deinde, an sit febris, nec superuenierit alteri morbo. Sic enim erit lethargus: in quo etiam tremorem manuum, vultum discolorum, turgidum; pulsus tardos, debiles, & cætera, quæ notat Hippocrates. At si sine febre, & post alium morbum aut accessionem febris spuria, caroticus æger est. Sin oculos apertos habeat, & rigidum sit corpus, catalepsim iudicamus. Cuius causa (vt dicitur) vel sanguis est, vel melancholia. Si partim vigilet, partim dormiat, ἀγρυπνία καὶ σόπωρον. De humore exuperante deinde iudicandum ex propriis cuiusque signis. Curatio perficitur, primùm sanguinis missione (si venæ tumeant) è cephalica: deinde venæ frontis. Alioqui periculosa sanguinis missio in tanta frigiditate. Clysteribus primùm tenuantibus & alterantibus pituitam, postea trahentibus, & acutis glandibus, frictione vehementi, ligaturis extremorum, auulsione barbæ, capillorum capitis, pudendorum, suffitu ex fœtidis, vnctione sinapi facta in palato, aut benedicta, aut hiera picra. Post hæc omnia, sternutamentis. In principio repellentia admouenda sunt sincipiti, licet magis in occipite sit affectus. Est enim rarius, & multis futurus periculum.

Excitatur quoque. Longè lepidius, non sine tamen medica ratione. Opimium illum avarum apud Horatium Medicus fidelis è somno profundo reuocauit: qui.

Quondam lethargo grandi est oppressus: vt hæres
Iam circum loculos & claus lætus, ouansque
Curreret. Hunc Medicus multum celer, atque fidelis.
Excitat hoc pacto: mensam poni iubet, atque
Effundi saccos nummorum, accedere plures
Ad numerandum. Hominem sic erigit, addit & illud:
Ni tua custodis, auidus iam hoc auferret hæres.
Mén' viuo? Vt viuas igitur, vigila.

Non dissimili techna alter vinosus excitatus fuit, cum audiisset vasa sua vinaria: vehementius commoueri, atque inde vinum ebibi. Non inutile etiam sonitu tubarum & musica noctu aut interdiu ægrum aliquo, aut per cubiculum ambulantem circumducere. Cæterum notandum, quod admonet Hippocrates 3. de morbis: cum multum liquidumque per aluum deiciat lethargicus; pusillam vitæ spem esse.

Castorei Mirificè prodest neruosis affectibus, etiam in potu sumptum. Mesue: à granis tribus ad quatuor dabat ex oxymelite, idque post vacationes.

Postea cucurbitulis In statu cum multo igne & scarificatione affigendæ sunt: occipiti, non solum ad sanguinem, sed vt inde etiam calor natiuus excitetur, & materia repellatur. In principio humeris, ad diuersionem & quacuationem.

IN CAPVT VIII. DE LETHARGO.

DVRETI ENARRATIO.

Lethargi signa quæ tamen magna & rara respiratio oscitationes in hibre non potest quam nimum madefacti inferunt musculi signa quæ sunt inexpugnabilis dormiendi necessitas, ab imperie frigida humida cerebri cum pituita pueri coniuncta: Frequens oscitatio, madefacto pituita musculo, qui ab apophyse styloide fertur in maxillam inferiorem; & resolutis musculis temporalibus Aperiatur mandibula à repentina obliuione, id est cum oscitando maxillam aperuerint, ipsam denuò claudere non meminerunt.

Magna & rara spiratio, deprauatione scilicet voluntatis ab electione & inclinatione, in summa tamen necessitate spirandi, ac sine vlla contumacia instrumentorum mouentium, deducendum & excipientium. Pulsus lenti, oppressione facultatis pulsificæ, ad pulsandum per necessitatem, in summa pulsandi necessitate ad perfuendum aërem, & excludendam fuliginem: manuum tremor, per sympathiam duplicem medullæ spinalis. Duplicem autem dico, tum per simplicem communicationem generis similitudine, tum etiam per propagationem causæ morbificæ.

Facies decoloratio, suffusione in faciem pituitæ, & affectæ partis vicinia & communicatione. Nam quæ sunt propinqua & communia, primùm illa maximè que affici solent. Et quale est alimentum, talis & color elucet. lib. de humor. & apud Gal. lib. 11. de vsu part. Pendula genæ, uno sublimes genæ, propter inordinatam id est excoctionem faciei (face bouffe) fortè etiam, æqualiter conuulsis musculis duobus in utroque angulo collocatis, palpebram superiorem mouentibus; vnde lethargicis dormientibus, non secus acleporibus, isque proinde affectus ἀγρυπνία dicitur, album oculi apparet. Excrementorum alui liquidorum aut figuratorum, sine ægri voluntate & sensu, excretio, deprauata voluntate; & resolutis partibus, per quas excretio fit; Gal. comm. 46. s. 2. prorrh. Et hoc sympoma signum est funestum, præsertim si excrementum ipsum vitiosum fuerit idem de vrina dicendum. Vrina iumentorum similes, quæ indicant perturbationem in venis, à statulento spiritu cum calore contra naturam.

Epidemio quoque, id est sudor qui tantum è capite & thorace manat, aut quo exiguo totum est madens corpus: Quæ ephidrosis inuente quidem morbo, signum est oppressionis partis vnde manat, affecto, resolutæ nec potentis assimilare sibi succum alibilem: atque tum mortem in propinquo esse denuntiat.

Ergo Lethargo. Qui est delirium intermissionis expertus, cum febre, sopore, & celestia obliuione coniunctum.

Ex Aureliano lib. 2. acut. Nam lethargus inter acutos morbos numeratur li. i. de diæt. morb. acut.

Lethargum cognitum. Ex actionis offensione, & offensionis specie. Cognitum, inquam: quia quorum morborum certa cognitio est, eorum sanabilium curatio, certum habet remedium.

Ita curabit. Si non sit insanabilis: cuiusmodi esse solet qui phrenitidem excipit, & in quo deiectiones crudæ, & vrinæ prauæ, sine sensu & sine voluntate, feruntur.

Materiam repelles. Quæ continenter affluit, & cuius significatio fit per vrinas iumentorum similes.

Deinde agrum excitabis, vellicatione dolorifica, frictione & vinculo necnon studio cui sese addixerit æger, vt miles tubarum clangore, Opimius avarus tinnitu auri.

Tum materiam vacuabis, ægro iam existentia apud se.

Accidentia corriges, vt delirium, oscitationem, difficultatem spirandi.

Et imprimis rationem vitæ institues. Quæ æquè pugnabis cum morbo, atq; naturæ

Horatius satyr.
3. li. 2.

Lethargicis pusilla vitæ spes à liquidiore aluo.

Lethargi signa.
Dormiendi inexpugnabilis necessitas.
Frequens oscitatio.
Aperta mandibula.

Respiratio magna & rara.
Pulsus lenti.

Manuum tremor.

Facies decoloratio.

Pendula genæ.

Excrementorum sine sensu excretio.

Vrina iumentorum similes.
Ephidrosis.

Quid lethargus.

Qui lethargus insanabilis.

Curatio.

studebis, vt abstinentia vini, nisi fortè infirmitatis metu vinum bibat aquosum pauciferum, tenue, album, omnium vini & aquæ vitiorum expers: quod plurimum commendat Gal. & febrientibus idoneum esse scribit com.8. sect. 3. r. de diæt.acut. vsu hyd. omelitis, simplicis vel origanati cibus sit. mediæ materiæ, qualitate humidus; consistentia siccus, meabilis, concoctu facilis, omnis alienæ qualitatis expers, minimè que stiferum.

Loco itaque lucido, nam vt in renebris conciliatur somnus: ita in luce excutitur. Atqui id propositum habemus, vt somnium excutiamus.

Repelles oxorrhodino, i. rosa cum tantillo aceri.

Quam in phreniticis. In quibus consilium est mater iam acerrimam, & calidissimam temperare & infringere. Summam autem refrigerandi vim habet acetum.

Deinde, id est repulsa materia, vt æqualiter repulsiõni & digestioni opera detur.

Vbi iunctura est coronalis, quoniam pars illa humorum affluentium appulsus potissimum sentit cum incipite ipso per aphor. i. sect. i. lib. i. epid.

R. Æger excutitur, quod est propositum Medici, vt virtus sopita excutetur ad oppugnationem causæ morbificæ.

Castor ei, lap. Datur ad purgationem Δ . β . scammonij cum Δ . 2. 3. vel castorij.

Suffirui. *Fiat fumus qui adhibeatur*. Talis suffitus caput auget plethoricis causis: propterea conuenienter adhiberi non potest, præsertim si æger sit epilepsia obnoxius vt conuenienter adhibetur mulieribus quæ sunt hysterica impeditis respirandi instrumentis.

Phlebotomia. *Si corpus sanguineum est*, i. si lethargus, phrenitidis successione non venerit. *E cephalica sanguis*, vt necessario & liberaliter detrahendus in omni lethargo primigenio.

Multo igne affigimus. Modò simpliciter, modò cum scarificatione.

Illiones palati & capiti. Ex melle anacardino.

Topica. *Dropaces*, i. emplastra & cataplasmata è pice simplici, vel cum pulueribus, qui humorem intus foras euocant, vt ante dictum est.

Naribus ita admouebis, mirificè ad hoc valet fasciculus thymi cum aceto, qui naribus admoueatur.

Fiat linimentum. Ceruicibus & capiti admouendum, vt sopita cerebri facultas vernacula excitetur.

Vel β . beton. saluia, serpilli, saturia, puleg. orig. melissophylli, calaminthæ, foliorum lauri ana m. i. foliorum fennæ mundatorum β . 2. agarici non trochiscati β . 1. fiat decoctio in æquis partibus aquæ & vini albi. decoctio imbuta spongia ducatur occiput versus.

Diacopragias, medicamentum est quod ex stercore caprino conficitur.

Phœnigmi. *Phœnigmi*, quibus tamen, vt & sinapisinis, non est vtendum in lethargo, nisi atroxissimus & inexpugnabilis sit veternus, sine vlla vigiliarum vicissitudine. Nam vbi vigiliarum vicissitudo est per ϵ κκασίαν, i. micationem caloris febrilis, tutus non est phœnigmorum & sinapisinorum vsus: maximè que si vrinæ reddantur iumentorum similes, ex quibus significatio sit, caput continenter augeri plethoricis causis.

Dum hæc sunt, i. dum clysteribus, phlebotomia, cathartico vniuersali & particulari, topicis per dropaces, fotus, linimenta, phœnigmos, sinapisinos, oris illitiones, apophlegmatismos, errhina, lethargus oppugnatur.

IN CAP.

IN CAP. VIII. DE LETHARGO.

DURETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

Lethargus à celeri obliuione nomen habet. Nec enim rectè à recentioribus, unde lethargus liners obliuio appellatur: sed celer obliuio est, atque adeo cita, vt cum lethargicus matulam ad mingendum poposcerit; eam se poposuisse non meminerit:

Lethargum cerebri affectionem esse patet ex eo quod delirium sit: Nam Lethargici, omnium immemores sunt, & sui negligentes in rebus necessariis. Sic affectionis læsio, cerebri affectionem demonstrat: sed qualis sit affectio, læsionis species, i. est Lethargi ipsius conditio, indicat. Est autem delirium intermissionis expers, cum febre, atque etiam cum sopore, & cita obliuione coniunctum: hæc definitio Lethargum separat, non modo à phrenitide, cuius proprium symptoma vigiliæ sunt, sed etiam ab aliis cerebri affectionibus, quæ eodem cum Lethargico ϵ κκασίαν, i. propensionis ad somnium, veluti generis nomine continentur: Suntque ϵ κκασίαν, & ϵ κκασίαν seu ϵ κκασίαν, vt postea explicabitur.

Lethargi causa est intertemperies cerebri frigida, & humida, cum humoris pituitosa corruptione coniuncta, vnde nascitur febris quæ Lethargum semper comitatur, & eius causam auget.

Lethargus morbus est acutus, i. qui celeriter, continenter & vehementer motuetur lib. i. de diæt. morbor. acut.

Lethargus phrenitidi sæpe superuenit, & tunc est insanabilis: quia omnes morbi qui aliorum successione veniunt, longè calamitosiores sunt, quàm primigenij; cum ab his iam vires effætae langueant, & materia morbifica, quia superari non potuit, contumaciore remaneat. Adde quod in Lethargo, phrenitidi superueniente, intertemperies frigida, calidæ succedat, quæ curationem nunquam recipit.

Cæterum qui musculus hîc à Duretto dicitur, ab Apophyse stiloide, in maxillam inferiorem ferri, in medio neruofus est, in capite vero & in fine, magis carnosus: vnde ϵ κκασίαν quidam vocant. Oritur autem potius à mastoide, quàm à styloide apophyse.

Differt autem à conuulsione tremor: quod conuulsio sit deprauatus articulo- rum, qui sine voluntate fit, motus; Tremor verò etsi deprauatus est quoque articulo- rum motus, fit tamen cum voluntate. Est autem certissimum infirmitatis argumentum, acciditque tribus modis, nempe ab oppressione; à spirituum collectio- ne foris intro, & à vacuatione seu exhausto humidi primigenij, vt in senibus decrepitis.

Lethargicis, inuoluntariè fertur aluius, idque duobus modis, quos Galenus explicauit ad aphor. 46. sect. 2. pri. pror. tum quia eorum mens ægrotat, estque deprauata voluntas; tum quia sensu priuatum cæ partes per quas excretio fit. Et hoc symptoma signum est funestum: præsertim si excrementum ipsum vitiosum fuerit. Idem de vrinæ excretionem iudicandum.

Quod potius etiam, inter lethargi signa recensetur. Et est sudor leuis, præter naturam. Fit autem duabus de causis: per expressionem, aut per resolutionem. Per expressionem quidem, à labore & doloris acerbitate, quæ indicat oppressionem partium, vnde sudor manat; per resolutionem verò, partium scilicet solidarum non habentium potentiam assimilandi sibi succum alibilem. Et hic sudor, mortis iamiam futuræ signum est.

Cum de oleo Philosophorum hîc agitur, occasio inde arripias dicendi ali- quod de auro potabili, quod tanti faciunt chymistæ, qui se solos Philosophos putant & profitentur: hoc autem aurum potabile, tantum abest vt salubritati corporis accommodatum existiment, vt etiam nocentissimum asserant. Dant illud isti Philosophi, ad humidi primigenij instaurationem, vitæque conseruationem. Ac primum, quicquid substantiæ nostræ effluxum reparat, id vitæ proportionem habeat, necesse est, vt i. & ea omnia, quibus quotidie vescimur sed aurum, nullam vi-

Quid lethargus

Lethargi distinctio à phrenitide & alijs symptomatibus in cataphoribus.

Lethargi causa.

Morbus acutus qui.

Lethargus phrenitidi superueniens.

Observatio anatomica.

Tremoris à conuulsione distinctio.

Tres tremoris causæ.

Cur lethargicis aluius oculi dormiendo appareat.

Cur lethargicis inuoluntariè feriantur aluius & vrina profusatur.

Epidrosci quid Epidroscos causa duplex.

Lethargicorum diætæ quali esse debeat.

Vinum. Cicutæ de gugate. De Euro potabili.

nota

tæ proportionem habere potest: quoniam non est vitæ particeps. Neque enim nutritur, neque augetur, nisi per additionem nouarum partium, sicut & lapis. Ergo aurum, humidum primigenium resarcire nequit. Deinde auri & stomachi nostri, nulla est proportio, & aurum dissolui non potest, nisi mixtione aquarum chymicarum, quæ sunt à natura hominum alienæ. Postremo, eius elementa sunt sulphur & argenteum viuum: quæ duo naturæ nostræ non sunt consentanea. Notandum verò, argentum viuum non esse idem cum hydrargyro. Nam hydrargyrus Galeno res est factitia, quasi argentum portabile dixeris.

ANT. VALETII EXERC. VIII.

Lethargus continuus est præter naturam sopor cum febre lenta & obliuione, vitio cerebri genitus, principe scilicet animæ à parte pituita labefactata, & sensu motuque oppresso. Pituitosus ille humor, Galeno teste, in cerebro putret cum febre, & citra febrem, quamuis plerunque lenta febris adsit. Arabes œdematodem esse inflammationem arbitrantur. Nonnunquam hoc malum oritur à vaporibus crassis & frigidis visceribus & præcordiis sublatis, interdum à sola intemperie cerebri frigida & humida, quam medicamentorum impense refrigerantium usus, uti accidit in phrenitide, inuenerit. Lethargi signa satis sese produnt. Cognito affectu eiusque causis, indicantia (seruato semper contrarietatis scopo generalissimo) persicile est reperire, etiam si medicinam huic morbo facere non æque sit facile, cum propter affecti loci præstantiam inter lethales morbos ab antiquis medicis numeretur. Recta victus ratione, quæ pituitæ generationi aduersetur, præscripta ex cibis tenuant, incidentibus, coctu facilibus, hydromelitis, vel vini albi oligophori potu, & rebus non naturalibus debito modo adhibitis, de auxiliis etiam cogitandum est. Primum omni ratione à somno excitatus æger, ut ante in apoplexia, vacuabitur venæ sectione, nisi adsint, quæ minorem sanguinis impediunt, crudus videlicet humor, pueris ætas, anni tempus, in quo sit vel extremus calor, vel frigus, vbi ad acriora enemata veniendum præcipit Paulus. Vel hac acriuscula purgabitur potione.

Ri. hiera diacolocynth. 3. 2. dissol. in aqua beton. & calendul. addit. syrup. de stœchad. 3. semiss. f. potio. Vel. R. expressione 3. 3. myrob. cepul. in aqu. sualu. infusar. rhei elect. in ead. aqu. infus. 3. 1. semiss. in qua dissol. cathol. & syrup. de bianzijs. ana 3. ʒ. f. potus. Vel. R. folio. sen. mund. 3. 2. agar. recens troch. 3. 4. infundantur in hydrom. cum gr. 3. Zinziber. In expressione diss. elect. diacath. 3. 2. simp. 3. 1. syrup. capill. ven. 3. f. potio.

Conferent reliqua, quæ reuellant, tum etiam cucurbitulæ occipitio admotæ, & initio litus frontis & temporum ex oxyrhodino, in quo duæ tantum acetæ partes, pro 7. olei, adiciantur. Oleum chamæm. admiscebitur, vel aqua beton.

Postremo digerendus humor sumptis & admotis. Sumptis, ut electa lærificante Galena diamb. arom. ros. ther. mithrid. conferu. anth. calendul. ex quibus opiat. vel condita parabuntur. R. conferu. anth & calendul. ana 3. 2. conferu. ros. 3. 1. puluer. electar. arom. rosac. 3. 1. acor. condit. 3. 4. cum syrup. de stœchad. f. opiat. vel cum saccharo conditum. Admota erunt, litus vnguent. forus ex oleis digerent. & discutientibus: vitatis tamen propter febrem, calidioribus. Galenus tamen sinapismo materiam in alto reconditam trahere non reformidat. Iisdem ferme remediis (excepta phlebotome) omnes soporosa affectio-

nes percurantur.

HOLLERIVS:



HOLLERIVS,

De 1 Caro. cap. 9.

Aros cum lethargo 2 conuenit, 3 sed maior ac profundior sopor est. Stimulati non excitantur: interrogati non respondent.

Eadem curatio, quæ lethargi, nisi quoddam magis incidentibus & attenuantibus vtendum est.

Est & quoddam genus delirij inter phrenitidem & lethargum exbile & pituita. Veteres 4 typhomaniam aut typhoniam appellantur: si pituita, catochos.

Fit & Coma 5 vbi à calidioribus & humidioribus vaporibus ex reliquo corpore sublatis caput repletur.

Catalepsis nomen ambiguum est. Nam aliquando subita vocis amputatio, sensus & motus priuatio intelligitur, quam 6 aphoniam Hippoc. vocauit, Græci etiam 7 *ἁπλον*.

Ea interim fit plenitudine sanguinis, quæ vias spiritus animalis intercipit. Sed quæ peculiariter catalepsis dicitur, à melancholico succo aut vapore posterius cerebrum obturante & siccante fit. De repente muti fiunt; neque concidunt. sed in eodem habitu permanent: aperti oculis, si prius aperti essent: stantes, si starent: sedentes, si sederent: ex quo vulgus credit non dolere, aut ira mortuos viuere: sed (vt loquuntur) raptos.

Consentientibus conditionibus, cephalicam secato, si facies rubet, repleta appareat, lineescat, &c. Clysteres molliores primùm, deinceps actiores iniiciendi. Vbi calor est in capite, refrigerantibus: vbi frigus, calefacientibus oleis & litibus vtitor.

A purgatione totius corporis commodum erit caput, & totum denique corpus oleo anethino, iasmino, sesamino, aut similibus inungere vel calentes pelles recens detractas inducere.

Vrinæ quia crassescunt vt plurimum imperanda quæ tenuent, & vrinam moueant. In tremore castoreum ad 3. i. è mulsa exhibendum.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

EA interim.] An ab intemperie sola fiat Catalepsis, an cum humore: & si cum humore, quisnam ille sit, non facile est diiudicare. Galenus enim videt

Galen. comment. in sent. 1. sect. 1. Priori Prorrh. 5 Coma Hippoc. in Coac. animadu. fit à resolutione, perfrigeratione & oppressione cerebri. 6 Aphonie nomen apoplexiam, earum, ceterasque cum sopore coniunctas complectitur aphasianas, 7 Hac secunda apoplexia species existit.

Galen. comment. ad sent. 1. Prorrh. 1. lib. 3. de loc. affect. lib. de differ. sympt.

Lethargi curatio.

Hippoc. lib. de vitio ratam. Galen. comm. ad sent. 1. sect. 1. lib. 1. Epidem. Hippoc. lib. 2. de Morb. Gal. cap. 21. lib. 3. Meth. Paul. Egin. ca. 9. lib. 3.

1 Caro à nomine rxi. hoc est caput, nomen habens, off. seu est caput, in quo a gri nec sentiunt, nec mouent se, seruata tamen respiratione libera.

Gal. li. 4. de loc. malè offe. & Comm. in 21.

sent. secundi de artic. vna cum sensu & motu rationem etiam: & memoriæ la-di scribit. Hic antiquiores cerebri partes magis afficiuntur.

Huius mali causa materia est frigida corruptio nis expert. Fit etiam à casti extenuis, vt immodico refrigerantium usu, ebrietate istu, casu,

contensione, arteriarum carotidum & musculorum temporalium vel à depresso cranio, dum qui inter serrandum, firmitus apprimunt.

2 Materia, in generatione, non in corruptione:

quod caros febrem minime habeat symptomaticam.

3 Tunc enim motrix cerebri facultas materia frigida & humiditate copia oppressa iacet, si que imaginandi facultati paralytica.

4 De hac vide

tur ab intemperie frigida sicca fieri censuisse. Sed cum repente intadat & definit. intemperies autem sicca repente induci nequeat, aut tolli, necessario confiteri cogimur aliquem subesse humorem. Aetius præter sanguinem, atram bilem ponit. At si ita res habent, cur non omnes melancholici incidunt in catalepsim, præsertim si fiat in ventriculis? Nisi dicamus in catalepsi non ventres, ut in melancholia, sed venas & arterias, quæ in cerebri menyngibus disseminatæ sunt, eo humore repente & affatim impleri, inflatas distendi. inde sequi rigorem totius corporis instar corporum frigore concretescentium. Fit etiam à sanguine multo & copioso venas inflante, & tensas retinente, sicuti quum humores in convulsione nervos contrahunt. Eodem ergo modo fit catalepsis, quo apoplexia, nimirum substantia cerebri irigata per defluxionem, vel sanguine, vel melancholico humore.

Secretarius Vasco in febris declinatione, & alui profluio, urinis bene coctis, certam valetudinis spem præbentibus, catalepsi deprehensus vno die obiit Anno 1552. Augusto mense. Aperto cadauere pulmones & hepar corrupta inuenta sunt, ferum quasi rufum cerebro postiore contentum, & sanguis concretus in maiore vena, quæ medium caput perreptat.

IN CAPVT IX. DE CARO.

DVRETI ENARRATIO.

Caros, i. arctissimus omnium sopor, cum sensus & motus interceptione, non tamen sine libertate spirandi.

Cum Lethargo convenit in symptomatis. Si delirium, febrem, difficultatem spirandi, & urinae solutionem sine voluntate, & sine sensu factam exceperis. In materia autem, si generationem spectes non corruptionem.

Sed maior ac profundior sopor est. Stimulati non excitantur. Aut certe si membra moueant, vocem non edunt, vnde significatio vlla fiat doloris.

Interrogati non respondent. Vti nonnunquam lethargici faciunt.

Eadem curatio, qua lethargi. Si sanguinis detractionem exceperis, quæ ad lethargum valet, nec vnquam prætermittenda videtur: hic autem inutilis & pestifera, cum sopor sit à materia frigida, quæ omnis putredinis expers est: nisi forte locum habeat ad carum qui fit per interceptionem carotidum arteriarum, quæ ἄρτη Græci vocant. De qua iam illud est commemoratum, scripsit Hippocrates sect. 5. lib. 2. epid. 4. quæ sine febre, sectio venæ sanat.

Incidentibus & attenuantibus. Et calefacientibus vtendum est; incidentibus, ad glutinosam materiam; attenuantibus, ad crassam; calefacientibus etiam, ad pituitam, putredinis expertem.

Quoddam genus delirij inter phrenitidem & lethargum, ex bile & pituita, i. ex pari & æquali contentione pituitæ & bilis, vnde fit soporis & vigiliæ, non tam vicissitudo, quàm mixtio quædam, vt in comate mixto, quod vigilans dicitur, cuius descriptio legitur aphor. 1. sect. 1. lib. 1. prorrhetic.

In quo affectione si superat bile, coma. immo φρενίτις peculiariter appellatur: Si pituita, κάτα. Nam κάταχῆ omnis, siccitatem habet coniunctam; vnde neruorum tensio quædam accidit, vt eodem statu maneant, quo illos morbus inuasit, ea scilicet κάταχῆ.

Fit plenitudine sanguinis. Vt docet Aërius, sed falso: Nam essentia κάταχῆ seu κάταχῆ, in tensione neruorum consistit, quam frigida & sicca intemperies induxit.

Neque coelescunt. Propter neruorum tensionem, seu firmitatem quam siccitas peperit.

Sed in eodem habitu permanent. Siue trahantur, siue impellantur, siue legendo sedcant.

Sed vt loquuntur, raptos.

Sicut apud Virgilium dicit Æneas de seipso,

Obstupui,

Obstupui, steterantque comæ, & vox faucibus hæsit.

Cephalicam securo. Ad carum qui fit per interceptionem carotidum arteriarum.

Clysteres molles primum. Ad excludendas feces: quoniam non est equum materiam morbificam per aluum ciere, donec exclusæ fuerint feces quæ stabulantur in aluo.

(Dain acriores iniiciendi) Quales in Apoplexia descripti sunt, ex decocto rerum cephalicarum, cui miscetur hiera simplex, hiera acuta duplex.

Vbi lateres in capite. In capite carotici per idiopathiam & protopathiam cerebri, nullus est calor. In capite soporati comatosi nullus est calor. In capite autem comatosi vigilantis pugnat cum frigore calor, hoc est, pituita cum bile.

A purgatione totius corporis per hypochondriaca pharmaca & cephalica. Vel calentes pelles detractas ad suscitandum calorem natium sopitum. Sic & gallos exenteratos capiti admouere, aut panes recens è clybano extractos.

Et urinas moueant, vt decocta nephritica radicum, seminum, herbarum, cum syrupo capillorum veneris, de quinque radicibus, de raphano,

IN CAP. IX. DE CARO, COMATE, & Catalepsi.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

KΑτάχῆ, i. propensio ad somnum, seu sopor, vt multiplices habet causas, ita multæ sunt eiusdem tanquam generis, differentiæ, nempe Lethargus, caros, coma & catalepsis seu catochos.

Sopor autem omnis, à somno tantum differt, quantum color niger, ab albo. Nam somnus naturalis est, & duce natura, calorem natium intro cogente, suscipitur, fitque humectato vtili humore cerebro, ad instaurationem spiritus animalis, per vitalis elaborationem. Hæc enim est somni necessitas, ad quam, vt accedunt naturales somni causæ, nimirum suauitas αἰσθημάτων, tranquillitas animi, & ipsius cerebri temperies: ita somnus leuior est, aut profundior. At sopor toto genere contra naturam est, fitque vel intemperato cerebro, ab intemperie frigida, humida, aut vtraque, vel oppresso à nimia humoris abundantia. Distinguuntur verò in eo maxime, somnus & sopor: quòd hic difficillime, ille facile excutitur. Nam in omni somno est τὸ ἐπιπέσει, i. expergiscendi facilitas: in omni verò sopore, τὸ δύσδι' ἔγρει, difficultas excitandi, vt in ebriis.

Obseruandum autem est nonnunquam in summa dormiendi necessitate, adeo producti somnum, tanquam arctum esse, vt sopor videatur, & temporis diuturnitate, somnique profunditate medicum fallat, vt in iis qui lassitudine fracti sunt, qui diu vigilarunt, aut laborarunt. Sic ægrom vidimus, qui cum 34. dies ægrotasset, nec toto morbi tempore indusium mutasset, nec lecti lintea, nec pileum nocturnum, ita vt totus pediculis obstitus iaceret; vbi his mutatis, in molli, æquali, nitidoque lecto decubuit, 36. horas continenter dormiuit. Putabatur esse caroticus, non erat tamen, quia tandem excitatus, cibum sumpsit, & postridie bene habuit. Quanquam certè hic caroticus dici poterat: sed improprie, vt patet ex comment. Galeni ad aphor. 29. sect. 2. 1. prorrhetic. vbi de caro eleganter disputat.

Cataphoræ seu soporis species sunt quatuor vt ante dictum est: ex quibus Lethargus iam est explicatus. Sequitur vt de tribus aliis dicamus: Ac primum quidem de caro: hic enim soporis omnis δύσδι' ἔγρει, atque arctissimus est. Secundum est catalepsis seu catochos. Tertium locum obtinet Lethargus. Quartum coma.

Κάταχῆ à toto capite nomen habuit. κάτα enim Græcis est caput. Definitur sompor arctissimus, in quo nullus sensus, nullus motus, nulla vox, seruata tamen li-

Aërii cap. 4.
Ter. absbl. 2.
Serm. 2.

Catalepsis qui
fiat.

Quid caros.

Caro à lethargo
discrimen.

Phlebotomia ad
carum inutilis.

Remedia.

Catathe, seu ca-
talapsi.

Quid caros.

Clysteres.

Topice.

Diuriticæ.

ΚΑΤΑΧῆ.
varia diffinitio.

Sopor à somno
distinctio.

Somni naturalis
causa.

Soporis causa.

Observatio de
somo.

Historia de somno
diuturno.

Soporis species.

Caros unde dic-
atur.

Quid Carus.

bertate spirandi. Carotici, etsi vinculis dolorificis, vellicationibus pilorum & cutis, clamore, aut clangore tubarum stimulat. excitari tamen non possunt: & caros per solam causam amotionem excutitur, proinde versus ad *ἀδύνητον* dicitur, quam

Carus a dūv'aploc. *δυσδύνητος.* Itaque a caroticis differunt Lethargici, quod Lethargici interrogati respondeant, stimulat excitentur (quamquam deinde præcipites ruunt in somnum) quod denique Lethargi materia, sit pituita quædam & putris & inflammata, quæ in cerebro stibulatur: & cari materia est pituita frigida, omnis putredinis & corruptionis expert, quæ vel in ipso cerebro localem habuit generationem; vel in eo continetur, cum aliunde venerit. Hinc fit carus proprie vocatus, qui focus & domicilium habet in cerebro, ac potissimum in interioribus eius ventriculis, vnde imaginationis priuatio. Fit tamen etiam carus multis aliis modis, vt per sympathiam, ab istu, casu, lapsu à terebra inconsiderate versa, vnde cranium deprimitur, fauciat cerebrum opprimitur. Fit & à percussione seu sectione musculorum temporalium, vt meminit Galen. ad aphor. 29. sect. 2. r. prorrhet. Itemque ab alienatione aut distentione eorumdem. Nulla enim vis muscularis temporalibus afferri potest, quin male quoque afficiatur cerebrum. Verum horum omnium cari generum curationem hic non aggredimur: sed eius tantum, qui à cerebri vitio est.

Cari per sympathiam causa.

Quid v'δύνη. *κτύπος* est *κτύπος* quædam, i. inclinatio ad somnum, seu sopor qui non facile discutitur, si modo fuerit simplex. Huiusmodi enim coma est *δυσδύνητος*, non tamen vt carus *ἀδύνητος*. Et ob id dicitur hoc coma *υπερδύνητος*, seu soporatum: quia in eo sopor simpliciter cernitur. Alterum est coma mixtum, quod *ἀδύνητος* seu vigilans appellatur, quod in eo, soporis & vigiliarum sit mixtio quædam. Hippocrati etiam *τυφματία* vocatur, vtriusque comatosis signum certissimum & *παθολογικόν* est palpebrarum commissio, quas ne quidem ipsi comatosi, qui vigilantes dicuntur, attollere possunt: quoniam nimia humoris abundantia, musculorum palpebras mouentium robur exoluit, vt non habeant potentiam fungendi suo officio. Hæc eadem humoris exuperantia in comatosi, infirmam reddit imaginationem. Comatosi à sopore excitari quidem possunt: sed statim in somnum ruunt, vt Lethargici.

Coma invidæ.

Coma invidæ. *Coma ἀγρυπνίου.*

Typhomania.

Coma invidæ. *Coma ἀγρυπνίου.*

Coma simplici causa.

Coma simplex à tribus causis accidit, à cerebri refrigeratione, vnde fit *καταφροσύνος*. Hippocrati dicta, 2. à resolutione cerebri, vnde contingit *ἐπιδύνητος*, ab oppressione cerebri: Et hoc coma, liberali alui pro fluuiio curationem recipit. Coma mixtum fit ex certamine pituitosi & biliosi humoris, in cerebro, vnde soporis & vigiliarum mixtio est. Bilis enim vigilias: pituita verò, soporem inducit: quia, vt scribit Galenus sect. 3 lib. 3 epidem. Ex contrariis causis, eodem in loco contraria oriuntur symptomata. Et propter hanc bilis cum pituita permixtionem, nonnunquam cum comate coniunctum est delirium ex Galen. comm. ad sent. 33. sect. 1. prior. prorrhet. & ex Hippoc. 3. epid. Inde etiam phrenetici, sunt comatosi, in eunte ipsa phrenitide: quoniam vernaculus humor cerebri, qui natura est pituitosus, à bilis calore initio resoluitur in flumem, qui narium grauitatem, tinnitum aurium, & tenebrosam vertiginem efficiunt. Atque hi phrenetici comatosi sunt vigilantes, non autem soporati, sed affecta phrenitide, soporati fieri possunt: non quia bilis semel genita, pituitescat (id enim fieri non potest) sed quia intemperies frigida, tandem calidæ succedit. Propterea phrenetici, Lethargici fieri dicuntur: sed *καταφροσύνος* abusive & improprie. Nunquam enim phrenetici, re vera sunt Lethargici. Sed hoc coma, phrenitidi superueniens, Lethargi speciem habet quandam: estque insanabile. Iam diximus Hippocrati vocari *υπερδύνητος*. Superest ex differentiis *καταφροσύνος*, sola *καταφροσύνος*, quæ & *καταφροσύνος* appellatur, hæc quicunque correpti sunt, eodem prorsus statu deinceps manent, quo primum eos morbus inuasit. Atque hoc est symptoma characteristicum huius affectionis.

Phrenetici, sunt comatosi, duobus modis.

Phrenetici, sunt comatosi, duobus modis.

Catalepticos materia.

Phrenetici non sunt lethargici. *υπερδύνητος* seu *καταφροσύνος*.

Hollery & Ably.

Catalepticos materia.

neruorum tensione consistit, quam non sanguinis plenitudo, sed frigida & sicca intemperies efficit.

ANT. VALETII EXERC. IX.

Caros capitis est grauitas, quam inexpugnabilis dormiendi necessitas consequitur. Distinguitur hoc nomine a lethargo, quod lethargus posteriorem cerebri ventriculum caros anteriores eiusdem cerebri ventriculos obideat. Differt etiam ab apoplexia, nam hæc (si neruorum sit obstructio, & affectus cerebri prius) cerebrum omne occupans, in paralyfim, cum soluitur, degenerat, at illum finitum bona valetudo magna ex parte excipit. Somniculosus eius generis affectibus catocæ & cataleptis describitur, quas Gal. appellatione cataphoræ complexus est cap. 12. lib. 13. Meth. Eisdem distinxit Paul. Agineta c. 10. lib. 3.

Caros vel est primarius cerebri affectus, & causam habet frigidam, humidam intemperiem solam vel cum materia, qualis infantibus in frigido præsertim & humido acre diu educatur, nec non iis, qui ædificia recens gypso induta inhabitant, sæpe accidit, & hic lethargi remedijs curatur, alius ex consensu subiectæ partis alicuius, vt ventriculi, materiam aut multitudinem vires opprimentem, aut frigiditate humida stupefacientem transmittentis qui purgantibus cedit, vel etiam alexipharmacis, in illa expellenda materia, si deleteria fuerit, agentibus, præfigatur.



HOLLERIVS.

Paralytica remedia. CAP. IO.

PARALYSIS de qua hîc agimus, familiaris 2 apoplexiæ, resolutio est dimidij corporis, non totius, quarundam partium, non omnium, à crasso & frigido humore, à quo neruofum 3 genus remollitur, atque resoluitur.

In his clystere primùm vtendum est, molli quidem, si diatius feces alui substerint deinde etiam acriori.

Partes 4 resolutæ oleo 5 moderato, sed calente, fouendæ sunt.

De phlebotomia non conuenit inter Græcos & Arabes.

Detrahendus quidem sanguis est mediocriter ex cephalica partis integræ, authoribus Græcis. Frigidum enim eorum corpus, frigidus quoque morbus. Itaque larga sanguinis missione languidum calorem extingui metuunt.

Rhazes, & qui hunc sequuntur, ex vtraque cephalica ad tres aut quatuor libras: postredie etiam ex venis 6 linguæ sanguinem detrahunt. Græcis tutiùs adhærebis.

Paralysis symptoma est facultatis animalis, motricis & sensificæ. in qua affecta pars sensus & motu priuatur. Quomodo in corpore in toto motus & sensus deperditur, dicitur apoplexia. Pars primaria affecta est cerebrum ipsum, aut spinale medulla principium, vel dimidia tantum eius pars. Causa paralytica triplex: obstructio, compressio, & diuisio. Est autem, quando animalis spiritus tota sua substantia ad partem eam, à qua suscipitur actio, perreperire nequit. 1. Et enim succedit paralysis. 2. Ac præsertim spinale medulla nictus. 3. Nec solum partes quæ mouendi vim amiserunt, sed radices neruorum, quæ partibus illis vim sensendi impertit. 4. Diethama anethino. 5. Ad amolitionem causæ coniunctæ.

7 *Deducenda enim cibi assueti pars altera.*

Instituendus 7 victus. Primum quidem leuiter incidat, atque nuct, & detergeat. Potus sit hydromel ex sexcupla aqua, in qua modicum stœchados, aut acori (*vulgaris: adstringit & nervis robur addit*) aut ireos Florentiæ coxerit: gratiâ exempli, horum & similibum ʒ. i. in lb. 2. aquæ, quale est.

ʒ. rad. ireos Florentiæ ʒ. i. coquatur in lb. 2. aquæ. dum dimidium libræ consumptum sit. In col. dissolue mellis communis quartarium vnum: despumetur, fiat hydromel despumatam. Vel etiam parabitur hydromel ex radicis acori & saluæ decocto. Poterit & cinamomum & mastix & caryophyllum in aqua concoqui, atque inde hydromel parari. Loco etiam mellis saccharo (*Candam magis exsiccat*) vtetur, si febris & suspicio est, modicoque cinamomi, aut rerum eiusmodi vti oportebit. Quale est.

8 *Aut si ager sit turbidus sit.*

ʒ. aquæ coctæ lb. 1. coletur per manicam Hippocratis cum sacchari ʒ. 3. & ʒ. 2. 9 cinamomi.

Vtatur allis carnibus, quæ caryoph. cinam. & lardo configantur: vel lardum, quo figuntur, aspergemus, pul. cinamomi, nucis moschatae, & caryophyllorum.

9 *Leuiter scilicet contusi: aliqui enim catarrhum mouet.*

Vtatur granis 10 pini conditis, & canella tritis: Abstineant aqua, & vino, & longiore 11 somno.

Materia potionibus 12 incidenda, vt hydromelite (*oxymel noxium, ob acetum:*) aceto tamen cum caryophyllis & rebus capitalibus cocto vti nihil prohibet, maximè verò in viscida materia: quæ nonnunquam oxymel cum decocto guaiaci parare suadet in quo stœchas, cæteraque eiusmodi coxerint, vt est serpillum, pulegium, & similia. Deinde purgandum hac potione.

10 *His abstinentum est, quod oleosa sit & pinguis, ob id xepn. Caput: id est, caput grauitatis.*

11 *Quæ materia in vitro cogit. cerebrumque opplet humoribus.*

12 *Ut hydro. candidis Cephalicis, aqua melissa.*

13 *Aut Drach. 2 hura picra in hydromelite originato dissoluantur.*

ʒ. pul. hieræ diacolocynth. ʒ. 2. mastichis, bdellij ana ʒ. i. nucis moschatae, spicæ, rosarum ana ʒ. i. omnia incorporentur modico conseruæ borraginis. Vel hac veterum potione.

ʒ. polyp. quern. ʒ. ʒ. sem. anisi & apij ana ʒ. ʒ. fiat decoctio ad ʒ. 3. quæ coletur per manicam Hippocra. cum ʒ. i. mellis albi, cinamomi ʒ. ʒ. In col. dissol. pul. hieræ diacolo. ʒ. 4. pul. hieræ 13. ʒ. 2. fiat potus.

Possumus vti & pilulis aléphantinis, imperialibus, assaieret, de agarico, fœtidis, cocciis. Aliis 14 quoque supra descriptis. cap. de soda phlegmatica: vbi etiam syrups descripti sunt, qui plurimum conferent, si per interualla paralyticis imperentur.

14 *Ut his quatuor hæc sit descriptio. Rec. agar. troc. Drach. 2. turpeshi gummofi. Drach. 1. ʒ. sal. gemm. zinziberis an. Scrupul. In fundantur in vino albo. In exprossione dissolue puluer. hiera picra. Drach. 1. diaacolocynth. Drach. 2. f. mastix ad Drac. 1. munda in singulis desct.*

Dum hæc fiunt. oleo calente, sed temperie non ita calida resolutæ partes fouendæ sunt. Stomacho etiam & visceribus, vt prius, consulendum est.

Conseruæ quoque instituendæ sunt, iuæ, anthos, saluæ, stœchados (*quæ duo principatum obtinent*) enulæ, gentianæ, acori, ireos, zinziber conditum, condita nux moschata, theriaca, mythridatium. Dosis conseruarum ad ʒ. i. aut 2. quas vtiliter commiscebis cerebro leporis asfo, quod peculiari natura conuenire scribunt paralyticis.

ʒ. conseruæ, conseruæ anth. & salu. ana ʒ. i. cerebri leporis recenter affi. ʒ. ʒ.

affi. ʒ. ʒ. cinamomi, nucis moschatae. ana ʒ. i. cum saccharo in aqua iuæ dissoluto fiat elect. secundum artem, vel conditum. Huius 15 detur ʒ. i. vesperi duabus horis ante cibum, & in ingressu lecti.

Theriaca & mythridatium, vt & alia omnia remedia fortiora, 16 magis conuenient post purgationes. Dosis ʒ. 2. vel ʒ. 3. quæ interim commiscebis conseruis, aliquando dissolutis in hydromelite, in aqua vel decocto iuæ, calendulæ, rosmarini, salu. stœcha. aqua vitæ, aut vitis.

Post hæc cucurbitulæ locis affectis sine scarificatione aptandæ 17 sunt, ac deinde collocandæ, sed maximè radicibus 18 neruorum.

Probant quoque vomitiones semel in hebdomada (*quæ tamen à cibo in paralyti lingue noxiæ*) stuphas siccas, & balnea. Stuphæ parari debent ex decocto herbarum conuenientium, maioranæ, origani, calamenthi, calendulæ, sarmentorum vitis, pulegij, serpilli, stœchados, & 19 rerum eiusmodi.

Collocabitur resolutum corpus loco bene concluso, ne fumus decocti euanescat. In decoctum filices candentes iniiciemus, vt fumus fiat: Ex iisdem rebus balnea comparentur. Probant quoque balneum ex decoctione vulpis integræ cum herbis supra memoratis, inunctiones, primum molles seu leues, deinde acres. Partes itaque primum fouendæ oleo cham. de meliloto, anethino, amygdalaram dulcium, delilio, hyperico, iasmino, de 20 keyri, de nucibus, de sem. lini, de maiorana, de galbano, nardino, cannabino, raphano de costo, ricinino, de spica, laurino, de cucumere asinino, sinapino, de pipere, de euphorbio, de pyrethro. Oportetque à leuioribus ad fortiora progredi. Flocci lanæ in his oleis inungendi sunt, & ex his fouentur 21 partes affectæ, postea etiam conteguntur.

Olea componuntur ex olei quatuor aut quinque partibus, aquæ iuæ, aut succi conuenientis parte vna, & aliorum quorundam medicamentorum decima, vel duodecima, quale hoc est.

ʒ. ol. de iasmino lb. 1. aquæ saluæ. aut succi iuæ, vel vini, in quod ita coxerit, ʒ. 3. castorei, pyrethri, euphorbij, piperis, benzoini, assæ fœtida, popanacis, galbani, gagatis lapidis, horum vnus ʒ. i. fiat decoctio ad aquæ, succi, aut vini consumptionem. Olea composita. Oleum de scylla (*vel oleum antiquissimum, in quo sit decocta scylla: valde enim incidit*) prius descriptum. Aliud.

ʒ. terebinthinæ 22 lb. 2. laterum antiquorum, aut (*vt vult Albucaasis*) recentium in oleo iasmino extinctorum, macis, styracis ana ʒ. i. benzoini ʒ. ʒ. fiat distillatio in alembico vitreo. Tres humores fluent, quorum tertius erit optimus. Oleum de lateribus lege apud Mesuem.

Balsamum & oleum 23 balsaminum mirè commendantur, sed rariora sunt, & tantum Principum. Sed his respondere volunt, quod sequitur.

ʒ. 24 thuris albiss. mast. ana ʒ. 2 ligni aloës ʒ. i. caryoph. galan. gæ, cinamomi, zedoariæ, nucis moschatae, cubebæ ana ʒ. 6. myrrhæ, aloës, ladani, sarcocollæ, castorei ana ʒ. ʒ. baccarum lauri, nu-

15 *Ve eius antidoti anamiasis crasses vapores emendet, & ad cerebrum translata. ipsum re-creet, materiã que ad exclusionem præparet.*

16 *Quæ sit analogia cerebro & morbo.*

17 *Ut sopitam naturam excitent.*

18 *Quæ sentiendi facultatem paralyticis membris impediunt.*

19 *Ve radicum ireos, betoni, ebul. foliorum lauri, baccarum lauri & iuniperi.*

20 *De vitis luteis.*

21 *Ut excitetur natura vis & materia vitæ.*

22 *Venetæ.*

23 *Cuiusmodi est capite de paralyti apud Gnid.*

24 *Ve istud. Recit terebinth.*

Venetæ & ab ietina an. Vnc 1. thur. alb. ladani. an. Vnc 3. nardi indicæ Drach. 2. radice. Valerian. angelis. ireos. acori. zæteri. cyperi. cala. aro. an. D ac 1. mastichæ. Vnc 2. galang.

cleorum pini an ʒ.6. ireos, aristolochiæ rotundæ, dictamini, consolida maioris ana ʒ.1. gummi elenij, opopanax, benzoici ana ʒ.2. succi iuæ, succi herba paralytis an. ʒ.3. terebinthinæ ʒ.5. ad pondus omnium. Omnia concorporabis, distillabis in alembico vitreo.

Extillabit aqua primum: deinde veluti oleosum quid: postremò quasi mel.

Probatur & oleum vulpini descriptum à Mesuæo, & hoc quoque. ʒ. vnguenti de bdellio ʒ.3. liquefiat in vase duplici cum olei de terebinthina, de scylla, aut similis ʒ.3. Ex assata vulpe, vel alioquid cum oleo cocta, in farcta prius betonica, saluia, calendula, iua arthritica, primula veris, moschata, pinguedo elicetur, è qua cum emplastris mollitorijs vnguenta conficiuntur. Poterunt & eadem emplastris conuenientia aqua vitæ, & saluiæ succo subigi.

Optimum erit corpora paralytica inungi ad 26 ignem sarmentorum vitium.

Alius mollis perpetuò seruari debet clysteribus, aut pharmacis lenibus, aut suppositoriis.

Modus operationis medicamentorum, & eorum, quæ partibus affectis apponuntur.

Vnctionum, dropacum, phœnigmorum, sinapismorum, vt pars in ruborem attollatur, non exulceretur. Et cucurbitularum breuis mora esse debet, ne quod attractum est, dissoluatur.

Sunt, qui certum experimentum dicant, si pars affecta decocto maioris tithymali foueatur: deinde folia eius integra parti superponantur.

Errhinis & Apophlegmatismis, vt prius, vtendum est. Apophlegmatismis 27 cum nodulo, aut baculo ori apposito, vt diximus Paralyticis, & neruorum doloribus laborantibus vinum prorsus fugiendum est. Potus sit illis mulla, aqua mellita, quæ sit ex partibus octo aquæ, duabus vel tribus, mellis albi, vel sacchari. Coquantur omnia simul. Colentur per manicam Hippocratis cum ʒ.2. cinnamomi, vel decoctum acori conditi.

Pilula Coccia Rhazæ, & Mesuæi.

ʒ. pul. hieræ picæ ʒ.2. interioris colocynthidos ʒ.1. diacridij ʒ.ʒ. vel gr.6. turpethi gummosi, stæchad. ana ʒ.ʒ. cum succo sceniculi fiant pilulæ pro duabus dosibus.

Coccia Nicolai, ex Galeno.

ʒ. aloës, scammonij, colocynthidos, agarici, bdellij, gummi arabici, ana ʒ.ʒ. & gr.5. cum succo absynthij fiant pilulæ coccia. Eiusmodi pilulæ & caput purgant, & varios humores detrahunt, nec stomachum lædunt.

Holleri experimenta ad paralyism.

ʒ. vini rubri lb.1. olei lumbri corum lb.2. aquæ vitæ ʒ.2. corniculorum cerui magis spongiosorum ʒ.3. pulueris chamæmeli ʒ.1. salis ʒ.ʒ. mastiches ʒ.6. bulliant omnia in duplici vase ad vini consumptionem. Probe misceantur.

Ciconia implumis, sed viuâ, tandiu coquatur, dum carnes ab ossibus

sibus recedant, in mortario teratur, rursus in oleo coquito, costam facculo fortiter colato, & abiectis reliquis, cera, colophonix, seui, olei laurini lb.2. olei mastichini, medullæ cerui, adipis vrsi ana lb.1 galbani, terebinthinæ ana ʒ.4. coniungantur. Emplastrum molliora, diachylon resumptiuum, &c. soluta in oleo cham. vel nardino, postea quæ discutunt, vt acopa, postremo attrahentia, & roborantia, vt metafyncritica.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

IN stupore, seruatò motu, aut leuiter læso, sensus amittitur, aut debilior redditur. In paralyti viroque priuatur pars ægra, illæsis tamen sensibus interioribus. Non enim vt in apoplexia, vitium est in cerebri substantia. Si id accidat omnibus partibus infra ceruicem, meninges, aut spinalis medulla in exorta affecta est. Altera corporis parte resoluta, dimidia tantum pars spinalis medullæ afficitur, aut menyngum. Si qua verò pars sola (nam partes omnes motu voluntario præditæ, præcipuè quæ proprium neruum & peculiarem habent, huic malo obnoxia sunt) siue in capite, siue infra ceruicem laboret, in illius particulæ neruo, vel eius exortu morbosa est affectio. In *apoplexia* vocales nerui, per quartam vertebra exortii: in *apoplexia* respiratorii patiuntur. Sic oculorum resolutio, ad neruos, qui à secunda coniugatione è caluaria emerit, in oculi musculos disperguntur, referenda est: palpebrarum, ad neruum tertiæ coniugationis per foramen ossis orbitæ transeuntis: labiorum, ad latum musculum, neruos è primis vertebribus, & ramos è tertiâ coniugatione: linguæ denique (quod fit præcipuè in balbis post apoplexiam) ad neruum è tertiâ, aut septima coniugatione in linguam perrepantem. Eodem modo resoluta manu, in principio ceruicis, vel quinta vertebra affectio subsistit. Sensus tamen aliquis quandoque relinquunt, primæque brachij partes illesæ seruantur. Minore noxa laborant ob læsionem in septimam, sed maximum inde thoraci infertur nocumentum. In resolutione parui digiti, & media parte annularis, afficitur neruus in cauitate olecranij, siue cubiti, in aliis verò tribus (cæteris illæsis) vulnerata est, aut affecta: spinalis medulla, circa principium neruorum brachij. Per defluxionem omnes digiti patiuntur, aut per concussionem. In sectione non est necessarium, quod nerui brachij in principio iungantur, & supra cubitum separentur. Cruribus resolutis, aut pedibus (in quibus facilius curatur hic morbus, quàm in manibus, ob sicciorum & robustiorum neruorum, quos habent, naturam) in vertebribus lumborum, aut inguinibus consistit affectio. Sua etiam est ano, vesicæ, pudendo resolutio. Si descendat intestinum rectum, muscoli suspendentes malè habent, qui sunt in ipsis lateribus. Si excrementa retineri non possunt per aliquod tempus, sphincter resolutus. In resolutione musculi vesicæ, & quum pudendum erigi non potest, existente seminis flatulenti multitudinis (quod sæpè contingit ob violentiorem contractionem, narrationem in aqua frigida, refrigerationem circa perinæum, compressionem, equitationem longam, & corporis extenuationem) nerui ab offe sacro, vesicæ incerti ac pudendo sunt in vitio.

Parte affecta hoc modo diligenter obseruata, ad causas veniendum. Contingens siue coniuncta necessario in neruo est, per quem spiritus, tanquam radius, in partes inferiores diffunditur: eaque vel intemperies sola, vel cum humore. Trallianus aliquando fieri scribit ab intemperie sicca & calida sine materia. Vix tamen credendum. A calore quidem fieri posse perspicuum est, emolliendo neruos, humores pituitosos liquando, & aditum humorum defluxioni patefaciendo. Quod vinum sua tenuitate facit calori iuncta, vt Galenus docet. Sed quum subito & confertim Paralytis hominem corripit, dubitandum non est substantiam neruorum humore per defluxionem imbui, vnde molliores redditi extenduntur, & relaxantur, sicuti & tendones. Quo fit, vt ob plenitudinem & obstructionem spiritu non transeunt, vel quia leuissima contractione est opus ner-

Myrophyl. castiana Drach 3. nuc. myristic. Vnc 4. ma. is Vnc. 1. ʒ. agallochi Vnc. 2. gummi elen. Vnc. 6. aloës hepatic. myrrha ana Vnc ʒ. castorei Drach 10. styrac. calum. laseris an. Vnc. 1. sang. dracon. Vnc. ʒ. stor. lauendula Vnc. 4. ole. nucis vnguent. Lib. ʒ. repenatur in alembico. 25 Ut ad Lib. 1. ʒ.

27 Ut ex mastiche, pipere, pyrethri, Staphisagria.

Paralytis vitio neruorum quæ fit.

Alexand. Trall. c. 16 lib. 1. Gal. comm. in aphor. 3. lib. 5.

Paralysis qui fit ex materia controuersum.
 uo ad mouendam partem, membrum concidat & immobile permaneat.
 Sed à quo humore id fiat, non minùs difficile est iudicare. Doctissimis tamen viris non sine ratione videretur, neque à melancholia, neque à bile extra venas excitari paralyticum. Non à melancholia, quia nervus siccatur potius & cogit, quàm emolliat, vt in elephantico, quorum membra aridiora facta non resoluuntur, sed imbecillius sentiunt, neque à bile. Cùm enim siccandi vim habeat, & acrimoniam adiunctam, conuulsionem potius inducit, nervos contrahendo & conuellendo. Ergo vel à sanguine solùm (nisi per accidens) vel pituita fieri potest, eaque vel tenui. A sanguine rarius. Inde tamen oritur, cùm tenuior est sanguis, & multitudine sua viam spirituum intercipit aut humiditate eosdem extinguit, aut nervos molliendo dissoluit. Idem fit à pituita vel crassa tenaciter inhaerente, Quæ omnia ex humorum in corpore exuberantium propriis notis, ac victu antecedente facile discernuntur.

Paralysis fit frequentius a crassa materia.

Paralyticos causa antecedentes.

Paralysis & alij morbi frigidi Lutetie frequentes.

Causæ antecedentes sunt, quæcunque nervos contundere, comprimere, emolliere possunt, casus, ictus, contusio, somnus in spelunca, domus recens polita, lunæ radius, exercitum à cibo, vel somnus. Sed frequentissimè Lutetia noua è gypso politura & hunc morbum, & alios frigidos inducit. Arelatè grauissima visa est ex leui vulnere, illæso cranio, sed sanie per meatus futuræ sagittalis ingressa sensum ad tenuem meningem, quæ cerebri substantiam obuoluit, nervos, venas & arterias sustentat. Vnde primum eiusdem partis resolutio, ex qua mors consequuta est: secto cranio pus inuenitur. Quod F. Valeriola, vt Philosophiæ & Medicinæ peritus annotauit: cuius obseruationes, propè iam in lucem exituras audio.

Curatio perficitur primum purgato ventriculo, & intestinis, vel pilulis leuioribus, vel clysteribus: syrupis attenuantibus, aperientibus, digerentibus: deinde pilulis paulo fortioribus. Post purgationem, vsu theriacè per aliquod tempus, inunctione leuiori ad valentiorum progrediendo: repetita purgatione (morbus enim contumax est, & diuturnus) opiat, gargarismatis, masticatoriis, pulueribus, diætâ in corpore humidiorè, vnguentis, emplastris, lineamentis, balneis, cucurbitulis frequenter adhibitis, exulceratione facta, aquis distillatis, victu tenui. In particulari paralyti topica adhibenda sunt eo tantum loco, vbi affecti nervi, vel musculi est origo.

Phlebotomia. In plethora, & sanguinea resolutione, contusione, ictu, aut casu, de sectione venæ nulla dubitatio, defluxionis præsertim imminente periculo: liberior quoque, si febris iuncta sit, sed in omnibus ad exiguam quantitatem. Veng lingua: si ipsa resoluatur, aperiri debent, præcedente tamen purgatione, & deriuatione.

Acori. Vulgarem intellige, cuius radix leuiter adstringendo; & resiccando, nervis relaxatis addit robur. Iris quoque recens pituitam purgat, & serosos humores sicca, pituitam attenuat, & incidit.

Oleum de lilio non parum siccat.

Partes primum oleo, &c. Olea calida, parùm exsiccantia non conueniunt, vt de lilio. Cùm enim nervi constitutio frigida sit & sicca, ab ea indicatione sumpra, emollientibus non est vtendum. Admiscenda etiam tandem erunt, quæ leui astrictione & temperato calore partem affectam roborent. Foueantur partes oleo, deinde pellibus agnorum pinguium, aut vulpis odore conuenienti imbutis ad ignem inuoluantur. Sequentibus sæpe vsus sum prosperrimo cum successu.

IN CAPVT X. DE PARALYTICIS

REMEDIIIS.

DE RETIENARRATIO.

Quæ paralyti cura iohem non sufficiat.

Paralytica remedia, quæ paralyti curandæ, aut propullandæ sunt accommodata, modo ea non sit insanabilis, vt esse solet, quæ à nervi præcisione incidit; aut à vertebræ cervicis transuersa luxatione; aut quæ in vetustate incidit; aut in qua pars resoluta multum resixit, & emareuit, opposita verò magnam accessionem habet caloris, coloris & molis. Propullandæ autem paralyti accommodata sunt,

sunt, quæ significatur capitis grauitate, vocis tarditate, partium suscipientium suscipientium tremore, atque stupore, vrinarum etiam cruditate; quibus addunt austrina tempestas, & hyems, ætas senilis: adde etiam tenebrosam vertiginem, & velut stuporem mentis: *paralysis irresolutio.*

Signa paralyti.

Est apoplexia, eandem habet in symptomatis formam, quam ipsa apoplexia, siue sit dimidiati corporis, siue partis alicuius vt excludatur paralyticis abusuè dicta, partium suscipientium effecta vis, sine vilo facultatis & spiritus vitio: deinde etiam paralyticis ea, quæ accidit vel à nervi præcisione, vel vertebrarum cervicis in alterutram partem luxatione. Denique apoplexiæ est familiaris in symptomatis, in causis efficiētibus, siue ea sit primigenia, siue consecutanea, & siue paralyticis vniuersalis, siue paraplegia partium aliquarum.

Paralyticis apoplexiæ familiaris.

Resolutio est dimidiij, atque hoc vnò differt ab apoplexia: quòd hæc sit totius corporis resolutio, paralyticis dimidiati, vel cum faciei vitio, vel offensionis vacuitate, cùm scilicet vel à summo vertice ad imos pedes, vel ab initio spinalis medullæ, vitij concepti symptomata elucescunt.

Quarundam partium, vt brachij sinistri, cruris dextri, superstitè respiratione, vt in muliere illa, cuius meminit Hippocrates, se &c. l. 2. Epid. Eaque paralyticis paraplegia propriè dicitur a pud veteres.

Nervosum genus. Indeque spiritus animalis aditu prohibetur ad partem, à qua suscipitur actio.

In his clystere, præsertim in paralyti vehementissima.

Clyster. Vena, sectio.

Detrahendus sanguis, si paralyticis fiat à sanguine in dimidiati cerebri vitio. Rhases nullum de hac re verbum cap. de paralyti lib. 9. ad Almanforem.

Instituendus victus, i. diætâ in qualitate, copia, tempore, & vtendi modo, cibi potationis, & somni.

Diætâ.

Et detergeat, & è partibus obsessis amoueatur, vt victus sit tenuis & tenuas deducatur pars vna vel altera cibi & potationis, tum etiam somni.

Hydromel, i. melicratum, quod in vsum præsentem paratur ex sex partibus aquæ, vt sit meracius ad oppugnandum morbum, nam dilutum conficitur ex duodecim partibus aquæ & vna mællis. Sed in meracioris vsu delectus iniri debet ex peculiari natura ægri: vt non sit *μεγέχολο*, non sitibundus, non *μεγαλοσπασγχο*.

Hydromel meracium.

3. l. In lib. 2 aqua, ac si diceret ad libras 2. aquæ, in qua iris florentiæ coxerit ad 3. l. In colatura diss. mellis 3. 2. F. Hydromel despumatum exquisitè, vtatur in epulis pro potu loco vini.

Si febris suspicio, aut si æger sitibundus sit, aut *μεγέχολο*, & huiusmodi naturæ parabitur melicratum dilutius.

Formula hydromelii.

Modicoque cinamomi, tantillo leuiter contuso, Nam multum cinamomum & valde contusum, catarrhos ciet.

Cinamomum assa carnei.

Vtatur assis carnibus, nam assæ carnes desiccant humorem superuacaneum, minus excrementi afferunt, & plus habent succi alibilis lib. 2. de diætâ apud Hippocratem.

Vel lardum aspergemus, vel lardum macerabitur in aqua rosarum, in qua macuerit garyophyllum, vel nux moschata.

(Vtatur granis pini) ob eam causam, quòd authore Auicenna grana pini magnas & inexplicabiles habent proprietates aduersus paralyticum. Sed tutus non est eorum vsus, vt neque dactylorum, quoniam caput replent & sunt *καρβαρινοι*.

Granorum pili & dactylorum vsus.

Abstineant aqua. Etenim pigra est in meando & in hypochondriis cunctando putrescit atque bilefcit.

Aqua.

Vino, quoniam hepar inflammat, caput replet, & est *καρβαρινο*. quin etiam in paralyticis crudum manet, & acefcit, vnde nervis ipsis per eum acorem bellum indixit.

Vinum.

Somno, quoniam diuturnior somnus facit *καρβαρινο*, i. faciem turgidulam seu faciei excocturam.

Somnus.

Materia, paralytica, quæ oppressionem, vel obstructionem neruorum paralyticis facit per interceptionem spiritus animalis.

Incidendus portionibus (vt *hydromelite*) loco vini & aquæ, si hydromel peculiaris naturæ salubritati non sit accommodatum, profuerit vti decocto clematulae.

Zarda paralyti.

tidis barbaræ, quam vulgo falfam parillam nominant.

℞. clematidis barbaræ ʒ.2. macerentur in tribus pintis aquæ fontanæ per horas 12. duodecim fiat decoctio lento igne ad consumptionem tertiæ partis. Decoctum exhibebitur simplex, vel etiam conditum pauco saccharo cando, & tantillo cinamomi, vitur in Epulis loco vini. Mirificam habet vim deficcandi sine offensione viscerum.

Pulula.

℞. *Pissimus vii & pilula.* i. aromaticis, quæ sunt admodum stomachicæ, & à Mefue describuntur.

Assaiereth, ex hiera, mastiche, myrobalanis confectis.

De agarico, quæ ab agarico nomen habent & apud Mefuem & Nicolaum Myrephum describuntur.

Alijs quoque supra descriptis, cap. de cephalalgia frigida, quæ conficiuntur ex infusione agarici trochiscati, salis gemmæ, in qua infusione dissoluitur hiera diacolocynthidos.

Vbi etiam syrupi, alterantes & purgantes per Interualla. i. quinto aut septimo quoque die, vt erunt coctionis, ita & purgationis gradus.

Dum hæc sunt, dum purgatur corpus, & ad purgationem præparatur.

Resolua partes, partes scilicet, a quibus suscipitur actio, quarum natiuus calor & solidæ partes diuturna officij vacuitate languent.

Topica ad paralytin.

Oleo calente, & fotu aquæ vini, linimento ex axungia humana, post fotum aquæ vini.

Vt prius. In lethargo & apoplexia.

Consulendum est, vt scilicet naturalis œconomia bene morata sit ad concoquendum, distribuendum & excernendum. Etenim fons cruditatis est œconomia naturalis male morata. Consulendum autem est fotu stomachico iam præscripto, hapso, pulueribus, electariis, conditis, cibo etiam gratissimis aromatis condito, vt nucem moschata, caryophyllis, & cinamomo.

Conditum.

Stæchados, quæ neruis & cerebro suam dicantur operam: fiet igitur conditum ex cortice citri condito, myrobalanis conditis, floribus aurantium conditis, cum his conferuis commemoratis, quo vtetur bis die ante epulas, & sub horam somni.

Gentiana, nisi forte conferua gentianæ calidior sit.

Zingiber conditum, excludendum est Zinziber, nam calori natiuo est inimicum.

Conditum.

Conditum. ℞. corticis citri conditi, myrobalan. cond. & florum aurengiæ conditorum, conferuæ anthos, florum betonicæ, melissoph. ana ʒ.5. nucis moschatae conditæ ʒ.2. puluer. angelicæ, mithridatij veteris ana ʒ.β. sacchar. ros. quantum sufficit F. conditum, vtendum à cochleari bis die ante cibum, & sub horam somni.

Cucurbitula.

Cucurbitula aptanda, vt sopitus calor excitetur: quoniam partes paralyticæ diuturna officij vacuitate ignauiores factæ sunt.

Radicibus neruorum, vbi causa est, quæ prohibet animale spiritum aditu ad partes paralyticas.

Vomitiones.

Vomitiones, si paralyticus sit ad vomendum facilis, nec paralytis principia causasque ducar à cerebri alterutra parte affecta, quondam vomitione caput opletur.

Balnea.

Stupha.

Balnea, scilicet aquarum medicatarum.

Stupha, i. hypocaufta.

Herbarum conuenientium, vt saluiz, betonicæ, rosismarini, rad. ireos, enulæ campanæ, &c.

Oleum chamaemelinum.

Oleum chamaemelinum, cuius magna vis est digerendi humorem superuacuum, reprimiendi affluxum, & excitandi calorem.

Oleo de nucibus, quod discutendi magnam vim habet.

Canabino, ex semine canabis expresso.

Resicino, è ricino, quæ dicitur palma Christi.

De costo, i. de radice angelicæ.

De pyrethro, sed inter omnia principem locum obtinet oleum de castoreo.

valet etiam oleum de lateribus.

Fouentur partes, quæ diuturna officij vacuitate factæ sunt ignauiores, refixerunt, & emarcuerunt.

Succi conuenientis, vt succi cucumeris asinini, succi ebuli, radici ireos, enulæ campanæ. *Succi.*

Quorundam medicamentorum, vt aromatum veluti piperis, euphorbij, castorei.

Qualia hoc est. ℞. ol. chamæm. vel irini lb. i. vini maluatici ʒ.3. castorei ʒ. i. coquantur in balneo mariæ, id est, in vase duplici ad consumptionem vini. *Formula litæ.*

Laterum antiquorum, i. è luto rubro dactorum & antiquorum, sed rariora sunt. Nam temporibus Dioscoridis vix ex balsamo exprimebantur sex congiij aut septem illius olei. *Balsamum.*

℞. *Thuris albiss.* vel. ℞. ol. mastiches lb. i. vini maluati. ʒ.3. castorei ʒ. i. coquantur in balneo mariæ ad vini consumptionem.

Terebinthina lb.2. aqua vitæ, quæ est meabilis, & veluti vehiculum emplastrum.

Vi pars non exulc. Nam vlcere partium solidarum vis labefactatur. nec solum humor fecundus exudat, sed etiam vitale principium per caloris natiui dispersionem.

Maioris tithymali, dicitur cataputia. (i. de l'espurge.)

Vinum prorsus fugiendum, propterea quod viscera inflammat, caput replet, in paralyticis accessit, quo aceto nihil calamitosius esse potest: omnis enim aciditas neruis bellum indixit. *Ex vini potu que sequuntur dantur.*

IN CAPVT X. DE PARALYSI.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

Paulus Aegineta lib 3 ex cap. vlt. lib 3. de locis malè affectis, paralytum cum Apoplexia sic describit: Cum affecto neruorum principio (id est cerebro) partes omnes quæ ab eo principio originem ducunt, priuantur sensu & motu, affectio ista apoplexia dicitur: Quemadmodum paralytis, cum eadem affectio in dimidiatam corpus tantum incidit. Ergo vtraque quidem resolutio est, sed apoplexia totius corporis, paralytis dimidiati.

Paralytis descriptio.

Paralytis duplex constituitur, vna proprie, altera ~~per accidens~~ & abusiue dicta. Propria fit per interceptionem spiritus animalis, quando aditu prohibetur ad partes, à quibus suscipitur actio. Id verò multifariam accidit: Primum quidem dimidiati cerebri vitio, labefactata sentiendi mouendique facultate. Cerebrum enim omnino duplex existit, & medianam habet lineam, quæ eius vtramque partem diuidit, indeque spinalem medullam ad os sacrum vsque in duas partes distinguit. Quamobrem fieri potest, vt ab affectione alterutrius dimidiæ cerebri partis, dimidiati corporis resolutio contingat, quod cum accidit vitium apparet in alterutra facie parte. Huius autem mali causa est humor non biliosus, vt quidam volunt, sed frigidus, crassus & glutinosus, qui vel obstructionem facit, vel oppressionem.

Paralytis propria dicta causa. Cerebrum duplex.

Humor paralyticus inducens.

Sed quoniam auctore Galeno, oportet spiritum animale tota substantia peruenire ad partem, à qua suscipitur actio, vt motum sensumque exercere possit, si quando ei denegeretur aditus, vt nec liberè nec liberaliter fluat, ad ipsam partem quæ illustrare debet, tunc etiam fit paralytis. Ac nonnunquam quidem ab initio spinalis medullæ vitium cõtingit. Hinc enim in partibus inferioribus vis sentiendi & mouendi labefactatur, quia spiritus animalis, ad ipsas ferri nequit. Afficitur autem ipsius spinalis medullæ principium vel totum, vnde inferiora omnia sensu

Paralytis spinalis medullæ vitio contingens.

motuque priuantur, vel saltem dimidium, vnde altera tantum pars corporis dimidia resoluitur. Manet verò semper illæsa facies, & immutata, ex Galen. cap. vlt. lib. 3. de locis malè affect.

Paraplegia causa.

Vertebra cervicis luxatio.

Historia.

Alia paraplegia causa.

Quid sit paralyfis improprie dicta.

De qua paralyfis hic agatur.

Quomodo sensus percurrent motu remaneat, & curat.

Diversa nervorum sensus, orum & motoriorum origo.

Spiritus animalis generis.

Fit verò etiam paralyfis quædam particularis aliquarum partium, aut vnius tantum, quæ paraplegia vocatur, & multiplices habet causas. Vna est nervi communis præcisio, quæ insanabilis est, quoniam nervus præcisus seu dissectus nunquam coalescit. Altera paraplegiæ causa, apud Hippocratem est vertebræ cervicis luxatio; quæ fit in transuersum, id est, in dextram partem, siue in sinistram. Nam cum vertebrarum cervicis foramina, per quæ nervi à spina prodeunt, ex superioris & inferioris vertebræ semicirculo triunquam constituuntur, vt docet Galenus lib. de ossib. si earum quæpiam in alterutram partem luxentur, inde nervum comprimere necesse est, ac idcirco aditum denegari spiritui animali ad partem, quæ per illum vim sentiendi & mouendi erat susceptura. Sic quondam vidi in Collegio Cardinalitio puerum qui ex scalis quas conscenderat, in primam colli vertebram decidit, indeque repente paraplegicus interiijt. Est enim hæc etiam paraplegia insanabilis.

Alia paraplegiæ causa apud eundem Hippocratem est decubitus materiæ à pulmonibus, vt fecit. 2. lib. 2. epid. In muliere illa cui extussiculiari affectione, resoluta est manus dextra & crux sinistrum, sine vlla mentis facieque alteratione. De paraplegia vide Galenum cap. 6. lib. 1. de locis malè affect.

Atque hæc de paralyfi proprie dicta tum vniuersalium, tum particulari. Abusiu autem paralyfis & *παράπληξις* appellata, vt Auicenna scribit, nihil est aliud quam partium mollificatio & effæta vis: Quomodo paralyticum penem dicimus, quando eum arrire non potis est, quoniam non spiritus quidem aut facultas, sed pars ipsa suscipiens in vitio est.

Hic de huiusmodi abusiu paralyfi non loquimur, nec de alia quam efficit nervi præcisio aut luxatio vertebræ cervicis, aut humorum ex pulmone decubitus, sed de ea loquimur, quam affert obstructio, aut oppressio à glutinosa frigidaque materia, per interceptionem animalis spiritus, siue illa totius corporis fuerit siue aliquarum partium, & siue primigenia, i. quæ primò venit, siue consecutanea, quæ scilicet debili Apoplexiæ succedit.

Sed quoniam in paralyfi non semper motus & sensus simul deperduntur, sed sæpe motus tantum, sæpe etiam sensus: sciendum est quomodo alteruter horum pereat, altero superstitet. Dicunt recentiores cum id explicare conantur, sensum fieri à mollioribus nervis, motum verò à durioribus, vt quo duriores sunt nervi, eò motus existat robustior. Sed hoc falsum esse demonstrat masculorum temporalium motus, qui cum fortissimus sit, fit tamen à mollioribus nervis. Nam quò nervi propius absunt à cerebro, eò sunt molliores, quò longius, duriores. Intelligamus igitur oportet omnem nervum siue mollem, siue durum, per sese sentiendi habere facultatem, i. *αἰσθητικὴν* ad suscipiendum à cerebro sensum, non tamen omnem nervum habere vim mouendi, imò nullum per se mouere, sed tantum per musculum. Quòd verò percurrent sensu, maneat mouendi libertas, aut etiam libertas sentier, id, deperdito motu, tres omnino sunt causæ: Prima est diuersa nervorum sensu, orum & motoriorum origo, ac radices variæ. vnde fieri potest, vt oppresso, vel aliter læso eo nervo qui per cutem fertur, in ea sensus pereat, superstitet musculi motu atque etiam sensu, quia vterque musculo communicatur, per alium nervum qui non est in vitio, vt in Paulinæ historia docet Galenus ad finem lib. 3. de locis malè, aff. & amplius cap. 6. lib. 1. *ἰστορία* etiam scribit, si musculorum nervos affici contingat, motum necessarò perire, quoniam omnes à consilio, & voluntate prodeuntes motus, per musculos nervi perficiunt. Si verò tota resoluantur membra, cum videlicet commune principium est affectum, simul & sensus & motus corrumpuntur. Secunda causa est paucitas spiritus animalis: Nam cum sine illo nervi sentiendi & mouendi facultatem singulis partibus distribuere nequeant, in quam partem minor influet ipsius spiritus copia, eius quidem impediatur motus, vis tamen sentiendi minimè labefactabitur. quoniam maiore facultatis robore ad mouendum opus est, quam ad sentiendum, quia sensus perpetuè, & motus agendo perficitur. Tertia causa est partium suscipientium & causarum efficientium,

efficientium, in frigore & humiditate peculiaris conditio. Nam ad sentiendi vim labefactandam plus potest frigus, ad mouendi autem humiditas.

Ad Paralyticos curationem ea sunt præscribenda remedia, quæ valent ad amotionem causæ coniunctæ & antecedentis declinationem: ad expurgandum humorem morbificum, & ad prohibendam nouam eius generationem, præterea quæ paralyticas partes recreent, & earum sopitum calorem excitent, denique quæ ad symptomatum correctionem prodesse possunt.

Derrahendus est sanguis in paralyfi, si vrina paralytici rubra fuerit, nullisque bullis aspersa. Etenim si bullis aspergatur, non oportet sanguinem detrudere.

Materiam verò morbificam purgare non decet nisi præparata fuerit, vt quales fuerint gradus coctionis, tales sunt purgationis.

Materia viscida incidenda est aliquando oxymelite cum decocto gaiaci parato, vt ait autor. Cæterum gaiaci ipso nigro & pingui est vtendum, nunquam autem cortice. Huius enim vsus isterum gignit per viscerum, maximè que hepatis inflammationem. Nam & omnis cortex suo centro est calidior.

Hieram cum simpliciter dicimus, hieram picram Galeni intelligimus. Hieradiacolochyntidos à colochyntide nomen habet, cui mirifica facultas inest cindipituitam & serosos humores.

Carapotia & pilulæ principatum obtinent inter purgantia medicamenta, mora in ventriculo & anathymiasii ad caput: ex vniuerso corpore humorem noxium educunt.

Alephanginæ pilulæ Græcis aromaticæ dicuntur stomacho & capiti, nervisque dicatur, quæ conficiuntur ex aromaticis & alce, vinque mirificam habent exhaurienti humorem morbificum, & dissoluendi *ἰσχυρὸν* cerebri.

Coccia dicta sunt pilulæ nomine generis *κροκίτης*, *κόκκη* enim Græcis granula sunt, idem quod carapotia metu granis ponderantur ad dosin, non drachmis aut scrupulis seu pilulæ: vel quia vt cæteris validiores *ἰσχυρὰ* cerebri. Cerebrum leporinum peculiaris natura conuenire paralytico scribit author. Hanc peculiarem naturam recentiores substantiæ proprietatem nominant, quam occultam esse dicunt. Ego verò manifestam esse cuiuslibet substantiæ proprietatem dico, vt pote quæ percipiatur visu, gustu, tactu & olfactu, nõsque deducatur ad rei consentaneæ, aut dissentaneæ cognitionem, vt in castoreo alicubi dixit Galenus. At verò tota rerum substantia nobis occulta est, & cur simile ad simile viam affeçet. Laconicum paralytis saluberimum est, si postquam operam dederunt purgationi medicamentis hypochondriacis & cephalicis, sese in illud recipiant.

Quid sit costus planè ignoratur, nam quæ radice in officinis habetur costi nomine, costus non est, medici verò doctissimi, costi *αἰνκαδὶ* *αἰσθητικὸν* putant radicem angelicæ.

Terebinthinam puram semel tantum vidimus. Nam quæ resina illius nomine vulgo datur, multum amara est, & proinde *κατασκήνατος*.

Ad oleum Philosophorum conficiendum, comminuantur lateres rubri in frustra multa, quæ in ignem coniciuntur, inde que candentia oliuæ imbuuntur, donec ipsum ebiberint, postea truntur in tenuissimum puluerem, qui reponitur in alembico, ex quo secundum artem chymicam extrahitur oleum Philosophorum, seu de lateribus.

ANT. VALETII EXERC. X.

Animalis facultatis symptoma est paralyfis, in qua motrix & sensifica facultates sunt læsæ. Lætionis causæ intemperies, moribus in compositione, vniuersa soluta. Vel enim nervi immodicè refrigerantur & humectantur, vel resoluti humore crasso in eorum principium incumbente replentur, vt post apoplexiam, vel fit obstructio circa colli vertebras, aut partes inferiores, vel denique ab externa aliqua causa, vt duri corporis compressione, laqueo, percussione, luxatione, fractura, vulnere, afficiuntur.

Paralyfis alia particularis, quæ partem tantum aliquam, vt brachium, & sin-

Partium peculiaris conditio. Quibus v. midiu ad paralyfim suscipiendum.

Sanguinis detractione in paralyfi quando opus est.

Gaiaci vsus.

Hiera duplex.

Pilularum vires.

Alephangina seu aromatica pilula. Coccia pilula.

De proprietate occulta.

Laconicum.

Costus.

Terebinthina.

Oleum philosophorum, seu de lateribus.

Gal. e. 6 lib. 1 de locis mal. aff. e. 10. li. 3. item que e. 5 lib. 1. de caus. sympt.

Paralyfis duplex.

quam,prehendit,alia absolute dicta paralysis,quæ dimidiati est corporis, dextri, vel sinistri, ex obstructione in spinalis medullæ processu facta.

Paralysis cura.

Curatio vt optimè progrediatur, victus calfaciens, siccans, & pituitæ generationem prohibens deligendus. Vinum per initia noxium, quia tenuitate sua partes neruofas facillè permeat & implet, quamquam declinante morbo discutiendo & desiccando mirificè potest.

Si plenitudo adest, sanguis ducitur, sed mediocri quantitate, ne corpus nimium refrigeretur. Si cacochymia prægrauat, purgatio præfertur.

R. aquarum maioran. & betonice ana ʒ. i. Infunde agar. rec. tro. b. ʒ. 2. In colatur. diff. l. diaph. ʒ. 2. Syrup. laxat. ros. pall. ʒ. 6. f. dof. Vel his pilulis vitior. R. specier. hiera picra dup. aloë. ʒ. ʒ. massa interioris pil. de agar. & sine quibus ana ʒ. i. Excipiantur melle rosato, vel aqua salu. f. pil. mol. à primo somno exhibenda.

Pars primario affecta, vt summa ceruix, totaque spinalis medulla, oleis calentibus & calefacientibus, vt aneth. chamæm. & simil. quibus lanæ floccus maderiat, fouenda. Interim pituitosus humor quia denuò purgandus, præparacione eget. vt *R. radic. præon. mar. rusc. asparag. ana ʒ. 6. passul. munda. ʒ. i. lummitat. hyssop. betonice. iux. arthrit. primul. ver. ana M. i. femin. quat. calid. maior. ana ʒ. 2. flor. stœchad. anth. & cardiac. ana p. i. f. decoct. ad lb. i. In colatur. diff. l. syrup. de duab. radicib. de bizantiis & de stœch. ana ʒ. 2. fiat apozema in quat. doseis, quod condia-tur ʒ. i. cinnam. vel electar. aromati. rosar. Sumat æger quatuor sequentibus matutinis, postea purgetur, vt ante. Nec omittenda sunt toto morbi tempore enemata, si alium contigerit adstrictiorem esse.*

His artibus perpurcato diligenter toto corpore affecta pars subinde fouetur hoc decocto.

R. maioran. beton. salu. mentast. primul. ver. iux. arthrit. ana M. i. thym. epib. flor. stœchad. & anthos ana p. i. f. decoct. in aqua, addita sub finem tertia vini albi parte, pro soltu ceruic. cum spongia. A for. ento sequatur liuus.

R. olei castini, vulpini, & chamamel. ana ʒ. i. cum vnguento Maritio, vel Aregon. f. linimentum. Fortius hoc erit vnguentum. R. olei castini & rutacei ana quart. i. succ. rut. salu. ana ʒ. 2. bulliant ad suc. corum consumptionem, adde adip. anser. & ælyp. ana ʒ. i. ammoniaci in aq. vita dissoluti ʒ. i. castorei, euphorb. ana ʒ. i. cum cera, fiat vnguentum.

Oleis, linimentis, vnguentis commodè superimponitur vulpina pellis suffumigata, vel (vt loquuntur) sinapizata ex thur. mastich. myrrh. caryoph. cinam. nuc. moschat. lign. aloës, cyper. saluix, æquis singulorum partibus.

Roborabuntur vires conferuis, iux. arthrit. salu. enul. camp. anth. stœch. mithridatio, vt si mithrid. & duarum ex illis ana semidrachmam sumferis, & bolum confeceris, quam post primum des somnum.

Si contumacior est paralysis, & longior, proderit guaiaci decoctum vel per se, vel cum radice cynaræ, aut falsæ parillæ propinare. Si paralysis acciderit ex lapsu, arcenda, vel etiam, si iam adsit, curanda phlegmone. Si particularis sit, non alia sunt remedia, præter forsan errhina & apophlegmatismata, instituta.

HOLLERIVS.

De conuulsione canina. CAP. XI.

1 Quis instar visus canis facies conuulsiv.
2 Nam vobiscum que maculi congeneres in opisthio partium numero sunt pares, magnitudine & robore, alterius partu resolutio conuulsionem facit alterius.

SPASMVS 1 caninus subita est contractio, vel tempore facta 2 resolutio musculorum masticatoriorum, & eorum, qui peculiariter lati appellantur.

Animaduert-

Animaduertendum itaque, vtrum resolutio 3 sit, an 4 conuulsio.

In resolutione pars affecta, laxa, mollis, à sana trahitur. In conuulsione, dura & contenta trahit sanam. In paralysis siue resolutione saluatio multat in conuulsione, non ita. In materia sanguinea, efficiente causa huius passionis, si nihil repugnat, sanguis mittitur, sed moderatè. Primum quidem è 5 cephalica; deinde è venis sub 6 lingua. A sanguinis missione, incidendum, 7 & attenuandum hoc modo.

ʒ. acori, & stœchados ana M. ʒ. fiat decoct. in qu. 5. aquæ putillissimi. Colaturæ addatur mellis communis lb. ʒ. plus, minutivè, fiat melicratum despumatum, aromatizatum cum ʒ. i. nucis moschatæ. Quod si res vrgeat (acuta enim hæc, & tarda aliquando passio est) clysteres acres 8 iniicies.

Purgabis ex hiera Pachij, ex descriptione Scribonij, cuius hæc est descriptio.

ʒ. pulpæ colocynt. ʒ. 4. opopanacis & sagapeni ana ʒ. i. & gra. 7. marrubij, stœc. agarie. chamædryos ana ʒ. 4. petroselinij, aristolochiæ rotundæ, piperis albi an. ʒ. 2. cinamomi, spicæ nardi, myrrhæ electæ, 10 folij, croci ana ʒ. ʒ. & gra. 4. Opopanax, & sagapenum in mortario tundantur, cum affusione modici mellis liquidi, aut syrup. de stœchade. Reliqua puluerata misceantur, cum mell. q. s. fiat electarium.

ʒ. supradicti elect. ʒ. 2. ʒ. castorei ʒ. ʒ. dissoluantur omnia in supradict. ii melicrato, q. s. fiat potus. Vide Scribonium largum. Alioqui alia conuenienti potione 12 purgabimus. Partes affectæ, & tota ceruix oleo aut vnguento inducenda sunt, quale hoc est.

ʒ. 13 rad. althææ ʒ. i. sem. scænuigræci conuassati ʒ. ʒ. fiat decoctio, in olei conuenientis qr. 3. aquæ saluix quart. i. Fiat fortis expressio. Inungatur locus, & tota ceruix. Deinde cum lana insuccata in hoc oleo, partes affectæ & ceruix muniuntur.

Postea verò licebit vti oleo de cucumere asinino, de scylla: & in his liquefacere duodecimam partem ammoniaci, bdellij, opopanacis, galbani. Post hæc apophlegmatismis, caput purgiis, 14 & aliis, quæ caput partim euacuant, partim corroborant, vtendum erit.

Nodulo itaque foliis lauri pleno, & in decocto conuenienti maderfacto, palatum illinendum erit, quale hoc est.

ʒ. nucis moschatæ, pyrethri ana ʒ. 2. sinapi, piperis ana ʒ. i. decoquantur omnia in mullâ ʒ. 4. Ex eadem mullâ poterunt fieri caput purgia. Probatur hoc caput purgium.

ʒ. 15 anagall. panis porcini, nucis Indicæ, nucis moschatæ, cucumeris asinini, piperis, acori, pyrethri ana 16 ʒ. ʒ. Conuassata omnia bulliant in olei de Keiry lb. 2. aquæ maioranæ qr. 3. vel in sola aqua maioranæ.

Vt us tempore resupinetur eger, & stomacho vacuo, quinque

3 Ut resoluta parti remedia adhibeantur.

4 Et vtrum conuulsa pars sum conuulsioni causam continet in se, repetitionem, aut in ananti. nem.

5 E di. etio par. in conuulsio.

6 Si tamen lingua inuenerit.

7 Quod crassa materia.

8 Ex decocto capitali, hiera picra, & diacolocynthide.

9 Hoc remedium preparatur conuenienter vtrique conuulsioni.

10 Quod si foliis deservitur, subtilius potest cinamonum.

11 Præferit tamen diffusum in syrupo de stœch.

12 Ut diacarthamo, diaphramico.

13 Hoc linimentum conuulsioni tantum qua per se fit, conuenit, non item ei qua ex euentu. E ip autem per se conuulsio, quam pars conuulsa sua conuulsioni causam seni continet.

14 Si modo peculiaris ægri natura & affectio non te auocet,

15 Et eius quidem, quæ carulei est flor.

16 Duplo minori dosi sunt hæc polueres præferendi.

aut sex guttæ naribus instillentur: aut sapius nares inferiores inungantur. Oleum verò vntioni occipitij, colli, regionis sub mento, & affectæ partis conuenit.

17 Ut materia euocetur, & sua ni anarhythmia verum aromati carum caput re creetur. Teneat in ore acorum 17 conditum, zinziber conditum, nucem moschatam. Frictiones quoque auertendæ materiæ conueniunt. Sic etiam cucurbitulæ, quæ primæ, & secundæ vertebræ cervicis 18 admouendæ sunt.

18 Modò à resolu tione partu op- posita per acci dens non fiat conuulso. Inueterato atque contumaci morbo Rhazes probat 19 cauteria post aures, & in ceruice.

19 Pyrotica po- tentialia, præfer- tim quæ sunt ex capitulo. Dropace quoque simplici 20 vtendum erit ex picis 3.4. olei lilio- rum 3.1. liquefactis & extensis in aluta.

20 Ad conuul- sionem ex euen tu, ut materia e- uocetur, pars conseruetur, ea- lor excietur. Caltozeum quoque teneatur sub lingua. Hinc ad sinapismos, & phænigmos deueniendum est.

21 Vt materia e- uocetur, pars conseruetur, ea- lor excietur. Victus instituat in incidens, & attenuans, qui in media materia temperetur. Cibus sit liquidus.

22 Vt lana suc- cida carpiat. Quæ topica admovebuntur, 21 conferentur calida. Nam refri- gerata vehementer nocent.

Loco tepido, lucido, stragulis quoque mollibus decumbat. Ma- defactionibus capitatis abstinendum est, quia caput replent.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Quæ ad huius morbi exactam cognitionem pertinent, sequentis capituli scholiis explicabuntur.

IN CAPVT XI. DE CONVULSIONE

CANINA.

DVRETI ENARRATIO.

Spasmus caninus. Quo instar rictus canini, facies contrahi videtur, per conuul- sionem totius musculi lati. Tortura autem oris accidit per conuulsi- onem, aut resolutionem musculorum alterius partis.

Oris tortura. Vel tempore facta. Tempore facta peruersio, quam diurnus stupor & palpita- tio denunciauit, curabilis est, sed non ex facili: At quæ febris acutæ non quie- scentis successione venit, insanabilis, & mortem in propinquo esse denuncia- tur.

Resolutionis & conuulsi signa. In resolutione pars. Resolutio cernitur alterius partis, si clausæ palpebræ illius partis explicari non possunt: conuulso autem, si apertæ clauduntur, vel aperiri abso- lutè non possunt. Atque ex parte affectâ si alimus & exsufflatio sponte nostra nequit obiri.

In materia sanguinea. Quæ significatur rubore saturato faciei, & accessione mollis.

Deinde à venis sub lingua. Ad amotionem causæ coniunctæ, præsertim si lingua intumuerit.

Incidendum, i. præparanda materia ad expurgationem, nec ante præparatio- nem cienda.

De pulpa colo. Sic apud Scribonium, Aëtium, & Nicolaum Myrepsicum: R. Stoe- chados, marrub. camed. agar. colocynth. ana 3.10. opopan. sagap. petrose, aristol. rot. piperis albi ana 3.5. cinamomi, spicæ nardi, myrrhæ, malabathri siue folij indi- dici,

dici, croci ana 3.4. mellis quant. suffic. Hanc hieram laudibus in celos effert Scri- bonius Largus.

Portione purga. Vt diacarthamo, diaphoenico, pilulis ex hiera picra Galeni & Pilula diacolocynthidos. Quæ excipientur vino, in quo maduerit & coxerit turbith, aga- ricum, zinziber. Quarum pilularum formula descripta est cap. de cephalalgia tri- gida vel pituitosa.

R. radice alth. Hoc linimentum parti conuulsæ, quæ conuulsionis causam in- tra se continet, est admouendum.

Post hæc apophlegm. Rectè quidem postquam purgationi operam dedit, apo- phlegmatimos præscribit qui tutò adhiberi non possunt incunte morbo, & ubi mi- natura causis morbificis opprimitur.

In decocto. Saluæ, thymi, puleg. nucis moschata.

Palatum illin. Vel melle anacardino.

Vntioni occipitij. i. partium quæ lati musculi dominatu tenentur.

Cucurbitula. Sine scarificatione.

Rhazes probat. non Rhazes, sed Auicennas.

Castoreum. Præterea oleum de castoreo, de costo, cum fotu aquæ vini conue- nienter adhibentur.

Qui in media materia. Vt pullis Gallinaceis, pipionibus, cappis.

Cibus sit liquidus. In conuulsione cibus sit qualitate humidus, consistentia sic- cus & solidus, potiusquam liquidus.

Quæ topica admo. Vt admoveatur panis pistus cum nucem moschata & caryo- phyllis, recens è clibano extractus, & aqua vitæ aspersus. Admoveatur calidus cer- uicibus, & occipiti.

Madefactionibus. Nisi postquam defunctus fuerit morbo: Tunc enim profuerit ætate caput fouere spongia madefacta decocto rerum cephalicarum, vt folio- rum senæ, agarici cum tantillo vini albi, spongia ducatur occiput versus.

Ad conuulsionem caninam. CAP. XI.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM

ANNOTATIO.

Quoniam existit vnum Conuulsionis genus, quod propè ad paralyticos natu- ram accedit, & Conuulsiō canina vocatur, idcirco de ea post paralyfin dic- endum, auctor putauit. Hanc nominant recentiores oris torturam, sed male, quia conuulsiō canina similis est canino rictui, quando canes contraia vtram- que in partem faciei cute se ad mordendum comparant. Quomodo conuulsi- onis qui imprudenter vtuntur illa batrachij specie, quæ in Sardinia nascitur, vnde cap. de oris tortura, i. rictus Sardonius in prouerbis dictus est. Quanquam ad conuul- sionem caninam referatur tortura oris, quæ in alterutra tantum faciei parte con- tingit. Fit enim canina conuulsiō, vel per se, vel ex euentu. Per se quidem, quan- do vel cerebri ipsius, vel neruorum, vim mouendi impertientium, vel partium suscipientium vitio, in facie conuulsiō accidit. Conuulsiō verò tum musculus latissimus, cuius beneficio tota facies, nonnullis etiam aures ipsæ mouen- tur; tum alij musculi palpebrarum, pinnarum nasi & labiorum. Quarum partium motus, immotis omnino artubus perficitur, quod in aliis corporis partibus fieri nequit. Ex euentu autem facies conuulsiō, quando eius pars altera resoluta, illamque opposita pars sana, ad se attrahit. Nam ubicunque musculi congeneres (vt terni cuiusque maxillæ, & labiorum quaterni) in oppositis partibus; pares sunt numero, magnitudine & robore, vnus pars resoluta, conuulsiōnem facit alterius: ita vt non semper pars conuulsa, conuulsiōnis causam intra se contineat, repletionem scilicet vel siccitatem, de quibus postea dicitur. Et hæc ex euentu conuulsiō in solam faciem cadit; non autem in alias corporis partes, quæ non conuulsiōnem, nisi conuulsiōnis suæ causam intra se contineant: in illa verò con-

Vide Alex. in uulsione, pars resoluta, characterem, molem & colorem mutat: conuulsa chiara. problematum li. 2. ceterum tantum, manente colore & mole. Ergo non huic, sed illi parti laxæ & resolutæ, remedia sunt admouenda.

ANTON. VALETII EXERC. XI.

Oris distortione seu conuulsione affligitur, cui os ad alterum latus contorquetur, & oculum, ad quem illud conuellitur, occludere nequit. Expirante ægro flatus ab altera tantum parte prorumpit & efflatur. Fit, vt plurimum, ex nervi musculum mouentis repletione, à qua nervi eiusdem breuitas, & eius, quam mouet, partis contractio. Curatio ex cap. de paralyfi repetenda. Priuatim tamen hic ægri ceruicis vertebrarum, nec non faciei & frontis inunctione frequentiori ex castino oleu vtimur. Porro de oris conuulsione, quæ paulatim, non subito inuadit, qualis est, quæ phrenitidi perniciosæ aliisque acutis morbis, morte iam imminente, superuenit, hic non agitur; talis enim insanabilis.

Gal. c. vlt. li. 12. Method.



HOLLERIVS.

De I Conuulsione. CAP. XII.

1 Quæ est de repletione musculi generis, quæ sola curati nem recipit. Quæ enim conuulsio facta ob immodicam euacuationem, si exitialis Gal. comm. in aph. 1. lib. 5. & in aph. 25 lib 7.



CONVULSIS eadem ferè ratio vitæ 2 instituenda est, vt etiam phlebotomiz: siquidem à plenitudine crudorum humorum contracta est.

2 Modo nulla fractura & luxationu excusatio possit asserri. 3 Vi nucagini bitu althææ extractu in aqua vhamemelis & saluæ, oleo liliæ cro, ad. pe anserino.

Initio ceruicem, & vicinos musculos laxatæ & emolliente oleo, eoque tepido fouebis, lanæque in eo immersa conteges. Atque, vt calor conseruetur in parte, vesicam ex dimidio plenam oleo tepente superpones, aut eiusmodi sacculos.

4 Vi vires suas excreat. 5 Ad exhauriendum materiam & siccandâ partem.

4. fem. lini leuiter 4 conuassati M. s. furfuris 5 fixi, florum cham. & anthos ana P. i. falis communis torrefacti, & puluerati 6 3. β. fiat sacculus, aut plures eiusmodi sacculi, qui subinde recalfecti calorem in parte retineant. Leues 7 sint sacculi. & ea omnia, quæ lassis partibus atque dolentibus superponantur. Clysteram quoque mollium vsus est, vt huius antiquorum.

6 Vel Vnc. x. 7 Sic suo pondere naturam opprimant.

4. rad. althææ 3. 2. fem. lini. & sænugr. an. 3. β. fiat decoctio in aqua ad 3. β. cui adde olei communis 3. β. fiat clyster. tepidus ini-

8 Vi hydromeli re organato, decoct. Stachadus, betonica.

Articuli corporis linteis calentibus fouendi sunt. Materia hyslopi decocto in mulla, & 8 rebus eiusmodi incidenda est.

9 Vi electario, bolo, pilul. sy upo solerans, caphalico phis, magogo, accommodatu materie morb. si ac partibus affe. 10 & vitriuum ægri.

Deinde 9 purganda vt prius, in spasmo canino, & sôda phlegmatica, aut agauici, aut diaphœnici 3, 3 in-conueniente mulla dillo-

latis. Molliter fricetur ceruix, spina, spatulæ cum vnctionibus conuenientibus, quales sunt.

4. olei terebinthinæ, olei lambricorum an. 3. 2. axungia humana 3. i. simul misce, liquefiant simul.

4. olei de costo, cum quarta parte pinguedinis castoris, lutræ, melis,

melis, 10 quem Taxonim aut Blerellum vulgò vocant.

4. vulpem bene pinguem, corio detracto, & exenteratam, confixam caryophyllis infarctam in hoc modo, & assatam.

4. rad. althææ & liliorum an. 3. β. rad. acori, ieros ana. 3. 2. chama-pyth. herbæ costi, maioranæ. calendulæ an. P. 2. florum anthos meliloti & chamæ. an. P. 1. styracis, ladani pinguis, mastichis, castorei an. 3. 3. Omnia in mortario contundantur cum oleo de vermibus. Malaxentur, farciatur vulpes, & 12 bene consuatur, affetur, cum asperzione aquæ vitæ. Quod distillatur pingue, excipiat subiecto vase, in quod infusum sit 13 acetum. Deinde vulpes in aqua coquantur: quod supernabit pingue, tum in aqua, tum in aceto, vsui reseruetur.

Vtilissimum est post vnctionem pellibus hædorum, agnorum, luporum, vulpium, arietum, recens extractis, atque etiam dum calidis 14 partes inunctas contegere. Quod si pelles iam refrixerint, immergendæ sunt 15 oleo calido, vt recalciscant. Aliud.

4. vini rubri 3. β. ol. liliorum 3. β. rasuræ mollioris partis, & magis spongiosæ cornu cerui 3. i. falis. 3. i. florum cham. 3. 6. mastichis 3. β. bulliant omnia in vase duplici ad vini consumptionem. Hinc ad 16 vnctiones calidiores transeundum est, de quibus supra.

Balneum quoque commendatur ab antiquis, ad vmbilicum ex hydrelæo, cuius modus est ex æquis partibus aquæ & olei. Perseuerante malo, olei balneum conuenit calidum, & domicilio calido, quod ita præparabis. Quintam partem olei calfacies, & quatuor 17 partibus non calfactis commiscebis. Alioqui ex decocti sænugræ in aquæ tribus partibus, & olei tertia parte balneum præparabis, quo totum corpus immergatur. Sed balnei modum esse oportet, ne 18 vires resoluantur. Itaque solis 19 irrigationibus vtendum erit, vbi vires non 20 sinunt. A balneo tempestiua est 21 vnctio ex supradictis oleis, aut in quo ruta, conisa, rosmarinus, artemisia, feselicum modico cinamomi coxerint, quibus aliquando decima, aut duodecima pars castorei adicienda est.

Veteres omnes & recentiores Medici castoreum propinant è mulla. Dosis castorei à ʒ. 2. ad ʒ. 2.

Cucurbitulæ partibus affectis, sed cum 22 scarificatione, admouenda: sed iam progresso morbo & bene purgato corpore.

Aurelianus in accessione, leaibus: in dimissione, cum scarificatione vtitur, occipitio & collo defixis.

Remedium Hippocratis 23 est aqua frigida, in iuvene bene carnoso, & ætate media.

Paulus, Celsus, Aurelianus, tota denique posteritas 24 reprobat. uit. De excitanda febre non conuenit. Qui prouocant, vtuntur auctoritate Hippocratis, Aphor. 7c. lib. 5.

Herophilus quoque febriculam laudauit: A sclepiades simpliciter febrem. Auicennas & Arabes febrem prouocari nolunt, nisi di-

10 Vel solum Taxoninum adipe misce cum oleo rosaceo, & hapsu eo tribuatur, vt hoc. Rec. el. 1 de costo Lib. 3. adipu Taxonis Vnc. 1 β. Misce, illinantur affecta partes 11 Vi lauro, angelica, bacchi lauri. 12 Ne exitum habeat furem.

13 Ad incidendum magis. 14 Vi similis calore recentius. Noster enim narius calor simili gaudet calore. 15 Vi ane. hino simplici, Liliac. aut chamæmelino. 16 Cuiusmodi balsamum factitium, ab Authore propositum e. de paralyfi.

17 Simplex enim oleum omni est calorù impatiens.

18 Corporis nimium raritate.

19 Particularibus. 20 Multi enim affecta languent peculiari natura e. corporis raritate.

21 Vi ex oleo i. vino cū castoreo.

22 Sublato tamè omni fluxionis metu.

23 Aphor. 21. lib. 5.

24 Sed falsum.

Cum melle castoreum, aut sagapenum, aut opopanax auellanæ magnitudine febrem excitare scripsit Celsus: sed hoc non caret periculo.

Cæterum ex Gal. sic habeto. In morbis frigidis, quos humor crassus, contumax & multus generauit, febris satis vehemens excitari potest. Leuis enim nocet, nec prodest, exemplo filij Numeni: cui, cum apoplexia correptus esset, febris accessit mediocris: quæ cum noceret, & per infirmitatem caloris non prodesset, mors sequuta est. Opportet enim febrem fuisse magnam, quæ talem humorem calfaceret, incideret, concoqueret, & discuteret. Itaque ut est materia, ita febris consilium temperandum est, sitque non minor, quam quæ proficit, neque maior, quam quæ lædat.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

In paralyfi resoluntur nerui, & languidiores humore flaccescunt, ita ut concidant in partem sanam: in conuulsione, contorquentur musculi simul cum neruis & tendonibus, contrahunturque præter voluntatem ad suum principium, & partem sanam secum in angustum adducunt. Exempli gratia. Conuulsis temporalibus musculis, contrahuntur dentes, ac strident resolutis, hiatus fit oris. Proinde si *σπασμὸν* neruorum distentionem, ut Celsus, interpretari velis, ambigua vox erit cum paralyfi, cum distentio & contractionem, & extensionem significet. Hinc quoque perspicuum, paralyfim à siccitate vix aut nunquam fieri. Siccitatis enim ea est natura, ut absumpta pororum humiditate corpus contrahat, nunquam relaxet, nisi fortasse per accidens, ut si ob siccitatem nerui spiritu nerui non turgant, neque dilatentur, sed flaccescant. At si paulò diuturnior sit & intemperantior siccitas, haud dubiè, ut æstus chordas citharæ impensus resiccatas tendit ac rumpit, sic neruus eadem, aut similis in corpore siccitas, præsertim calori iuncta, flectet, contrahet, & tandem etiam disrumpet, non autem relaxabit. Humiditas tamen vtrumque efficit. Nam & tendit solidam substantiam penetrando ac dilatando, ut pluuioso tempore eadem chordæ inflantur: & relaxat leniendo, ut si quis corium resiccatum pinguedine oblinat, vel humore imbuat. Quare tam conuulsionis, quam paralyseos humiditas causa esse potest. Sed illa neruus contrahit ob plenitudinem: in hac relaxat ob madorem. Siccitas autem nunquam efficit paralyfim, nisi *κατὰ σπουδὴν*. Inde etiam efficitur, humorem in paralyfi tenuiorem esse debere, quia in solidam substantiam neruorum penetrat: in conuulsione verò crassiore, quia tantum replet.

Duplex alia difficultas. Vna, quòd cum in conuulsione affectio sit sæpius in neruis, quam in musculi corpore, nihilominus musculi, non nerui, morbus esse dicatur. Altera, quia definitur per motum, cum tamen pars læsa ita immobilis rigeat, ut in contrarium nullo modo flecti possit. Hoc fit, ut dicam verbo (non enim argumenta soluere, nostri est instituti) tonico motu, de quo Galenus li. i. de Musculorum motu. Illud verò, quia musculus proprium est motionis instrumentum. Quomodo autem ad proprium cuiusque particulæ organum morbus referri debeat, Galenus copiosè docet de morborum & symptomatum causis. Nobis satis fuerit morbi huius notionem primum animo complecti: deinde partem affectam nosse: tertio affectionis causam: postremo curationis summam. Quæ omnia breuiter sic habeto.

Cum vel corpus, vel illius membrum aliquod repente contortum & inflexum apparuerit, perinde ac si in naturali situ esset, rigidum tamen est, nec ab eo situ potest dimoueri, etiamsi eò vi inflectere coneris, quòd, cum secundum naturam habebat, pro arbitrio dirigebatur, conuulsionem esse, suspicandum est musculorum, vel

rum, vel plurium, vel alicuius, qui ad sua ipsorum principia contracti, partem simul, cui inferuntur, adducunt, immobilèque reddunt, ita, ut vel recta, vel inflexa, vel contorta videatur. Hoc tamen obseruato, ne id articulorum ossium vitio fiat. In his enim sæpe vel callus gignitur, vel delapsus humor intra cavitatem prohibet liberam in iuncturis motionem. Quod intelligitur, si nec repente, nec affatim, nec post febrem ardentem affectio inciderit: si luxatio fuerit in particula læsa, non rectè curata: si contusio, aut aliquid simile antecesserit. Tunc enim musculi primariò non afficiuntur, sed flecti ossa in iuncturis nequeunt, licet ipsi quoque tandem trahantur in consensum. Cum enim diu manent immoti, otio propriam mouendi vim tandem amittunt.

Partis affectæ dignotio est huiusmodi. Si totum corpus subito conuellitur, ut in epilepsia, neruorum principium patitur. Si caput antrosum curuatur, & mentum annectitur pectori, duo musculi anteriores caput flectentes laborant, èstque *σπασμὸν*. Si in dorsum & scapulas contorquetur, ex duodecim musculis caput extendentibus in posteriore parte colli, vel aliqui, vel omnes afficiuntur, diciturque affectio hæc *σπασμὸν*. Quando certum recta & immobilis manet, in neutram partem curuata, vtrique musculi & anteriores & posteriores *σπασμὸν* efficiunt. Si oculus contorquetur, *σπασμὸν* erit, musculis, qui ipsum mouent, conuulsis: si mandibula, *σπασμὸν* temporalibus contractis, vel neruis è secunda & tertia coniugatione. Si labra & nares, & pars contracta sanam ad se adducit, in vitio est latus musculus, ex quo musculi narium, superciliarum, & labiorum sunt, vel nerui à primis vertebrais & ramis tertiæ coniugationis, Græcis *κωνιδίαι*, *σπασμὸν* nominatur. Si vtraque pars, dextra scilicet, & sinistra lædatur, musculi vtrinque contracti, Sardonium risum faciunt, maxillares nimirum in latera, os & labra deducentes, ita ut acri perpetuò ridere videantur. Idem iudicium de cæteris partibus. Semper enim affectio ad musculum auctorem illius motus, qui læsus est, referri debet.

Fit autem hic affectus neruis, vel musculis aut exsiccatis; vel calefactis, ut à vulnere, & post largam sanguinis missionem, febres ardentes, meningum inflammationes, vel cerebri. Atque sic lethalis est. Aut congelatis: ut ob refrigerationem humorum, vel sudorem refrigeratum, vel ventum frigidiorum: aut inflatis ut à pituita viscida (nam rarò fit à sanguine) vel post morbum non satis exsiccatum, vel sanie collecta in aliqua parte capitis, ut meningibus, ob vulnus: vel statibus medicamenti, vel agitatione materiæ, ut post hellebori potionem. Ab ebrietate, crapula, suppressa vacuatione consueta, exercitatione intermissa, phlegmone, dolore, consensu vteri, morsu, puncto neruo, aut tendone, affecto ore ventriculi ab æruginosa & biliosa materia, vermium, fungis, ab istu fere venenata, & similibus.

Hippocrates hæc omnia ad duas causas reduxit, inanitionem & repletionem. Tertiam recentiores addiderunt per condolentiam, affectumque vocant non proportionatum ad materiam, cum mouetur cerebrum in sese, ut expellat, quod noxium sentit, ut dolente neruo ob puncturam, aut alicuius animalis venenosi morsum. Sed hanc Galenus ad inanitionem: alij, quia materia venenosa est, licet, pauca, ad plenitudinem referunt. Hellebori quoque potio ad vtramque causam reduci potest. Ex antecedente vita, vel morbo, vel habitu corporis omnia facile discernuntur.

Attamen Galenus comment. in aph. 2. li. 5. dicit conuulsiones fieri ex vulneribus, ratione inflammationis ipsa sequentis, & ad neruosas partes pertingentis.

In curatione torturæ oris superiores capite descripto vtendum clystere, deinde coquentibus pituitam: in plenitudine sine cruditate, sectione venarum linguæ, gargarismatis digerentibus, formulis in ore retentis aqua vitæ formatis, quibus nihil præstantius, inunctionibus, sacculis, suffumigiis, emplastro ex gummis calfacientibus.

Ab inanitione non curatur: sed prohibendum ne fiat, sublata causa, ut in febre ardentissima & phrenitide, si à nimia siccitate periculum imminet conuulsionis, spinam inungendo, ne nerui exsiccantur, vel irrigatione ex refrigerantibus ob febrem, & humectantibus, ob neruorum siccitatem.

A vomitu, aut immodica vacuatione curari potest, humiditatem reparando

per humectantia, & quæ hecicis profunt.

Si à punctura fiat, vulnere latiori reddito & aperto oleum de terebinthina imponendum, vel de eu, horbio, cum emplastro de Galbano, sedandus dolor, vulnus ad cicatricem non ducendum, nisi post multum tempus. Extremum remedium est, tendonem vel neruum scitum abscondere in parte supra puncturam.

A venenosi animalis morfu, cucurbitula cum multo igne supra partem affigenda, vel cauterium, vel antipharmacum. Intra sumenda theriaca cum herba decoctione, quæ sit veneno accommodata, theriaca etiam vulnere imposta profest.

A sanguine, sæpius repetenda est venæ sectio, & oleis medijs vtendum. Aputa, curatur coctione materie & educatione, vt de Paralyfi dictum est, additis medicinalibus ad inunctiones, balneis, & similibus.

In conuulsibus capitis & humorum refrigeratione, calidioribus vtendum partes lana succida inuoluendo, cucurbitulis, sectione quandoque illius venæ quæ supra primam dorsii vertebram apparet.

A meningum punctura, aperiendum cranium trepano, aut alio instrumento, materia transpiret, aut epipasticis trahenda, nisi subsit plenitudo.

A ventriculo, tutius clysteribus acribus, aut pilulis vtitur, quam vomitu, ne ventriculi contactu veneni lædatur. Conueniunt etiam spinæ inunctiones.

Vntione conuenienti. Sequens medicamen excellentissimum est in resolutione lingue, oculi, labiorum, risu Sardonio, tremore capitis & totius corporis, at omni capitis percussione in flatu præcordiis, & similibus.

℞. cinamomi, croci, nardi, costi, styracis rub. opopanax, myrrhæ, melanopiperis, feminis rutæ, succi abrotoni ana ʒ. 9. dauci ʒ. 4. β. moschi, benzoini ana ʒ. i. mellis q. f.

Pinguedini ansetum syluestrium quos vocant Otidas, & Phalacrocoracum (vulgo Cormoranos nominant) plurimum tribuunt leniendis doloribus Sorilegi. Paranda autem est eo modo, quo Gatinaria ex Nicolao Florentino decet de anseris vulgari, capite de Spasmo. Sumatur anser pinguis, & euisceretur dein zellus (carum vocant) minutim incisus in anseris ventrem cum lardo, thure & myrrhæ recondatur, suatur anseris venter, veru ad coquendum configatur. Interim verò vas aceto albo semiplenum supponatur, cum pinguedo vera ab anseris liquefcens decidere cœperit, quæ aceto supernatans reseruiabit. Alius subinde anse in eodem aceto incoquatur, indeque pinguedo plurima enarabit: ex qua cura priore mixta parabitur litus. Idem artificium in Otide, phalacrocoracæ, & alijs. Oleum de enula, irinum, de ligno sancto, crocinum Mesuæi, lumbricorum, axungia humana, de styrace, de euphorbio, de castoreo, piperibus, philosophorum, de costo, cum parte illius pinguedinis, aut mellis, & modico castorei, piperis, euphorbij conueniunt.

Cucurbitula. Cauendum, ne tendonibus affigantur, sed musculi principio, aut medio, ad iuuandum eiusdem actionem. Quibusdam locis commode adhibent non possunt, vt labris, supercilis, digitis, vbi sanguisuga: aut earum loco, vt in palpebris, & lingua, scarificatus erit ex vsu.

Aqua perfusio, febris. Hæc duo remedia à veteribus multum commendantur. Periculosa tamen sunt, vt ratio & experientia demonstrant. Timendum enim si perfusione frigida, ne materia magis inde refrigerata, altius impingatur. Si tamen spes certa subsit calorem à frigore, quasi antiperista si quadam, intrò possit cogi, vt in principio, æstare media; iuuenes bene carnosus, non omnino negligendum. Febrem quidem Hippocrates dixit morbis à crassa pituita mederi, rigore & calore, quia rigor materiam commouet, exagitat & purgat: calor coquit, tenuat, incidit, resoluit. Sed cum, si vehementior sit, tollatis ægrum, minor verò coquendo morbo non sit satis, longè tutius est eam vitare, nisi spontè superueniat. Difficile enim fuerit in medio consistere.

IN CAPVT XII. DE CONVULSIONE.

DVRETI ENARRATIO.

Convulsio. A repletionem scilicet, in qua partes conuulsæ, conuulsione causam intra se continent; in nimiam crassi & glutinosi humoris abundantiam: non autem conuulsio à siccitate, aut in quibus conuulsio fit per sympathiam cerebri, i. simplicem communicationem citra causæ morbificæ propagationem, quam Arabes non proportionatam dicunt.

Eadem ferè ratio viti. Quæ conuulsioni caninæ & paralyfi, in victus, ratione & viti instituto, vt scilicet diæta sit attenuans; & in conuulsione quali diæta esse debet.

Siquidem à plenitudine. Lege. Siquidem sanguinis dominatu ager teneri manifesto videatur, & summa sit doloris acerbitas, vt distinxit Auicennas.

Vicinos musculos. Ceruici & capiti communes, capitisque proprios.

Laxante. Quoniam in omni conuulsione est distentio, per quam musculi sunt contumaces ad explicandum.

Lana. Scilicet succida & carpta.

℞. feminis lini, quod semen molliendi, & dolorem sedandi vim habet.

℞. feminis lini, &c. Sic dicendum fuit. ℞. feminis lini, fursuris macri, florum chamemeli & anthos ana p. β. salis communis ʒ. 2. conficiantur ex his fixis duo sacculi qui admoueantur occipiti & ceruici.

Leues sint sacculi, ne pondere & inæqualitate, partibus malè affectis molesti sacculi sint.

Clysterum mollium. Ad excludendas feces. Non enim tunc per aluam cietur materia, donec fecibus vacuata fuerit.

Materia, scilicet conuulsifica.

Et rebus huiusmodi. Vt melicrato origanato, vel ex decocto stæchados & hyssopi, vt

℞. lb. i. aquæ decoctionis stæchados & origani, in qua dissolue mellis ʒ. i. fiat Hydromel. hydromel bene despumatum, in tres doses, vtendum mane & vesperi.

Deinde purganda. Vt electario, catapotijs, syrupo solenni &c.

Vt prius in spasmo canino. Hoc interest inter curationem paralyseos & conuulsione, quod paralyfis dat inducias: conuulsio celeritatem curandi exposcit, tum propter doloris acerbiteriam, tum propter impedimenta partium quarum officio vita carere non potest.

Misce, liquefiant simul. Deinde eo linimento illinatur ceruix & tota spina.

℞. olei de costo. Quoniam crassior & glutinosior est materia conuulsione, quàm paralyseos; in conuulsione inflammationi expertè adhibebitur oleum de costo.

Radice alihæ & liliorum. In quibus magna vix relaxandi inest, cum aspersione aquæ vitæ vt linimentum sit magis

Aut duodecima pars castorei. Imò etiam Arabes castorei vsum in potu præscribunt à ʒ. 2. ad ʒ. 2. cum melicrato aut aqua cephalica, vel neruali.

Cucurbitula partibus, &c. Postquam purgationi operam dederis, causæ conuulsione amotioni studueris, fotu, balneo, litu.

Sunt admouende. Vt morbificus humor exitum habeat.

Remedium Hippocratis. Non quidem propriè, sed conuulsioni ex euentu dicatur. Hippocratis aphor. 70. lib. 5. Vbi docet conuulsionem quartana superueniente curari.

Exemplo filij Numeni, qui apoplecticus factus, leui superueniente febre, celerius hominum opinione interiit.

IN CAP. XII. AD CONVULSIONEM.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM

ANNOTATIO.

Quid convulsio sit. **Σ** Πάση, i. convulsio, ipso nomine planè declarat, quam hyparxim, quamque naturam habeat: quemadmodum annotavit Galenus ad aphor. 39. li. 6. Convulsio autem nihil est aliud quàm partium quæ sponte nostra, non sua, mouentur, sine voluntate, originem versus collectio. Habet enim sedem iis in partibus quæ nostra voluntate mouebantur, vt ab electione, vel ab instinctu, vt pote in musculis. Nam in musculos tantùm cadit convulsio propriè dicta. Quamuis enim singultus, ventriculi convulsio dicatur: non tamen simpliciter, sed quædam convulsio dicitur. Est ergo convulsio deprauatus motus, in quo materia morbifica est naturæ potens, vt in palpitatione. Sunt enim alij deprauati motus qui fiunt naturæ dominati, quam tamen stimulaerit causa morbifica, vt convulsio: Alij qui partium naturæ vi, partim morbificæ causæ vehementia excitantur, vt tremor. Vide Galenum c. 1. li. 2. de sympt. causis. Convulsio triplex est. Vna à repletione nervosii & musculosi generis, per materiam crassam & glutinosam. Vnde sic latitudinis & altitudinis accessio, longitudinis verò decessio, vt pars facta breuior nobis inuitis se colligat. Altera est ab inanitione seu à siccitate, à qua partes in tribus dimensionibus mutantur nempe in longitudine, latitudine, & altitudine (& hæc dimensionum mutatio, videtur in omni diminutione consistere.) Siccitas autem quæ huiusmodi convulsionem facit, repente accidat oportet, cum nervorum irritatione. Nam quæ paulatim inducitur, fitque omnino æqualis, per exhaustum humidum primigenij, marasimum affert. De his duabus convulsionis formis scripsit Hippocrates Aphor. 39. li. 6. & initio lib. 5. Terriam convulsionis speciem addit Auicennas, quam spasimum seu convulsionem non proportionatam ad materiam appellavit; quæ non tam fit vitio partis convulsæ (vt pote quæ non iustam, nec proportionatam suæ convulsionis causam intra se contineat) quàm facultatis ipsius irritatione per affectionem cerebri, quando sympathia afficitur per simplicem communicationem, non autem causæ morbificæ propagationem: Quæ convulsio fugax & levis, vt in epilepsia & spasmo mulierum agitur; quoniam convulsio ab inanitione est insanabilis. Illa cum paralyti in causa convenit, quod vtraque fiat ob nimiam crudi & glutinosi humoris abundantiam, quæ obstruccionem facit: Sed hoc interest, quod materia ipsa in paralyti, ingressu plurimo & currente, imbuat villorum substantiam. In convulsione verò, villos non ingreditur, sed in aditu & vestibulo subsistit, sicut in epilepsia, vt distinguit doctissimus Auicennas. Præterea hyparxis paralyseos consistit in aduersione collectionis partium resolutarum, propter ipsarum laxitatem & mollitudinem, aut impedimentum spiritus animalis, qui aditu ad illas prohibetur. Hyparxis verò convulsionis est in contumacia explicationis seu dilatationis, quia partes breuioribus factæ, ob accessionem latitudinis, & profunditatis, nobis inuitis contrahuntur.

Historia. Convulsio autem symptoma grauissimum est, magnitudine causæ, doloris acerbitate, impedimento earum partium quarum officio vita carere nequit, & difficultate curandi.

Goutte crampè. Accidit convulsio nonnunquam à bestie venenatæ morfu, aliquando à punctura draconis marini (d'une viue) convulsa interiit. Ab elleboro est lethalis, fitque tum propter qualitatem ipsius elleboti, qui vellicat superius orificiũ ventriculi. Tum propter hypercatharism quam affert, vt & antimonium vulgò dictum, quod non minus lethale est, quicquid dicant nonnulli. Fit etiam à tromate, præcis temporum musculis, aut vulnerato capite. Ab ulcere per translationem materię morbificæ, à partibus exterioribus ad internas. A statu excitatur quædam convulsio

convulsio fugax, musculorum suræ aut pedum, quam vocant (goutte crampè.) Sed hæc facile sanescit per dissolutionem flarulenti spiritus, qui sine voluntatis nostræ imperio, muscolum versus suam originem trahit.

In convulsione iidem sunt curationis scopi, qui in paralyti. Primus vt materia convulsificæ generatio prohibeatur, & collecta materia exhauriatur per diaetam. Secundus vt antecedens materia vacuetur per purgationem vniuersalem & particularem, per venæ sectionem, & insensibilem transpirationem. Tertius, vt muscoli qui convulsionis suæ causam intra se continent, restituantur in habitum naturalem, per amotionem causæ coniunctæ. Quartus, vt symptomata corrigantur.

Convulsio, superueniente quartana curatur, vt inquit Hippocrates aphor. 70. lib. 5. Quod de convulsione à repletionem intelligendum est: Cuius pepasimum quartana febris, seu calore, excretionem verò, horrore seu rigore affert. Idem quoque facit quælibet alia febris, si modò analogos fuerit: alioqui enim ægrum damnis auget, & ad exitium præcipitat, vt contigit Numeni filio: quia huiusmodi febris, materiam quidem morbificam ciet, sed citatam repente non excludit. Idcirco in convulsione febrem excitare non est tutum; nec eam vnquam prouocauit Hippocrates. Quod tamen hodie quidam faciunt. Extremum illud est, vt dicamus Paulum Æginetam, immeritò Hippocratem arguere, quod aquæ frigidæ perfusione, curari tetanum, convulsionis speciem scripserit. Aphor. 27. lib. 5. Nam hic Hippocrates non dicit ex professo de curatione tetani, sed frigidæ vires exponens, fieri posse scripsit, vt ex euentu, nempe per caloris reuocationem, frigidæ larga profusio, tetanum soluat, si adsint ea omnia quæ ibidem requirit.

ANT. VALETII EXERC. XII.

Convulsio deprauatus est motus, quo fit partis vnus instrumentariæ, aut plurium, suam versus originem præter voluntatem contractio. Atque ea quidem vel per se, vel per consensum. Per se ex repletionem aut inanitionem nervi, vt est comment. 1. in sent. 27. prioris Prorrhæ. Per consensum, vel ab humore tenui, acri & æruginoso, ventriculum lancinante, vt cap. vlt. lib. 12. Meth. vel à potu frigido, vt cap. 5. lib. 9. Meth. vel à crapula, vt lib. 3. de Temp. & aph. 5. vel à diaphragmatis, aut vteri inflammatione, vt comm. in sect. 2. lib. 3. Epid. vel ex maligna assumpti medicamenti qualitate, vt apho. 25. lib. 7. & aphor. 1. lib. 5. aut à forti frigore, & humoris crassi sanguinem congelantis copia, vt comm. in sent. 27. lib. tertij. Prognosticon, vel à vulnere, ratione consequentis inflammationis, quæ in nervositas partes irrepserit, vt commentar. in aph. 2. lib. 5. vel denique ab ictu, morfu, &c. De his fusius Hollerius. Convulsionem, quæ ab initio inuadunt, ferè omnes à repletionem originem ducunt, & communem habent, vt ante dictum est, cum paralyti curatione. Aduertendum tamen linamenta iis, quæ fieri debent in paralyti, hæc in re contraria esse, quod propter contractionem vehementiorem emollientia esse oporteat, & fomenta minime adstringentia.

Ad hæc convulsionibus opportunissimi sunt pueri, præcipue dentitionis tempore, ob nervosii generis imbecillitatem, & voracitatem. Sed hæc immixtis clymatibus, fotu, ceruic. ex oleo iasmino, aut lumbricorum, calente, non omisso interm. ventriculi liqu. ex oleo stomachico, facile sanescunt.

HOLLERIVS.

De angyglossis, seu mogilalis. CAP. XIII.

ANGLOSSI difficulter pronunciant. L, R, K, atque in loquendo resituentes loquelam præcipitant. Gal. comment. 2. lib. 1. Epidem. *τραυλῆς* appellat, qui ex musculorum linguæ vitio balbutiunt.

Nascitur enim id vitij, aut quia breuior lingua, vel quòd imbecillior ab intemperie humida, vnde & mollior, vt in quadam paralyfi: nonnunquam ex intemperie sicca, frigore, ira concitatore, calore. At sæpius hic nascitur morbus ab adstrictione membranæ linguæ subiacentis.

Purgandum corpus: parcius viuendum, vt minor sit copia sanguinis: refrænantibus sanguinem alimentis, frictionibus. reuellendum.

Albucasis parte 2. incisionem secundum latum instituit, & ab arteriæ, quæ illic est, sectione cauet, hæmorrhagiæ metu. Colluit statim aqua ros. aceto, aq. frigida vitata posca. Sed in mediam incisionem inducit linamentum, ne rursus pars ligamenti reliquo ligamento consuescat. In hæmorrhagia lenticulari cauterio inurit.

Quòd si breuioribus neruis, qui ad motum in palatum & dentes feruntur, id acciderit, res incurabilis, vt quum breuior lingua. Aliquando siccoribus iisdem, nec ita sese extendentibus accidere potest.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Episcopus Senensis mogilalis.

Corn. Celsus. 12. 11. 7.

Eo morbo laborans Episcopus Senensis, frater domini de Beaujour, cum medicos impostores ad curationem adhibuisset, consumpta grandi pecunia nihil profecisset, ac tandem me vocasset, aperto malo, & variis commemoratis causis, quas medici suspicarentur: cumque vnicam causam esse adstrictionem membranæ, quæ sub lingua est; vnde prohiberetur motus linguæ, qui ad primores dentes extenditur, indicassem, nec non vnicum esse remedium scriptum à Celso, Paulo Æg. Aëtio, & recentioribus medicis, cognitum etiam vulgo, vt membrana illa succideretur, miratus quod affirmarem eam causam vnicam & curationem ab omnibus scriptam medicis, ignoratam ab iis, quibus sese commiserat; omnino sese consiliis nostris submisit. Monui, nam peregrè proficiscebatur, vt experto chirurgo vteretur: qui vossella prehenfas membranas (filum vulgus appellat) succideret, ne altiore plaga hæmorrhagia moueretur.

Quamquam scribit Celsus nouisse quendam, qui succisa ea membrana nihilo melius sit loquutus. Adeo (inquit) in medicina etiam, vbi perpetuum est, quod fieri debet, non tamen perpetuum est, id quod sequi conuenit. Sed & priusquam ad incisionem veniretur, suasi totius corporis & linguæ resiccationi incumbere. Ille autem interceptus negotiis de morte fratris cæsi, & inde contra homicidam commota

commota causa, abiit. Adhæc quibusdam incisum est filum, sed mansit intermedium callus, non caro mollis: vnde nihil effectum fuit. Quod chirurgis diligenter considerandum.

Prætermisum à Dureto est cap. 13. de Angyglossis.

ANTON. VALETII EXERCIT. XIII.

DE ancyloglossis seu mogilalis tractatio, quamquam chirurgica est tota, committere tamen non potui, vt hoc ideo supprimeatur, cum & manuscripto exemplari appicta sit, & historia non vulgari locupletata.

HOLLERIVS.

De incubo. CAP. XIV.

NCVBVS, qui ἐφιάλτης, ἐπιβολή, ἢ à Themisone πνεύματι *Ex Paulo A. 1. 15. li. 3.* *γαλιον* dicitur, neque deus, neque semideus, neque Cupido, quod veteres crediderunt, neque dæmon, quod Theologi existimant, neque incubans vetula, sed vapor quidam crassus, qui partim vias spiritus animalis intercipiat, vnde & loquendi, & respirandi difficultas: partim animæ offunditur, vnde phantasia, & spectrum quoddam, quale 2 frequens est in somniis.

Sed idem incurfare, atque etiam opprimere thoracem, constringere collum, præcidere vocem, apparet, quia his maximè partibus labor est. Pueros & 3 obesa corpora aliquando suffocat: alioqui epilepsiam denuntiat.

Incubus enim epilepsia quædam nocturna est. Multos olim Romæ, quod scriptum reliquit Syllimachus, vno anno confecit: Itaque qui incubo opprimitur, statim excitandus est. Postea videndum, ne affectio eiusmodi redeat.

Imperanda est sobria vita, cœna frugalis, vitæ ratio è media materia, frequens ablutio extremorum. Sæpe etiam peccendum caput est ex ebore, in 5 posteriorem partem ducto petstine.

Melicitatum plus minùsve dilutum pro 6 ratione, in quo radix fœniculi, asparagi, petroselinii, graminis, acetosæ, cichorii, endiuia, radices capparidis, hyssopus, buglossum, borrago, endiuia, summitates lupuli, fumaria, 7 cetherac, 8 scolopendrium, capillus veneris, cascuta, passulæ mundatæ ab arillis, pruna, sebesten, flores anthos, violarum, borraginis, decoxerint. Quale hoc erit.

℞ rad. fœniculi, radices graminis ana ʒ. β. summitatum lupuli P. ʒ. hyssopi, trium florum cardiacorum, passularum, glycyrrhizæ ana

F iiii

2 Præsertim melancholicis & pueris.

3 Ubi materia exitum non habet.

4 Neque humidus, neque sicca, sed temperata: ut carne vitulina, pane medeo, eoque bene fermentato.

5 Occipit vossis.

6 Temperamentum & calidum.

7 Verum scolopendrium.

8 Phylitium Mattheoli.

9 Vel potius Syrupi violati & sapili. P. I. fiat decoctio ad lb. i. β. in col. dissol. 9 mellis albi, sacchari al-
bissimi ana ʒ. 2. fiat melicratum.

Deinde purgandum corpus hoc modo.

℞. cassiæ, vel cathol. ʒ. 10. dissolue in sero lactis caprini, vel altē-
rius, cum ʒ. i. syrupi violati fiat potus.

Pro ratione materiæ licebit vti fortioribus, quæ partim in capi-
te de epilepsia, partim in capite de melancholia dicentur.

Nec omittenda phlebotomia, si res 10 exigat.

Clysteres quoque & frictiones ex vsu sunt, quia fumos reuel-
lunt. Erhina quoque & apophlegmatismi ex leuiori materia.

Cucurbitulæ in cruribus & omoplatis, pulueres quoque, maximè
à cibo, qui fumos prohibeant. 12. & morbo conueniant. Qualis
hic est.

℞. 13 coriandri præparati ʒ. 2. specierum diamarg. frigidi, & dia-
rondon Abbatis an. ʒ. i. sem. nigri pœoniae ʒ. 2. coralli rub. ʒ. β. macis,

cinamomi an. ʒ. i. cum modico sacchari rosati. fiat mixtura, vtatur
post pastum cochlearis dimidio.

Bibere quoque medio 14 pastu, non in fine, hoc adiuuat.

Cucuphæ quoque parandæ sunt ex floribus anthos, stæchados &
cæteris rebus capitalibus, vt prius.

Dropax quoque 15 simplex tum hypochondriis, tum etiam ca-
piti commodè aptari potest. Calidus applicatur, & ne pertinacius

inhæreat, linteolum rarius, & vehementer attritum 16 interpo-
nendum est. Componatur dropax ex quinque partibus picis, & vna

olei de spica, vel mastiche.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Eπιλητικὸς ὄντι τῷ ἐφ' ἡμῶν, quod qui eo affectu laborant, noctu quiddam sibi in-
cumbere existiment, à quo inuadantur & opprimantur cum difficili respira-
tione, immobilitate, ac voce præpedita, vt prope suffocari videantur. Vnde & à

Themisone, epistolarum lib. ii. (teste Aureliano) ἐπιλητικὸν ὄντι τῷ ἐφ' ἡμῶν. Ex vete-
ribus etiam nonnulli ἐπιλητικὸν nominant, quod Aurelianus quoque refert. Do

parte primario affecta non omnium idem iudicium. Interpretes Arabum prio-
rem cerebri ventriculum, vel spinalis medullæ exitum vapore crasso, aut etiam

humore, qui tamen facile dissoluatur, oppleri aiunt. Posidonius non humore, sed
crasso & frigido vapore spiritus animales per nervos ferri prohibente. Vtrumque

minus probabile. Alioqui enim inde necesse esset vel epilepsiam, vel apople-
xiam, vel earum generari, aut saltem respiratiōni tantam noxam non inferri, aut

thoraci: à quo cum totius mali origo ducatur, grauiusque cæteris laborer, in eius
venis summam plenitudinem esse consentaneum est. Quod & symptomata indi-
cant, pondus nimirum thoracem opprimens, & difficilis motus eiusdem inter

dormiendum, vel inchoata coctione, ex fumis nimirum & flatibus, qui tum exci-
tantur, pulmones & septum transversum prementibus, præsertim cum non tam

libera sit respiratio per somnum, quam inter vigilandum. Quod autem in eo læ-
ditur imaginatio, quæ est in prioribus ventriculis, id fit per consensum, vt in me-

lancholia hypochondriaca. Fumi enim ex crassiore sanguine sursum lati timo-
rem animo incutiunt, varièq; imaginationem afficiunt, vt docet Galenus de lo-
cis affectis: atq; hinc fit, vt quidam Dæmonem esse putent. Si diu tamè perseveret,

frequen-

freqventiusque repetat, cerebro fit essentialis, degeneratque in apoplexiam, vel
epilepsiam, vel melancholiam.

Causæ antecedentes sunt, crapulæ & cruditates, pessima victus ratio, multitu-
do crassi sanguinis, suppressi menses, aut hæmorrhoides, & similia. Summa cura-
tionis (mutandæ tamen pro causarum varietate) est huiusmodi.

Clyster discutiens flatus & euacuans in paroxysmo, sanguinis missio in pleni-
tudine è basilica, vel mediana, præsertim si sanguis crassior appareat, & sine pi-
tuita, pituitæ coctio, euacuatio, opiata quibus flatus discutientia misceantur,

pulueres flatus discutientes, vnctiones pectoris, sacculi cordi applicati, parciore
cæna, vel nulla, cibi minimè flatuosi, decubitus in latu.

Quod Theologi existimant. Non omnino certè contemnenda est veterum

Theologorum autoritas, omniumque gentium communis ille consensus de in-
cubo & succubo, cui etiam attestatur experientia. Memini enim me in primitiue
Ecclesiæ historiis legisse Carechumenos huiusmodi dæmonum ludibriis vexari

solitos, qui deinde eucharistiæ sumptione liberabantur. Multa quoque sunt apud
D. Augustinum de incubis & succubis lib. 15. de Ciuitate Dei, vt hinc ferè cogi-
mur fateri incubum alium dæmonis arte induci, alium corporis morbum esse.

Nisi quod summa Christi luce nobis affulgente, ab his tenebris nunc non est me-
tendum. In Gentilitiis illis ceremoniis multa huiusmodi deliramenta repe-
riuntur de Sympythis, & Pythone, spiritu diuinatore occupatis, sed multò lepi-
diora in Hebræorum Rabbinis. Scribunt enim huiusmodi phantasmata ex semi-
ne Adam procreata fuisse centum illis & triginta annis, quibus ab vxore absti-
nuit, postquam Cain fratrem interfecit. Pro singulari remedio iubent circulos

septem circum sepulchrum fieri, ne cadauer intromittendum subeant, eoque ad
nocendum vtantur. Alcinoius in dogmate Platonis retulit ad varicina, oracula,
somnia, &c. Sed & in veterum Medicorum libris multa remedia reperiuntur ad

Sympythis, & dæmone occupatos, & incubos, vt apud Aetuarium & Alexan-
dram. Qualis est illa Hippocrat. antidotus. territis lemurius & dæmonio occu-
patis, lunaticis cum spuma tauri, quæ in codice manuscripto sic legitur.

℞. nuces cupressi ʒ. 50. Caricarum pinguium sine nucleis, pass.
mund. ab arillis ana ʒ. 12. (fortasse ʒ. 12.) ladani, styracis opt. myrrh.

aphalti, bdellij, radice asphodeli, enulæ an. ʒ. 7. cardomoni ʒ. 5. sa-
binæ ʒ. 4. folij, costi, spicæ, ros. baccarum iuniperi ana ʒ. 3. schæn-
caflentisci an. ʒ. 2. croci, cyperi, lybistic. ana ʒ. i. vini optimi & mel-
lis q. s. Nuces cupressi fractæ triduo macerentur in vino optimo:

coque lento igne ad vini consumptionem aliquam, & cola. Tum in
vini lb. 2. carnes ficuum tritas diu contere vino, & additis mellis
lb. 12. iterum coque ad mellis crassitudinem, & sacculo excola: tum
adde passulas, & dactyloram carnem, & in mortario diu contere,
Hinc styracem, ladanium, terebinthinam cum modico melle diu te-
rendo in mortario misce, ex quo pulueres coniunge sedulo, & vitro
reponc. Da ʒ. 2. vel ʒ. 3. in catharris, fluxionibus, mulierum morbis
à frigore & flatu.

Non iniucundum est, quod medicus quidam scribit contigisse nuper apud
Aruenos in Cœnobio quodam. Cum enim Pharmacopola, quem se cum habe-
bat, inter dormiendum in cubo laborasset, qui in eodem cubiculo erant, accusa-
uit. Se enim ab illis noctu propè iugulatum fuisse, constructo collo. Quod cum
socij audacter negarent, totamque in eum culpam reicerent, qui noctem insom-
nem fatore, quodam percitus duxisset, iussus deinde est solus, laurè cæna sumpta
exhibitus etiam flatuosis alimentis, dormire cubiculo vndique optimè clauso.
Rediit paroxysmus, dæmonem esse iurauit, cuius etiam faciem & gestus mirifice
depingebat. Neque vnquam illi aliter persuaderi potuit, nisi vbi curationem ini-
to consilio adeptus est.

*Ephialtæ causæ.
Theologi veteres
quid de incubis
& succubis sen-
serint.*

Nuga.

Nuga.

*Pharmacopola
Incubo corre-
ptus.*

*10 P. si venasint
sanguine dissol. a.
11 Ut mastiche,
salua, maiorana.
12 Ut puluis ex
corallo, saccharo
ros & margariti
confectus.
13 Vel hunc pra-
scribes. Rec. co-
riand. prepar.
Drach. 2. corall.
rubr. margar. e-
lectarum an.
Drac ʒ. rasur. e-
boris, oss. de corde
seruis ana scrup.
1. cinamomigra
6 sacch. ros. Vnc.
4 f. puluis subti-
liss. vtatur à pa-
stu cochleari di-
midio.
14 Ut satiu cibi
fundamentis.
15 Ex picæ.
16 Inter picem
& castem.*

*Aurelian. initio
e. 3. lib. 1. Chroni-
ca.*

*Ephialtem qua
sequantur. Syri-
pigmata.*

*Gal. c. 4. lib. 3 de
lancholia hypochon-
driaca. Fumi enim ex
crassiore sanguine
sursum lati timo-
rem animo incutiunt,
varièq; imaginatio-
nem afficiunt, vt
docet Galenus de lo-
cis affectis: atq; hinc
fit, vt quidam Dæ-
monem esse putent.
Si diu tamè perse-
ueret, frequen-*

IN CAP. XIII. DE INCUBO.

DVRETI ENARRATIO.

Incubi causa.

Sed vapor quidam crassus. A cruditate, crapula, vel à melancholici humoris fermentatione, vel ab uteri hepatis adiacentis compressione.

Qui partim vias spiritus animalis intercepti. Vel potius respiratorium alui, i. diaphragma opprimit, neque spiritus animalis vias intercepti, nisi ex euentu citato catharro è capite per sympathiam diaphragmatis, aut per simplicem communicationem cum cerebro, generis similitudine & operis societate.

Vnde est loquendi difficultas. Inò etiam vocem edendi tamen clamare conatur, per suppressionem vocalis materiæ.

Vnde phantasia. A tetro vapore melancholici humoris.

Et obesa corpora, quæ sunt natura huiusmodi angustis meatibus, venis & arteriis.

Epilepsiam denunciat. Quando frequens sympathia cerebri mutatur in idiosyncrasiam.

Cur nobis fiat incubus.

Dieta ad incubi curationem.

Nocturna est, quia incubus potissimum de nocte incidit, quia de nocte corpus non est perspirabile, fuliginis copia est, magna cruditas inchoata coctione, & melancholici humoris fermentatio. Adde quod noctu in tenebris pavitant melancholici.

Statim excitandus, ad symptomatis præsentis cessationem. Et si à cruditate & crapula sic afficiatur, vomitus cieatur.

Imperanda est sobria vita, & maximè vt mens bonarum cogitationum epulis recreetur, cæteræ partes animi cum ea quæ voluptate alitur, tum ea in qua irarum ardor existit, sedentur, atque ita moderato cultu & victu det membra quieti.

E media materia. Vt eibus qualitate humidis, concoctu facilibus, omnis alienæ qualitatis expertibus.

Ablutio pedum.

Frequens ablutio extremorum, maxime verò pedum, quæ per continuitatem nervorum gratissima est cerebro, facitque corpus perspirabile.

Melicratum vsu.

Melicratum plus minusve. Vt erit peculiaris ægri natura, affectio, tempus. Melicratum ideo præscribitur quod non sit caribaticum, nec viscera inflammet, nisi megalosplangnis, sitibundis & biliosis sursum.

In quo radix feniculi, asparagi. Vt liberentur obstructa, vrinæ ducantur, spiritus vitales & animales, atque adeo sanguis ipse sint meabiles.

Sanguinis extractio.

Nec omittenda phlebotomia. Si res exigat, vt est necessaria in melancholici humoris fermentatione, tum ad symptomatis correctionem, tum ad prohibendam materiam generationem.

IN CAP. XIII. DE INCUBO.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

Incubi ab epilepsia distinctio.

Nonnulli incubum epilepsiam nocturnam esse dixerunt, sed malè. Nam epilepsia conuulsio est typica & periodica vniuersi corporis, cum mentis & sensuum obliuione: quod de incubo dici non potest. Et talis epilepsia etiam de nocte incidit, ab incubo longè diuersa. Quamquam incubus epilepsie aut melancholice nonnuquam prænuntius est.

Incubus ab incubando dictus est, quòd qui hoc affectu laborant, putant sibi aliquid incubare, vt Dæmonem: Sed hoc falsum est, & à Christiana pietate alienum: Christus enim suo aduentu Dæmonas profligauit, qui priùs in humani generis perniciem grassabantur. Et Hippocrates nec huius, nec alterius cuiusquam morbi,

Vnde dicitur incubus. Falsa de incubo opinio.

morbis, Dæmonas auctores agnouit. Ex mulierum enim opinione locutus est libello de Virginalibus. Hic verò incubi naturam expressisse videtur in 1 de mulier. morb. vbi de Hysterica suffocatione loquitur: nempe oppressionem respiratorij quod circa ventrem est, illumque complectitur & distat, i. diaphragmatis. In hoc enim domicilium habet, non autem in postica capitis parte, vt quidam volunt; cum ipsa per sympathiam tantum in incubo afficiatur.

Incubi, i. oppressionis diaphragmatis tres sunt omnino causæ, pro quarum vapore aut ebrietate, præsertim si nimirum saturatus homo, supinus dormiat. Hec crapula vomitu tolli debet, etiam digito in os immisso. Secunda est fermentatio humoris melancholici, quæ facile excitatur à rebus acrioribus, in qua multos curaueri refrigerantibus & humectantibus, quos alij per calefacientia damnis augebant. His autem præscribere soleo potum aquæ decoctionis hordei, cum syrupo violato, quæ mirificam habent vim compescendi illius humoris melancholici fermentationem. Ad quam etiam valent phlebotomia & clysteres. Tertia causa est hysterica suffocatio, quando vterus sicciò factus, sitis explendæ causa, ad hepar cursum infleat, eique adiacens diaphragma opprimit, vnde in subus: qui iisdem curatur remediis, quibus ipsa suffocatio. Ideo admouendæ sunt naribus res fœdi odoris, genitalibus verò suavis, vt vterus in locum naturalem secedat, quia infra facultate ad *hæda* tendit: fugit autem quæ fœdi sunt odoris.

Qui incubo laborant, aphony sunt: quia à timore supprimitur fuliginosum excrementum, quod vocis est materia.

Vitæ ratio in incubo è media materia sumi debet, vt scribit author. Media autem materia est diæta mediocris, vt carum suauium & concoctu facilium, omnisque alienæ qualitatis expertium. Infima verò materia est diæta imbecilla, vt lactis, hordei, iusculorum. Quæ victus ratio, ad vitæ diurnitatem non est accommodata. Suprema denique materia diæta est ciborum concoctu difficilium, sed qui multum habeant succi alibilis, vt carnes bubulæ.

\mathcal{Z} . summitatem bórraginis, buglossi, foliorum ceterach ana M. i. ß. decoctio in sufficienti quantitate aquæ, in colatura ad $\mathcal{f}\mathcal{b}$. ß. dissolue mellis \mathcal{z} . i. ß. Despumetur & coquatur ad consumptionem tertie partis.

ANT. VALETII EXERC. XIV.

Incubus symptoma facultatis animalis obstructionem cerebri meatuum consequens, ab elaro vapore crasso spiritui viam præcludente ortum habet. Hinc musculis edendæ respiratori & voci dicatis illata noxa vocis interceptionem, aut eius incertæ, indiscræque efformationem, difficilem cum tremore motum, suffocationem imaginabundam, clamandique desiderium inducit.

Putatur nonnullis proprius ventriculi & diaphragmatis affectus, quod supinis dormientibus crassiores persæpe cibi os ventriculi & diaphragma premant, vnde efflario & respiratio præpediantur.

Magna huius affectus habenda ratio, quia grauiores morbos, epilepsiam (vnde epilepsia nocturna appellatur) apoplexiam, maniam denique prænuntiat. Crassioribus naturis, vt etiam pueris, familiaris est, ob meatuum angustiam, itemque literarum studiosis, quibus minuitur concoctio, & quorum cerebrum studiorum assiduitate debilitatur.

Iuuatur victu tenui, non flatulento, eupeto, non vapososo. Potus sit vinum album, tenue, subadstringens & dilutum, vel hydromeli. Vapores vt inhibeantur, vacuandi sunt humores, è quibus suscitantur, catapotis, aut potuionibus hieram recipientibus, qui si lenti sint, sic præparabuntur.

\mathcal{R} . hyssop. passul. mund. ana M. i. f. decoct. ad quart. 3. In colatura dissoluat. xymel. simplic. vel composit. vel scyllis. 3. 4. f. Zula. clar. pro dosibus. 3. Mox purgetur. Post purgationem, atque etiam venæ sectionem (si plenitudinis

Incubi natura ab Hippocrate descripta. Incubi tres causæ.

Incubi remedia. Incubus à crapula.

Incubus à fermentatione humoris melancholici.

Incubus ab hysterica suffocatione.

Cur incubum a- phonia sequatur.

Diæta ad incubum præscribenda.

Triplex diæta.

Melicratum ad incubum.

Incubus quibus maxime familiaris.

Incubi curatio.

notæ eam præceperint celebrandum) ventriculo sumptis & admotis prospiciendum, caput quoque roborandum, prius tamen vaporibus, si qui in cerebro constringunt, discussis.

HOLLERIVS.

De epilepsia. CAP. XV.

EPILEPSIA conuulsio est i corporis. Nascitur, ubi humor crassus & frigidus offarcit anteriores ventriculos cerebri, ex quo vniuersus motus, & veluti raptus totius corporis. Contorta 2 facies, inuoluntaria 3 seminis effusio, & interim affectio, quæ apoplexiæ proxima est.

Pueros ferè vexat, quo tempore dentire 4 incipiunt, vnde puerilis 5 morbus ab antiquis appellatus. Vt etiam lunaticus, quia interlunio nati obnoxij huic morbo existimantur, vt & qui concepti sunt fluentibus 6 mensibus.

7 Perseuerat hic morbus ad 8 annos pubertatis, soluique conuenit in masculis, cura semen emittere incipient. In mulieribus, quum primùm effluunt menses: quos annos si superat, desperata 9 res est.

Nascitur aliquando consensu 10 stomachi, aut aliarum partium corporis. Aliquando spiritu quodam 11 virulento ex partibus inferioribus sublato in caput. Sæpè etiam primarius 12 cerebri affectus est.

Quos vexat paroxysmus, sic habeto. Corpus quoddam rapitur, loco lucido & 13 mediocriter calido collocato. 14 Sublimiori capite, ex quo membra 15 supernè deorsum conficari debent.

Dentes, quos sæpè 16 constringunt, vnde etiam imminet 17 suffocatio, vel manibus, vel quauis alia ratione 18 diducendi sunt.

Ex quo hac formula, & lingua, & palatum illinenda 19 sunt. ℞. theriacæ vel mythriddatij ʒ. 4. dissolu. in ʒ. i. succi rutæ, cum penna, vel linteolo extremitati baculi alligato, palatum & lingua affricentur. Tum.

℞. benzoini, mumix, picis nigrx ana ʒ. i. vniantur cum succo rutæ, fiat suffumigium pro naribus: aut eadem simul liquefacta naso interiori iniungantur. Vomitus si fieri potest, excitetur oleo ex penna illito interiori parti oris. Alioqui perseuerante paroxysmo.

℞. cast. ʒ. 2. benzoini ʒ. i. diff. in oxymelitis scyllitici ʒ. i. β. cum cochleari distractis dentibus ingeratur in gulam.

Dydimus Medicus extracto sanguine è pedis pollice labra epileptici inungebat. Orpheus & Archelaus contaminabant faciem ex

quacunque parte corporis ducto sanguine. Atque ita statim exurgere epilepticos testati sunt. Pueris autem, sublato paroxysmo, re-

mediis iam præscriptis proscribenda est mali generatio ac labe, ab abstinentia vini, vsu frequenti pulueris confecti ex pœoniæ radice & semine visco quern. puluer. contrà vermes, & saccharo cando: quibus etiam soluentia misceri possunt. vt. ℞. rad. & sem. pœoniæ an. ʒ. 2. sem. contrà verm. ʒ. 2. thei elect. ʒ. 2. sacchar. ʒ. 2. f. puluis subtiliss. Detur ex cochleari semel aut bis in hebdomade, sereno cælo, declinante luna, cum iusculo. Post paroxysmum clyster iniiciendus, qualis hic veterum.

℞. decocti aristolochiæ, centaurij minoris, vel calamenthi ʒ. i. in quo dissol. pul. hieræ picræ, pul. hieræ diacoloc. ana ʒ. 3. olei cham. ʒ. 3. sacch. rubri, mellis communis ana ʒ. 2. salis ʒ. 3. Post clysterem refouendi sunt cibus boni succi. Ex quo melicratum imperandum est ex hyssopi decocto, stæchados, calamenthi, aut syrupus acetosus, oxymel simplex, oxymel scylliticum.

Deinde purgandum erit cum hiera picra, & hiera diacol. Hæc enim purgatio maximè probatur antiquis.

Nec omittenda phlebotomia, 20 si omnia consentiunt.

Iis verdè, quibus inueteratur Epilepsia, ad cautionem, venam 21 è malleolo diuides Veris initio. Iam progresso Vere, melicrato hyssopi, aut simili præparabis, & vt prius, purgabis. Aut, vt veteres voluerunt, amplissimam colocynthida cauabis, reiectis feminibus, & interiore materia: tum vndiquaque 22 induces pasta. Deinde cauatam colocynthida, passo, aut alioqui vino dulci implebis, adiectis quatuor foliis rutæ, & 23 obolo cinamomi, efferuebit vinum in calidis cineribus: deinde per noctem finetur in colocynthide. Posturidie per linteum bene mundum percolabitur, & bibetur.

Post purgationem reficiendum corpus est. Post tres dies, inde cucurbitulæ in hypochondriis affigendæ: deinde scapulis cum scarificatione. Aliquot diebus interiectis, iterum purgandi sunt, ex eoque cucurbitulæ occipitio affigendæ: caput radendum est, aut certè detendendum.

Comparanda 24 cucupha, & per interualla 25 purgandum, vt etiam Autumno ad helleborum veniendum sit. Hoc modo veteres helleborum propinabant.

℞. fibrarum radice hellebori ʒ. 2. distemperentur in ʒ. i. melicerati: deinde siccantur in vmbra, & pulueriscentur: tum adiecto eodem pondere piperis, modico melli misceantur, vel è mulla propincentur. Galenus libro de compositione medicam. ʒ. ʒ. ʒ. pluri- mùm commendat hieram diacolo cynthidos, quæ helleborum recipit. Tentatis itaque leuioribus remediis, non est metuendus 26 vsus hellebori. Post hæc sternutatoriis, quæ puluerem 27 rad. pœoniæ recipiant & masticatoriis vtendum erit.

Sanguisuga etiam fronti, & per ambitum capitis, affigendæ sunt. Fuerunt in veteri Medicina, qui eunuchismum, id est, castrationem 28 maximè probauerunt.

20 Si magnitudo causa hoc postulet, materia organismus, cerebri oppressio, hypochondriorum obstructio.

21 Ad maiorem resolutionem, ut fiat humor redditissimus. Qui erat adspersus.

22 Ne exhalet humor.

23 Ut granis 10. vel Drach. β.

24 Ex cephalicis.

25 Ut pil. ex hier picra Durana in epilepsia à pituita inueterata hæc præsertim veteribus solennia suere remedia. vt.

Rec. ther. veter. mythriddatij ad partes equal. rad. enula campan. Lib. β. salinis, stæchados beton. ana Vnc. β. Temperentur per noctem vino maluatico: dein de fiat aqua stillatitia, manè vitatur. Aliud v. Aërio. cap. 16.

Tetrabibl 2. Sermon. 2. Rec. vit. rat. nigr. castorei scamm. ana Drach. 2. opopanax. cumini thebaici sine regij, centaur. nigr. sulph. viui, abrotan. ammoniaci thymiamatu, sem. ruta ʒ. i. ʒ. i. ana Drac. i. conusa & cribrata excipiantur mulla organato s. p. l. ad magnitud. sabæ Ægyptia.

26 Cum delectu præscripti.

27 Ut venenata aua exhauiatur.

28 Ratione vsus veneris, non fuerit malis.

1 Vniuersa, eaque typica, cum mentis & sensuum oblatione.
2 Nam que vicia sunt, quæq. communia (vt supra commemoratum est) ea primùm maximè affici solent.
3 Doloris vi, & labefactata, seu resoluta instrumentorum spermaticorum reventrice facultate.
4 Cum septimestres sunt.
5 Galen. comm. ad aph. 5. sect. 1. li. 6. ʒ. ʒ. ʒ. n. p.
6 Ob impuritate ex synathrisimo.
7 Aph. 45. li. 2. & 7. lib. 5.
8 Si achori capiti copia morbi occasione non soluitur.
9 Quod impressa maneat maligna in cerebro qualitas, qua natura beneficio non potuerit emendari.
10 Vt in microcholi aëto.
11 Vt à corruptione feminis in mulieribus hysterici.
12 A pituita, & melancholico humore.
13 Ut foras euocetur humor.
14 Ut remocetur humor.
15 Ut natiuus excitetur calor.
16 Ex consusione temporalis musculi, qui primùm affici solet ob cerebri affinitatem.
17 A suppressione excrementi fuliginosi: vnde salina a spiritu prohibitione crassescit.
18 Ut exitum habeat fuligo, & cerebrum aëri inspiratione recitetur.
19 Ad correctionem præsentis symptomati.

Formula sternutatorij.

℞. pyrethri, pul. radice pœonia ana ʒ 2. nucis moschatæ ʒ. i. hellebori nigri puluerisati ʒ. β. fiat puluis, qui insuffletur in nares. Eadem quoque, præter helleborum, mastiche incorporata masticatorium efficiunt. Vfus conferuæ acori, aut stœchad. theriacæ, mythrîdatij, maximè conuenit, idque 29 iam purgato corpore. Electarium quoque Rhazæ, cuius 30 hæc est descriptio.

℞. pyrethri, seseleos, stœchados ana ʒ. i. agarici ʒ ʒ. cordumeni recentis & acuti, asæ optimæ, aristolochiæ rotundæ ana ʒ. i. β. excipiantur omnia melle scyllitico. Detur auellanæ magnitudine ieiunis.

Galenus in libella de consilio in comitialibus conquassatam scyllam in vase melliteo, id est, in quo antea mel repositum fuerit, aut alioqui coctam, recondit: vas pelle inducit, & fideliter occludit: tum meridiano soli obuertit, prohibetque Aquilonibus: subinde aliter atque aliter obuertit, vt omni ex parte radij solis vas calfaciant. Scyllam colligit sub cane, quo tempore mel scylliticum præparatur, finitque quadraginta 31 diebus. Postremo aperto vase, liquor, qui è scylla defudauit, excipitur, & melle addito dulcatur. Dosis paruulis ʒ β. alijs, ʒ 2. Materia reliqua scyllæ cum melle subigitur. Alij succum scyllæ pari mellis ponderi commiscent, vt fiat mel scylliticum. Efficacissimum istud erit electarium.

℞. ossis caluariæ humanæ ʒ. i. feminis pœoniæ mascul. radic. eiusdem pœon. an. ʒ 2. saluiæ. hyssop rut. sicc. ana ʒ. 2. florum rub. anagall. & borrag. ana p. r. feminis atriplic. ʒ. i. vngul. asini tusa, talisulli an. ʒ. 2. raturæ eboris, cornu. ceru. corall. rub. an. ʒ. 2. diamargarit. frigid. & calid. an. ʒ. i. f. puluis ex omnibus. Deinde incorporentur in conferuæ anth. & borraginis an. ʒ. i. f. mellis cum aceto scyllitico ad crassitudinem cocti ʒ. 2. theriacæ & mythrîdatij ana ʒ. 2. Pueros verò clementiùshabere oportet.

In primis vitæ ratio nutrici 32 instituenta est, quæ generet lac vtile, ac paulò calidius, & siccius, quàm temperatum sit. Pueri corpus molliter 33 fricandum est, & inungendum tum etiam caput deoconsum ex oleo anethino, rutaceo, de maiorana, irino, adiecto pulueris momento, cyperi, aut ireos. Cucupha quoque comparanda.

℞. cyperi, ireos florentiæ ana ʒ 2. seseleos, & pœoniæ ana ʒ. i. capill. ven. florum anthos, & chamæm. ana ʒ. i. macis, cinamomi ana gra. 8. Fiat puluis pro cucupha. Sedes pueri 34 inungatur melle, & lucco rutæ, vel salis granum immittatur podici.

Paretur electarium ex batyro, & saccharo, quo etiam nutrix papillas mammaram illinat.

Comparetur mel passulatum hoc modo.

℞. aga. trochiscat. ʒ. β. infundatur in aquæ f. β. agaricum detrahatur in eadem infusione: detracto agarico, passulæ bene pingues distemperentur, dum turgeant: turgidæ in noua aqua coquantur: ad extremum coctæ exprimantur in aqua, in qua coxerint. Expressio

29 Cum tantum agitur de vi cerebri restituenda. Vide Rhazem. 30 lib 9 ad Almans cap. de Epilepsia.

31 Toto tempore canicula.

32 Constanter cusculana hyssopo, saluia, & feminis ibi. 33 vi fia corpus & ita quæritur.

34 Ut ei seratur alius. Qui enim crassiores sunt, auro quoque adstrictiore, ij. vt plurimum sunt epileptici.

pressio cum aqua rursus coquatur ad mellis crassitudinem. Paulò adultiore, vt qui secundum, aut tertium annum superant, passulis, prunis sicibus eo modo maceratis vti possunt.

Iisquæ electarijs, & passulato melli puluis pœoniæ & hyssopi adijci potest. Pargentur ex ʒ. 3. cassiæ, ʒ ʒ. ex manna, & penidijs præparatis, vt antè dictum est.

Radix pœoniæ in taleolas discisa, & ita transfixa, filo suspendatur è collo.

Syrupus acetosus, melierarum, absynthij decoctum, cicernum rubrorum, vomitus iisdem conueniunt.

35 Cassia non eodem modo probatur ad curationem epilepsia, quod resoluat.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

CAducum, à cadendo, Comitiale, à Romanorum Comitibus, Lunaticum, quod motu lunæ commoueatur, vel interlunio naros corripiat, vulgò hunc affectum vocant, Auicenna purorum matrem, nominibus impositis, habita ratione, vel symptomatum, vel loci, vel causæ efficientis, vel eorum, qui eo frequentius solent corripri, vt pueri. Apud Græcos tamen ferè semper à magnitudine nomen accepit. *Εμψία* enim dicitur, quòd sensum atque mentem pariter apprehendat, Antiquioribus *ἡεξιμία*, id est, sacer morbus, quo eius magnitudinem, vt ait Galenus, designarent: *ἡεξιμία* enim magnitudinem significat. Quamquam significationem etiam aliam alij asserunt, vel quòd diuirus sit morbus, & à diis immisus in vindictam: vel quòd sacram occupet animam, vel in capite fiat, tanquam animæ loco sacro. Ob eandem causam Hippocrati *ἡεξιαστικὸς*, nominatur: non quòd Hercules, vt ait Galenus, eo morbo laborarit, sed vt eo nomine *ἡεξιαστικὸς* designaret: licet, auctore Aristotele, reuera Hercules epilepticus fuerit, veteribus Elephantasiam quandoque dicit, quòd nullo remedio superari queat. Ab omnibus morbis frigidis capitis distinguitur potissimum vehementi & inæquali corporis concussionem, & spumâ in ore collectâ. Quæ tamen nota in leuiori morbo non apparet, vt eo, qui excitatur ob tenuiorem materiam, & fumum acrem. Facile enim & citò soluitur. Est autem conuulsio omnium partium corporis non perpetua, sed per interualla, cum mentis & sensus oblatione. De cuius causis, generationis modo, ac loco non eadem est omnium sententia. Veterum enim propè omnium communis consensus est, ab humore crasso, viscoso, & ferè semper frigido procreari; obstruente (vt quibusdam placet) medium ventriculorum cerebri, vel (vt alijs) posteriorem, vel vtrumque vel modò vnum modò alterum, vel etiam primum: atque ita fieri, vt interceptis vijs, spiritui ad neruos non pateat aditus. Addunt nonnulli, non sine probabili ratione, quandoque id contingere ob angustiam meatus à posteriore cerebro ad spinam, vel imperforatam, aut strictiorem lacunam ad palatum, aut ad nares. Et certè Galenus de vsu partium scribit optinè comparatum esse à natura, vt per declius cerebri meatus: tum per palatum in os, tum per corpus striatum, orificijs perspicuis ac magnis, pituita, aut alia cerebri excrementa excernantur, ne animal frequenter corripatur epilepsia: videmusque per illam viam expurgari materiam, quæ epilepsiam excitauit, ac spumam ex ore educi. In contrarium tamen multa à doctis afferuntur.

Gal. comment. 6. in lib 6. Epid. Aretæus addit. Aristot. intro sec. 30. Problem.

Epilepsia causa.

Primum ab intemperie fieri non posse videtur, sine vapore aut humore. Citius enim interitum est animal, quàm ad tantam perueniat intemperiem. Hoc enim modo corpus non conuelleretur: sed ab omni profus actione destitueret. Licet Hippocrati duæ conuulsiois causæ sint, plenitudo & inanitas. Quod de particulari intelligendum videtur. Hæc autem & vniuersa est, & mentem sensusque omnes obledit. Nam sine mentis læsione conuulsio, etiam si totius sit corporis, epilepsia non est. Neque ab humore crasso. Cita enim solutio, materię & paucitatem & tenuitatem indicat, quòd crassa difficile moueantur. Idem demõ-

Epilepsiam à sola non fieri intemperie.

frant oscitatio, sternutatio, spumæ per os exitus, tenuloris materiæ indicia. Fit enim spuma, cum frequenti inspiratione & expiratione, violentoque motu aqua tenuis agitur, & spiritu, aut substantia quadam vaporosa comprehenditur. Accidit quoque frequentius ingeniosis hominibus, ob tenuem cerebri substantiam valde sensilem, victus rationem vaporosam, flatu, vinum fumosum, & similia. Adde omnem epilepsiam per consensum à tenui substantia oriri, vt vaporibus bilis flauæ & porraceæ, eorundem agitatione & acrimonia, fumis odoratis, aëre, vel vento per nares concepto. Videtur ergo causa esse pituita tenuis, spumosa, bilis flaua, atra tenuior, aut eius ichor, vapor acris, odor ob cerebri exactiorem sensum. Neque etiam fit obstructione spirituum transirum impediendo. Oporteret enim vel motum in vniuersum prohiberi, vel minui, quantitate spirituum, qui transeunt, non sufficiente ad partes inferiores mouendas. Sed vehementior, quam antè, apparet concussio, & motus inæqualitas. Probabilius multò, cerebrum in seipsum contrahi, vt expellat, quod noxium est, sicuti in sternutatione, quæ veluti parua quædam epilepsia est, vt rectè dixit Auicenna. Sed in hac excutitur, quod est in anteriore parte materia subsistit, difficilius materiæ dissipatio, vnde pars affecta, & generationis locus intelligi possunt.

Cognoscimus à pituita fieri, si æger frequenter ex puere solet, si somnus longior, & profundior, si ingenium stupidius, ex victus ratione, excrementis, actionibus, colore, & similibus. Contraria sunt in biliosis. De ea, quæ per consensum fit, dicitur sequenti capite.

A dextra parte incipiens cum tinnitu aurium, clamore, stridore dentium, eiectione seminis, vehementi concussione: & quæ ab ineunte ætate consensit, aut hæreditaria est, grauissima, & quæ uix curari vnquam possit.

Contra, breuitas paroxysmi, accidentium paucitas, recordatio, verecundia, & si sine spuma fiat, facilè que rutæ, vel hyssopi, aut similibus odoratu recedat, hæc omnia morbi facilitatem indicant. Soluitur aliquando, mutata ætate, victus ratione, & superueniente quartana: in grauidis, edito foetu, mensium profuuiò.

In pueris, quos hic morbus frequentius corripit, nutrici imprimis prospiciendum. Vtatur nutrix incidente & attenuante victu, vt lac subtilius, & calidius efficiatur, vt nuper diximus. Fiant sacculi apponendi capiti è cypero, iride Florentina, capill. ven. Ex iisdem cum oleo anethino, rutaceo, irino, aut amaracino calidis inungatur caput, non abluatur. Sed prius detergentibus melle & aphronito cum tepida leniter eluatur, sicceatur.

Quæcunque potu iuuant epilepticos, facultatis sunt incidentis. Interim tamen quæ vires roborant non omittenda. Cruditas vitetur.

Conueniunt in maioribus natu, & à sanguine, clystma, sanguinis missio è cephalica, prouocatio hæmorrhoidum, mensium: in pituitosis, oxyme. scyll. syrup. de pomis comp. pil. ante cibum, syrupi concoquentes, purgato à pituita & cruditate ventriculo, prouocatio vomitus (licet Galenus contra Erasist. vomitionibus, interdicit, quia manifestè caput replent) repetita purgatio, pilule addito castoreo, theriaca, mythri. (nisi motus sit à calidis) opiatæ, diæta caput purgia cum succo sampuchi, pyrethro, zinzibere, radice pæoniæ, suffumigia, cauteria. Nocent Cassia, catholicon, radix, vel succus api, quo tamen Galenus vitur in consilio epileptico.

A tota proprietate valent, & huic affectui maximè accommodata sunt, scylla, enula campana, syrupus de pomis, pilulæ de euphorbio, pæoniæ radix & semen luna decrecente collectum, viscum quern. maximè verò eius radix, fefeli, coagululum leporis, cinis cuculi, cranium hominis, ossa humana nescientibus data potui (valent etiam in arthritide) cornu alces, aqua gallitrici, theriacalis, agar. trochisc. semen palmæ Christi, vngula asini, vesica apri, talus, suillus, cor talpæ, flos anagallidis rub. corallus, smaragdus, hyssopus, inquinatio oris è sanguine ægri, splen. equi, cerebrum cameli, & mustellæ, lapis pulli hyrundinis, oleum phil. de gagate. Non video tamen cur Gagatinum oleum epilepsiam tollat, cum scripserit Aretæus in principio capitis imperfecti de comitiali morbo. rerum graueolentium, vt Gagatis lapidis odoratum, homines nonnullos prosternere, & epilepsiam præcipites dare: nisi foetore suo iam accessione conflictatum, ægrum excitet:

excitet: vel (quod scribunt, rei Chymistica, professores) quia epilepticam materiam oleum istiusmodi attenuat, digerit, siccat. Ex Eponymo cap. de oleis è metall. lateribus succino & gagate. Balsamum, ol. de piperibus, de cucumere asinino naribus inditum, vitil.

Cæterum lapidem pulli hyrundinis sic comparabis. Dissectis ex prima fœtura hyrundinum pullis ante plenilunium, in ventriculis eorum lapillos duos inuenies, alterum versicolore, alterum vnicolore. Hos, priusquam terram contingant, in cerui aluta colligato. Brachio & collo gestati epilepticis medentur, attestante Dioscoride.

Pueros (apè vexat.) Pueris familiaris duabus de causis: vna, ob multitudinem humoris & vaporum, vnde etiam in illis somnus multus, & profundus, vt scribit Aristot. de somno & vigilia: altera, ob vermium putrescentium tetrum vaporem ad cerebrum ascendentem, aut eorundem viuorum, sed materiam commouentium. Auicenna scribit, ab epilepsia ferè tutos esse quibus in capite fiunt vlcera, apostemata, fluxus narium. Nutrici imperandus aquæ potus, vt etiam Aristot. præcepit, vel hydromel, victus attenuans, abstinentia à coitu, ne lac corrumpatur, aut eius materia alteretur, purgatio humoris peccantis, exercitium, elestaria, lac asinum, in quo cocta sint, vel infusa, quæ affectui conueniunt. Pueris verò puluis cum melle aut lacte, cauterium in posteriore parte capitis præsertim si sint obesos, puluis inspersus capiti Grandioribus, clysteres leuiter purgantes & attenuantes, syrupi, potio purgans, bolus. In vermibus, quæ necant vermes, vnguenta ex amaris admota non ori ventriculi, sed vmbilico. Mythridatium & theriacam, tanquam fortiora, Galenus vituperat loco superius citato.

Scapulis cum scarifica. Petrus Merenda scribit in comitiali morbo admodum vehementi, exiguo interuallo sæpius repetente, nec aliis remediis cedente, se quàm plurimos per admota collo propè scapulas, rubrificantia medicamenta, donec vesicæ excitarentur, breui temporis spatio ad pristinum tacenti curacione, ad integram sanitatem perducti fuerunt. Sed hoc faciendum esse post purgationem, nisi morbus vrgeat. Sed neque hæc, neque setones, neque cauteria conueniunt circa caput, nisi morbus cerebro sit essentialis, vt fiat diuersio à cerebro.

AD CAPVT XV. DE EPILEPSIA.

DVRETI ENARRATIO.

Epilepsia conuulsio est. Totius corporis, eaque periodica, nonnunquam etiam ty-

pica, cum mentis & sensuum offensione. *Causa.* Humor crassus & frigidus. Pituitosus aut melancholicus. *Officium.* Non vique quaque, facitque, vt loquitur Auicennas, oppilationem non completam, vel in ventriculis, vel in neruorum principio. Anteriores ventriculos dixit, propterea quod signa epilepsie prænuncia, in facie primum elucent.

Ventriculos cerebri. Totumque adeo cerebrum afficit.

Et veluti raptus totius corporis. Per sympathiam contracti cerebri: Nam vna signa cum cerebri contractione, vt *προυνία* contrahantur necesse est.

Contorta facies. Vcl potius vtraque parte contracta, vt in ristu canino. Nam si esset contorta, aut resolutione partis alterutrius, aut conuulsione accideret illa peruersio. Nam quale imperium est partis conuulsæ in sanam, tale & partis sanæ in resolutam.

Inuoluntaria seminis effusio. Et vrine & fecis excretio in epilepsia forti, per insignem musculorum transuersorum abdominis contractionem, & spumæ circa os copia.

Qua apoplexia proxima est. Parte obsessa & materiali causa. Differunt autem causa efficiens & forma: propterea quòd apoplexia priuationem habet perfectam influentis facultatis & spiritus animalis: Epilepsia verò deprauatum mo-

Dioscor. cap. 49 lib. 2.

Arist. sub finem libelli de somno & vigilia.

Epilepsia.

Causa.

Signa.

Epilepsia & causa efficiens & forma.

tum, qui fit contractione cerebri studentis excutere quod sibi molestum est.

Epilepsia puerorum. Quo tempore dentire incipiunt, i. secunda parte infantia, nonnunquam etiam prima: quibus, pueris funesta est, quia vim eius ferre nequeunt.

Puerilis morbus ab antiquo appellatur. Ab Hippocrate aphor. 4. sect. 1. lib. 6. epidem.

Interlunio, id est, silente luna, quod humidissimum est tempus totius mensis.

Qui concepti sunt fluentibus mensibus. Vnde seminis humor fecundus diluitur, & vitale principium penè extinguitur; præsertim si inde concepti pueri & nati non vindictam achoribus capitis & multo syalismo. lib. de carnibus.

Cum semen emittere incipiunt. Non quòd semen emittant, sed quòd Venerem agnoscere incipiant.

Puberum epilepsia. Desperata res est. Vt plurimum scilicet, per aphor. 7. lib. 5. propterea quòd cæteris ætatibus non sunt opportunitates coquendi, digerendi, & excludendi, vt in pubertate quæ omnium ætatum temperatissima est.

Epilepsia per consensum ventriculi & aliarum partium. Consensus stomachi. i. ventriculi & superioris orificij, exquisitissimo sensu præditi, per simplicem communicationem, & causæ morbificæ propagationem secundum neruum sextæ coniugationis, maxime in ijs, qui habitu & temperamento sunt microcholi.

Aut aliarum partium corporis. Vt lienis, mesenterij.

Spiritu virulento ex partibus inferioribus. Vt in mulieribus hyffericis à seminis corruptione.

Cæteris, etiam ab vlcere pedis, calcis, qui vapor virulentus sursum fertur secundum spinam ad caput, quò cum peruenit, epilepsiam facit.

Epilepsia prima causa. Sæpe etiam primarius affectus. Quòd scilicet causæ morbificæ generatio & eius impressio, primum fiat in cerebro à pituita vel melancholico humore, aut etiam cerebri oppressione à contusione & collisione caluarie in puerili ætate: Nam os incrementum prohibetur, & in pubertate per cerebri oppressionem, flantibus Austris, epilepsia venit.

Curatio. Quando vexat paroxysmus, i. Quando quis concidit loco lucido. Vt calor natus se in luce explicet.

Sublimiore capite. Vt spirituum facilius ducat.

Dentes quos sæpe constringunt. Per conuulsionem temporalium musculorum: vnde etiam imminet suffocatio: quoniam spiritus aditu, fuligo exitu prohibetur.

Illinenda sunt. Ad discutiendum paroxysmum vehementem & præsentem, vnde suffocationis & interitus metus impenderet.

Ruta vitæ Litus. Succiruta. Quæ ruta epilepticis manus adfert auxiliares, inexplicabili quadam facultate.

Palatum & lingua affricentur. Vel etiam hiera picra Galeni mellita. Illinatur etiam ceruix oleo spicæ, costino, vel castoreo cum oleo spicæ.

Quid mumia. Mumia, id est, reliquiarum myrrhæ, aloes & aromatum, quibus corpora conduntur.

Vomitus, si fieri potest, excietur. Præsertim si per consensum fiat ventriculi à bile irritati.

Alioqui perseverante paroxysmo. i. si his paroxysmus non cedat remediis, & contumacior sit.

Phlebotomia. Nec omittenda phlebotomia. Si epilepsia coniuncta sit cum plethora, cum hypochondriorum oppressione & obstructione.

Resciendum corpus. Cibis concoctu facilibus, meabilibus, & omnis alienæ qualitatis expertibus, minimè que sitiferis. Ad has enim quatuor notas, omnis ciborum delectus est reuocandus.

Cucurbitula. Cucurbitula in hypochondrijs. Sine scarificatione, ad reuulsionem inaspectabilem: tum etiam vt lienis sepulta vis excitetur ad succi melancholici attractionem, & expulsionem ad intestina.

Deinde scapulis cum scarificatione. Ad deriuationem causæ coniunctæ, & reuulsionem antecedentis.

Purgatio. Diebus interiectis iterum purgandi sunt. Quoniam, contraria sensim, adhibere oportet,

oportet, & interquiescere. Purgandi autem sunt cathartice, phlegmagogo, melæmagogo, hypochondriaco & cephalico.

Comparanda cucurbitula. Ex herbis cephalicis caryophyllis, nuce moschata.

Autumno, & Vere, non autem ætate & hyeme. Qui euuuchismum maxime probauerunt. Non ratione spermatis sed vsus veneris, propterea quòd labefactatur corpus immoderato rerum venerarum vsu. R. off. calu. hum. Vel sic:

R. rasuræ caluarie humane non vltæ, cornu cerui, eboris ana. 3. 2. seminis pæoniæ maris, radices eiusdem ana. 3. 1. salutaræ, hyssopi, rutæ siccæ ana. 3. 1. facchari rosati 3. 4. vel 3. 5. fiat puluis subtilissimus, vtendus in epulis à pastu & ante pastum.

Vita ratio nutrici instituenda. Iuscula dentur herbis medicatis faporata & condita, vt saluia, melissa & tantillo hyssopi.

Inungendum caput oleo. Magis mihi probantur folia betæ, si capiti admouean-

tur, & educantur ichores. *Cucurbitula.* Mihi magis puluisculi placent ex nigella romana; puluere betonicæ, saluaræ, melissoph. radices ireos, aspergantur, & quotidie bis excutiantur pecti-

ne, & noui admouentur. *Saluæ granum immittatur podici.* Vt sit alius libera, quæ solet esse astrictior pueris crassioribus, quando erumpunt dentes canini.

Epilepticis urina tenues. Et crudæ Epilepticis, i. epilepsie obnoxii qui subito concidere consueverunt atque conuelli, cum mentis & sensuum oblatione, per contractionem cerebri conantis excutero, quòd sibi molestum est.

Urina tenues & cruda. Ob labefactatam naturæ æconomiam vitio ventriculi bile obstiti, vel copia bilis effere natantis: vnde per simplicem communicationem, & per causæ morbificæ propagationem.

Præter morem. Sine fatierate, epilepsie paroxysmum denunciat, communicationem ventriculi cum cerebro, & per causæ morbificæ propagationem, idque cum alias, tum si quis dolor vel ad acromium per musculus rhomboïdem, qui obliqua linea fertur ad acromium ab occipite natus, recta linea ad octauam vertebram dorsi, vel ad ceruicem per musculus latum qui totam faciem, ceruicem & clauiculam vestit.

Aut conuulsio. Quia quæ sunt propinqua & communia, primum illa maxime que affici solent: aut etiam stupor occupet artus, aut turbulenta visa in somnis appareant, vt si quis se in barathrum deijci putet.

AD CAP. XV. DE EPILEPSIA.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

Inter symptomata terrificæ quibus non solum ægri, verum etiam ij qui præfidi adsunt, exterrcentur, præcipuum obtinet locum id quòd à subito casu & totius corporis correptione nomen habet, & epilepsia dicitur, nimirum ab *ἐπιπέσει*, i. Unde dicitur sit epilepsia.

à corripendo sursum, vt illud *ἐπι* morbi focum denoret. Et quia huius tanta vis est, idcirco morbus magnus appellatur, & Hercules: quòd ad eum euincendum viribus Hercules opus sit, aut etiam quòd eo quondam Hercules laborauerit. Comitialis, quòd eo die, quo quis in epilepsiam incidisset, comitia dirimerentur, vel quia qui erant epilepsie obnoxii, ea in comitiis frequenter corripiebantur, cum hominum penè innumerabilium conspectu perhorrescerent, valdeque commouerentur. Idem morbus ob suam magnitudinem sacer etiam dictus est, non autem quòd aliis morbis diuiniore sit (hoc enim diuiniore est febris tertiana.) Et quidem satis mirari non possum doctissimos nostræ ætatis Medicos, qui negant vllam epilepsiam fieri absque venenata qualitate. Quorum opinionem satis refellit puerorum epilepsia, & Galenus ipse qui comm. ad aphor. 45. lib. 2. scribit eandem esse epilepsie & apoplexie causam, non quidem venenatam qualitatem,

Epilepsia ab a- sed humorem frigidum & crassum. Differt tamen epilepsia ex eodem Galeni lo-
poplexia distin- co, quod apoplexia fiat ob priuationem absolutam potentie animalis ad nervos
ctio. influentis: Epilepsia verò ob deprauatum motum. Sed cum deprauati motus qua-
Deprauati motus tuor sint genera; conuulsio, tremor, palpitatio & concussio, in epilepsia tremor
quatuor genera. non est, nec palpitatio, neque etiam simplex concussio: sed eius loco fit conuul-
Epilepsia con- sio, quæ cernitur in contumacia explicationis partium earum quæ cum volun-
uulso est. tate mouebantur. Hæc enim, sine voluntate, principium versus in epilepsia con-
Epilepsia quid. trahuntur.

Epilepsia causa. Est ergo epilepsia periodica, & aliquando typica vniuersi corporis conuulsio, cum mentis & sensuum oblatione. Fit hæc non ab inanitione (hinc enim nunquam resurgerent) sed à repletione cerebri ipsius, vt à pituita in pueris per aphor. 45 lib. 2. ab humore melancholico in senibus ex eodem Hippocrate ad finem lib. 6. epidem. vbi ait melancholicos maximam partem fieri epilepticos. Et huiusmodi epilepsia per idiopathiam accidit, id est per propriam cerebri affectionem, siue in eo localem generationem habuerit, siue aliunde venerit. Fit verò nonnunquam per sympathiam epilepsia, idque vel simplici communicatione, vt à stomacho male affecto, in cuius contagionem trahitur cerebrum per nervum sextæ coniugationis, vel propagatione causæ morbificæ, vt bilis in ventriculo natantis in picrocholis *αἰθῆ*, vt maligni vaporis & auræ venenatæ, ex quilibet corporis parte ad caput ascendentis, vt in vlceribus malignis, & in hysterica mulierum suffocatione, ex suppresso & corrupto semine. Verum quomocunque contingat epilepsia, ea semper fit per collectionem & contractionem cerebri studentis excutere quod sibi molestum est. Quod etiam accidit in sternutamento. Sed in hoc reuera excutit cerebrum quod sibi molestum est: In epilepsia verò, etsi conatur, id tamen præstare nequit, & idcirco conuulsiuitur. Quamobrem non absque ratione ijs qui sternutant, benè precamur, cum sint in metu conuulsionis epilepticæ, nisi natura sit materiæ potens. Itaque in omni epilepsia cerebrum contrahitur, & vt ait Auicennæ interpres, quodammodo corrugatur, seque ipso breuius efficitur, & dum se contrahit, secum trahit omnia sua *περὶ κρούσῃ*, i. nervos omnes: vnde fit totius corporis conuulsio non proportionata materiæ, quoniam non omnes partes iustam & proportionatam suæ conuulsionis causam intra se continent, sed ex euentu conuulsiuntur. Epileptici autem paroxysmo defuncti, nulla parte corporis resoluti manent: quoniam in epilepsia omnium partium conuulsio est, quæ resolutioni toto genere est contraria. In hac enim relaxatio est, in illa verò tensio. Præterea in paralyti ingressus est multus & currens materiæ morbificæ in villorum substantiam: At in epilepsia, ingressus est substans. Periodica est conuulsio epileptica, ita vt tandem, naturæ beneficio, materia morbifica excutitur. Alioqui enim quilibet paroxysmus epilepticæ, calamitosa vi epilepticum interimeret. Periodus verò, auctore Galeno lib. de typis, est tempus intensiois & remissionis in morbis, quod fit in epilepsia, per motum, patredinem & *αὐτὸσπρόσωπ*, i. congeriem humoris morbifici aut vaporis maligni. Typica etiam esse potest ipsa epilepsia, vt ipsius intensiois & remissionis ordinem quandam habeat.

Quomodo fiat epilepsia. Epilepsia symptomata sunt & signa, casus, ob vtriusque cruris contractionem. (Nec enim epileptici sunt quos vulgus furibundos aut dementes huc & illuc excurrere dicit, quia sacro seu S. Ioannis morbo laborent) *ἀπρωσία* & *ἀδυσία*, vrinæ & fæcis inuoluntaria exclusio, per insignem collectionem transversorum abdominis musculorum. Quomodo etiam vrina exprimitur arte chirurgi, in suppressione vrinæ per *ἀδυσία* vesicæ ipsius. Nonnulli epileptici circa os spumam edunt, quia, cum omnes musculi respirationi inservientes, conuulsi, pulmoni ad dilatationem morem non gerant, hic aër in ergastulo conclusus afficitur & incaléscit, eoque calore materiam quæ est in bronchiis suis, in spinam vertit, per flatulétum spiritum fuliginosum sese in omnes materiæ ipsius partes aequaliter insinuat.

Spuma genera- tem. Et hæc spuma quò tenuior fuerit, eò quoque peior est iudicanda; estque
tiæ. symptoma non cuiuslibet, sed fortis dumtaxat epilepticæ. Epilepsia morbus puerilis appellatur, quod pueris valde sit familiaris, tum propter suscipientis causæ præparationem, tum propter vim efficientis. Huic obnoxij sunt qui fluentibus

Epilepsia typica. menstruis, aut iisdem appetentibus, concipiuntur, qui tempestate austrina nascuntur, quique flaccidi aut molles, nisi fortè achoribus capitis ab hac affectione vindicentur: Multi sunt in vtero matris epileptici, vt & multi in vtero lumbricos habent latos, vt annotauit Hippocrates 4. de morb. Sunt verò pueruli qui adhuc ex vtero rubentes, epilepsia conuelluntur: alij in bimatu. Sed hæc epilepsia illis est lethalis, quoniam ei ferendæ sunt impares, cum nervos habeant infirmos, & sopitum calorem, nec materiæ proportionem. Et ob has causas etiam serius epileptici concidunt, vt ab anno 4. ad 14. nonnulli ad 25. Intra quod tempus nisi pueri defungantur epilepsia naturæ beneficio & opera Medici, ea ferè ad extremum vitæ durat & his commoritur, vt scribit Hippocrates aphor. 7. lib. 5. propter naturæ effœtam vim, humorum contumaciam & meatuum angustiam. Suscipiunt autem aliqui in pubertate curationem, per mutationem ætatis, temporum, loci & diætæ, vt exponit Galenus ad aphor. 48. lib. 2. Sed quoniam in epilepsia duplex est curandi ratio, vna *θεραπευτικὴ*, altera *θεραπευτικὴ*, hac aduersus vim paroxysmi vitimur vt corrigatur, illa verò ad prohibendam materiæ epilepticæ generationem & collectionem quæ non nisi temporis tractu fieri potest, quamuis impressio ipsius morbi in temporis puncto indiuisibili efficiatur. In pueris epilepsiam arcebit medicus, si caueat vt exterreantur vt fulmine, clangore tubarum & aliis huiusmodi rebus, quemadmodum præcipit Galenus in consilio seu documento pro puero epileptico. Si nutriti hanc victus rationem præscribat, vt viuat abstemia, i. vinò abstineat. Non enim minus peccatur in comoda infantis si nutrit vinum bibat, quàm si ipse biberet. Abstineat etiam ipsa à Venere, cum huius vsu lac corrumpatur. Purgabitur nonnunquam eadem nutritrix, vt eius lacte purgetur puer. Nam si eo ipso de quo nutritrix medicamentum purgans sumpserit, puero lac exhibeat, hic quoque purgationis fructum percipiet. Proferunt etiam aduersus epilepsiam butyro illinere labia, & palatum puerorum atque papillas nutritricis, valent ad eam rem pyrotica, escharotica, ponè aures aut cauos capitis postico admota, quod Senenses omnium primam eo frequentissimè dicuntur esse experti, vnde expurgatur materia quæ epilepsiam erat commissura. In filia Brusqueti cum suppressus fuisset humor multus qui per achores è capite exudabat, illam epilepsiam incidit, totoque corpore conuulsa est per humoris *υπερσυστόν*. Nos capiti admouimus folia betæ calida, indeque exudauit humor ille morbificus, & symptomata omnia quiesuerunt. Cum adolescenti cuidam annorum 12. ex casu, os caluarie collapsum atque depressum per incuriam restitutum non fuisset, indeque cerebrum incremento prohiberetur, quia os ipsium quod vitium conceperat, non poterat augeri vt amplioris cerebri capax fieret, anno ætatis 18. epilepsia laborauit ob cerebri oppressionem: sed curationem recepit per ossis depressi terebrationem. Sic enim est sublata cerebri oppressio. In caluarie autem humana non video quæ vis esse possit ad oppugnandam epilepsiam: & tamen ea omnes vtuntur, maris quidem, si mas labore, fœminæ, si fœmina, & ipsam caluariam tandiu adurant, quousque albescat. Ego verò malim vti non aduult: quoniam in perusta nullus superest humor primigenius nullumque vitale principium. Sunt etiam qui putent ad epilepsiam plurimum valere vngulam posterioris pedis alces; quod animal est magnum, & epilepsia valde obnoxium, qua cum correptum est, ferunt ipsam vngulam illam capiti admouere, tanquam inde mali leuationem perciperentur, ideoque dicunt vngulam eandem certissimum esse epilepsia in hominibus remedium, si naribus olfacienda admoueatur, aut è collo suspendatur, sed huius rei exemplum desidero: Nam vidi mulierem illustrem epilepticam, quæ non vngulam modò, sed & integrum alces pedem continenter olfaciebat, nec tamen vllò modo leuabatur. Hellebori vsus non est in epilepsia metuendus, inquit auctor pag. 2. folij 53. si prius adhibuerimus leuiora remedia. Sed notandum est non tantam fuisse hellebori solitudinem apud veteres quanta nunc est: quoniam non intellexerunt multi qua ratione illud exhiberent. Permagni enim interest scire quibus, quando, & quomodo helleborum exhibeatur: album autem semper intelligo ex Galen. comment. ad Aphor. 1. li. 5. Hunc nunquã exhibuit Hippocrates in febribus, vt nec aliud quoduis medicamentum purgans, nisi fortè multum turgeret materia, vt patet eo loco libri de fractu. Vbi agit de fractura calcis, & ex lib. de veratri vsu ad De-

Multi in vtero matris epileptici.
Epilepsia puerilis lethalis.
Epilepsia lethalis.
Curanda epilepsia duplex ratio.
Ratio arcenda epilepsia in pueris.
Butyri vsus. Historia.
Historia.
Historia.
Caluarie humana vsus ad epilepsiam.
Vngula pedis alces.
Historia.
Hellebori vsus legitimus.
Hellebori vsus.

mocritum. Exhibendum præcepit ad melancholiam, insaniam, nephritidem, ischiadem, epilepsiam, & alios contumaces morbos; idque in iuuenibus tantum, non autem in senibus, ob siccitatem partium solidiorum, nec puris etiam, conuulsionis metu, vere & autumnis, non autem aliis temporibus: Sed antequam helleboro purgaret, materiam purgandam oxymelite præparabat, corpus verò ipsum copioso cibo & quiete: utroque enim humectari debet, quorum neutrum absque altero prodesse potest. Præparabat etiam ipsum helleborum hoc pacto. Configebat fibras hellebori albi radiculis raphani. Has detracto helleboro macerabat in oxymelite, quod sine offensione exhibebat ad scrup. j. vel ij. Cæterum in helleboro ea vis est purgandi, ut statim atque sumptum est, humorem qui in vitio est, toto corpore per vomitionem excludat.

Corporis præparatio ante usum hellebori.
Hellebori præparatio.

Idiopathiæ modi.

Metaptosis.

Metaptosis duplex.
Diadoche.
Metastasis.

Pœonia maris radix.

Amuleta.
Historiæ.

Gal. comment. ad aphor. 45. lib. 5.

Gal. cap 5 li. 3. de loc. mal. aff. f. 8.

Paul. Agin. ca. 13. lib. 3. Epilepsia curatio.

Iam ante annotauimus epilepsiam fieri duobus modis, per *ιδιωματικόν* cerebri & per sympathiam, & tamen nihil necesse fuit de ea seorsim agere, quæ per sympathiam accidit, ut fecit auctor, cum prius, utraque satis explicata fuerit. Omnis morbus fit per *ιδιωματικόν* vel per *συμπαθητικόν*: idiopathia quoque duobus modis, vel per protopathiam, id est, primigeniam partis suscipientem affectionem; vel per *παρεργατικόν*, i. secundariam affectionem, quam affert *μεταστασις*, i. translatio vel mutatio morbi ab vna parte in aliam, relicto priore foco, ut quando lumborum dolores transferuntur ad diaphragma. Et hæc metaptosis duplex est, vna critica quæ fit commodo ægri, ut cum materia migrat intus foras, supernè deorsum. à parte nobili ad ignobilem & *δυσχερῆς* dicitur, altera symptomatica quæ *μεταστασις* dicitur & semper fit in malam partem. Et hæc usurpatur apud Hippocratem vnico tantum loco aphor. 7. lib. 5. Sympathia est quando pars vna vel plures trahuntur in contagionem partis iam affectæ, manente foco priore: Et hæc duobus modis accidit, per simplicem communicationem, generis similitudine, operis societate & vasorum communione: & per *παρεργασίαν*, i. propagationem causæ morbificæ, quæ semper mala est. De his vide quæ dicta sunt in cap. 1. de dolore capitis.

Pœoniæ maris radix, è collo appensa, commendatur à Galeno aduersus epilepsiam: quoniam partium tenuitate & odore, per suam anachymiasim, discutit materiam venenatam, quæ epilepsiam facit. Ergo non inter amuleta, sed inter alexiteria epilepsie numeranda est ipsa pœonia. Iaspis autem viridis, corallus & alia huiusmodi, sunt amuleta, & ideo reicienda nisi quis velit desipientiæ accusari, quemadmodum de Pericle scribit Plutarchus in eius vita circa finem.

ANT. VALETII EXERC. XV.

Epilepsia morbus est quodammodo apoplexiæ proximus, cum idem locus in utroque pariat, & idem humor in causa sit. Verum apoplexia bb omnimodam carentiam illius, quæ ad nervos defluit potentiæ, epilepsia propter motum vitiosum generatur. In hac enim cerebrum (si primarius sit, & per cerebri essentiam affectus) materiam suam vel crassitic medium & postremum cerebri ventriculos obstruentem, vel maligna qualitate obledentem, excutere nititur, unde omnium sensuum & facultatum animalium offensio, saltuoforum motuum atque conuulsionis corporis totius consequutio affertur.

Epilepsia alias grauior, interdum mitior, in qua stertor dentium stridor, partium faciei peruersio, corporis totius iactatio vehemens, spuma multa, seminis effusio, & in ipso casu acclamatio, ea grauis admodum censetur, & fere incurabilis. Statim enim iugulat & accessionum continuatione, & symptomatum vehementia. Vbi vero, vel multa, vel plurima ex signis commemoratis absunt, leuior existimanda.

In curatione duo tempora maxime obseruanda, paroxysmi vnum, intermissionis alterum. In priori videndum, ut quam citissimè paroxysmus soluatur, quod fiet, si corpus primum colligatur, membra extendantur, iniiciantur primum, vincula dolorifica in articulis brachij, & crurum, theriaca, mithridat confectio

hieræ simpl. sinap. in os indantur, in aures & nares oleum rosinarum, aut anisi, aut saluæ arte chymica factum immittatur, eodem suturæ coronalis & lambdoides inungantur. Huc pertinebunt & artuum frictions, ut in apoplexia, & clysteres, cum in ipsa accessione, tum extra accessionem iniiciendi. Qualis hic est.

R. rad. fenic. ireos, pæon. ana ʒ. 2. ruta absint. salu. beton. hyssop. maioran. ana M. ʒ. flor. stœchad. vtriusque ʒ. beton. ana p. i. f. decoct. ʒ. col. ad ʒ. 2. In qua dissolue confect. hier. ʒ. diaphœnic. an. ʒ. ʒ. sacchar. rub. ʒ. i. vel ʒ. 10. ol. chama. ʒ. rut. ana ʒ. i. ʒ. sal. gemm. ʒ. 2. f. clyster.

In intermissionis tempore prouidendum, ne repetat paroxysmus. Id commodissime fiat victu calfaciente & exsiccante, purgantibus medicamentis, sed apparatus prius cum syrup. accommodatis & cephalicis aquis materia, vel hoc apozemate.

R. rad. scyl. præparat. angelica, enul. camp. pæon. mar. aror. rad. ireos Florent. an. ʒ. i. polypod. quern. sem. cartham. passul. mund. glycyrr. ras. ana ʒ. 6. beton. hyssop. thym. chamædr. chamæpit. v. sci querni, melissophyl. an. M. i. semin. selesco, pæon. marin. an. vnc. ʒ. semin. anis fenic. an. ʒ. 2. flor. anthos, genis. cardiacor. ana p. i. ʒ. salu. maioran. an. M. ʒ. f. decoct. ad ʒ. i. In colatur. dissol. syrup. de hyssop. de bican. tiis, ʒ. oximelitis simpl. ana ʒ. i. f. apoz. clar. condium cinnamom. ut dec. pro dosibus ʒ.

Ex huiusmodi decocto licebit syrupum solutiuum, magistrale vulgo dictum, conficere. Ut si in quartar. ʒ. colaturæ superioris infundantur turpethi bene gummo. ʒ. ʒ. cum tantillo zinzib. folic. sen. mundator. ʒ. 2. agar ʒ. i. cinnam. parum, & expressione post leuisculam ebullitionem facta, addantur syr. laxa. ros pal. ʒ. 2. sacch. q. s. Huius syrup. ʒ. i. ʒ. vel ʒ. 2. dabuntur bis in mense cum atque bugloss. vel beton. quæ dosis aluum si feignis moueret, diaphœnic. ʒ. 2. addi possent. Sed & post instituti apozem. vsum sic purgabitur.

R. rad. ʒ. sem. pæon. mar. sem. fœ. r. ar. ʒ. 2. fol. hyss. beton. capill. ven. an. M. i. flor. cardia p. i. f. dec. ad dos. In colatura infund. agar. troch. ʒ. 4. fol. fern. mund. ʒ. 2. cinnam. parum. In expressione diss. hier. simpl. ʒ. 2. syr. capil. ven. ʒ. ʒ. f. potio.

A purgatione si missione sanguinis opus videatur, secabitur malleoli vena, & ex libro Galeni De cur. rat. per sangu. missi. præcepit Auctor. Mox vero robur capiti conciliandum est sumptis & admotis. Sumuntur electar. conferu. opiat. condita, quæ non modo vires reficiant, sed etiam morbi causam oppugnent. Ut

R. conferu. bugloss. borrag. anthos ana ʒ. i. ʒ. conf. et. alkerm. ʒ. 2. electar. lat. Gal. ʒ. do gem. ana ʒ. ʒ. pul. rad. pæon. Arist. loch. ana ʒ. i. rasur. ebor. corn. ceru. corall. ana ʒ. 2. cum syr. de hyssop. f. opiat.

Hanc dicebat Siluius sibi omnium ad epilepticos confectio in instar esse. Dabat ad nubes auellanæ magnitudinem mane, aut vesperi dormituro. Huius loco hæc tabellæ vsui erunt. R. myrrh. elect. corall. rub. rasur. corn. ceru. & ebor. ana ʒ. ʒ. sem. pæon. mar. visc. quern. cran. hum. interioris ana ʒ. i. cum sacchar. In aqu. bugloss. dissol. f. tabell. pond. ʒ. 2. Æger c. vnam manè, aut sero.

Interim erchina & apoplegmatismata ad pituitæ deriuationem, sacculi, suffitus, lixiua, litus ex oleis conuenientibus ad confirmationem capitis conferent.

His omnibus ex arte administratis si persistiterit affectus, opportunum erit guaiacis decoctum, vel rad. Cynaræ, vel sals. Parillæ (addit. rad. pæon. angelica, & al. cephalicis) bis in die, mane & vesperi dare, quod præterquam, quod incidit, tenuat, exsiccat, malignam quoque qualitatem, quæ sic suspitione non caret, abigit. Dein iteranda purgatio. Postremo his si remediis æger non leuetur, ad cauteria confugiendum carneæ brachij parti, vel extremo occipiti, vel post aures adiuuenda, aperto diu vlcere, recidiaz metu.

Cæterum, si infans fuerit qui ægrotat, quanquam nihil molendum videatur, quod atate ad biliosorem siccioremque statum transunte, & victu moderatiore adhibito, sua plerumque sponte morbus euanescat, proderit tamen puero certam vitæ legem nutrici præscripsisse, vini & veneris vsuram subduxisse, imò & cathar-

Paul. Agin. c. 3. ticum exhibere. Quinstiam puero aliquid syrup. laxat. ros. pallid. c um pulte pe- terit exhiberi. Mox infantuli caput hoc inungetur linimento.

R. ol. irini & aneth. ana ℥. ss. radic. acor. fol. absinth. & rut. puluerat. ana ℥. ss. con cera pauca f. linim.

Nec committenda sunt τὸ φυσικὸν & βοτάνηματα, quæ appellant, amuleta, diligenter ab au & ore è veterum monimentis petita. Hinc nodulum Siluius præscribebat, cuius vaporem demissi, in sinum maribus epilepsix obnoxius inspiraret.

R. sem. paon. & radic. visc. quer. corall. rub. ana ℥. 2. f. nodul. aut saccul. collo gestandus, &c.



HOLLERIVS.

De epilepsia per consensum à stomacho.

CAP. XVI.

1 Ad vitium dnm cursum, & prohibendam generationem.

2 Si non detur secandi venam oesofa.

3 Cum cephalicis, tum stomachicis.

4 Huc quoque spectant cataplasia ex rheo & aloë confecta.

5 Ut materia morbifica generatio prohibeatur, tollaturque collectio.

6 Quibus late sunt vena.

7 Ut oxymel. simplex & scylliticum.

8 Ex hiera v. traque.

9 Ut aditu ad cerebrum prohibeatur spiritus ille venenosus.

10 Unde tollitur aura venenata.

11 Pilulis iam præscriptis.

12 Et si hysterica sit mulier, hysterica erunt præscribenda remedia.

SANGVIS è i poplite, vel malleolo trahatur, aut eodem 2 loco fiat scarificatio: sæpè repetita purgatio ex his 3 pilulis.

℞. pul. hieræ picræ ℥. 2. agar. trochif. rhe. electi ana ℥. i. mastichis, santal. citrini, macis, ros. ana Gra. 6. cum succo citri fiant pilulæ: 4 aut idem puluis incorporetur in ℥. ss. catholici, vt fiat bolus.

Aut omnia dissoluantur in sero caprino, vel decocto cicerum rubrorum. Inungatur stomachus cum olei mastich. ℥. i. coralli rubri, & pul. rad. pœoniæ ana ℥. 2. Corallus, radix pœoniæ, Iaspis viridis, è collo suspendantur, vt contingat stomachum.

Cæterum materiæ morbi habenda 5 ratio est.

Quibusdam enim 6 gracilibus & iracundis in ieiunio influit in stomachum admodum sensilem sanies biliosa. Quibus panis per se, si non sitiunt, alioqui ex vino albo tenui, diluto, austeriusculo, aut vino granatorum remedio est.

Aliquando crapula in causa est. Nonnunquam humor crassus, & frigidus. His supraddicti syrupi 7 incidentes conueniunt, eadem quoque 8 purgatio, & vomitus. Quodd si ex spiritu venenoso, qui ex parte aliqua in caput attollitur, præliganda 9 pars est, Cucurbitula affigenda loco.

Locus 10 theriaca, mythridatio, contrita anagallide ruffa induendus est: vicinia in vesicam attollenda ex sinapi, pipere euphorbio, incorporatis theriaca, vel melle anacardino.

Quodd si locus præligari non potest, vt matrix, renes, cucurbitulis vtendum erit cum scarificatione. Postea purgandum 11 est, si fuerit opus: & emplastra, vt priùs, ad regionem partis 12 apponenda.

Epilepsia aliquando fit in cerebro tantum, sine vlla partium subiectarum concussione, sed folius capitis. Quod rarum est, à me tamen annotatum & obseruatum in sacerdote quodam annos 30. nato. Illud Medicis visum est contingere maligna aliqua materiâ in dextro ventriculo contenta, præfertim cum in dextram partem caderet. Sæpissime fit per consensum, tum ob causas superius dictas, tum propter auram ex aliqua parte ad cerebrum sublatam. Florentis ætatis nobili Scoto, Iacobo de Flamin. pilo rufo, è fura dextra, veluti gutta crampa (vt vulgo appellant) incipiebat: inde totius corporis concussio cum spuma. Soluebatur vomitionibus biliosis, eoque affectu corripiebatur, declinante luna ad interlunium. Monacho De Chantecler Parisiensis, annorum 30. corpore nigro & piloso, è tumultu exiliebat, qui vbi ad sinistram mammam peruenerat, modò pronus, modò supinus concidebat sine sensu & motu. Postea confricatis aceto temporibus, oculos aperiebat, manu locum dolentem ostendens, & non loquens. Liberatus paroxysmo noctem consequentem insomnem ducebat. Carnotensi adolescente è minimo digito sinistro ad regionem cordis peruenebat: vnde palpitiatio. Hinc ad caput, vnde casus. Aurâ ascendente manus conuellebatur. Alteri Scoto annorum 20. incipiebat à tremore dextri brachij, ad mammam progrediendo: vnde annorum 20. incipiebat à tremore dextri brachij, ad mammam progrediendo: vnde sentiens quoque deglutiebat. Multis fit primùm tremor & conuulsio brachij, deinde capitis concussio. Anno 1555. Martij 8. die, in adolescente Picardo annos nato 15, à torpore manus dextræ initio accepto, contrahebantur tres primi digiti: index vi extendebatur. Ita cadebat obtorto obliquè brachio, & corpore inflexo. In alia, ab articulo humeri mali initium: deinde tremor totius brachij: ex quo adstrictio dentium & casus. Multis à crapula, aliis à venere, aliquando à tumoribus commouentur conuulsiones epilepticæ. Sæpissime ab vtero, vel ob impregnationem, vel retentionem aut corruptionem spermatis, vel secundinæ. Ab inedia etiam huic morbo inimicissima, vt quæ inter ea, quæ caput replent excellat: vt inde quoque brachia, manûsque vehementem tensionem sentiant, & imbecillior stomachus grauitèr offendatur, vt scribit Galenus.

Varia est horum omnium curatio: Ligatio supra locum, sanguinis missio è vena proxima, cauterium, vel vesicatorium in parte affecta, ita vt vulnus diu relinquatur apertum, oxyrhodinum capiti affusum, frictions in paroxysmo, fumigia, succus rutæ vel trifolij naribus impositus, vel, vt vult Apuleius, succus anagallidis rubri. cum melle, vel ireos, vomitiones ventriculo pleno (alioqui noxiæ, vt Gal. docet) sternutatoria post purgationem: in ieiuniis, vel ira, melicratum, vel mica panis vino intincta: in ventriculo affecto, leuia medicamenta (nam à fortioribus semper læditur) pilulæ, opiatæ, pulueres à pastu, emplastra, sacculi, tryphera persica in vteri affectibus, pessaria,eductio eius, quod retinetur, corroboratio vteri: in grauidis, emplastrum pro matrice, vinctio, sacculus, &c.

Agarici] Non ita magna vis purgandi inest agarico, nisi in magna dosi. Huic affectui mirum in modum conuenit. Ventriculo tamen infirmo, colicis doloribus opportunis, auiscabundis initio morborum phlegmaticorum non exhibendus. Propterea Auicenna in quartanæ phlegmaticæ curatione, gradatim peruenit ad agaricum, cui suffragatur experientia.

IN CAPVT XVI. DE EPILEPSIA
per consensum à stomacho.

DV RETI ENARRATIO.

Sanguis à polite. Hoc remedij genus nihil opis adfert ad curationem epilepsie quæ sit per consensum à stomacho. Hoc autem caput est appendix superioris, & quæ in eo traduntur omnia iam ante sunt exposita.

ANTON. VALETII EXERC. XVI.

Epilepsia ex consensu ventr. curatio.

Epilepsiam esse per consensum à ventriculo, mordicatio, nausea, cibi inordinati appetentia, ostendunt. Eius curatio traditur à Galeno cap. 5. lib. 5. de loc. mal. affect. cum historiam de Grammatico recitat. Humor vitiosus, qui ventriculo continetur hac potione excluditur.

℞. hiera simpl. & diaphœn. ana ʒ 2. syrup. de absinth. vel menth. ʒ. i. vel ʒ. 6. aquar. beton. & hyss. ana ʒ. i. ʒ. f. potio.

Vel si vomitus satis esse videatur, concitabitur, ex penna oleo illita & œsophagus immissa, vel vomitorio: subinde etiam idem ventriculus repurgandus. Roborabitur assumptis, electar. aromatic. of. diarhod. triafanralo, admotis, vt litu ex ol. nucis moschatæ, massic. cydon. &c. Quod si sit epilepsia è venenata aura ad cerebrum conscendente, fortis supra transmittentem partem ligatura, eaq̃ue altior paulo, ad vaporis ascensum inhibendum, conuenit, & lepidium emplastri modo parti adhibitum, quo virus exhalare commodè queat. At si caput iam obfessum sit, emplastra ex alto trahentia, aut ruptoria, ad coronalem futuram admo- uenda. Interim cardiaca, tum sumpta, tum applicita iuuabunt.

Epilepsia venenosi vaporis ad cerebrum ascensu curatio.



HOLLERIVS.

De Melancholia. CAP. XVII.

1 Quæ delirium est febris exerts sum marore & metu sine causa manifesta coniuuatum.

2 Euo temperamento immutati.

3 Non p̃ uitam.

Sanguis enim materia est humoris melancholici, tunc venenata qualitate aff. ʒ.

4 Humor è sanguine soboles per adustionem.

5 Quorum suffusio facit esse ex naturali visio æconomia.

6 Per synathresinam seu collectionem.

7 Per generationem.

8 Ex melancholici humoris in hypochondrii synathresimo. Et ac verò melancholia rufus & flatus cum dispœsia habet conuulsos.

9 Quilibet Galeno tribuitur.

MELANCHOLIA nonnunquam vitio cerebri 2 & capitis, quod cum calidus sit, sanguinem 3 adurit, atque eo adusto fumi melancholici animum exagitant. Eiusmodi enim facie ferè sunt admodum rubente, rubore quidem saturato, & tandem liuescente. Quibus etiam aliquando adnascantur 4 pustulæ. Deinde etiam, qui flauo sunt 5 colore, quibus caput calidius, bilem adurit.

Alij verò 6 vitio lienis, aut 7 hepatis, melancholicum sanguinem toto corpore 8 colligunt.

Tertium genus melancholiæ est, quæ hypochondriaca dicitur. Horum omnium signa & phantasmata ex libello de melancholia Aëtij transstat: quædam etiam Aurelianus annotauit in Chronicis.

Itaque initio mali repellentibus vtendum est, oxyrhodino, aut mixta materia media, vt chamæmelino, & quæ de Soda dicta sunt: multò magis, si non intemperies sola adsit, sed & aliqua obstructionis suspicio comitatur. 11 Phlebotomiam omnes ferè imperant, atque in primo genere 12 cephalicam: in 13 secundo ac 14 tertio mediam præferunt.

11 Ad declinationem causam antecedentis, a motionem conuulsam, temperamenti restitutum. & superstiti materia præparationem.

12 Melancholia scilicet que localem habet in cerebro generatio- nem.

13 Melancholia in corpore & hypochondriaca.

14 Medianam vulgò dicitur, que aqua vacuatur à capite, ac è toto corpore, ad generationem prohibendam & corrigendâ symptomata.

15 Vt sint mentales & fiat humor rufus. ʒ. qui erat asipogros.

16 Traherit medianam, aut basilicam peruridere.

17 Vt exitum habeat crassior sanguis.

18 Et ac ad generationem melancholici humoris prohibendâ pertinent. Cum hac verò villus ratione, lacta, asinum rufum (si minus obtinuerit hypochondriaci) nrisec confert.

Item balneum aqua dulcis egelida, distillatum syrupi violæ, eiusdem vere nouo.

19 Neque imbecillis, neque fortis. Dicuntur autem media, que sunt succi sui attributa: vt p. proserpina.

20 Quod obstructiones pariat.

21 Id in omni melancholia genere.

22 Vt celi violæ.

Hippocrates in libello de virginibus scripsit virginem interim fieri melancholicas, resistente menstrua purgatione: idque multo magis, si vruntur amoribus. Idem quoque viduis accidere consuevit, dum curis & mœrore animum conficiunt. In his enim ex vehementi animi motu cerebrum laborat, atque ideo infirmatur. Re- fluit ab vtero ad cor sanguis vitiosus, atque ita animam corrumpit. His vena malleoli 15 aperienda est, aut idem locus per interualla, repetita scarificatione vulnerandus. Probatur etiam vena 16 quæ inter annularem & minimum vel mediam annularem digitum excurrit. Perseuerante malo vena in fronte diuiditur. Oportet autem latum 17 vulnus inferre venæ, & si quidem sanguis crassus est, semel ac plurimum detrahere: si minus crassus fluat, depletis vncijs duabus, abstinendum.

18 Alimenta è media 19 materia instituenda sunt. Panis triticus bene coctus: vinum album, tenue, odoriferum. Omnino cruditas 20 vitanda est, & potus sine 21 cibo, vel in fine pastus.

Clysteribus per interualla vtendum est: primum quidem leuioribus, qualis hic est.

℞ Furfurum hordei M. i. summitatum anethi, chama mel. meliloti an. M. ʒ. sem. rutæ, & fœnic. ana ʒ. 2. Fiat decoctio ad lb. i. In colatura dissolue mellis anthosati, sacchari rubri an. ʒ. ʒ. ol. 22 ʒ. 3. Postea verò decoctioni adiciemus polypodij ʒ. i. atque aliquando diuolaemus cassiæ, 23 aut cathol. ʒ. 6. aut hieræ 24 picræ vnc. ʒ. vel diaphœnici, vel diaprani tantundem. Ex quo materia 25 purganda est. Sed præparanda prius leuioribus 26 quidem remedijs, quæ in epilepsia diximus, & capite de Incubo: cum his etiam.

℞. succi borrag. succi buglossi, depuratorum ana lb. ij. succi pomorum odoriferorum (curtipendula vocant) lb. ij. foliculorum sennæ ʒ. iij. sem. anisi & fœniculi an. ʒ. ij. Senna distemperetur diem integrum in succis: deinde leuiter bulliat, & cum sacchari lb. j. ʒ. fiat syrupus clarificatus, & aromatizatus. Dosis ʒ. ij. 27 cum aqua buglossi, borraginis, lupulorum, famariæ, cuscutæ, aut sero lactis. Melancholia leuiter, & per interualla purgari debet. Itaque foliculorum sennæ 28 ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. in iusculo galli decrepiti, gallinæ, pulli, aut alterius carnis, decoquimus. Deinde sorbetur iusculum. Alioqui foliorum sennæ ʒ. ʒ. sem. 29 anisi, cinamom. an. ʒ. ʒ. florum anthos & borraginis, florum violarum an. P. i. fiat infusio,

20 Quod obstructiones pariat.

21 Id in omni melancholia genere.

22 Vt celi violæ.

23 Vt decoctio polypodij, lupul. selop borrag. radicularum aperientium, cum syrupo capill. ven. de bisantia.

24 Vt celi violæ.

Itaque

30 *Ut Rec. cass. recens extracta. Vnc. β. f. bolus. Detur, & super bibet diluunt Drach. iij. foliorum sennæ in decocto prunorum damascenorum infusorum, & ebulitorum.* vel decoctio in fero caprino. Aliquando semiunciam 30 cassiæ, aut chatolici adiciamus. Galenus & reliqui Medici probant purgationem ex pul. hieræ pict. ʒ. j. pul. epithymi ʒ. ij. Sed hæc purgatio æstate non convenit, potiusque utendum erit cassiæ, aut cath. dissol. in fero lactis. Vbi cholera & pituita salsa exuperarit, confectio hamech. ad ʒ. i. vtiliter præscribetur. Decoctum, in quo medicamenta dissoluantur, hoc modo melius fit.

31 *Ut trypheram persicam, si sit contumacior humor. Vel infunde in d. colto conuementi, aut caprino sero, folior. sennæ Drac. i. β. dissolue catholiceum cum dupla sennæ & rheo.* ʒ. iij. summatum absynthij & fumarie an. P. j. trium florum cordialium an. P. β. Fiat decoctio, aut infusio supra calidos cineres. In col. expressa dissolue ʒi medicamenta.

Vbi vigilie vigent, potius hoc imperare licet. ʒ. iij. triphera Persica ʒ. β. specierum hieræ pict. Galen. ʒ. vj. epith. pul. foliorum sennæ ana ʒ. iij. cum modico sacchari violati fiat mixtura. Dosis ad ʒ. β. dissolutam in fero caprino. Ad somnum verò conciliandum sequentia imperabis.

32 *Rhaz. s. lib. 5. Continētis, & li 9 ad Aliman forem.* ʒ. i. chama mel anethi, violar. ana. M. i. flor. alb. nympha, calic. papau. ana M. i. folior. salicis, vitis, malu. ana p. j. f. decoctio, qua abluantur manus, pedes, &c.

33 *Confectio alkermes cum sexupla borraginis conferua sit tibi omnia instar conditi. Ut Rec. conf. s. a kermes Vnc. β. confer. borrag. Vnc. iij.* Ex philonio ad lenticulæ magnitudinem, scaphuræ pauculo & albumine oui fit elychnium in nares immittendum ad somnum. Pulueres quoque subinde imperandi sunt, & condita, vt,

ʒ. i. pul. elect. latificantis ʒ. iij. sacchari rosati, & violati ana ʒ. β. dentur ʒ. iij. in cochleari cum modico vino albo odorifero. Aliud.

ʒ. i. elect. latificantis ʒ. 2 & diamargarit. ana ʒ. ij. se. citri, melonum, cucumeris, citralorum ana ʒ. β. sacch. rosati, quod sufficit, fiat mixtura: aut, si vis, incorporentur in conf. borraginis, buglossi, ros. an. ʒ. β. Fiat conditum. Pleresarchontica sero & mane cum vino,

34 *Hæc scarificatio inuulsi & enolefa.* ʒ. i. confectio alkermes, diamargarit. calid. Thonica, aromaticum Galeni, è citro, diagalanga, diacuminum (præsertim in hypocondriaca) dianthos, electarium de gemmis, è moscho, cum aqua bugloss. & vino odoro proderant.

35 *Recta frontis, aut vena pupillæ, qua in occipitio est.* Balnea temperata per interualla conueniunt.

36 *Hæc potissimum locum habent in melancholia, que locum habet in cerebro generatiuam.* Cucurbitulæ leues in hypocondriis, quæ discutiant flatus: atque vbi dolor est, cum ʒ. i. scarificatione. Vbi verò pertinax morbus est, secandæ ʒ. i. venæ capitis ʒ. 6 & sanguifuge affigenda. Aperiendæ infernæ ʒ. i. purgationes, vis pharmacorum augenda ʒ. i. est, imperandæque hiera diacol. quæ epithimum, aut sennæ puluerem, deinde etiam quæ helleborum recipiat.

37 *Ut hamyphoidum, menstruum, si sup. p. issa sit.* Helleborifinis ʒ. 9 quoque utendum est. Nec enim frustra dictum est ab antiquis indigere helleboro, qui mente non ita constarent. Itaque sic imperabis.

38 *Ut aequali medicaminum excessu contra vius naturæ excessus abigatur.* ʒ. i. pul. hieræ diacol. ʒ. iij. pul. epithymi, & foliorum sennæ ana ʒ. 2. Excipiantur modico melle. Deinde in sero caprino dissoluantur. Fiat potus.

39 *Purgat. mib. ex helleboro albo, aut nigro.* ʒ. i. ramentorum 40 helleb. ʒ. j. Fiat infusio per tres dies in aquæ pluuialis ʒ. 4. deinde lento igne decoque ad tertias. Col. addantur mellis

40 *Albi quidem si pugnandus sit cum spiritio mate: nigri si cum ynacroso.*

mellis optimi despumati ʒ. ij. Huius mellis cochleari puluerem hieræ diacol. miscebimus. Reliquum mel seruabimus, & per interualla cochleare dabimus, dissolutum in pingui iusculo, vt incitetur 41 vomitus. Alius helleborifinis.

Raphanus acerrimus in taleolas diuidatur. Ramentorum hellebori ʒ. iij. Taleolæ configuntur: transfixas sub dio per noctem collocabis. Postridie ramenta detrahes, & ita diligenter, vt nihil remaneat hellebori. Ex quo taleolas in oxymelite tribus horis macerabis: maceratas comedes, & oxymel superbibes.

Post horas aliquot vomitum ciebis. Quod si venter flatuosus est, fouebis oleo, in quo rutæ, anethi, dauci, cumini, & similium semina coxerint. Eadem semina in puluerem redacta, adiecto piperis & cina. momento, melle anthosato excipies, & ita exhibis.

Dropax 42 calidus proximè descriptus breuibus interuallis ventriculo affigetur, & toti metaphreno.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Melancholia differt à phrenitide, quia sine febre est, à mania, & furore, quia cum metu & tristitia. Fitque vel ab intemperie frigida & sicca, & humore melancholico eiusdem temperiei, siue cerebro primario affecto, siue à toto corpore, siue ab hypocondriis. Quæ postrema flatuosa magis est. Arque hæc est vulgaris omnium ferè sententia. Quæ tamen ita accipienda nobis haud quaquam videtur, quasi nulla melancholia cum febre sit, aut ab intemperie frigida semper oriatur. Experientia enim constat in febre hominem melancholicum sæpe reddi, aut post febrem, vel alium morbum. Dico timidum, tristem, sine furore, multa falsa, ridicula, & ab omni ratione aliena animo mouentem, læsa imaginatrice, & ratio cinatrice facultate. Quæ propria sunt melancholiæ symptomata, neque phrenitidi vera, neque mania, neque ~~phrenitidis~~ communia. In febre ardeente Burgundus quidam ad ædem S. Iuliani multis clarissimis Medicis assistentibus, mortuum se affirmabat simul cum fratre ibi decubente. Postea phantasia mutata declamabat, precabaturque Medicos, ne amplius animæ impedimento essent, quominus è purgatorio euolat ad Deum. Aliquando imitabatur moribundum, quasi efflaret animam: monebat, vt spectarent expiratum: postea summo timore, & omnium desperatione corripiebatur. Tandem oportunis remediis adhibitis, & hæmorrhoidum profluuiio liberatus est. Alius itidem se mortuum, & sine animo putabat, ob idque cibum omnem reformidabat, quod mortuos edere negaret. Tandem optimo consilio effictum cadaver, mensæ accumbens, cuius exemplo cibum sumpsit. Quidam, ex Aëtio, neque omnino caput se habere putauit, ad quem excoctasse dicitur Philotimus, supra relictam curationem, plumbeum pileum, à quo granatus habere se caput intelligeret. Artemidorus Grammaticus cum in littore viso Crocodilo expauisset, quod facile fit & maximè melancholicis, omnium literarum oblitus, putauit tota vita alterum crus & manum sibi exempta. Multa similia quotidie experimur ex quibus intelligi potest melancholiam sæpe fieri, vel calore resoluta, vel calidiore cerebro, aut corpore colligente melancholiam, non adurentè tamen: alioqui in Maniam degeneraret. Humor enim hic, vel à patris intemperie generatur, vel relinquitur post inflammationes, vel cassior in obliquitate venarum inclusus, ac torpidus malignam aliquam qualitatem contrahit, & vapore atro (est enim maximè vaporosus) spiritus vitales, & animales inficit, vnde metus, tristitia, palpitatio cordis, inflatio carotidum, pulsatio in multis corporis partibus, aluus dura, macies corpore refrigerato,

41 Ex helleboro albo.

42 Ex pice nauili Vnc. iij. olei rutæ. vnc. j.

Melancholia à phrenitide & mania distincta.

Melancholia omnium non febri experis.

Burgundus ex ardeente febre melancholicus.

Aëtius serm. 2. Terrab. 2. c. 9.

Artemidorus Grammat. melancholicus.

Humor melancholicus committenti vnde fit generatio.

Hippoc. sub finem
sect. 7. & p. 11.
6. Epid.
Melancholia
duo perpetua. &
patognomonica
signa.

& cogitationes somniantibus similes consequuntur. Qui si in cerebro obstructio-
nem fecerit, epilepsiam: si in mentem repat, ut ait Hippocr. id est, cerebrum, & spiri-
tum temperamentum mutet, melancholiam procreabit. Ob idque ab vno ho-
rum duorum, morborum in alterum facilis est mutatio. Sunt tamen duo perpe-
tua, & pathognomonica signa, metus & tristitia sine causa. Quæ à solo humore
melancholico pendunt, siue per se, siue aliis mixto, superante tamen, ut neque de
materia, neque de parte affecta dubitare possumus. Sanguis enim, cum mobilis
sit, suavis, & lucidus, hominem potius in spem erigit, ac lætitiæ & comitatem
inducit: bilis acrimonia, calore & mobilitate, præcipitem hominem efficit, & ad
seuitiam, non metum prouocat. Adulsa, *εφοδ' εἰς τὴν ψυχὴν*, Melancholia, colore
atro timorem ac tristitiam: firmitate & crassitie, in opinione suscepta, quantum-
uis ridicula, constantiam affert.

A toto corpore fieri intelligimus ex causis præcedentibus, signis melancholici
sanguinis in toto corpore apparentibus, victus ratione, missione sanguinis crassi,
tempore anni, regione, ætate declinante, temperamento, mensibus aut hæmor-
rhoïdibus suppressis, varicibus curatis, corpore gracili, nigro, hirsuto, venarum la-
titudine, distentione ob flatum, sanguinis copia, curis, laboribus, victus ratione re-
nui, sordida. A cerebro verò, si mæror & tristitia perseverarint, sine tali corporis
constitutione.

Conueniant clyster (nam in omnibus aluus adstricta est & flatibus distenta)
sanguinis missio, syrapi, purgatio, cremor hordei, veratrum, opiata, epithemata,
inunctiones, fofus, topica, balneum, lotiones capitis & pedum, cauteria, trepanum,
malticatoria, sternutatoria, errhina, embrocha. Humida lætificandi vim habentia,
& spleni propria. Valet ad melancholicos cum metu, & anxietate electarium
sequens mihi vsitatum.

Electarium ad
melancholicos
Austori. vsita-
tum.

℞. emblic. ʒ. x. ros. ʒ. vj. caryophyll. nardi, cypeti, asari, ma-
stichis, myrobalanorum ana ʒ. iij. cinamomi, zedoaria, ana ʒ. ij.
nucis mosc. macis, cardamomi, caphura, moschi ana ʒ. j. syrapi ro-
sa. vel mellis ros. q. s. fiat elect. Dosis ʒ. iij. cum liquore conue-
nienti.

Melancholia hy-
poc.

Tertium genus. Hippochondriaca melancholia non fit à succo frigido, sed su-
mis malignis & acrioribus ad cerebrum elatis, quando scilicet venæ mesaraicæ
inter ventriculum & hepar ardore quodam efferuescunt, & obstructione aliqua
laborant, unde humores crudi & melancholici illic conclusi flatum multos pro-
creant, & ad caput elati melancholica symptomata ac difficultatem anhelitus
inducunt. Percipitur rugitus, & veluti murmur quoddam (est enim hoc signum
maximè proprium) circa hypochondria modòque incipit ab hepate, modò à lie-
ne, cum humor ille inter lienem & ventriculum subsistit in venis. His enim duo-
bus locis fieri potest, vel ab intemperie, vel ab obstructione, vel ab utroque. Con-
tingit frigido ventriculo existente & calido hepate. Inde sequuntur cruditates,
refrigeratio corporis & sanguinis, macies, sudor, plurimum sputum, sed imprimis,
ut dixi, perpetui rugitus circa hypochondria, & somnia turbulenta cum metu &
tristitia. Quibus duobus signis collegimus morbi essentiam in nobilissima mu-
liere, quam Medici alij frustra curauerant, ut imbecillitate stomachi laboran-
tem. Summa erat macies, vehemens extremarum partium frigus, sibilus auris si-
nistra, somnia turbulenta. Curatio absoluta fuit minoratio ex Cathol. & dia-
phœni. syrapi & apozematibus melancholiam ad expulsionem præparantibus,
fotibus hypochondriorum, vactionibus, pharmaco ex hiera diacoloc. Potest etiam
fieri hypochondriaca melancholia à partibus inferioribus ventris, quæ
calida intemperie laborant, velleffusa bile atra per mesenterium, & partes
ventris, magno intestinorum calore adurente chylum. In cruditate opti-
mum, acutius ventriculum ligari, ut flatum impediatur, & melior fiat co-
stitio.

Melior melan-
cholia ex frigi-
ditate ventri-
cis, & hepatis ca-
lido.

Hæbori. In hoc duo cauenda. Primum, ne detur in substantia, sed vel in de-
coctione,

coctione, vel infusione, idque post vniuersalem purgationem. Alioqui conuulsio-
nem affert, vel iugulat. Deinde, ne misceatur myrobalanis, aut adstringentibus,
ne diutius retineatur in corpore. Ex hieris accommodatæ sunt tantum huic affe-
ctui, quæ veratrum, aut colocynthidem recipiunt: sed in constitutione humida
tantum, & pituitosa, quia nimis efficcant. Hiera Logadij, qua vtebatur Prolo-
mæus Rex ad omnia vitia melancholica, probatur Alexandro.

Datur ad Drac. 3 vel 4. cum calida. Melancholicis, elephantiscis, morpheæ, im-
petigini, venenis, nephriticis, lethargicis, ischiadicis & epilepticis auxi-
liatur. Huius descriptionem hunc in modum Nicol. Myrepsus concinna-
uit.

Nicolau Myre-
psus sect. 23.

℞. agaric elater. sal. ammoniac. absynth. ammoniaci, folior. indicorum. helle-
bor. nigr. scyllæ tostæ, dacrydij, myrrha, zinziberis ana Drac. vj. aloës flauæ, eu-
phorb. ana Drac. viij. polij herb. casia, chamædr. centaur hyperic. bdell. marrub.
ana D. v. piperis alb. cinam. opopanax. sagapen piperis longi. croc. petros. Macedo-
nie. ana Drac. iij. castor. pip. nig. aristoloch. rotundæ Drac. iij. feminis colocynth.
polypod. ana Drac. viij. spicæ nardi & grani cnidij an. Drac. vj. Hæc trita in
pollinem madefacito cum melle Attico despumato sufficienti. Opopanaxem,
sagapenum solue in mortario cum melle, & probè collectam reconde in vase, &
vtere.

IN CAPVT XVII. DE MELANCHOLIA.

DVRETI ENARRATIO.

Melancholia. Quæ est delirium febris expers, cum metu & mærore, sine cau-
sa manifesta, coniunctum: vel est affectio quam metus & mæroris diutur-
nitas parit, per aphonæz lib. 6. aphor.

Melancholia
quid.

Nonnunquam vitio cerebri. localem habet generationem morbificæ causæ in
cerebro, vel in spiritibus caligine suffusis, vel in deprauatione quadam formæ
specificæ, unde mutatio fit cogitationum & opinionum à naturali statu in com-
plexionem melancholicam, quæ spiritum facit agrestem non æthereum & luci-
dum, uti esse debet.

Quod cum calidus sit. Temperamento insito vel acquisitio.

Ut loquitur A-
uicenna inter-

Animum exagitant. Suffusis caligine spiritibus, unde visa occurrunt phantasia
& cogitationi mendacia. Etenim splendore spirituum fit impressio & repræsentatio
verax omnium rerum, quæ animo percipiuntur & extrinsecus incidunt.

Pres.

Huiusmodi. Qui sunt melancholici primigenia cerebri affectione, non autem
corporis totius habitu, aut hypochondriorum vitio.

Facie admodum rubente. Et vultuosa.

Melancholia si-
gna.

Tandem liuescente. Per suppressionem sanguinis exitum non habentis, nec vi-
tali spiritu illustrati.

Bilem adurit. Ex qua bile adusta non solum melancholia fit, sed & insania.

Alij verò vitio lienis. Cum scilicet, nimiam humoris melancholici abundan-
tiam lien non potest attrahere, vel attractam in intestina deponere, vel quia in-
firmior natura est lien.

Melancholia
hypochondriaca.

Aut hepatis calidioris. Vbi melancholici humoris copia, & fœculenti sanguinis
procreatur.

Melancholicum sanguinem colligunt. Quod ille succus, nutriendo fit planè ine-
ptus, efficiturque ex eo ventris calore, carnes habeant frigidæ, & venas sanguine
distentas.

Tertium genus hypochondriaca. Ab hypochondriis & mesenterio nomen habet
propter deprauatam chyli anadosim & corruptionem.

Aetius transfudit. Ex Galeno & Rufo.

Initio mali. i. melancholix primigeniæ, cuius natura localem habuit genera-
tionem in cerebro; aut quæ per morbificæ causæ propagationem ascendit ab hypo-

chondriis ad cerebrom ipsum.

Vtendum oxycorrhodino. i. rosa & aceto ex ʒ. j. rosæ, & ʒ. j. acetii vel ij.

In primo genere. i. melancholia per cerebri idiopathiam & protopathiam.

Cephalicam. Id est humeralem, vbi ad mutationem coloris sanguis detrahitur.

Mediam præferunt. i. medianam, quæ conficitur ex cephalica & basilica: vt vna & eadem opera, humoris melancholici generatio prohibeatur, causa antecedens declinetur, reuocetur, & è cerebro si quid cò peruenit euacuetur.

Animam corrumpit. Impuritate spiritus vitalis vnde gignitur animalis.

Hæ, mulieribus, quæ à menstruorum suppressione sunt melancholicæ.

Probatum etiam vena, &c. Attamen dolorum proximum ventrem purgare oportet, proximam venam incidere, aphor. 7. sect. 6. li. 6. epid.

Alimenta è media. Alimentorum scilicet neque fortium neque imbecillium.

Primum leuiores. Ad vacuationem excrementorum.

Syrupi ad melancholiam, & cathartica. Ex quo. i. facto corpore meabili & præparata materia. Purganda est. Vsu clysterum, syrupo laboris, syrupo solemoni ex folliculis, agarico & rheo; catholico etiam duplicato rheo & fenna, vel R. cassiæ ʒ. ss. vel ʒ. vj. fiat bolus, quem deuoret æger, deinde superbibat dilutum semenciæ foliorum fenæ in decocto prunorum damascenorum: hoc sine offensione purgat potenter humorem melancholicum.

Leuiores quibusdam, vt melicrato origanato, decocto hyssopi, herbarum capillarium, cum syrupo capilli. Vener. de byzantiis, de cichorio, de ʒ. radicibus. R. Succu boraginis, vel sic. R. succorum borraginis, buglossi depuratorum pomorum odoriferorum an. ss. foliorum fenæ mundatorum ʒ. 4. macerentur, folia in succis, deinde bulliant lento igne ad consumptionem tertie partis. In colatura dissolue sacchari albi ssimi lb. i. fiat syrupus, cuius tabis ʒ. ij. Dissolue medicamenta. nempe catholico duplicato fenna & rheo. Ex Phil. no. Descriptionem Philonij habemus lib 9. 27. titulus. ex Philone Medico.

R. electar lactificantis, vel sic: R. specierum electarij lactificantis, diamargariti frigidi ana ʒ. ss. rasuræ cornu cerui eboris, coralli rubri, ana ʒ. j. fiat puluis.

Balnea temperata. Aquæ dulcis eglidæ fumo & odore carentis.

IN CAP. XVII. DE MELANCHOLIA.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM

ANNOTATIO.

Melancholia est. Illud sanè monstri simile est, hominem ad imaginem omnipotentis factum, in belluarum naturam degenerare vt fiat penè rationis expertus, in solitudinem se conferat, omnia tuta timeat, omnibusque molestus sit, ac sibi ipsi mortem asciscat: hæc verò omnia melancholia efficit, non quia in ea animus immutetur aut corrumpatur, (est enim ille vnus & simplex, sique semper similis & immortalis) sed quia in vitio sunt pori & meatus per quos animus se corpori insinuat, & loca in quæ appellat, & spiritus quibus miscetur. Vt enim hæc bene vel malè affecta sunt, ita homines sapiunt aut desipiunt: quoniam animus corpori implicatus, per eius instrumenta suum facit officium; quemadmodum docuit summus præceptor Hippocrates ad finem lib. i. de diat. qui locus est præclarissimus. Melancholia autem nomen, quod semper morbum, nunquam humorem melancholicum Hippocrati significat, aliquando maniam seu insaniam denorat, quæ successione phrenitidis accidit per aduersionem bilis flauæ: Sed hic propriè intelligitur delirium febris expertus, cum metu & morore sine manifesta causa, coniunctum: Cum morore autem dixi, non cum tristitia, quoniam hæc est fugax, ille verò stabilis. Melancholia fit ab humore melancholico frigido & sicco, & nonnunquam etiam à retortida bile, vt patet ex comm. Gal. in 6. epid. nunquam verò à pituita, & si eà in atram bilem degenerare dixit Auicenna. Sed à sanguine etiam melancholico, quando ipse in cerebro, ob temperamenti caliditatem adurit, vnde vultuosa facies,

Melancholia est. Illud sanè monstri simile est...

Hippocrati locus præclarus de natura animi, primo de diata. Melancholia significatio. Melancholia quid. Morore & tristitia ad phrenitid. Melancholia vultuosa.

facies, & saturato rubore eoque stabili suffusa. Non enim hic faciei rubor semper est ab hepate calidior, vt dicunt omnes, sed aliquando à cerebro, vt in ipsa melancholia, nonnunquam etiam à pulmone, si ista quoque calidiora fuerint. Galenus autem capite 5. lib. 3. de locis malè affect. duplicem melancholiam facit: Vnam primigeniam, cuius materia localem habet generationem in cerebro; & alteram per consensum, ob propagationem materię, vt ab hepate, liene, hypocondrijs & mesenterio. Primigeniam dignosci ait symptomatis proprietate, affectionis perpetuitate, & eo quod per sympathiam alterius partis non venerit. Cum autem proprio symptomate discerni non potest, neque perpetuò permanet, & ad aliam affectionem consequitur, per sympathiam fieri. In melancholia deprauata est cogitationis & opinionis: quia cerebrum, animi meatus, & spiritus, tenebrosos caligine à tetro quodam vapore offenduntur. Et hæc caligo non quartum quoddam morbi genus, sed intemperiei melancholicæ soboles existit: vtque diuersa est in diuersis hominum naturis, diuersa quoque symptomata melancholica excitat. Quicunque autem practici de curatione melancholice scripserunt, in nouem omnino scopos intendunt. Primus est vt recreentur & reficiantur spiritus vitales & animales, ad discutiendam melancholiam, per cibum, potum & somnum: in quo supersticiosi fuerunt Arabes, qui ad recreationem spirituum animalium, inexplicabili facultate valere putarunt cerebra agnorum, hædorum & aliorum animalium, cum omnium puratorum carnes sint ingrata stomacho & cacochymæ, & quamuis similitudinem substantię aliquam habeant cum cerebro nostro, ea tamen noxia est potius quàm salutaris. Idem dicendum de pulmone, hepate & liene. Secundus vt illustrentur spiritus: Quod vt præstent, præscribunt margaritas in suis electarijs, itemque aurum & argentum: quamquam hæc duo nullam habeant vim illustrandi spiritus, sed potius melancholiam augendi, cum omnia metalla natura frigida sint & sicca. Tertius vt virtus animalis congregetur, nec dissipetur: ad quod miscent suis electarijs myrobalanos, & karabè. i. ambarum seu ambram, vt interpretatur Marthiolus comm. in cap. 93. lib. 1. apud Diosco. Quartum scopum attingere conantur per occultam & inexplicabilem rerum quarundam proprietatem; vt gemmarum hyacinthi, iaspidis & aliorum lapidorum preciosorum, per quos student recreare vitales & animales spiritus, qui mutuas tradunt operas ad salutem ægri. Quintus scopus est vt corrigatur temperamentum cerebri frigidum & siccum spiritui contrarium, & ex cuius vitio continentur sobolescent tenebræ: ad illum præscribunt melissam, moschum, ambram, doricum, &c. Sextus vt discutiatur omnis caligo, omnisque ea materia excludatur cuius mixtione spiritus in vitio sunt, vtendum borrag buglossi, lupul. fumar. cichor. meliss. quæ mirificam vim habent dissipandi & purgandi materiam illam. Septimus scopus in electarijs non continetur, nempe exercitatio spirituum vitalium & animalium per iucunditatem, per symphoniam, cytharam & alia huiusmodi, quibus melancholicorum animus recreatur. Octauus est, vt per refectionem & conseruationem temperamenti calidi humidissimi spiritus recreentur: ad quod valent omnia aromatum genera, vt caryophylla, nux moschata, macis, cinamomum, xylaloe, carpopalsamum & huiusmodi. Nonus & vltimus, vt à spiritibus arceant venenatas omnes qualitates, quibus offenduntur, vt in suffocatione hysterica à feminis corruptione, in eum scopum habent electarium de ambræ & moscho &c. Melancholicis balnea præscribimus 15. quoque die. Iubet hora septima vespertina aquam feruentem conijci in trigidarium, quæ per totam noctem fumes, & in eam manè ægrum se recipere. Hoc enim balneum est ἀπολυτῆς ἀργύρου, i. fumo & odore carens, quale balneum esse oportet.

Faciei rubor qui... Melancholia duplex, & eius signa. Cur in melancholia deprauata sit cogitatio & opinio. Curationis melancholice scopi nouem. 1 Recreatio spirituum. Arabum superstitio. 2 Illustratio spirituum. 3 Virtus animalis congregatio. 4 Spirituum re-creatio. 5 Temperamenti frigidi & siccitatis cerebri correctio. 6 Caliginis discussio & materia exclusio. 7 Spirituum exercitatio. 8 Temperamenti calidi & humidissimi cerebri correctio & conseruatio. 9 Venenata qualitatis arcendatio. Balnea.

ANTON. VALETTI EXERC. XVII.

Melancholia morbus deprauata est imaginatio, quæ cerebri intemperiem humorum melancholicorum congenerem sequitur. Hic enim humor H

ater animæ domicilium obtenebrans, terrorem incutit, alienasque cogitationes absque evidenti causa menti iniicit, ubi inter cætera animi pathemata, metus, incertitia, odiūque hominum prævalent. Triplicis melanchole, primariæ scilicet, seu cerebri propriæ hypochondriacæ, & totius vitio corporis factæ, causæ signaque quibus inter se distinguantur, desumptæ sunt ex Galeno lib. 3 de loco malè affect.

Hipp. Aphor. 23.
lib. 6.

Melancholia cu-
ratio.

Curatio præficitur enematis, zupapijs, aut apozematis, contumacem humorem apparentibus, purgationibus, blandis primùm, dein valentioribus, sanguinis missione, balneo, spirituuma recreatione.

Enemata ex decocto, remollientium & discutientium flatus, qui hic sæpè colliguntur, cum lactis sero dissolutis melanagogis, comparantur. Zupapia ex syr. de lupul. fumarie de bizant. cum stillacitibus liquoribus, bugloss. cichor. &c. Vel hoc apozema præscribitur:

R. rad. aper. & polypon. quern. ana. ʒ. 6. cortic. rad. cappar. tamarisci, fraxini. ana ʒ. B. asari, acor. ana ʒ. 2. cichor. tot. quinque capill. borrag. summitat. lupul. fumar. rhy. epithym. melissophyll. ana M. i. semin. anis. fenicul. melon. cucum. acetos. citr. glycyrrhiz. ras. ana ʒ. 2. flor. cardiac. geni. & epithym. ana p. ʒ. ʒ. f. decoct. ad lib. 1. In colatur. dissol. syr. de fumar. & de bizan. ana ʒ. ʒ. ʒ. fiat apozem. clar. & cond. ut decet pro dosibus ʒ.

Mox purgatio subsequetur, ex catholico diaphœnico, confect. hamech, & aliis id genus melancholicum succum trahentibus, instituta, vel,

R. polypon. quer. passular. mundat. glycyrrh. ras. ana ʒ. 2. summitat. lupul. adiant. agrimon. scolopen. ana M. i. follicul. sena mund. ʒ. 2. semin. anis. & fenic. ana ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. flor. borragin. & bugl. ss. ana p. ʒ. ʒ. ʒ. fiat decoctio in sero lactis ad dos. ʒ. ʒ. ʒ. i. in colatura dissolue expressionem ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. rbei elect. infusi ut decet, cathol. & syr. viola. ana ʒ. ʒ. f. potio.

Pauperibus folia sennæ ad ʒ. 2. vel ʒ. ʒ. infunduntur in hydromelite, aut conuenienti decocto, quibus expressis adduntur ʒ. 2. B. confectio. hamech. oxime. simpl. ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. syr. laxat. ros. pall. ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. Vel catapotia de fumarie, Inda exhibentur: quamquam liquida medicamenta in hoc affectu præferenda. Subinde repetentur hæc purgantia, ob humoris pertinaciam, qui non nisi sensim educi potest.

Gal. cap. 4. lib. 3.
de locis malè af-
fectu.

Hipp. apho. 21.
lib. 6.

Quod ad phlebotomiam attinet, eam Gal. non desiderat in melancholia, quæ primaria cerebri est affectio, quamvis ad præcautionem & propter plenitudinem miti sanguis non incommode potest. In aliis melancholiarum generibus magis conferet venæ sectio, præsertim si melancholicum sit corpus totum, sed his cautionibus adhibitis, quas ibidem Galenus præcipit obseruandas. Citandæ hæmorrhoides, si eò natura vergat. Hinc illud Hippocratis: Maniaci, siue melancholicis, si varices superueniant, sit maniaci solutio. In mulieribus restitantes menses si mali huius occasio sint, malleoli vena pertundenda. Ex melancholia verò hypochondriacâ, quia licni labes & ventriculo sæpius inurit, consulendum est his potissimum partibus fomentis, litibus, scutis vulgò appellatis, ex lienis, & ventriculi affectuum curatione repetendis. Recreabuntur vires electariis, conseruis conditis, ab auctore imperatis.

Balnea aquæ dulcis, in quibus refrigerantia & humectantia incocta sint, mirificè profunt, molliendo per spirationem, quæ prohibita biliosos facit melancholicos, per adustorum fuliginosorum excrementorum retentionem. Itaque his frequentibus, victuque humido & euchymo se multos perfanasse melancholicos professus est Galenus.

Maniaci melancolicis similiter curantur, nisi forte maniaci causa à melancholia euariet, vt ferè fit ab acribus & mordacibus succis, feruidiore sanguine & bile, & tum vt phrenitici curantur.

HOLLE

HOLLERIVS.

De 1 Catarrho. Cap. 17.



CATARRHVS nomen generale 2 defluxus, aut de stillatio est. Nam *καταρρῖα* verbum id sonat. Peculiariter fluxio est à capite in fauces. Catarrhus verò alius pituit osus, tùmque distentio est, faciei pallor, frigiditas capitis ad somnum inclinatio, piger motus, 3 hebes anima, & sensus. Voxque 4 per nares obmurmurat, intercepta via. Adde 5 temperamentum, locum, anni 6 constitutionem, rationem vitæ. Vrinæ quoque crudiores sunt.

Alius calidus est, ferè à pituita falsa, aut alioqui acri humore. Hic totius capitis 7 dolor est. Rubent 8 oculi, interiores partes oris 9 exulcerantur. Adde & cætera externa, & vrinas magis coloratas. Catarrhus aliquando per venas & arterias diffluit in corpus. Hic ferè ceruicis, scapularum, membrorum & laborum 10 dolor est.

Catarrhus, 11 ubi leuis est, & frigidus, fœtu 12 capitis, sed sine fritione ex linteis calentibus, vt calor in profundum 13 subeat, leui gargarismo, caput purgij curari potest. Ita tamen fouebis caput, vt nullomodo frices. Nam in catarrhis fritione capitis non est vtendum. Leuis medicina.

14 ℞. rosarum M. j. fiat decoctio in aqua & modico aceti, vnde leuiter colluat os, vel vtatur modico conseruæ rosarum, vel syrui de rosis siccis. Caput purgium.

℞. feminis nigellæ romanæ ʒ. ij. feminis anisi ʒ. j. conquassata frigrantur in sartagine, cum leni asperione aquæ maioranæ. Fiat nodulus: 15 applicetur naribus. Quod si resistat venter, 16 semunciam cassiæ quarta parte 17 horæ ante cibum imperabis.

Interea proderit sacculus capiti instituere, qui ad exhauriendam materiam vitium facientem sint accommodati. Qualis hic est.

℞. milij, aut auenæ conquassat. & torrefact. M. j. furfuris macri frixi p. j. salis torrefacti & puluerati ʒ. j. f. sacculus capitis commissuræ admouendus.

Vbi verò 18 calidus est, sed leuis, balneum aquæ dulcis sat esse potest, vbi corpus non fuerit neq; plethoricum, neq; cacochymum, aut inunctio capitis, aut frontis, è rosaceo, è caseo molli & receti, è cauliculis lactucarû subactis, è posca, Sacculus è rosis. Quod si purgatio imperada est, quia resistit alu°, cassiâ, 19 mannâ imperato.

Vbi verò 20 vehementior catarrhus est, 21 maiora remedia exusu sunt. Quod si ex vehementia catarrhi, quod sæpè fit, 22 præsens suffocatio imminet, clysteribus 23 acriusculis statim vtendum. In quibus hieræ picræ semunciâ dissoluta sit.

Quod si corpus sanguineum & bene carnosum est, vena in

H ij

- 1 Propriè & ca-
racteristicè.
- 2 Fluxus humo-
ri à capite in to-
tū corpus aut ali-
quam corporis
partem.
- 3 Ingenij tarditas
- 4 Quod vocat:
materia nun la-
beat liberum e-
xitum faucibus
interceptis.
- 5 Frigidum &
humidum.
- 6 Frigidâ, humi-
dam, aguiloniâ.
- 7 Ab humorum
acrimonia &
metuum obstro-
tione.
- 8 Suffusione subi-
limi humoris
& caloris secun-
dum meninges.
- 9 Seris humoris
acrimonia.
- 10 Et paraplō-
giam inducit.
- 11 Generatione
causa, & sympto-
mate.
- 12 Et sacculus ex
milio, fursure &
sale.
- 13 Atque humo-
rem concoquit.
- 14 Gargarismus
ad fruxū in aspe-
râ arteriam, aut
nares prohibet.
- 15 Vel maioranæ
succus per nares è
vola manus edu-
catur.
- 16 Ne suppressa
alu° augeantur
capitis symptōm.
- 17 Ne in alimen-
tum vertatur.
- 18 Ut si quis in so-
le iter fecerit.
- 19 Modò non sit a-
ger mucus & coe-
ctio.
- 20 Generatione
causa & sympto-
mate.
- 21 Qualitate cõ-
traria & vtendi
asiduitate.
- 22 Materia in pul-
mones pro' apsu.
- 23 In quibus vis
sit ex alio reuoca-
di ac resellendâ.

Ad prohibendam generationem, materia reuiuifione, & funefti fymptomatu correctio nem.

26 Ne fpiritus nauiusque calor difpenitur, qui cum catarrhi materia pugnant.

27 Hæc fub cine ribus fupra inuoluta coquuntur.

28 Ad eius coftionem, quam excipit materia, & eiusdem exclusio nem.

29 Cuiusmodi ex ftrupo myrtillorum cum decocto planag. hordei.

30 Ut cum iuffo catio non eff in metu, f. d. foliis catarrhi enatio nu eff habenda ratio.

31 Ut affucta via portio ducatur.

32 Quia humores fundunt.

33 Quia exprimitur.

34 Ratione fluxionis, non materia.

35 Qui corumois non conuequit.

36 Si non adfit capitis dolor.

37 Ne incitetur catarrhus.

38 Quatuor hæc funt corporis plethora, generatio ab hepate calidior & fanguine fubtiliffimo, prolapsus in partem, cuius officio vita carere nequit, febris continuatio.

39 Vi dia cathartico.

40 A fufingendum.

41 Ad leniendū.

42 A deriuandum & cerebrū refrigerandum.

43 A deriuandum & cerebrū refrigerandum.

44 A deriuandum & cerebrū refrigerandum.

45 A deriuandum & cerebrū refrigerandum.

46 A deriuandum & cerebrū refrigerandum.

47 A deriuandum & cerebrū refrigerandum.

48 A deriuandum & cerebrū refrigerandum.

brachio 25 angufto 26 foramine aperienda est.

Cucurbitulæ magnæ fcapulis & brachiis affigendæ. Totus thorax ex oleo de liliis, de lino, amygd. dulcium. Chamæ. butyro recenti, 27 cocta radice althææ cum axungia gallinæ, vel fimili, vel butyro malaxata 28 inungendus est. Gargarifmata 29 quæ repriment fluxionem, caputpurgia, frictions & vincula, quæ eandem diuertant, imperanda funt. Vbi verò 30 nullum tale accidens interturbat curationem catarrhi, frugalis 31 vita imprimis imperanda, cœna nulla, aut pauca, declinatio 32 à ventis, folis & lunæ 33 radiis, abftinentia à 34 vino & rebus vaporofis, à 35 fomno diurno, qui etiam noctu breuior effe debet. Vtantur hordeato, auenato, vbi reficcandum est. Conuenit 36 orizogala, amygdaloga cum facch. rof. vbi retinenda de fluxio, incaffanda, & coquenda. Aqua frigida ore colluta in calidis: fubtepida in frigidis fluxionibus, conuenit.

Secunda menfa carne cydoniorum pitis aufferiusculis & coctis, post etiam coriandro vti oportet, vt confirmetur venter, & fumi prohibeantur. In frigido, vino quidem vti licet, verum modico. In partu medio non frigido, fed refracto, aqua fubtepida, aut pane tofto. Clyfterum vfus, fed 37 mollium probandus est. Phlebotomia à Græcis ferè omiffa est & Arabibus, nifi vbi ea adfunt, 38 quæ Mefuæus annotauit in capite de catarrho.

Purgationes initio leuiore, qualis est eaffia ad 3. j. aut 3. x. imperata, ac per interualla vfurpata, cui aliquando in fluxione calida addere licet elect. de succo rof. 3. ij. Iam progreflo morbo, vbi fignâ coctionis apparet, poterit catholicum imperari ad 3. vj. adiecta infufione 3. ij. agarici, & 3. 6. rhab. Nonnunquam etiam in his catarrhis imperamus rhab. infufi 3. 4. puluerizati verò 3. ij. qui diff. in hac decoctione.

℞ passul. hordei an. P. j. trium florum cordialium, liquiritiæ rafæ ana 3. ij. fiat decoct. pro vna dofi, in qua diffol. rhab. & c. vt dictū est. Post hæc etiam iam bene maturato morbo, 39 fortioribus vti licebit, qualia in Gatinaria. Peculiariora verò remedia alia 40 continentur ore, alia 41 deuorantur: nonnulla 42 naribus applicantur: eaque aut retinent, aut leniunt & concoquunt, aut repurgant. Retinent, vt:

℞ rof. hordei, agrimoniæ ana P. j. fem. plantag. pap. albi, portul. an. 3. ij. fiat decoctio ad 3. iij. In col. diffol. diamori 3. j. vini granatorū 3. 6. Aliud:

℞ aquæ hordei non excorticati 3. iij. dianuci 3. j. Aliud:

℞ zulapij rofarum 3. iij. fyrupi myrtillorum 3. j. Aliud.

℞ aquæ rofarum 3. iij. caphuræ 3. j. Aliud.

℞ corticum papaueris albi, rofarum ficcaram an. P. ij. boli armenæ 3. ij. fiat decoct. Hæc ore continemus, & inde os leuiter colluimus. Alioqui fiunt pilulæ, quæ in ore continentur.

℞ boli armenæ lotæ cum aqua rof. terre figillatæ lotæ cum decocto papaueris ana 3. j. elect. diatragacanthi frigidi cum oui albumine diffolu. 3. 6. cum modico ftrup. rof. de ficcis fiunt pilulæ ad magnitudinem lupini.

magnitudinem lupini.

Vel ℞. succi rofarum 3. 6. bol. ormenæ tantundem, fiant pilulæ tres horâ decubitus capiendæ. Mirificæ funt facultatis ad aciores fluxiones retinendas. Conferua rofacea cum mafliche, bolo Armena, terra figillata ad id instituti apprimè conferet. Vel etiam trochifci eiuſmodi.

℞. aniforum, coriandri præparati ana 3. 6. macis, cinamomi, fpi-cæ, ireos, coralli rubri ana 3. j. femin. papau. albi, in vino cocto macerati ana 3. j. gummi tragacanthi, maflichis ana 3. j. omnia incorperantur in succi liquiritiæ 3. j. cum leui affufione fyrupi myrtillorum. Fiant trochifci pondere 3. 6.

Possumus vti foleo tragacantho, terra figillata, & in frigido catharro fspica. Vbi leniendum est, glycyrrhizæ fuccus maximè conuenit aut decoctio pectoralis, vt decoctio pectoralis Rhazæ. Decoctio pectoralis in Rhazæ.

℞. iuiubas N. xx. febesten xxx. passul. enucleat. 3. j. viol. ficcaram 3. 6. liquiritiæ rafæ 3. v. caricas x. Fiat decoctio in tribus 6. aquæ, dum redeat ad vnam. Adde fi vis semen bombacis, capillorum venæ & alia, quæ incidunt, aut repurgant.

Post initia, vtendum est elect. diaireos, commifcendūmque est diatragacanthum ad 3. j. Quale hoc est.

℞. diatragac. frigidi 3. j. diaireos fimplic. 3. 6. fiat pul. Teneat in ore. Verum vt minuitur catharrus & maturatur, plus diaireos mifcendum erit. Retinendum est, cum fluxio vehementior & periculofior. Aut etiam vbi leuis est. Sed hîc ferè fine purgatione corporis, illic post purgationem. Vtuntur fuffumigijs, quale hoc est.

℞. olib. fandaracæ ana 3. ij. fiat decoctio in vino aftringente excipiatur fumus. In frigida.

℞. ligni aloes, costi ana 3. ij. galliæ mofchata 3. 6. olibani, fandaracæ ana 3. j. cum ftyrace liquida fiant pilulæ, & fuper prunas fuffumigium. In calida, fuffumigia fiunt hoc modo.

℞. fantali citrini 3. 6. rof. violarum ana P. 2. hat decoctio in aqua & inde fuffumigium. Vtendum quoq; pomis odoratis est, vt prius Cucuphis & alijs rebus roborantibus cerebrū. Ligatione in duobus digitis manus dextræ, fuphis ficcis, postremò etiam cauterio hoc modo. Radatur caput in fincipite medio, qua parte futura coronalis est, fricetur locus calente linteo. Sinapifmus, aut phœnigmus applicetur: veficæ excitentur & diu contineantur, vt fluant. Caules itaque ad ignem tabefactos axungia porcina inunges, & fuperpones loco. Quibus fi nihil proficitur, cauterio vtendum erit.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

NVlla ferè corporis humani ægritudo est, qua non defluxione humoris alicuius è capite aut excitari, aut incrementum accipere poffit. Atque id generalius fumpto nomine: ~~venit~~ Græcis appellatur. Propriè tamen cum

in nares defluxio fit, *αἰμὴ*, in fauces, *βρογχίτις*: in gurgulionem *σαφίλι* & *κίον* dicitur. Causas omnium, signa & remedia persequi, longius esset, quam pro instituto. Hoc admonuisse satis fuerit, distillationem huiusmodi, non solum, ut multi scribunt, à cerebri intemperie frigida & humida, aut ab omnibus quæ replent caput originem habere. Nam sæpè calidius cerebrum plus vaporis attrahit, qui deinde, ut in aëre pluuia, superueniente frigore concrefcit, atque exprimitur: calore & siccitate, veluti quodam naturæ circuitu tandem absumitur. In omnibus tamen catarrhis capitis repletionem esse certum est, quæ hanc defluxionem parit, idque vaporibus alimenti, humorum, viscerum vitio caloris capitis imbecillitate, quia non conficit alimentum, aut vapores non dissoluit, defectu alimenti proprii, atque inopia, ut in ventriculo. Sed duo perpetua ferè sunt huius mali seminaria, calidius hepar, ventriculus frigidior, adiuncto partium mittentium robore, cum imbecillitate recipientis: quibus additur, pulmo, vterus, lien, &c. Aër deinde externus, frigidus quidem, aut exprimentido, aut calorem intrò cogendo: calidus verò & austrinus, caput replendo, & humores liquando, ac dissoluendo. Frequentius tamen materia cerebro conclusa per æstus in superficiem per frigora, in medium corpus, & partem imbecilliorrem delabitur. Cutis quoque densitas & alui astrictio plurimum accelerant catarrhum.

In calido, venæ sectio aliquando conuenit, diuersio per clysteres, leuis purgatio, gargarismata ad astringendum, errhina ad diuertendum, suffumigia ex ligno aloës, benzoïno, styrace, olibano, gallia moschata, sandaracha, cario-phyllo, lauro, baccis iuniperi: in calido, vapor humidus ex aqua ros. viol. santal. cap-hura, facillationes, formulæ in ore, in crassantia, alterantia: in frigido, magis constringentia, & calida, pilulæ, theriaca, cucuphæ, sacculus siccans, inspirationes incidentes, poma odorata, exulceratio in interiore brachio, seton sincipite medio, qua parte coronalis, pilus raditur frictio, sinapismus, phœnigmus, vesicatorium, cauterium, frictiones vicinarum partium & capiti consentientium, meliores quàm capitis, nisi bene puro corpore: ordo à cruribus ad spinam, brachia, ceruicem, iugulares post aures, occiput, sinciput, frictio capitis cum spongia.

Vapor non modò prohibendus in sine passus, sed dum fit concoctio. Tum enim eleuatur plurimus, ut ex ructibus apparet. Quo tempore fluxio excitatur, magis astrictis vtendum, ut vesperi: manè verò lenitibus, coquentibus, expurgantibus thoracem. Galenus sub finem 6. Epidem scribit catarrhum, asthma, conuulsionem sanari febre, ut inde intelligamus calidis & siccis potius in hoc affectu esse vtendum. Assuescendum emungendis naribus potius, quàm expuitioni: quia per nares crassa & tenuia expurgantur sine damno reliquarum partium: per os tenuia tantum, & cum periculo pulmonum ac ventriculi. Adde quòd consuetudine facta expuitioni, per somnum, & occupato animo, materia in inferiores partes ab ore delabitur.

Cibi paritas præsertim vesperi, panis sicci esus, declinatio nocturni aëris & radiorum lunæ, potus paucus, præsertim materia existente cruda, quo tempore sitis quoque minor est. Supinus decubitus oculis confert, sed catarrho noxius. Pilulæ Mesuæ de cynaglossa valde nobis probatæ, sed quarum non vna est apud omnes descriptio: conserua quoque rosarum cum mastiche, bolo Armeno, syrupo myrtillorum: terra sigillata, & quod sequitur.

℞. anisi, coriandri ana ʒ. ʒ. macis, cinamomi, ieros Florent. coralli rubri, spicæ nardi, ros. rub. ana ʒ. ʒ. mastiche ʒ. ij. gummi drag. malaxati cum aqua ros. ʒ. ʒ. omnia incorporantur cum succo glycyrrhizæ. Fiant trochisci ponderis ʒ. ʒ. teneat sub lingua.

Ad distillationem vix & faucium, suffumigium.

℞. styracis liquid. ficuum pinguium, florum amygd. femin hyoscyami ana ʒ. 4. cum ficu & styrace diu terendo incorporantur. Fiant trochisci. Ter in die, manè, in meridie, & vesperi fiat suffumigium, Deinde interpositis tribus diebus idem fiat.

IN CAP.

IN CAPVT XVIII. DE CATARRHO.

DVRETI ENARRATIO.

Defluxus. Vndecunqve veniat: quo genere omnis *αἰμὴ* per decubitum continetur, aut defluxus à capite in omnes corporis partes. *Catarrhi significatio.*

Peculiariter fluxio est à capite. Propriè ex distinctione Galeni lib. 3. de sympt. caus. Sicut *βρογχίτις* est raucitas & *αἰμὴ* grauedo.

Catarrhus alius pituitosus. A materia frigida quæ generationem habuit in capite, fluitque aut per expressionem, alit per resolutionem retentricis facultatis. *Catarrhus pituitosus.*

Distensio est. Et oppressio capitis.

Frigiditas capitis. i. crudor, *morfondure.*

Piger motus. Quoniam madefactò neruorum principio, toti corpori lentitudo quædam accidit, tum per simplicem communicationem, tum per propagationem causæ morbificæ. *Signa.*

Voxque per nares obmurmurat. Estque caliginosus oculus, grauis auditus, stupor gustatus. *Causa.*

Adde temperamentum. Ut senum & puerorum.

Locum. Qui ventis perflatur austrinis, lacubus, stagnis, vicinum, fuliginosum.

Anni constitutionem. Temporum defectionem, & repentinam tempestatum mutationem.

Rationem vitæ. i. dietam in victus ratione & vitæ instituto.

Alius calidus est. Aut generatione, aut corruptione, aut vtroque modo.

Ferè à pituita salsa, quem catarrhum vocat Hippocrates *πύμα νηράδες*: quo in genere continentur ferri catarrhi, qui in pulmonibus tabem, in aluo liententiam, in intestinis dysenteriam faciunt. *Catarrhus calidus.*

Aut aliqui acri humore, qualis ferè nascitur in tempestate austrina, pluuiosa, cum suffocante æsta coniuncta: & hic per corporis habitum sparsus, pruritus excitat, inde pustulas ambustis similes; mox carbunculos.

Catarrhus ubi lenis est & frigidus, qualis repente nascitur, vel diluculo, vel à crepusculo, flante Euro, aut Borea. Cuius causa non est perennis nec stabilis à temporum defectione, à temperamento partium inæquali, à diurna humoris in cerebro suppressione, à frigida intemperie diuturna, quæ facultatem coctricem labefactauit, sicut humida retentricem. *Catarrhus lenis.*

Leni gargarismo. Ad particularem pituitæ purgationem. Leni, inquam, gargarismo ut syrupo violato & aqua decoctionis glycyrrizæ, ex iusculo saluiæ & gingidio condito. *Curatio.*

Vt nullo modo frices. Quoniam ineunte catarrho nihil ciendum, si non sit orgalinus seu gargalimus, in quo cunctari periculosum. *Frisio.*

Nam in catarrhis, scilicet crudis & capite materie catarrhi repleto.

Sacculos capiti instituisse. Vel occipiti & ceruici. Et in eum vsu conuenienter adhiberi poterit mica panis ex clibano recens extracti. *Panis ex clibano recens extractus.*

Sed lenis, non à diuturna suppressione humoris in cerebro, nec à generatione perenni per temporum defectionem, ebrietatem, aut partium nobilium inæquale temperamentum; Lenis, inquam, id est, qui non vehementer cietur.

Balneum aquæ dulcis, egelidæ, fumo & odore carentis.

Neque plethoricum. Nam plethoricis balnea esse debent terrifica, ne vasa distenta rumpantur. *Balnea plethorica terrifica & cathymu.*

Neque cacochymum, metu febris.

Vbi verò vehementior catarrhus est. Generatione perenni & causa, ac symptomatibus curatio. *Catarrhi vehementioris curatio.*

ptomatum vehementia, & cito ac vehementi prolapsu, tum etiam partium suscipiantum offensione.

Maiora remedia ex vfu sunt, qualitate contraria, quantitate & pertinaci vfu.

Præfens suffocatio. Materix in thoracem & pulmones prolapsu, aut si prolapsus fiat per venas & arterias in partes nobiles, vt inde officij ad vitam tuendam necessarij, intercepto consequatur. Vnde ab Hippocrate dicuntur κηρῖππος οὐρτοῖ. μῖος κηρῖππος. Clysteres.

Clysteribus acrisculis. Ad repellendum & deriuandum. In quibus hiera picra. Præstitèrit in hoc catarrho prolapsum sistere & inhibere vt docet Arculanus contra Mesuem.

Quod si corpus sanguineum. Ad restituendam partis obfessæ libertatem, & prohibendam catarrhi generationem.

Gargarismata. Gargarismata erunt salubritati accommodata, rerum ex quibus conficiuntur qualitate, non autem gargarizando.

Caputpurgia. Caputpurgia. Non ineunte catarrho: Sunt autem caputpurgia lenia. Vbi verò nullum tale accidens. Nullus suffocationis metus, nulla partium nobilium oppressio, nec officij ad vitam tuendam necessarij interceptio.

Fragalia vicia. Fragalia vicia. Vt scilicet diætæ consuetæ portio deducatur, & in qualitate & copia, & numero ciborum.

Absinentia à vino, quoniam vinum caput replet, viscerâ quo inflammat. Carne cydoniorum, quæ vapores arceat, & aluum ciet.

Phlebotomia à Gracis. Sanguis detrahi debet ad prohibendam generationem catarrhi, ad reuocandum organum, ad restituendam parti obfessæ libertatem; tum etiam si febris coniuncta sit. Nam catarrhus cum febre coniunctus, non ante sistetur quàm febris quieuerit.

Potio catartica. In qua dissolue rhubarbari. Imò infunde rhei ʒ. j. β. garici ʒ. ij. In expressione distolue catholici ʒ. vj. fiat potio.

Coniuentur ore, ad sistendum catarrhum efferum, & ad leniendam partem affectam.

Stuphis siccis. Nam hypocaustum purgata cacochymia, & depleta plethora, mirificè catarrhum sanat.

AD CATARRHVM.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM

ANNOTATIO.

Catarrhi nomen non vnum idemque significat, sed multis modis ab Hippocrate vsurpatur. Primò pro omni materia decubitu siue prolapsu, qui fit ab vna qualibet parte in aliam: Quo sensu catarrhi nomine continetur κηρῖππος i. abscessus. Secundò pro prolapsione ea quæ fit à capite, eòque vel exteriori, vt cū à pericranio tunica per membranarū carnisq; continuitatem humor procumbit in partes exteriores, vt in albam oculi tunicam, vnde ophthalmia: in thoracem, vnde laterum inflammatio & dolor, qui tamen non est pleuriticus, in articulos, vnde arthritis & c. vel ab interiore capite i. ab ipso cerebro ad partes tum interiores, tum etiam exteriores. Nam vt scribit Galenus 9. de vfu part. Vna ex præcipuis naturæ curis ea est maxima, vt superuacaneum humorem ab omni parte excludat, præsertim verò ab ea quæ principatum inter omnes obtinet, quale est cerebrum. Hinc varia excitantur symptomata, humoris morbifici & partis obfessæ propria, prout est conditio catarrhi in materia, temperamento, qualitate & substantia, & prout hanc aut illam partem afficit, respiratori, coctioni, aut alimentidistributioni dicatam. Tertia catarrhi significatio est ea que propria, qua dicitur, eius quod superuacaneum est in os siue in palatum defluxus. Qui si in nares fiat κηρῖππος, si verò in fauces descendat βήρυλλος, i. raucitas peculiariter appellatur.

Catarrhi varia significatio.

Catarrhi propriè sumptis varia distentia. κηρῖππος.

appellatur, vt in palato catarrhus: Quemadmodum distinxit Galenus cap. 4. lib. de caus. sympt. Quanquam coryzæ nomen nonnunquam apud Hippocratem generalius vsurpatur, catarrhum significat. Hæc est catarrhi distinctio à veteribus tradita, de qua cum loquitur Fernelius cap. 4. lib. 5. Pathol. miratur neminem veterum omnium, catarrhum ab externis partibus capitis animaduertisse, seque huius cognitionis authorem putat: Et tamen Hippocrates lib. de vulner. capit. huius rei dogmata & exempla multa tradidit, quæ illum catarrhum à pericranio agnouisse coniciunt. Catarrhus autem est multiplex, in materia quidem, subtilis, crassus, vel medio cris: qualitate, acidus, acris, efferus, vel mitis: In temperamento, calidus vel frigidus, In substantia simplex vel mixtus, pro qua varietate, varios quoque & omnis generis morbos catarrhi pariunt. Fernelius loco citato, frigidum facit omnem catarrhum, ridetque sententiam Auicennæ & recentiorum medicorum, qui calidum quempiam ponunt. Quam tamen sententiam confirmat Hippocrates & Galenus. Et sanè apud Hippocratem sect. 4. de diæt. acutor. sent. 30. & 31. locus extat solemniter de distinctione anginæ in hybernæ & æstiuæ, vbi æstiuæ fieri ait à calida & nitrosa seu acri ex capite fluxione, quæ mordet & ulcerat. Quod explicans Galenus in comment. duas quoque anginæ species facit, vnam à glutinosa frigidâque fluxione, quæ in faucibus consistit, & pituitosa vocari potest: Alteram à calida & acri fluxione quæ ad guttur vsque per venas angustiores serpit, potestque biliosa nuncupari. Huius enim causam πῶ πρὸ τῆς κηρῖππος ἰδῆσθαι ὁ ἴδιος ἵσχυρὸς ἔστιν ἡ ἀπὸ τοῦ κεφαλῆς. Hippocrates esse dixit. Insuper omnium esse potest ad refutationem sententiæ Fernelij de catarrhi natura. Ex qua orta est eius altera opinio de arthritide, quam omnem à materia frigida ex capite nasci putat. Quæ opinio quàm etiam sit falsa, patet ex comm. Galeni ad part. 6. sect. 5. lib. 6. Epid. vbi auriculares dolores nonnunquam à calida causa oriri scribit. Causæ catarrhi procatarticae sunt tres: Prima peculiaris naturæ vitium, vt quando partes nobiles inæquali temperamento præditæ sunt. Nam talis natura catarrhis est maximè obnoxia, vt si cui iecur præcalidum fuerit, cerebrum autem frigidum. Quemadmodum enim calidum cerebrum, externis iniuriis magis expositum est: ita frigidum ab internis causis promptius afficitur, in iis præsertim qui capite sunt denso, cute dura & frigida, pilisque siccis. Nam quibus pili sunt pingues & oleosi, signum est eos minus destillationibus tentari; quoniam materia liberum exitum habet. Secunda catarrhi causa procatartica est temporum mutatio seu defectio, & inclementia cœli præteriti atque præsentis. Temporum autem defectio accidit 2. modis, vel per alterationem, vt cum æstas tota calidior est, sine vlla vicissitudine pluuiarum & ventorum Etesiarum: vel per alienationem, vt cum æstas fit similis veri, vel cum hyems est austriua & tepida. Caterum tempestas austriua maximè omnium cerebrum opplet & catarrhum gignit: sed si eam Aquilonia exceperit, catarrhus fiet omnium ferocissimus, nimirum falsus & nitrosus, vt in epidem. obseruare licet. Tertia causa est diætæ vitium in victus ratione & vitæ instituto, vt edacitas & crapula, liberalior vini porus (hoc enim est κηρῖππος κηρῖππος, ideoque omnibus qui peculiaris naturæ vitio, catarrhis obnoxij sunt, interdicendum) vfu vini meracioris & hippocratici, somnus diuturnus, balnea, sanguinis detractio, tum etiam inedia. Hæc enim omnia caput augment plethoricis causis. Catarrhi verò seu destillationis ipsius causæ antecedentes sunt tres. Prima est materia à parte quæ continetur, in eam quæ continetur exclusio per expressionem, vt ambientis, vel per facultatis retentricis resolutionem. Altera est organum siue gargarismus feritatis materiæ, quæ qualitate est acris, temperamento calida & substantia tenuis, vnde fit anadrome & palindrome. Tertia attractio, quæ fit à parte affecta doloris acerbitate: Dolor enim humorem ciet. In curatione catarrhi scopi quatuor Medico proponuntur; Primò vt materia generatio prohibeatur; Secundo vt fons eius exhauriatur; Tertio vt citati catarrhi impetus deriuetur, reuelatur, vel omnino sistatur. Quarto vt symptomata ex catarrhi prolapsu excitata corrigantur. In eadem curatione non est minor habenda ratio causæ efficientis, quàm materiæ aut partis suscipientis. Nam sæpe in materia cathari calida vtimur etiam calefacientibus ratione tempestatis aquiloniæ, quæ per expressionem catarrhum efficit: Notandum est autem

Catarrhus multiplex.

Fernelij error.

Angina duplex.

De causis arthritidis contra Fernelij opinionem. Catarrhi causa procatartica. Peculiaris natura vitium.

Temporum mutatio & defectio.

Temporum defectio causa duæ.

Alienatio. Diætæ vitium.

Catarrhi causæ antecedentes tres. Materia exclusio.

Organum. Attractio.

Curationis catarrhi scopi quatuor.

Quomodo sit hordeatis vitium.

in omnibus morbis eos errare grauitur, qui bene cœnati, media nocte hordearum assumunt, cum absque cœna eo solo vti debeant. Est enim hoc impatientis omnis confortis, i. omnium ciborum omnisque potionis.

ANT. VALETII EXERC. XVIII.

Catharrus propriè dictus defluxio à capite ad partes subiectas perhibetur, cœstque symptoma de genere immodicè excretorum. Vt enim se habet in lienteria ventriculus, ita & cerebrum in distillationibus. Catharri causæ efficietes vel sunt à cerebro ipso, vel ab inferioribus partibus. A cerebro quidam, ob eius intemperiam calidam aut frigidam. Calida ex euentu catharri ciet, plus scilicet attrahendo, quam concoquere, & in halitum digerere possit. Frigida per se catharri causa est, quia alimentum ad cerebrum delatum, non conficitur, nec per halitum distillatur. Huic quoque causæ famulantur partis raritas, quæ prompte pituitam suscipit magnitudo viarum in cerebro, cerebri situs, ad quem vapores facile conscendunt. Itaque scriptum reliquit Hippocrates, cerebrum tanquam magnam glandulam esse, & caput *ἀσπρὸν στυφὸν καὶ ὑδαρὸν* incumbere, ideoque *ἕλκεται καὶ αἰθρῶνται τοσούτων* esse. Cum autem à partibus inferioribus oritur, & efficiens intrinseci rationem habet, vel ventriculus intemperatus, vel calidum iecur reperitur. Extrinsecæ causæ sunt, aeris calidi intemperies, salforum, & (vt loquuntur) excoquantium catharriorum parens, vel frigida, crassiorum soboles, affectiones animi spiritus refrigerantes, aut etiam resoluentes, ocium, à quo excrementorum congeries, & spirituum torpor, vigilæ, quæ eosdem spiritus absorbent, somnus nimius, qui refrigerat, maximeque pomeridianus à pastu, quia tunc violento motu calor ad interiora retrahitur, ac spiritus crassiores & frigidiores fiunt, immodica Venus, denique inanitio & repletio.

Signa calidi catharri sumenda sunt ex faciei & oculorum calore, rubore, tenui materiæ consentientia. Item ex odore, quum in nares fertur, putido; ex sapore, cum in fauces, acri, falso, erodente, fiti, ex subita generatione, visus, atque auditus minore læsione, cum in ventriculum. Frigida contraria sunt signa.

In curatione res inprimis non naturales optimæ sint compositæ. Eius largior, potus parciore imperetur, quod ex humidis vaporibus facilius succrescant. Somnus breuior, iis præsertim, quibus hepar est præcalidum, talibus enim per somnum repletur caput. Iisdem inedia longior malo est, quia cibo & potu non refrigeratum hepar vehementius incalescit, vnde omnia vrit. Obesios abstemios esse oportet. Fugienda quæ caput calfaciunt, opplent, balnea, lotiones capitis, integumenta nimia, &c.

Considerata fluxionis natura, quæ est à parte vna ad aliam expulsio, indicatio prima sistendam fluxionem suadebit. Atque interim ad duos terminos respiciendum, vnde scilicet fluxio oritur, & in quem desinit. Prior, qui membrum mandans appellatur, duas exhibet indicationes, vt excrementum auferamus, quod expellitur & vitium, ex quo excrementa progredientur emendemus. Recipientis quoque pars geminam præbet indicationem, vt eam roboremus, ne recipiat, & id quod fluit, aliò trahamus.

Vacuabitur materia, eademque opera sistetur fluxio, sanguinis missione, nisi humores plane sint crassi, & sanguinis natura plurimum distantes, vbi reuulsione per ligaturas, frictionses & clysteres, materiæ præparatione, & per conuenientia medicamenta expurgatione contenti sumus.

Si tenuis & calida sit, syrupsis adstringentibus & incrassantibus apparatus, vt iuiub. nenupharino, de portul. papau. qui in tussendi labore grauiore dantur è cochleari. Sedata fluxione purgatio præscribatur.

℞. fol. oxalid. scariol. portulac. ana M. ℞. polypod. quern contus. glycyrrhiz. ras. paf. sul. mandat. ana ʒ. ʒ. salu. beton. salvia vitæ. flor. viol. ana M. ℞. f. decoct. vi est artis ad ʒ. ʒ. In colat. fiat lenis ebullitio ʒ. 2. folic. senna orient. & ʒ. ʒ. sem. anis. in qua colata infunde rhei elect. ʒ. 1. etiam gran. 4. In expressione dissol. syrups. de cichor. compof. cum rhab. ʒ. ʒ. f. potus.

Si crassior

Si crassior sit materia, præparabitur & purgabitur vt in pituitosa, cephalalgia.

Non omittenda interea, quæ vaporum ascensum ad cerebrum inhibent, vt pulueres, opiata, conferuæ, electaria, vt,

℞. conferua rosar. sicca ʒ. ʒ. coriand. præparati ʒ. ʒ. anisi, condii ʒ. ʒ. puluer. rosar. siccar. ʒ. ʒ. boli armen. purgati ʒ. 4. puluer. electar. diaireos simplic. ʒ. ʒ. 1. diatragn. canth. frigid. ʒ. ʒ. 1. sacchar. ros. quantum satis, vi ʒ. ʒ. 5. f. puluis. Post pastus singulos detur è cochleari.

Ex iisdem & conferua rosarum antiqua in eundem usum opiata concinnari potest.

Remedia particularia vt enrhina, apoph. & similia, non nisi consideratè vsurpanda, quod sæpius humores liquando & dissoluendo catharros commoueant.



HOLLERIVS.

De 1 Ophthalmia. CAP. XIX.



OPHTHALMIA, inflammatio est eius tunicæ, quæ corneæ adnascitur. Coniunctiuam 2 vocant. Hæc producitur à pericranio, à quo vasa deducuntur in oculum, per frontem mediam & tempora. Itaque ferè superficialis inflammatio est cum rubore, dolore, tensione, quæ vt augentur, ita affectus magnus est, exiguus, vt minuuntur. In exigua 3 inflammatione, maioribus 4 remediis non est opus. Sed rosarum succo, oui liquore tenui, aqua ros. aut plantaginis, lacte mulieris, vel asinæ curari potest. Oportet hos succos instillare oculis, eosdem contegere panniculo lineo, iisdem liquoribus insuccato. Postea verò iam declinante malo, santalos citrinos, modicum maceris, aut spicæ in aqua rosacea seruesacta 5 adhibebimus.

Vbi verò 6 grauius malum est. 7 Phlebotomia, arteriotomia, cucurbitula, sanguifuga, scarificatio, purgatio, cauterium, paracentesis, fortiora collyria, & localia 8 remedia instituenda sunt.

Phlebotomia, vbi 9 cætera consentiunt, vt ætas, vires, tempus, regio, & si dolor vrget vehementius, ac rubor & tensio maior est, subducta sponte sua, vel molliori clystere alio, Cephalicam aperitio eiusdem lateris 10 amplo vulnere, & quantum tolerant vires, 11 sanguinem edu cito: tam si fuerit opus, paululum recreatis vitibus, & leui pharmaco purgato corpus. Hippoc. de locis in homine metuit, ne fortiori pharmaco humores corporis agitati confluant in oculos. Quod consilium multis è recentioribus Medicis probatum est.

Itaque si biliosus sanguis est, quem ferè dolor acerbior sequitur, rhab. cassia, manna, catholico, electario de succo rosarum, hiera picra ventrem subduces. Dissolue æstate in sero lactis, decocto violarum & hordei. Reliquis temporibus, in decocto pectorali. Fortiores sunt pilulæ aureæ, pilulæ lucis, hiera diacolocynthidos. Si pi-

- 1 Humida, non autem sicca.
- 2 Quod conueniat oculum cum sua orbita.
- 3 Cuius generatio & affluxus materia non est perennis.
- 4 Vt phlebotomia, purgatione.
- 5 Ad humoris concocti digestionem.
- 6 Perenni generatione, affluxus causa, & symptomatum uehementia.
- 7 Ad generationem prohibendam, materia cuius sum reuocandum, cas. s. & que coniunctam amouendam.
- 8 Cuiusmodi sunt frontalia vulgè dicta.
- 9 Vt si morbi species, magnitudo, causa & symptoma desiderent. & ex affluxu materia ab organo magna sit ophthalmia.
- 10 Vt calor contra naturam euantiscat.
- 11 Et apocast. thymiam usque.

Gal. lib. 3. de caus. sympt.

Catharri causa efficiens.

Catharri externa causa.

Signa calidi & frigidi catharri distincta.

Catharri curatio.

Gal. lib. 5. & 13. Method.

tuita, ex hiera picta, pilulis elephang. agarico mixtis formentur pilulæ. Diaphœnicon quoque ex vsu est, pilulæ fœtidæ, & cocciæ.

In melancholicis, hiera Ruffi, hiera diacoloc. addito epithymo, aut foliis fennæ. Per interualla, clysteres & suppositoria, loco purgationum esse possunt.

Alioqui reuocandæ sunt purgationes. Iam bene purgato corpore, ¹² cucurbitulæ scapulis, & initio ¹³ ceruicis figendæ sunt, vbi & ¹⁴ scarificatio conuenit, siquidem locus admixta cucurbitula vehementer intumescit, atque vbi grauitas est capitis. Perseuerante malo, vena frontis, vel quæ in sincipite apparet, quæ post aures, quæ in temporibus, in quibus ea eligenda est, quæ tumet, rubet, pulsat magis cæteris. Reliquias inflammationes vacuat ea, quæ ad maiorem angulum est. Loco phlebotomiæ nonnunquam hirudines inducuntur. Cartilago quoque auriculæ scarificatur. Quæ vena ad pollicem vergit, mediæ ramus est, quæ initio secta plurimum diuertit, & viribus ¹⁵ minus detrahit, quàm secta cephalica. Arteriotomia locum habet, vbi calidus & spirituofus sanguis est. Huius rationem describit Galenus ad finem lib. 14. Methodi medendi, & Mesuæus cap. de ophthalmia. Cauteria tamen ad coronalem suturam, vt prius post aures in occipitio, è regione oculi laborantis in ceruicis initio imprimi possunt. Vt in sincipite medio, qua parte coronalis, raditur capillus, & cauterium applicatur. Eidem frictions, sinapismi, phœnigmi, vesicationes institui poterunt.

Paracentesis fit hoc modo. Prehendes digitis cutem cum carne, quæ initio ceruicis est ad cauum occipitij: tum acum traductam filo serico satis crasso transfiges. Et ita locum peruium ad triginta aut quadraginta dies permittes, per interualla sublato, ac deinde reposito filo. Topicis verò hoc modo vtendum est ¹⁷ Initio quidem reprimendum: ¹⁸ augmento, aliquid coquentium & reprimentium miscendum est. Vt verò procedit morbus, hæc augenda sunt, & minuenda, quæ reprimunt. Postremò rob oranda pars est. Fouentur itaque ¹⁹ oculi ex decocto violarum, rosarum, sem. psillij, papa. albi, corticis radicis mandragoræ foliis populi, salicis, rubi, myrti & similibus, distincta ratione ex natura humoris, qui flu it.

In augmento, decocto maluarum, althææ, cydoniorum, adiecta modica quantitate eorum quæ reprimunt.

Procedente morbo, flores chamæmeli, anethi, meliloti miscendi sunt. Postremò etiam fœnugræci decocto vtendum. Vbi reprimendum, ex aqua communi, aqua rosarum, aut plantaginis, decoctio fit.

In augmento, lacte, postea etiam vino diluto.

Itaque vbi topicis vtendum est, fouendus locus decoctione frigida, aut tepida, si leuæ ad sunt, & pertinacius inhæret pituita, tum ²⁰ medicamentum oculis instillandum. Postea gossipium madefactum in liquore conuenienti linteolo lineo inuoluitur: linteolum similiter infuccatur, & ita oculo insternuntur: tum ita alligantur fasciâ,

sciâ, vt ne oculus grauetur, aut doleat. Oportet enim quæ oculis adhibentur, læuia esse, mollia, præterea sine morfu, sine emplastica & viscida natura, quæ pertinacius inhæreat, & celerius indurescat.

Quater in ²¹ die remedia innouantur, aut etiam sæpius, si vrget dolor. Quod si per ²² exteriores partes, quod sæpè fit, fluxio est, frons & tempora reprimente emplastro inducenda sunt.

Conueniunt itaque initio ²³ aqua rosarum, oui liquor tenuis, lac muliebri, aut asinæ. Succus rosarum, conferua rosarum cum oui albumine, mucago sem. psillij, & similia. Vel hæc composita.

℞. succi mororum agrestium resiccati ℥. iij. (plus, minusue) quas cum oui albumine commiscebis, & siccabis rursus. Vtus tempore, ℥. ij. pulueris in lacte muliebri & aqua rosacea dissolues. Vteris autem, vt supra dictum est, scilicet, instillando cum gossipio infuscato. Oui albumen agitatam, & despumatum cum decocto papaueris albi, aut aqua rosarum, vtile est. Aliud.

℞. mucaginis sem. psillij, seminis cydoniorum, extractæ in aqua papaueris ana ℥. j. liquoris tenuis oui ℥. vj. caphuræ Gr. 8. crocigr. ²⁴ Vbi dolor vrget vehementius, vtendum est opio. Sed ab eius vsu, oculus de cocto meliloti, tepido, aut simili ²⁴ fouendus est.

Collyrium album Rhazæ.

℞. gummi arabici, traga canthi, amydi an. ℥. i. cerusæ lotæ ℥. i. ℞. opij Gr. 7. Cum oui albumine fiat collyrium. Vtus tempore ^{3.2.} in lacte muliebri dissolue. Crescente morbo.

℞. cerusæ plumbi lotæ cum aqua rosarum, & persiccata ^{3.2.} caphuræ ℞. cum oui albumine fiat collyrium. Vtus tempore dissolue in lacte.

Toto reliquo tempore morbi licebit vti sief, id est, collyrio albo cum opio, si vehemens dolor est: imminuta dosi opij, si non tam vehemens: omnino sublato opio si leuis est.

Sed addere oportet in ²⁵ augmento sarcocollæ nutritæ in lacte mulieris ℥. j. Et vt procedit morbus, in declinatione augenda sarcocollæ dosis est, ac tandem sola sarcocolla nutrita in lacte, & vino, vel aqua fœniculi dissoluta vtendum est.

Mucago psillij ²⁶ initio: ²⁷ cydoniorum, in augmento: lini aut althææ, in statu: fœnugræci, in declinatione conuenit. Sed ab vna ad alteram paulatim transeundum est. In declinatione.

℞. sarcocollæ ²⁸ nutritæ ℥. iij. ℞. croci, spicæ, ana ℞. iij. aloës ℞. ℞. Aloë lauetur in aqua fœniculi. Huius pulueris ℥. ij. in aqua fœniculi dissolue, aut aqua rosarum, si quid ruboris & caloris superest. Aliud.

Ouum crudum coctum, & ita induratum, calidum per se, vel è lacte muliebri subactum applicabis.

Puluis citrinus, quo vtendum est in augmento & statu.

℞. sarcocollæ ℥. v. aloës lotæ in aqua rosarum drach. j. tragacanthi ℥. ℞. opij ℞. ℞. vel Gr. 6. Quo tempore ouum crudum integrum sine testa per se, vel cum lacte muliebri, exceptum gossipio apponi po-

²¹ Imò decies.
²² Ut secundum periserianum tunnicam.

²³ Ad reprimendum.

²⁴ Ut corrigatur intemperias, quam induxerit opium.

²⁵ In quo par cura digerendi ac repellendi esse debet.

²⁶ Vbi tantum repellendum.

²⁷ Vbi modico digerendum.

²⁸ Ex lacte muliebri, vel asina.

¹² Ad reuocandum fluxum.

¹³ Quinetiam occipiti & toti capiti sunt cornicula affigenda.

¹⁴ Vt fiat reuulsio & euacuatio manifesta materia in oculum fluentia.

¹⁵ Quod minus dissipantur spiritus.

¹⁶ Idem Galen. cap. ult. lib. de cur. ratio. per sang. miss.

¹⁷ Cum materia fluit, & tantum pars calidæ, & rub.

¹⁸ Cum materia pars aliqua fluit.

¹⁹ Id fluitantia initio.

²⁰ Si calida sit materia.

29 Aut collyriū test. Roborando oculo vinum 29 adstringens dilutum aqua fœniculi, in qua spica, aut stœchas coxerit, competit.

Anacollemata, sive Frontalia.

℞. mannæ thuris, mastichis ana ʒ. ij. agitentur ex oui albumine. Aliud.

℞. farinæ fabacæ P. i. cum oui albumine fiat emplastrum. Aliud.

℞. emplastr. contra rupturam ʒ. ij. subigantur cum oleo rosaceo, & fiat anacollema. Aliud.

℞. myrrhæ, thuris ana ʒ. 2. farinæ volatilis. P. ʒ. cum oui albumine fiat frontale. Aliud.

℞. boli armænæ ʒ. j. aquæ ros. ʒ. iij. aceti ʒ. i. cum duobus albuminibus ouorum fiat frontale.

Sed etiam ex farina fabacea aut siliginea cum oui albumine & modico croco frontale compingi poterit lana vel linteo excipendum.

Balneum in declinatione imperari potest. 30 Errhina quoque, gargarismi & masticatoriâ. Neque omittendæ sunt frictiones initio ductæ supernè deorsum ad diuertendum. Vide Aëtium.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Morborem oculi ut infinita propè multitudo est, ita in illis distinguendis maxima confusio, præsertim iis, qui ad ophthalmiam similitudine quadam accedunt, & in inflammationem annexam habent, quales sunt, τέρξις, φήμοσις, cæteris accuratius hæc distinguisse epistola quadam videtur, à veterum tamen sententia, ut Galeni & Pauli Æginetæ, longè discedit. Scribit enim χήμοσιν palpebrarum inflammationem esse, licet aliquando partes cæteras in consensum trahat. At Paulus Ægineta χήμοσιν appellari ait, ὅταν ἐπὶ φλεγμονῆς ἰσχυρᾶς ἀμφότερα τὰ βλέφαρα ἐκτεταθῶσι, ὡς μολί, ἢ ὡς ἴδιον τὸ φθθάλμιον καλύπτει δακρ. ἢ τὸ λυκὸν τὸ φθθάλμιον ὑπερῶσιν τὸ μιλθῶ. ἢ ἰσχυρᾶς ἢ πολυμερῶς ὑπερκαμψαίει τὸ μιλθῶ. Id est, cum utraq; palpebræ ex vehementi inflammatione inuersæ fuerint, ut vix oculi ab ipsis contegantur, & album oculi nigro sublimius euaserit, rubrumque, & magna ex parte nigrum occuparit.

Vidius quoque (ut doctissimè Ioannes Gorræus annotauit) negligentius iis τὸ κατ' ἰκρίων legit χήμοσιν αἰτ' τῆς φημόσως. Sed his prætermisissis omnia facillimè sic distinguitur. Si leuis quædam inflammatio, & veluti phlegmones principium sine discrimine partes oculi inuadens primo intuitu appareat, cum rubore quidem, sed exiguo, quem dolor mitis consequatur, τέρξις erit duntaxat, id est, oculi perturbatio. Hæc enim certissima signa sunt, quod hic affectus neque phlegmonæ sit confirmata, neque vnius magis, quàm alterius partis proprius, neque vehementem dolorem habeat, aut tumorem. Quibus si adiciat à causa externa excitatum fuisse, ut sole, fumo, puluere, oleo, radiis lunæ, vino, esu cæparum, erucæ, alliorum, sinapi, ictu, quæ omnia ab ægro diligenter exquirenda, tum nulla in iudicando dubitatio esse poterit. Paulus à manifesta tantum causa fieri vult. Experientia tamen constat non raro ab interna excitari, præcipuè vitio ventriculi, & post egregiam potationem, neque tamen propriè esse ophthalmiam, licet aliquando in corpore cacochymo, & si negligatur, in eam facillè degeneret. Si verò palpebræ tantum inflammationem patiantur, atque in sese concidant, ut oculus aperiri nequeat

30 Propter oculorum & narium sympathiam in ophthalmia nunquam tunc, errhina prescribitur.

Montani opinio a Græcis aliena.

Paul. Æg. cap. 22. lib. 3.

nequeat, φήμοσις erit, id est, præclusio quædam, & quasi ligatio eorum, quæ secundum naturam aperta & reclusa esse debent, siue cicatrice, aut carnis incremento partes coalescant ut labra vteri: siue inflammatione, ut palpebræ oculorum. Contra, si oculus apertus maneat, nec claudi possit, albo nimirum oculi in tumorem sublato, atque eminente, nigro verò subsidente, & veluti hiatus quendam efficiens, χήμοσις est. In qua præter ruborem & inflammationem, pathognomonicum signum est, palpebrarum, ut ait Paulus ἐκτετατῆς id est, conuersio, quia adduci non possunt. At si coniunctiua tunica, siue adnata phlegmone labore, cum tumore, tensione, dolore, calore & rubore, ophthalmiam esse non dubitandum. Ergo τέρξις: (quam ophthalmiam non veram vulgò appellant) affectio est omnium oculi partium externarum communis: φήμοσις, palpebrarum: χήμοσις, albi oculorum: ophthalmia, adnatæ membranæ propria.

Sæpe omnes inter se vel plures commiscentur. Fiunt ophthalmiæ, ut cæteræ in inflammationes, à sanguine, bile, pituita, melan-

φήμοσις.
χήμοσις.
Ophthalmia sanguinea signa.

cholia, flatu. Sed frequentius à sanguine, aut bile. Sanguineæ signa sunt, tumor maximus in loco, rubor, tensio, lachrymæ crassiusculæ, quæ facillè exsiccantur, fordes molles in oculorum angulis. Quibus adde redundantis sanguinis in corpore indicia.

Ophthalmia biliosa signa.

Biliofæ, tumor moderatus, in superficie, color subpallidus: dolor acris & mordax, lachrymæ vel nullæ, vel paruæ, salæ, amaræ, statim concretescentes, fordes in angulis, siccæ & asperæ vigiliæ, excrementa biliosa, corpus gracile, quandoque febris tertiana.

Ophthalmia pituitosa signa.

A pituita, tumor maior, sed laxus, color albus, lachrymæ plurimæ, tenues, infusidæ, fordes, vel nullæ, vel molliuscule, corpus pituitosum, &c. A flatu rara est, tensionemque habet sine grauitate.

Ophthalmia per essentiam facta, ab ea, qua per defluxionem fit distincta.

Per defluxionem fieri intelligimus, cum repente inuadit, nec præefferunt lachrymæ, fordes, erosiones à quolibet aëris excessu. Per essentiam verò ex contrariis signis, & si dolor ad interiores capitis partes non perueniat, à quibus adnata membrana nascitur. Humidior autem efficitur ob materiæ multitudinem tenuitatem, loci affecti raritatem, caliditatem aëris, virtutis expultricis robur, & re- centricis imbecillitatem. Sicca quam Græci ἐξερθάλμιον vocant, contrariis causis constat, periculosiôrque est ob materiæ acrimoniam, qua sæpe vlcus inducit.

Sedato capitis dolore, si adfit, conueniunt sanguinis missio sæpius repetita, cucurbitulæ cum scarificatione, clyster, topica repellentia, collyria anodyna, purgatio, balnea, meri potio, emplastra. In taraxi, subducto ægro à causa externa abluitur oculus tepidâ primùm, deinde frigidâ, abstinentia à cibo, somnus. Perpetuò & subinde imponenda medicamenta, quia euuntur nouo humore, & lachrymis affluentibus. Nonnulli è recentioribus Hippocratis autoritate moti fortiores purgationes non probant, quod sic commotus humor defluat in oculum: alij contra. Vidi conuames ophthalmias non potuisse curari sine fortium carapotionum vsu, hiera diacolocynth. & similibus id genus vehementioribus medicamentis. Sed omnia pro humoris quantitate & qualitate temperanda.

Hipp. lib. de legib. in homine.

Ampl. f. ramine. Tum vt crassior sanguis exeat, tum vt maturius animi deliquium sequatur. Quod plurimum conferre ostenditur historia adolescentis, de sanguinis missione, 6. Epidemion. 13. Methodi. 2. ad Glauco. Aëtius è fronte, & angulo maiore. Sed hoc post sectionem cephalicæ, perseverante dolore. Tunc enim primùm vena frontis, ac tandem, quæ est in maiore angulo ad nares, secari potest. Carterum ramus mediæ initio diuertit, & minus detrahit viribus, quàm cephalica.

Aëtium form. 3. Tetrab. 2.

Oportet eos succos insillare oculis. Satius erit plurimum diluere oui liquore optime contracto, ut nihil habeat viscosi, & lacte mulieris iuueniculæ, deinde etiam scœnugræci decocto. Aut rosas, myrtos, rubos, & similia cum scœnugræco, chamæmelo, feminibus lini, & similibus in aqua simplici aut plantaginis incoquere. Deinde pannis mollibus ad oculi magnitudinem complicatis, insuccatis & admotis partes vicinas fouere. Ætate quidem frigidis, Hyem. verò calidis, sæpius innotatis. Lenta Galenus laudat, quia aspera oculum offendunt. Periculosa tamen

sunt, si nimis corpulenta & viscida: quia frequenter loco adherent, aut exsiccantur, aut putrescunt, sed tum maximè si pustula aliqua subsit. Narcotica, si acrior dolor sit & humor, effluxum prohibent, acrimoniam retundunt, & oculi sensum hebetiorem reddunt. Sed his neque in principio, neque ante purgationem est utendum, idque necessitate cogente, vt docet Gal. comm. in Aph. 31 lib. 6. vbi addit etiam tunicas indurari, & adstringi. Vitriolum humidioribus oculis nonnulli inspergunt, alij tritum oui albumine inspergunt, idque aqua calida coquunt dum concreverit: tum exprimunt, & liquorem oculis infundunt. Ab acrimonia tamen cauendum. Cerusa Venera (Galenus Rhodiacam vsurpabat) optima est dissoluta in lacte decoctionis foliorum capitum seminis papaueris: pulticula è semine papaueris albi, & hyosciami, decoctum foliorum papaueris, capitum seminis, & inde fotus. In foenugraeco bene loto & macerato magna vis inest. Bene purgatur, multum abluatur, maceratur per diem in aqua purissima, in fistili bene coquitur abiecta aqua, alia infunditur, coquitur puro igne, idque ter faciendum affusa semper aqua noua, vt omnis amaritudo eluatur. Coquitur verò ad liquidi mellis spissitudinem aperto vase. Sine expressione colatur lintheo. Colatura seruatur vsui ad tertium diem ad summum.

IN CAPVT XIX. DE OPTHALMIA.

DVRETI ENARRATIO.

Ophthalmia unde dicitur.
Ophthalmia quid.

Ophthalmia, quæ ab oculo nomen habet per antonomasiam, propter summam doloris acerbisatem.

Inflammati, i. tumor contra naturam cum rubore, calore, pulsu, renixu & dolore coniunctus vt aliud quidpiam sit quam ipsa, *replexis*.

Qua cornea adnascitur. Et *anthropus* nominatur. Hæc producitur à pericranio. Vel est ipsa pericranios tunica substantia, non autem officio.

A qua vasa deducuntur. Et per ea vasa procumbit in tunicam illam materia, quæ ophthalmiam facit.

Quid replexis.

Superficialis inflammati, quæ *replexis* dicitur, & ferè nascitur à procatartics causis, vt conspectu & olfactu cæparum, fummi appulsu, crepusculi, aut diluculi inclementia.

Ophthalmia causa.

Inflammati est. Inflammati fit oculi vel serosi humoris affluxu per exclusiorem partis quæ continet in eam quæ continetur, vel distenta parte à plethora particulari sanguinis, vel implicitis oculo crassis humoribus, aut flatulento spiritu.

In exigua inflammatione, in qua symptomatum inflammationis propriorum remissio est, non autem acerbitas.

Curatio.

Maioribus remediis non est opus. Phlebotomia, purgatione: atque talis inflammati non est vera ophthalmia, sed *replexis*.

Non opus est. Qui ferè taraxis venit extrinsecus, sine corporis vitio.

Rosarum succo vel aqua, oui liquore tenui. i. aquæ quæ exudat ex albumine oui agitato, cui immiscetur tantillum aquæ rosaceæ.

Lac muliebri.

Lacte mulieris. Sanæ, quæ corpus habeat solidum & succi plenum, nec praua vtatur dixta in victus ratione & vitæ instituto.

Vel asina lacte. Vel sanguine pipionis.

Vbi verò grauius malum est. Perenni generatione humoris morbifici, perenni affluxu, cum pulsu molestia, & doloris acerbitate.

Phlebotomia.

Phlebotomia. Ad prohibendam generationem humoris morbifici, reuocandam organum, ad euocandum materiam, quæ in oculos confluit.

Arteriotomia.

Arteriotomia. In æstu arteriarum.

Cucurbitula. Ad deriuationem: quæ scapulis, cum scarificatione: & capiti, raso capillitio admoveatur.

Hirudines.

Sanguisuga, i. hirudines admoveendæ paruo oculorum cantho, atque temporibus.

Sed &

Sed & maiori scarificatio. Cutis aluaræ.
Purgatio, cephalica & hypochondriaca.
Cauterium, pone aures admouendum, vel alterutri brachio ad muscolum bicipitem.

Scarificatio.
Purgatio.
Cauterium.

Paracentesis. i. funiculus setaceus, quo muscoli ceruicis transfiguntur.
Fortiora collyria. i. quæ dicuntur *Andropurga*, ad ophthalmiam contumacem à crasso humore tunicæ implicato & irretito.

Paracentesis.
Collyria.

Localia remedia, cuiusmodi sunt anacolle mata, fotus, emplastra, &c.
Vbi cetera consentiunt. i. ophthalmiæ idea sanguinis affluxu nata, doloris acerbicas, pulsus renixus.

Topica.

Vt alia. Iuuenilis, constans.
Vires, validæ cum securitate.

Cephalicam aperito. i. humeralem exteriorem, quæ nascitur à iugulari.
Sanguinem educito, ad mutationem coloris, vt pro purpureo niger effluat, aut etiam viridis, si vires valeant.

Cephalica se.
tio.

Dolor acerbior, sequitur à distentione & erosione.
Manna. Nihil prodest, ideòque reici debet.

Clysteres & suppositoria. Vt libera sit aluus, aut etiam profusè feratur per aphor. Lippientem alui profluuiio corripit bonum.

Clysteres & suppositoria.

Alioqui reuocanda sunt, si sit perennis materiæ morbificæ in partem affectam affluxus.

Vena frontis, quæ secundum pericranium tunicam fertur ad nares, ex lib. de loc. in homine.

Scitia vena frontis.

Traductam filo serico, illito butyro recenti, & oui albumine ad leniendum, vt inflammatio arceatur.

Initio quidem reprimendum, quando epiphlogisma est à recenti sanguinis suffusione, non autem à veteritunc enim nigrescit.

Quando sit reprimendum.

Fouentur itaque oculi, &c. Sunt hæc repellentia quæ leniendo repellunt.

Ex natura humoris qui fluit Prout humor est crassior, tenuior, mitior, acrior.

In augmento. i. in symptomatum accessione, scilicet doloris, ruboris, pulsus, renixus & caloris.

Althæa, cydoniorum, hæc reprimunt & cogunt leniendo.

Procedente morbo. Cum scilicet ophthalmia in vetustatem incidit, vel à crassis humoribus adnatæ membranæ implicitis & irretitis.

Fœnugraci decocto utendum. Vel etiam mucilagine seminis eiusdem fœnugraci.

In augmento. Ex corticula scilicet.
Si leuca adsunt. Et veluti maculæ quædam albæ in oculo.

IN CAP. XIX. DE OPTHALMIA.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM

ANNOTATIO.

Hactenus dictum est de symptomatis repleti capitis. Sequitur vt ab ipso capite transitus fiat ad illud *αἰθρητικόν*, i. sensorium, quod inter omnia principatum obtinet, nimirum ad oculos: quorum phlegmone est ophthalmia, quam vocat Hippocrates *ὀδύλις ὀφθαλμῶν*. i. dolorem oculorum. Hæc inflammati in eo distinguitur à taraxi seu perturbatione eorundem oculorum, quod hæc ferè extrinsecus veniat sine corporis vitio: Illa autem intrinsecus, cum vitio corporis & capitis. Cum enim à pericranio tunica exquisitissimo sensu prædita, nascatur tunica illa quæ in nostris oculis alba conspicitur, & *ἀντιπερικρανία*, id est adnata, quod corneæ adnascatur, omnesque oculi partes suo ambitu contineat, nominata est, quando illa inflammatum atque distenditur, ophthalmia inde efficitur, idque tribus de causis. Primò, decubitu acrioris & erodentis humoris in oculos, cum

Oculorum dignitate.
Ophthalmia quid.
Ophthalmia à taraxi distinguitur.
Adnata oculorum tunica.
Ophthalmia tres causas.

Ophthalmia vitio corporis & capitis. Secundò, distentione ipsius adnatæ tunicæ, ob vehementem sanguinis fluxum. Tertiò, implicitis & in oculis irretitis crassis humoribus aut flatulentis spiritibus. Ad primam, opus est cathartico, vi alius cieatur per aphor. 17. lib. 6. Lippientem alui profluuiò corripit bonum. Ad secundam, sanguinis detractio vniuersalis & particularis: Ad tertiam, meri potio, quæ flatulentum spiritum discutit per aphor. drag. j. lib. 6. Ophthalmiæ antecedentes causæ, eadem sunt quæ catarrhi, i. orgasmus seu gargalisimus materiæ; 2. exclusio eiusdem à parte quæ continet, in eam quæ continetur; 3. attractio quam facit dolor. Quæ autem ad ophthalmiam vsurpantur apocroustica, i. repellentia lenia esse debent, non nimis austera aut acerba. Nam leniendo dolorem oculorum, ex euentu reprimitur fluxio, quia cessat doloris acerbitas, per quam fiebat humoris attractio. Ad ipsam ophthalmiam remedium est accommodatissimum sanguis piponum & turcurum, qui incisus earum auicularum alis, in oculos instillatur, quod commodissimè fiet, si æger supinus iaceat, ita ut cælum spectet, sic enim omne collyrium instillari debet, primum in maiorem oculi canthum: deinde committendæ sunt palpebræ, vt per totum oculum fundatur liquor; postea aperiendæ vt idem liquor per minorem canthum effluat. Ad contumacem & inueteratam ophthalmiam, paracanthesis adhibetur, i. vulnus quod fit in ceruice aculo traiecta. Est autem transfigenda ceruicis cutis in longum *cutis* potius quàm in transuersum: quod tamen serè faciunt omnes chirurgi.

ANTON. VALETTI EXERC. XIX.

Cum adnata oculi membrana, quæ natura alba est, ob sanguinis affluxum cruenta apparet, ex oculis lachrymæ refudant, & in acanthis maioribus fordes quædam colliguntur, ægrum ophthalmia infestari certum est. Huius causæ, externæ internæ. Externæ fumus, Sol, corporis motus, casus percussio, &c. Internæ, plenitudo, humorum acrimonia, distentio à crassis & viscidis succis, aut à spiritu stultento. Eò confluit humor aut à pericranio, vel à cerebro, & tum dolor capitis interior est, stertentatio frequens, curandi maior difficultas. Expediam opem requirit hic affectus, quod negligenter si curetur, facile in suffusionem, pupillæ dilatationem, nonnunquam in tabem, seu corrugationem desinat. Itaque antiquam vllus topicis oculorum remediis sit locus, toti corpori atque capiti sectio: ne venæ humeralis patienti oculo è directo opposita, aut eius, quæ in extrema manu pollicis est vicina, prospicitur, deinde purgatione. Educendus humor si biliosus, vt sapius esse consuevit, ita vacuetur.

R. express. 3. 3. myrobal. cur. in aq. cich. bugloss. vel borrag. infusar. rhei elict. sensum similiter infus. 2. cinam. 3. i. In q. dissol. catbol. & syr. acetos. simpl. ana 3. 3. f. potio.

Pauperibus electar. de succo ros. syr. laxar. ros. pallid. diluuntur aquis supra dictis Si permitta sit picuita multa, pilulæ è hiera simplic. coccix, de agar. lucis, vtiliter præscribuntur.


Mox topica veniunt vsurpanda. Ac quidem initiis phlegmones collyria repellentibus & anodynis oculo imponenda, cataplasmata ex adstringentibus, quas vias contrahant, per quas fluit materia fronti & temporibus aptanda. Vt,

R. mucag. sem. psyllij in aq. plantag. aut rosar. extracta 3. i. b. cum albamine oui in lacte mulieb. agitato, vel cum aq. ros. q. s. f. collyr. vel R. trochi. albor. Rhar. 3. i. b. pompholyg. lota, sacchar. cand. ana 3. b. aq. plantag. & rosar. ana 3. i. mucag. superioris 3. b. f. collyr. addita pauca caphura, si urgeat dolor.

Fronti imponitur cataplasma ex bol. arm. terr. sigill. mastic. ana q. s. except. albamine oui. In excremento, quia non modò repeliendi, sed etiam digerendi, cura incumbit superioribus mucaginis & aquis adicientibus aquæ fœnic. euphras. vcrben. chelidon. maioris, mucagines lini, althææ, fœnugræc. Et, si simul detergentum sit, proderit non nihil syrapi ros. siccarum immiscere. In statu præualebunt digerentia. Vt,

R. aq. fœnic. & chelidonia ana 3. 2. aloës lota in vino albo 3. i. b. iust. preparat. 3. b. sacchar. cand. 3. i. syr. ros. siccar. 3. b. f. collyrium.

In declinatione vacuabitur materia reliqua ex oculo fomento & decocto seminis fœnugræc. meliloti aquæ calendulæ cum spongia aut linteolo molli.



HOLLERIVS.

De i Debilitate visus. CAP. XX.



MYOPAS Græci vocant, qui à primò naturæ ortu non nisi admota oculis cernunt, eaque 2 exertis propè oculis palpebris constrictis, atque conuiuentibus. Id quod efficit 3 tunicarum oculi raritas, tenuitas humoris, subtilitas spiritus visorij, qui priusquam angulum faciat, dissoluitur atque euanescit.

Sunt, qui eo nomine vespertinam etiam 4 aciem appellant, cum interdiu obscure, noctu & sine lucerna, acutiùs videant. Rara affectio hominibus, ab eadem causa, nisi quodd illuc infirmitas maior est: hinc luce quidem diffluit spiritus, nocte cogitur, atque temperatur. Contrà verò Nyctalopes interdiu vident, 5 caligant ad lucem cernam: quanquam & hoc nomen nocturnæ cæcitatibus ad Myopas etiam transferant, vt Octavius.

Amaurosin verò & Amblyopiam, hebetudinem, atque obscuritatem visus ita distinguunt: quodd illius multæ causæ notæ sunt: huius nulla 6 causa manifesta. Quia cum pupilla pura sit, neque vitium vllum appareat in oculis, videndi tamen libertas, intercepta est. Huius tamen 7 coniectura quadam curationem admolitur, medicamentis, quæ *δύσδορξή, η δύσδορξή φάρμακα* appellantur, quia videlicet, cum nullum accidens manifestum in sit oculis, acuiunt tamen visum, atque instaurant.

Causæ tamen vtriusque mali, vel in humoribus oculi, vel in natura visorij spiritus, vel in tunicarum habitu recondita est: vel quia interceptus est, aut resolutus neruus opticus. Summatim in iis, quæ natura ad legitimam videndi facultatem instituit, spiritus neque 8 crassior, neque tenuior esse debet, sed aëria tum naturâ, tum substantiâ, tum qualitate moderatus, iusta etiam quantitate, quæ omnia pendunt à natura sanguinis & pituitæ, in quibus substantia est spiritus. Temperatus enim sanguis eundem spiritum gignit: intemperatus verò vitiosum reddit. Subtilior spiritus obscuro loco melius habet, vt in vespertina acie. Tenebris enim colligitur, crassescit & frigidior redditur. Idem efficit, vt minima 9 cernamus, & pingamus calamo: sed tantum ea, quæ in proximo sunt. Contrà verò crassior spiritus, vt in senibus, remotius posita intueri potest, tantum cernit maiuscula, eademque calamo pingit. Ex quo inuenta est ratio Opticorum in specularibus, vt conuexa, ma-

1 Quæ si febris expers, cuius causa vel in cerebri vitio consistat, vel spiritus animalis, vel tunicarum & humorum oculi. 2 Propter spiritus visorij paucitatem, tenuitatem, & tunica raritatem.

3 Propter corneam, & vicia.

4 Quod ambiente aëre crassior spiritus animalis spiritus cogatur.

5 Quia spiritus eorum visorij crassior est, non aëreus.

6 Unde hæc à recentioribus gutta serena dicta, quod nullo, quod in oculo cerni post, vitio, videndi facultas amittitur.

7 Ut cum clauso altero oculo, pupilla non dilatatur: unde nerui optici obstructio nisi significatio.

8 Aut impurius, ut scilicet contingunt aërem illustrare non possit.

9 Galen. c. li. de symptom. caus.

iores: concaua, minores: plana, æquales formas & literas representent. Vt enim oculares adij maiorem minoremve angulum describant, ita formæ oculis proponuntur.

Curatio 10 Nyctalopis & debilitatis visus.

Hæc vitia magna ex parte ab humorum vel vaporum crassitie excitantur: multò maximè, si derepentè orta sunt, & 11 grauitas sentitur in radice oculorum.

10 Id est, cæcitate nocturna, desiderata ratio ne si suorumque in spiritu ani mali.

11 Que si quum est partis ab humorum copia oppressa.

12 Etsi humor crassus è concoctione segregari videatur.

13 Si pilulis stomachicis uti non licet: ut in hæmorroidibus habentibus.

14 Errhinum nimè vitendum, nisi sublatò omni inflammationis metu.

Aperiatur itaque primùm cephalica, si res postulat. Alioqui si 12 cacochymum corpus est, purgetur hoc modo.

℞. pul. hieræ picræ Gal. ʒ. 2. pul. diacol. ʒ. ʒ. casto. ʒ. ʒ. sem. fœniculi, nucis moschat. an. Gr. 6. cum succo rutæ formentur pilulæ. Possunt & pil. cocciis, pilul. lucis, elephanginis, mixto agaric. purgari. In glaucis oculis, quique venas plenas & amplas habent, mitioribus pharmacis uti oportet. Mollis teneatur aluus pilulis factis ex aloës ʒ. 1. terebinth. ʒ. 2. vel ex cassia. Alioqui 13 poly-
Tum 14 errhinis, apophlegmatismis, sternutatoriis vtendum erit.

Cucurbitula occipitio fixa dum scarificatione ea vi obstructio- nes liberat, vt ea ipsa etiam dum hærente aliquando visus restitutus sit.

Constrictio colli ita spiritum impellit in oculos, vt inde ampliatis visis & spiritu liberiore, visus reddatur, aut certè acuetur. Post hæc extrahendus sanguis ex angulis oculorum. Rhazes etiam è fronte, Mesuæus è naribus sanguinem educit.

Topica.

Infinita propè describuntur, quæ ex variis authoribus colligi possunt. Tradunt capras non minus noctu cernere, quàm interdiu. Et ideo caprinum iecur, si vescatur, restituere vespertinam aciem iis, quos Nyctalopas vocant. Idem iecur assum & cum sale comestum iuuat, aut sanie, quæ inde effluit, dum assatur oculos allinunt. Alij vaporem elixati iccoris oculis excipi iubent.

Sunt qui hirci potius, quàm capræ, & hirci montani iecur imperant. Nonnulli configunt caryophyllis: alij irrorant aqua fœnicali: hocque remedium commune faciunt Myopibus, qui tantùm noctu vident, Ostauius & Herophilus, quod 15, non probat Aëtius.

15 Nec est probandum Non enim Myopibus collyria quædam sunt prescribenda, sed in uera sania.

In senectutis magis, quàm oculorum vitio succum mali granati optimo melli æqualiter commiscebis: aliquot dies in solabis, aut calidis cineribus coques. Conuenit pictoribus, lectoribus, & scriptoribus.

Alij granatum acidum, deposita duriore testa, contundunt: melli miscent: concoquunt, ac tandem vehementer exprimunt, eidem remedio, fœtori oris, firmendis dentibus, gingiuis, ozanis, quando carnes quædam adnascuntur dentibus. Herbarum conueniunt, fœniculus, ruta, chelidonia, euphrasia, verberna, asparagus, betonica, chamedrys, raphanus, balsamita, pimpin. caryophyllata, apium, maiorana, marrubium, parietaria, hyperici flores, meliloti, rosmari-

ni. Aro-

ni. Aromata, macis, cinamomum, nux moschata, lignum aloës, spica, santali. Conseruæ, enulæ, acori. Horum omnium vsus est, vel quia eduntur, vel quia musto feruent, aut in puluerem redacta sicca collyria faciunt. Aut cum melle commiscantur, & eorundem succus: aut in alembico distillantur. Redditur aqua efficacior, si quid 16 mellis liquidioris commisceas, dum distillantur. Atque hac etiam fortior, cum mel scylliticum in alembicum coniicitur. Laudata est olim lactea sylu. stris. Cuius rei argumentum, quod Ælianus scribit. Accipitrem tinnunculium (Quercelam vocant) acerrimo lactuæ sylvaticæ succo oculos illinire, atque ita laborantem aciem instaurare. Quod deinde Medici sequuti sunt. Atque hinc oculorum medicina Hieracia, quasi accipitraria, vocata est.

16 Presertim Carbonis, quod thymum redoleat.

Aqua, quam scribunt restituisse visum cæco nouem annorum.

℞. succi apij, fœniculi, verbenæ, chamædryos, pimpinellæ, caryophyllatæ, saluæ, chelidoniæ, rutæ, centinodiæ, morsus gallinæ, caryophyllorum, farina volatilis, ana ʒ. j. piperis crassiusculè triti, nucis moschate, ligni aloës ana ʒ. iij. Omnia immergantur in vrina pueri incorrupti, & iuxta parte vini maluatici. Bulliant breui tempore: tum exprime, & percola. Reponere vase vitreo bene obturato. Hora somni singulas guttas singulis oculis instilla.

Dum effruescit mustum, euphrasia iniicitur. Vinum repurgatum asseruatur singulari remedio.

Eiusdem herbarum puluis sorbili ouo inspergitur, aut inde sal oxydoricum paratur.

℞. salis communis ʒ. j. euphrasiæ siccæ ʒ. ij. macis, cinamomi ana ʒ. j. misce.

Flores rosmarini amphorâ vitrea concluduntur: quæ duplicato linteo cerato obtegatur in arena, vt mos Chymicis. Liquor redditur efficacissimus oculorum claritati. Accipiter (Emerillon vulgò) vnguento susino decoquitur: vinum absynthites, aut rhodinum, antimonium, tuthia in aqua fœniculi extincta. Pica auis in testaceo vase cremata, & in cinerem redacta, vehementer laudatum remedium à Practicis.

℞. Sileris montani, maioranæ, euphrasiæ, rutæ, chelidoniæ, summitatum fœnic. ana ʒ. iij. zinzib. spicæ nardi, piperis longi, caryoph. tuthiæ extinctæ & nutritæ, sarco. nutritæ in lacte asinæ, ligni aloës ana ʒ. j. fellis aquilæ aut accipitris, balsami ana ʒ. ʒ. mellis ros. ʒ. j. conquassanda conquassentur, liquabilia liquefiant, misceantur: & Æstate quidem, quadraginta diebus insolentur, semper agitando & obuertendo vas. Hyeme in cineribus moderatè calidis, simpliciter macerentur. Reponantur vase vitreo ad vsum. De esu viperarum alio loco. Vt vis medicamenti penetret, aqua tepida è gossipio, vel molli linteolo fouebis oculos. Frequens vsus trypheræ minoris, chebuli conditi, mythridatij & theriacæ: sed magis hyeme commendatur. His autem uti oportet iam bene purgato corpore, vt

etiam sinapifinis & cauteriis. Rationem vitæ, & reliqua remedia localia ex aliis colligito.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

AΜβλυπία, & Αιμαόρα, morbosæ sunt oculorum affectiones, cum visus vel hebetior est, vel omnino sublatus, sine tamen villo oculi manifesto affectu, aut vitio, in partibus oculi, quæ sub aspectum cadunt, nobis apparente, solâque causarum intensione & remissione differunt: quod illa imbecilliores: hæc vehementiores, & iam confirmatas causas habeat. Μυωπία, vel Μυωπία, est, cum visus non omnino quidem sublatus, aut hebes & obtusus, vt in superioribus, sed diminutus, ita vt propius admota, etiam minima, æger cernat, & exactè distinguat. ad remota tamen, & paulò longius distita penitus illi caligent oculi. Malum à natura sæpe contractum, quo laborantes Budæus Lusciosos, & Luscitiosos, & Luscitiosos vocat, quales ferè, cum paulò diutius legerint, aut oculos aliquo nescito habuerint, exhausto spiritu tenuiore cæcutiunt, aut limis, seclusisque oculis volitantia quædam in aère corpuscula sese intueri putant. In Nyctalope visus itidem diminutus est, sed symptomata diuersa, quod interdum videant, Sole occidente obscurius, noctu nihil, quasi ε τῆς νυκτὸς ἀλαίς, id est, noctu nihil videns. Atque hæc sunt affectiones, quæ visum solent interceptare, nullo ipanifesto affectu in oculo apparente, sed pupillâ planè pura, atque incolumi, si adiciis quosdam, qui noctu melius vident, quàm interdum, quod rarissimè contingit. Duæ priores affectiones ferè sunt in neruis opticis, aut cerebro: posteriores in humoribus, tunicis, sed frequentius in spiritibus. Verùm & locum affectum, & causas affectus remota penitus nominum ambiguitate & confusione, quòd non omnès (vt in cæteris ferè paulò difficilioribus) in eadem significatione vsurpent, ita distinguere licebit, & quasi typo, vt Aristoteles loquitur, depingere. Si æger vel nihil omnino videt, vel diminutè, sed semper æqualiter, & vno oculo clauso, alterius pupilla non dilatatur, nullo, scilicet, irruente in eam spiritu, signum est spiritum transire non posse ad oculum per neruis opticis, aut si transeat aliquis, non sufficere tamen ad oculum illustrandum. Idque fiet vel vitio cerebri, vel meningum, vel nerui optici.

Spiritus visorio ad oculos deducendo qua necessaria instrumenta.

Hæc enim sunt ad spiritum vel generandum, vel deducendum necessaria. Si vitio cerebri spiritum non suppediantis, aut corruptentis, vt post insignem euacuationem, longum morbum, mærorem in senectute, in cæteris etiam sensibus læso aliqua percipitur. Nam cum omnes sensus inde prodeant, tanquam riuuli, quomodo vni morbum, quo afficitur, communicare poterit, cæteris integris manentibus? Ergo si simul cum visu cæteri quoque sensus afficiantur, & grauitas capitis percipitur (additis semper causis antecedentibus & externis, obseruatifque diligenter paritum, quæ cum cerebro consentiunt, affectibus) de cerebro læso coniecturam certissimam habemus: siquidem quæ generali illo axiomate, tanquam fundamento firmissimo, nititur, membrum esse sanum, cuius actio sana est: læsum, cuius actio læsa. Si in meningibus, ad oculorum radices percipitur dolor aut grauitas: sin minus, in neruo erit, vel resolutio, vel obstructio, vel contortio. In contortione vident obliquè: in obstructione, si perfecta sit, nihil: sin minus, parum, sed eodem semper modo sæpiusque repentè, & vno impetu incidit ab humore, aut spiritu, vt post excrementa alui retenta, cruditates, insolationem, capitis ardorem (quod in pistore vidimus iuxta furtum ignitum repentè, cæco facto) scum, casum, concubitum, & similia, quæ caput replere aut humores commouere possunt. Resolutio fit in neruis per inanitionem, aut repletionem, de qua satis in superioribus. Hæc omnia in vniuersum causæ sunt & signa ἀμβλυπίας, καὶ αἰμαόρας. In spiritibus affectiones ex eorundem naturali constitutione deprehenduntur. Debent enim moderati esse in subtilitate, crassitie, fulgore, obscuritate. Paucitatem & multitudinem adderem, nisi quia vix vnquam sat multi esse possunt. Qui multos subtiles & lucidos habent, atque in vnum coactos, nullò aliunde impedimento accedente, hi omnium vident acutissimè. Cæteri sunt præ-

ter:

ter naturam. Quorum variæ differentiæ constitui possunt. Sed præcipuè, quæque Spiritus visorij occurrunt frequentius, sunt huiusmodi. Subtilis, paucus, lucidus: crassus, paucus: propria differentia. crassus multus. Quia enim subtilis, paucus & lucidus, subtilitate facillè diffluit, paucitate resoluitur, ac luce maiore offenditur, inde hæc symptomata consequi necesse est, vt ita affecti remota intueri nequeant, propinqua exactè discernant, obscuriore paulò aère oblectentur, nec diutius legere, aut oculos in rem aliquam intentius defixos habere possint. Quibus si accedat pupillæ amplitudo paulò aère oblectentur, nec diutius legere, aut oculos in rem aliquam intentius defixos aberunt à cœcitate. Vt enim visio absoluta fiat, in firmum & densum consilium Spiritus coire necesse est, qui pupillæ amplitudine diffunduntur ferè in metu Vitis absolutum qui fiat.

Quo fit, vt ita laborantibus nullum (si ab ortu contractum sit malum) præstantius remedium afferri possit, ocularibus ad oculi formam causis, & circumferentiâ densioribus, quòd spiritus in centrum, tanquam pupillam, cogantur, & confertim prodeant. Quod in multis feliciter sumus experti. Atque hæc est causâ propria μυωπίας. Si verò pauci sint spiritus & crassi, paucitate hebetior visus est, crassitie obscurior, ob idque egent lumine externo, vt illustrentur. Hinc fit, vt interdum satis acutè cernant, occidente sole obscurius, noctu nihil, aut parum. Quod de Nyctalope diximus. In quibus verò multi sunt spiritus & crassi, i longius posita melius circumspectant, quia opus est multa luce; proindeque interuallo longiore ad illustrationem. Crassities autem omnis aliquando à crassiore sanguine, aut alimento originem habet, sæpe à vaporibus, aut humiditate cerebri. Et si ad maiorem angulum fiat fluxio, è sinicipite: ad minorem, è venis post aures, & quæ in temporibus. Vnde etiam efficitur, in his noctu obtusorem esse oculorum aciem duabus de causis: tunc quia sufficienti lumine destituantur spiritus: tum quia eo tempore, lunæ influxu, humor accrescit. Cui consentaneum est, quod in plenilunio habent deterius. Quòd si qui noctu videant clariùs, quàm interdum, vna ex duabus causis contingere poterit: aut quia igneos habent oculos, vt experientia in quibusdam animalibus obseruare licet: aut quia subtiliores spiritus, qui crassescunt nocturno aère, & coguntur, nec dissipantur. Quibus omnibus fidenter facit experientia & curatio, quæ singulis causis ingeniose accommodata nunquam fallit: sed longior ac difficilior, quàm vt breui annotatione comprehendere queat. Sunt & aliæ causæ imbecillitatis visus, in crystallino humore, rhegoide humore qui crystallino prætenditur, vt infringat vim splendoris externi, & madesfaciat crystallinum, cicatrix inducta corneæ, & similia. Sed hæc omnia tantum commentarium desiderarent.

Myopibus ab ore: quid maxime conferat.

Ὁξυδρακία, &c. Huiusmodi sunt collyria quædam apud Gal. 4. Ὁξυδρακία. Similia sunt sequentia. Viperas quidem fimo sepeliunt: gignuntur vermes, inde aqua distillatur mirabilis. Ab aliis viperinus adeps, cum viperis, theriaca & rebus ocularibus distillatur. Viperarum capita cremantur ollâ. Cinis cum cremore lupinorum subigitur, & illinitur temporibus. Vina factitia, rebus conuenientibus cum multo coctis & racemato. Mel anthosatum distillatum cum suis floribus & cacuminibus rosmarini. Hyrundinis cerebrum ex melle tritum, vel exuium serpentis ex melle quoque tritum. Nux moschata condita diuitibus, aliis ex vino manè & hora somni odorata, inspirata. In Nyctalope hepar hircinum affato, & cremorem fluentem illinito: ipsum verò hepar asiduum edendum præbeto. Columbinum sanguinem illinito: aut fel capræ hepar caprinum coquito: obuelato capite, & in ollam aduerso, fumus oculis excipitur: ipsum verò hepar asiduum edendum præbeto. Aut idem hepar concisum pipere longo, & sale gemmæ conspersum in carbonibus affato: excipitur fumus. Ex hoc citò auxilium percipitur. Succus recens stercoreis asini, fel vulturis illitum, vel cum succo porri, commixto melle. Peucedani succus cum succo fœniculi. Anagallidis succus tertio quoque die oculis iniectus idem præstat, & pannum iam factum in oculo consumit. Pulli hyrundinis acu ex ære in nido excecantur, signantur, vt internoſci possint. Tertio die capita præciduntur: incenduntur, puluis cum balsamo in oculo instillatur. Vasa ænea ocularibus medicamentis probata. Apodes (vulgò Martinets vocant) ve-

Hydropota acrisim vident.

quàm fetus meliores. Sed ante masticanda sunt ocularia medicamenta. Lingere oculos catelli lingua, vel pueri. Scarificatio auricularum, & perforatio. Barbarorum more. Parum bibendum in humidioribus oculis & excrementitiis. Emunctio affluendum sine vi. Vapor è decoctione rutæ, marrubij, fœniculi, euphrasie, chelidonie, ligni aloës, croci, coctorum in aqua & vino. Ex his cum melle distillatio. Decubitus, cum legit æger, & caput erectum, non demissum. Butyri magna vis. Hlitum mollit, lenit, polit, laxat, resouit, coquit: ideoque hebetudini, præsertim à siccitate, prodest: cicatrices & albugines exterit, declinationem calidarum fluxionum iuuat: soluitur: & linteolo inde madefacto fit focus. Caput mundum & pedes.

Hieracia. Ἱεράκη ἰσχυρὸς, id est, Accipitre. Apud Galenum 4. *Ἱεράκη* & *ἰσχυρὸς* cap. 7. & Cornel. Cels. c. 6. Cornelium Celsum, reperitur Hieracis collyrium, ad obscurum visum & scabras affectiones. Inde etiam nomen herbæ, quam rustici corrupto vocabulo ichoream luteam vocant, à florum colore, in pratis frequentem. Accipitres aiunt scalpendo eam, succoque oculos tingendo, obscuritati visus mederi, ob idque vocant *ἰσχυροί*.

IN CAPVT XX. DE DEBILITATE visus.

DVRETI ENARRATIO.

Quid visus debilitas, & quomodo fiat.
De debilitate visus, i. de visione infirma, deprauata, aut etiam deperdita, tum per idiopathiam propriorum instrumentorum, labefactata videndi facultate, interceptis aut dissipatis vel exhaustis spiritibus, tum per sympathiam vniuersi corporis, vicinarumque partium per *μετάστασι* aut etiam productionem cause morbificæ.

Myopia. *Μυωπία*. vna debilitatis species est, quæ dicitur *μυωπία* vel *μυωπία*.
Qui à primo natura ortu. Aut etiam à diuturna officij vacuitate, vt si quis in carcere & vinculis, sine fruitione lucis, multos annos detineatur, vnde visus instrumenta redduntur ignauiora.

Amaurosi. *Αμαυρωσις* verò. i. splendoris & nitoris, vel lucis infirmitas atque vernaculæ priuatio, cum scilicet crystallinus humor exaruit, & splendorem amisit.

Amblyopia. *Αμβλυωπία*. i. hebetudinem & hallucinationem.
Tunicarum. Corneæ, arachnoïdis, vneæ, in raritate, situ connexionem, figura, symptomate.

Interceptus est Per obstructionem.

Aut resolutus, vt in paralyti à cerebro & in cerebro nata.

In vis. Nempe in spiritibus, nervo optico, tunicis & humoribus.

Spiritus. Ad bene & acutè cernendum.

Neque trassior, vt sit vbertas spiritus splendor, collectio, & substantiæ mediocritas in tenuitate & crassitudine.

A natura. Sanguinis & spiritus vitalis, anathymiasæ bonæ & naturalis, cerebri etiam bene morati benèque instituti.

Remedium commune. Myopibus inutile est hoc remedium, contra salubritati accommodatum, quod incrassandi & colligendi vim habet.

S. D.

AD DEBILITATEM VISVS.

DVRETI IN SVAM ENARRATIO- nem Annotatio.

Ad perfectam visionem necessaria est trium rerum *συναρπεια*, i. collustratio atque concursus, nempe rei aspectabilis, instrumenti visorij, & aeris ambientis. Res aspectabilis seu obiectum, est color qui aerem tingit, facitque vt omne corpus triplici dimensione præditum, visu percipiatur, *χρῶμα* Græcis dicitur, quod nomen Pythagoreis, vniuscuiusque corporis superficiem significat. Color autem videri nequit nisi aer medius à luce illustretur, & illius imaginem nostris oculis representet. Fit enim visio, vt etiam Aristoteles voluit, excipiendo, non foras mittendo, & fit oculus suo lumine & splendore vernaculo atque in sito non caret, qui omnes eius partes illustret & ad officium suum excitet resque externas excipiat, vt aer ille purissimus in meatu auditorio latet ad sonos percipiendos. Sed visionis tria sunt vitia atque symptomata vt & reliquorum sensuum, imbecillitas, deprauatio & deperditio. Imbecillitas est quando percipiuntur quidem aspectabilia qualia sunt, sed non tam citò nec tam facile neque continuo neque eminens, neque tam apertè quàm solebat. Hæc per idiopathiam venit, & instrumentorum visioni inferuentium; seu facultatis ipsius quæ hyparchim habet & validam vim atque virtutem in cerebro bene constituto. Hoc enim si vel intemperie, vel cruditate, vel alio vitio laboret, visus labefactatur. Quod autem dicunt recentiores cum id accidit, reliquos quoque sensus lædi, non semper verum est, quoniam multa sunt in cerebro mansiones. At per idiopathiam instrumentorum, quatuor modis fit imbecilla visio: Primo mala totius oculi compositione, vt quando exerti sunt oculi aut prominentes, bubuli, crassi, tumidi: Tunc enim spiritus animales facile dissipantur: Quod si accesserit amplior pupilla, maius erit visionis damnum. Nam parua pupilla si secundum naturam sit talis, longè aptior est ad acutè cernendum quàm maior, quoniam in illa coacti spiritus sunt robustiores, in maiore verò dissipantur, ideo ad collectionem ipsorum spirituum præscribimus iis quibus est infirma visio, vt quotidie mane frigida oculos abluant, aut eos in frigidam coniciant. Oculorum aliter quoque deprauati constructionem contingit, vt cum nervus opticus longior est quàm par sit, &c. Secundo membranarum oculos componentium vitio, vt mala temperie, immoderatione & continui solutione. Tertio iisdem humorum affectionibus, vt impuritate eorundem per mixtionem alienæ materiæ. Quarto spirituum paucitate, crassitie, tenuitate, obscuritate, dissipatione, aut per admixtam alienam materiam infectione. Venit etiam visus imbecillitas per sympathiam totius corporis vel aliquarum partium, quarum vitia oculi facile suscipiunt vt simplicem communicationem generis similitudine, operis societate & vasorum communione, vel per propagationem materiæ morbificæ ad ipsos oculos. Ab offensione totius corporis nascitur hæc imbecillitas in febre nec propria curationem exposcit quia ad futurum morbi exitum apparet, vt *καταδωρὸς* seu tenebricosa vertigo à perturbatione critica ad futuram vomitionem, vel hæmorrhagiam. Hebetit etiam visus ab vniuersi corporis frigida & sicca intemperie spiritui contraria, vt in senibus & melancholicis. Sed & per sympathiam partis alicuius idem accidit, vt cerebri malè affecti, ventriculi bile natantis, pulmonis inflammati, hinc enim fit scotodia. Deprauatur visus in eo qui aliter cernit res aspectabiles quàm sese habeant, vt si colorem flauum pro albo, aut alium quàm qui est in re aspectabili videre se putet. Quid isterico accidit ob vitium partis excipientis, si duplicem rem aspectabilem percipiat, quæ tamen vnica est; quod fit quando fluctuat spiritus animalis & obliquo ductu ad pupillam fertur; aut quando ipsa pupilla diuisa & intercepta est affluxu humoris, vt in ebriis: Si res magnas paruas, aut paruas magnas; si quadratas orbiculas videat: Quod potestimum ideo fit, quia ob visus imbecillitatem anguli rei quadratæ percipi ne-

Ad visionem perfectam tria necessaria. Χρῶμα.

Visio si excipiendo. Visionis tria vitia. Imbecillitas visus quid. Imbecillitatis visus causa.

Imbecillitas visus per idiopathiam instrumentorum fit modis quatuor.

Oculorum ablutio. Membranarum oculorum vitia. Humoribus oculi affectiones. Spirituum affectiones. Visus imbecillitas per sympathiam totius corporis vel quadratam partium.

Quid sit visus deprauatus.

queunt: Item si res fixas moueri existimet ob perturbationem spiritus: Quæ autem re vera mouentur, nunquam videntur quiescere. Denique ad omnes humores & spiritus refertur ferè omnis visionis deprauatio. Si enim vtrique naturaliter constituti fuerint in substantia, qualitate, copia & situ, integra fiet visio. At si impuri fuerint, pauci, crassi, obscuro, aut alio modo præter naturam sese habuerint, proculdubio visus deprauabitur, vt deprauato humoris crystallini situ fiet strabismus: sed si humor ipse sit sursum vel deorsum non è directo pupillæ. Ad deprauatam visionem pertinet ἀμβλυοπία, id est heberudo visus & hallucinatio. Debilitas autem visus cernitur in myopibus & nyctalopibus, Hi propter obscuratorem & crassitiam spiritus animalis pauci, non nisi meridiana luce cernere possunt: Illi contra ob pauci spiritus tenuitatem & subtilitatem noctu acutius quàm interdiu vident, & natura duce ad cernendum palpebras committunt & nictant vt pauci subtilisque spiritus cogantur, ideoque μυσσοπία nomen habent unde dicantur μυσσοπία, quod Græcis nictare significat, & palpebras claudere: Nyctalops verò, vt scribit Scholiastes dictus est quasi ὀφθαλμὸς τῆς νυκτός, id est noctu nihil videns. Cæterum pragmatici recentiores non nyctalopi modò sed & myopi, atque etiam cuilibet ophthalmiæ lactuca domestica interdicitur, quia, inquit, multum visui officit. At id tantum verum est in nictalope, qui eget spiritus tenuitate, subtilitate & splendore; myopi verò cuius spiritus tenuior incrassari debet, & ophthalmico qui oculorum inflammatione laborat, non modò non interdices lactuca, sed etiam eam adhibebis. Quod autem auctor inter topica nyctalopi conuentientia iecur caprinum annum erat ex lib. 4. ἰσχυρὸν, id planè est absurdum etsi à Galeno scriptum sit. Nam si qualis existit sanguis in substantia, qualitate & copia, tales procreabuntur in cerebro spiritus, cum iecur caprinum a ierosum, feculentum & crassum sanguinem sibi similem gignat, conferte nequit, imò plurimum nocet nyctalopi, qui spiritus subtilitate indiget & splendore, vt iam dictum est. Deperditio visus est cæcitas in eo posita, quod rei aspectabilis color percipi non possit. Multi enim cæci ambientis splendorem percipiunt. Cæcitaris autem tres sunt causæ; Prima, impedimentum spiritus visorij, qui tota substantia non potest peruenire ad pupillam propter obstructionem, seu potius oppilationem nerui optici, quam guttam serenam appellant. Secunda, priuatio splendoris & lucis vernaculæ, vt quando senio vel calamitate morbi calidi sicci crystallinus humor exaruit & nitorem amisit. Et hæc affectio dicitur amaurosis. Tertia, impedimentum lucis externæ ob cataractam, quæ pupillæ obducitur & luminibus viam obstruit, vt Thobix accidisse legitur in sacris literis, ex fece hirundinis quæ in eius oculos decidit. Cæterum abolitio visus seu cæcitas aut perfecta est aut imperfecta, aut ex longo temporis tractu inducitur, aut repente fit vt x casu; quo repente quondam exæcata est filia illustrissimi cancellarij de l'Hospital nuper defuncti; sed subito visum recuperauit simul atque iussimus admoueri cucurbitulam eius occipiti.

Deprauationis visus causa.

ἀμβλυοπία.

Nyctalops.

Myopes. Unde dicantur myopes & nyctalops.

Lactuca quando sit vitendum.

Iecur caprinum

Quid sit visus deprauatio. Cæcitaris causæ. Guita serena.

Amaurosis. Cataracta.


Cæcitas varia.

Historia.

ANT. VALETTI EXERC. XX.

Omnia visionis imbecillitas, si oculo propria existit, aut est à primarij eius instrumenti, humoris videlicet crystallini morbo, aut à vitio facultatis vel à partium humoris crystallino inseruientium affectu. Causæ sunt, spiritus crassior vel tenuior, paucior vel vberior interceptus in optico neruo, humores quoque oculi crassiores, aut tenuiores, tunicæ eodem modo affectæ. Alias vero accidit hæc affectio ex subiectarum partium, vt pote ventriculi, consensu: interdum à toto corpore atrophia defæcto. Quæ per idiopatheiam oculi fit, operosiorem curationem requirit, vt quæ per consensum leuiorem. Visus tenuet & siccet, vt causam coniunctam oppugnando, & accedentem prohibendo proffit vapor aditu ad caput prohibeatur. Hinc blando aliquo cathartico exhibito, vt pilul. stomachic. catholic. vel simili, materiam apparato zuplij è syr. de hyssop. stæchad. oximelite vtroque, aquis fœnic. beton. euphrasie, & aliis

aliis id genus ocularibus, concinnatis: & subinde purgato. R. pilul. elephang. ʒi. agar. trochisf. ʒi. excipiantur aqu. euphrasia, fœnic. vel chelidon. f. pilul. molles. Efficaciores erunt additis aliquot diacridij granis aut trochisc. alhandal. Vel, cum materia fuerit radicitus extirpanda, coecis vel foetidis vteris. Si æger cataportia abhorreat, potio imperetur. R. agar. trochisf. ʒi. ʒi. ʒi. rhei elect. ʒi. 4. maceventur seorsim in aqua fœnic. & beton. vel hyssop. In express. dissol. diaphœnio. ʒi. 2. syr. estæch. ʒi. ʒi. f. potio. Quod ad particularia attinet remedia, infinita fere ex Actio, Paul. Ægin. Tralian. Rhaze, Gattinaria, Arculano, ab Hollerio recensentur, in quibus tota curationis momenta sunt.



HOLLERIVS.

De Cataracta. CAP. XXI.

CATARACTA præcipitem i decubitum humoris significat: hocque nomen positum à Practicis, quia suffusionè existimarent fieri defluxu aquæ in oculos, vnde & aquam descendentem in oculum appellant. Galenus de symptom. causis, & 7. de placitis Hippoc. & Plato. suffusionis causam facit crassitudinem tenuis humoris; qui pupillæ meatum intercipit, ne possit communicare radius externus cum crystallino humore. Tenuis is humor albugineus à quibusdam Medicis est inter rhagoidem & crystallinum humorem, quo crystallinus humor, præcipuum instrumentum visus, partim fouetur, partim minuitur, vt lux refringatur, nec lædat crystallinum.

1 Ex cerebro per neruū opticum, vel inter corneæ & rhagoidem membranas, ad pupilla foramen.

2 Concreuit hic humor aquæus sereno, aut febre, aut epilepsia, aut melancholia, aut graui a igno asfessu, qui aut præcessit, aut commixtus est.

Pupillæ foramen via est spiritus animalis, aut etiam radiorum, qui à rebus externis ad videndi facultatem importantur. Præclusa itaque viâ, quia, videlicet, humor ille albugineus longè crassior se ipso factus est, suffusio fit, quæ 3. τὸν οὐρανὸν & 4. τὸν οὐρανὸν dicitur à Græcis. Nascitur hoc vitium sæpè consortio stomachi: sæpè etiam primario vitio cerebri. Atque priusquam ad curationem accedas, id ipsum diligenter distinguendam. Distingues autem ex cap. i lib. 4. de locis affectis. Quod si vitio stomachi, vomitu, purgatione ex hiera picra, frugaliore vita & integra coctione, consensu Græcorum & Arabum curari debet. Oportetque & vomitum & purgationem ex hiera sæpius reuocari.

3 Dum fugax est. 4 Dum confirmata, & tum facti nuncupatur. 5 Vitiū vnitur. 6 Vitiū critica, vt in cardiogmo. 7 Aut etiam ex epilepsia & melancholia. 8 Hippocrate lib. 3. progn.

In alia verò, quæ primario cerebri affectu fit, natura suffusionis primùm consideranda est. Nam vel incipit, vel ad statum progreditur, vel omnino confirmata est. Et hæc 8 quidem desperata est.

8 Nisi ope chirurgica deturbetur, si modò curationè possit recipere. Paul. Æg lib. 6.

Itaque pupillam primùm aspicio. Colorem suffusionis, congregationem, motum, magnitudinem distinguo. Si quid præcessit, aut adest, interrogato. Et tatis, temporis, conditionis totius oculi rationem habeto. Desperata suffusio est, quæ pupillæ figuram commutauit. Pura atque pellucida, tum pupilla, tum suffusio.

9 Vitiū epilepsia, melancholia car diognos, pulmoneum, ex natiuam effectio præcesserit.

10 Quæ melancholici contingit ex melancholia decubitu.
11 Tum enim ipsius oculi visus significatur.
Hæc d. s. ratio est ex magnitudine causæ & adynamia curandi
12 Quod sit per secula concretio.
14 Gal lib 4. de loc. aff. c. 11.
15 Atque ad eadem demum cataractam medicina instituenda in qua nulla desideretur ratio, neque concretio, neque magnitudinis, neque loci & motus, neque vlla fontis perennis affectionis melancholicæ, nec epilepsia, aut obstructionis nervi optici excusatio possit offerri.
16 Ut ex decocto cephalico cum hiera viraque.
17 Ad materia qua in oculos fuit reuocantur.
18 Ut qui per eas ad oculos deferuntur vapor, intercipiatur.
19 Cuiusmodi est hydromel simplex, aut originatum, loco vili, parata iuscula ex hyssopo & salvia, abstinenter utrumque autem & perparatim, deductio alterius cibi affectui, cibi autem si plerumque vitiis aliena mixtura experitur.
20 Ut dormiendo caelo calore nativo anathymiasis ad cerebrum feratur, que incilendo, terzido & attenuando, materiam preparat, preparatam: quoque ad vniculū enebat, ut curari possit.

Suffusionis color cæruleus, aut auri similis, aut ferri nitentis, aut aquæ maris, curabilis est. Quæ verò grandinem refert, aut gypsum, quæ nigra est, in summa, quæ sine splendore cernitur, incurabilis est, ferè que confirmata ad candorem vergit in sine splendore.

Concretionem ita distingues. Oculo incolumi clauso suffusam digito apprimes: si humor ille tenuis consistit, neque ampliatur, quia minimum concreuit, 12 desperatio est: si diluit & dissipatur, sed statim, vt prius, coit, desperata nondum res est. Si verò dilatatur quidem, sed non dissoluitur, maturitas est, vt punctione, id est, acu vacuari possit.

Cataracta, quæ locum mutat, 13 incurabilis, hoc est, quæ hæc atque illæ conuertitur. Quæ verò compressa dilatatur, non etiam commutat locum, melior est.

Exigua facilius, magna difficilius curatur.

Interrogabis autem, num præcesserit grauis aliquis morbus, acerbior capitis dolor, vel icterus. Tum enim vt etiam si ad sunt, peior suffusio est. Etate media facilius curatur. Prima & extrema, difficilius. Cælo sereno & tranquillo, atque etiam temperato commodiùs curatur.

Addunt Astrologi decrecente luna: cœnante verò, aut eadem plena, atque vbi vel in ariete, vel aliis eiusmodi signis, curationes differunt. Nec omittendum, quod Galen. 14. Meth. docet, vt oculus sanus claudatur atque exprimat. Si enim oculus suffusus inde non tumet, nec pupilla ampliatur, desperatio est. Alioqui vitio succurritur. Phantasmatum splendores & idolorum, quæ suffusus oculis obuersantur, lege 2. de sympt. causis.

Principiis 15 ergò obstandum est. Demosthenes apud Aëtium, & alij quidam Græci venam secant in cubitio. Clysteribus 16 acribus, iisdemque purgationibus, sed exigua quantitate & per interualla repetitis, Cucurbitulis in 17 occipitio cum scarificatione affixis, Apoplegmatismis, Errhinis per interualla vt iubent. Cornel. Celsus addit sectionem venæ frontis, sanguinis detractionem è naribus, vstionem 18 venarum temporalium, quæ certè locum habere possunt, vbi grauis capitis dolor est, atque inde deflaxio in oculos. Optimus victus, 19 qui pituitam extenuat, sine vaporibus. Vitandum vinum est, pisces, liquidiora omnia iuscula. Assa elixis meliora.

Collyriis primùm leuioribus: deinde paulatim maioribus vtendum est. Clysteres è Centaurij decocto, vel similibus comparandi sunt. Alioqui vel hieræ picræ 3. vj. vel hieræ diacolocynth. semuncia, aut alia eiusmodi pharmaca in clysteribus dissoluenda sunt. Purgatio ex hiera picra, cui aliquid hieræ diaco admixtum sit. Exempti gratia.

℞. pal. hieræ picræ ʒ. ii. pul. hieræ diacol. ʒ. i. cum succo fœniculi formetur pilulæ: capiat hora 20 somni. Hæc purgatio decimo quoque aut decimo quinto die reuocanda est. Per interualla

mythridatij 21 aut theriacæ ʒ. ʒ. aut ʒ. 2. aliàs ieiunis, aliàs hora somni, aliquando 22 quatuor horis ante pastum imperanda sunt semel in hebdomada. Poterit aliquando imperari ablutio capitis ex decocto absynthij, betonicæ, stœchados, maioranæ, fœniculi, in lixiuio facto è cineribus sarmentorum, adiecta etiam vini portiuuncula, quarta aut sexta parte.

Collyria è melle, succo fœniculi, aut herbarum superiore capite descriptarum comparari debent. Adiciatur quoque 23 fellis aliquid lenioris, aut fortioris, semper habita ratione mollitiei, duritiei, temperamenti oculi. Alia enim remedia pueros aut senes, rusticos & vrbanos, cæruleos & fuluos oculos, cæcios & nigros iuuare possunt.

Hæc verò priusquam adhibeantur, opportunum fuerit post purgationem fomentum affectæ parti instituere. Vesicula piscis plena decocto fœniculi tepidè oculos applicetur pro fotu. Sed lauanda prius vesicula.

In pueris lactantibus aliquando nutricis inspiratio satis esse potest. Nutrix itaque mandat dentibus semen fœniculi, sagapenum, ammoniacum, galbanum, aut eorum aliquid, quæ suffusos iuuant: atque vbi os incaluit leuiter inspiret halitum oculo lactantis. Hoc consilium etiam adultis prodesse potest. Secundum est, vt ex 24 eadem materia oculos suffumiges. Aqua è melle destillata & suffusio-

nes, & albugines interim percurat.

Quæ distillatur è melle rosato lenior est. Deinde quæ ex melle communi. Post etiam è melle scyllitico.

In his aquis aliquando modicum sacchari candi liquandum est. In distillatione proximo capite numeratæ herbæ & materia, tum etiam sagapenum, ammoniacum, galbanum, cõmisceri possunt. Aut si iam distillata aqua est, in ea macerentur. Similiter & vis aquarum, fœniculi, maioranæ, & cæterorum augeri potest. Collyria fortiora.

℞. fellis accipitris, balsami ana ʒ. ij. adde, si vis, hellebori albi, piperis ana ʒ. j. cum aqua raphani fiat collyrium. Aliud.

℞. terebinthinæ lb. ʒ. sulphuris viui ʒ. ij. mellis ros. ʒ. iij. plantaginis & arnoglossi ana M. 2. fiat distillatio in alembico. A fortioribus collyriis, si mordetur oculus, statim oui candida, aqua ros. aut lacte muliebri temperandum malum est. Plura remedia ex proximo capite & 25 aliis repetes.

Punctiois verò, quæ acu fit, tempestiua occasio est, cum materia suffusionis mediocriter concreuit. Cuius formulam descriptam habes cap. 21. lib. 6. Pauli, & lib. 7. Cornelij Celsi, & 14. Methodi ad finem, & apud Albucasim, vbi fingitur 26 Almagdam quod vocant.

℞. frumenti crassiusculè conuassati, M. 2. sulphuris viui ʒ. j. sagapeni ʒ. vj. salis, piperis, an. ʒ. ij. mellis lb. ʒ. terebinthinæ ʒ. ij. cum vrinæ pueri lb. ij. fiat distillatio in alembico.

℞. fabarum fresarum M. 2. conuassentur in mellis lb. ij. terebinthinæ ʒ. iij. gummi elemi ʒ. j. in succo fœniculi & marrubij ana lb. ij. fiat distillatio. Vel.

21 Ut R. e. col-serua beton. & anthos ana. Drac. ʒ. ʒ. mibridatij Drach ʒ. ʒ. bel.
22 Sunt enim alex: pharmaca longè a pastu. & ante pastum imperanda.
23 Ut fellis lucij, non accipitris & rapa cum auium reliquarum

24 Ut ex herbis sequinibus, aromatatu & gummiophthalmicis.

25 Cuiusmodi est collyrium Ioannu de Vigo.

26 Instrumentum chirurgicum. Cæterum dum pungitur oculus obliquè lumine ager sedere debet, ut immotus maneat.

℞. frumenti crassiusculè conquassati, hord. ana. M. r. mellis, lapid. calaminar. ana ℥.ij. sulphur. ℥.j. falis ℥.β. distemperentur in vase æneo cum aqua fœnicul. & plantag. succo granatorum, deinde fiat fortis expressio.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Distingendum initio, si tunc *ἰσχυρισμός*, *ἰσχυρισμὸς*, *ἰσχυρισμὸς*, *ἰσχυρισμὸς*, an *ἰσχυρισμός*. Deinde si *ἰσχυρισμός*, siue suffusio, an primò & per se, an per consensum. Postremo, si tunc in principio, incremento, statu, aut penitus confirmata. *ἰσχυρισμός*, suffusio est, sanguinis nimirum effusio per tunicas in spacia, quæ venis circumiacent. Principio rubet: progressu temporis liuescit: postremo nigrorum contrahit. Multitudo & diuturnitate temporis aliquando in pus vertitur, ut sanguis omnis per grumos collectus sub cute in aliis corporis partibus. Tunc fit *ἰσχυρισμὸς*, pus nimirum sub cornea, dimidium nigri occupans, aut per totam corneam tunicam pellucens, unde dolor pulsatorius, vehemens, rubor totius oculi, & temporum dolor. Fit etiam aliquando *ἰσχυρισμὸς*, cum, ab ulcere (ut ait Aëtius) profundiore pus defluens, & inter tunicas delapsus, ac in circulo iridis figuratum, vnguis reflecti imaginem refert, differuntque ferè in sola vnguis similitudine. Ex quo intelligi potest id symptoma, quod Galenus de symptomatum causis suffusioni tribuit, ut ita affecti, quæcunque videant, rubra esse putent; haudquaquam esse perpetuum, sed in principio tantum apparet. Nam aliis temporibus subnigrum quid ob oculos volitare existimant, quod multi sæpè similitudine decepti suffusionis principium esse credant. Causæ sunt, ruptio vasorum, contusio, ictus, plenitudo, dolor capitis, lippitudo, inflammatio prægressa. In Glaucomate crystallinus humor densatur & resiccat, neque vnquam citari potest. Alij putant viridem quandam humorem crystallino permisceri, atque inde fieri glaucum colorem ex viridi & albo. Ab omnibus differt. Suffusio siue cataracta, & loco & causa. Suffusio enim est in tunicis & à sanguine: Glaucoma in crystallino humore vniuerso, & à siccitate: suffusio intra corneam & crystallinum humorem, ab humore potissimum aqueo ibi concrecente: prætenditurque ille humor aliquando toti pupillæ, & visum adimit, aliquando parti tantum. Per consensum fit, cum per interualla visa quædam visis propriè suffusorum similia obuersantur ob oculos. Idque vel à bilioso humore è ventriculo, vapore ad oculos sublato: vel à cerebro, fumis ab vltio humore delatis per venas & arterias cum spiritu, ut in phrenitide, & febrium ardentium vigore: vel à toto corpore, ut instante crisi. Per consensum fieri dicant, si altero tantum oculo incipiat, perpetua non fit, post cruditatem augeatur, pupilla non obscuretur, crisis instet, febris vigeat. Contraria oculum primario affici demonstrant, tuncque in principio veluti fumus est, quem si acu delere velis, diuulsus recurret, aut in particulis tenues dissectus visum grauius offendet, multiplicia obiecta pro vno præsentans. Sub statum concrevit in nebulam, tuncque ferè sine dolore acu dimouetur à pupilla. Vbi obduruit, acu si pungatur, tunicam simul adducit & lacerat, unde periculum cum dolore maximo consequitur.

Aëtiiu serm. 5. Terrab. 2 Gal. lib. 1. de symp. causis.

Suffusio per consensum qui fiat.

Suffusio primaria à secundaria suis signis distinguitur.

Purgato corpore conueniant collyria fortiora ex fellibus, ad discussionem, ruptorium, cauterium post aures, sanguisugæ in temporibus, ibidem emplastra, venæ sectio, masticatoria, potius quam Errhina, pulueres à pastu, condita, forus, acus. Post aures in ceruice cauterium, aut funiculus seraceus in occipite plurimum confert, si inter corneam & albugineum humorem interceptatur nebula. Sed quæ inter crystallinum & pupillam hæret, non ita dissolui potest sine acu. Sit acus paulò minor longitudine minimi digiti, crassitudine, ut cæteræ è materia firma, ne frangatur intra oculum, manubriolo striato, ad comprehensionem firmiorem. Albucasis compungit acu per cauam acum ducta. ut per cavitatem aqua defluat, nec in reliquum oculum incidat.

Punctio

Punctio in pleniore oculo tutior, iam contracta cataracta, sed ferè aliquid albuginei humoris dissoluitur, & manet oculus minor. Remedium à capra inuentum, quæ stipite confixa in suffusione visum recuperauit, ut Galenus cataractam pun- docet initio Isagoges. Aliquando tunica imbibita humore exturgescit, & indurescit, vbi emolliendum, laxandum prius quam resoluendum. Barba- ri ad claritatem visus aures perforant annulo immisso, ne foramen claudatur. Fellium genera, præsertim gruis, galli vteriq; tauri, hirci, lac equinum cum melle illitum, stercus lacertæ, hyrundinis. Sed acribus non vtendum, nisi paulatim assuescatis oculo, ut arugine, cuperosa, &c. Sinapismus stercore columbino, hederæ terrestris decoctum, donec quarta pars superfit, ad forum per dies 25. Aqua mellis cum radice ireos, conizæ, chelidonæ, triticum cum sale & melle in vase æneo insolatum, & liquor expressus, succus hederæ, costæ faba in hydromelite, deinde cum melle rosata pistata, & expressa, inde oculorum illitus, puluis ex seminis raphani Vnc. j. cum ammoniaci aridi Vnc. β. & balsamo. Vitriolum album in lacte aut aqua euphrasie, fœniculi, & similibus, addita aloe, sacculus plenus maiorana, naribus & oculis admotus, serpenaria in materia Chirurgica describenda, soluta succo anagallidis rubræ, stercore corui, aut fel cum melle. Quidam succum rutæ, fœniculi, saluie, vel herbas cum tritico & sale incoquant vino albo, & ita sumunt. Decoctum fœniculi, guaiaci, euphrasie, rutæ, sefeleos, aromat. cum macere, ex eodem fotus & potio. Collyrium siccum ex macere, semine fœnic. sefeleos & euphrasie, aqua distillationis hyrundinum vel picarum. Vidua æconomi Regij de Chaulmont Lutetia aqua è phœnice anagallide distillata multos curauit. Potest distillari cum melle, sicuti & Monachus quidam salis M. r. in vino albo nouem diebus agitato in vase æneo, donec vireseat. Sequentia quoque probantur, ad obrusum visum, & cataractam.

Quibus in oculis iniur sit ad cataractam pun- ditio. Punctio oculi remedium à capra inuentum.

Anagallidis phœnicea aqua distillata multos sephione liberauit.

- ℞.* Baccarum lauri purgatarum ℥.iiij. Tere cum vrina pueri impubis, fiat fortis expressio. Deinde cum mucagine gummi arabici, vel tragac. extracta cum aqua argentar. fiat illitus.
- ℞.* rad. ireos recentis ℥.j. fortiter pistetur cum succo fœniculi depurato per residendam, deinde addito modico sacchari candi, & mucag. fœnic. fiat linimentum.
- ℞.* succi chelidonie & conizæ ana ℥.j. mellis ℥.ij. &c.

IN CAP. XXI. DE CATARACTA.

DE RETIENAR RATIO.

Cataracta præcipitem, ex parte illa cerebri vnde vis videndi manat per opti- Cum neruum, vel secundum aquæ ductus membranarum oculi partes con- stituentium, siue ille decubitus, fiat per *ἰσχυρισμὸν* primigeniam, siue alterius morbi successione venerit, ut sæpe venit à melancholia, epilepsia, lue venerea, diuturna cephalalgia. Fieri defluxu. Proptereaque aquam descendente nominant, siue illa lucem vernaculam interceptat per nerui optici oppilationem, & videndi facultatem im- pediat; hæc gutta serena dicitur; sicut illa gutta nubilosa. Radius externus. Pyramis sed rerum aspectabilium. Cum crystallino humore, qui primum est visus instrumentum, cuique cæteræ partes oculi ad videndum inferuiunt. Aut etiam radiorum, &c. quæ verior sententia est. Ad videndi facult. Ad humorem crystallinum videndi facultate illustra-

Cataracta cau- sa. Aqua descen- dens. Gutta serena. Gutta nubilosa.

tum per spiritum animale.

Præclusa via. Scilicet radiorum & pyramidum.

Quia videlicet humor ille albugineus. Qui crystallino insitit ad refrigerandam lucis aciem atque splendorem.

Crassior seipso factus est, per siccitatem nimiam, aut per admixtionem alienæ materiae, vt humoris melancholici, à melancholia morbo, ab epilepsia, aut alterius cuiuspiam, à diuturna cephalalgia, & à lue venerea.

Ad ipsum diligenter distinguendum. Signis propriis vt stomachi morfu, oris amaritudine, cibi fastidio.

Vomitum. Si homo sit *deperans.*

Frugaliore vita, &c. vt vitetur cruditas.

Qua primario cerebri, non sympathia cerebri, per propagationem causæ morbificæ, vel à genere venoso, vel à liene, vel à ventriculo, vel à pulmonibus.

Natura suffusionis. In substantia, quantitate, qualitate, & symptomatum aliorum coniunctione, id est, si pupillæ sit obstructio, vel cum nervi oppilatione coniuncta.

Colorem suffusionis. Sitne albus æreus, margaritarum similis: an verò gypseus, cæruleus, viridis, fuscus, niger.

Concretionem. Tenuem, crassam, mediocrem, quæ vel attritu dissipatur vel coalescit.

Magnitudinem. In perfecta obstructione, vel dimidiata.

Curabilis est. Quoniam non fecit concrefcere humorem albugineum, eiusque materia benigna est.

Qua verò grandinæ. A concretionem humoris albuginei per alienæ materiæ mixtionem.

Qua nigra est. Per decubitus humoris melancholici à melancholia.

Qua sine splendore cernitur. Aut quæ concretionem fixa & stabilis insanabilis est. Desperatio curationis est per vacationem, deriuationem, incisionem, attenuationem causæ morbificæ.

Sed non dissoluitur, i. non dissipatur superfluitate.

Peior suffusio est. Propterea quod ad pupillæ obstructionem accedit materiæ obstructantis perennis generatio.

Prima & extrema difficilior, quia illis nondum materiæ natura potens est, nec de materia triumphat: His autem per siccitatem humores exaruerunt.

Desperatio est, quia vel optici nervi oppilatio est, vel albuginei humoris concretio.

Principijs ergo. Ineunte scilicet cataracta.

Obstandum est, vt catharticis, phlebotomia, decocto cephalico, hiera picra.

Venam secant Præsertim in generatione perenni causæ morbificæ.

Aphlegmatismis, vt ex mastiche, saua, pipere, pyrethre, modo angina aut tabes non sint in metu.

Erythinis. Nunquam propter oculi sympathiam.

Optimus victus qui puitam. Vt abstinentia vini, vsu melicrati organati, iusculorum etiam cephalicis herbis, vt salua & hyssopo saporatorum, cum abstinentia falsorum, piperatorum, flatulentorum. Profuerit etiam loco vini in epulis exhibere decoctum dilutum clematidis barbaræ, quam vulgò zarzamparillam vocant.

Assa elixis meliora. Quia plus habent succi alibilis, minus superuacanei humoris.

Maioribus, acrioribus, vt aqua sceniculi, vino albo, cum pompholyge, succo absynthij, rutæ, euphrasæ cum aloë.

Imperanda sunt. Vt scilicet anathymias theriacæ & mithridatis dissipentur pseodopneumata.

Alia enim remedia pueros. Præsertim profuerit ad inchoatam cataractam pyroticum & escharoticum brachio *æriti* apponere.

Eadem materia. scilicet herbis, seminibus, aromatis, quæ oculis suam dicant operant.

Qua distillatur, cum anagallide floris coerulei, ruta, euphrasia, chelidonio, semine fœnugræci, sceniculo, balsamita, maiorana, hyperico.

Tum etiam sagapenum, i. collyria confici possunt ex amoniaco, sagapeno, a. *Collyria.* loë, dissolutis in distillatitia aqua prædictarum herbarum.

Punctionis verò. Scilicet ad cataractam quæ medicinalem curationem non admittit.

Mediocriter concreuit. Vt scilicet attritu dilatur, sed non dissipetur.

Et frumentis. Hæc medicamenta locum habent in cataracta inchoata, quæ sine manu chirurgi medicinam recipit, cum distinctione particularis naturæ, &c.

AD CATARACTAM.

DIURETI IN SVAM ENARRATIONEM.

ANNOTATIO

ΥΠΟΧΥΜΑ & ΙΜΠΟΥΣ nominarunt veteres Græci impedimentum lucis externæ, seu obstructionem pupillæ quam facit humoris affusio: Vnde Arabes aquam descendentem appellant, & guttam nebulosam seu taliginosam ad differentiam oppilationis nervi oprici, quam guttam serenam nominant, ob serenitatem seu splendorem humorum & tunicarum. Hæc verè oppilatio est non obstructio. Oppilare enim est infarcire & implere tribulum illum, per quem spiritus in oculum fertur. Obstruere verò est veluti parietem ædificare, qui splendorem lucis externæ sit impedimentum, illud verò vernaculæ & infitæ, *υποχυμα* autem Latini cataractam dixerunt, quod nomen est portæ pensilis apud T. Liuium, & in sacris literis fenestram significat, cum cataractæ coeli aperiri dicuntur in diluuiis, humor verò qui cataractam facit, albugineus est seu aqueus crassior seipso factus, qui inter humorem crystallinum & corneam tunicam stabularur. Crassescit autem vel per siccitatem, vel per alieni humoris in eum ipsum defluxionem, & occupat obstruitque vel totam pupillam, & facit vt omnia aspectabilia fenestrata vixque curationem recipit; vel centrum, & facit vt omnia aspectabilia fenestrata & perforata videantur; vel partes laterales aut superiores aut inferiores, sicque modo res cernitur, modo visum fugit; aliquando etiam dimidia percipitur. Quando enim aqueus humor in vitio est, visio semper læditur, quia sine illo fieri nequit. Sed cum cataracta seu suffusio duplex sit, vna fugax & leuis, vt in perturbatione critica, aliter constans & stabilis, hic de posteriore tantum agendum est. Hæc vel inchoata solum est vel perfecta. Inchoata quæ diffusa & tenuis, non coacta curationem recipere potest per medicamenta ocularia, quæ dicuntur *υποστυπια*, quasi claritatem, oculis conferentia, per sectionem venarum & articularum quæ in propinquo sunt, per cucurbitulas, pilulas, medicamenta purgantia, & diætam idoneam. De quibus vide Paulum lib. 3. Quod si perfecta sit cataracta, & iam coalescit, ea per chirurgum curanda est traiectione acus subtilissimæ. Quæquam nec sic curatur omnis huiusmodi cataracta, sed quæ pollice compressa & attrita diffunditur quidem & amplificatur, non tamen dissipatur, sed postea iterum cogitur. Quæ enim ita coaluit, vt hac ratione amplificari & dilatari nequeat, est prorsus insanabilis. In cataracta autem curationem facit sperabilem color albus, ætherius, margaritarum similis & cæruleus: Desperatam verò gypseus, citrinus, viridis & maxime omnium niger, præsertim cum alterius morbi successione venit cataracta vt à melancholia morbo. Omnis cataracta quo nebulosior est crassior, eo curatu est difficilior, facilius verò quò tenuior & subtilior. Si ad cataractam, quæ impedimentum est lucis externæ, accesserit impedimentum luminis vernaculi per nervi optici oppilationem ab eadem causa, vt

fit in melancholicis ægro manum non adhibebis. Illud autem accidisse cognoscet, si clauso altero oculo sano nō dilaretur pupilla eius oculi qui laborat. Hoc enim signum est spirituum animale aditu ad eum prohiberi per oppilationem.

ANTON. VALETTI EXERCIT. XXI.

Quod Græcis *ὑποχυμα*, Latinis Suffusio appellatur, morbus est in compositione, seu in numero, cum videlicet aliquid toto genere præter naturam succrescit. In hac etenim affectione serosus humor inter crystallinum humorem & coronam tunicam colligitur, qui paulatim cogitur, & densatur. Quum primum aduentat, tenuia lucentia, atque etiam caliginosa corpuscula perperam ob oculos ægris videntur obseruari. Quod etiam iis accidit, quibus per consensum ventriculi oculus uterque suffunditur. Verum affectus vtriusque dignotio ex Gal. c. 2 lib. 1. de caus. sympto. & cap. 1 lib. 4. de loc. mal. affect. satis manifesta.

Incipiens hypochyma alyquando digeritur sed si diutius constiterit, & quasi limus factus fuerit humor, sola punctorii styli mucronis per corneam perustione curari potest.

Apparbitur humor, vt ante in visus imbecillitate, deinde inducetur. Et quia iterata purgatione est opus, hanc pilularum massam, in plureis doses vtendum, imperare licebit. R. massæ pil. lucis maior. & coc. an. ʒ. an. 2. speci. hieræ dupl. a. loe ʒ. agar. troch. rhei elect. an. ʒ. 1. aq. fœnic. chelidon. infusionis. ʒ. 1. turpethi bene gummosi cum tantillo zinziberis, f. massa pil. adiecto, si velis, syrupo de fœchade. Dosis erit ʒ. 4. vel, si parum mouerit, Gr. 2. aut ʒ. diacridi adiciuntur. Vfus sit semel in hebdom.

Si plethora adsit, aut si quæ inflammatio suaserit, vena cubiti pertundetur: quanquam Rhazes ægro prohibendum censet ne cucurbitulis, neque ex venis in manum distributis, sanguinem extrahat, ne scilicet humor magis congeletur, exhausto per phlebotomem spiritu à quo discuti deberet. Itaque cucurbitulæ, si ne scarificatu sæpe ac sæpe hic vtiliter apponuntur.

Antequam verò ad topica & collyria ab Auctore præscripta veniatur, fomentum oculo instituet & decocto huiusmodi.

R. fœnic. virid. parietar. & beton. an. M. 1. semin. fœnu. ʒ. ʒ. flor chamamel. & meliloti ana p. 1. decoct. in aqua & vino alb. profotu oculi cum spongia, vel gestipio, vel demisso capite excipiatur vapor.

Comparantur collyria ex exsiccantibus & incidentibus, qualitate fellibus siccis cum marrubii succo dissolutis. De his Galen. libr. 4. de compos. pharm. & 7. Memorable est, quod clarissimo viro, D. De Montifaut, accepit remedium, mihi que commune fecit, Petrus Morellus Genabensis medicus exercitatissimus, amicus vnice charus. Quum recens sub cineribus ad duritiem coquitur, medium diuiditur, detracto vitello, puluere è viriolo albo & saccharo cando confecto impletur, ambab. partibus arctissime colligatis maceratur in aqua ros. aut euphra. per 4. dies: expressione facta fit collyrium. Huius præstantiam experientia confirmat.

Non prætereunda sunt, quæ caput roborant, & materię reliquias discutiunt, vt sacculi ante commemorati, & quæ in eum vsum assumuntur opiatæ, electaria, pulueres, vt R. conseru. anth. ʒ. 1. spec. elect. diamarg. calid. conseru. ros. ʒ. ʒ. m. i. s. ce. capiat per se, vel dissolut. in aqua beton. fœnic. Cæterum si suffusio sit per consensum ventriculi facilem habet curationem, purgatione ex hieca imperata. Si suffusioni similis eruptio sanguinis, aut alterius humoris ex ictu, aut plaga, vt in suggillatis, curanda proponitur, secatur in primis vena, mox sanguis turturis, aut columbæ ex tenellis alis expressus, in oculum instillatur.

HOLLERIVS.

De Hemorrhagia. Cap. 22.

Hæmorrhagia Græcis peculiariter intelligitur profluvium sanguinis è naribus, vt constat ex Hippocrate sect. lib. 6. Epidem. sent. 21. Quanquã ex vocabulo, quodcũque sanguinis profluvium intelligi potest. Quale est 1. è sede, 2. utero, ore. Rarũ est, quod quibusdam contingit peculiari natura, vt aperta è trunco corporis, hypochondrijs, thorace, facie, venæ clausa, redundant è sanguinem depleant. Quibus eadem remedia conueniunt, quæ in hæmorrhagia è naribus.

Hæc autem aliàs 3. critica est: aliàs ex 4. consuetudine naturali. Nonnunquam omnino præter naturam est. In duobus primis generibus sanguis supprimi nõ debet, nisi viribus iã metuitur. Mulieribus etiam minus, ac tardius ætate iuuenili, temperamento sanguineo, aut vbi consueta aliqua vacuatio intermissa est. Quales sunt hæmorrhoides, vomitus sanguinis, phlebotomia, & menstrua in mulieribus. Vbi verò supprimendus est, remedia sunt 5 vincula, cucurbitulæ, phlebotomia, Sanguisugæ, 6 anacollemata indita naribus, aut admota reliquis corporis partibus. Vincula ergo digitis pedum & manuum, testiculis, articulis interuallo trium digitorum, auriculis iniicienda sunt. Frictiones etiam deorsum ductæ, immersiones extremorum in aqua calida, vel frigida conueniunt.

Phlebotomia è cephalica eiusdem lateris, aut ytrâque, si vtrunque profluit sanguis: idque angusto vulnere, ne tanta fiat vacuatio. Tutiusque aliquoties diuersionem repetere, quam semel ducto sanguine animi deliquium excitare. Quod tamen animi deliquium Paulus & aliquot alij probauerunt. Gal. in Porrhethico non expectandum animi deiectionem præcipit. Atque experimento certum est, animi deliquio sanguinem non restitisse. Sanguisugæ post aures, aut in sede, ijs maximè, quibus consueta supprimuntur hæmorrhoides. Cucurbitulæ statim post vincula, & ante phlebotomiam hypochondrio eiusdem lateris affigendæ sunt. Affiguntur & scapulis, & summæ cervici, etiam cum scarificatione, si opus fuerit, & vires tolerant. Anacollemata verò, & quæ induntur naribus, magna ex parte refrigerant: quorum vsus 7 post alia suprædicta remedia tempestiuus est, iam reuulsa in partes contrarias materiã, id est, in 8 partes inferiores corporis, aut posteriores capitis. Alioqui vsu refrigerantium plurimi quidem detrius habuerunt: inde conuulsi, aut oborta spirandi difficultate suffocati. Et hæc remedia infirma omnia competit Galen. præ maioribus 9 illis remedijs, ex quinto Methodi, ex Porrhethico, ex lib. de sang. missione. Anacollematis ergò, & alijs topicis post

- 1 Vt in dysenteria aquar. cad. ʒ.
- 2 Vt purgatione menstrua, profluvia muliebri, lochia.
- 3 Vt in iuuenibus, in febre ardente.
- 4 Vt in purgatione, & iuuenum hæmorrhagia, mulierum dysenteria, hac bona, vt signum, & vt causa.
- 5 Ad reuulsionem obscuram.
- 6 Vulgò agglutinantia appellantur.

- 7 Ne sanguis in asperam arteriam, aut œsophagum procumbat, vel caput assuiat, & parotidas excitet.
- 8 Vt in mulierum hæmorrhagia.
- 9 Quæ pugnanc cum causa conuenientia, generationem prohibendo, inscripiendo.

reuulsiones vtendum erit, habita ratione naturæ capitis & partium, quibus admoventur. Anacollemata fiunt ex argilla, farina, volatili, farina triticea, incorporatis cum oui albumine, addito momento aquæ rosar. & aceti. Potest quoque aliquid adijci boli armenæ, sang. drac. & rerum eiusm. quæ adstringunt, quale hoc est.

℞. 10 argillæ 3. 2. boli armenæ 3. s. acaciæ, hypocisthidos ana 3. 2. cum oui albumine & modico aceti fiat emplastrum, applicetur fronti & temporibus. Induntur in nares, quæ refrigerant, adstringunt, inuisant, aut crustam ducunt, interim mixta ii portiuicula narcoticorum. Verùm & narcotica, & caustica cum periculo esse solent. Sine metu sunt, 12 succus plantaginis, succus rubi, mespilorum, cornorum, & alij eiusmodi. Lanugo arboris, quæ folijs infidet, aut quæ veluti nucamenta pendente specie populi, 13 vel masculi salicis (quem Galli *Marsault* appellant) medio mense Martio colliguntur, macerantur in aceto, siccantur, & vsui asseruantur. Vfus tempore induntur per se naribus, aut conueniente medicamine imbuuntur, atque ita imponuntur.

Athanasia Nicolai cum succo pentaphylli. Alexandri puluis, qui ita paratur. **℞.** consolidæ sanguinis drac. carab. ana 3. j. hæmatit. corall. cornu. ceru. vsti ana ʒ. ij. pulu. Datur, ad 3. ij. vel 3. j. cum liquore conuenienti. Alius.

℞. rutæ vstæ ʒ. j. sarcocoll. litargyri, sang. dracon. ana ʒ. iiij. fiat pul. vulneribus etiam immixtus sanguinem mirificè sistit. Alius.

℞. testæ pectunculi marini vsti, sanguinis dracon. carabe ana ʒ. j. s. ongiæ nouellæ vstæ nostro more, punic. vsti ana 3. iiij. Licinium oui albumine imbutur, superaspargitur puluis, & naribus, vel vulnerei immittitur.

Spongia aceto acerrimo imbutur: imbuta pice liquida circumducitur: tum fictili vase reposita crematur: in puluerem redigitur. Puluis efficacissimus est, & per se insufflatur naribus, vel liquidis medicamentis commiscetur. Aliud.

℞. thuris ʒ. ij. aloës ʒ. j. cum oui albumine incorporentur. Penicillus è molliissimis pilis leporis, aut floccus è lanugine, aut nucamento supra dicto, in eo medicamento incoquitur, & ita naribus imponitur. Penicili etiam conueniunt è tela araneorum, cui infideat farina volatilis.

℞. succibasil. ʒ. vj. aceti ʒ. ij. caphuræ ʒ. ij. misce. Linamenta hoc medicamento imbuta induntur naribus.

℞. aquæ plantaginis, ros. an. ʒ. vj. aceti, vini albi adstringentis ana ʒ. iiij. caphuræ ʒ. j. misce, & in miscella madefac linteamina, quæ collo inuoluas, hepatis, pedibus, testiculis, & mammis.

℞. aquæ panis porcini ʒ. j. caphuræ ʒ. j. attrahatur in nares. *Tertia* sigillata, bolus armenta, sanguis draconis, Trochisci de carabe, oui albumine & aceti momento dissoluuntur.

Hinc madefactus penicillus naribus imponitur.

Radix 14 præoniæ subiecta linguæ sanguinem sistit: herba verò fronti imposita, aut naribus indita.

Fragaria herba trita similiter iuuat.

Vtile est etiam olfacere caphuram in aceto dissolutam.

Quidam temerario remedio, cum reliqua omnia non iuuissent, cum, cui profuebat sanguis, in balneum deduxit, atque dermerfit ad collum, & ita restitit sanguis. Verum ab hoc remedio certum exitium est, si vehementer laborent.

Vulgus vititur corallo è collo suspenso.

Lapides, iaspis, onyx, hæmatites, id est, lapis sanguinarius, eodem remedio esse creduntur.

Sunt, qui applicent parti, vbi debet fieri reuulsio.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Alenus scribit comment. 1. *ἡ δὲ ἰσχυρὸς*, apud Hippocratem *τὸς ἀμειψίας Gal. comm. i. in* p̄ssilla particula, vnde effluit. Alioqui nomen generale est in omni sanguinis vacuatione, siue per crism fiat, siue symptoma sit læsæ arteriæ, aut venæ. Sed ex arteria exilit tenuior, flauior & cum saltu. Quatuor in vniuersum modi sunt. Reseratio oris vasorum per *ἀναστροφὴν*, ab eorumdem imbecillitate, sanguinis copia, acrimonia, transcolatio, sudoris instar, per *διὰ τὸ ἰσχυρὸν*, à raritate tunicæ, sanguinis tenuitate vel sero, gracilium vasorum operatione. Diuisio tunicæ, à vulneribus contractione, ruptione per *ἰσχυρὸν*. Postremo *διὰ βραχίονα* eiusdem, id est, exulceratio aut erosio intrinsecus facta à vitioso succo & acri: extrinsecus à valentibus medicamentis, aut igne. Vix tamen ab externis venis sanguis profluit, nisi vel erodantur, vel rumpantur ob densitatem in cute externa.

Si per *διὰ τὸ ἰσχυρὸν* profluat, serosorum humorum purgatio, venarum densitas sanguinis crassities procuranda. Si per *διὰ βραχίονα* crustam inducentia erunt vsui. In cæteris vacuantia, repellentia, refrigerantia, adstringentia, obstruentia, resiccantia, sanguinis missio, diuersio, ligaturæ, cucurbitulæ, frigidiorum perfusio, epithemata & similia.

Laudatur sanguinis profluuium post partum, tempore mensium, in synochis febribus, & aliis per crism, è naribus post capitis dolores, modò affectio frigida non sit. Proinde remedia nulla postulat, nisi immoderatum sit, vires superet, & futuræ hydropisis, aut cachexiæ periculum minetur.

Profunt succus caudæ equinæ in vino, puluis Alexandri, Trochisci Rhazæ, de terra sigillata, de carabe, soluti in oui albumine, ex Heraclide, manuum, crucis, articulorum ligatio, frictio cucurbitula supra vmbilicum, nisi sit imbecillior. Porri succus auxilium est sæpe probatum. Nonnulli accipiunt porros nouem, aut decem recentes, medios transfigunt folio, folia extrema amputant, vt odorem inspirent, circumdant collo obuersis folijs naribus, & dorsum versis capitibus. Stercus asini odoratum, expertum etiam rejicientibus sanguinem, vitica Græca trita, fronti alligata, cherepillon ex oleo nucum, plantaginis, millefolij succus, herba trita, caphura aceto soluta, sanguis ægri.

Αρακὸς ἰσχυρὸς Paulus explicat agglutinamenta. Fronti enim applicantur, hæbentque agglutinandi & obstruendi facultatem, cuiusmodi sunt tela araneorum, farina volatilis, emplastrum Comitissæ, & similia soluta oui albumine. Sed inuilia, cum per venas & arterias interiores humor decurrit.

14. Sic eguisseti radix trita, et naribus impoita efficacissima ad sanguinem sistendum.

Hæmorrhagia modi quatuor.

Hæmorrhagæ sistentia.

Paul. Ag. sub bēntque agglutinandi & obstruendi facultatem, cuiusmodi sunt tela araneorum, farina volatilis, emplastrum Comitissæ, & similia soluta oui albumine. Sed lib. 7.

IN CAPVT XXII. DE HÆMORRHAGIA.

DVRETI ENARRATIO.

Hæmorrhagia quid.

DE Hæmorrhagia. i. de sanguinis fluxu è naribus.
Hæmorrhagia Græcis, præsertim Hippocrati non cæteris Hippocrates scet. 3. lib. 6. epidem. & comment. Galeni ad aphor. illum.

Quando venere agnoscere incipiunt. &c. Ex vocabulo. Hæmorrhagiæ scilicet, si diætione aucupes simus.

Via sanguinis profusiva.

Quale est è sede. Vt in hæmorrhoidibus liberè fluentibus, & in dysenteria hæmorrhoidibus.

Vtero. In menstruis & muliebri profluuiio.

Ore. In vomitu sanguinis & hæmorrhagiâ pulmonum. Quod quibusdam contingit. Vt mulis generosis & equis.

Eadem remedia conueniunt. Remolliendo, intercipiendo & oppilando.

Hæmorrhagia critica.

Critica est. Et morbum ex toto tollit, aut certè minuit. Propria autem est crisis causi, & iuuenum, à pubertate ad constantem ætatem.

Alia ex consuetudine. Vt in hæmorrhagiâ naturali epheborum & iuuenum, in menstruali fluxu mulierum.

Hæmorrhagia symptomatica & praua.

Nonnunquam propter naturam. Vt profluuium muliebre, quodque fit motu morbi die scilicet pari, si morbus impariter moueantur: tum etiam quæ fit à *ἀπαισι*, vt si distento hypochondrio, fundatur sanguis ex nare dextra; & contra: tum etiam quæ fit stillatim, vel ab oppressione vel à resolutione: postremò quæ fit in hominibus fœdi coloris, virginibusque icterico nigro laborantibus.

Consuetudo aliqua euacuatio. Vt menstrualis fluxus, hæmorrhoides.

Vincula. Dolorifica ad reuulsionem inaspectabilem.

Vincula. Phlebotomia.

Phlebotomia. Ad reuulsionem aspectabilem, & ad restringendum incendium; quod hæmorrhagiam facit.

Anacolemata.

Anacolemata. i. pithachia & linimenta fronti & naribus admouenda, modò hæmorrhagia vi supprimatur: omnis enim hæmorrhagia vi suppressa conuulsionem facit, aut partis alicuius oppressionem, nisi phlebotomia provideatur.

Cephalica scilicet.

Phlebotomia è cephalica. Verba sunt Galeni ad hæmorrhagiam criticam aut naturalem quæ facit *ἰσχυρῶς* per immoderatam fluxionem.

Eiusdem lateris, ad reuulsionem.

Ne tanta fiat euacuatio. Quæ iam nimia fuit, fecitque *ἰσχυρῶς*.

Sanguinem non restitisse. Præsertim si decolor sit is qui sanguinem sæpe & multum profundit. Huic & vino meraco est opus, modò in metu non sit *κρηβάρεια* per aphor. sect. lib. 6. epid.

Sanguinis vi suppressa mala.

Quorum usus post alia, ne sanguis repente sistatur & conuulsionem afferat, vel parotidem, aut etiam delirium, nève etiam deeret in ventriculum, ibique grumescat.

Inde conuulsi. Per aphor. Omnis hæmorrhagia quæ vi supprimatur, conuulsionem facit.

Et. Consolida. Maioris scilicet, floris albi aut cærulei. Hæmatitis. Lapidis, qui à sanguine nomen habet.

Cum liquore. Vt aqua nucamentorum salicis, aqua rosarum, myrtilorum.

Spongia usita.

Spongia usita nostro more. Vt & hic & lib. 3. chirurg. inst. pag. 118. Hollerius tradit, Spongia inebriatur aceto, tandemque pice circumtecta in ollam conicitur, & inde torretur quousque cinere feat. Eius puluis vsui est ad anacollema, mortaria & inspersiones.

Penicillus. i. triapiscotus, seu linamentum in formam pessarij.

Penicillus. Balneum.

Quidam temperatio. Nam in hæmorrhagiâ balneo interdendum est nisi fortè parcus fluat sanguis: tunc enim caput lauare conuenit, vt fecit Hippocrates Metoni, Histo. 7. sect. 3. lib. 1. epidem.

AD HÆMORRHAGIAM.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

Hactenus egimus de symptomatis quæ in cerebro & à cerebro sunt. Super-
Narium *vista*
est vt agamus de symptomatis faciei & aurium. Faciei nomine continetur nares, per quas excretio fit pituitæ è cerebro descendens, nonnunquam etiam & sanguinis ipsius, Quæ terrificæ res esse videtur, cum, natura eius iacturam patiat, quod illi ad nutritionem est necessarium: quamquam non semper terrificæ esse debet, vt cum est critica. Sanguinis autem è naribus fluxus propriè significatiui.
Hæmorrhagia *scilicet*
dicitur, licet si diætione aucupes simus hæmorrhagiâ quodlibet sanguis profluuium significare possit quacunque fundatur, sicque complectitur etiam sudorem illum *ἰσχυρῶς*, cuius alicubi mentionem fecit Aristoteles. Ac Sudor sanguinis
Hippocrates sent. 9. lect. 1. lib. 1. Epid. pro solo sanguinis è naribus profluuiio dixit, vt exponit Galenus in comm. vbi istam hæmorrhagiam causi esse propriam scribit. Eadem hæmorrhagiæ significatio confirmatur præter alios innumeris locis sent. 25. lect. 3. lib. 6. Epid. & commentario Galeni in eandem sententiam. Quando iuuenes Venere agnoscere incipiunt & vocem asperiores edere, sanguinè naribus profundunt. Nā vt docet Theophrastus plantas initio veris *ἰσχυρῶς* seu potius *ἰσχυρῶς*, i. impetum facere, cum naturalis calor materiæ potens est: ita iuuenibus dū nimia est sanguinis abundantia, quia non amplius crescit (quod crescere animalibus vti & plantis augeri propriū est, deductūque ab antiquo *ἄσθμω* verbo *ἰσχυρῶς*, quod à nomine *ἰσχυρῶς*, i. caro, originem habet) tum calor innatus vasa ampliat, sanguinem ipsum tenuat, flatulentum facit ac mouet deorsum quidem mulieribus, sursum verò viris, vnde hæmorrhagiâ principia causatque ducit, & habet nomen *ἰσχυρῶς* *ἰσχυρῶς* *ἰσχυρῶς*, vt merito *ἰσχυρῶς* *ἰσχυρῶς* *ἰσχυρῶς*. Hæmorrhagiâ definiti possunt, i. sanguinis è naribus profusio seu impulsio conferta, plena, multa & subita. Diximus hanc accidere iuuenibus, quando vocem asperiores edunt: huius verò asperioris vocis causa est, inæqualis arteriæ asperæ dilatatio communis ijs omnibus, qui ad pubertatem perueniunt: Quam tamè vox grauis sequitur, quia illa arteriæ dilatatio temporis progressu fit æqualis. Ipsi verò iuuenibus si verè medio aut æstare hæmorrhagiâ acciderit, salutaris erit & secundū naturam & in febre ardente est quoque salutaris, quia critica (non ita in morbo diuturno & contumaci) si libera sit & liberalis; Qualem omnem hæmorrhagiâ propriè diætiam voluit esse Hippocrates, & ab ea *ἰσχυρῶς*, i. stillicidiū sanguinis distinguit, quod pigro fit lapsu & stillatim, hocque nunquam in bonis ducendum putauit, nisi vno in loco, scilicet in morbis diebus crism iudicantibus accidit cum signis costionis, vt si iuueni ardentem febricitanti quarto die stillat sanguis qualitate laudabilis cum vrina cocta, signum erit futuram crism salutarem die septimo. Quod si fiat alio quouis die etiam critico malum erit, eoque peius si sanguis prauus stillat. Sed quamquam Hippocrates sanguinis stillicidium hoc patet ab hæmorrhagiâ distinguit; nos tamen facilioris doctrinæ gratia ipsum etiam stillicidium hæmorrhagiæ nomine comprehendemus Vt autem hæmorrhagiæ naturam facilius intelligas, lege caput solemnè de ipsâ in coac. animaduert. & sect. 3. prio. prorrh. sentent. 34. & sequētibus. Hæmorrhagiâ omnis fit vel rupto, vel exeso, vel aperto vase. Hæmorrhagiâ critica quæ hypercritism facit, sanguinis detractioe sisti debet. In hæmorrhagiâ balneo interdendum est, nisi fortè cum patens fuit sanguis; tunc enim conferre potest. Ab hinc quatuor annis medicinam feci monacho cuidam qui erat *ἰσχυρῶς*, i. decolor, *βαρῆς*, & sanguinis nimio è naribus profluuiio laborabat: huic vsu meracioris vini mirificè profuit, vti & omnibus similiter affectis prodest, nisi cephalagiæ metus sit. Sanguinem draconis verum non habemus; noster enim factitiuus est ex sanguine hirci, bolo armena, & succo mororum. Acacia quoque veterum desideratur, nostra enim est ex succo prunellorum, quæ tamen veræ facultate non cedit.

ANTONII VALETII EXERCIT. XXII.

Gal. lib. 3. de
caus. symp. &
lib. 5. Meth.
Hæmorrhagia
causa.
Gal. cap. 10. lib.
de curan. rat. per
sang. missionem.

Gal. lib. 14.
Meth.

Hæmorrhagia symptoma est, quod sub genere excretionis immodicæ con-
tingitur, fitque vel venæ tunica diuisa, vel vasis ore referato, vel sudori-
modo sanguine transmissio.

Eius causæ sunt externæ, internæ. Externæ quæcunque rumpunt, incidunt,
contundunt, clamor magnus, & acutus. Internæ, sanguinis copia, praua
qualitas, vasorum infirmitas, facultas excretrix immoderatus motus. Vbi copia
sanguinis mali huius causa est, atque etiam acrior eiusdem qualitas, nullū præ-
sentius remedium reperitur venæ sectione quæ tum præsertim celebretur, cum-
moderata sanguinis copia effluxerit, & fortis lationis impetus perstiterit. Du-
cetur paulatim, & per interualla sanguis, nisi viribus minus metuetur. Quod si
citatio hæmorrhagia iam vberiore vacuarit, cucurbit. magnæ hypochondriis
è directo affixæ, dein scapulis & ceruicæ, artuum frictio, deinde quoque satus erunt.
Mox properandum ad ea, quæ calorem cohibent, propterea que sanguinem re-
frigerant, & ad motum reddunt inepriorem. Huius generis infinita cum asu-
menda, tum admodum comparari possunt. Sumuntur syrups myrtill. rosar. fic-
car. de papauere, de nymphæa, granator. cydoniorum, & similes, cum aquis cen-
tinodii, plantag. portulac. arnoglossi. vt,

*R. semin. plantag. portulac. lactu. ana ʒ. 3. ros. rub. ros. transmari. ana p. 1.
fiat decoct. in aqua chalybeata ad quas. 3. In colatura dissolue Zupaj ros. syrup.
cydon. ana ʒ. 2. pulu. trochisc. de carabe ʒ. 1. B. f. Zupajum pro dosib. 3. Vel.
ʒ. pulu. trochisc. de terra sigilla. ʒ. 1. coralli rubr. cornu cerui vssi ana ʒ. 1.
syrup. myrtill. ʒ. 1. aqu. vel suc. phantag. ros. vel nymph. ʒ. 2. vel 3. Zupajum ex-
hibeatur.*

Vel ex conferu. ros. symphyti, additis bol. armen. terr. sigill. lotis, coral. rub.
lap. hæmat. cornu cerui vssi, sem. plantag. & lactuc. cum syrup. myrtill. para-
batur opiata.

Eodem pertinet ciborum refrigerantium & incrassantium vsus.

Sed hæc refrigerantia non nisi post sanguinis fluxum aliò reuulsam impe-
randa sunt. Neque vero fronti atque capiti illico refrigerantia topica adhiben-
da, alioqui enim conuulsio, suffocatio, dyspnœa plerumque accideret aut ipsa
etiam hæmorrhagia adaugeretur.

Hoc emplastrum fronti & temporibus appositum, sua lentitia meatus ob-
struendo sanguinem exitu prohibebit.

*R. bol. armen. sang. drac. ana ʒ. 3. malic. farina volatilis ana ʒ. 2. cum oui albu-
mine, vel cum plantaginis succo f. emplastrum.*

Proderit etiam contortum ad ellychnii formam linimentum in nares im-
mittere, quod in hac mensura sit mistura.

*R. bol. armen. terra sigillat. ana ʒ. 1. aloes & pilor. lepor. minutim con-
cisorum ana ʒ. ʒ. excipiantur cum albumine oui & oxycrato, & in formam li-
nimenti redigantur.*

Sunt, qui rutam, aut vriticam viridem aceto maceratam naribus imponunt,
alii spongiam eodem aceto imbutam. Lapidis molaris feruefacti, & aceto a-
cerrimo extincti vapor naribus exceptus, præstantissimum creditur afferre
remedium.

Escharotica, vbi prædicta omnia nihil promouerint, ex vitriol. chalcitid.
gyps. & gummi æquis partibus, vel per se in nares insufflanda, vel linamento
capta indenda, Sed hæc, vt etiam narcotica, non nisi summa vrgente necessitate
sunt vsurpanda.

Quod si ab hepate, aut liene feratur sanguis, epithema ex aqua plantagin.
cichor. rosar. oxalid. ana ʒ. 2. aceti ʒ. 1. santal. citrin. vel diamargar. frigid.
ʒ. 1. comparabitur, quo imbuta linteolo hypochondri. admouebuntur.

Denique post sanguinis fluxum optimè repressum vtilis erit purgatio, quæ
ollen da sit hæmorrhagiæ causa. Et quia, vt plurimum, biliosus, acer & mordax
est hu-

est humor, cholagogum huiusmodi poterit imperari.

*R. prun. dama. c. tamarind. ana ʒ. ʒ. semin. melon. cydon. plantag. ana ʒ. violar.
& nenuph. ana p. 1. fiat decoct. pro dosi. In colat. infunde rhei. elect. ʒ. 2. santal. citrin. ʒ.
1. In expressione dissol. iulep. ros. vel syrup. cydon. ʒ. 6. f. dosi.*

HOLLERIVS.

De Angina. cap. 23.



Angina inflammatio est faucium, aut muscutorum, qui
ad fines asperæ arteriæ siti sunt. Nonnunquam etiam
exteriorum ceruicis. Desperatio est, 2 cum nusquam
apparet. Cum grauissimus dolor est, febris, cum os
hiat, lingua exerta est, intercepta deglutendi via, & potus per na-
res 3 refluat, aut si ad initia ceruicis cavitatis est, intro adducta verte-
bra. Hæc vt minuuntur, ita leuior morbus est. Oportet ergo statim
initio collocare ægros loco satis 4 amplo, 5 nec frigido: ita reside-
re in lecto, vt 6 caput altiùs attollatur. Liquidiora 7 sunt alimenta.
8 Parcissimè viuant quantum vires tolerare possint. Abstineant
ijs omnibus, quæ 9 fluxiones incitant, quale vinum, vaporosa, &
calida ferè omnia. Vitent enim 10 glutinosa, quæ cum etiam non
detergeant, vias iam oppressas angustia intercipiunt. Primis die-
bus, atque adeo initio morbi, si sanguis detrahendus est, adhibito
prius hoc consilio. Mulieribus tum grauidis, tum quibus menses
supprimuntur, angina fit aliquando. In grauida, sanguinem detra-
hes nullo metu ad tres, quatuorve uncias, plus minùs, vt scopi 12
phlebotomiæ indicabunt. Minus, si fœtus 13 maior est, vt post septi-
mum mensem. Quod si mulieri grauidæ etiam tum menses fluunt,
14 multò liberiùs sanguinem è cubito detrahes. Hic enim & ab
angina matri, & ab abortione fœtui periculum est. In ijs verò, quæ
vterum non gerunt, & menses supprimuntur, venam è crure vul-
nerabis, copiosiusque detrahes. Tum ad brachij venas, quæ morbo
conueniunt, phlebotomiam transferes. Hoc consilium multis a-
lijs morbis, quibus corripuntur mulieres, commune est. In alijs,
si quidem manifesta signa plenitudinis appareant, è saphena; si
mediocria, è media cubiti. Alioqui è cephalicâ sanguinem
detrahes mediocri vulnere, ne si amplius sit, nimium viribus
detrahatur. Si angustius, effluat tenuis, sanguis, crassus relin-
quatur. Hyeme, vbi anginæ ferè phlegmaticæ, parciore detractio, sed
foramen maius esse debet. Vere, & reliquis temporibus copiosior,
vulnùsque angustius imprimatur. Cucurbitæ ex libro de cucurb.
collocentur.

na abortit, præsertim si fœtus grandior sit. 14. Quod ita comparata sit mulierum natura, vt sanguine a-

1 Quæ tumor est,
contra naturam,
cum rubore, dolo-
re, calore, & flu-
xu corinthius.

2 Quod si quis e-
uasit, peripneu-
monicus fit, &
intra dies 7. mo-
ritur aph. 10.
lib. 5.

3 Obstructio scili-
cet œsophago.

4 Ut liberè aë-
rem ducant.

5 Ne contringat-
ur meatu san-
guinis.

6 Nam non nisi
ceruice recta spi-
rare queunt or-
thopnici.

7 Qualitate &
consistentia hu-
mida, qualia
sunt pituita, co-
lasitina, pulli ius-
culum & carnis
vitulina, gelati-
na, queque cina-
momi exers.

8 Vel dies ali-
quot omnino à
cibo abstineant si
vires valeant si-
ne infirmitatis
metu.

9 Vt omnia pi-
perata, & aro-
matica.

10 Hæc enim ho-
mines faciunt
pneumatics.

11 Ad euacua-
tionem materia
conuulsa, & an-
tecedentis remi-
ssionem.

12 Ex morbi ef-
fectu, sympto-
matum vehe-
mentia, dignita-
te partu, causa
materiali & ef-
fectrice desum-
pi.

13 Quia mulier
grauida secunda ve-

15 Omnia enim
angina alui pro-
fluuiū desiderat.
16 Ut fiat deco-
ctio ex sero lactu-
in qua dissoluitur
cassia, aut catho-
licum pro clystere
17 Non si febris
adfit.
18 Simpliciu, ad
exclusionē pituita
falla, per desua-
tionem in
aluum.
19 Sed & ante
vena sectionem
hic gargaris-
mus imperandus.
Rec. aqua hord.
Lib. i. aqu. ros. &
plāt. ana Vnc.
ij succi granatorū
Vnc. i. f. garga.
Post sectionē ve-
næ vena, ex lacte
calido imperabi-
tur.
20 Ut qui sint ex
decocto capitali
& hiera vtrag.
21 Vel in decocto
pulli, aut carnis
vitulina.
22 Quia angino-
sus deglutire non
potest.

Mollis 15 aluus esto leuibus 16 clysteribus, multo magis si febris est. In quibus interim dissolues cassiæ fistulæ ζ . j. vel ζ . β . cathol. vel hieræ 17 picrę. Huius hieræ summa vis probata. Nam cum angina multos Romæ suffocaret, eaque veluti pestis tota vrbe grassaretur, inuentum remedium à Medicis, vt post frugalem cœnam \mathcal{D} . ij. pul 18 hieræ in pilulas coactos exhiberent.

Quo auxilio quicumque vsi sunt periculum declinârunt tam atrocis morbi.

Paulus in nonnullis, omiſsa 19 phlebotomiâ, acrioribus clysteribus vtitur dissolutis ζ . iij. hieræ diacolocynthidos. Sed quod antè dictum est priusquam iniicamus clysteres 20 acriores, leuioribus vti oportet, qui inueteratum stercus emolliant & detrahant.

Purgationes quoque leues ex cassia, manna, ad ζ . j. aut eo plus in 21 decocto passularum, hordei, florum cordialium, tamarindorum, sebesten, prunorum.

Suspectum pharmacum, quod Aſclepiades imperauit ex aloë & colocynth. tum quia in 22 pilulas conformat, tum quia fortius est.

Dissoluta enim liquoribus, non coacta in pilulas, pharmaca magis conueniunt, propter difficultatem deglutendi.

Atque dum hæc fiunt, gargarismis vtendum est, initio quidem repellentibus: deinde admixta vi detergente, & resolvente: post etiam, si fuerit opus, maturantibus.

Atque vbi dolor grauior est, & sentitur exulceratio, lenientibus, quorum materiam & compositionem repetes ex β . κ τ \omicron ν μ ϵ , & cap. 45. octauo Aëtij. Recentiores Medici iisdem etiam vtuntur, vel his.

\mathcal{R} . decoctionis rosarum sicc. ζ . iij, cum diamor. ζ . ij. Ex sorbis, cornis, moris rubi, aut alioqui immaturis, è granatis acidis poterit exprimi succus, & quarta parte sacchari, aut mellis rosati dulcari. Dianucum & diamoron initio dissoluantur in duplo liquore adstringente, quales sunt supradiſti succi. Decoctū rosarum, plantaginis, sorborum, cornorum, mespilorum, & similitum adstringentium, vel in aquis inde distillatis. Conseruæ sunt cornorum, sorborū, mespilorum, mororum immaturorum, quarum vncia in duplo liquore adstringente dissoluta reprimentem 23 gargarismum efficit. Et hic quoque laudatus reprimendo & leniendo.

\mathcal{R} . 24 succi expressi è cassia fistula ζ . j. decocti rosarum aut aquæ plantaginis ζ . ii. decocti sebesten ζ . ii. aquæ è sorbis, cornis, aut mespilis distillatæ ζ . iij. misce pro gargarismo.

Vt augetur morbus, ita repellentium 25 modus minuendus, & augendus resoluentium. Itaque plus mellis admiscemus: vt imürque hydromelite, plus minusve diluto, in quo rosæ 26 præbullierint, syrupo rosato, syrupo etiam de papauere, vbi fluxio tenuior est. Vbi his remediis nihil proficimus, venæ sub lingua incidendæ sunt. Alij ex Archigene & Aſclepiade venam frontis, & quæ ad an-

gulum oculi pertainet. Hippocrates lib. 3. de morbis venam quæ sub mammis est, in paracynanche, quæ leuior est angina, pertundit. Nonnulli venas ceruicis.

Cæl. Aurelianus capite 4. lib. 3. Acut. sanguinem trahere è locis sub mammis constitutis, noxium esse atque putidum contendit. Ac noxium quidem, quodd plurima oporteat corpora diuidi, cum neque facile sub visum venæ possint deuenire. Putidum, quia vlla sine difficultate, profundiore facto foramine, iusta sanguinis detractio è venis humeralibus approbatur.

Verum tutius est post vniuersalem vacationem perseuerante malo cucurbitulas cum scarificatione ad initia ceruicis adfigere, &c. Postea venas sub lingua, vel phlebotomo aperire, vel cultello scarificare.

Sanguifugæ iisdem locis, quibus cucurbitulæ, affigi possunt: quæ vbi detractæ fuerint, cucurbitulæ inducuntur, perpetuò habita vrium ratione.

De cinere hyrundinum, humano stercore, canino, & aliis, quæ melli mixta, aut aliter præparata angina conueniunt, lege postremos lib. Galen. de simplicibus, vt de asellis & alijs remedijs, commentarios secundum locos.

Lenies dolorem & asperitatem gutturis aquâ, in qua mica panis albissimi coxerit. Aut 27 panis ita coctus vehementer exprimatur: colluatur succus. Eodem modo è furfurum tritici, pinguium cremore. Lac etiam per se, mucago semin. cydoniorum, lini, althææ, aut hic Sorani efficacissimus gargarismus.

\mathcal{R} . glycyrrhizæ recenter rasæ & conquassatæ ζ . iij. mellis rosati ζ . i. aquæ fontanæ \mathcal{B} . β . coquantur omnia ad crassitudinem, è colaturâ fiat gargarismus.

Penidia quoque in lacte dissoluta, pitisanæ succus, hordeatum, lac amygdalarum dulcium similiter colluatur. Maturant.

\mathcal{R} . ficuum pinguium ζ . iij. hyssopi P. i. fiat decoctio ad dimidias, colaturâ colluatur.

In periculo suffocationis.

Anginosi sæpissimè periculo suffocationis laborant. Quod si periculum inde natum est, quia erupit tumor, & sanies in pulmones & cor defluxit, desperatio est, nisi summo 28 beneficio naturæ adiuuentur. Alioqui sæpè fit, vt cum nimis increuerit tumor, omninò interceptas vias spiritales, 29 vbi certa mors est, nisi occuramus. Itaq; extremo malo extrema remedia tentanda sunt. Repetenda sectio venarum sub lingua. Cucurbitula magna & cum 30 multa flamma initio ceruicis affigenda est. Collum & thorax onere leuanda sunt, atque iniungenda oleo de liliis, aut fœnugræco.

Caput his attollendum est, vt probè sedeant. Aër frigidus introduendus est. Locus sit lucidus & perspiratus. Cucurbitule quoque in pulpis scapularū, sub mento, in mento, & maxillis. Alij etiâ

27 Vel fiet cataplasma ex radicibus liliorum & althææ, caricis pinguis, cum butyro. farina lini, oleoque liliaceo.

28 Vt Expellorato, aut alui profluuiio, aut vrina purulenta exelusione.
29 Imeditur enim alio per quam est vrina.
30 Ut maiorem attrahendi vim habeant vacuifuga.

in futura coronali, & sub mammis coaptant. Rhazes etiam ves-
câte phœnigmo vitur initio ceraicis, tumque gargarismis acio-
ribus vtendum est, vt hydromelite, in quo pugillus hyssopi, aut
origano coxerit, aut radix gencianæ, cucumeris agrestis, iridis.
Aut.

℞. seminis sinapi ꝑ.ij. conqussentur, & in aceto acerrimo ma-
cerentur. Incorporentur cum modico melle, Deinde dissoluentur
in ꝑ. ii. mullæ, ad gargarismum.

Quod si his artibus nihil proficimus, vtimur auxilio Asclepia-
dis. Vtendum est tum etiam omnibus ferè medicamentis.

Hiante orè lingua deprimatur: culter ligneus acutus indatur in
guttur, vt tumor disrumpatur. Tum prono capite sanies repur-
getur. Vbi in faucibus manifestus tumor est, vellicandus est vn-
guibus, aut ferro aperiendus.

31 Nonnulli etiã
pauã crustam
deuorandã præ-
bent.

Alij ꝑi spongiæ partem ad magnitudinem auellanæ suspendunt
è filo, & ita ab ægro deuorari iubent. Intumescit spongia, atque
dum vi retrahitur, tumorem rumpit. Hoc alii bolo carnis fassæ
semicoctæ ita suspensò & deuorato, tum vi retracto, moluntur.
Alioqui scarificandus locus est sub mento, in collo, vitatis semper
neruis & arteriis. Sic enim aliquando sanies effluit. Alioqui cu-
curbitulæ scarificatis locis apponendæ sunt.

E nido hyrundinis in aqua decocto, aut oleo communi,
vel chamæmelino emplastrum faciunt, quod indicant collo.
Alii è stercore humano recenti. Quidam quod tolerabilius
est, è lana succida insuccata in oleo communi, oleo liliorum,
chamæmeli, aut simili, quorum consilium est, vt foras materiam
euocent.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Paul. Ag. cap.
27. libr. 3. statim
in initio.
Anginæ omnibus
quid commune.
Act. form. 4.
Tetrab. 2. cap.
47.
Hipp. lib. 3.
Progn. 8. sentent.
6. & sequenti-
bus.

Anginæ species quatuor à Paulo constituuntur, quibus quintam etiam re-
centiores addiderunt. Omnibus communis est inflammatio aliquando
cum tumore, deglutiendi difficultas, impedita respiratio, dolor circa laryngem
& œsophagum. Differunt parte affecta. Fiunt enim in musculis vel colli, vel gut-
turi, vel vixæ. *Σωάγγη* in musculis pharyngis: *ἄσσωάγγη* in musculis faucium
externis: *κωάγγη* in musculis internis laryngis: *ἄσσωάγγη* in externis. Quinta
fit luxatis vertebrae ad anteriora. In qua locus cauus apparet cum dolore, muscu-
lorum circumiacentium tumor, respiratio difficilis, hiatus oris, lingua exerta, &
à sua radice mota, solâque veteribus *κωάγγη* dicebatur, vt scribit Aëtius. Peri-
culosissima omnium, & quæ eodem die iugulari, si neque in faucibus, neque in
cervice tumor aut rubor apparet, si dolor vehemens, violenta inspiratio, cibi &
potus refluxus per nares, & similia ab Hippocrate scripta in Prognosticis. Di-
stinguitur à peripneumonia & pleuritide, quia dolor in gutture maximus cum
angustia, nullus in thorace. Vbi pulsus magnus & vndosus, peripneumonia: du-
rus & tensus, conuulsio metienda est. Imminente suffocatione paucus & rarus:
agentibus animum, creber & inæqualis apparet. Cuidam in musculis dextræ
partis laryngis cum orta esset inflammatio, neque appareret, sed tactu duntaxat
externo dolorem præ se ferret, mors subita tribus horis à missione sanguinis
consequuta est. Alius iussit sibi gurgulionis finem amputari absente Medico,
cum

Anginosorum
duorum hist. 7.

cum inde suffocaretur, & seruatus est. Quod mirum certè videri non debet. Nam
& Antonius Beniuentius medicus eruditissimus de Nicolao Rota angina labo-
rante idem fermè commemorat. Hic cum oportunis præfidiis nihil leuatus esset,
& arescente corpore, pallente facie, ac vertentibus oculis spes salutis adempta
foret omnis, ne æger Deo & naturæ incuratus dimitteretur, ad insolitum, vtile
tamen, auxilium visum est confugere. Locum iussit altioribus plagis sub ipsis
maxillis ac etiã supra collum scarificari: ex quo eum sanies multa prorupisset, a-
deo morbus sedatus est, vt faucibus ipsis spiritum simul & cibum captantibus, fa-
cilis dein ad bonam valetudinem ægro ipsi data fit regressio. Post febrem repen-
tè, inuadens, & non apparens, lethalis. Si ad pulmonem conuertitur, septem die-
bus interimit.

Hip. aph. 10. lib. 5.

Remedia sunt sanguinis missio è cephalica dextra repellètia inrò sumpta, gar-
garismata, sectio venarum sub lingua, clysteres od reuulsionem, inunctiones, vn-
guenta, syruipi, potiones lohor. Mulier quædã superstitione butyrum mense Maio
asseruabat, & colligebat tribus diebus rogationum, viris è lacte vaccæ, quæ marè
peperisset, mulieribus, quæ foeminã. Vrgente malo inungebat collo, ceruici par-
tibus vicinis, cærho plurimum fricando. Atque hac ratione non paucos sanitati
restituit. Datur diacodion, vbi somnus conciliandus, & tenuis fluxio. Vbi educen-
dum, magis cum melle. Potest addi glycyrrhiza, interdum sapa, & mel.

IN CAPVT XXIII. DE
ANGINA.
DVRETI ENARRATIO.

DE Angina, quæ phlegmone est faucium aut laryngis.
Angina Inflammatio est. Phlegmone, i. tumor contra naturam cum rubore,
calore, pulsu, renixu & dolore coniunctus.

Angina quid.

Faucium, i. hiatus oris, qui cernitur nobis oscitantibus.
Aut musculorum. Proprium & communium ipsius laryngis, per quos ventri-
culus aucupum modo mouetur & vocem edit.

Quid sint fauces.
Adusculi in quibus
angina fit.

Nonnunquam etiam exteriorum ceruicis, primigenia affectione, aut per dia-
chen anginæ faucium ad ceruicem & pectus, aut per causæ morbificæ propa-
gationem.

Exteriorum ceruicis, i. musculorum qui à ceruice per latera, œsophagi feruntur
ad cartilaginem scutiformem.

Desperatio est, i. nulla salus vitæ sperabilis.
Cum nusquam apparet, tumor qui anginam facit cum summa difficultate spi-
randi coniunctam, vt non nisi recta ceruice homo cynanicus possit respirare. *Signa & sympt.*
Desperatio autem est propter oppressionem partis, cuius officio vita carere non
potest ad punctum temporis, nisi in peripneumoniam vertatur, quæ intra se-
ptimum diem interimit. aphor. 10. lib. 5.

Signa & sympt.
mata.

Cum grauissimus dolor est. Vt esse solet propter exquisitum partis obsecæ sen-
sum & materiæ morbificæ molestiam quæ (maxima parte) qualitate est acris,
substantia tenuis, & temperamento calida.

Lingua exerta est. Inflammatione musculi noni linguam adducentis.
Intercepta deglutiendi via. Propter magnitudinem inflammationis, qua sunt
obsecæ fauces.

Et potus per nares, i. per foramina palati quæ sunt naribus & ori communia.
Intro adducta vertebra. Secunda, quæ luxata onè patitur à tuberculo ipso cerui-
cis, ipsaque angina est omnino lethalis.

Collocare agros loco satis amplo. Vt liberè aërè ducant & eius temperie gaudeant. *Curatio.*
Nec frigidò, ne constringantur meatus, nempe fauces & larynx, quoniam omne
frigidum est systrepticum.

Vt caput alius tollatur, quoniam anginosi non nisi recta ceruice possunt spi-
rare, propterea quæ dicuntur orthopnoici.

Liquidiora sunt alimenta, qualitate & consistencia vt alimenta sint macabilia, concoctu facilia, omnis alienæ qualitatæ expertia, & adstrictionis minimè que sitifera.

A cibo abstinentia.

Parcissime uiuant, i. dies aliquot à cibo in totum abstineant, quia ineunte morbo dum succus manet cum difficultate spirandi, prius in curam eius incumbendum, quàm refectioni studendum. Huc accidit, quod vel pituita ipsa in difficultate spirandi ad exitum egrum præcipit, adempta libertate spirandi.

Quæ fluxiones incitant. Cuiusmodi sunt alimenta valentis materiæ, piperata, salsa, vina, item vaporosa & calida.

Sanguinis detrahitio.

Sanguis detrahendus est. Ad declinationem antecedentis causæ, & coniunctæ amotionem ineunte morbo & prima occasione.

Vt scopi phlebotomia indicabunt. Magnitudo morbi, validæ vires cum securitate aut cum infirmitatis metu, tum etiam tempus ipsum grauitatis.

Venam è crure vulnerabis, pace auctoris dictum sit phlebotomia primum celebrari debet incisa brachij vena & sub lingua: quoniam symptomatis à suppressione nati potior cura esse debet, quàm causæ antecedentis. Vnde enim natura magis est opis indigens, hac illi ex parte est succurrendum.

Ad brachij venas, nempe ad cephalicam alterutrius brachij.

È media cubiti, & mediana, quæ coalescit ex cephalica & basilica.

Cucurbitula, ex artificio Medici ad imitationem naturæ comparato. Tunc enim solus vitæ sperabilis est, quando angina vel faucium tumor minuitur & euanescit per metaptochim & diadochen materiæ morbificæ, ad ceruicem & sternum.

Mollis aluus esto, clysteribus & decocto remollientium, vt scilicet excludantur feces, indeque materia morbifica exitum habeat sine intestinorum offensione.

Angina hyberna

Nam cum angina multos Roma suffocaret. Erat autem angina hyberna ex pituitæ salsa affluxu, vnde fauces intumescabant, non larynx.

Quando sit omittenda in angina phlebotomia.

Omissa phlebotomia. In angina quæ nascitur à pituita salsa contumaciter ad fauces adhærescente, vt in tempestate austrina pluuiosa & tepida. Omissa, inquam phlebotomia, quæ nihil opis afferre videtur, neque ad declinationem causæ antecedentis, neque ad amotionem coniunctæ, quoniam materia morbifica segregata est à concretionem sanguinis.

Qui inueteratum stercus emolliant. Quia non est æquum humorem morbificum per intestina ciere, donec exclusæ fuerint feces.

Purgationes leues ex castia, sumenda è cochleari cum syrupo violaceo.

Purgationes leues.

Manna. i. melle aërio dissoluto in iusculo galli decrepiti medicato, brassica rubra & tantillo hyssopi.

Propter difficultatem deglutendi. Quæ symptomata est maximum inflammationem pharyngis: sicut orthopnoea inflammationem laryngis.

Gargarismi

Gargarismis vitendum. Non vt gargarizet æger, hoc est musculos faucium concutiat.

Initio quidem repellentibus. Cuiusmodi conficiuntur ex diamoro, dianuco, &c.

Recentiores Medici ipsam viuuntur. Vel his, vt decocto passularum & glycyrrhizæ, decocto hordei, passularum cum diamoro.

Et quarta parte sacchari. Aut vt si accipiatur selibra succi granatorum cum sequencia mellis aut sacchari.

Initio dissoluantur. Inchoante angina.

Misce pro gargarismo. Hic gargarismus est paregoricus & conuenienter poterit vsurpari. Cætera verò inconsideratè præscribuntur si paregorica non sint, i. lenientia.

In quo rosa prabullierint. Vt decocto rosarum, balaustiorum, & hordei ad ℥. j. Dissoluantur syrupus nenupharis, & rosarum de siccis vterque ad sequenciam Affecta verò angina digerentibus, maturantibus, foris, & intus vitendum.

Quid affecta angina sit molliendum

Vena sub lingua. Etiam ineunte angina, si intumuerint venæ, incidendæ. Quod factitauit Hippocrates sect. 7. lib. 6. epidem.

Cucurbitula cum scarificati. Rectè quidem vt artificio Medici ad imitationem naturæ

naturæ comparato anginæ materia translationem habeat ad ceruicem & sternum.

De cinere hyrundinum. Coniecturam in ollam fictilem & in cinerem redactarum.

Stercore canino. Cane ossibus per triduum pasto, vt stercus sit album minimè que foedi odoris.

Vt de asellis. Hoc est de millepedibus, quæ sub vase aquario reperiuntur.

AD ANGINAM.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

Συνάχη ἢ Κωλύχη, Latinis Angina symptoma est faucium & laryngis pro-
prium, idque terrificum ac ferè lethale, tum ob doloris acerbicatem, tum
propter interceptionem officij ad vitam tuendam necessarij, & oppressionem
partis cuius officio vita carere nequit. Nam & deglutitionem impedit ad vitam
necessariam & respirationem tollit sine qua ne ad punctum quidem temporis
animal viuere potest. Sed tria sunt symptomata, quibus tollitur ipsa respiratio
per quam vita est, syncope cardiaca, appoplexia & angina. Non tamen vnaque
que affectionum earum: eodem modo respirationem tollit. Nam in syncope
cardiaca vt in mulieribus hysteris, deperditur ad quoddam tempus respiratio
quia cessat illius vsus atque necessitas: ad cuius tamen priuationem si cessarit
animalis facultatis imbecillitas iamiam moriturus homo fit. At apople-
xia respiratio tollitur adynamia mouendi, in angina verò respirandi impeditis
instrumentis, faucibus scilicet & larynge. Vnde nec spiritum foris ex animi sen-
tentia intròducere, nec fuliginem possunt excludere. Et hæc tria symptomata
notauit Hippocrates lib. 2. aphor. vbi de vera angina loquitur, eorum scilicet qui
strangulantur. *Κωλύχη* quasi strangulatio canum ex eo nomen habet, quòd qui
illa affecti sunt & linguam exerunt more canum sitibundorum, & vt iidem respi-
rationem crebro ingeminant. Anginæ causæ procatarticae tres sunt, laqueus, tu-
mor, luxatio. De laqueo scripsit Hippocrates 2. aphor. De luxatione, ad finem
sect. 2. lib. 2. epidem. vbi ait à tuberculo ceruicis corruptum fuisse vinculum vali-
dissimum quo dens secundæ vertebrae cum primæ connectitur. Vnde luxata illa
vertebra in anteriore parte facta est angina laryngis quæ omnino lethalis est.
Eadem quoque fit à percussione ceruicis. Sic enim vidimus puerum in collegio
Cardinalio qui cum scalas conscendisset, decidit in gradum illarum, & ex eo ca-
su luxata est secunda colli vertebra, vnde repente interiit. Tertia anginæ causa
est tumor còtra naturam, de quo hic tantum agimus. Sed & huius anginæ quæ à
tumore fit duo sunt, apud Hippocratem genera non minus ægris molesta quàm
terrifica Medicis. Vna est ab inflammatione muscutorum faucium, qui degluti-
tioni inferuiunt, & hæc leuior est, quamuis etiam formidabilis eoque magis quò
maior apparet tumor in ipsis faucibus qui tractabilis est & aspectabilis, & ore
diducto depressaque lingua ceruitur. Cum enim maior est tumor nec æger
deglutire, nec in eos eius ingeri quicquam potest, quod statim per nares non
reijciat, vnde fit interceptio officij ad vitam tuendam necessarij & tumma se-
quitur doloris acerbitas. Hæc angina vel per se existit, cum scilicet solæ fau-
ces inflammatione obsessæ sunt, vel cum sympathia partium vicinarum at-
que communium, sterni nempe & ceruicis, quæ inde ruborem contrahunt,
idque per epigenesim, id est propagationem causæ morbificæ ad partes illas
superstite priore foco vt pote angina faucium ac symptomatum in ore ve-
hementia, quod est iudicatorium non iudicans, tuncque in angusto spæ est, &
in propinquo mors. Excitatur etiam ab angina rubor in sterno & ceruice per
metaptochim illam quæ diadoche dicitur & salutaris est verèque critica hoc est
per translationem materiæ morbificæ ad sternum & ceruicem relicto priore

Angina quid.

*Angina calami-
ta.*

*Tria symptomata
respirationem tol-
lentia variis mo-
di.*

*Κωλύχη unde
dicitur.*

*Angina causa
procatartica tres,
Historia.*

*Angina qua fit à
tumore duo gene-
ra.*

*Inflammati-
muscutorum fau-
cium.*

*Angina faucium
sola per se vel
cum sympathia.
Rubor in sterno &
ceruice excitatur
in angina duobus
modis.*

foco vt iam deglutiat æger, & acerbo faucium dolore defungatur. Itaque Hippocrates 3. prognost. vbi ex professo de angina disputat, docet pestiferam illam esse anginam, in qua tumor repente euanescit ἀσημαντῶς ἀκρίτως ἀσημαντῶς autem, i. sine signis euanescere dicit, cum tumor ipse nullam habet metastosim, per diadochen ad pectus & ceruicem, Adiecit verò ἐξ ἀπειρίας, id est, sine crisi, quoniam etiam aliquādo tumor euanescit sine metastosi quando habet liberam ἀπαχρημύνην, id est, excreationem materię morbificę. Quod si nec cum metastosi nec cum anachrempsi repente tumor euauerit, æger eodem die morietur propter palindromen seu refluxum humoris, vnde primum venerat; Quoniam humor est substantia tenuis, temperamento calidus & qualitate acris. Ergo palindromen semper metuit Hippocrates & in progn. & in coac. animad. in cap. de angina, vt medico semper suspecta esse debet. Alterum anginę genus est inflammatio musculorum laringis propriorum atque communium, quę simplex est, vel mixta, leuis & parua, vel magna & intensa, sed ferè semper insanabilis, Huius symptoma est proprium orthopnoea, seu spirandi difficultas, vt anginę faucium deglutendi difficultas. Itaque cognoscitur ea non ex tumore quia inaspectabilis est minimęque tractabilis, sed ex actione læsa, nimirum respiratione, quę & nimia est & frequentissima ob vitiū partis deducentis, obstructiōnem scilicet laryngis per quem spiritum ducimus in qua obstructiōne anginam veram statuit Hippocrates, non in timore faucium. Illa autem vera angina nascitur, vel primo laryngis affectu; & tertio quarto, vel quinto morbi die ægrum vel exitum præcipitat, vt patet ex muliere anginosa sect. 2. lib. 3. Epid. nisi fortè eo morbo defungatur æger per successiōnem peripneumonię, quę intra septimum diem interimit, nisi liberam & liberalem anacatharum habeat materia morbifica, vt annotauit Hippocrates, nonnunquam etiam rupta pulmonum vomica cursum inflectit per vrinās, sicque excluso pure sanantur peripneumonici, qui prius fuerant anginosi. Sed id rarò accidit, quoniam materię morbificę vitio labefactur ipsa pulmonum substantia, vel eadem angina laryngis alterius morbi successiōne venit, vt ab angina faucium, quę ἀσημαντῶς & ἀκρίτως euauit. Vnde eo ipso die anginosi moriuntur, vt iam diximus. Atque hæc duo sunt anginę genera apud Hippocratem explicata. Quorum prius nonnunquam hybernā anginam appellauit, quòd hyme frequenter accidat ab humore crasso qui in faucibus subsistit, nec ad laryngem descendit. De qua dixit anginosos fieri pleuriticos sent. 13. sect. 2. lib. 6. Epid. Posterius verò est iuam anginam nominauit, quòd æstate fiat à tenui & bilioso humore, qui angustissima quęque subit, & penitiores laryngis recessus, vt tumor sub aspectum non cadat & tractabilis non sit. Vnde maxima curandi difficultas. In hac scribit Celsus cap. 4. lib. 4. neque ruborem neque tumorem apparere, sed corpus aridum esse. Quod postremum addidit quasi explicās verba Hippocratis in coac. animadu. vbi ἰχθυόεισιν dixit. Sed fallitur Celsus nam ἰχθυόεισιν Hippocrati est φάρυγγις gracilis & tenuis id est naturaliter constituta per vacuitatem tumoris, nec ἰσχυρόν aridum significat. Lege plura de angina apud Hippocratem lib. 3. progn. in porrh. & coac. & lib. 4. de diarr. in acut.

Quid sit euanescente ἀσημαντῶς ἀκρίτως ἀσημαντῶς.

Palindrome semper suspecta. Altera Angina species ab inflammatione musculorum laryngis. Orthopnoea. Signa.

Vera angina causa.

Angina hyberna.

Angina æstiu.

Celsi error. Quid ἰσχυρόεισιν significat apud Hippocratem.

Amuletorum superstissio.

Qua sint alexiteria.

In curatione anginę reijcimus periapra illa seu amuleta, quę non modo in hoc morbo, sed & in alijs multis cum solemnibus quibusdam verbis, cum certo numero, cum ex osculo collo appenduntur. Hęc enim omnia superstitiosa sunt. Fatemur tamen remedia quędam existere, quę inexplicabili sua qualitate mirificam habent vim ad curationem tum anginę, tum aliorum morborum, quę vulgò alexiteria dicuntur, Quanquam sint alexiteria ea omnia medicamenta, quorum actio perficitur alterando aut vacuando. Alterando quidem duobus modis, vel manifestis qualitatibus, vel substantię proprietate quę non est ita occulta, vt ipsa tota substantia, sed quinque sensuum beneficio percipi potest, sicuti proprietates alimentorum. Vacuando autem vel partium tenuitate cum calore coniuncta, vel similitudine substantię.

ANTON.

Angina, Gręcis σπαστική affectio dicta, musculorum gutturis internorum, seu faucium est inflammatio, in qua nullo existente in thorace, vel pulmone vitio, difficilis redditur spiratio. Anginę species ex differentis symptomatum, partium laborantium natura, causę duplicis distinctiōne, periculo maiori aut minori peritas, videre est apud Hippocratem sent. 16. 17. & sequ. lib. 3. Prognostic. & apud Galen. cap. 4. lib. 4. de loc. mal. affect. & comment. in aphor. 34. lib. 4.

Gal. lib. 12. Method.

Acutissimus est hic morbus, primo, secundo, tertio interdum die iugulans, ob interceptam respirationem. Quocirca quum primum respirationis & deglutitionis difficultas obrepit, venę sectiō in cubito, subducta prius blando clystere aluo, præstantaneum est remedium. Verum sanguis non subito ac semel, sed pluribus interpositis vicibus, euacuandus, ne cumulata, semelque facta vacuatiōne, anima ægro deficiente, suffocationis periculum superueniat, dum materia in affectam partem collectam prorumpit. Altero à venę sectiōne die lenis purgatio exhibeatur, quam si sumere æger nequirit, acrior clyster iniicietur. Mox fluxio si penitus constitit, vena sub lingua pertundatur.

Angina curatio. Paul. Aegin. cap. 27. lib. 3.

Quinetiam in ipso anginę principio, vt & inflammationum reliquarum, indicatur affluentis humoris repulsio. Hęc perficitur repellentibus, non foris adhibitis, siquidem materia intro reuerenda non est, sed ore tantum contentis gargarismis, quales ab Holerio parantur multi. Hic omnium instar esse poterit.

R. agrim. & plantag. ana M. i. granorum berber. cortic. mal. granat. semin. acetos. & portulac. ana ʒ. 2. ros. rub. hord. integr. ana ꝑ. i. passular. non mundatar. ʒ. ʒ. f. decoct. & colatura ad lb. i. In qua dissol. diamor. dianuc. & succi granat. ana ʒ. i. ʒ.

Huius partem ore continebit æger ad leuiorem gargarizatum. Vehementior enim partes affectas mouet, quibus incalcescentibus augetur fluxio.

Vrgente, aut inclinante morbo & laryngi impactam materiam concoquere, & dissipare oportebit. Itaque ad gargarismum parabitur decoctum ex maturantibus & discutientibus, vt ex beton. hyssop. origan. floribus chamęm. melilot. seminibus lini, sænugr. cum glycyrrhiz. & passul. mund. in quo dissoluetur mellis rosacei, aut syr. ros. quantitas proportioni decocti respondens. Extrinsecus verò eiusdem applicabitur cataplasma.

R. sem. lini, sænugrac. ana ʒ. ʒ. coq. in hydrom. adde ol. amygdal. dulc. & dialthęa q. s. fiat cataplasma.

Fit etiam emplastrum è medulla cassię cum oleo communi, vel chamęm. adiecta portione dialthęe, vel emplastri de mucaginibus vel de meliloto. Vel de quoque vsui erit topicum ex stercore canino albo medicamentum Musę, quo fortius nullum nouisse se, neque in angina neque in magna tonsillarum inflammatione, aut iis quibus ex glandulis suffocationis periculum immineret, Gale- nus ingenue professus est.

Gale. par. 4. cap. 2. lib. 6. de comp. phar. 27. τόπος 27. 19. lib. 10. de simpl. med. facult.

HOLLERIVS.

Dei Tusci. CAP. XXIII.

V s s i s causa sola 2 intemperies, partium 3 consensus, vt lumbricis, vel humore acri, stomachum infestantibus, &

1 Ex suffatione vehem. ʒ. ma, qua spiritus multus celerimè foras erumpit, ad exclusionem materia, qua pul- 3 Ut hepatis & ventriculi: vel etiam aliarum affectionum metastasis & translatio symptomatica, vt in pleuritide, & hydrops.

mones laeessi, & vias interceptis. 2 Frigida scilicet. Gal. comment. 1. in lib. 1. Epid. sentent. 12. 3 Ut hepatis & ventriculi: vel etiam aliarum affectionum metastasis & translatio symptomatica, vt in pleuritide, & hydrops.

quod sæpè fit, à cerebro defluxio, aliàs calida, aliàs frigida, tum ètiam humor in pulmonibus conceptus, aliàs crassus, aliàs tenuis, interim viscidus, nonnunquam etiam asperitas 4 arteriæ. Vt rectè cures, causa cognoscenda est.

Intemperies 5 frigida, quod sæpè fit, hyeme 6 rigente, domicilium calidum, animæ retentio, vini 7 dulcis & calidi potus, partium pectoralium munitio ex linteis calentibus, 8 pedum calor & capitis, sufficienti remedio esse possunt.

Defluxio tenuis, maximè si copiosior est, retinenda est in crassantibus: multò magis, si acris est. Id quod intelliges ex oculorum & faciei rubore, titillatione, aut etiam mordicatione oris interioris, sapore, urinis tantùm coloratis, tum etiam antecedentibus causis. Hæc enim tussis, etiam initio leuis est, 9 tabem denuntiat.

Itaque statim initio medicamentis vtendum est, quæ inspissent & obtundant materiam. Conueniunt itaque aqua hordei, syrupus violatus, de papauere, mucag. psillij, se. cydoniorum, decoctum papauerum, adiecta sapa, vt & somnum concilies, & fluxionem in crassatam cohibeas, nec attenues. Mellitismis plurimùm vtuntur Medici in tussi, quibus tamen abstinendum est, vbi fluxio est tenuis. Mel enim attenuat. Sed loco mellis vti oportet vocato melle passulato, ficato, quod syræum nonnulli vocant, succo glycyrrhizæ, aut prunorum. Hæc autem ita comparabis. Passulas, ficas, pruna, iuiubas, sebesten, horum aliquot in aqua coques ad putrilaginem: tum vehementi expressione percolabis, & iterum coques ad mellis crassitudinem.

Hic etiam vtimur mucagine gummi tragacanthi, gummi arabici extracta in aqua rosarum, & incorporata in aliquo succorum prædictorum. Vt gratia exempli.

℞. mucag. gummi tragacanthi extractæ in aqua rosarum ʒ. vj. incorporentur in mellis passulati, succi glycyrrhizæ, aut similis ʒ. j. ss. Quod si vigilæ vrgent, & dolor maior est, misce pilularum de cynoglossa ʒ. ij. & affunde aliquid syrupi de papauere, violati, aut rosati. Finge pilulas pondo vnius scrupuli, quas contineat 10 in ore:

Atque vbi maior fluxio est, secta 11 cephalica diuertenda erit. Deinde etiam purgatione è cassia fistula, manna, aut penidiis admixtis. Vt

℞. cassiæ ʒ. j. penidiorum ʒ. vj. dissoluantur in aqua hordei, passularum decocto, aut glycyrrhizæ. Sæpè vtendum est hordeato cum saccharo violato. Partes quoque colli & thoracis, si incaluerint, illinendæ.

℞. ol. viol. ʒ. ij. mucag. sem. psillij extractæ in aqua vngulæ caballinæ ʒ. j. ceræ lotæ in aqua viol. quantum suff. fiat linimentum.

Nimis vrgente malo, cauteriis etiam vtendum est, cum in sinapite, tum etiam in ceruice & scapulis. Multa repetenda ex capite de Catarrho.

In materia frigida neque phlebotomia, neque purgatione vtendum est, nisi corpus 12 admodum plenum sit, tumque cassia, addita terebinthina, vt sint cassiæ ʒ. vj. terebinthinæ ʒ. iij. fiat bolus cum saccharo, vel dissoluentur in ficuum decocto, vel similibus.

Possumus quoque vti 13 agarico, inde pilulis formatis cum rhabdum pul. hieræ picræ, hieræ diacoloc. cum elephang. pil. aut etiam fortioribus.

Sed melius fuerit vti priùs 14 melicrato, in quo vel hyssopum, vel thymum, vel matrubium, aut aliquid tale incoxeris. Alioqui vti 15 syrupo capil. ven. de hyssopo, de marrubio, & similibus. Iam purgato corpore incidendum, detergendum, siccandum. Sed in desiccantibus cautio est, vt ne nimium calfaciant, qualia sunt acria, diuretica, inimicissima 16 expuitionibus è thorace. Nec statim initio vtendum est, maximè si materia crassa, aut viscida est. Præterea vtimur semine apij, vrticæ, nasturtij, scyllæ, erysimi, raphani, fœniculi, & torrefiunt, atque in puluerem rediguntur: tum horum ʒ. ij. commiscuntur ʒ. vj. mellis despumati.

Laudant, vt per intervalla bis aut ter in hebdomada mithridaticum aut theriaca ad magnitudinem auellanæ ex vino albo exhibitur.

Ambarum ex conuenienti decocto datum, vtpote passul. mund. aut simil. tussis à tenaciore materia inueteratæ præstantissimum erit remedium.

Animaduertendum quoque hoc loco liquidioribus potius vtendum esse, quàm crassis & solidis medicamentis, vbi repurgandi consilium est. Contrà verò solidis, vbi coquendum. Deinde etiam non vtendum esse viscosis, nisi habeant 17 aliquid detersionis, vbi exasperata arteria est. Conueniunt viscosa sine mordicatione, quale est tragacanthum, gummi arabicum, oui luteum sorbibile, butyrum, mucago. sem. Cydoniorum, lac per se, mel passularum, succus iuiubarum, ficuum, dactylorum veterum, non recentium (recentes enim exasperant) hordeatum, lac amygdal. dulcium, penidia, saccharum violatum, alphenia ex dulci oleo, medulla Articaulis vulgè dicti cum butyro, pineol. amygdal. cum butyr. Vbi coquendum est, aliquid croci, thuris, myrrhæ, & eorum quæ leniunt, medicamentis adiciendum est, vt semen irionis, vrticæ. Detergent mel & saccharum. Desiccant aromata, sed non nisi liquore aliquo diluta, imperanda sunt.

Plura remedia capite de asthma & pleuritide. Suffumigia initio quidem, si modica fluxio est, nec est capitis plenitudo. In fine verò, roborando capiti & thoraci.

Senes tussiculosi, ex 3. de victus ratione in morbis acutis, potu vini dulcis tepido, butyro recenti, addito saccharo, dulcoramentis, condimentis, atque interim decocto 18 caulium, leuibúque remediis curandi sunt.

Narcoticis aliquando vtimur, vbi tussis molestior est, & perpe-

4 Quæ sic e tussis
causa vna exi-
bit
5 hinc signum
6 tussis leuiter
7 a tussis
8 tussis
9 que a spiritu, non
a maligna de-
stinatione.
6 Tempestate
præsertim Aquil-
lonia repente o-
boria.
7 Ex li. 3. de dia-
ta in morb. acut.
8 Nā venarum,
que ad pedes se-
runtur, continui-
tate calor super-
iores petit par-
tes.
9 Quæcumque
enim distillatio-
nes à capite tus-
siculosos & rau-
cos homines red-
dunt, nisi tempo-
re coqueantur,
alteram faciunt
tabis differentiã.
10 Item ad sisten-
dum serinum
catarrhum hoc
poterit commode
prescribi. Rec.
syrup ros. de si-
eis cū quadrupla
infusione ros.
Vnc. ʒ. pilul. de
cynoglossa gra. 4.
an. ʒ. excipiat
cochlear vnum
ante horam
somni.
11 Vtina ʒ. ʒ. iij. &
ad catarrhi gene-
rationem probi-
bendam, & ad-
fluens materia
mellifera coferi

12 Et ea caco-
rhymia plethora
per oppræssionem
diaphragmatis,
atque pulmonū,
morbum auget.
13 Vt, Rec. aga-
rici troch. rhæ-
deoli, hiera pe-
cra, an. Scrup. i.
malaxetur aqua
hyssopi infusione
agarici ʒ. pilula.
14 Vt, Rec.
hyssop. orig. ana
M ʒ. coquantur
in tribus lib. a-
qua fontana: in
colatura ad lib.
2. dissolve mellis
Vnc. ʒ. j. meli-
cratum.
15 Vt Rec. oxy-
mel simplic. sy-
rup. capil. ven.
& de hyssop. ana
Vnc. i. dissolve
in decocto passula-
rum & glycyrr-
rhizæ, ʒ. iij. p. iij.
16 Itaque hic
poterit syropus
prescribi. Rec.
pruna damasc.
& iuiubas ana
vnum, a passul.
vnum. Vnc. i. ʒ.
siccum ping. dacty-
los ana vnum. ʒ.
bechy scabiosæ,
ana. ʒ. ʒ. hyssop.
P. i. glycyrrhizæ
ras. Drac. vi. ʒ. de
colto, in colatura
ad lib. i. dissolve
sacchari albiss.
quart. ʒ. eleclay
diarios simplicis
Vnc. ij. vel Vnc.
i. ʒ. ʒ. j.
17 Ne faciant
homines pneu-
maticus.
18 Præstitim
rubrorum: in quo
saccharum sit
dissolutum.

tua ferè vigiliæ. Illicitur ergo syrupo de papauere cum decocto palmularum, aut pilula de cynoglossò, pondere scrupuli semissis. Authis.

℞ spicæ celticæ ℥.i. cinamomi ℥.ij. croci gr.8. castorei gr.6. opij in sapa macerati gr.4. Omnia excipiantur melle, siantque parua pilula pondo ℥.j. teneat in ore.

Tutior est vsus narcoticorum iam purgato corpore, & thorace non ita pleno. Vehementer commendant syrupum myrtillorum sedandæ tussi. Calidæ quidem cum iulepo rosato: frigidæ, cum decocto passularum aromatizato modica spica.

Ad hæc voci læsa à frigido diaireos Salomonis: à calido diapendion & diatragacanthum frigidum cum syrupo violaceo vtiliter accommodatur.

Optimum contra tussim siccam, exasperatam arteriam, & raucedinem istud est electarium.

℞ penidiarum, succi glycyrrhizæ. ana ℥.j. amygdal. purgatar. nucleor. pini. passul. enucleat. tragacanth. ana ℥.j. rhodomel. q. s. f. electar. Datur ad ℥.iij.

Comparatur etiam antidotum, quod ad tussim ita confert, vt vnica potione liberet agrotantem. Quale est. ℞ castorei, ℥.4. succi baccar. lauri, cinnamoni, spicæ, succi mandragoræ, cardamomiana ℥.2. croci, cassiæ lign. dauc. ana ℥.j. β. costi, myrrhæ, galbani, piperis alb. ana ℥.j. mellis q. s. Dato ad magnitudinem castaneæ cum tepida. Idem pleuriticis & empyicos maxime iuuat.

Diapente asthmaticis, tussientibus, & omnibus affectionibus pectoris & pulmonis instituitur.

℞ styrac. optim. bdellij, tragacanthæ, galbani, opij ana ℥.vj. olei nardini q. s. detur in modum auellanæ. Sed & ad siccam tussim sequens formula multum proderit.

℞ radic. pulegij ℥.j. apij virid. M. i. infundantur hor. 24. in mellis optim. lb. j. aceti lb. β. coquantur lento igne ad crassitudinem: dein linteolo transfandes. Dabis cochlear vnum, vel duo, per se, vel cum decocto passul. mundatar. Idem è decocto fœnugr. sæpius loti, & reiecta aqua, addito melle sub quadruplo, vel inde facto syrupo.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Tussis qui exci-
etur.

Tussis causa
mult. p. c. x.

VT in stornutatione cerebrum, in vomitu ventriculus quod noxium est, concitato quodam natura imperi expellere conantur, ita in tussi partes thoracis simul insurgunt, concurunt, & que musculi, vt vel quæ carni suæ molesta sunt, in pulmonum arterias expellunt: vel quæ in aspera arteria præter naturam continentur, foras ericiant, non per contractionem, sed confertum emissio per eius intiores ductus plurimo spiritu, hanc fecerit ac si quis, quæ in fistulæ cavit. re harent, assidue vehementer expurgare velit. Causa est, vel humor, vel corpusculum aliquod, vel inæqualitas ab intemperie liberum spirituum exitum prohibens, vel compressio diaphragmatis à tumore. Humor est aliquando viscidus

viscidus & lentus, siue sit infarctus pulmonibus, meatus expirationis & inspirationis opprensus: siue defluat à capite in asperam arteriam, vt in catharro, pituita: siue è thorace educatur. Aliquando verò tenuis defluxio substantiæ, quæ cum à spiritu comprehendi non possit, sæpius repetitur tussis, vt quum serosa humiditas in hydropè, & tenuis quædam materia, aut sanies in pulmonum inflammatione (præsertim in principio) vel pleuritide, vel tæbe resudat in asperam arteriam. Potest in meatu illius panis aut potus portiuncula aliqua illapsa contineri, vel tuberculum, vel vlcus, vel cum defluxio diutius restiterit, in pulmonibus crassior reddi, & quasi lapidescere, vt expurgari non possit, vel, vt in gibbosis, tuberculum in spina, quod si non ita durum sit, aliquid defudet in arteriam. Potest nasci, materia è cerebro in spinam delapsa per tussim, aut inde augeri. In temperies vel frigida est, quæ sola interdum, si leuis fuerit, spiritus cohibitione, ore & naribus causis supprimitur: vel sicca, vt in hecticis, aut cum columella exesa est, vel diuisa. Opprimitur diaphragma tumore, vt hepatis, in eiusdem inflammatione, quam sequitur tussicula, vel tussis sicca: quæ in scirrho non ita apparet, fortasse quia nulla sit resudatio. Cognoscitur tensione ac duritie hypochondriorum, & signis ex recrementis.

Gal. commen. 2.
in lib. 6.
Epidem. sent. 24.

Tollenda causa per contraria. Remedia sunt, sputum prouocantia, inspissantia, attenuantia, detergentia, pilulæ, syrups, lohos, vel eclegmata, bechica, tabellæ, trochisci, narcotica, suffumigia. Sed in his, quæ sistendis fluxionibus è capite in asperam arteriam & stomachum imperantur, videndum ne tam naribus hauriantur, quam ore. Non enim viam naturalem, qua diuertit debent, præcludere oportet, & aut adstringere: sed quæ descendunt, per palatum nimirum, nisi maior noxa suppressa, quàm in procedente materia metuatur.

AD CAPVT XXIV. DE TVSSI.

DVRETI ENARRATIO.

Tussis causa sola intemperies. Frigida scilicet, teste Galen. ad epidem. frigidus spiritus sicut in illo: Tusses sicca leuiter irritantes in febre ardenti non admodum siticulosæ, à spiritu enim fiunt. Cuius rei argumentum est quia dum loquimur tussimus; cum silemus & tacemus tussis quiescit.

Tussis causa.

A cerebro defluxio. Catarrhus scilicet per resolutionem facultatis retentis ab intemperie humida, vel irritationem excreticis ab intemperie frigida.

Humor in pulmo. Vt in asthma. Aliàs crassus seu glutinosus, qui ad bronchia pulmonis contumaciter adhærescit.

Tenuis. Qui venit ab inflammatione thoracis quæ pleuritidem facit.

Etiàm asperitas arteria. Vt à catarrho nitroso, venenata lue venerea: tum etiam sympathia diaphragmatis ineunte hydropè, ab inflammatione iecinoris, metastasi quoque ipsa hydropsis ab alio ad thoracem.

Intemperies frigida. quæ denunciat leuiter irritante tussi, quando quis loquitur, & quæ, cum tacetur, quiescit.

Sæpe fit hyeme. Id est tempestate aquilonia.

Defluxio tenuis, quæ qualitate est acris, temperamento calida, & substantia tenuis, quæ siccam facit tussim & phrasis metum adfert.

Mordicatione oris. Propterea quod fluxio acris abradendo & exasperando ori molesta est, facitque æquos in eo & vlcuscula.

Vrinis multum coloratis, vnde significatio sit causæ catarrhicz, quæ in partium nobilium inæquali temperamento consistit.

Antecedentibus causis. Diæta & spiritu: Diæta verò in victus ratione & vitæ instituto.

Tabem denunciat. id est, tabis secundam speciem, quæ in vlcere pulmonis ab erosione consistit.

Quæ inspissens & obtundant valium. Hoc est, quæ acrimoniam temperent, & curant.

quem etiam faciant crassiolem & calorem obtundant.

Vt & somnum conciliet. Quia somnus omnem fluxionem sistit, præter sudorem.

Nimis urgente malo. i. si feritas catarrhi non cesset ob generationis & affluxus perennitatem.

Cauteris etiam utendum est, quæ principatum obtinent inter omnia remedia tabem à serino catarrho futuram arcentia: cauteria, inquam, pyrotica escharotica vtrique brachio admodum.

Cauteriorum usum ad tabem arcentiam.
Pilula.

Nisi corpus admodum plenum. Vt esse solet in iis regionibus tum à spiritu, tum à diæta.

Inde pilulis formatis, vt *R.* pilular. sine quibus *℞. ij.* hieræ picræ *℞. ℥.* malaxentur in aqua tussilaginis vel betonicæ, infusione *℥.* vnius agacici trochiscati, formetur pilulæ.

Sed melius fuerit. Ad præparationem materiæ, vtque pulmones explicentur.

Vt prius melicrato. Nisi homo sit picrocholos, megalosplanchnos vel sitibundus.

Melicratum.

Vel marrubium. vel origanum. Vt *R.* origani m. *℥.* hyssopi. p. j. coquantur in *℔. iij.* aquæ. In colatura dissolue mellis communis optimi *℥. ij.* fiat melicratum vtendum loco apozematis, vel syrupi.

Laudant, vt per interualla. In tussi contumaci cum difficultate spirandi coniuncta.

Suffumigia.

Vbi coquendum. Et malum dulce excauatum saccharo repletum, bene coctum.

Suffumigia, quæ conficiuntur ex nigella romana, radice bechij, mastiche, rosis, gummi iuniperi.

Si modica fluxio est. Quæ venit à repentina tempestatum mutatione, vt à crepusculo, diluculo, non autem à temporum diuturna defectioe, vt à tempestate austrina diuturna quam excipit aquilonia. Hic enim à suffitu abstinendum est, quia caput replet.

Senes tussiculosi. Per frigidam cerebri intemperiem quæ gignit catharrum & per facultatis reteritricis imbecillitatem ab intemperie humida dulcoramentis, vt primis conditis, malis armeniis, leuibusque remedijs curandi, quia id quod affectionis remedium est, cum virium pugnat custodia.

Narcoticis utimur. In iuuenibus, non in senibus.

Et perpetua vigilia. præsertim in distillatione serina quæ siccam cussim facit phthisis prænunciam. *R.* spicæ nardi *℞. j.* opij. croci ana *Gr. vij.* succi glycyrrhizæ *℥. j.* fiat massa exhibenda ad *℔. i.* vel *℔. j.*

DE TUSSE CAPVT XXIV.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM ANNOTATIO.

Inter ea symptomata quæ à spiritu veniunt, quem ducendo viuimus, & ab affectionibus aeris, itemque à diæta vitio in victus ratione & vitæ instituto, nullum est tussi frequentius, molestius, aut contumacius; quæ propterea merum adfert grauiorum malorum, sæpeque sua vehementia multos ad exitum præcipitat vasorum ruptione, aut ulcere pulmonum. Hæc nihil aliud est quam thoracis concussio studentis excutere quod sibi molestum est. Concussio verò sit irritata quidem natura à causa morbifica, sed quæ ipsius causæ seu materiæ morbificæ sit potens. Etenim omnibus partibus officialibus insita est quædam facultas vernacula concutiendi sese, ad excutiendum, quod illis est molestum, negotiumque faceffit. Vnde fit in cerebro sternutamentum, in ventriculo singultus, in thorace tussis. Eandem quoque facultatem indidit natura renibus, vesicæ, lieni, hepatis, diaphragmati. Concurritur autem thorax opera & collectione sexaginta octo musculorum.

Tussis diuina.
Tussis quæ.
Concussionis causa.

Concussio thoracis quomodo fiat.

musculorum intercostalium, qui exsufflationi inferunt, ad vocem edendam, cuius materia fuliginosum est excrementum. Exsufflatio autem in hac concussione sit vehemens, hoc est, vehemens exclusio fuliginosæ materiæ: Cuius veluti manibus & ansa quadam comprehenditur id quod thoracis molestum faceffit, & in eo atque pulmonibus contra naturam continetur, siue localem hic generationem habuerit, siue aliunde venerit, vt à catarrho qui superne deorsum fertur. Nec verò quicquid thoracem irritat ad concussionem ab eodem excluditur. Cum enim glutinosus humor ad pulmonum bronchia contumaciter adhærescit, vnde libertas spirandi pene adimitur, homines tussendi finem non faciunt, nihil tamè extussunt. Pleuritici quoque initio frustra tussunt, cum serum inflammationis exudat per membranas in pulmones, quod à fuligine comprehendi nequit: at affecta inflammatione suo commodo tussunt, quia tussiendo excludunt materiam purulentam quæ pleuritidem fecerat. Idem accidit iis quibus vulnera in thorace molesta sunt quæ sæpe parte exteriori coalescunt. non autem interiore, vnde saniei purisque prouentu opprimitur pulmo, & thorax ad puris excussionem concutitur. At catarrhus qui è capite procumbit in pulmonem, si crassiusculus sit nec adeo glutinosus facile excluditur, fuliginis quæ sursum fertur beneficio. Sin autem tenuissimus fuerit & nitrosus, hoc est qualitate acer, temperamèto callidus & substantia tenuis, maximèque si cõsertim & repente, vt ambientis frigoris appulsu exprimatur, tussunt quidem continenter, sed tussiendo nihil proficiunt; quoniã tã tenuis humor excremeti ansam subterfugit, facitque in pulmone vlcus, quod Hippocrates *Senecus*, hoc est serinũ nominauit, à quo tandè tabes, vt dicitur in phthisi. Sed & præter illa quæ iam dicta sunt, tussis causa est intemperies frigida, frigidusve spiritus, quem hyeme in tempestate Aquilonia ducimus à quo fit tussis leuiter irritas, quæ tacendo quiescit. Atque hæ sunt tussis differentie quæ primario thoracis affectu accedunt, si arteriæ asperitate adiceris quæ vna est ex quatuor causis tussis siccæ. Reliquæ tres sunt glutinosus humor, subtilis distillatio, & intemperies frigida. Verum excitatur etiã in thorace tussis per sympathiam aërii partium, idque duobus modis, simplici cõmunicatione, vt affecto ventriculi orificio à vermibus, vel humore acris; per continuitatẽ interiori tunicæ, quæ ventriculo, faucibus & palato communis est; & propagatione causæ morbificæ, vt in pleuritide, exudante in pulmones sero subtilissimo, ineunte inflammatione & in utroque hydrope, hoc est, in eo qui fit ab inflammatione hepatis propter sympathiam diaphragmatis, quo vestitur hepatis pars cõuexa. Hinc n. tussim sicut ineute morbo hydrofici sed nihil extussunt, & in eo qui ascites vocatur, quando scilicet distentum est abdomen & sero plenu, si ipsum serum an abdomen habeat ad thoracem. Tunc n. hydropticus tussiet sine intermissione, sed tussiendo nihil omnino proficiet, imò ad exitum paulò post precipitabitur. Sed cù tã multiplex sit tussis, hic de tussi symptomatica, vt quæ hydropi succedit non agimus, nec de critica vt quæ affecta pleuritide contingit, sed de illa quæ sit primario thoracis affectu. Cuius curatio ex distinctione causarum est instituenda. Itaque si tussis causa sit serinus catarrhus & tenuissimus qui ad perpendiculũ in pulmonem irruit & præterfugit ansam fuliginosi spiritus, eiusque; veluti manibus cõprehendi non potest, ita vt tabis iam futura periculum adferat, dabimus operam vt primo quoque tempore sistatur. Quam quidem ad rem mirificam habent vim pilulæ de cynoglossos; quibus libenter vimur. Et hæ quæ ab Arcuano conficiuntur ex spica nardi, croco, opio, hyoschiamo, &c. Omnia denique quæ adstringendi & refrigerandi & incrassandi facultatem obtinent. Quod si destinatio illa non adferat metum repentine mortis, & æger tussendi finem non faciat, initio prohibenda erit catarrhi generatio conuenientibus remedijs; tum fons eius exhaustiendus, & deriuanda reuellendaque materia; postremo ans catharsis libera procuranda. Nam si tussis hæc non cõpescatur, interitum afferet vt prædixi quondam nobili cuidam mulieri, quæ habilitissimo corpore prædita, rufa & lentiginosa, ita vt sero multum abudare, videretur continenter tussiebat. hinc phthisi interiit, quia sui negligens ipsa fuit, nec sibi tempestiue præuidit. Quæ ad materiam frigidam, crassam & glutinosam aut ad frigidam intemperiem tussim committentem remedia præscribenda sunt, ab Hollerio exponuntur. Hoc vnum dicam de tussi serinum, quod ea neoterismo

Tussis sicca.
Ulcus serinum

Tussis alia causa.
Tussis sicca causa quatuor.

Tussis per sympathiam.
Tussis curatio pro causa variata.
Tussis à serino catarrho curatio.

Histeria.

Tussis à materia frigida & crassa curatio.
Tussis serinum.
De tussi sicca obseruatio.

& epicrasi curanda est hoc est alteratione & correctione intemperiei, vt per vinum generosum parca manu vtendum, per panem è clybano ceruici impositum, & leuia huiusmodi præsidia; itemque purgatione leni. Notatu etiam dignum est ad tussim siccam quæ in hydropo aut ineunte pleuritide accidit, non esse vtendum adstringentibus & refrigerantibus, quibus vtitur in ferini catarrhi prolapsu; illa enim sistenda non est, imò potius promouenda vt tussiendo æger ex-ruffiat quod illi molestum est. Ad hæc monemus grauitè eos errare, qui febricitantibus exhibent malum granatum, nulla enim adstringentia febricitantibus exhiberi debent, quia tollenda in illis est oppilatio, quæ putredinem facit & febrem.

ANT. VALETII EXERC. XXIV.

Adstringentia febricitantibus non exhibenda.

Paul. Agin. cap. 28. lib. 3.

Tussis curatio.

FErinas è capite in pectus & pulmones destillationes sæpe sequitur tussis, nunquam aliquam intemperiem. Calidam quidem, vt in febribus, frigidam, vt Aquilonia tempestate, eaque magis est sicca. Aliis quoque morbis, quibus conccidit, tussis symptoma efficitur, vt pleuritidi, hepatidi, tabi. Si à simplici sit intemperie, facile suo contrario oppugnatur.

Si coniunctam habeat materiam, vti frequentius habet, ea fluere parata conuenienter apparabitur, crassa & frigida tenuantibus & tergentibus lenta, calida frigidis atque incrassantibus, mox purgabitur, vt in capite de catarrho. Quibus autem præsidis concepta pulmonibus materia expui facilis reddi possit, in pleuritide dicetur.

HOLLERIVS.

De Asthmate. CAP. XXV.

Pathemate præiugenio febri experire, non symptomate aut à pulmonis tuberculo aut etiam à labefacta vi motrice in cerebro & cervicilibus nervis.

Adest enim summa spirandi difficultas, vt non nisi erecto corpore spirent.

Qua vel localem in cerebro habuit generationem vel è cerebro desu-xit.

Quibus aer recipitur & frigo excluditur.

Propter pulmonum compressionem. Non enim sensu firma habent latera ad materia, cuius sit causa. Spis quòs exclusionem: quia cerebro sunt humidiorè, excrementitio sicciore temperamento, & pulmones in his infimiorè languent.

Quod venenata metallorum aura pulmones & vim cerebri nutricem, atque ceruicæ tum nouorum resoluas. Ad vitandum rheumatismum. Ut foco lulentio, aère tenui, non caliginoso.

Ad mundificandam materiam frigidam, qua contumaciter bronchiis pulmonum adherescit. Ut residendo cubet non iaceat. Qua deducitur altera pars cibi assueti, simpliciu & euchymi. Neque crassi neque austeri: nam tale metatus intercipit. Id enim pulmones recreabit male aff. Et, alio-

ASTHMA, 2 suspirium Latinis, à pituita 3 crassa & viscida, inclusa 4 bronchiis pulmonis. Vnde anheli-us molestissimus, magisque 5 iacentibus quàm sedentibus. Affectus 6 senibus familiaris, & iis, qui metalla, 7 hydrargyrum, & arrhenicum & alia eiusmodi tractant.

Hyme magis, etiam extrema, & phlegmatica conditione excitari solet.

Curatio.

8 Superiore cœnaculo, loco 9 lucido, & calore 10 plusquam temperato, altioribus, 11 mollibusque stragulis, capite & thorace subleuato, multò etiam magis, cùm dormiunt, collocare oportet.

Frugalis 12 vita, potus 13 vini tenuis, & veteris 14 dulciuf-

culi, mellita, 15 alimenta, vel condita 16 iis rebus, quæ leniunt, incidunt, 17 tergent citra manifestum calorem. Iam liberalior potus esse debet, cùm repurgandi consilium est. Omnino abstinentium frigidis, adstringentibus, minusque calfacientibus.

Vitanda asthmaticis, ex comm. 3. li. 6. Epid. acria, vt allium: dyspep-ta, vt bubula, ouilla, suilla, omnis denique cacochymia, vt & ea, quæ tensionem facere sunt nata, qualia flatuosa. Nec minus fugienda animi perturbationes, motus vehemens, clamor, ira, & similia. Phlebotomia concedi potest atatibus mediis, si nihil est in scopis. vniuersalibus mittendi sanguinis, quod repugnet.

Si vehemens malum est, si suppressi menses, aut hæmorrhoides: alioqui inedia, aut vita parcissima aliquot diebus imperanda, est & clysterum frequens vsus valissimus. Leuiter mollienda aluus est.

Materia in thorace concepta, incidenda, abstergenda, 18 diluenda, repurganda cum pharmacis catharticis, tum iis, quæ supra, du-cunt. 19 Materiâ repurgata, desiccantibus vtendum est. Roboran-dæ sunt partes. Peregrinatio, nauigatio 20 in mari, vectatio è cur-ni, aer maritimus, aliæque eiusmodi, quæ calfaciunt & siccant, sunt præcipienda. Clysteres primùm molles sint, ex remollientium decocto cum cassiâ 3. vj. in ea dissolutis. Aliqua verò ex parte præ-parata & purgata materiâ dissoluemus semunciam diaphœnici, 3. iiij. hieræ diacolocynt. 3. vj. benedictæ, in pectorali deco-ctione.

Leuiter aluum remollicies 3. j. cassiæ, & 3. ß. penidiorum, dissolutis in hac decoctione.

℞. glycyrrhizæ, passul. enucleatarum ana 3. iiij. iuiubarum, se-besten, ana N. vj. florum anthos & borraginis ana P. j. picæ 3. j. fiat decoct. In col. dissol. & c. vt cassiæ, penidiorum, & cæt. Laudatur mel-licratum hoc modo paratum.

℞. scœnogræci M. j. hyssopi P. ij. ficus N. vj. Fiat decoctio ad ʒ. ß. In col. dissolue mellis crudi ʒ. iiij. Parari quoque poterit syrupus ex succo radicum enulæ camp. hyssop. aq. vngu. caballinæ, & scabiosæ, vel ex herbarum succo extracto, aquis additis, & melle albo.

Laudatur quoque ius galli decrepiti, tum quia morbo conuenit, tum etiam quia ventrem leuiter subducit.

Oribasius hoc modo incoquit. Gallum rufum & decrepitum in-farcit sale: tum incoquit eum porro, anetho multo, & oleo. Loco olei, butyro vtitor, aut oleo pingui. Potest & concoqui cum poly-podio, semine carthami, cumino, aniso, hyssopo, thymo, saturcia, & aliis eiusmodi. Decoctio quoque poterit dulcari melle albo, aut saccharo. Per interualla quoque fortioribus purgationibus vtendum est, vt pil. factis ex pul. hieræ picæ & agarici trochisc. ana ʒ. ij. aut pilulis elephanginis, mastichinis, de hiera, assaieret, cocciis, & similibus. Massa earum pilularum ʒ. ij. cum 2 ʒ. agarici. Ex oxyme-lite scyllitico formantur in pilulas.

Pulueris quoque hieræ diacol. ʒ. ij. agarici trochiscati ʒ. ß. con-iungitur ex syrupo de hyssopo. Alioqui-

15 Modo biliosus non sit & sitibundus. 16 Cuiusmodi ex butyro, medulla, sapa. 17 Vi in scula ex hyssop. thymo, saturcia.

18 Ut ex facili expectaretur.

19 Ad hanc conseruet oxymel simplex Gal. vel hyssopo conditum meliscratum, syr-rupus de hyssopo de praef. o. syr-rup. capil. vener. violac. ut Rec. syr-rup. violac. de hyssop. oxymel. simpl. ana Vnc. j. Miscantur. Utatur loco lo-hos.

20 Ut sine spi-randi difficultate moueatur cor-pus. Vide tamen ne tabidum sit & ger.

Nauigatio enim vomitum inducit, qui sitipuro, d est, (id est, es, cui extant atque e-minent scapula, retrorsum in ma-dum alarum ex-carnes, cuiusmodi sunt homines ta-bi obnoxij) per-niciosum perhibetur.

culi,

℞. catholici ʒ. vi. diaphœ. ʒ. ij. cum infusione ʒ. ij. agarici, modico spicæ, & hydromelite sufficienti fiat potus.

Iam bene purgato corpore, thorax repurgandus est, cui rei materia conuenit ex lenientibus, incidentibus, detergentibus, postremò etiam siccantibus. In viscida enim materia & crassa tenuare & adstringere: in tumoribus tenuia siccare expedit.

Passulæ, ficus, sebæsten, iuiubæ, glycyrrhiza, penidia, saccharum, Alphœnia, semen althææ, lini, & similia leniant.

Incidunt verò & tergent aristolochiæ radix, gentianæ: enulæ, centaury, semen melanthij, scyllæ, irionis, vrticæ, bombacis, organum, thymum, saturcia, calamentum, pulegium, brassica, absynthium, abrotonum, hyssopus, allium, porrum, piper, castoreum, gutta ammoniaca, serapinum, & à proprietate, alelli, vermes serici, pulmo vulpis & erinacij, sterco lacertæ, vermes subiecti vrticis, interiora oculi. Philomelæ cremata, & in puluerem redacta, guaiacum quoque, siue lignum sanctum manifesta ratione hîc conuenit.

Desiccant sulphur viuum, & arrhenicum rubrum.

His autem sic uti oportet. Nam è radicibus, herbis, seminibus decoctis melicratum parari debet: deinde reliquorum, quæ à proprietate iuant, in puluerem redactorum ʒ. ij. plus, minusve, melicrati vnciæ inspergi debent.

Alioqui ex aliis succus expressus melli commiscetur, aut horum puluerum ʒ. ij. mellis ʒ. ij. commiscetur, quale hoc erit.

℞. hyssopi M. j. ficus 6. fiat decoctio ad lb. ʒ. in qua dissol. mellis ʒ. ij. aut 4. aut 2. fiat melicratum, cui insperge pulueris facti. è pulmone vulpis ʒ. ij. pro duabus dosibus. Aliud.

℞. pul. gentianæ, enulæ, aliptæ moschatæ, diaireos ʒ. ij. mellis quantum sufficit.

Optimum est uti melle scyllitico per se, ut cum decoctione peccoralis, melicrato hyssopi, aut simili.

Per intervalla quoque theriacæ aut mithridatij ʒ. j. per se aut cum modico aquæ scabiosæ, vngulæ caballinæ, vino albo tenui, veteri, plurimum conuenit.

℞. styracis pinguis, terebinthinæ an. ʒ. 4. spicæ ʒ. j. cum melle despumato fiat electarium. Sed interim dum hæc fiunt, thorax fricandus est, atque inungendus oleo amygdalarum dulcium, chamæmekino, anethino, de keiri, iasmino, de lilio, laurino, irino, costino, de spica, ordine ducto à leuioribus. Aut poterit ex his linimentum fieri cum æquali parte mucaginis seminis lini, althææ, fœnugræci & ceræ quantum sufficit, gratia exempli.

℞. ol. iasmini ʒ. j. mucag. seminis althææ ʒ. j. mucag. seminis fœnugr. extractæ in aqua scabiosæ ʒ. ʒ. cum cer. quantitate sufficienti. Fiat linimentum pro thorace. Post vnctionem lana molli, gossipio, aut lana sordida thorax contegendus est.

In periculo suffocationis, & nimis oppresso spiritu, cucurbitulæ scapulis affigendæ & cruribus. Dandæque, ut ore contineat, aquæ hordei ʒ. ij. sacchari ʒ. j. croci Gr. 4.

℞. oxymelitis

℞. oxymelitis ʒ. ij. salis ammoniaci ʒ. j. croci Gr. 3.

℞. salis ammoniaci, sem. nasturtij, pulmonis vulpis an. ʒ. j. croci Gr. 4. dissol. in iulepi violati ʒ. iij. pro duabus dosibus.

Tumque frictions & vincula extremitatum conueniunt, & ea, quæ in angina iam dicta sunt.

Desiccandum iam bene purgato corpore & thorace hoc modo.

℞. styracis, mastichis, terebinthinæ, arrhenici rubri ana ʒ. iij. incorporentur in vitello oui. Deinde cum hoc medicamento frustula ligni iuniperi illinantur: postea siccantur: ex siccatis fiat suffumigium, quod per tubulum ore excipiat. Similiter fiat ex sulphuris viui & arrhenici rubri pari pondere.

In debilioribus arrhenico abstinendum est, vtemurque solo sulphure incorporato in terebinthina, styrace, mastiche.

Iam bene procedente morbo, cucurbitulis sub mammis, sed breui mora vtendum est, vt tantùm attrahant, non etiam discutiant.

Similiter Dropaces. Sinapismi, Phœnigmi, exulcerantia, thoraci aptanda sunt.

Extremum est, cauterium in medio pectore. Crudelius est auxilium vstionis, quod ab Actio describitur, c. 57. Sermonis quart. Te-trabibl. 2.

In vigiliis dabis ʒ. ʒ. philonij, quod etiam anhelitum iuuabit.

In siti vehementi, aquâ hordei: cum saccharo, vtendum item in iulepo violato, glycyrrhizæ succo, sed ore contineatur tantùm, non etiam deglutiatur.

Adhæc in abscessu triticea farina in marrubij decocto coquitur, & inde pectus fouetur salutari asthmatici auxilio. Et illud quoque parabitur.

℞. scabiosæ M. j. iuiubar. ficuum, dactyl. ana n. 6. glycyrrhiz. ʒ. ij. bull. in aq. f. in colatura dissolue mell. optimi ʒ. ij. penidiar ʒ. j. oxymelit. simpl. ʒ. j. f.

℞. diaireos Salomonis ʒ. ij. incorporentur in ʒ. ij. butyr. loti cum aqua scabios. cardui, &c.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Asthma, difficultas respirationis, qualis iis, qui diu cucurrerunt. Ex quo dicitur Alexand. Trall. c. 4. lib. 5.

Angustia quoque fit peripneumonice, suppuratis & Pleuriticis, sed cum febre. Hic autem eam spirandi difficultatem, quæ cum respiratione densa, & sine febre est, intelligimus. Cuius causa licet in multis præsens semper adsit, grauius tamen spirant commota materia, vt & in pleuritide. Duo habet perpetua symptomata, & signa, quibus facile ab omnibus vel solo intuitu internoosci potest: angustiam seu arctationem partium thoracis, quam ægri sensu manifesto deprehendunt.

Oportet, id est, rectam spirationem, quod ægri non nisi recta ceruice spirare queant. Cum enim aspera arteria à gutture in pulmonem porrecta, ibi scindatur in multas propagines, per quas spiritus diffluit, si thorax cum collo curuetur, meatus comprimere necesse est, ac spiritum magis intercepti, vnde capite & thorace subleuato stare coguntur.

Asthma duo perpetua symptomata.

Asthmatica causa Causam duplicem quidam constituunt, crassum & viscosum humorem, non
duo vulgo sta in leuibus; sed asperis arteriis, quæ sunt respirationis instrumenta : vnde obstru-
tuuntur. etio sufficientem efflationem & inspirationem prohibeas, quæ facit vt parua sit,
Asthmatica cau- densa, & velox respiratio. Velocitate enim, & densitate compensare nititur natu-
sam non semper ra, quod deest ad refrigerationem cordis, aut excrementorum fuliginosorum ex-
in pulmonum cretionem, ob paucitatem aëris ingredientis, & expirationis. Altera causa est tub-
cauitatibus con- berculum aliquod crudum in pulmonibus genitum. Causam tamen huius sym-
sistere. ptomatris, siue morbum ipsum, non semper in fistulis aut cauitatibus pulmonis
Monachus asth- consistere, experientia constat. Anno 1749. mense Septembri Monachus quidam
mato sublatu in Collegio d'Arras brcui asthma interiiit. Corpore dissecto abscessus re-
Britioni asthma pertus est in vena arteriosa, & sine pari, integris omnino pulmonibus. In quodam
de mortuo inuen- (nomine Britio) asthma mortuo in via Calendæ, pulmo, tanquam spon-
tu pulmo multa gia, imbutus multo humore picuitoso inuentus est. Fir & à ressecatione, vt in au-
pituita imbutu rificibus, chymistis, fabris ferrariis, & similibus. Quibus addi possunt, inunctio-
Asthma etiam nes, & remedia à morbo gallico. Rhazes libro quarto continentis adiecit pe-
fieri à ressecatio ctus strictum, & paruum pulmonem. Qui naturalem constitutionem habet, iu-
no. giter (inquit) sic asthmaticus. Hippoc. verò Apho. 46. libr. 6. fieri significat ali-
 quando à tuberculo nato in spina, vt in gibbis. Quod si magnus est, & durum
 siue crudum, asthma facit: si non ita durum, & aliquid defudat in arteriam, tuf-
 sim. Aliquando etiam suppuratur, & interimit. Si fuerit in collo, asperam ar-
 teriam contrahit: in dorso, pu monem & vicina corpora: sub septo, renes & lum-
 bos: vrinam quoque intercepti. Huiusmodi tuberculorum matcria potest cieri è
 cerebro in spinam per tussim. Vel causæ sunt, istus, casus, non conueniens de-
 cubitus pueris, inconcinna deligatio, gestus deformis. Moriuntur ferè suffocati
 purè, vel cum adolefcunt, ad incrementum cordis & pulmonis non accrescente
 thorace, iugulantur. Philotimus ab influente sanguine, sed contra rationem, fieri
 scribit. Sunt igitur in vniuersum Asthmatis causæ, crassus humor, vel tuberculum
 in cauitatibus asperæ arteriæ: bronchia intercepta multa in viscida materia: ressec-
 catio vehemens, abscessus, strictura pectoris, & pulmonis compressio: tubercula in
 spina, siue sponte enata, siue à causa externa: status multi septum transuersum
 distendentes, ex quibus sequitur, viis interclusis, neque expirationem, neque in-
 spirationem satis conuenientem fieri. Periculum autem maximum imminet,
 cum omnes muscoli intercostales, superiores scapularæ, & omoplata trahuntur, vi-
 rium imbecillitas, vehemens calor, angustia partium spiritalium conspicitur. Vbi
 omnes, aut plures concurrunt, æger morti proximus est: vbi duæ, non facilè serua-
 ri potest.

In abscessu, totius corporis habita ratione, attenuantibus, vt aromatis & sic-
 cantibus: in crassis & viscidis humoribus, attenuantibus sine manifesto calore,
 & detergentibus vtendum. Syrupi, pilulæ, purgantia, conferuæ, ælegmata, yn-
 guenta, apozemata, status discurtientia. Augenda vis medicamentorum, si mate-
 ria non in bronchiis pulmonis, sed in spatio thoracis, & membrana succingente
 hæret. Suffumigia, dropax, sinapismus, phœnigmus, cucurbitula sub mammis.
 Quidam in medio thórace cauterium laudant, alij vnum in brachio quatuor digi-
 titis sub osse scapulari, alterum in crure quatuor digitis supra genu inter duos
 musculos. Clysteribus vtendum, potu pauciore; sed paulò crassiore, dum materia
 coquitur: largiore & diluatore, dum expurgatur: phlebotomia ætate media, sup-
 pressis mensibus; hæmorrhoidibus, & si febris adfit.

IN CAP.

IN CAP. XXV. DE ASTHMA TE.

DVRETI ENARRATIO.

DE asthma. i. de summa difficultate spirandi, qualis cernitur in his qui emen-
 lo per cunsum duplo respirant, vel de difficultate spirandi spiratiofa, cum
 summa thoracis contentione coniuncta, propter pulmonum contumaciam, ver-
 tebrarum thoracis tuberculum, diaphragmatis ad secur adhærescentis impedi-
 mentum, ventriculi diaphragma opprimentis repletionem, neruorum ceruica-
 lium infirmitatem, cordis æstu incandescentis incendium cum thoracis, aut et-
 iam pulmonum contumacia, per oppressionem coniunctum.

Asthma. i. difficultas spirandi summa qua orthopnoeam facit cum sibilo con-
 iunctam.

A pituita crassa & viscosa. Siue localem habuerit generationem per expultri-
 cis facultatis infirmitatem, siue à cerebro, vel per asperam arteriam, vel
 per venas ipsas quæ ad pulmones feruntur, siue anadromen à partibus inferiori-
 bus ad superiores.

Inclusa bronchiis, i. canaliculis asperæ arteriæ, per quos aer ducitur & fuligo
 excluditur, siue in arteria ipsa venosa.

Affectus senibus familiaris. In catalogo morborum senilium, vel hominum con-
 stantis ætatis numeratur asthma aphorismo peault. lib. 3.

Qui metalla hydrargyrum. Vt impressoribus, characteres cudentibus, aurifa-
 bris.

Mul:ò magis cum dormiunt. Nam dormiendo languet respirationis vsus.
Frugalis vita. Imò abstinentia cibi, donec spirandi libertas restituaatur.

Dulciusculi. Quoniam pulmonibus gratum est illud vinum.

Mellita alimenta. Vt iuscula vel condita, i. confectiones.

Iam liberalior potus esse debet. Quoniam liberalior potus facit *αυξημένη*, pul-
 mones humectat, vnde pulmonum alæ explicantur, materia fit expectorabilis,
 ipsaque natura ad anacatharsim excitatur.

Adstringentibus. Ne interceptiatur anacatharsis, viâque spiritui & fuligini præ-
 cludatur.

Dyspeptia, i. coctu difficilia, vt cibi omnes valentis materiæ.

Omnis denique ca: obhynia. Præsertim quorundam piscium, cephalicorum mu-
 sculorum: quorum scilicet adeps naturæ humanæ contrarius est.

Fugiende animi perturbationes. Quæ sanguinem calorem & spiritum ad cor &
 pulmones rapiunt. lb. 6. epidem.

Morus vehemens. Ne scilicet augeatur respirandi vsus necessarius in tanta in-
 strumentorum contumacia.

Si malum vehemens i. si summa est difficultas spirandi, vnde tandem saturato
 rubore facies suffundatur.

Suppress: menses. A copia, vasorum obstructione, materiæ crassitudine, ceruicis
 vteri peruerfione, aut oris interioris prolapsu.

Hæmorrhoides. Diuturnæ vris.

Aliiqui. Hoc est si nulla sit excusatio suppressorum mensium vel hæmorrhoi-
 dum, sed à frigida intemperie cerebri, crudore, aëris frigidi inspiratione diuturna
 natum sit asthma.

Aliiqui inedia aut. Tum ad prohibendam catarrhi frigidi generationem, tum
 ad bronchiorum explicat: onem, tunc enim cibandi occasio suppetit, donec resti-
 tuta fuerit libertas spirandi.

Leniter mollienda aliu. Vt cass. cathol. manna d. sol. in iusculo decrepiti capi,
 in quo brassica rubra & hysopum bullierint.

Repurganda pharmaca: atha. u. v. Antecedens scilicet causa, quæ aliunde ve-
 nit vel infernè sursum, vel supernè deorsum.

Tum in qua sputa auuunt. Vt oxymelite simplicis, organato melicrato, syrupo Sputa ducentia.

Asthma quid.

Asthmatica cau-

Asthmatica cura-

capill. Vener. & de hyslopo.

Deficcantibus utendum est. Sed cum delectu ne materia crassescat cum euamuerit tenuis.

Nauigatio in mari. Ut aere tepidior fruat, modo sit à nausea tutus & vomitu.

Fortioribus purgationibus utendum. Ad declinationem causæ antecedentis quæ venit à cerebro, non autem ad amotionem conuulsæ.

Ex oxymelite scyllitico formen. & pilularum cocciarum. ij. pilular. elephanginar. ð. ð. pulueris hieræ picræ. ð. ð. malaxentur aqua vngulæ caballinæ, in qua maducri 3. j. agar. in pastillos redacti.

Sed inserim dum hac sunt. Dum anacatharsi opera datur per condita, pulueres, opiatas, & quæ sunt eiusmodi,

Thorax fricandus est. Ut scilicet perspirabilis fiat, meatus meabiles, tum vt felpulta virtus excitetur ad anacatharsim.

Cauterium in medio pectore. Ad libertatem spiritus, quem tollit asthmatis paroxismus, vel in utroque brachio ad præcautionem asthmatis periodici.

IN CAPVT XXV. DE ASTHMATE.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM

ANNOTATIO.

Respiratio necessaria.

Quam sit ad vitam tuendam necessaria respiratio, nihil necesse est pluribus hic demonstrare; cum sine ea vita ne ad punctum quidem temporis superstes esse possit, si modo respirationis vsus maneat in corpore. Quia enim mulieribus hysteris ille sublatus est ad tempus, dissipato calore natiuo cordis ab aëre venenata quam seminis corruptio peperit; idcirco illæ ipsæ mulieres sine vlla respiratione ad tempus sola transpiratione contentæ viuunt. Est enim duplex ratio vegetandi, temperandi & expurgandi calorem natiuum, respiratio scilicet & transpiratio. Illa tamen superstitæ, vsus tolli non potest quin simul vita tollitur. Respiratio igitur actio est qua spiritus educitur, & fuligo excluditur: Vnde eius partes duæ statuuntur, inspiratio & exspiratio: Qui cum motus sint contrarij, non nisi interiecta quiete edi possunt. Spiritum autem voco aërem quem ducendo viuimus, qui si substantia, copia & qualitate nostro calori sit consentaneus, ad eius conseruationem plurimum facit, dum ipsum nutrit, temperat & expurgat. Sin autem corruptione propriæ substantiæ, vel mixtione alienæ substantiæ, vel maligna sua qualitate in vitio sit, eundem natiuum calorem dissipat, corrumpit & extinguit, aut suffocat, itaut in eo magna vis sit tum ad sanitatem tuendam, tum ad morborum generationem & conseruationem. Respirationis differentiæ à quatuor peti debent. Primum enim à motu velox est, tarda & modica respiratio: secundo à quiete rara, frequens, mediocri, tertio à corpore, quod motrici facultati morem gerit, magna, parua, mediocri, prout scilicet thoracis dilatatio erit longa, alta, lata, vel breuis, humilis angusta: quarto à materia fuliginosa, quæ excluditur, vt sit in qualitate calida vel frigida exspiratio, in copia pauca vel multa, in substantia crassa vel tenuis, & quæ inter duo quælibet extrema tenet medium. Ac si mediocritia omnia sint in motu, quiete, corpore & materia, laudabilis erit respiratio & naturaliter constituta. Cæteræ verò omnes differentiæ, quæ à mediocritate defecerunt, in vitio sunt, & medico suspectæ esse debent, quia sine causa tales apparent & fiunt. Causæ respirationis efficientes tres sunt omnino, vsus, instrumenta, voluntas. Vsus est caloris natiuo, qui stabulatur in corde per aëris ambientis appulsam nutritio, conseruatio & expurgatio. Quorum si aliquod defecerit, calor extinguitur, dissipatur, vel suffocatur. Instrumenta triplicia sunt, mouentia, excipientia & deducuntia. Mouent ad liberam quidem inspirationem diaphragma, ad expirationem transuersi musculi abdominis: ad violentam verò inspirationem 8. thoracis musculi, ad expirationem quatuor. Excipientes

Mulieres hysterice sine respiratione viuunt. Respiratio & transpiratio.

Respiratio quid. Respirationis duæ partes. Aeris necessitas.

Respirationis differentia à quatuor petita.

A motu. A quiete. A corpore moto. A materia fuliginosa. Respiratio laudabilis & naturaliter.

Respirationis cause. Vsus. Respirationis instrumenta triplicia. Mouentia. Excipientia.

turaliter constituti fuerint, aërem liberitatum cordi suppeditant. Deducunt larynx & aspera arteria. Tertia & postrema respirationis causa est voluntas, quæ facultatem excitat tum vt vigilanti nobis, tum vt dormientibus. *Deducuntia. Voluntas.*

Viria respirationis quibus ab optimo & naturali statu discedit ex differentiis iam patefacta, eiusque difficultates breuiter perstrinxit Hippocrates in coac. an. i. aduers. his verbis, *Exspiratio parua & frequens dolorem & inflammationem denunciat partium diaphragmate superiorum. Magna & rara respiratio in morbo acutus delirium præfens, aut iam iam futurum (ob voluntatis deprauationem) vel etiam conuulsionem indicat.* Funesta est exspiratio frigida, quia extinctionem caloris arguit. Lethalis autem fuliginosa & caliginosa, quia incendium declarat, minus tamen periculosa quam frigida. Quod si exspiratio magna sit & inspiratio parua aut contra mortem in propinquo esse denunciat. Protensa respiratio, hoc est magna, atra & rara ad deterius apparet, quia fit ob infirmitatem cerebri non habentis potentiam ex voto dilatandi thoracem. Dupla quoque intrò spiritus reuocatio, qualis cernitur in pueris euulantibus pessima est. At spirandi libertas in omnibus morbis acutis plurimum valet, præclarèque ad salutem apparet & facit. Asthma autem est difficultas spirandi suspiriosa cum summa thoracis contentione coniuncta, propter contumaciam pulmonum, quorum bronchia humore glutinoso & crasso obstructa sunt. Hæc enim asthmatis primigenij causa est. Nam quia pulmo propter obstructionem grauis & contumax trahenti thoraci morem non gerit, ideo difficilis est respiratio, in inspirando quidem protensa, in expirando verò coacta, quæ Græcis *σπαστική κατὰ τὴν ἐκπνευστικὴν* appellatur. Est illud asthmatis genus symptomaticum, quod sæpe in febrem ardentem cadit, quando cor æstu incandescit, vnde spiritus fit *κατὰ τὴν ἐκπνευστικὴν*, & qui febricitat, non nisi residendo spirare potest. Sed hoc asthma fugax est, non contumax, vt in peripneumonia ob vitium instrumenti. Vnde locus ille Hippocratis difficillimus i. progn. Pessimum est non nisi residendo spirare posse, idque cum aliàs, tum maxime in peripneumonia. Ac si diceret, malum est augeri vsus respirationis ob inflammationem, sed peius contumacia reddere spirandi instrumenta. Est etiã symptomaticum asthma, quod fit ob infirmitatem cerebri & neruorum ceruicalium. Præterea fit asthma à proprio ipsius thoracis vitio, vt à tuberculo vertebrarum per compressionem pulmonis. Itaque dixit Hippocrates: Qui gibbi ex asthma sunt, ante pubertatem moriuntur: nam ossa luxata, quæcunque vitium aliquod attingunt, in cremetis prohibentur. Pulmones verò semper crescunt; vnde tandem fit vt thorax pulmonum capax non sit. Asthmatis quoque causa est per diaphragmatis oppressionem ventriculi à nimia edacitate & crapula, repletio quæ vomitione curatur. Sed vna causa contumacissimi & molestissimi asthmatis mihi patefacta est dissecto cadauere illustissimi viri Polemarchi de Thermes. Is autem arthriticus erat. Sed ab indignatione cum irarum æstu conflagraret, suppressa est materia arthritica, inde natum est asthma quod illum ad exitum præcipitauit. Inueniuntur enim in eius cadauere diaphragma tam contumaciter ad conuexas iecinoris partes adhaerescens, vt sine laceratione auelli non potuerit. Hæc erat asthmatis causa, quæ nupsit explicauit Galenus, & quæ ego primus obseruaui. Verù nos eius tantum asthmatis curationem hic instituemus, quod est à contumacia pulmonis propter obstructionem bronchiorum, atque etiã arteriæ venosæ, & venæ arteriosæ ab humore crasso & glutinoso. Hinc enim grauior factus pulmo, manenti thoraci non facile cedit, quia ab illo per *ἀλγήν* moueri debet, hoc est per attractionem, vt thorax mouetur per *ἀντὶ*, i. per impulsiorem. Ex illa autem mouendi difficultate fit orthopnoea; itaut æger insidendo tantum respiret. Quod etsi commune sit symptoma peripneumoniae & asthmatis in eo tamen differunt, quod hic ab obstructione fit, illic ab inflammatione pulmonum. Obseruatione autem dignissimum est, quod in multis hominibus asthma periodicum sit, vt bis in mense repetat, seu per cõgestionem vel collectionem materiae in pulmonibus, seu per motum putredinem & synathesim humoris morbifici. Inter cæteros vidi qui periodico labrabat tætrethico, vt suffocari viderentur. His exhibui aquã vitæ cum tãtillo mithridatij, quicquid stillatitiam cinnamomi & theriacã. Ad huius asthmatis præcautionem valent pyrotica escharotica

Deducuntia. Voluntas.

Praua respiratio in coac. an. i. aduers. Hippocrate descriptio.

Spirandi libertas in omnibus morbis bona. Quia si asthma. Asthmatis causa.

Asthmatis genus symptomaticum.

Explicitio loci Hippocratis.

Asthma à thoracis vitio.

Asthma per Symptomaticum ventriculi.

Asthmatis alia causa à Dureto primùm obseruata. Historia. De quo asthma te sic agat.

Orthopnoea. Asthmatis & peripneumoniae differentia. Asthma periodicum.

Historia. Asthmatis curatio. Pyrotica escharotica.

Sulphurū vsu. vtriq; brachio admōta, vt superiora valent ad symptomatis correctionem. In eodem suffocationis metu Hippocrates præscribit sulphur vsuum ad magnitudinem fabæ cum cucumino æthiopico i. de mulier. morb. & i. de nat. muliebri. Nonnulli ad eius imitationem in vehementissimo asthmae sulphur exhibent cum therebinthina Veneta. Melicratum asthmae est accommodatum, quod dilutius est, modò nõ sit *μαλασσάραχνοι, παρόχλοισ αἶμα* aut sitibundi. Solemne est guaiaci decoctum ad curationem asthmae, sed tuc tantum conuenit cum perennis est ipsius asthmae generatio & perennis catarrhi prolapsus à capite in pulmones. Hodie tamen non modò in asthmae, sed & in aliis pluribus morbis datur ipsum guaiaci decoctum sine delectu & inconsideratè summòque eorum incommodo qui illo vtuntur. Soleo, si quando eo vtendum sit, decoctum parare ex nigro ligno & veluti corde, quod acrimonia vincitur, tum à ligno circumposito, tum maximè à cortice, qui in omnibus plantis ligno calidior est. Itaque ab vsu corticis gaiaci læduntur viscera & inflammantur, sæpèque etiam à decocto ligni inconsideratè præscripto multi fiunt icterici. Quamobrem si homo sit asthmae generationis perennitate ab inæquali partium nobilium temperamento, vt tor libentius decocto clematidis barbaræ, i. zarzaparillæ, aut decocto radicis vineatæ, quæ à china nomen habet. Extremum caput est in curatiōne asthmae, vt pulmones molliores, laxiorèque resiccentur, & per resiccationem confirmantur, postquam materia glutinosa vacuata est, exhaustusque fons generationis humoris morbifici.

ANT. VALETII EXERC. XXV.

Gal. comm. ad sent. 30. Tror. vhit. 2. **D**yspnœæ genus est asthma, motricis facultatis symptoma, in quo crebra tussi correptus æger spiritus sine sono & anhelatione ducere nequit. Huic malo causa est, & flatus, pituitæque multæ, crassæ præsertim & viscidæ, è capite in pulmonis bronchia per asperam arteriam delapsus, vel pleuritis in ea translata. Eò confluentes, aut ibi sensim congesti humores, cum effruescunt ac tument, asperam arteriam haud aliter occupant, quam cum arietinum pulmonem cum aspera arteria elixamus, quo tempore cogimur ipsum asperæ arteriæ caput extra vas deducere, vt conceptæ intus pituitæ multæ sit exitus. Laboriosa & difficilis est asthmae curatio. Etenim neque venæ sectio, nisi æger sanguine abundet, hic multum iuuat, quod quæ obstruit materia, viscida sit & crassa, neque purgantia medicamenta, quia vix ad pulmones pertingunt, neque clysteres, qui aluum distendendo diaphragma premunt, & grauiorem inducunt spirandi difficultatem. Dante tamen inducias affectu apparabitur ad educationem infarctæ pituita hoc apozemate.

R. radic. petros. fenic. asparag. seminis cartham. ana ʒ. i. rad. ireos, serpentariæ ma. iol. enul. campan. an. ʒ. ʒ. i. thym. epithym. hyssop. marrub. scabios. iusi. ag. capill. on. m. bugloss. borrag. ana M. i. iuiub. sebesten, dactylor. ana num. 12. passul. mund. ʒ. i. semin. quat. calid. maior. & alio. malu. bombac. vrtic. ana ʒ. ʒ. ʒ. glycyrrhiz. ras ʒ. ʒ. flor. cardia. anth. & genista an. p. i. f. decoct. ad lb. i. In colatura dissolue syr. capul. ven. & de hyssop. an. ʒ. 2. f. apozema conditum triasantal. & diaireos simp. ana lb. i. pro dosib. 4.

Ab his purgatio sequitur. Quæ quia sæpe iteranda est, ex superiori apozemate, additis semi. cartha. & folior. fennæ mundat. ana ʒ. i. agaric. trochiscati ʒ. ʒ. i. syrupus solennis bis in hebdomade ad ʒ. 2. vel 3. in singul. dos. cum aq. hyssop. aut scabios. exhibendus, præscribetur. Vel hæc concinnabuntur cataporia.

R. puluer. hiera picra ʒ. ʒ. ʒ. agar. recens trochisc. ʒ. 2. rhei elect. in oxymelit. infusi ʒ. ʒ. i. pulpa tamarindor. & sabis gem. ana ʒ. 2. succi glycyrrhiz. ʒ. ʒ. cum syrup. de hyssopo ʒ. mass. Detur ʒ. i. semel in hebdomad.

Conferent interea, quæ materiam fluere paratam auertant, errhina, apophlegmatismi, caustica, de quibus cap. & de catarrh. & tussi. Huc etiam pertinebunt sputum

sputum promouentia, vt syrup. thoracici, de glycyrrhiza, hyssopo, iuiub. prassio, & linctus, quæ vulgo lothot seu eclegmata appellantur. Quanquam hæc peritioribus quibusdam Medicis non ita probantur, quod lentore suo in ipso transitu ad hærescant, & propterea expectorato viam minus liberam relinquant.

Euporistum est, & Græciæ plebeculæ hac etiam tempestate vsitatum remedium ad pulmones infarctibus à crassis humoribus liberandos, quod ipse aliàs ab Angelo Vergecio natione Græco, regio nuper scriptore, viro omnis cultioris literaturæ Protomystræ, & mihi studiosia necessitudine coniunctissimo, accepi. Animalc. millepedæ & aselli Latin. Græc. αἰοι, Gallis Cloportes appellata, quæ sub aquariis vasis stabulantur, panno lineo inuoluta in vino albo macerantur, hinc facta expressio potui datur. Dictum mirum, quam breui saburratos pulmones depleat. Id quod obseruare licuit in Ludouico Iouin. scriba & bibliopola, in ædibus D. Ioannis Lateranens. è regione collegij Triquetici, qui tamen inueteratè tandem asthmae contabuit.


Probatum est ad leuandum asthma quantumuis magnum, tabellam vnam diatragacanthi guttulis aliquot olei salutæ, anisi, aut rosmarini arte chymica extracti, irrigatam præsentaneum asferre adiumentum. Optimum quoque erit thōracem totum illinire, vt sese facilius explicare atque colligere ad spuitionem queat.

R. olei liliacii & amygdal. dul. ana ʒ. 2. buty. recent. acung. gall. & anser. ana ʒ. ʒ. i. mucag. semi lini & fenugr. cum aq. vngul. cabal. extracta ana ʒ. 6. hyssop. succ. enul. campan. an. ʒ. ʒ. cum cera pauc. & croco. f. linimentum.

Dein vtendum ad suffumigia, quæ materiam reliquam absumant, & cerebri catarrhum haud aliter absorbeant, quam si quis colluuialem in cloacam viuam calcem iniciat Oprepe tubulum excipiuntur. Iisdem capitis integumenta sufficitur. Interdum capiti emplastrum apratur sistendæ fluxionis gratia.

R. pic. naual. mastich. ammoniac. ana ʒ. 2. emplastr. cont. ruptur. ʒ. ʒ. nuc. mosch. ʒ. ʒ. i. ex his emollitis f. emplastrum.

Adhæc si subitaneum ab asthmae periculum imminet, nec superioribus detur locus remediis, quamprimum cucurbitulæ lumborum partibus supra renes, quo diaphragma peruenit, & pulmonis portio, admouendæ, quia conscendentem ad asperam arteriam pituitam promptissimè reuellunt.



HOLLERIVS.

De Pleuritide. CAP. XXVI.

PLEURITIS dolor est lateris 2 acutus, 3 pungens, cui 4 assidua febris, 5 difficultas spiritus coniuncta sunt. Pulsus 6 durus & serratus, supinus ferè decubitus. Nam in latus sanum conuersis tumor suspenditur, atque ita distenditur membrana quæ patitur, ideòque ita asperatur dolor. Vbi verò ægro lateri incumbunt, ex eo, quòd subiecto corpore sup- prmitur, ampliatur doloris sensus, fusa latius materia. Tum quia pulmo lateri affecto innititur. Hic tamen decubitus altero tolerabilior est. Optimus autem, qui in asthmae præscriptus est. 7 No-

De millepedis vide Dioscori. c. 34 lib. 2. & Gal. lib. 11. de compos. pharma. 27. 786.

1 De inflammatione tunica costæ succingentis, aut etiam musculorum intercostalium, quibus illa adheret tunica. 2 Vehemens & intolerabilis, qui suam ceteris absolut historiam. 3 Ob membrana naturam. 4 Ob cordis viciniam & pericardij. 5 Est enim respiratio parua & frequens. 6 Ob naturam membranae, & materia copiosa. 7 Pleuritis noctu magni ingrauescit, quòd in

sono partes interna & viscera magis incallescant, cum calor à superficie corporis ad centrum se recipit.

8 *Quin frigida*, etu ferè exercebatur, ac diebus imparibus. Ab exercitio frigida *confringendo* 8 potus, vini 9 intemperantia, inspiratio 10 gelida & Aquilonia, multò magis, si præcessit Auster, ac de repente succedit frigus, *meatus sanguinis in costas exprimit.* venena 11 interitum, concussio etiam externa huic malo occasio esse consueuerunt.

Materia ferè 12 biliosa, aut sanguinea, quod partim sputis, partim aliis 13 excretionibus & antecedente vita coniciet. Rarò pituitosa & 14 melancholica. Interrogandus æger est, num suppressa sit solennis aliqua purgatio, vt in mulieribus menses, in viris hæmorrhoides, aut anniuersarium profluuium, aut alioqui statum certis interuallis, vt ex aluo, naribus, vlceribus. Ex his enim vitium lateri contrahi potest, præcipuè 15 quibus ea pars infirma est. Quæ etiam hyeme ideo faciliùs patitur, quod infirmatur frigore. Frigus 16 enim omnibus partibus thoracis inimicissimum est. Hoc modo igitur methodum distinguendæ pleuritis instituito.

Quæ pleuritis imitantur.

Quibusdam corporibus à natura datum est, vt 17 hepar fibris quibusdam costis inferioribus copuletur. Itaque laborante hepate imago pleuritis repræsentatur. Aliis materia quædam crassa & viscida in membranis pectoris colligitur, toto etiam thorace, vnde dolor grauis, tussis, 18 dyspnœa, & 19 ficta pleuritis. Nam nec pungit dolor, nec febris incenditur, vt nec si status membranarum aut intercostalibus musculis impactus est. Aliquando etiam musculi inflammantur, 20 sed pulsus hic alius, nempe mollis. Dolor grauis est, non pungens, & omnia ferè leuiora sunt. Membranæ quoque thoracem distinguentes, si inflammantur, par negotium vitæ faciunt, atque verus lateris dolor. Sæpe etiam inferioribus costis inflammatis, diaphragma; atque hinc stomachus grauitè laborat magno periculo. Morbus hic proximo vere, Anno 1551. ante Pascha; plurimos, & eos maximè, qui vel temerè, vel negligenter curati sunt, sustulit. Omnia ergo via ac ratione distinguenda sunt, vt etiam vniuersalia 21 morbi tempora; è sputis maximè, tum vrinis, alui excretionibus, & aliis, de quibus Apho. 12. li. 1. & commentar. li. 2. Prognost. & Criseon. r. Ex his enim tempora distingues, tempus euentumque crisis pronuntiabis, meliùsque auxilia 22 institues.

23 CURATIO

Vitæ ratio 24. methodo illa vniuersali, quæ ab Hippocrate primo 25 Aphorismorum indicatur, æstimanda est. Nunc etiam consuetudo adiungenda, cum ægri uerè diem Hippocratis non ferant, & *Parua & frequentis spirandi difficultas.* 26. *Neque materia, neque loca vera.* 27. *Inflammatus musculus magnus est pulsus & frequens; tunica verò inflammata parua & durus.* 28. *Ut principium, augmentum, status & declinatio.* 29. *In data pharmacia, & chirurgia.* 30. *Actiolum, quas labefactas pleuritis per causa amotionem restituit.* 31. *Ut in eunt morbo, dum sicus manet, si vires ualeant sine infirmis in metu, prius in curam morbi insumamus, quam natura studeamus; deinde vitium loco & iure præscribamus tenuem, ut exquiritur intelligamus, quibus paucis & semel exhibendum.* 32. *Et lib. 2. de vitium rat. in morbis, ægri.*

aliis ciborum;

aliis ciborum, potùsque generibus assueti sint. Initio aqua hordei, ex hordeo pulcicula. Principiis, 26 liquidior: post etiam 27 crassa, ac deinceps mixtis amygdalis, tum amygdaloga. Post etiam eadem ex pullorum iusculis dissoluta. Tenellæ pullorum carnes, intrita madida, quæ & infriatas carnes, & synterimata appelles licet, vulgò coliria, & colatitia iuscula. Præter hæc, vulgi expressiones, tortiua iura, atque iis omnibus liquidiora instauratitia distillata, quæ ad 28 *ἡ δ' ἐὰ καὶ ἀφ' ἑλμα πόματα* (sic enim appellat. Paul. Æg. cap. 15. lib. 7.) & reliquas id genus potiones referri possunt. His autem 29 defectis viribus uti mos est. Nam integra virtute nutrites 30 tenuiùs Synterimata ergo è pulpis galli decrepiti, postquam longa decoctione remolliueris, & exactè infriaueris, conficies. Atque eo iure, in quo gallus coxerit, dissolues. Alioqui id quod conficitur à natura, melius ex assis pulpis, quæ alis copulantur, & sub iis positæ sunt. In capis, perdicibus, & iuuenibus gallinis detrahendum lardam est, priusquam infrientur, atque dum assantur, aquâ violarum, scabiosa, borraginis, conspergi possunt. Tortiua iura, id est, expressiones ex eodem modo assis capis, perdicibus & cæteris succulentis. Idcoque priusquam legitime coctæ sint carnes, etiam dum succosæ prælo bene mundo supprimantur. Sed & exollari prius melius est: deinde ita contorqueri, vt vberem succum reddant, qui interitum hyosaccharâ, id est, saccharo violato dulcari potest. Instauratitia hac conuenient formula.

℞. Conseruæ borraginis, violarum, capill. ven. an. ʒ. j. conseruæ enulæ ʒ. β. diamargariti frigidi, triafantali ana ʒ. β. quatuor 31 semin. frigid. excorticorum, sem. limonum, cardui, bombacis ana ʒ. iij. aquarum distillatarum è violis, scabiosa, borragine, buglossò, vngula caball. an. ʒ. iij. aqua decoctionis, galli decrepiti, alterati cum borragine, buglossò, calendula, & 32 modico hyssopi ʒ. 4. cum carnis vnius capi iuuenis bene carnosæ, & 33 mica panis fiat distillatio in alembico secundum artem.

℞. supradictæ distillationis ʒ. β. cum sacchari violati ʒ. j. β. & ʒ. j. cinnamomi. Coletur per manicam Hippocr.

Instauratitium pro pauperibus.

Minori sumptu gallus decrepitus ad putrilaginem coquitur cum vitalina: expressio fortis cum iusculo forbetur, cuius alimenti vim maiorem existimant, si cum numis aureis, aliquando etiam gemmis nodulo inclusis & inditis ventri galli. Præterea vocata gelatina, concreto succo carniū vires fouendæ sunt. Per multi pleuritics vnum appetunt, quo tamen 34 interdicendum est, nisi virtute colabente animi deliquium metuatur. Tumque buccella panis in vino tenui, & modico aquæ violarum immergatur. Sæpius naribus admoueat, sugatur interuallis. Acida adstringentia, quæ refrigerant vehementius, aut calcificiunt 35 vitanda sunt.

36 Loco lucido mediocriter elato, molli culcitra, capite ac tho-

37 Quod si i race subleuato, collocandi sunt. Qui si decidunt 37 in pedes, li-
 thatione, vel vi- gnium aliquod, aut aliud corpus pedibus obiicitur, vt in ea figura
 rium infirmitate. perstant. Hæc vbi ita fuerint 38 prouisa, statim initio de 39 ma-
 38 Adhibita fa- licet prouisione loci, aeris & de-
 cubitus. ioribus remediis cogitandum est.

39 Quia propter clyster mollis iniici debet. Si subsistit aluus,
 impedimentum parui cuius offi-
 cio vita carere nequit, prius est in morbi curam
 in-umbendum, quam nature studendum.

40 Ut cum ex peccatâ cruen- tum est, facilliquè excutitur.
 41 Aa amo 1000 conuulsi causa.
 42 Gal. commē- tario in sent. 11. lib. 2. de ratione uisit. in morb. a cuiu.
 43 Quod pur- gandi un ei fit imbecillior.
 44 Maltix enim ex eunio pur- gat, dum ventri- culum adstringit.
 45 Vt si expecta- tum & peticus procedat si vires sunt infirmæ, si difficultas expo- thorandi in lae- ru infirmitate consistat, si pleu- ritis non frata fuerit, & ad co- stitum perducta
 46 M. gnicu- ii ne causa & sym- ptoma un vehe- mentia.
 47. Ut in lau- cholici.
 48 Ut in qui- sun. x. c. l. i. x. m. c. x. l. i. a. o.
 49 Effera i. c. i. cet. & que nullo consistit loco, di- ut si aque exuati symptomato pro- varia parte, in- quam insit.

Maiores remedia sunt, purgatio & phlebotomia. Si subsistit aluus,
 clyster mollis iniici debet.
 Mal. bisinal. violat. ana M. i. furfur. hordei ana M. β. viol. p. 2. f.
 de coct. ad lb. j. plus, minusve: pueris n. selibra, aliquando vnciæ no-
 uem satis esse possunt. In colatura dissolue cassiæ ʒ. vj. vel ʒ. j. fac-
 chari crassioris ʒ. j. mellis rosacci colati ʒ. β. olei violac. ʒ. iij. vel ʒ.
 ij. Purgatio interim satis esse potest. Cum perpetuò 40 phleboto-
 mia opus est.
 Placuit enim Hippocrati, cum dolor ad hypochondrium incli-
 naret, vt pharmaco 41 potius, quam phlebotomo vteremur. Phar-
 maca verò præcipua credidit helleborum nigrum, aut peplion. 42
 Gal. verò hieram diaco. quæ helleboron, non scammonium, vt pe-
 plion, recipit. Posteritas Medicorum, leuioribus inuentis, veterum
 pharmaca reliquit. Leuissimum, ac plurimum vsurpatum cassia.
 Datur hæc ad ʒ. j. β. ʒ. x. ʒ. j. ʒ. vj. eaque dissoluenda est aqua hordei,
 sero lactis, passularum, glycyrrhizæ, eiusmodique pectoralium de-
 cocto, vel cum saccharo in bolum cogenda est.

Datur etiam, sed ferè 43. aucto morbo, mel aërium, id est, man-
 na. Vbi verò obstructionis coniectura est in primis venis, rhabarba-
 ri ʒ. i. vel 2. in aqua hordei, endiuia, aut similium infunduntur, &
 cum modico cinnamomi, fit potus. Neque metuenda eius adstri-
 ctio est. Nam & mastiches ʒ. iij. mouendo ventri 44 pleurítico-
 rum veteres imperauerunt.

Alternis diebus, maximè paribus, in quibus ferè quies est, aut le-
 nior morbus, clyster mollis iniici debet, si non descendit aluus. Alio-
 qui, quod vtilius est, Cassiæ ʒ. β. aut ʒ. vj. in bolum cum saccharo cogē-
 dæ sunt. Dandæque vel manè, vel vesperi, horæ dimidio ante cibum.

Consilium vsus pharmaci augebit, si dolor leuis est, si natura æ-
 ger non ita eufarcos, aut aliena 45. opinio à phlebotomo. Alioqui
 si 46 grande malum est, etiam si ad hypochondrium declinet do-
 lor, tutius auxilium phlebotomia est Galeno. Prius etiam quam de
 pharmaco decernas, interroganda ægri natura est. Alij enim 47 dif-
 ficilius purgantur, alijs 48 vel leui pharmaco immodicè turbatur
 aluus. Hi ergo à phlebotomo habere possunt commòdius. Quod si
 incognita ægri natura est, & pharmaco vti decet, medicamentum
 eliges tum qualitate, tum quantitate medium, ne vel non purges,
 vt supra modum vacues.

Tempestiua purgatio urgente 49 materia, prima die, aut non vl-
 tra secundam. Et, si pleuritidem eò processisse perspexeris, vt sputa
 prodire incipiant, purgans medicamentum minimè exhibendum,
 ne sputi motus inhibeatur, ex Hippocrate libr. 3. de morbis. Nec
 omnino agarico, aut etiam hiera diacol. interdicitur, quin vt licet,
 dolore in ventrem declinante, non ita vehementi affectione, at-
 que

quæ vbi à pituita malum est.
 Imperabis ergo 50 catholici ʒ. 6. rhab. & agar, infusorum, vt de-
 cet, an. ʒ. ij. cum hydromel. quantum sufficit, fiet potus. Eodem mo-
 do 51 & catholico ʒ. iij. pul. diacol. miseri possunt. Diaphæni-
 con quoque & diaprimum pauperibus imperari possunt.

Phlebotomia remissionis tempore, & eo die quo leuior est paro-
 xysmus, commodior est. Itaque etiam vespere & nocte media, vi-
 gente malo, & oblata occasione sanguinem detrahes. Nec perpe-
 tuo semel is ducenda est. Nam suspectis viribus, vacuationem parti-
 tiri melius est, vt manè ʒ. vj. vesperi vnciæ sex depleantur. Est præ-
 terea, cum de repente noua fit affluxio, vt inde omnia symptoma-
 ta recrudescant, sputa quoque vel cruda sint, vel retineantur: tūm-
 que & sexto die, & octauo, vt 52 Anaxioni, aut etiam tardius, san-
 guinem mittimus. Hòcque remedium secundò ac tertio reuoca-
 mus, si quidem non repugnant vires. In quo tamen cautio esse de-
 bet. Nam aliquando vbi antea signa omnia salutem prænuntiaue-
 rint, crisis tempore, quæ ferè fit ad septimum, aut alium diem criti-
 eam, vehementer pleuritis exacerbatur, symptomata omnia incre-
 scunt, tum nihil mouendum est: sed omnia naturæ 53 committen-
 da sunt.

Desperatis rebus, nihil quoque mouendum est.
 In pueris etiam bimis, senibus octogenarijs, mulieribus graui-
 dis, 54 remedium hoc temperari debet, non omnino prohi-
 beri.

In pueris venæ interim angustiores non apparent, idque magis in
 pinguisculis. Quæ in re sanguisugis vt licet, 55 decurtata harum
 cauda, vt vacuationis modus certò finiatur.

Suppressa aliqua per partes inferiore vacutione, vbi malum in-
 de ortum est, in insigni plenitudine, in materia virulenta, cumque
 statim initio materia in caput rapitur, ac mentem commouet, è 56
 venis cruris eiusdem lateris sanguis trahendus est. Alioqui è basili-
 ca eiusdem lateris.

Vacuationis modus è 57 pulsu, 58 sanguinis motu, 59 colore, &
 corpore præscribendus est. Si initio purus ac rubens effluit, vacua-
 tionis modus, cum iam liuidus excernitur. Si aquosus & crudus ini-
 tio, claudenda vena est, cum iam rubentior & flauior apparebit. Si
 basilica non apparet, media vulneretur. Atque cum iam vulnerata
 est, 60 pollex ramo cephalicæ imprimatur.

Animaduertendum pleuriticis iuuari phlebotomia, locis per-
 flatis ab Aquilonibus: lædi verò regionibus, quæ obuertuntur Au-
 stris. Hic ergo vel purgatione vtendum est, vel temperanda sangui-
 nis detractio.

In biliosa pleuritide Arabes phlebotomia 61 interdicitur.
 Hippocrates quoque hac sententia prohibuisse visus est. San-
 guinem, inquit, non detrahes, vbi expuitur sanguis, si regio
 repugnat, si æger pleuriticus est, si natura eius admodum bi-
 liosa.

Vel Rec. ca-
 tholici. Drac. vj.
 Drach. j. Sem-
 vel Serup. iij.
 agar. in hydr.
 collo optimè in-
 fusorum cum
 Serup. j. cinna-
 momi, in qua
 dissolue catholi-
 ci, Syrup. viol.
 ana Drac. vj. s.
 potio.
 51 Ut Rec. ca-
 thol. Drac. vj.
 pul. hier. diacol.
 Drac. j. vel
 Serup. iij. s. bu-
 lu.
 52 Hippoc. sect.
 3 lib. 1. p. 61
 53 Ut si humoris
 corruptione phleg-
 mone in gangre-
 nam abierit, si
 vires effata lan-
 guant si expecto-
 randi difficultas
 in laeua infirmis
 tate consistat, &
 ptychos sine ster-
 tor adsit. Tunc e-
 nim de salute est
 desperandum.
 54 Præsertim si
 grandis sit fatuus.
 55 Ut tantum
 effluat sanguinis,
 quantum Hirudo
 suxerit.
 56 Quandiu sit
 ptychodromæ. Næ
 si malum iam
 factum sit, cubiti
 venam si. cave est
 fatuus.
 57 In istu, motu
 & dilatazione.
 58 Si ad quæsiue
 conseruim fatuus
 sanguis, aut pigro
 lapsu suat pro-
 pter plethoram.
 59 Si ruber flu-
 xerit, mox niger
 ultimo loco me-
 lior: præsertim si
 pleuritis in sup-
 riorib. sit costu.
 60 Ne quid ex
 capite diffuaret,
 ex quo vacuare
 non institimus.
 61 Quia sangui-
 frarum est bilio-

62 Imò probet hanc sententiam Gal commentar. in librum de humoribus.
63 Liquidis, seu mistis, suavis, acris, cu randis, & explorandi gratia.

Galenus sententiam Hippocratis recipit, nisi quòd non probat sanguinem non detrahi, spucentibus sanguinem pleuriticis. Hippocrates priusquam veniat ad maiora remedia, 63 fomentis vtitur, quæ aliquando fatis esse possunt, aliquando morbum indicant.

Itaque si sputa biliosa, vesica suis ex aqua calida ad dimidium implenda est, admouendaque lateri. Alioqui gossipium, vel lana mollis infusa in aqua tepida, & expressa subinde apprimatur lateri. In ea aqua, si vis, incoques violas, melilotum, chamæmelum. Fovebis quoque oleo violato & chamæmelino, si crassa & viscida sputa sunt.

℞. milij frixi M. i. furfuris frixi P. 2. salis torrefacti ʒ. j. Interim dum friguntur, vino tenui conspergi possunt, & si perfrixit latus, aqua vitæ vel hyssopi, aceto etiam, si corpus carnosum est & calidum, neque vehementer vrgeat tussis. Inde fiunt sacculi, qui calidi lateri applicantur. Possunt hi sacculi in vino aut aceto immergi, in quibus vel hyssopum, vel origanum, vel thymum, aut aliquid tale coxerit. Inunges tum ex anethino & rutaceo. Eiusmodi quoque sacculis cumini semen, baccæ lauri, sicc. hyssopus, origanum, rosmarinus, & similia immisceri possunt.

In tenui & cruento sputo sacculus ex milio, fufure & sale descriptus, sed siccus & calefactus, applicari debet, inunctio ex chamæmelino & amygdalino.

64. Ne suauitate partem offendant.

Oportet autem omnia, quæ lateri admouentur, esse 64 læuia, mollia, calida: videndumque, ne quæ calida admota sint, tempore refrigescant, calorque linteis calentibus, aut alia arte fouendus est. Sunt, qui nullis eiusmodi remediis vsi, neque fomentis, neque maioribus illis auxiliis certas antidotos commendant. Quales sunt. 65

65. Valet in eunte morbo ad rante via orgasmum, paludromi, aut fluxionem prohibendam. Habet enim dens apri vim adstringendi maximam.

Dens apri in scobem comminuitur, dantur ʒ. ij. ex vino albo tenui. Aliud.

66. Commendatur mirificè bubulum, aut ceruisium, tostum & in tenuissimum puluerem redactum datur ad Drach. i. cum oxymelite, aut vino albo.

Radice lappæ sicca, quæ purpureum florem gerit, aut floris ʒ. ij. è mulla propinatur. Aliud.

67. Simpliciter aut si) litico, si materia sit leuis nec alui imbecillitas, aut melancholia hypochondriaca ab eius usu esse

66 Coralli rubri & testæ auellanarum rubrarum ana ʒ. j. datur è mulla. Rusticius serpilli expressum cum aqua cardui benedicti vtiliter vsurpant. Possunt hæc quidem tentari, non neglectis aliis remediis.

Cucurbitularum in pleuride 67 plurimus vsus est, de quo Galen. in lib. de Cucurb. Vtimur quoque plurimum aqua hordei, sacchari, syrupo violato, de iuiubis, 68 oxymelite, hydromelite, decoctione pectorali, syrup. capil. ven. & de glycyrrhiza.

Aqua hordei, si quidem detergendum est, & siccandum, ex integro hordeo parari debet.

Si leniendum, si extinguenda sitis est, idem hordeum fricandum asperiore linteis, & exteriori tunica spoliandum est.

Si nutriendum magis, proportio hordei ad aquam augenda est, magisque coquendum est, dum disfringatur hordeum. Ferè parant aquam hordei, vt sit aqua vigecupla, id est, vt sint xx. partes aquæ,

aquæ, & vna hordei.

Sæpè etiam quartam partem syr. viol. commiscemus, aut modicum sacchari violati, vel, vt in ptisana vulgari, glycyrrhizam rasam 69 concoquimus. Aqua sacchari deterget, coquit, lenit, nutrit.

69. Leuiter, nam collatione longiore amarescit.

Sit autem sacchari ʒ. j. in viginti partibus aquæ: coquitur ad fur dimidium. Potest tamen sacchari modus augeri, vt etiam aliquando 70 sub quadruplum saccharum sit, quale hoc est.

70. Vt Vnc. iij. ad Lib. i.

℞. aquæ coctæ, vel aquæ hordei lb. j. sacchari communis vel violati ʒ. iij. atque aliquando colatur aqua illa cum dicto saccharo, & modico cinnamomi: cum videlicet nutriendum magis, coquendum, detergendum, repurgandum & roborandum. Iulepi violati vsus est, vt leniamus sitim, & calorem temperemus, leuiter concoquamus, & facilius sputum reddamus. Syr. de iuiubis lenit, maturat, temperatus est: conuenit quoque, vt violatus, incrassando sputo.

71. Tenuibus, quibus alio sunt infirmiore, & muisceribus hysterichis, & melancholicis.

Oxymelitis suspectas vsus in pueris 71 macilentis, iis quibus genus neruofum infirmum. Quibus asperior tussis, vigilæ maiores, sputa quoque tam crassa vt propè sicca sint, similiter & si æger debilior est. Tempestiuus autem vsus fuerit, si nihil horum repugnat, si fluxio tenuis non est, si sputa mediocriter crassa, hoc est, non ita resiccata. Hydromelite, vt aqua sacchari vtendum est, nisi quòd calefacit magis & omnino maiore vi præditum est, quam aqua saccharata. Decoctione pectorali ad sitim, ad coquendum, leuiter detergendum, & incidendum vti licet.

72. Cum exeluffo sit à capite insauus.

73. Vel Rec. vernicis, mansuccæ nigellæ romana ana vnc. i. furfuris matris Vnc. i. pulueris reserum rubrarum Drac. ij. f. puluis pro suffitu.

Syrupus capill. ven. incidit, deterget sine manifesto calore. Syrup. de glycyrrhiza ad omnia suprascripta utilis est & pectus roborat. Itaque vt postulabit vsus, modò his, modò illis vtendum est. Veteribus quoque melicrata probata sunt ex aqua, in qua radix violæ purpureæ, stæchas, chamædryis, chamæpitys, horum vnum coxerit. Atque 72 initio suppressendæ fluxionis suffitu vtimur.

Excipitur pileo nocturno.

Hæc etiam speculant sacculi & marsupia ex melle, sale & fufure capiti admouenda manè.

℞. 73 vernicis ʒ. j. mastichis, ros. an. ʒ. ij. fiat pul. pro suffitu cum stupis cannabinis. Item.

74. Si nulla ad se respiciat ac non sit æger diuturno.

℞. diatragacant. frigidi ʒ. ʒ. teneat alternatim in ore. Plura in cap. de catarrho.

75. Hac in pituitosa pleuride affecto & declinante morbo.

In coquendo verò quod influxit, vtendum est 74 lacte amygdalino, butyro per se. Coquit enim, lenit modicè, educit.

76. Vt Rec. salis parilla Vnc. ʒ. radic. enulæ campanæ ireos ana Vnc. i. salis & betonice M. i. f. decoctio.

Poteritque modicum sacchari violati commisceri, vt paulò plenius educas, postea verò aliquid mellis. Ita magis repurgabis. Magis etiam, si ad ʒ. ij. butyri, ʒ. ij. diatireos simplicis admisceas, vel amygdalas amaras, persicorum nucleos, at 75 similia amara torrefacta, & in puluere renacta.

In colatura dissolue, melis lb. i. f. hydromel, quod maxime heme vsu habet.

Butyro quoque pars terebinthinæ lotæ in aqua maluæ commisceri potest.

77. Ad fluxionem sistendam.

Parabilia quoque remedia sunt 76 melicrata, in quibus radix althææ coquendo, hyssopus, thymum, & similia incidendo & repurgando coxerint. In eandem rem comparant eclegmata, initio quidem cum multo 77 diatragacantho: postea verò cum 78 multo

78. Ad expectoratum promouendum.

diareos. Ferèque in remediis pleuriticis lenientia, detergentia, incidentia, repurgantia commiscetur: quale hoc est.

\mathcal{L} . 79 electarij diatragacant. frigidj \mathfrak{z} .vj. sacchari candi, penidiarum, pilularum albarum ana \mathfrak{z} .ij. diareos simplicis \mathfrak{z} .ij. syrui violati & iuiubarum an. quantum sufficit, fiat eclegma.

Vbi verò magis repurgandum & extenuandum, loco penidiarum, mel album: loco syrui prædicti syrupum cap. pen. & aliquid oxymel. miscebinus.

Iam aucto morbo, ad hos vsus vinum album, tenue & aquosum concedi potest. Inunctiones lateris fiunt ex oleo violarum & aliis, vt supradictum est, oleo de keiry, de lilio, mucaginib. femin. cydoniorum, althææ, lini, fœnugræ. extractis in aqua violarum, vngulæ caball. scabiolæ, hyssopi, butyro, sordibus lanarum, terebinthina, axungia gallinæ, anferis, anatis, suis, & quæ plurimum laudatur, vrsæ. Adduntur pulueres, ireos, thymi, hyssopi, marrubij, gentianæ, sinapi, cnici, brassicæ, & sarmentorum vitis, non initio quidem, sed iam progressu morbo. Sic enim ferè posteriorum Medicorum vsus. Veteres autem vehementioribus remediis vsi sunt. Latus lana sordida leniente & concoquente integitur: postea etiam in fine morbi lana sulphurata. Formulæ sunt.

\mathcal{L} . ol. violarum, amygdalarum dulcium an. \mathfrak{z} .β. misce. Cui adde post initia, mucagin. sem. cydoniorum excorticatorum \mathfrak{z} .vj. mucag. sem. lini \mathfrak{z} .β. ceræ modicum, fiat linimentum pro latere. Postea.

\mathcal{L} . mucag. sem. althææ & cydoniorum ana \mathfrak{z} .vj. mucaginis semin. lini & fœnugræci ana \mathfrak{z} .β. ol. de keiry, adipis vrsi, ana \mathfrak{z} .ij. œsypi \mathfrak{z} .ij. ceræ modicum, fiat linimentum.

\mathcal{L} . dialthææ \mathfrak{z} .ij. cum oleo amygdalarum dulcium, fiat vnguentum molle. Atque vbi iam resoluendum est, adde pul. ireos, aut similis \mathfrak{z} .ij. Tumque bonum fuerit, 80 folium brassicæ ad ignem tabefactum, & butyro illitum superponere lateri, vel ex eiusdem brassicæ caulibus combustis, & in cinerem reductis, mixta adipe, linimentum conficere. Nam id medicamenti assatim discutit.

Atque vbi ad suppurationem vergit semen nasturtij & sinapi cerato commisceri possunt. Quo tempore.

\mathcal{L} . rad. althææ & liliorum repurgatarum ana \mathfrak{z} .j. ficus pingues N.2. Coquantur omnia in vino albo. Deinde cum axungia & oleo de liliis pinsentur in mortario. Fiat emplastrum molle, cui insperge semin. nasturtij & sinapi in puluerem reducti ana \mathfrak{z} .j. Tentatis omnibus his remediis, si quidem desperatio est, & vires tolerare possunt, cauterium actuale, aut potentiale (quod vocant) lateri inferendum est.

Scarificatio quoque cum cucurbitula, eo modo, quo in libello de cucurbitula dictum est.

Pleuritis nota.

Est nonnunquam lateris dolor, qui pleuritidem ementitur, & propterea

propterea pleuritis notha solet appellari. Eius causæ scholiis nostris proximè describuntur.

Ad curationem verò hæc remedia comparari poterunt. \mathcal{L} . farinæ tritic. M. i. mell. \mathfrak{z} .ij. coquantur in decocto rutæ & nepetæ: deinde addita vitulinæ axung. lot. in aqua chamæmeli \mathfrak{z} .j. f. cataplasma dolenti parti admouendum. Rustici, succo nepetæ lana excepto, superposita fascia, contra pleuritidem, & internos dolores vtuntur.

\mathcal{L} . maioranæ, rut. an. M. i. baccar. laur. p. 2. vehementer tere in mortario: adde mell. \mathfrak{z} .iii. f. velut cataplasma, quod impingatur lateri calidum: superponatur lana, & fascia alligetur.

\mathcal{L} . decoctio. absynth. th. f. ficuum pinguium tritarum \mathfrak{z} .ij. f. decoctio ad crassitudinem: f. fortis expressio. In expressione rursus coque mellis \mathfrak{z} .j. radic. ireos pulueratæ, rad. caul. an. \mathfrak{z} .f. iteretur expressio, & cum cereato laurino fiat vt prius.

Achariston à Nicolao descriptum ad nucis myristicæ magnitudinem datum omnibus interaneis doloribus subuenit.

Olea muscellinum, styracinum, ex descriptione Nicolai compositum, scylliticum, puleginum, è floribus in oleo infusis, & in vase duplici coctis, & vehementer expressis, hypericinum, mastichinum, lateri lepida cum lanis sordidis vtiliter apponentur.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

MVsa in Aphorismos, ita pleuritidem distinguit, vt notha sit in superiore parte tunicæ tegente costas, aut inter costas: vera, in mediastino. Quod & rationi, & experientiæ repugnat: quibus perspicuum est in succingente costas, aut periostio, aut saltem in musculis intercostalibus veram cum veris propriis que symptomatis excitari: notham in musculis externis. Licet haudquaquam negandum intra thoracem speciem quandam pleuritidis non veræ fieri posse. Multis enim ex ratione vitæ, quæ crassa & viscida gignat, multus humor eiusmodi in corpore cumulat, qui in vacuum spatium thoracis & pulmonum delatus, membranisque hærens, dolorem pleurítico similem affert, sed sine febre, vel certè febricula, aut etiam frigidior corpore, quàm antè, respiratione quasi in collo suffocante, pulsu difficili, tardo, minimo, vbi neque phlebotomia, neque similibus remediis ad pleuritidem accommodatis, sed iis, quæ humorem illum incidunt, tenuent, & ducant, semper est vtendum. Signa autem certissima, quibus in cæteris & pars affecta, & materia affectus internoscuntur, huiusmodi sunt. Si æger in partem lateri dolenti oppositam decumbere non potest, in membrana costas succingente affectio est; quæ suspensa pondere concepto grauat. Si in partem affectam, digito leuiter premenda pars exterior cutis. Nam si æger dolorem inde percipit, in musculis externis: sin minus, nisi costæ grauius tractetur, vel in periostio, vel in musculis intercostalibus subsistit. Tum notanda erit pulsatio ad distinctionem vtriusque. Nam in musculis intercostalibus comprimitur arteria, vnde pulsatilis dolor. Omnibus eadem ferè sunt alia symptomata, exceptis febre & spuro. Sputa in musculis externis à materia frigida vel flatulenta, sine febre est. Spurum in inflammatione intercostalium, ob minorem resudationem, paucum: in periostio, ferè nullum, cum ob materia: paucitatem, tum quod sudore sæpè & insensibili transpiratione: resoluatur. Sanguineam indicant (cæteris signis non prætermisiss) spurum cruentum: biliosam, ex rubro flauescens: pituitosam tardè apparens, subalbidum. A melancholia rarissime fit, & si

Nicol. part. 2. lib. 2.

Anto Musa. erronea de distinctione pleuritidis opinio.

Pleuritis signa, ex affecta parte & materia affectus petenda.

Morbis tribus indicatur modis.

79 Vel Rec. in iubarum, pruna damasc. ana. num. 20 passul. mun. datar. Vnc. β. daatylor. sicu pingui. ana. num. 3. vngul. caballina M. β. hyssop. P. s. gycyrrhiza rafa Vnc. β. decoctio: in colatura ad Lib. i. dissolue sacchari quart. 3. electarij diareos simplicis Vnc. ij. si. strupum.

80 Hæc ex Pauli Aegineta, c. 33. li. 3. desumpta, ad pleuritidem notatam.

fiat, vix curatur. Cùm autem morbus iudicetur, vel excretionem, vel coctionem, vel abcessu, nisi solvatur celeriter in sanguinea missione sanguinis: in biliosa vel eodem modo, vel sæpius sudore, aut hæmorrhagia è naribus, saltem intra diem septimum, in peripneumoniam degenerat: aut post 14. in *μωβήνη*. Peripneumonicus est æger, si dolor punctorius imminutus, febris & spiritus difficilis aucta, sputum spumosum, rubentes genæ, morsque est ferè semper in propinquo. In hac dolor fit aliquando, non ratione pulmonis, sed mediastini & membranarum. Quod si non repurgetur materia, cocta in pus vertitur, fitque empyema, sanie, quæ per sputum educi debuit, in spatio thoracis collecta. Terminus autem iudicandæ pleuriticis per expuitiones, decimus quartus. Non, vt Fuchs, & alij, ab eo die numerando, quo cœpit æger expuere. Nam id falsum esse, & ea quæ sæpius accidunt, & Anaxionis hist. 3. Epid. demonstrant. Si enim ita numeres, non 14. diebus eo modo iudicatus fuisset, sed ferè 24. quia cœpit 11. Rectè igitur Hippocr. Quicumque modo laterali laborantes, in quatuordecim diebus non repurgantur, ad suppurationem vertuntur.

Phlebotomia & purgatio Ex eodem latere fit, dextro quidem ob venam vulgè *ἄνωγυ* dictam, quæ è directo est: sinistro verò, tum ob intercostalem, quæ oculis ramorum venæ *ἄνωγυ* in sinistram latus perreptantium copulatur: tum ob naturæ conatum, quæ sese ita exonerat. Verùm de phlebotome è directo celebranda nobilissima est disceptatio à recentioribus agitata.

Andreas Vesalius Bruxellensis, in signis Anatomicis, & Carol. Q. Imperatoris Medicus, semper secandam brachij dextri iecorariam, seu fit in dextro latere, siue in sinistro pleuritis, ingeniosè causatur. Ab eo ratio assignatur eiusmodi: quòd vena *ἄνωγυ* dicta, hoc est sine pari, à latere dextro venæ cauæ prope cor oriatur, quæ per spinâ delata ex utroque latere octo costas alit, inferiores ac ad diaphragma, & membranâ intersipientè distribuitur: unde expeditus multo pleuriticè committens materia retrahatur, si sanguis è brachio dextro extrahatur: quia basilica dextri brachij *ἄνωγυ* magis respicit, quàm basilica sinistri. Sed id argumentum nullius est momenti apud eum, qui rem Anatomicam paulò oculatius perspexerit. Nam vena sine pari, quem recipit à caua vena sanguinem, non amplius ad eam remittitimo suis in oculis venæ coniuuctis ita fabrefacta cernitur, vt ei idem ferè eueniat, quòd vesicæ vtinariæ, aut cordis vasorum orificiis. Quòd verò sanguinem semel receptum *ἄνωγυ* non reuomat, ex dissectionibus certum est.

Nam si venam cauam in parte superiori secueris, & fistula in eam intromissa inferiorem versus partem sufflaueris, tota ipsa caua vena in parte inferiori simul cum vena sine pari inflabitur, & tumida euadet: at si venam *ἄνωγυ* partè infima secueris, immisissaque cannula ore ventum sursum impuleris, dubio procul vena caua nõ inflabitur, nec tumida euadet: quia aër in vena sine pari contentus exire nequit. Quòd si aër à vena sine pari ad cauam non deriuetur, quomodo sanguis aère corpulentior refluet? Quæ questio vt discutatur obseruanda sunt causæ venæ ascendentis propagines ad institutum nostrum facientes. Caua vena ascendens sursum ad cor contendit, rectaque ad iugulum fertur in multas diuisas partes; è quibus duæ illæ sunt memorabiles axillaris & cephalica. Inter quas venas duas prope iugulum ab utroque latere vena quædam media est ex axillari ferè enascens, quæ inde obrepens in multas finditur venulas, quæ in vniuersum cum ramusculis & venulis sine pari copulantur, quæ, vt dictum est, octo costas alit inferiores. Quum igitur iecoraria vena in pleuritide pertunditur, sanguis non tantum in vena caua contentus educitur, sed is potissimum, qui in inflammatione continetur, aut est prope inflammationem, præcipuè verò si morbus octo costas inferiores occupet: sed multò magis si quatuor superiores, quòd cum his magnam habeat axillaris vena communionem. In quibus secari vena tuto non potest, cucurbitulæ in principio inguinibus affiguntur ad diuersionem. Purgantia multis de causis reiciuntur. Primum, quia cum sputa prodeunt, eorum prohibent motum: deinde in inflammationibus internis nihil è parte inflammata educunt; & partes sanas colligunt postremò, quia in pleuritide & peripneumonia habitis profluuium ventris metuendum. Quæ omnia docet Hippocr. Sed hæc postrema ratio infirmior. Addit enim Galen. in cocto morbo, & mediocri, non inutiliter

inutiliter aliquando alium profluere, licet in maligno malum, & vt causa, & vt signum. Causa quidem, quia vires exoluit. Signum, quia attractio hepatis, & alteratricis, ventriculi imbecillitatem significat. Quod autem Hippocr. cum dolor ad hypochondrium extenditur, laxantia præscribit, Galenus concedit, sed tantum ad materiæ antecessitiam educationem, siue è splene, siue è cauis hepatis, non è thorace, aut latere. Soranus Hippocratem reprehendit, qui non fecit venam, vbi ad hypochondrium descendit pleuritis. Idem Galenus tacitè in Hippocrate taxat. Sed enim in exiguo dolore lateris & sputo cruento, quòd est indicium clementissimæ pleuriticis, non est necessaria phlebotomia: sed aliis auxiliis profligari debet, maximè in homine biliosissimo, ætate iuniore, vel seniore, ex lib. de Humoribus. Perperam igitur faciunt, qui in cruento sputo statim sanguinem detrahendum esse colligunt. Rarò autem vtendum purgantibus, isque leuibus, in principio, morbo pituitoso per defluxionem, & si materia fluat ab hepate. Sed tutius adhuc clysteribus agitur. In peripneumonia etiam de venæ sectione dubitari potest. Primum, quia ex Anatome non satis perspicuum, quia via materia inflammationis in venam sectam veniat, cum nullus ramus à vena caua pulmonibus distribuatur, & per venam communem phlebotomia fieri debeat. Deinde quia post pleuriticam, asthma, aut anginam, venæ sectio ferè lethalis, quòd iam afflictas vires occupent. At si suppressis mensibus, hæmorrhoidibus, aut solemnibus aliqua euacuatione vteri, & similibus oborta sit, in quibus hæpar in thoracem & pulmonem sanguinem reicit, si sputa rubra, plenitudo, & quæ sanguinem indicant nondum degenerasse in melancholiam, aut bilem, de venæ sectione non dubitandum: alioqui abstinendum. In cæteris curatur peripneumonia ferè vt pleuritis, clysteres, sanguinis missio, syrapi, decocta, vnguenta, sacculi, eclegmata, condita, frontalia, emplastra, linimenta, cerata, pasta regalis & similia.

Iouis perflasis ab Aquilonibus) Lib. 3. Epid. scribitur in pleuritide Romanos & Athenienses obiectos ventis calidis male ferè sectionem venæ: Parios & Hellepontios melius. Cæterum non omni pleuritico conuenit necessariò, etsi expuat concocta Lege 6. epid. & historiam pithyenis initio tertij.

IN CAP. XXVI. DE PLEURITIDE.

DVRETIENARRATIO.

Svipinus ferè decubitus. In dorsum vt liberior sit respiratio. Hic decubitus altero tolerantior. Quia non tam sunt acerbis dolores oppressionis, quàm suspensionis.

Id asthma præscriptus est. Vt scilicet æger residendo spiritum ducat. Sic enim libertas spirandi maior erit, & materiæ morbificæ, seu rei naturæ tristis minor sensio.

Noctu ferè exacerbatur. Vt viscerum omnium inflammatio.

Ac diebus imparibus. Propter naturam humoris morbifici & biliosi.

Materia ferè biliosa. Eamque tantum agnouit Hippocrates, cuius significatio fit sputo modico cruore perfuso, & (ad bonum) exquisitè permixto.

Alijs excretionibus. Vt vrinis multa bile saturatis, vel seri inflammatione rubentibus.

Antecedente vita. Vt in iuvene ruffo, gracili, lentiginoso, diæta, intemperanter acta, in victus ratione & vitæ instituto.

Suppressa sollemnis purgatio. Vt hæmorrhagia iuuenum, hæmorrhoides senum.

Omnia ergo via ac ratione. Secundum essentiam, causas efficientes, suscipientes, roxyimos, erises.

Ex hordeo pulicula. Et cremor hordei, quando scilicet os humescere cœperit & dolor quicuerit, si ana charsis procedat & dolor quiescat.

Principijs pleuritidis. Si vires effætæ sint.

Liquidior pulicula. Hoc est cremor tantum hordei, ne pleuriticus fiat su-

Hippocr. aph. 19. lib. 6. & Gal. in comment. Hipp. li. 2. de vult. rat. in morb. acu. sem. 11. & Gal. ibid. Gal. ad finem comm. 3. lib. 6. Epid.

Peripneumonia an vena sectionem desideret.

Pleuriticis decubitus.

Hordeatum.

Pleuritidis causa charistica curatio consertant.

spiritus intercepta spiritus via.

Post etiam crassior. Cum os humescere cœperit, & spirandi libertas restitui ad facilem anacatharsim, quæ firmis lateribus perfici solet.

Amygdaloga. Tum amygdaloga. Quod scilicet materiam coniunctam pleuritis mirificat, & alas pulmonum explicat, unde liberior, & liberalior fit anacatharsis.

Tenella pulloꝝ carnes. Quæ omnia sunt meabilia, concoctu facilia, omnis alienæ qualitatis expertia, minimæque sitifera.

Nam integra virtute. i. si vires sint validæ sine infirmitatis metu, & prospiciatur brevis futura historia morbi.

Tortiosa iura. i. expressiones. Hæc non sunt salutaria, quia acria atque sitifera.

Gallus decrepitus. Quia carnem habet nitrosam, & anacatharsim iuuat.

Naribus admoueat. Ad colligendos & recreandos spiritus, qui caloris acerbitate dissipantur.

Statim initio de maioribus remedijs cogitandum. Quoniam natura multum est opis indigens contra vim morbi ob caloris acerbiteriam, spirandi difficultatem magnam, ob oppressionem partis cuius officio vita carere nequit.

Maiora remedia purgatio. Purgatio tamen præscribi non debet in cruda pleuritide, in anacatharsi libera & liberali, nisi perennis generatio sit causæ morbificæ & perennis affluxus ad reuocandam anadromen. Mel ærium, id est manna. Si æger non sit biliosus, si non sitibundus, non megalosplangnos.

Nam & mastiches. Ad ventriculi robur, ut virtute naturæ reddita parte alui robustiore excludatur.

In quibus ferè quies. Non quies vnquam sed remissio, non enim pleuritis quiescit, nisi restituta membrana æqualitate.

Si non descendit aluus. Nam aluum subsistere noxium est, quemadmodum & calamitosum profusorem fieri affecta pleuritide, inchoata verò bonum est liberaliter ferri.

Tempus præscribende purgationi conueniens.

Alui profusio in pleuritide.

Cassia ʒ.ʒ. vel ʒ. vi. Modò non sit libera & liberalis anacatharsis, quæ epoto cathartico sisti solet, & supprimi, & per suppressionem ægrum suffocat.

Dimidio hora ante cibum. Ne scilicet in alimentum vertatur.

Aut aliena opinio à phlebotomo. Propter virium infirmitatem, materiam morbificæ qualitatem & anacatharsis liberalitatem.

Ad hysteron, declinet dolor. Materiam pleuriticæ affluxu per azygon venam. Quoniam hæc sanguis duci non potest ad mutationem coloris, sed mitigata materia quæ hypochondriacam (non mammariam non clauariam) pleuritidem facit, diuturniore foru, aluum ducentia exhibere oportet, quia quo natura cursum inflectit, eò quoque viam affectare debemus.

In cathartici usu obseruanda.

De pharmaco decernas. In qualitate, quantitate, exhibendi modo & occasione.

Interrogandi ægri natura. Vtrum purgetur ex facili, & cathartico exoluatur, aut contra vim cathartici difficulter ferat.

Hi ergo à phlebotomo. Si quidem phlebotomia necessaria sit, ut in summa doloris acerbitate, difficultate spirandi, & ipsa pleuritide sicca.

Turgente materia. Ineunte pleuritide, i. effera, quæ modò anticam, modò posticam, modò lateralem, modò superiorem, modò inferiorem membranam infestat.

Diapheganicum quoque & diaprimum. Si modo æstu non incandescant. Tumque & sexto die & octauo. Non quòd ad octauam diem sanguinis detractio differatur, quæ ineunte morbo celebrari debet, non autem affecto, sed ad repente obortam fluxionem, quæ nouæ pleuritis metum adfert, sanguis est mittendus.

Signa omnia salutem. Ut expectorati boni libertas & liberalitas.

Desperatis

Desperatis rebus. i. in sputi prauitate, anacatharsis difficultate, stertore nihil quoque mouendum, ne oxymel, quidem exhibendum, quia quicquid humorem ciet & citatum non excludit, oppressionem facit, unde ægrum interimat celerius.

Remedium hoc temporari debet. Quoniam earum ætatum vires non sunt validæ cum securitate, sed cum infirmitatis metu.

Suppressa aliqua vacuatio. Ut hæmorrhoidibus, menstruis, puerperijs.

Cumque statim initio. Quandiu scilicet sit anadrome.

E venis cruris. Si malum constiterit, ubi tumor conceptus fuerit.

Eiusdem lateris. Semper, non oppositi, nisi in summa plethora, & maximè ab vna parte in aliam gargalismo: tum etiam siue sinistra fuerit pleuritis, vel intercostalis, vel thoracica, vel mediastina, vel hypochondriaca semper è directo detrahere oportet, mediastina quidem & intercostali ad mutationem coloris, unde coniunctæ causæ amotio significatur: in hypochondriaca verò tantum ad declinationem antecedentis causæ.

Vacuatiois modus. Iusta quantitas sanguinis detrahendi cum iure & loco detrahitur.

Et corpore. Eius cui mittitur, in habitu & temperamento.

Si initio. i. continuo, secta vena.

Vacuatiois modus. Iusta quantitas, quæ non sit impar morbo, neque naturæ potens & molesta.

Iam liuidus excernitur. Unde morbificæ causæ amotio significatur: Sed id locum habet in pleuritide intercostali & mediastina, non autem hypochondriaca.

Si aquosus & crudus initio. Ut in pleuritide quæ à catarrho venit & cruditate, quæ falsa est pleuritis.

Si basilica non apparet. Aut multiplices habet aquæductus.

Locis perfatis aquilonijs. Ut Lutetia, unde corpora sunt *europa & europa*. Id est solida & succi plena.

Hic ergo vel purgatione. Ut Rothomagi, & in Gallia Narbonensi, nisi sit libera & liberalis anacatharsis. Præterea si pleuritis sit biliosa, erisypelatoza & sicca & maximè hycondriaca.

Si regio repugnat. Ut si perfetur ventis austrinis, & Gallia Narbonensis & Rothomagus.

Si æger pleuriticus. Et illa pleuritis liberam habeat anacatharsim, qua nihil est optabilius.

Hippocratis. Cuius illud studium est atque consilium, ut liberalem ciet anacatharsim.

Fomentis vititur. Ad explorandam & discutiendam pleuritidem.

Qua aliquando satius esse possunt. Faciuntque ut pleuritis sponte quiescat, sine sanguinis detractione & purgatione.

Itaque si sputa biliosa. Propterea quæ sicca & calida.

Vesica sua. Ut scilicet nec pondere nec inæqualitate sit molesta.

Ad dimidium implenda. Ut molliter incubat.

Lana mollis. Bene depexa & carpta.

Certas antidoses commendant. Inexplicabili proprietate pleuritis alexiteria.

Dens apri, &c. Si sapis hæc aliis experienda fines.

Ferè parant aquam hordei.

R. ʒ.ʒ. decoctionis hordei, passularum & glycyrrhizæ, in qua dissolue syrupi Iulep. viol. ʒ. iij. fiat iulep. in tres doses.

Incrassando sputo. Si sputum sit serosum, tenue & subterfugiat ansam fuliginosi excrementi.

Oxymelitis suspectus. Minutulis, lientericis, quoniam nocet membranæ & nervis, quæ partes in pueris sunt tenerimæ.

Pleuritidis mala signa.

Sanguinis detractione non igitur.

Topica ad pleuritidem.

Oxymelitis suspectus.

Quibus asperior tussis. A prolapsu catarrhi tenuis. Sputa quoque crassa. Hoc falsum est. Nam oxymel quæ sunt glutinosa & crassa, meabilia facit, nisi adsit stertor à lateris infirmitate.

Hydromelite. i. aqua multo melle saporata, vt melicratum est me multa aqua dilucum.

Nisi quod calfacit magis. Adeo vt non minorem habeat vim continendi aluina in suo officio & dissipationem naturæ prohibendi.

Ad omnia supradicta vitulæ. i. ad tenuem materiam increffandam & ad crassam incidendam.

Lacte amygdalino. Quod suspectum est in febre propter κερκεϊδα. R. electa diatragacan. quod affecta pleuritide prodest, incunte & virgente non item.

Bonum fuerit folium brassica. Quoniam facit vt exudet inutilis humor. Coquantur omnia in vino. Imo coquantur sub cineribus radices liliorum & altheæ, quoniam exuunt vim suam in aqua seu vino, in quo coquantur.

Siquidem desperatio est. Pleuritidis sanescens per anacatharsim & suppurationem fit.

IN CAPVT XXVI. DE

PLEURITIDE.

DE VRETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

Pleuritis morbus est thoracis omnium molestissimus & acutissimus, quo nullus frequentius in hominum vitam inuadit. Nomen habet πλιτυσις, id est, à latere vel πλιτυσις, id est, à costis quas occupat. Vnde Hippocrates primo prognost. ipsam pleuritidem ἀλγυσα πλιτυσις, i. dolorem costarum appellauit, & eodem sensu ἀδωύω πλιτυσις 2. de diet. morb. acut. Quanquam aphor. 23. lib. 3. πόνος πλιτυσις πλιτυσις, & illa duo à se inuicem separauit. Quia scilicet non omnis lateris dolor est pleuriticus, licet omnis pleuritis cum eo coniuncta sit. Hæc itaque per dolorem sæpius explicatur, tanquam per symptoma omnium grauissimum, quoniam nihil æquè facit corpus infirmum atque dolor, qui etiam ad corporis infirmitatem humorum corruptionem adiungit. Veteres autem omnes vna conspiratione dixerunt pleuritidem esse inflammationem thoracis. Sed cum multæ sint thoracis partes, exque exquisito sensu prædictæ, querendum est quænam illarum sedes sit ac domicilium pleuritidis. Sanè apud Hippocratem reperio pleuritidem inflammationem dici non tantum membranae luccingentis costas, sed & septi recti, hoc est mediastini tunicæ & musculorum intercostalium. Quarum partium pleuritides differunt κατ' ἕνα καὶ ἕνα. Pleuritidis signa habet magnæ inflammationis omnia præter pulsus. Quoniam in tunica succingente costas nullæ omnino micant arteriæ. Symptomata pleuritidis multa sunt, inter quæ dolorem principatum obtinere iam diximus. Hic verò acutus est & punctorius, ideoque partis obsessæ proprius. Omnis enim membranae dolor est punctorius ob exquisitum illius sensum. Alterum symptoma est difficultas spirandi, à thoracis inflammatione obsessi vitio & contumacia, qui in magna spirandi necessitate, neque satis dilatari potest ad inspirandum, neque ad expirandum colligi, vnde parua sit & frequens respiratio. Tertium est sicca tussis, quam facit serum humoris, dum ab inflammatione per membranæ continuitatem in pulmones exudar, eosque vellicando ad concussionem irritat, vt expellat quod sibi molestum est. At concussio illa irrita est, quia serum illud subtilius tenuisque est, quàm vt à fuliginoso spiritu comprehendendi possit, vt per tussim

tussim excludatur. Quartum est febris acuta, propter cordis viciniam. O- Febris ardens. nimum enim partium officialium inflammatio febrem habet adiunctam. Atque hæc sunt signa pleuritidis pathognomonica. Quibus addunt omnes Pulsus ferras. pulsus seruantes, tanquam certissimum pleuritidis indicium, qui ferræ modo tactum ferit ob arteriæ duritiem & inæqualitatem, ex libro 4. de caus. puls. Nonnulli etiam inter pleuritidis signa sanguinis sputum numerant, sed

perperam, quia signum tantum est epiphænomenon, quod non declarat morbi speciem, sed solum materię morbificæ qualitatem denuntiat, & sæpe aliunde venit quàm à pulmonibus. Vidi enim à tribus annis in hac ciuitate senatorem clarissimum, qui cum ardenti febre correptus spumantem sanguinem spueret, falso iudicatus est pleuriticus, quia non à thorace sed ab hepate inflammato sanguinem spuebat cum hypochondrij dextri dolore, & sine dolore lateris aut difficultate spirandi, tandem interit, & huius dissecto cadauere, inuentum est fibris quibusdam connexum hepar cum nothis costis, vt inde vix auelli potuerit. Cæterum inflammatio hepatis à pleuritide distinguitur respiratione extensa & tarda, quæ pleuritidi parua est & frequens; Itémque dolore graui & renuuo, cum in pleuritide sit pungens, postremo singultu, qui pleurítico non accidit. Cause pleuritidis procatarcti-

cæ sunt à spiritu & diætæ, à spiritu quidem temporum defectio & repentina tempestatum mutatio. Si enim fuerit hyems austriua multumque pluuiosa, quam excipiat ver aequilium siccum & frigidum, per suppressionem excrementi, quod in peculiari cuiusque natura redundare consuevit facilis erit pleuritidis generatio, quia ad præparationem causæ suscipientis, id est, ad thoracis infirmitatem, & ad multi excrementitij humoris redundanti-

am, accedit vis efficiens, nimirum eiusdem humoris ab aquilonia constitutione fortis expressio, ob temporum defectionem. Fiet etiam pleuritis à repentina mutatione tempestatum, vt si ætate media ingruat tempestas austriua cum densis nubibus & suffocante æstu coniuncta. A diætæ peruaturo cau-

sæ pleuritidis in victus ratione, vt potus vini immoderatus, vsus leporis marini & aliorum quorumdam piscium, quorum adipos thoraci & vitæ bellum indixerunt: Et in vitæ instituto, vt immodica exercitatio, & ab æstu subita refrigeratio. De aliis causis procatarcti-

ca antecedens vna est, nimirum fluxio humoris, cuius nomine & materię collectionem & congestionem intelligo quæ fit in ipsa parte ob infirmitatem facultatis expultricis, vnde pituitosa pleuritis aliquando accidit, & materię quæ aliunde venit affluxum, qui ferè semper pleuritidem facit. Hu-

ius autem tres sunt causæ. Prima est à parte quæ continet in eam quæ continetur. Secunda organismus seu gargarismus materię, qui vel anadromen facit à partibus inferioribus ad superiores, vel apothefim à superioribus ad inferiores. Tertia est causa, attractio, quæ fit ab ipsa parte inflammatione obfessa, ob calorem & doloris acerbiteratem. Causam continentem in pleuritide, vt & in aliis morbis omnibus, sunt ex recentioribus quidam qui non agnoscunt, & eam à morbo distinguere nequeunt. Verùm cum morbus actionem lædat primo & per se, causa verò continens non per se, sed per ipsum morbum, hanc à morbo differre manifestum est; & ex hoc exemplo satis apparet. Quod si cui percutiatur manus & percussio dolorem excitet, qui humorem attrahendo facit fluxionem. Qui humor nunc affluit causa est antecedens, qui iam affluxit & in manu tumorem facit, causa est continens & coniuncta. Tumor verò ipse morbus, est qui per se manus actionem lædatur. Idem in pleuritide dicere est facillimum ad referendam illorum recentiorum sententiam. Materia pleuritidis vel est sanguis, vel bilis, quoniam materia quæcumque pleuritidem facit, & crassam tunicam succingentem costas subit, substantia tenuis, temperamento calida, & qualitate acris sit necesse est. Ideoque Hippocrates non agnouit pleuritidem pituitosam nec melancholicam, quam recentiores ponunt. Biliofa ergo sanguinea materia ad pleuritidem faciendam affluit per quatuor veluti aquæ ductus, vt

Sputum sanguinis signum epiphænomenum.

Historia.

Inflammationis hepatis à pleuritide distinctio. Causa pleuritidis procatarctica spiritum & diætæ.

Pleuritis à vitæ instituto, & vitæ ratione.

Pleuritidis causa antecedens.

Tres fluxionis causæ.

Causam continentem à morbo differre.

Materia pleuritidis.

Per quam venæ pleuritidis materia affluat.

*Pleuritis vari-
sides.*

poter per venam intercostalem, vnde superiorum costarum pleuritis, quæ intercostalis dicitur, per venam azigon, id est, paris expertem; vnde pleuritis inferiorum costarum, quæ hypochondriaca appellatur: per mammariam, vnde pleuritis mediastini, seu septi recti musculorum intercostalium, quæ mediastina nuncupari potest, & per venam thoracicam, vnde fit pleuritis in basi scapularæ, quæ thoracica vocatur omniumque pessima est. Sed vndecumque materia affluerit vel ea in vna parte consistit, quod melius est, vel modò in hanc, modò in illam ruit partem, ob effracioris materiæ organum & gargarilimum. Et hoc periculofissimum est, quia quò plures partes afficiuntur, eò res ægri peiore sunt loco. Hanc verò pleuritidem Hippocrates appellauit raros laterum dolores, quia dum in hanc & in illam partem feruntur, quietem aliquam habent, vt modo æger de dolore in mediastino conqueratur, modò nullum dolorem sentiat: Postea verò in tunica costas succingente, vel in alia parte grauius afficiatur. De his ergo dixit Hippocrates; Quæ in pleuriticis (vt in phreniticis) rarò mutantur, mala sunt. Pleuritis vna primigenia est, & a frequentius accidit; Altera verò morbi alterius successione venit, vt successione febris continuæ, vel angina. Quæ ineunte æger non est pleuriticus, sed quarto die, periculofus ægroratur, quia qui morbi aliorum successione veniunt, sunt semper primigeniis calamitosiores. Est autem pleuritis omnis per se calamitosa, tum impedimento partis eius, cuius officio vita carere nequit, tum etiam magna doloris acerbitate; quibus sæpe æger ad exitium præcipitatur. Est enim aliàs pleuritis sanabilis, aliàs insanabilis, aliàs leuior, aliàs contumacior & grauior, vt est materiæ pleuriticæ conditio, vt partium affectarum natura, vt peculiaris pleuriticorum constitutio. Verum pleuritis ipsa sua metastasi calamitosior est quam vel doloris acerbitate, vel libertatis spirandi interceptione. Quanquam metastasis eius quædam est naturalis & secundum naturam, quæ fit bonis ægri rebus per diaphoresim in leui pleuritide quæ metu discuitur per liberam & liberalem anacatharsim materiæ morbificæ, per abscessum in cruce obortum, qui ægrum ab interitu vindicat, nisi fortè palindromen habeat, vt habet cum materia est tenuis, calida & acris, aut nisi cruris ipsius substantiam labefacet ipsa materia quæ mortificari non potuit. In parotidas sæpe mutatur superiorum costarum pleuritis, vnde conualescit æger subsequente alui profluvio liberaliore, si parotides fiant supputati participes, cum vrinae bonitate. Quod si id non accidat, vt sæpe non accidit, eadè parotides doloris acerbitate ægrum interimit. Nonnunquam etiam pleuritis sanescit per exclusionem humoris illam facientis cum vrinis vel deiectionibus: Ac cum vrinis quidem, cum humor ipse morbificus iam mitificatus *καταήμιον* habet ad partes interiores thoracis, & in truncum venæ causæ rapitur, per dextrum cordis ventriculum secundum venæ *αΐζον*, id est paris expertis aquæ ductum, vnde fertur in renes. Aliquando etiam per arteriam venosam in finistrum cordis ventriculum influit, indeque in magnam arteriam & ex ea in renes, à quibus cum vrinis excluditur, & sic pleuriticis defunguntur pleuritide (nimirum superiorum costarum) vt ego in multis obseruari. Idem quoque fieri potest cum deiectionibus: Tot enim modis sanescit pleuritis. Aliæ verò sunt eiusdè metastasis contra naturam, vt cum pleuritis quæ intra 14. diem nec liberam nec liberalem habuit anacatharsim mutatur in empyema seu suppuratum, quod fit rupta vomica, & effuso pure in capacitatem thoracis, vt docet Hippocrates 2 prognost. & in coac. Atque hoc supputatum exitu n. habet, vel per anacatharsim intra 40. dies, vel per vrinas purulentas, abradentes & stranguriosas, vt animaduerti in illustrissimo huius ciuitatis viro, & quomodo hoc fiat iam ante expositum est. Aliquando etiam metastasim habet pleuritis in phthisim. Degenerat quoque in phrenitidem, per propagationem causæ morbificæ. Et hæc metastasis est pessima, quia à parte fit ignobili ad nobilem. Sæpe verò mutatur in peripneumoniam, quamuis peripneumonia in pleuritidem nunquam mutetur. Sunt etiam aliæ duæ pleuritidis metastases contra naturam, vt pote scirrhus & gangræna seu necrosis. Scripsit enim Hippocrates caduera pleuriticorum dissecta

*Quid sint rari
laterum dolores
apud Hippo-
cratem.
Pleuritis primi-
genia aut succe-
danea.
Pleuritidis ca-
lamitas.*

*Pleuritidis vnde
sanabilis vel in-
sanabilis.
Pleuritidis va-
ria metastasis.
Pleuritidis me-
tastasis secundum
naturam.*

*Materia pleuri-
tidis per vomam
exclusio.
Pleuritidis me-
tastasis contra
naturam.
Pleuritidis mu-
tatio in empye-
ma.
Historia.*

*Pleuritidis in
phthisim mutatio
Pleuritidis in
phrenitidem
mutatio.
Pleuritidis in
peripneumonia
mutatio.
Pleuritidis in
scirrhum &
gangranam mu-
tatio.*

appareat, quoniam illis costæ liuenē ob necrosim, quæ causa fuit mortis. Obseruandum autem est in pleuritide nonnunquam materiam morbificam ad dorsum vlque serpere, vnde rubet & inflammatione obfessum apparet. Quod si id fiat per meta profum criticam, quæ diadoche dicitur, i. per translationem materiæ ad dorsum ipsum relicto priore foco, ad salutem fit & apparet. Si verò id accidat per epigenesim seu propagationem materiæ morbificæ superflite priore foco & symptomatis omnibus, accidit ad perniciem egri. Omnium autem pleuritidis metastases maximè secundum naturam est anacatharsis, i. *καθάρσις* a. thoracis & pulmonum propria: quam procurare & citare fuit semper Hippocratis consilium, ideoque vt ad ipsam anacatharsim materiam pleuriticam præparet tum etiam vt lateris dolorem discuteret & pleuritidem exploraret, primis diebus metu vsus est humidò vel sicco, acri vel suauis, pro ut erat pleuritis natura. Anacatharsis autem huiusmodi esse debet, vt primum libera sit, deinde liberalis, tertio materiæ laudabilis & pepasmi capacis, quarto cum signis coctionem denuntiantibus, quinto sine suspitione perennis affluxus, postremo cum ægri leuatione. Si libera sit, fiet cum spasmate, i. còcussione thoracis, eiusque vires validas, & explicatas pulmonum alas indicabit. Si liberalis sit bona spe consolabitur medicum, quoniam nulla excretio pauca critica esse potest: sed ea tantum quæ liberalis & multa. Materia cuius affluxu oborta in tunica inflammatione pleuritis excitata est, quando expectoratur laudabilis erit si ei exquisitè commixtus paucus sanguis vel pauca bilis, seu potius sanguis biliosus paucus, qui scilicet tantum per diaporesim exudauerit ex ipsa mēbrana, non autem per ipsam anastomosim, rhixim aut diaurosim eruperit. Materiæ autem bonitas principem locum obtinet ad curationem morborum, quoniam bona materia & naturæ consentanea, mitificatur ex facili. Quod si ipsa sit exquisitè biliosa, flaua, pituitosa, nigra, meraca, sui feri expertis, fœdi odoris, spumosa, non bene permixta, in periculo versatur æger quantumuis libera sit & liberalis huiusce materiæ expectoratio, & quò magis multiplex erit numerosiorque in sputo materia, eò res ægri peiore erunt loco. Signa autem concoctionis apparent est necesse non solum in ipso sputo, sed etiam in excrementis, vt certa salus vitæ sperari possit. Præterea nullus metus sit oportet perennis generationis materiæ morbificæ & perennis affluxus, vt est in vrina quæ inflammatione rubet, aut bilis morbosus.

appareat, quoniam illis costæ liuenē ob necrosim, quæ causa fuit mortis. Obseruandum autem est in pleuritide nonnunquam materiam morbificam ad dorsum vlque serpere, vnde rubet & inflammatione obfessum apparet. Quod si id fiat per meta profum criticam, quæ diadoche dicitur, i. per translationem materiæ ad dorsum ipsum relicto priore foco, ad salutem fit & apparet. Si verò id accidat per epigenesim seu propagationem materiæ morbificæ superflite priore foco & symptomatis omnibus, accidit ad perniciem egri. Omnium autem pleuritidis metastases maximè secundum naturam est anacatharsis, i. *καθάρσις* a. thoracis & pulmonum propria: quam procurare & citare fuit semper Hippocratis consilium, ideoque vt ad ipsam anacatharsim materiam pleuriticam præparet tum etiam vt lateris dolorem discuteret & pleuritidem exploraret, primis diebus metu vsus est humidò vel sicco, acri vel suauis, pro ut erat pleuritis natura. Anacatharsis autem huiusmodi esse debet, vt primum libera sit, deinde liberalis, tertio materiæ laudabilis & pepasmi capacis, quarto cum signis coctionem denuntiantibus, quinto sine suspitione perennis affluxus, postremo cum ægri leuatione. Si libera sit, fiet cum spasmate, i. còcussione thoracis, eiusque vires validas, & explicatas pulmonum alas indicabit. Si liberalis sit bona spe consolabitur medicum, quoniam nulla excretio pauca critica esse potest: sed ea tantum quæ liberalis & multa. Materia cuius affluxu oborta in tunica inflammatione pleuritis excitata est, quando expectoratur laudabilis erit si ei exquisitè commixtus paucus sanguis vel pauca bilis, seu potius sanguis biliosus paucus, qui scilicet tantum per diaporesim exudauerit ex ipsa mēbrana, non autem per ipsam anastomosim, rhixim aut diaurosim eruperit. Materiæ autem bonitas principem locum obtinet ad curationem morborum, quoniam bona materia & naturæ consentanea, mitificatur ex facili. Quod si ipsa sit exquisitè biliosa, flaua, pituitosa, nigra, meraca, sui feri expertis, fœdi odoris, spumosa, non bene permixta, in periculo versatur æger quantumuis libera sit & liberalis huiusce materiæ expectoratio, & quò magis multiplex erit numerosiorque in sputo materia, eò res ægri peiore erunt loco. Signa autem concoctionis apparent est necesse non solum in ipso sputo, sed etiam in excrementis, vt certa salus vitæ sperari possit. Præterea nullus metus sit oportet perennis generationis materiæ morbificæ & perennis affluxus, vt est in vrina quæ inflammatione rubet, aut bilis morbosus.

*A pleuritide dor-
si rubor & inflam-
matio.
Anacatharsis
pleuritidis meta-
stasis omnium ma-
ximè secundum
naturam.
Anacatharsis
condiciones.
Anacatharsis li-
bera.
Materia lauda-
bilis.
Materia mala.
Signa concoctionis
Icterus perennis
generations
Materia morbificæ
& perennis
affluxus.
Ægri leuatio.
Pleuritis sua spò-
te curata.
Phlebotomia quæ
do vti in pleuri-
tide nocet.
Cur pleuriticis cō-
steret moriatur
In quo steret sit
oxymelite absti-
nendum.
Indicationes cu-
rationis pleuriti-
dis.
Tria omnium
morborum intra-
ora.*

appareere

Diata pleuriticis præscribenda. id est in alteratione & contemperatione. Diata vero hæc sunt vitæ meabilium, concoctu facilium, omnis alienæ qualitatis expertium & minimè stiferorum. Tot enim conditiones in cõuenientis diatæ qualitate requirit Hippocrates, vt si quæ illarum desideretur, consentanea diata esse non possit. Sed quoniam noster hic auctor Hollerius dixit ineundâ esse vitæ rationem ex methodo illa vniuersali lib. 1. aphor. efficiendum est vt illam methodum intelligatis & in promptu habeatis ad curationem pleuritidis. Aphorismi Hippoc. breuiaria quædam sunt ex libris ab eodem & in diæta scriptis desumpta. Vnde & aphorismi, nomen habent, quasi dicas sententias separatas, non quod sint illæ a se inuicem distinctæ, vt spiræ capiarum, sed quod ex libris alijs breuius exscriptæ & extractæ sint. Horum aphorismorum primus & secundus liber desumpti sunt ex libris 3. de diæt. in acut. In quibus omnibus agitur de ratione cibandi in morbis acutis. Itaque in 1. libro de diæt. acut. hoc spectant Hippoc. disputationes contra cniidios medicos. Quod si vires sint validæ cum securitate & sine infirmitatis metu, prius in curam morbi dum siccus manet est incumbendum, quàm refectioni studendum. Ratio est. Quia vnde natura magis est opis indigens, hac illi ex parte potius est opitulandum. At vbi vires valent cû securitate, natura magis est opi. indigens contra calamitosam vim morbi, quâ contra dissipationem sui. Ergo hic omni ratione tollenda est vis calamitosa morbi potius quàm refectioni & naturæ conseruationi studendum. Validas vires esse colliges ex qualitate corporis, actionibus & excrementis. Qualitas corporis consideratur in colore, characteræ & mole faciei totiusque corporis. Actiones triplices expenduntur a naturalibus b vitales & c animales. In excrementis spectatur qualitas, copia & excrementi modus. Hæc enim omnia si optimè constituta sint, validas vires denunciant. Adieci cum securitate, vel sine infirmitatis metu, quoniam in pueris & senibus vires quidem valent vt nunc, sed cum infirmitatis metu. Quamobrè hæc prima lex in pleuritide sanciat, vt si cui pleuriticus sint validæ vires sine infirmitatis metu (vt sunt ei qui in constanti ætate corpore est solido & succi pleno, nec suum genium defraudauit, antequam in morbum decideret, quiq; hyeme aut certè temperato cælo, non cõtante laborat & in quo reliqua apparent & sunt, quæ virium robor significant) is à cibo abstineat, quandiu sicca pleuritis manet & nihil exprimitur: Si enim cibum ceperit antequam os humescere ceperit, dolor quieuerit, & restituta fuerit spirandi libertas, ipse sibi manus inferet. Oppugnanda igitur potius & lenienda per amotionem causæ morbificæ calamitosa vis pleuritidis, quæ cernitur in doloris acerbitate, & in impedimento officij ad vitâ tuendam necessarij, hoc est respirationis, propter quâ Hippoc. ne ipsû quidè pitafanam exhibere ausus est. Ciborû verò abstinentia facilius hyeme & minus periculose præscribitur, quàm æstate, vbi media cõuenit. Quoniâ hyeme minor est cibandi necessitas. Hæc est cõconomia lib. 1. de diæt. acut. ex quo desumpta est methodus lib. 1. & 2. aphor. At 2. lib. de diæt. docet quid factu sit opus medico vbi in morbo acuto & vehementi vires infirmæ sunt, vel certè valent, vt nunc, sed cû infirmitatis metu. Ira, inquit, in hoc casu medicus se gerat oportet, vt cum naturæ conseruationi studendum sit, semper locum & oportunitatem habeat deducendi potius cibi, quàm necessitatem adiungendi. Quod vt consequatur futurû morbi exitum prouidebit, ex quo intelliget, quò propius ab illo aberit morbus: eò parèlus ægrum esse cibandum: quò verò longius aberit, eò liberaliore & pleniore victu vtendum. Nisi enim hoc præstititerit, cû ad statum accesserit morbus, adiugendi cibi necessitas propter summam viriû imbecillitatè veniet, vnde eger opprimetur & per oppressionem morietur. Ceterû vbi vires effertè languent, non semper eadè ratione omnes ægri cibâdi sunt. Nâ qui sunt biliosj parte ventris superiore, in mediâ difficiliter ferunt quàm qui pituitosj; & qui hyeme laborant, serius quidè sed liberalius: qui æstate, celerius & parcius cibari debent. Hactenus diata ex methodo & præceptis Hippocratis, quæ facile est pleuritidi curadæ accommodare. Ad diætam referenda est decubitus ratio de qua hic noster auctor statim initio disseruit. Pleuriticis autem in latus suum decumbere non debet, quia sic fieret suspensio partis affectæ, quæ dolore auget. Adde quòd dum latus agrû suspensum, subiectû sibi pulmonè opprimit augetq; spirandi difficultatè. Præstat ergo decum-

Quid sint Hippocratis aphorismi. Vnde dicti sunt aphorismi. Vnde desumpti sunt libri primus & secundus aphorismorum.

Scopus libri primi de diætâ in acutis.

Vnde virium robor colligitur. a Ut si ex animi sententia cibum in alio mifficetur. b In pulsu, colore, ut fortiter validè micet arteria. c In motu, in sensu & ijs quæ sine corpore efficiuntur.

Scopus libri seculi de diætâ auctor.

Decubitus ratio in pleuriticis obseruanda.

go decumbere in latus dolens, quia non tam molesta est partis affectæ à pulmone qui suspensio, quàm eiusdem partis suspensio. Non enim in illa ampliat doloris sensus, quia latus diffunditur materia, vt scribit Hollerius, quoniam hoc tantum verum est in pleuritide, quæ suppuratum concepit. Hoc enim quòd latus diffunditur, eò peius, quòd arctius, cogitur, eò minus malum est. At verò tumor omnino contra naturâ crudus, qualis est pleuritis, de qua hic agimus, quòd arctius se colligit, eò maiorem, vt aliquando obseruauimus in coacis. De conditionibus ciborum qui pleuriticis conueniunt iam ante diximus, eos scilicet debere esse meabiles, concoctu faciles, minimè stiferos, & omnis alienæ qualitatis expertes. Nam etsi sani stomachus sine offensione suscipit, coquitq; dura, mollia, acria, leuia, aliq; eiusmodi, in quibus quæuis qualitas exuperet, tamen stomachus ægri minimâ quidem alicuius qualitaris intensiõne sine magna offensione ferre potest. Maximè omnium in pleuritide sunt fugienda quæ adstringunt, quia anacathasim prohibent, ob eamque causam interdicendum esse puto rhabbarbo, non tã scilicet quòd vchementer purget, quàm quòd anacathasim impediatur. Vinû sanis robor, egeris infirmitas, inquit Hippocrates: Et sanè hoc verissimû est in pleuriticis. Cum enim vinû pleuritidis vim auget, corpus quoq; magis faciet infirmû. Auget verò pleuritidis vim, quia, viscera inflamat & causæ morbificæ antecedentis perennitatem efficit, eiusque organum excitat. Quare vino omnino abstinere debet pleuriticus, & si antea bibere consueuerit. Expressiones vulgò dictæ, tor-tura iura, consumpta, destillata excludi debet à diætâ pleuriticorum; quoniâ prædicta sunt quatuor qualitatib' antea cõmemoratis. Sûnt enim acria, & siuifera, quia pleuritis, tota ferè serum sunt carnis, iteoque ægrû damnis auget. Iuuat potius ipsû iuscula herbis medicatis saporata. Perdices pleuriticis non cõueniunt, quia habet ali-quid virosum & acre, & sunt carû carnes nigriores. Hic Hollerius in instauratione pro pauperibus nummos aureos & gemmas cû alimentis incoqui iubet opinione vulgarij pragmaticorum, quam scio nunquam illi probatam fuisse, nihil enim absurdum magis esse potest, quàm putare ad pleuritidis curationem aurum conuenire, cum nihil æquè calidi nostri & spiritibus contrarium sit, atque illud ipsum ceteraque metalla quæ omnia temperamento frigida sunt & sicca: Quomodo ergo ad virium robor tantopere valebit vt illi existimant? Quomodo etiam dissipationem triplicis nostræ substantiæ reparare poterit cum nutritre nequeat? Quicquid enim nutrit, vitæ proportionem habeat necesse est ex Theophrasto: Quod autem vitæ proportionem habet, vitæ particeps sit oportet: Quamuis non omnia quæ viuunt, cum nobis vitæ proportionem habeant, vt carnes quædam & plantæ, quæ nostræ naturæ bellum indixerunt. At aurum non est vitæ particeps, vt nec lapis, neutrum enim nutritur nec augetur, nisi per additionem nouarum partium. Postremò quid est in metallis naturæ nostræ consentaneum? An sulphur, aut argentum viuum, quæ duo dicuntur omnium metallorum principia. De hac re similia quædam annotauimus in caput de letargo. Quod ad margaritas & gemmas attinet, eas præscribitur ad splendorem & illustrationem spirituum, quia ipsæ multum splendent, non earum puluis quo tamen vtitur. Hoc igitur remedium opinione duce potius quàm iudicante ratione inuentum videtur.

Costarum vel lateris dolores, inquit Hippocrates, non abs re fuerit conari fortu discute. Propterea idem Hippocrates in pleuritide sicca & apyristo, id est, sine spati eiectione, quæ magnam habet doloris acerbitem cum spirandi difficultate coniunctam, initio fouet latus affectum, vt excietur naturæ vis & materia morbifica mitificetur, & ad exclusionem præparetur, tum vt meatum liberat & laxitas comparetur. Quod si intra tertium aut quartum diem fouendo nihil proficiat, fouendi finem facit, quia forus hic cum sit calidus, tandem pulmones desiccet & suppuratum mouet, vt pleuriticis ipsos faciat purulentos. De fortuum autem vsu & eorum differentijs lege plura apud Galenum & Hippocratem lib. de diæt. in morb. acut. Atque hæc de fortu obiter dicta sint. Nunc de maioribus pleuritidis remedijs dicamus, vt pote de sanguinis missione & purgatione. Hæc autem remedia non sine defectu in pleuritide vsurpantur; sunt enim ea maximè periculosa, vbi pleuritis liberam & liberalem

Conditiones ciborum pleuriticis exhibendorum.

Rhabbarbari vsus in pleuritide non tutus.

Vini potus pleuriticis noxius. Expressionum consumptorum & destillatorum vsus fugiendus in pleuritide.

Perdicum vsus.

Auri incoctio inutilis.

Duo metallorum principia.

Margaritarum & gemmarum vsus.

Fortis in pleuritide ex Hippocrate.

Phlebotomia & purgatio vsus in pleuritide.

habet anacathasim, sicut & ubi dolor sua sponte quiescit, vel fatus beneficium, ut sit nonnunquam cum leuis est inflammatio. Verum si hæc non sunt, nec sine ope medici curari potest pleuritis, cum ea sit ab humeris affluxu natus, iuanda erit natura ægri remedijs illis vacuantibus, & tumorem ad æquabilitatem reducentibus, scilicet venæ sectione & purgatione. Venæ sectio pleuritidi conuenit ad reuulsionem materiæ, quæ continenter per venas ad partem affectam cursum inflectit, & ad amotionem causæ coniunctæ quæ iam fluxit ad partem & in ea morbum facit. Secari autem debet *ve. i. i. n.* & è directo lateris dolentis vena cubiti interna, id est axillaris interior, quæ vulgò basilica appellatur. Neque audiendi illi qui ex tribus cubiti venis quamlibet secant, quæ magis conspicua fuerit, siue ea sit cephalica, siue basilica, siue mediana. Nam sine delectu quilibet secari periculi plenum est, ut vidimus in vxore Francisci Rassiui huiusce ciuitatis Chirurgi clarissimi, pleuritica. Cui cum detract^{us} fuisset sanguis è cephalica ad duodecim vascula, nullam inde percepit leuationem, quin potius suffocabatur: At cum me auctore missus fuisset sanguis è basilica ad duo tantum vascula, sic totus purulentus effluxit, vnde & mulier ipsa recepit curationem. Aliquando tamen ubi imperitus erit chirurgus, & vena mediana insignior apparebit, satius fuerit eam ipsam secare: Sed si per illam ex thorace sanguinem ducere velimus ut in pleuritide, digito appposito comprimenda erit cephalica, & basilica aperienda si è capite sanguis ducendus sit. Atque ut conuenienter hoc remediū ad pleuritidem vsurpetur, præscribi debet ineunte pleuritide & quando duorum eius symptomatum, doloris scilicet punctorij & difficultatis spirandi summa sunt omnia, non autem affecta iam pleuritide, & remissionis tempore. Quod tamen auctori placet. Est autem in missione sanguinis sicut & in purgatione habenda ægri virium ratio, ne illorum remediõrum vsu in pleuritici commoda peccetur potius quàm ipse iuuetur. Obseruandum etiam est non in omni pleuritide sanguinem detrahi posse ad amotionem causæ coniunctæ, sed tantum in pleuritide superiorum costarum, quæ sit affluxu humoris per venam intercostalem, vnde pleuritis intercostalis nuncupata est, & in pleuritide septi recti, quæ mediastina appellari potest, sitque per venam mammariam. In his enim sanguis mitti potest ad mutationem coloris, ex qua causæ coniunctæ amotio significatur, ita ut rubicundior sanguis fluat, vel liuidus aut niger: Ille alterationem, hic verò alienationem denunciat, vnde morbi focum exhaustum esse intelligimus. At in pleuritide costarum inferiorum quæ sit per venâ *ve. i. i. n.* & hypochondriaca dicitur, quia dolor ad hypochondrium vsque venit, nec in iugulis vllam dat sui significationem venæ sectio ad solam antecedentis causæ conuulsionem conducit, quoniam in ea citius exhauriretur totus venæ caua truncus quàm ipsa materia coniuncta euacuaretur. Itaque Hippoc. in tali pleuritide catharticū exhibuit ad exclusionem morbi, sed antequàm illud exhiberet, latus diutius fouendum esse putauit, ut corpus faceret *de. i.* atque meabile, materiam attenuaret & robur naturæ conciliaret. Fouit verò diutius quàm in alia pleuritide, quia in hac metus non est resuscitationis pulmonum neque etiam suppurati. Ab vsu fatus, costæque pleuritide hypochondriaca, catharticum propinquit. Hippocr. quod virtute sua purgante materiam morbificam extirparet, deducendo eam per venam cauam in aluum. Quod ex facili fit in humore tenui & bilioso, qualis ferè est qui committit pleuritidem. Purgandum autem est initio morbi per aphor. 29. lib. 2. Nam in morbis acutis cum raro purgandum sit, si quando est purgandum id per initia faciendum, quia tunc temporis materia turget, ut docet Hippocrates aphor. 20. lib. 3. purgationem magis suadebit pleuritis vaga & erysipelatodis, ac si quis natura, temperamento scilicet & habitu vitæ insitituo biliose, nimia bilis abundantia factus fuerit pleuriticus ex lib. 3. de morb. Purgantia autem medicamenta duo maximè commendat Hippocrat. 1. de diæt. in acut. Veratrum nigrū & peplium, eaque commendat non ignorantia aliorū medicamentorum, sed per delectum. Quod ad subducendam per aluum materiam coniunctam quæ in inferioribus costis circa hypochondrium stabulatur, omnium sint præstantissima, si iure & loco dentur. Eodémque modo quem & Hippocr. ipse loco citato, & Galenus in comm. exponit. Neque enim ægrotum carnifex fuit

fuit Hippocrates, qui de melicrato metuit, de oxymelite, de vino, itemque de aqua, si non conuenienter exhibeantur.

Hollerius sub finem huius capituli ad pleuritidem præscribit eclegma, quod lohot vocatur: ego ex quo medicinam feci, nunquã eclegmate vsus sum ad pleuritidē (nisi forte ea affecta) quoniam illud intercipit vias spiritus. Nam si Hippocrates interdixit pituita in difficultate spirandi, quòd cum glutinosa sit, contumaciter ad vias spiritus adhærescat: Annon multò magis eclegmate interdiciendum erit, quod est glutinosus? Omnia igitur quæ pleuritico exhibentur, sint malactica, paregorica, & pituitæ anagoga.

Cataplasma ad pleuritidem fiet ex butyro recenti agitato in lance, si ipso potest obducatur gossipium carpum vesica quoque suilla eo quo dictum est modo conducit. Reliqua cataplasmata quæ hic describuntur non ita conueniunt. Ex pudendo cerui puluerem conficiunt mulieres huius ciuitatis, quem cum aqua cardui benedicti exhibent pleuritidis ad pondus ʒ. j. At illæ ipsæ mulieres si quando pleuritide tentantur, medicorum opem implorant, & ab ijs sui mali possunt remedia, nec suo tam præstanti puluere vtuntur: Sic,

Ignotum tu nobis præponere notis.

Cognita iudicio constant, incognita casu.

ANTON. VALETTI EXERC. XXVI.

Illebens in membranam costis subrensam sanguis tenuis & biliosus (crassus & inflammatioem, pleuritidem, mutuato ab affecto loco nomine appellatam, gignit. Talis verò phlegmone ad tria morborum genera referri potest. Quatenus enim tumor, ad morbum in compositione: ut inflammationem sequitur calor & tensio, ad intemperiem reducit. Ec quia tussis ab hoc affectu separari nequit, dum rumpitur abscessus, & effusa in spatium thoracis sanies in asperas pulmonis arterias recipitur, tussiendoque excreatur, soluta quoque vnitas adest. Pathognomonica pleuritidis veræ à spurie notis distincta signa fusè describuntur ab Hollerio ex Galeno cap. 2. lib. 5. de loc. malè affect. lib. 12. & 13. Meth. itemque comment. 1. in lib. de Humoribus secundum Hippocratem.

Affectum hunc, quia fluxionis sobolem esse intelligimus, & inhibitionem materiæ affluentis, ijs maximè in inflammationibus, quæ sunt *ve. i. i. n.*, esse vacatione priorem ex Galeno didicimus, basilica dolentis lateris secatur: quæ tamen præterquam quod reuellit, deriuat etiam commodè & euacuat. Promptè, vel ante solutam aluum, ducitur sanguis: alioqui dolore, ardore, & partis debilitate perpetuo attrahentibus, magis phlegmone exasperatur. Sanguinis detrahendi modum doloris conditio, corporis habitus, & anni tempus indicabunt. Quanquam verò sanguinem vsque ad caloris mutationem mittendum præcipiunt, nisi vel malignitas inflammationis, vel vires hoc denegent, & ægri facile propter calidam atque humidam temperiem, qualis est in pueris, & iis quibus mollior corporis habitus, resoluantur: cauendum tamen diligenter, ne missione sanguinis copioso vires multum atterantur, in quarum robore salutis spes in pleuritide consistit. Cathartica valentiora non imperantur, ne agitato corpore fluxionem augeant. Itaque leuior erit purgatio, qualis hæc.

℞. rh. elect. ʒ. 2. infundantur in decoct. pect. cum santal. cit. ʒ. ʒ. in expressione leui dissol. syr. de hysopo, vel capil. ven. & cathol. an. ʒ. ʒ. f. potio.

Rhei sic imperati adstrictio tanta non est, quæ sputo expellendo oblit, vel mediculosis medicis subuerentur.

Quoniam autem coniunctæ pleuritidis materiæ vacuandæ ratio & viâ comodiore non est, quam per asperam arteriam, eclegmatis, syrupsis, vel *ve. i. i. n.* a-pozematis promouebitur sputum, non omissis interim etiam ab initio, topicis anodynis paulò post explicandis. Magis alijs placet syrupsorum, quàm eclegmatum vsus, quòd internam asperæ arteriæ capacitatem promptius subeant, quòdque longè sint paratiores. Si itaque sputum admodum tenue incrassandum sit, hæc formula præscribetur.

R. syr. de glycyrrhiz. & iniub. ana ʒ. i. Misc. utatur eclegmatis loco cum baculo glycyrrhiz.

Vel syr. violaceus in hanc rem faciet. Syrupis licebit aliquid diacodij immiscere. Aut:

R. cass. recens mundata ʒ. 6. diatraganth. frig. ʒ. ʒ. pitular. hypoglottid. ʒ. 2. sacchar. cand. ʒ. 1. B. radice ireos Flor. ʒ. 1. syr. capill. vener. & de glycyrrh. an. q. s. f. elegma. Adde si velis, confer. ros. borrag. bugloss. ana ʒ. 1.

Aut si sputum præ lentore & crassitie expelli non possit, ex vsu erunt incidentes syrupi.

R. syr. acetosif. simpl. & capill. ven. ana ʒ. 1. utatur cum bac. glycyrrh. vel: R. oxym. scyllitic. ʒ. ʒ. de hyssop. & acetosif. ana ʒ. 6. c. vi ante.

Quod si fortiore sit opus, ex eclegmatis ad asthma ʒ. ʒ. radice ari. prius in hydromelite cocti ʒ. 1. syr. de hyssop. & oxymelitis simpl. ana ʒ. 6. fiet lohot. Saepè accidit, ut vna sputum promouere, & vires recreare oporteat: atque cum tabellæ, opiatæ, condita instituantur.

R. confer. rosar. borrag. bugloss. enul. campan. ana ʒ. 2. diatrag. frig. & diain. simpl. ana ʒ. 1. B. penid. ʒ. 2. electar. de gemmis ʒ. 1. rasur. eboris. cor. cer. ana ʒ. ʒ. cum syr. iniubino fiat opiat. vel cum sacch. conditum.

Contingit aliquando, ut copiosa sit fluxio, quæ se in pulmones receptat: in ea, quæ sanguinem incrassant, catarrhumque sistunt confugiendum, etiam sputi educationem remorentur. Nam suffocationis periculum, quod à catarrho impendet, magis virget.

R. confer. ros. antiq. ʒ. 1. ther. veter. ʒ. ʒ. bol. arm. lota in ap. ros. ʒ. 1. cum syr. ros. succ. aut papauerino f. opiata. Utatur hora somni ad magnitudinē nucis auellana.

Sed de reliquis id genus remediis plura cap. de catarrh.

Extrinsecus adhibenda, quæ foras trahunt, linimenta catasplamata. denique fomenta si tenus ab his largioris attractio materiæ non metuitur, vel si pleuritidis sit notha, vel à statu, aut fluxione exigua.

R. olei keirin ʒ. 1. olei anethini ʒ. 6. olei lilior. ʒ. ʒ. f. litus superposita lana succida

Syluius duos aut tres parabat sacculos ex floribus chamæm. melil. aneth. fur. fur. melil. solis in farta. fixis: quos iubebat admoueri nunc lateri, nunc ad anteriorem thorac. partem prope collum, per quam flueret humor, ut eius fluxionem sisterent.

Efficacissimum est hoc vnguentum.

R. olei amygdal. dulc. & irini ana ʒ. 1. axung. gallin capî, anser. cucinul. butyr. recet ana ʒ. 1. croc. gr. ʒ. cum rantiillo ceræ fiat vnguentum.

Periclitatores empirici in oleo ceræ arte Chymica extracto cum vino albo aut aq. cardui, epoto, vel etiâ per se lateri illito, summâ pleuritis medelam reponunt.

Cataplasmata si admoueantur, videndum ne crebriore eorum vsu pus promoveamus, dum solam diaphoresim consilium esse moliri. Versa enim in empyema pleuritis nefasta.



HOLLERIVS.

De 1 Sputo sanguinis. Cap. 27.

Sanguis expuitur à thoracis venis 2 niger, 3 grumofus 4 foetidus, cum doloris sensu. A pulmonibus 5 flauus, tenuis, 6 spumofus, sine doloris sensu. Atque hinc rupta, exelsa, aut aperta vena. Rupta affatim erumpit ex clamore, casu, concussionem pectoris, perfriktione, plenitudine. Plenitudo ex ratione vitæ, suppressis mensibus, aut solempni aliqua vacuatione. Exec-

1 Symptomate sibi simplici, tum cum phlegmone cernuntur. 2 Quia crassus non arteriosus. 3 Quod in capite tate constituit. 4 Quandoquidem sit corruptus. 5 Refert enim pariter, unde manat idam. 6 Crebro pulmonis motu.

sis 8 sens-

sis 8 sensum & per interualla ab humore acri, quem vel caput demittit, vel ratio 9 vitæ, aliquando etiam inedia 10 collegit. Apertis ex 11 calidiore & humidior ratione vitæ. Ruptis glutinantia, quæ citra morsum siccât: ex eis 12 cibi boni succi, & pharmaca sarcotica: apertis adstringentia conueniunt.

Expuitur sanguis ab arteria aspera, tumque dolor sentitur. Omnino paucus sanguis expuitur ex faucibus & ore, cum screatione, non tussi. Tussis enim excitatur, cum ab arteria, pulmone, thorace, 13 sanguis excernitur. Ex gingiuis tantum leui sputatione eiicitur. Aliis à capite defluit, non ad eum paucus, niger, læuis, linguam & palatum commaculans, titillans, ad nares grumos relinquens, ex vulnere, frigore, ebrietate, & capitis plenitudine. Qui si parte aliqua in arteriam defluit, tussis irritat leues, facileque gargarismis 14 adstringentibus supprimitur. Sanguis quoque aliquando euomitur à ventre, liene, hepate, proximisque venis niger, grumofus multus. E stomacho verò aut œsophago admodum 15 exiguus reicitur. Hæc omnia igitur, priusquam remedia instituas, distinguenda sunt.

Curatio sputi sanguinis è pulmonibus.

Inedia, silentium, leuis respiratio, veneris & vini abstinentia, quietum animi, tum corporis imperanda sunt. Medicatis alimētis vitæ dum est, quæ morbo conueniunt.

Si à capite defluxio supprimentenda ex iis, quæ cap. de catarrho dicta sunt. Componenda tussis, quæ vexat grauius. Sanguis, ex interna brachij, angusto vulnere, modica quantitate, bis aut ter vna die, aut duabus detrahi debet, sed viribus constantibus. Nam in infirma muliere Romana Gal. lib. 5. Method. sanguinem non detraxit: quâ tamen percurauit, cum venisset initio (hoc autè initium 1. 2. vel 3. die) paucò sanguine excreto. Si plenitudo in causa est, largius. Si suppressis mensibus, vena cruris aperienda est, & aliis artibus mensis irritandus. Iniicienda vincula coxis & brachiis, ad articulos, & in eisdem locis adhibenda frictio. Cucurbitulæ hypochondrijs, ilibus, atque inguinibus affigendæ. Sanguisugæ in pectore affigendæ sunt: tum remediis, quæ intrò assumuntur, & topicis vtendum est.

Comparentur illa ex adstringentibus, portulaca, plantagine, polygono, omphacio, sumach, galla, cortice glandium, radice rubi, consolidæ, althææ, centaurij maioris, hæmatite, electro, corallo, balauistiis, rosis. Alius ordo.

Bolo armeno, terra sigillata, sanguine draconis, gummi arabici, tragacantha, thure, mastiche, myrrha, melle cocto. Hæc postrema ruptis venis magis conueniunt, ut illa apertis. Oportet autem vitæ omnino, quæ nimium astringunt. Propterea medicamenta hæc ex glutinantibus, adstringentibusque mixtis componuntur: ut si aperta vena est, adstringentia: si rupta, glutinantia superent. Sed quia horum vis non facile penetrat, necesse est aliquid admiscere eorum quæ tenuium sunt partium: qualia sunt aromata, spica, cinnamomum, santali, doricum, & similia ex particularium compositio. Gal. libro 7.

8 Quia distillatio nes à capite, quia tussiculosos & rancos homines reddunt per exosionem vasis tabi afferunt. 9 Cuiusmodi est vsus casus putri & lepræ marini. 10 Præsertim in bilis. 11 Ut vini generosioris vsu. 12 Ad siffarco. sim faciendam. 13 Thorax enim tussis se expedire contendit omni molestia, ut ventriculus vomitu & cerebrum sterutamento. 14 Ut ex decocto plantag. balauisti centinodij, succo granatorum, & aqua rosacea. 15 Quia parua habet venam.

Atque vbi immodicè perturbat tuſſis, etiam narcotica miſceri debent, opiũ, ſemè papaueris albi, ſemen hyoſcyami albi, & cicuta cortex radicis mandragoræ, philonium, theriaca vnius anni.

Particularia remedia.

Xenocrates apud Gal. hædi ſanguinem nondum concretum cum pari menſura aceti elixabat, dabátque tribus deinceps diebus. Doſis iij.

Frequens vſus antiquis, maximè initio, atq; vbi grumorum ſuſſipitio, oxycrati diluti, i. aceti ita commixti aquæ, vt bibi poſſit. Acetum quoque in vſu fuit: ſed animaduertenda ſunt, quæ de oxymelite proximo capite annotauimus.

Coagulum cerui, hædi, leporis, Græcis & Arabibus hac in re cõmendatur, quod mirum eſſe poſſit, cum natura ſit acii, digerente, & exſiccante.

Aueroës & Arabũ familiæ parte aliqua refrigerare, adſtringere, & reprimere ſcribunt, aut elementari qualitate, aut proprietate quadam. Certum eſt experimento, quod & Dioſcorides ſcripſit, & in lacte probari poteſt, diſſoluta coagulare, coagulata diſſoluere. Deinde modica quantitate exhibetur, & ex ijs, quæ vim acrimonix reſtingunt.

Doſis ciceris magnitudo ex oxymelite, vel poſca, ſi grumi diſſoluedi ſunt. Alioquin ex aqua ferrata, plantaginis, & ſimilibus.

℞. coralli rub. torrefacti, & in aceto extincti, terræ ſigillatæ, ana ʒ.ʒ. ſpicæ ʒ.ʒ. cum ʒ.ij. ſucci portulacæ, aut polygони, vini granatorum, lactis vſulati, ſ. potus. Vel ex eodem corallo, terra Lemnia, bolo Armena, cum ſyrupo roſ. è ſiccis, vel myrtillorum, concinnabitur potio. Rhabarbarum manditur, datur in ſubſtantia cum aqua plantaginis.

Herbas dat Celfus edendus ſanguinalem, plantaginem ex aceto. Sunt qui animalium oſſa cum ſuis cartilaginibus & tendinibus ſiccata in puluerem redigant, quem cum aqua aſtringente potui dent.

℞. carniũ limacum coctarum in vini aſteri, & aquæ plantag. ʒ. ij. conferuæ consolidæ maioris, & roſ. an. ʒ. j. Cum decoctione limacum fiat diſtillatio in alembico.

℞. ſuprà dicti diſtillati ʒ. j. coletur per manicam Hippocratis, cum ſacchari roſ. diſſoluti in aqua plantaginis ʒ. ij. ſantali, ſpicæ ana ʒ.ʒ. Symphyto ſapè vſi ſunt veteres in ſanguinis reiectione, quemadmodum Galen. lib. de theriaca hanc vluſpauit cum ſymphyti decocto.

Puluis è limacibus in tegula ſiccatis, ſanguinem comprimit.

Idem præſtant trochiſci de carabe, de terra ſigillata cum decocto hæmatitis cõquaſſati: athanaſia cum decocto polygони, vinam ſaluiatum. Aut.

℞. lapid. hæmatitis, bol. arm. optim. corall. rub. nummiæ, pulmo. vulp. ſicci ana ʒ. j. ſeminis botrios, cinnam. ana ʒ. j. ſacch. roſ. ʒ. ʒ. cum mucagine tragacanthæ extracta in aqua ſaluiæ vitæ & myrtillor.

tillor. ſ. troch. Vel incorporentur in conferua roſ.

Vbi viribus metuitur, expreſſionibus vtendum eſt è perdicibus, turturibus, quarum ventres adſtringente materia farciantur. Aut diſtillata hoc modo imperanda ſunt.

℞. conferuæ roſ. cornorum, ſymphyti ana ʒ. ij. electarij diarrho. Abbatis, diamargar. frigidi, triafantali, aromatici roſati ana ʒ. ij. ſpicæ, cornu cerui, coralli rubri, puluatorum ana ʒ. j. ʒ. trochiſcor. de terra ſigillata, de carabe, de ſpodio ana ʒ. iij. ſeminis acetofæ, portulacæ, plantaginis ana ʒ. j. aquarum portulacæ, roſarum, plantaginis, vini granatorum ana ʒ. iij. decoctionis duarum turturum, & vnius perdicis ʒ. iij. cum mica panis albiſſimi inſuſi in vino granatorum, & carnis vnius capi fiat diſtill. Coletur per manicam Hippocratis vt priùs. Licebit, etiam parare ſyrup. è ſuoco plantag. vngula caball. centauro, ſcabioſa, bipinella, quo tanquam lohot vtatur.

℞. teſtarum oui, detracta membrana interiore ʒ. ij. pulueriſentur. Dentur ex aquæ plantaginis ʒ. iij. ſucci ſaluiæ ʒ. ij. ſacchari roſati ʒ. ʒ. Detur ieiunis.

℞. gummi arabici, tragacanthi aſſi, boli armenæ ana ʒ. j. coralli torrefacti, cinnamomi ana ʒ. ʒ. Ex lacte cocto eodem modo ſucci ex ſupradicta materia ad ʒ. ij. aut iij. per ſe exhiberi poſſunt. Poterit inſpergi ʒ. j. eorum, quæ comminui poſſunt, aut decoquuntur in aqua pluuiali, in lacte, in aqua ferrata, aut ſimili.

Centinodium & in iuſculis coctum, & partibus adhibitam efficaciffimum comperi reiectione ſanguinis, menſtruis, &c.

Similiter hordeata, lac amygdalinum, ex eiufmodi liquoribus parari debent, iidemque pulueres inſpergi poſſunt. Interim quotidie aqua hordei cum ſaccharo roſaceo, ſyrup. è roſis ſiccis, ſyrupo myrtill. ſanguini temperando erit accommoda. Vſu autem adſtringentium aliquando ſputum ſupprimitur, & fit ſpirandi diſſicultas: vbi ad lenientia redeundum, vt paulò poſt obſerabitur.

Admouenda thoraci, non quæ adſtringunt vehementer (horum enim vis ad pulmonem non penetrat, cogitque ſanguinem in pulmones) ſed iam vacuata copiâ, ſedato motu, vinum adſtringens, cum oleo roſato, myrthino, cydoniorum. Commodum erit emplaſtrum præſcribere, pectori, dorſo, & lateribus affigendum. Quale hoc eſt.

℞. ceræ, pic. reſinæ pini, bitum. ana ʒ. j. mannæ thuris ʒ. vj. ceruſ. ʒ. iij. vitrioli ʒ. iij. opopanax. ʒ. ij. ol. quod. ſaceti ʒ. xx. Confectionis modum petito ex cap. 4 lib. 3. de materia chirurg. Hyeme etiam nardinum conuenit cum lana ſordida in eo madefacta, & appreſſa pectori. Loco vini, aceti vſus eſt æſtate, benè carnoſo corpore, robuſto genere neruoſo, nec vrgente tuſſi.

È thure, terra ſigill. bolo armena, oui albumine incorporatis cataplaſmata ſiunt adiungenda thoraci, adiungunturque poſt vſum lane ſordide prædictæ. Quòd ſi malum ex perſiſtione ortum eſt,

rapia, sinapi, & quæ ex his conficiuntur medicamenta ex vfu sunt. Oportet autem hæc permittere, dum calor medicamenti penetrat. In grauiore tuffi philonij aliquid imperabis, quod aliter Græcis, aliter Arabibus describitur.

Philonium Græcorum.

℞. piperis albi ʒ. xx. opij ʒ. x. croci ʒ. v. feminis hyofcyami albi ʒ. xx. spicæ nardi, euphorbij, pyrethri ana ʒ. j. excipiantur melle cocto.

Philonium Arabum.

℞. papaueris albi, hyofcyami ana ʒ. xx. opij, terræ sigillatæ ana ʒ. x. hæmaritis lapidis, croci ana ʒ. v. castorei, spicæ, cophorbij, pyrethri, margaritarum non perforatarum, carabe, zedoariæ, daronici, galliæ moschatæ ana ʒ. j. caphuræ ʒ. j. cum melle ros. colato incorporentur. Dosis est à ʒ. β. ad ʒ. j. cum succo arnoglossi, aut vino diluto modica aqua rosarum.

Rhazes Philonium sic describit. ℞. piperis, ameos, foliorum rutæ, mentastr. castorei, baccar. laur. cumin. an. ʒ. j. opij, mandrag. feminis hyofcyam. alb. ana ʒ. j. mellis q. s. quoniam scilicet omnium dosis ʒ. j. aut ʒ. iij. Si addas dacrydij. ʒ. j. fiet solutiuum.

Idipsum, vel philonium Romanum, cum polygonij succo vehementi tuffi, vigilis, fluxionibus medebitur. Vel.

℞. nummiæ puluerat. ʒ. ij. mastichis ʒ. ij. cum mucagine tragacanth. extracta in aqua saluæ fiant hypoglottia.

Trochisci de bolo armena, & similes cum pulueribus conuenientibus & syrup. ros. sicc. in modum lohot sumi poterunt.

Meminiſſe verò oportet nunquam vtendum eſſe narcoticis recens paratis, ſed ſemestre ſpatium eſſe expectandum, aut eò plus.

Nec ſtatim his vtendum eſt, ſed tentatis priùs leuioribus remediis, & vbi natura robuſta eſt. Datur tamen interdum theriaca recens, vt quatuor menſium, craſſioris fabæ magnitudine, ſomni conciliandi gratia, fluxiones ſiccandi & craſſandi. Exhibetur autem vespere. Poſtridie quoque, perſeuerante fluxione datur eodem vespertino tempore, ſed quantitate paulò minore. Quæta verò iam fluxione, manè ſumitur, ſed ætate vigente, vt annorum 10.

Vel ex ſyrupi de papauere, de iuiubis, rosarum de ſiccis ana ʒ. j. parabitur zulapium ad ſomnum promouendum, & fluxiones præpediendas accommodatiſſimum. Multa ex quinto methodi colligenda ſunt, quæ ad ſputum ſanguinis pertinent.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Aναφρονοι, quali αναφρονοι, sursum ferentes, & ἀναφρονοι Græcis dicuntur, qui ex inferioribus partibus per os sanguinem reiciunt. Ex ore quidem & gingiuis, si expuitione prodeat sine tuffi, & paucus: è gutture, si cum screatur: ex aspera arteria, si cum tuffi leui: ex pulmone & thorace, si cum tuffi vehementi. Sed vehementior adhuc tuffis est, cum è thorace reicitur, quia primum ad pulmonem trahitur, & inde per asperam arteriam deturbatur. Vomitu redditur è ventriculo, siue è cerebro defluerit, siue ibi concreuerit, aut casu, vel percussione, vel erosione cumulatus fuerit. Interpretamen Coacorum prælagiorum ita habet. Qui spumofum sanguinem vomunt, dolore infra septum transuersum non existente de pulmone vomunt. Et quibus quidem magna in ipso vena rumpitur, multum vomunt, & in periculo versantur. Quibus verò minor, minus educunt, & feruiores sunt. Quamquam Galenus refert quendam in palæstra graui plaga accepta, ferè duas cotylas sanguinis tuffiendo expuisse, qui statim secta vena, & adhibitis iustis remediis conualuit, & in posterum superuixit. Ergo ab apertione venæ, aut ruptione in maiore quantitate reicitur, idque tutius est, licet non sine periculo. Ab erosione verò in exigua. Hoc deterius, ferèque primum tuffim siccam excitat & magnam: aliquando copiosior, cum vas insigne exesum cum vlcere pulmonis, & lateris sinistri dolore, vnde sequitur tabes. Distingendum etiam diligenter an acrior sanguis & vitiosior distillationem excitet, & in pulmonem confluat, vnde fiat erosio: an vitio pulmonis & imbecillitate excrementum ibi colligatur, quod putrescat: an suppressi menses, aut consueta aliqua vacuatio. Cum reicitur niger & concretus, & antè fluxit è naribus, indicium est è cerebro in pulmonem profluxisse, aut asperam arteriam. Cognoscitur autem à carne seu propria substantia pulmonis vlcerata exire, duobus signis certissimis: vno si sit spumofus, vt scribit Galen. commentar. in aphorism. 30. lib. 7. modò tamen spuma, si firma maneat. Nam aliquando venis ruptis, aut thorace vlcerato, licet raro, & non necessariò, spumofus expuitur sanguis, si agitatio quædam ac motus accedat, vnde spuma illi inducatur. Sed hæc citò euanescit. In pleuritide etiam raro spumofus, licet id aliquando contingat. Alterum est, si carunculæ & ramenta vasorum similiter excreta, & propriam visceris substantiam referentia simul appareant. Spumofus autem est, quia leuis, tenuis, aëreus & spirituosus sanguis, quo nutritur pulmo, quibus accedit motus, & aëris inspirati commotio. Lege cap. 6. lib. 4. de locis affectis. signa Metho. 5. Particularia remedia 7.

Remedia sunt phlebotomia, potus aquæ, silentium, parcissima vita, exigua respiratio, frictio & vincula extremorum, potiones ad reprimendum sanguinem. Cucurbitulæ in regione hepatis, epithemata, vnguenta, condita, linimenta, syrupi incraſſantes, ligaturæ, coctio materiæ, purgatio, dissolutentia sanguinem coagularum, cientia sputum. In erosione, priusquam sanguinem expuant, ad diuersionem angusto foramine vena secanda, purgandum, diuertendus catarrhus, caput & pulmones confixandi. In multitudine humorum è thorace expurganda habetur ratio. ne materia supprimatur, nève sanguis irriteretur. Etenim suppresso sputo lenientia iterum veniunt vsurpanda. Oxymel & acetum suspecta, si puer, aut mollis æger, macilentus, neruoso genere imbecilliore, asperiore tuffi, sputis craſſioribus, aut liquidioribus, ægro debili, & sene. Frequenter referenda phlebotomia, si vlcus non est, si recens malum & non inueteratum, si vires firmæ. E facibus & tonsillis minùs periculi ab arteria plus à pulmone plurimum. Inde enim suppuratio, & tabes.

Galen. libell. de vena sect. contr. Crassitatis.

Sanguinis à propria pulmonis substantia manens signa.

IN CAPVT XXVII. DE SPVTO Sanguinis.

DVRETI ENARRATIO.

DE SPVTO. Generale nomen est sputi.

Sanguinis. Hæc affectio dici potest anagoge cruenta symptomatice par-

tium unde manat, & per quas fertur.

Niger grumosus. Omnis enim sanguis in capacitatem effusus grumescit præter sanguinem cerui c. 9. li. 3. de histor. animal.

A pulmonibus. Et per pulmones.

Flauus. Quia omne excrementum præ se fert ideam partis unde manat. Sine doloris sensu. Tum in thorace, tum in hypochondriis. Qui enim sanguinem spumantem per os effundunt, si ab hypochondrio dextro laborent, ab hepate spuunt, & multi moriuntur.

Pleniitudine. Maximè à decimo octavo ætatis anno ad tricesimum quintum.

Suppressis mensibus. Cùm scilicet materiæ menstrualis per locos exitum non habentis, sit sursum anadrome.

Aut solenni aliqua vacatione. Vt hæmorrhagia naturali consueta, aut dysenteria cruenta in iis qui altero sunt crure mutili.

Rupis. Ab ictu, casu, lapsu, frigore.

Tumque dolor sentitur. Quoniam sensu exquisito prædita est. Quod ipsum doctet angina cum dolore intolerabili coniuncta.

A capite defluit. Suppressa inconsideratè hæmorrhagia, aut sanguinis deriuatone à naribus per palatum ad fauces.

A ventre. Ab aluo & per aluum.

Adstringentibus suppressitur. Vt ex decocto balauisticorum, centinodiarum, aqua rosarum.

Grumosus multus. Quia in aluo spaciosa facillimè grumescit.

Inedia. Vt scilicet copia sanguinis minuatur, plethora depleatur, unde sæpe fit anagoge.

Silentium. Vt scilicet pars quiescat. Quies enim necessaria est tum ad curationem, tum ad feritatem sanguinis compescendam.

Vini abstinentia. Quoniam vinum plethoram facit, sanguinis feritatem inducit atque adeo orgasmum & gargarisimum parit.

Quies animi. Quoniam omnis animi perturbatio sanguinem, spiritum & calorem ad cor trahit & pulmones.

Medicatis alimentis. Quæ non minus pugnent cum morbo, quam ipsi naturæ studeant, vt sunt iuscula herbis medicatis saporata sanguinis orgasmum prohibentibus, vt sunt lactuca, portulaca, intybus, borrago, buglossum: quin etiam hordeatum papauere saporatum.

Si à capite defluxio. Quæ faciat erosionem.

Dicta sunt. Vt diacodio, syrupo nenupharino, pilulis de cynoglossio, diatrachacantho frigido, abstinentia vini.

Componenda iustus. Nam fræquenti continua & vehementi concussione sanguis incitatur, vasa rumpuntur, aperiuntur & exeduntur.

Si suppressis mensibus. Qui per anadromen faciunt anagogen, vt suppressa dysenteria in altero crure mutili.

Mensis irritandus. Frictione, cucurbitulis fœminibus admoouendis, fotu, pessario, decoctis hystericis non insigniter calefacientibus.

Vitare omnino qua nimium astringunt. Omnis enim hæmorrhagia quæ vi suppressitur, in pulmonibus oppressionem facit.

Xenocrates apud Gal. Non ad suppressionem anagoges; verùm ad dissolutionem grumi

Anagoge.

Sputum sanguinu ab hepate.

Adstringentia.

Vini abstinentia.

Quies.

Medicata alimentis.

Atusfimala.

grumi & sanguinis concreti. Sanguis autem hircinus soluit adamantem suo virore cum tenuitate, nihil verò ad calculum confert.

Qua de oxymelitis proximo, &c. Ex distinctione nostra (dico) ne sit lienterica alius, nec humoris melancholici fermentatio, nec mulier quoque hysterica.

Vel posca. Id est oxycrato, seu aceto multa aqua diluto, vt bibi possit.

R. coralli rubri. Ad anagogen cruentam quæ fit per anastomofin.

spica. Nardi scilicet, vt fit optimum vehiculum rerum adstringentium & anastomofin claudentium.

Vel ex eodem corallo. Vt.

R. coralli rubri, boli armena. (Non terra lemnia, quia vera caremus) conserua ro-

far. symphyti maioris, sanguinis draconis ana 3. ij. vel 3. li. mumie 3. r. spica nardi 3. ij. excipiantur aqua pluuiali, vel aqua rosarum, in qua dissolutum fuerit saccharum rosatum, fiant trochisci cum mucagine tragacantha.

Rhabarb. manditur. Ad erosionis causam, & ad ipsam anastomofin: nam rhabarbarum adstringit.

Cum decoctione limacum, fiat desillatio. Huc pertinet & aqua stillatitia nucamentorum salicis, saccharo rosato condita, & in formam iulepi redacta: qua nullum præsentius vidi medicamentum ad sistendam anagogem:

Athanasia. Descripta apud Nicolaum Myreplicum quæ ab immortalitate nomen habet.

Vbi viribus metuitur, expressionibus. Reice, salua præceptoris mei autoritate, omnia expressa & omnia tortiua iura, ac vt ere gelatina: præterea consumptis

vulgo dictis, ex pedibus vitulorum & capis.

Astringente. Vt sumach, malo granato, & granis mali punicis.

Aceti vsus est astate. Nisi tussis irritatio metuatur.

Philonium Gracorum. Cuius descriptionem lege lib. 9. de com. med. & in loco, vnde collecta est hæc formula. Eo autem in loco, carmina sunt Philonis cum interpretatione Galeni grammatica Rhetorica, Philosophica.

Sanguis hircinus

Rhabarbari manso. Aqua stillatitia nucamentorum salicis.

IN CAPVT XXVII. DE SPVTO SANGVINIS.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

TERRIFICA est sanguinis per os effusio seu expulsio, quia hæc pars huic operi Anagoge sanguinis non est dicata. Ita que naturalis esse non potest anagoge per os lib. 5. aphor. quibus terrifica

anagoge nomen vsurpauit summus præceptor. Sanguis in ventriculo grumescit, in pulmonibus ruptionem, erosionem, anastomofin facit, unde fit peripneumonia, & phthisis. De quo scripsit lib. 3. Epid. quælibet est vltima. Omnis autem

tem sanguis qui sursum fertur & excluditur, metum affert malæ causæ & mali signi, in malis est ducendus, vt causa & vt signum. Exterreti non debent ægri nec Medici in sanguinis profuuo naturali. Naturaliter feruntur mensura & puerperia in mulieribus. Naturalis est sanguinis per nares profusio in iuuenibus, cum Venere agnoscere, & vocem asperioreni edere cœperunt.

In naribus enim nihil periculi est aut sinistri, & hic est commodissimus aquæ ductus tum ex se, tum ex euentu. Ac qui per nares sanguis fluit, non fit purulentus, nec grumescit. In vtero sæpe sanguis grumescit. In hæmorrhoidibus multa sæpe mala contingunt, vt in ano tubercula læuissima funditur sanguis in muscutorum interstitia, grumescit: Omnis verò sanguis grumosus est & venenosus. Vade Themistocles epoto sanguine taurino grumoso interiit, vt ait Aristoteles. Non potest effundi sanguis, nisi vis afferatur proprio sanguinis receptaculo, vt anastomosis, quæ vix potest reparari. Verùm

Sanguis qui sursum fertur, malus.

Naturalis fluxus sanguinis.

Sanguinis grumosus venenosus. Sanguinis profusio critica.

criticè sit excretio sanguinis in iis qui ardentè febricitant. Anagoge in pleuritide laudabilis est, cum impulsu naturæ, naturali materiam motu & meatuum libertate. Sed natura non dicitur ventriculæ, neque pulmones sanguini, ac quicumque sanguis per os sua sponte erumpit, terrificus est. Ergo permagni interest scire unde sanguis fertur, quæ & ad quid. Ex qualitate, copia excernendi modo, & ex doloris proprietate noscitur. Qui enim sanguis ex dentibus in fauces fluit, sputo excluditur. Unde scripsit Hippocrates in coac. Sanguinis sputum ex gingivis indicat corruptionem alui & impuritatem, sitque malo ægri. Per continentiam enim tunica serpit virus in gingivas, unde exit sanguis ferrosus salus. Hæc *Αναγογε* non est contemnenda (proprium est autem labiorum & linguæ spere.) Sin autem excluditur sanguis per *αιμαχρησιν*, hæc fit ex faucibus. Quantitas pauca, qualitas crassioris sanguinis, excernendi modus per excretionem, vt in vlcere faucium & angina secundæ speciei. Quod si sanguis feratur *Αναγογε*, id est per os & anagoge fiat cum tussi, hæc à larynge & aspera arteria venit. Sin autem sanguis multus, spumans, cum tussi & sine dolore effundatur, à pulmone spumans, floridus verò & tenuis ex dextro cordis ventriculo per venam arteriosam, quæ quintuplo cæteris crassior est. Alibi sanguis spumans concipere non potest, quàm si in ipsiis pulmonibus. Quod si in anagoge cruentâ hypochondrium dextrum doleat, ab hepate fit per pulmones, unde fit spumans. Aliquando fit à vena cœliaca in hypochondrio sinistro. Sin sanguis sit paucus, crassior, cum dolore & tussi excludatur, à thorace est vt in pleuritide. At si idem sanguis veniat per os cum vomitu à ventriculo fit vel per ventricul. A ventriculo vt erosus venis, exest, ruptis. In nimia melancholici humoris copia sæpe anagoge sanguinis crassi & feculenti cum vomitu est, id fit per ventricul. Omnis autem sanguis niger sursum deorsumve, resolutionem partium unde manat denunciat. aphor. 22. lib. 4.

ANT. VALETTI EXERC. XXVII.

Gal. lib. 1. de loc. mal. affect.

Αναγογε *Αναγογε*, seu sanguinis reiectionis nomine Galenus libro quinto Methodi eam proprie sanguinis exclusionem intelligit, quæ à thorace atque pulmone manat, quanquam sanguis è gula, ventriculo, hepate, splene, nonnunquam etiam ex aliqua oris parte, gingivis, faucibus, gurgulione in os confluat, dum is, qui per nares purgandus erat, ad palatum descendit. Causæ repetendæ ex capite de hæmorrhagia.

Hæmoptoeis curatio.

Ad curationem maximum est in victu incrassante & adstringente, qui & sanguinem ad fluxum reddit ineptiorem, & vlcus ipsum vnit, momentum. Qualis erit pristinæ cremor, cui inspersa sint malorum puniceorum grana, vel hordeatum, quod efficacius fuerit, si hordeum coquatur in decocto lactucæ, portul. plantag. centinod. & seminis eorundem, adiecto saccharo rosaceo. Basilica vena confestim perunditur ad reuulsionem, quia sanguine ad affectam partem semper conflante, frustra adstringentia, agglutinantia, & alia eius generis, præscriberentur. Mox hæc potio propinetur.

℞. rhei vstilati ℥. i. mummiæ, terra sigill. ana ℥. i. syr. cydon. ℥. i. cum aq. ros. & plantag. f. potio. Dabitur mane, vel sero.

In eundem usum concinnantur zulapia, quæ præcipue sub horam somni assumuntur.

℞. syr. ros. sic. de papauere, & cydon. ana ℥. i. aq. plantag. portulac. centinod. an. quar. i. puluer. corn. ceru. vsti lapid. hamaitis ana ℥. i. mastic. ℥. i. f. Zulapium pro dosibus 3.

Vel lupinares trochisci, incunctè præsertim somno ore continendi, imperantur.

℞. gummi tragacanthi & arab. in aq. ros. ar. dissoluti ana ℥. i. amyli ℥. 2. bol. arm. terra sigill. ana ℥. 4. mastic. ℥. i. cum syr. myrtil. aut aq. plantag. vel centinod. f. trochisci. V sui sui, vt supra.

Huc

Huc pertinebunt opiata, condita, pulueres. Noui nostratem quandam Lemoicum hæmoptoicum, qui cum alternis temporibus multum relestasset sanguinem, nec vllis potuisset remediis sanescere, ad Iulium Cæsarem Scaligerum, Medicorum suæ tempestatis facillè Principem, confugit, ex quo puluerem accepit, cuius vsu breui conualuit. Huius formulam, quia mihi communicauit, libet hic adscribere.

℞. spodij, ros. rubr. bol. arm. terr. sigill. hamaitis ana ℥. 5. coral. rub. carab. margaritar. non perforat. ana ℥. 2. f. gummi, tragacanth. ana ℥. 2. sem. papau. portulac. sem. ros. rubr. sem. arnogloss. cornu ceru. combusti ana ℥. 3. acac. succi barba hircina, succ. glycyrrh. an. ℥. 2. amyli torrefacti ℥. 3. Terantur, misceantur, f. puluis, cuius dosi sint ℥. 3. Datur cum aqua pluuiali.

Hoc remedium tandem descriptum reperi apud Serapionem cap. 25. Tract. 2. Dum vero ista sunt, si resistet alius clystere subducetur, vel purganti medicamento adstrictionem aliquam relinquente.

Sic post reuulsionem & deriuationem suppresso sanguinis sputo, & bene purgato corpore, totus thorax oleo cydoniorum, rosaceo, vel myrtillorum, illinetur, maximè verò æstate. Quod si multa fiat sanguinis eruptio, citra tussim, cœli constitutione calida, ægro robusto & carnosio, spongia aceto imbuta de consilio Aëtij thoraci apponenda. Verum malum à perfectione ortum linimenta & cataplasmata calefacientia postulat. Sed de his plura vide apud Gal. cap. 8. lib. Me-thodi.



HOLLERIVS.

De I Phthisi. CAP. XXVIII.

PHTHISIS vlcus 2 est pulmonis, quod ferè 3 sputum sanguinis sequitur, aut tussiculam 4 ex aciore defluxione. Aliquando etiam ruptos abscessus thoracis, cum, videlicet, effuso purè in spatium thoracis, atque ita putrescente, nec in tempore repurgato, pulmones exulcerantur.

Signa phthisis cum ex aliis, tum ex Hippocr. & Gal. Apho. 60. 2. in Prognosticis, & c. 14. li. 2. Chronion Aureliani.

Phthisim sequitur totius corporis 5 languor atque extenuatio, 6 curuantur vngues, canantur oculi, succedit mortifera 7 illa facies, 8 capilli defluuium sequitur, alui profluuium, & mors.

Hoc malum, vt incurabile, maxima pars veterum Medicorum in nulla spe habuerunt.

Itaque initio abstergendum atque 9 reuiscandum. Vbi iam satis detersum est, atque iam nihil saniosum corporis instauranda est. Vtetur ergo mulsa 11 initid ex aquæ potabilis tb. j. j. s. mellis. Per omnia vbi detergendum, melle crudo vtendum est: vbi glutinandum, melle cocto. 12

1. Quasi per nasomiosim, est que funesta magnitudine causæ vt destillatione catarrhi è capite, vlcere pulmonum: symptoma-ium calamitosa vi, ob marcorum totius corporis: difficultate curandi quod vlcus pulmonum curari nequeat propter perpetuum eorum motum, nec sarcoica eò integrè viribus perducì possint. 2. Solutio cantini cum sordibus & iccore conjuncta. 3. Repta in pulmibus vena. 4. Peritheorema illud. Quocunque distillationes à capite vsciculis & raucos homines reddunt nisi temporu progressu conquiescant, alteram faciunt tabi differentiam. 5. Quia aer, qui inspirando ducitur tabifi am acquirit in pulmibus qualitatem, & quod vlcus pleuriticum sit febrile in corde accendatur. 6. Exhæstia digitorum carne. 7. Hippocratis vulgo dicta, de pissa lib. 1. Progn. 8. A siccitate partu exhausto alimento, aut cibi vitio naturali facultate labefacta. 9. Ictorem & saniem. 10. Quæ sit phthisioma febre & aëri infectione. 11. Si murex, otos non sit ager. 12. Vena sputo, si agri vires ferant, celebrari potest ad ardoris fibrili extinctionem, & catarrhi auersionem. Interim ebundum est æger hordeato. detergendum vlcus: si quidem æger fuerit temperamento frigidiore, & si sit hÿems, hydromelite simplici, aut compo- sitione ex bechis scabiosa si autem fuerit biotiosus, aqua saccharum aut hydro diluitori.

1. Quasi per nasomiosim, est que funesta magnitudine causæ vt destillatione catarrhi è capite, vlcere pulmonum: symptoma-ium calamitosa vi, ob marcorum totius corporis: difficultate curandi quod vlcus pulmonum curari nequeat propter perpetuum eorum motum, nec sarcoica eò integrè viribus perducì possint. 2. Solutio cantini cum sordibus & iccore conjuncta. 3. Repta in pulmibus vena. 4. Peritheorema illud. Quocunque distillationes à capite vsciculis & raucos homines reddunt nisi temporu progressu conquiescant, alteram faciunt tabi differentiam. 5. Quia aer, qui inspirando ducitur tabifi am acquirit in pulmibus qualitatem, & quod vlcus pleuriticum sit febrile in corde accendatur. 6. Exhæstia digitorum carne. 7. Hippocratis vulgo dicta, de pissa lib. 1. Progn. 8. A siccitate partu exhausto alimento, aut cibi vitio naturali facultate labefacta. 9. Ictorem & saniem. 10. Quæ sit phthisioma febre & aëri infectione. 11. Si murex, otos non sit ager. 12. Vena sputo, si agri vires ferant, celebrari potest ad ardoris fibrili extinctionem, & catarrhi auersionem. Interim ebundum est æger hordeato. detergendum vlcus: si quidem æger fuerit temperamento frigidiore, & si sit hÿems, hydromelite simplici, aut compo- sitione ex bechis scabiosa si autem fuerit biotiosus, aqua saccharum aut hydro diluitori.

Postea verò fœnugræci loti, subinde abiecta priore aqua, de coct. vtemur, in qua octava pars vel sacchari, in calidior conditione: vel alioqui mellis, dissoluitur.

13 *Vel ex ele
fario diaireos,
saccharo cando,
penidiu.*

Similiter è 13 frictio lini femine, è ciceribus rubris, è nuce pinea resinosa, ex iride Illyrica, aristolochia, porrò & similibus descriptis in cap. de asthmate. Alioqui cum quadruplo melle eclegmata fient, tritis atque in puluerem redactis, quæ comminui possunt. Cicer rubrum in aqua madeat, atque ita tumebit: tum siccari debet, torrefieri in latere calente, teri subtilissimè. Eius pulueris ʒ. ij. insperguntur mulsæ, aut concorporentur melle.

Marrubij M. j. decoquitur in fb. v. j. aquæ ad dimidias. Colaturæ addi debet fb. j. mellis, plus minùsve, idque totum decoquitur ad crassitudinem.

E succi marrubij ʒ. ij. succi caulium, scyllæ, hyssopi, & similium, & mellis fb. j. coctis, fiunt eclegmata, quorum vim augeri volunt, si ʒ. ij. pulmonis vulpis ad ʒ. eclegmatis admisceas. Nucem pineam, resinofam cum ʒ. j. glycyrrhizæ decoques in fb. v. j. aquæ. Col. addes penidiorum ʒ. iij. rursus coques ad crassitudinem. Conuenit, vbi tenuis sputatio est, cumque lenire & coquere oportet.

Similiter è butyro, melle & terebinthina, duobus horum, aut tribus mistis.

Variandaque remedia eiusdem generis, ne fiat satietas.

Diuersi verò generis, cum mutantur indicationes.

Interea videndum, an à catarrho in fauces prolabente phthisis causam habeat. Tum enim pulmo roborandus, cuius imbecillitate excrementa & gignuntur, & promptius admittuntur. Dein emplastrum è labdano, resina, pulueribus conuenientibus comparatum bregmati affigetur.

Atque dum hæc fiunt hordeatis cum saccharo, aut melle, lacte amygdalino, vino albo, tenui, & subdulci, lacte, aliisque rebus, quæ vires refouent, vtendum est.

14 *Ut vitulina
carne, pulli gal-
linæ.*

Iam purgato vlcere, instauratis viribus, alimentis 14 partim mediæ materiæ, partim rescicantibus & glutinantibus vtendum est.

Gestatio mollis conuenit, aer siccus, balneum dulce (vt scilicet, firmis viribus, in linteo, quod à duobus teneatur, immergatur balneo, ex decocto omasorum, maluæ, bismalu. & parietar.) à quo inunctio ex oleo violaceo, butyro recenti, theriaca, mithridatium, emplastra siccantia adiuncta pectori. Dropaces, atque etiam 15 Sina-
pismi conueniunt. 16 Bolus armena, terra sigillata & similia imperanda sunt. Hæc ferè placuerunt veteri Medicinæ. Posteritas Medicorum eadem obseruauit: quædam etiam addidit. Lacte 17 plurimum vsa est asinino, & caprino: in summa seroso, cum detergendum est. Ouillo, vaccino, muliebri, cum refouendum est: vtulatoque initio asinino & caprino cum modico mellis, ne cogatur aut acefcat in ventriculo, modico quoque salis vtendum est. Refouentur

15 *Ad mouendi
capiti, ad exbau-
riendum fontem
catarrhi.
16 Hæc ad sisten-
dam fluxionem.
17 Lactis usus
conceditur, si
nulla sit febris
excusatio sine sit
sup Caput, uos, id
est si non sint fla-
tu viscera disten-
ta, & si æger
ventriculo frigi-
diore, nec sit ce-
phalalgia.*

tur vires lacte muliebri, quod exugat æger è mamma mulieris, quæ sit sana. Atque id quidem melius est suctum, quia cum lacte spiritus & vita exugitur. Si desit muliebri, vaccinum bibat recens emulctum, cum modico sacchari.

Sugendum lac erit matutino tempore. Abhinc tribus horis ouu sorbeant. Vino vtantur albo, tenui dulci, diluto. Pullaster ad prandium comparetur infarctus succido hordeo, & passul. mundatis. Aqua, quæ vinum diluant, & concoquant cibos, sit aqua hordei. Colatitiis, consumptis è perna vitulina, capone iuvene infarcto hordeo cum herbis commodis, locus erit: de quibus paulò pòst.

Hordeata quoque, & lac amygdalarum ex lacte, vel pullorum decocto confici debent. Pineola, castaneæ miscentur hordeatis. Condiuntur multo sacchar. ros. infunduntur illa priùs in aqua rosacea veteri, dum coquuntur, eadem aquâ insperguntur.

Pythocles ex Hippocrate septimo Epid. lacte, multa cum aqua ammixta, renutriebat.

Vtilissimum erit syrupum resumptiuum, à Ioanne Tornamirano cap. de febre hectica descriptum, vturpare.

Refouendis viribus lactis cremor cum multo saccharo conuenit. Sanguis humanus destillatus, aqua cancrorum, destillatum restaurans. Vbi glutinandum est.

℥. lactis lib. i. aquæ pluuiialis, in qua rosæ maduerint ʒ. iij. Simul bulliant. subinde ferro candente aut calybe intincto. Alioqui.

℥. lactis à quo butyrum extractum sit, fb. β. teneatur nocte vna sub dio. Fortiter agitetur & despumetur: cui adde sacchari rosati ʒ. β. boli armenæ ʒ. j. sæpe vtatur. Hoc modo igitur vtetur lacte. Saccharum rosatum maximè commendatur initijs recens. Cum glutinandum est, veteri potius vtetur. Similiter conferua rosarum & syrup. ros. Conferua datur per se, aut cum syrupo myrtilorum, aut aqua hordei, in qua cancri fluuiatiles coxerint. Cancri crudi feruefacti priùs in aqua, & repurgati in quadruplo lacte vaccino, aut conuenienti, concoqui debent ad dimidias. Deinde caudæ desquamati, vel per se comeduntur, vel integrè confunduntur, & inde succus in lac, in quo coxerint, exprimitur: Bibitur lac hoc, aut inde amygdaloga, vel hordeatum. Comparatur maximè, vbi viribus consulendum est.

Tumque aliquando vitellum oui vnà dissoluimus. Coqui possunt ex aqua hordei. Testæ verò cancrorum in fictili vase cremari debent, & glutinando asservantur.

Eodem modo limaces & testudines præparant. Verùm oportet diligentius multò repugari. ℥. carn. limach. benè mundatorum fb. j. vngul. caballinæ benè trita ʒ. ij. lactis pinguis q. s. decoctio ad perfectam coctionem limacum, deinde expressio fortis quæ saccharo edulectur.

Pulmo vulpis in frustula diuiditur, abluitur ex vino, incoquitur leuiter in aqua rosarum, decocto sumach, aut simili. Rursus laua-

tur, siccatur. Vfus tempore in puluerem redigitur ꝓ. ij. cum syrupo myrtillorum exhibentur. Vel hoc modo.

℞. pulmonis vulpis, capill. ven. sem. fœnic. an ꝓ. ij. incorporuntur cum succi liquiritiæ ꝓ. ii. coct. mellis quantum sufficit, cum affusione modici syrapi de myrtillis.

Consolidant hæc. Cæseus recens, lac vstulatum, testæ cancerorum, bolus armena, terra sigillata, sanguis draconis, olibanum, mastix, carabe, gummi arab. corallus. rosæ, balauſtia, myrrha, & alia eiusmodi. Dantur ex vitellis ouorum, & alia quædam ex lacte vstulato, succo cydoniorum, rosarum, granatorum, syrup. myrtillorum, rosato de siccis.

Vel ℞. caudarum cancerorum fluuiatil. desquamatarum & lotar. ꝓ. iij. lactis recent. lb. j. bulliant ad medias: dein caudæ contundantur fortiter, cum lacte dissoluantur: cui adde farinæ horð. amyli puriss. ana ꝓ. β. lactis amygdal. dulc. ꝓ. iij. misce lento igne. Est quoque hîc Philonij persici vsus, quod proximè descripsimus. Pata leonis vulgò dicta trita affigitur pectori & gutturi: pthificis & anginosiſ foras attrahere materiam creditur. Rustici transixam aurem radice implent, & ita curant. Nutriendum aliquando iure galli decrepiti, alterati cum herbis, & cæteris rebus, quæ conueniet. Ad consolidationem maximè facit panis purissimus, cum decocto mastichos pistus, & vinum subadstringens.

Conueniunt fructus, ficus, vna, passa, pistacia, nuclei, pinei, dactyli dulces, pira cocta, & saccharo, conspersa.

Videndumque maximè circa initia, ne nimium siccantibus vtamur, quibus cum volumus vti, lenientibus commiscebimus, aut multo liquore diluemus. Febricitantibus pthificis, sitientibus, & calidiorem stomachum habentibus diamelon Alexandri è succo cydonior. Vel è cydonijs incoctis in aqua rosar. aut vtrîsq; seminibus frigidis, additis ros. santalis alb. rub. succ. glycyrrhiz. recent. vel.

℞. aquæ rosarum ꝓ. iij. malorum dulcium lb. i. f. sacchar. lb. i. santal. alb. & rub. succ. glycyrrhiz. rosarum ana ꝓ. j. f. quatuor feminum frigidò. ana ꝓ. j. syrup. rosar. q. s. Mala intus & extra purgantur, cum aqua rosarum lento igne, vel in diplomate coquantur ad tertias, tere in mortario: denide in aqua rosarum & syrup. decoque, & cum pulueribus & saccharo misce. Dentur ꝓ. ij. mane & vesper. Distillatum refouendis viribus conuenit.

℞. conferuæ borrag. violarum, ros. ana ꝓ. j. β. conferuæ ireos, enulæ an. ꝓ. β. electar. de gemmis sine speciebus. diarrho. Abbatis, triasantal. sine caphura, diamargar. frigidiana ꝓ. ij. margaritarum perforatarum, coralli, ambre citrinæ ana ꝓ. j. passularum, sicuum, sebestè, glycyrrhizæ ana ꝓ. vj. nucleorum pini, amygdal. ana ꝓ. β. gummi tragacanthi, gummi arabici ana drach. 2. sem. anisi, fœniculi vrticæ, quatuor sem. frigid. communium, sem. papaueris albiana ꝓ. j. terræ sigillatæ, boli armenæ, rosarum siccarum ana ꝓ. iij. aquarum bipinnellæ, vngulæ caballinæ ana ꝓ. iij. decoctionis limacum, cancerorum, duarum.

duarum iuuenum gallinarum ana libr. i. cum carnibus vnus capi iuuenis bene pinguis, vnus perdicis, mica panis in vino odorifero infusi, & lb. j. sacchari albissimi, fiat distillatio. Deploratis instituitur eclogma ex seminis vrticæ ꝓ. f. cinnamom. ꝓ. j. & mellis quantitate sufficiente, vel decoctum è floribus rosmarini cum aqua pluuiæ. Quod si his remedijs nihil proficiatur, vel vruntur, vel relegantur ad mare.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Philos pro tabe & atrophia qualibet aliquando sumitur. Significat enim syderationem quandam & marcorem, extenuationem, *quæ non dicitur* vita vt nonnumquam etiam ad oculi affectus traducatur: præsertim pupillæ. Quatuor tamen præcipuæ species reperiuntur: apud Hippocratem & Galenum: renal. lib. de morbis internis: dorsalis, 2. de morbis: extenuatio sine pulmonis vlcere, ab eius tamen calida & sicca intemperie, aut febre hectica: quarta, quæ omnium maximè proprie dicitur, Atheniensibus phthoë, ab vlcere pulmonis. Hæc duo perpetua habet symptomata: febrem lentam, paruum, putrem, quotidianam, noctu magis, quam interdiu assigentem, quæ oritur à putredine humoris, aut propriæ substantiæ pulmonis, vnde calor ob viciniâ cordi necessario communicatur: deinde extenuationem totius corporis, colliquatis nimirum, & consumptis carnibus, ac solidis partibus supra modum resiccatis, tunc ob febrè quæ corpus perpetuo depascitur: tunc ob deiectiones humidiores, & crebros sudores, qui inde consequuntur. Exulcerationis pulmonum causæ multæ esse possunt, sed duæ præcipuæ & frequentissimæ, spurium sanguinis repressum nec expurgatum, & defluxus pituitæ salsæ à cerebro calesfacto. Præcedit tussicula, punctura quædam ad latus, mammillas, scapulas, titillatio faucium, præter cætera signa superiore capite explicata. Familiaris est quibus oblongum collum, angustus thorax, caput infirmum, sublimes scapula, tanquam alæ, vnde *φθισιδες* & *πτερυγιδες*, quasi alati, nominantur. Apud Hippocratem & Galenum tria in hoc affectu reperiuntur mortis certissima signa, spurium grauius olens, capilli desuentes, alui profluuium. Quæ tamen tum ad curationem, tum ad prædictionem diligenti egent distinctione. Primum in tabescentibus aliquando gingiuarum & os exulcerantur fluxione, & pituita grauis defluit à cerebro, vnde sputa grauius olent, quæ tamen mortem proximam non indicant. Deinde alui profluuium quibusdam accidit deficiente natura: aliis conuersa distillatione in stomachum, quibus solet tussis imminui: cæteris alia occasione, atque id non semper lethale. Idem iudicium de capillorum defluuio, quod humorum vitio, & capitis cachexia fieri potest. Ira igitur accipiendum. Si putum è pulmone educatur: & vel carbonibus inductum, vt vult Hippocr. in Aphor. vel, vt Philoth. in vas vitreum aqua plenum, & impositum prunis iniectum, vt incalescendo dissolutum vaporem edat, ægro & assidentibus manifestam grauitatem, & contagiosum halitum inspiret, lethale est. Ostendit enim putredinem, & *καυαίνειν*. Deinde grauis halitus cor vicinum lædit, vnde mors celerior, sicque malum est, & vt causa, & vt signum. In Coacis præsagijs inde etiam mortis aliud signum colligitur: si videlicet, sputum, iniectum aqua marina æneo vase inclusa, in fundum mergatur. Idem demonstrant capilli desuentes ob siccitatem vel virium imbecillitatem, & humida deiectione, ob potentiæ debilitatem, vt ait Galenus. Additur in Præsagijs, si suppresso sputo mens ad nugas & delira verba commoueat. Formula enim mortis in tabidis est, cum sputo retento vel ob copiam, vel virium imbecillitatem, vel adstringentium vsu, obserantur viæ spiritus, vnde ægri strangulantur. Tandiu enim viuunt, quandiu pulmonem per sputa expurgant. Atque etiam hinc efficitur, vt & Autumnus, & Ver humores fundendo, & omnes conuersiones insignes tabidis infestissime sint, adeo vt his vulgus ipsum sæpè mortem denunciet, folijs arborum cadentibus, aut renascentibus.

Phthisis quatuor species.

Phthisis propriè dicta duo perpetua symptomata.

Pulmonum exulcerationis duæ causæ præcipuæ.

Aph. xi. 12. 14. lib. 5. 16. 7.

Philothæus comment. ad aph. xi. lib. 5.

Galen. comm. in aph. 12. lib. 5. 16. 7.

Coquere oportet, tenuare, diluere, expurgare, detergere, siccare, glutinare, instaurare corpus, catarrhum auertere, confirmare cerebrum & pulmones, vitare, quæ deorsum purgant (nisi materia fluente) quia sic sputum & pus retinetur, materia motu alio reuocato, & corpus magis consumitur. Phlebotomia non conuenit vlcere facto, nisi noua fiat exputio, aut venæ alicuius recens apertio metuatur, & vires ferant. Remedia sunt syrups, portiones, linimenta in pectore, conseruæ, famigia, pulueres, lohor, hordeum immundatum, lac asinum, balneum, & similia.

IN CAPVT XXVIII. DE
PHTHISI.

DVRETI ENARRATIO.

Quid phtis.

DE Phtisi. Per antonomiam, quæ propriè dicitur *σφύ*. Cuius natura in vlcere pulmonum consistit.

Aut tussiculam. Siccam cum raucitate coniunctam.

Causa.

Ex acriore defluxione. i. à catarrho ferino, de cuius natura diximus cap. de catarrho.

Totius corporis languor. Propter febrem intermissionis expertem, propter vlceris edacitatem, & aëris quem ducendo viuimus tabificam qualitatem.

Currantur ungues, more ferarum, exhausta digitorum carne, & continentur in extremis digitis micant arteriæ.

Signa.

Succedit mortifera illa facies. i. oculi concaui, collapsa tempora, cutis circa frontem distenta; quæ signa sunt perfectæ extenuationis ex exhausto partium solidarum.

Capilli desuuium. Vel alimenti corruptione vel inopia.

Alii profuuium, ab infirmitate caloris natiui, & labefactata omni naturali economiâ: ac tum in propinquo mors est, quia quò plures facultates labefactatæ sunt, eò res ægri peiore loco sunt.

Hoc malum ut incurabile. Quoniam ubi solidæ partes ab exhausto laborant sui humoris *επιβρω* natiui, spermatici, & cessat humorum, spirituum atque caloris syrroë, tunc in propinquo mors est.

Vitemur ergo mulla. i. melicrato, seu melle multa aqua diluto. Si æger non sit microcholos nec sitibundus, nec *μυαλινοπαθη*, i. non habeat viscera prætumida.

Ex aqua potabilis lb. j. ℥. j. Vel potius lb. iij. aquæ & ℥. j. ℞. mellis.

Iulep.

In qua octaua pars sacchari. Vt *℞.* decocti scœnuigr. sæpius loci ℥. viij. sacchari rosati ℥. i. fiat iulep. vel alioqui mellis. Vt *℞.* decocti scœnuigr. sæpius loci ℥. viij. mellis ℥. i. fiat melicratum; vtendum bis in die horis duabus ante cibum.

Melicratum.

Similiter fructo lini semine. Sed hæc parti obsessæ & gro iam pene exhausto molesta sunt, febrem accendūt. Cuius non minor cura esse debet, quàm vlceris ipsius.

Cicer rubrum in aqua, quoniam auxiliares vires habet ad detergendum.

A catarrho in fauces. Vnde sunt tussiculosi & rauci cum tussi sicca. *Phtisis,* i. *σφύ*. Hæc enim morbus est; symptoma verò est phtisis, cuius nomen sibi assumpsit ipse morbus, quia in eo plures sunt causæ phtiseos quàm in aliis morbis.

Vino albo tenui. Quod scilicet sit meabile, pauciferum & odoris expers. Quod vinum neque inflammat viscera, neque est *καρπιόειον*, i. caput non preter.

Lacte muliebri, Asinino, caprillo, bubulo, vt erunt res.

Abijsque rebus qua vires fouent. Quoniam ita comparata est phtisicorum

ficorum natura, vt non minus sit opis indigens contra dissipationem sui, quàm contra vim morbi.

Balneum dulce, id est, aquæ dulcis, fumi & odoris expers, atque egeli. *Balneum*

dum. *Emplastra siccantia,* vt emplastrum ex vnguento rubro desiccatiuo, siue camphora cum pulueribus radicis ireos atque cyperi, vt absorbeatur serum, cuius nimia abundantia thorax notat.

Dropaces. Ex pice nauali ad exhauriendum.

Ab hinc tribus horis. Consumpto scilicet lacte, quod celerem suscipit alterationem in ventriculo, propterea que citam habet dissipationem.

Pullaster ad prandium. Imò pullus gallinaceus, infarctus passulis corinthiacis, & hordeo integro cum sua gluma si sit detergendum, castrato si sit nutriendum.

Balaustijs, myrrha, &c. Ex his Gordonius trochiscos siue pastillos confecit ad glutinandum accommodatos qui feliciter exhiberi possunt.

IN CAPVT XXVIII. DE
PHTHISI.

DVRETI IN SVAM ENARRATIO-
nem Annotatio.

Phtisis calamitosissimum & symptoma, Quod si quod aliud morbi genus ipsius morbi nomen habet, illud est, in quo magis apparet necessitas moriendi. Apoplectici moriuntur repente non fato, sed ante diem. Omnia morborum funestorum genera non habent eam fatalem moriendi necessitatem, quam in phtisi considerabimus. Morbus enim *σφύ* *τῆς* *κατὰ* *τὴν* *πύξιν* nomen habet, i. à fato vitæ, seu à fatali quadam moriendi necessitate quæ in phtisi maximè manifesta est. Eiusmodi enim est phtisis vt ab exhausto humoris primigenii, & caloris natiui extinctione, paulatim homo deficiat. Est & eiusmodi, vt essentia ipsa & causæ difficultate perenni omne medicæ consilium peruertat. Phtisis marcorem & tabem, id est, corporis totius extenuationem significat, deducto nomine à verbo *σθίω*, quod tabescere est. Tabescit autem corpus multis de causis. Primò quidem incendio caloris natiui & cordis, vnde febris hectica, & inde marasmus fit insanabilis, affixo calido partium solidarum. Sed & phtisis consideratur, quando natura suo defraudatur genio, & tanta est dissipatio triplicis substantiæ, vt restitui non possit, ab inedia, vigilia, & studiis, diuturnitate morbi, & ægrotandi assiduitate. Præterea omnis facultatis sanguificæ labefactatio, itemque functionis hepaticæ impedimentum causæ sunt phtiseos seu tabis in toto corpore, vt & priuatio primæ coctionis. Quæ omnia totius corporis extenuationem faciunt; vel inchoatæ, ob dissipationem spirituum & humorum, superstitæ partium solidarum integritate, vnde laxatur cutis & flaccescit; vel perfectam, ob consumptionem humiditatis primigenii, & partium solidarum corporis, vnde illæ obriguisse videntur, & cum ipsa cute distenti apparent. Est igitur tabes & extenuatio duplex, inchoata, & perfecta. Huius signa sunt oculi concaui collapsa tempora, ungues adunci & calefcenti frigidendive vicissitudo in extremis partibus; mutatio item magna in qualitate corporis. i. in colore, caractere & mole faciei, thoracis & hypochondriorum, sect. 3. lib. 6. Epid. Sed & in partibus quibusdam apparet extenuatio, quæ phtisis est particularis, vt in parte paralytica seu paraplectica, & in ossæ, quod vitium contigit. Scitum est illud Hippocratis; Quæcumque ossa vitium contingunt, incremento prohibentur. Pars quæ continet si in vitio sit, rapit in sui contagionem eam quæ continetur. Quare si corumpatur ischion, femur integrum manere non potest. Pars vnaquæque facultatem aliquam habet vernaculam, quæ si in vitio sit, tabem generat. Omnis paraplectica pars tabescit, vt & larua omnis paralytica, per defluxum materiæ. Sic multi tabescunt à pulmonibus; Per

Unco d. huius fit morbus.

Causa mortis in phtisi.

Quid sit phtisis & unde dicta.

Tabis causa vna.

Tabes duplex. inchoata, & perfecta.

Veriusque signa. Phtisis partium.

De quatabe hic agatur. Quid sit phthisis & eius causa.

Calorū febriliū & calorū innati vāri & diuersi effectū.

Cur pulmonū, vlcus ab Hippocrate & Socrate dicitur.

Tres causa tabis an vlcere pulmonis. Phthoēs causa. Procatartica.

Historia de peste Luceia orta.

Phthos à mala diata.

Causa phthoēs antecedentes.

Catarrhus ferinus.

Qui sit catarrhus.

Supra remanentia in pulmonibus. Tabes secundaria.

corruptionem fit tabes. Quare cum tam multiplex sit tabes, vt etiam Galenus docet ad aphor. 10. libr. 3. Nos hęc de ea tantum loquimur, quæ *κατὰ τὴν φθίσιν* dicitur & propriè *φθίσις* nominatur ab eodem Gal. ad aphor. 16. libr. 7. Quæ scilicet ab vlcere pulmonum accidit, ob quam corpus macrescendi finem non facit quousque intereat. Vlcus pulmonis nunquam sine inflammatione existit, quæ in corde febrem hecticam accendit intermissionis expertem, tum per simplicem communicationem, tum per propagationem causæ morbificæ. Et hæc febris est altera causa vniuersi marcoris, vt cuius proprium sit incendere calorem natiuum, eiusque omnia officia labefactare, triplicis nostræ substantiæ dissipationem facere, & colliquationem inducere omnia denique corrumpere, vt caloris natiui proprium est conservare se, assimilare, augere, gignere, & omnia naturalia facere. Neque enim calor natiuus humidum primigenium consumit, sed elementaria. Illud pulmonis vlcus more lupi plus assumit sanguinis quam à sinistro cordis ventriculo ei suppeditari possit, vnde *δελιύμα*, i. ferinum ab Hippocrate nominatur; tum etiam quia ex eo phthificis vngues recurui sunt & ferarum similes. Idque cum in propinquo mors est. Deinde illud vlcus pituitam absumit à capite. Tertia causa à qua corpus macrescit, est aeris quem ducendo viuimus tabifica qualitas, quam acquirit in ipsis pulmonibus vlceratis, dum per ipsos ad cor viam affectat, à quo postea eadem tabifica qualitas per arterias diffunditur in corporis habitum. Sunt ergo tres omnino causæ tabis in phthoē: vlcus ferinum, febris hectica, sed spiritus seu aeris tabifica qualitas. Quia igitur in hoc morbo plures sunt extenuationis causæ, ideo cito sibi nomē phthificos assumpsit. Causarum autem ipsius phthoēs aliæ sunt procatarticae, aliæ antecedentes, & alia coniuncta, Procatarticae sunt repentina tempestas anni mutatio, & temporum defectio, & mala diæta. Aër si in vitio sit ratione propriæ substantiæ vel mixtione materiæ, tabem facit, vt in ijs qui in sodinis viuūt. Fit tabes cum aquilonia tempestas austrinam excipit, & salsam pituitam in pulmones exprimit. Aura venenata, status tū vniuersales, tum particulares, tum etiā vernaculi, vt in terræ tremore. Cum enim aër in vitio est corruptione propriæ substantiæ, vel mixtione alienæ materiæ, tum phthoem facit. Sic ab aura sulfurea ex fossis portæ Antonianæ orta est Lutetiæ pestis per infectionem spiritus anno Domini 1553. Scripsit & Aristoteles lib. de mudo ad Alexandrū, de quibusdā crateribus, qui venenata aura tabescūt. Phthoē fit à mala diæta in victus ratione & vitæ insituro, vt si quis vescatur lepore marino qui pulmonem exulcerat, tabidus eradet, vt qui vinum meracum largiore manu bibit, quique clamore, exercitatione violēta, labore immoderato sese conficit. Fit & ab ictu & casu. Sunt hæc causæ procatarticae, quæ non solum phthosim faciunt, sed etiam factam conservant, potissimum à 18. ætatis anno ad 35. Procatarticae causæ ad duas antecedentes omnino reuocantur (si tertiam addideris, infirmitatem scilicet pulmonis.) Vna quidem prolapsus catarrhi ferini à capite, altera verò rhexis seu ruptio vasorum crassorum in pulmonibus ex Hippocrate. Catarrhus ferinus qui sua substantia tenuis est, qualitate acer, & temperamento vel corruptione calidus, fitque ferè ab inæquali partium nobilitate temperamēto, si in pulmones irrupat, raucos homines facit ac tussiculosos, ac pulmonem substantiam erodit & exulcerat, Quòd si ad huius prolapsū accesserit mala cōformatio thoracis *κατὰ τὴν φθίσιν*, vt scapulæ alarū instar prominēt, & angustum sit pectus, & coltum tenue oblongūq; celerius tabescūt, & vix vquam curationem recipiunt. Rumpuntur verò magna pulmonis vasa maxime in iuuenibus ab anno ætatis 18. ad 35. cum sanguis est multus ac biliosus, & homines magis intemperanter viuunt. Sic primigenia affectione ipsa exulceratur pulmonum à catarrho, tū à ruptura crassioris vasis. At est etiam altera tabes secundaria, primigenia illa calamitosa, quoniam alterius morbi successione venit. Nam si pleuriticus quispiam intra 14. morbi diem anacatharsi non habuerit materiam pleuriticā, sicut suppuratam, quod rupta vomica effunderetur in capacitatem thoracis inanem, & tum empyema vocatur, indeque fit æger phthificus, nisi fortè intra quadraginta dies pus anacatharsi excludatur, aut per vires, vel per diarrhæam exitum habeat. Tertia quædam est phthificos species apud Hippocratem ad finem sect. 8. lib. 6. Epid. in histor. de Satyro qui Grypalopex

Tabes variæ.

Quid sperma.

Autumnus tabidus malus.

Malum Ver tabidum. Phthoēs causa coniuncta. Signa phthificos futura atque presentia.

Sputa.

Signa phthificos testatilis.

Phthoēs in longos annos prorogata. Historia.

Curationis phthoēstria capita. Primum ut vlcus sanescat & quibus remeasit. Syllaricos causas.

palopex dicebatur, & lib. 2. de morbis. Quæ tabes *κατὰ τὴν φθίσιν*, i. tabes dorsalis appellatur, & neogamis accidit, i. qui nuper vxorem duxerunt, & ijs qui Venere aburi solent non vti, & venerem immoderatè exercent. Lib. 1. de semine Galenus dicit exhauriri sperma ex testiculis deinde proiici ab ipse testibus materiam spermaticam non præparatā quæ purus est sanguis. Sperma colliquamentum nō est, sed benignum excrementum tertie concoctionis. Corpus autem laborans ab exhausto materiæ spermaticæ materia crescit, defrudantur enim partes solidæ proprio alimento. Et hæc est phthoēs notias. In satyro suprā commemorato eam obseruauit Hippocrates. Ille anno ætatis 15. semen effundebat meiendo & dormiendo: tandem 30. ætatis anno factus est tabidus & interijt. Verum prætermisiss omnibus phthificos generibus, aggrediamur ad explicationem *φθίσεως*, quæ propria est phthoēs. Cuius causæ omnes, à nobis sunt iam explicatæ. Omnibus tabescentibus autumnus est malus, scripsit Hippocrates aphor. 10. libr. 3. & Gal. in comment. Scripsit & lib. 6. Epid. sect. 7. tabem autumno generari, & in autumnalium morborum catalogo annumerauit. Expertus est multos tota hyeme tussi affectos vere tabidos factos fuisse. Sic & ætate nō est dubium, quin ab aere vitioso veniat tabes, i. phthoē pulmonis, qui arefcit & resiccatur, vlcusque cōcipit. Ergo sicca tussis cum raucitate coniuncta diu perseverans tabem præcedit. Quando folia ficus cornicis pedis pedi similia sunt, medio vere scilicet phthoēs fiunt. Vnde scripsit summus præceptor, *Malum ver tabidum, itemque autumnus*. Phthoēs causa coniuncta est ipsium pulmonum vlcus Signa phthoēs futura atque presentia sunt. Principio causæ procatarticae quæ cuiusque morbi quem gignunt, signa existunt. Sed alia sunt signa quæ cernuntur in habitu corporis, qualitate, excrementis & actionibus: Oculi concaui, collapsa tempora, in toto corporis habitu signa sunt perfectæ tabis. Corpus his signis comitatum calet, perhorrescit in ea parte, in qua est suppuratum excandescit, sunt labores & dolores cum anhelitu, in somno, in febre, in iactatione, phthifici homines grauius ægrotant noctu, habent calorem acrem, & cibo assumpto vehementius exacerbatur febris, suspitiosi sunt eorū anhelitus. Sed excrementa id explicant. Sputa ptimum saniosa, deinde purulenta, alba, læuia, æqualia. Quod si sint fœdi odoris in carbones iniecta, aut si coniecta in aqua marinam subsideant, nec supernatēt, signa sunt funestæ phthoēs: Si in pelui spe cillum inducant, idem significat. Contrā spem afferunt secundi iudicij si alba sint læuia, & æqualia, nec fœdi odoris. Quòd si ad prauum sputum accedat diarrhæa, alui profluuium liquidis & fœtidis excrementis, si capillorum defluuium ob corruptionem alimenti, vel defectu benigni excrementi, id est humoris spermatici à quo nascuntur, Si denique ephidrosis thoracis & similia, signa sunt desperatæ phthoēs; quia quò plures partes affectæ sunt, res ægri peiore sunt loco. Ac maior erit desperatio si homo sit conformatione thoracis phthificus & *κατὰ τὴν φθίσιν*; & catarrhi ferini perennis affluxus. Illa enim est insanabilis, in qua ad præparationem causæ suscipientis, accedit calamitosa vis efficiens. Existunt tamen quædam phthoēs quæ in multos annos prorogantur; vt in 23. de quo Auicennas & Erotianus scripserit, fitque idi amoto profluxu catarrhi, & bona diæta insitrueta. Arque ego ab hinc 16. annis vidi Medicum peritum qui factus phthificus per catarrhi defluxionem, curationem recipit conuenienti diæta & remedijs proprijs, quoniam scilicet in eo non erat perennis generatio catarrhi, vt qui non à contraria partium nobilitate temperie originem habuerat, sed ex eo tantum quod in aquilonia tēpestate, mediaque hyeme totā noctem peregrè profectus fuerat. Superest vt patefacta natura *κατὰ τὴν φθίσιν*, & explicatis eius causis & signis curationem instituamus, quæ sanè vt plurimum difficilis est. Ergo in curatione phthoēs tria sunt capita. Primum est vt vlcus quamprimum senescat per deteriorationem & syllaricosum; Alterum est vt causæ morbificæ generatio prohibeatur: Tertium vt symptomata sedentur. Quod ad primum attinet, vlcus curari debet per deteriorationem & syllaricosum, quæ opus naturæ est, & perficitur bonitate succi alibilis, & integritate partis ac quiete. Quæ omnia in exulcerato pulmone desiderantur, non enim integra est pars affecta. vt pulmo qui inflammatione est obsessus, & præterea mala est eius conditio, quia cum raræ sit, laxæ & spongiosæ substantiæ, facile corrumpitur, exeditur, dissipatur. Deinde continuò mouetur, nec quiescere

potest ob necessitatem respirationis, sine qua vita superstes esse nequit: Tertio pro succo alibili affluet e corde humor serolus & acerrimus, qui semper magis pulmonem exedit, tantum abest ut generandae carni sit accommodatus. Denique perennis est materiae morbificae generatio & perennis affluens in ferino catarrho, qui ferè ijs naturis accidit, quae contrario partium nobiliti temperamento praeditae sunt. Ergo in eam primum curam in incumbere debemus, ut vlcus sanescat.

Fluxu detergentia & desiccantia.

Sanesct vlcus detergendo & siccando, ut sordes detergeantur, ichores siccentur. Ad detergendum & desiccandum valet melicratum herbis medicatis saporatum. Valet & decoctum stannugraeci saepius loti, ut acrimonia deponat, pugnetque idem cum humoris stabulantis, & partis obfessae corruptione. Debet exhiberi cum saccharo rosato. Narrat enim Auicennas & ex eo Arculanus vidisse se hominem, qui vsu sacchari rosati cum lacte curationem desperatam recepit. Lac asininum neoterisimum facit & epicrasim si detergendum, praeterea trochisci Gordonij. Ad quod alia quaedam conferunt, non autem omnia quae ab auctore proponuntur, sunt enim quae mihi probari non possunt. Sed in hac curatione hoc opus, hic labor est, quod remedia vlceribus dicata non possint integris viribus peruenire ad partem affectam. At nisi catarrhi ferini prolapsus prohibeatur, frustraneus labor, quod secundum curationis caput est. Cuius si causa sit, ut ferè est, contrarium partium nobiliti temperamentum, profuerit sanguinem detrudere ad temperationem visceris, & ad reuocandam anadromen. Sed hoc locum habet in phthisi inchoata, non perfecta, in qua partes solidae ab exhausto laborant. Sed ad prohibendam catarrhi ferini perennem generationem nihil aequè prodest, ac sanguinis detractio, & ad symptomatice febrem ipsius inflammationis. Est interdendum vino inchoata phthoe: ad perfectae curationem praescribitur. Ad prohibendum catarrhum ferinum nihil aequè valet ac vini abstinentia quod est *καρπώδης*, i. caput grauens. Praeterea fons ipsius catarrhi exhaurietur vacuatione aspectabili & inaspectabili, ut catapotis ex rheo, agarico, mastiche. Medulla cassiae vna eademque opera catarrhū vacuat & deriuat, Lotione capitis, clementissimo caelo, si decoctum paratur herbarum cephalicarum, foliorum fennae, agarici, si fiat decoctum betonicae &c. Quidam praescribit emplastra ex labdano, spuma maris, sigella Romana, ireos. Siftetur autem catarrhus quia subtilissimus est & ad perpendicularum in pulmones insluit medicamentis arteriacis & suspendentibus, ut sunt syrapi in crassantes, violatus, nenupharinus, pilulae de cynoglossa, quae mirificam habent vim suspendendi catarrhum. Quod si his artibus prohiberi non possit catarrhi generatio, nec eius decubitus sisti, profuerit maximè vtrique brachio pyrotica escharotica ad mouere, quae tamen hic praetermisit Hollerius. Alia repete ex cap. de catarrho. Tertium & postremū caput est curationis, symptomatum correctio. Symptoma verò phthoes ipsius terrificū est. Phthisis seu marcor & extenuatio corporis, quae cernitur in eius colore, caractere & mole, ita ut totum *καρπώδης*, i. aridum sit, & quasi palearum, ab exhausto humidi primigenij, & impedimento syrrohes humorum, spirituūque caloris. Quamobrem phthisicorum natura non minus est opis indigens contra sui dissipationem, quam contra vim morbi. Sed quia quod dissipationis remedium est, saepe cum vlceris curatione pugnat: hinc oritur maxima curandi difficultas, seu potius *ἀδυναμία*. Conabimur tamen conuenienti alimento dissipationem triplicis substantiae in phthisicis restaurare, ut si minus morbum curemus, saltem phthisicorum deploratorum vitam producamus. Verum cum triplex sit alimentorum materia, vna infirma & imbecillis, quae celere suscepit in nostro corpore mutationem, & celere habet dissipationem atque excretionem: Altera valida, quae neque citam alterationem, neque citam dissipationem habet; Tertia media inter vtramque temperata, non est dubium quin in phthisi vtendum sit alimentis imbecillis materiae. Nam cum ventriculi phthisicorum vires effetae, languent ob paupertatem caloris natui, necessitati corporis anteponenda est corporis commoditas, ut quamuis fortia alimenta tantae dissipationis & extenuationi debeant, tamen imbecillioribus tantum vtamur, quae sola ventriculo locum obtinent iuscula & sorbitiones, quoniam ex Hippocrate facilius est impleri potu quam cibo. Sed inter

Historia.

Secundum curationis caput ut ferini catarrhi prolapsus prohibeatur. Sanguinis detractio. Quando sit in phthisi vino interdendum.

Quibus medicinalis fons catarrhi exhauriatur.

Prima escharotica.

Tertium curationis phthiseos caput symptomatum correctio.

Vnde phthisis curari sit difficilis.

Triplex materia alimentorum.

Qua dicitur phthisis conueniens.

Iuscula & sorbitiones.

ea alimenta nullum est cum lacte conferendum; quod imprimis commendatur ob eam sanè causam quod sit *δυσαιον* nihilque aliud sit quam sanguis viscosus. Est ergo naturae nostrae *δυσαιον*, & ad salubritatem corporis accommodatissimum, nisi forte quid impediatur; ut impedit aluus impura, & oeconomia naturalis male constituta. Nam accessit in ijs, quibus hypochondria murmurant à flatulento spiritu; vel in nidorem vertitur in biliosis & stibundis. Lacte vtimur propter infirmitatem caloris natui & viscerum. Necessaria est in phthisicis vacuatio repletio; ergo nutritio. Sed considerare oportet etiam vtrum habeat vim efficiendi quod intendit, & hæc est occasio. Si secunda valerudine fruerentur, cibus solidis vtentur. Sed quia vis effeta stomachi languet, lacte vtendum, quod est *ευαιον*, ergo & *ευαιολαον*, aequè pugnat cum morbo, atque naturae studet. Quale alimentum, talis sanguis, qualis sanguis, tale lac. Atque vt supra diximus exhiberi debet aluo bene morata. Enimvero tria sunt corruptioni maximè obnoxia, sanguis, semen, & lac, quia nullam habent *φύλακην*. Sanguis *φύλακην* habet in venis, semen in vtero, lac in ventriculo bene morato. Cum autem plura sint lactis genera, intra illa medium locum obtinet, lac muliebre in qualitate temperamento, & substantia, ideoque ad nutritionem est conuenientissimum, vti & bubulum. Ad detergendum vlcus pulmonum magis valet lac asininum, indeque equinum, sed maximè omnium chamelinum, quod plurimum habet ferri. Ad concludendum verò pertinet lac caprinum. Hordeatum etiam phthisicis conuenit ad nutritionem. Quod si vires valeant, vtantur etiam cibus mediae materiae. Hippocrates lib. de morbis intern. in prima phthisi vinum imperat purpureum, & si à catarrho sit facta phthisis, quando non est amplius merus perpetuae generationis catarrhi illius. Alia sunt phthoes symptomata, vt febris assidua & intermissionis expers, rigor & horror qui frustra fit, & quae consequuntur diarrhaea, & capillorum defluuium. Quae omnia corrigi debent si fieri possit.

Lactis comendatio & quando sit exhibendum.

Tria corruptioni maximè obnoxia.

Lac muliebre. Bubulum. Asininum. Equinum. Chamelinum. Caprinum. Hordeatum.

Phthisis alia symptomata.

ANTON. VALETII EXERCIT. XXVIII.

Primariae duae phthiseos differentiae Galeno statuuntur, vna quidem ab acri diffinitione e cerebro, vt pituitae salsa, aut biliosae materiae, sensim ac sensim pulmones excavant, altera quae proprio pulmonis vitio, nulla praegressa fluxione, sit orta rupto, ex eo aut aperto aliquo vase. Quibus accidit quae ex fluxione aliarum fit partium. Succedit nonnunquam perineumoniam, pleuritidi, empyemati, sanguinis sputo. Interdum morbus est hereditarius. Est quoque contagiosus. Signis suis satis elucescit.

Phthiseos prima differentia ex Gal. comm. ad aph. 10. lib. 3.

Gal. cap. 3. lib. 1. de diff. febr.

Phthisis nisi primis statim diebus curetur, insanabilis est, quod scilicet pulmonis vlcus citra tussim expurgari nequeat, à qua tamen maximè laceratur, vnde mutuas velut per operas malum tabidis in orbem redire, consuevit. Deinde medicamenta parti affectae idonea integris viribus eò non pertingunt. His causis duabus additur continuus pulmonum motus. Et quamuis vlcera pulmonis curaueris, quia tamen callosas & fistulosas reliquias ferè deponunt facile denuo exoriantur. In primis igitur, si vas aliquod in pulmone sanguinem fundat, vulnus quam celerrime glutinandum, antequam phlegmonem ingeneret; remediis cap. super. explicatis. Quod si ferina est capite distillatio primum fit, huius morbi suscitabulum, venae sectio, purgatio, capitis confirmatio, tussis inhibitiu remediò erunt, vti in catarrho dictum est. Si vlceris tergendis consilium praualeat, hydromel solum, vel cum hyssopo hordeatum aqua saccharata, syrup. de glycyrrh. lac asinin, imperabuntur. Sed hæc detergentia nondum sanguis reicitur, sed cum restiterit, exhiberi debent. Atque tum detergere atque consolidare sic oportebit.

Phthiseos curatio.

R. lobos de pulmone vulpis ʒ. i. syrup. ros. siccat. vel syrup. de glycyrrh. ant. de hyssop. ʒ. ss. Miscantur. Eger lambendo vtatur cum baculo glycyrrhizae.

Proderit interim suffatus ex vugula caballina, & hic quoque puluis longe à cibo vtendus.

R. primpinella sicca ʒ. 2. ireos Florent. ʒ. 2. ss. sacch. ros. ʒ. 2. vtatur vt supra.

Marcorem vero atque consumptionem, quam cordis exsiccatio infert, instaurare licebit sequentibus remediis, & parti affectæ, & affectui quoque ipsi convenientibus.

R. amygdal. dulcium mundat. ʒ. 2. pineol. bene preparator. passular. mundat. in aqu. rosarum contras. ana ʒ. 1. pulpa. carnis capi, vel coxatum ranar. vel cancro fluuiat vel testudin. ʒ. 1. medull. quat. semi. frigid. maior. alibæ & bombac. ana ʒ. 2. anis. ʒ. 1. cinnam. ʒ. ʒ. amyli parum, saccha. q. s. fiat massa panis vel cum vino (si febris non dehortetur) vel iusculo capi vel aqu. conveniente. Ex qua fiant placentula coquenda. in clibano.

Huc pertinent consumpta ex pulpis optima. carniū, pullor. caponum, gallinarum & partium succulentarum vituli, arietis, diu longo igne percoctarum. expressa ex armo ouillo, perdicibus affatis, & similibus itemque syrui resumptiui vulgo appellati. Vt,

R. passular. mundat. pistaciol. pineol. & glycyrrhiz. ras. ana ʒ. 3. iuiub. sebesten. sic ping. ana ʒ. 8. hyssop. agrim. scabios. pimpinell. vngul. caball. hordei decorticati ana M. 1. semin. melon. bombac. urtic. alibæ, fœnicul. ana ʒ. 1. ʒ. flor. viol. & ros. ana p. 2. cum carn. duar. testud. memora. preparatar. & minutim concisat. f. decoct. ad lb. 1. In colatur. dissolu. sacchar. albisimi. & sacch. ros. ana lb. ʒ. asperisa ʒ. 1. aqu. ros. fiat syrup. perfecte coctus, cuius cochlearia duo subinde agrotanti exhibeantur.

In admois magna vis non est, quia pulmo profundius later. Si tamen educi spiritum oporteat, quod ex stertore intelliges, thorax antrosum & retrorsum lenientibus illinetur ex cap. de pleuritiæ repetendis.



HOLLERIVS.

De cordis tremore seu palpitatione.

CAP. 29.

1 Palpitatio cordis, quæ frequenter affert syncope, est insanabilis, & quæ sit ex commixtione pericardij cum corde.



Ἄλμος, quem formidinem quidam veterum appellant, motus est præter naturam ab excretrice incitatus, cum id quod nocet, aut nocere videtur, expellere contendit. Id ipsum verò aliquando aqua est concepta. cordis panniculo præter modum aucta. Aliquando vapor quidam crassus cordi inclusus: aliàs etiam aliunde importatus, vt è matrice ventre, & proximis visceribus. Interdum venosus per arterias & venas illatus. Inflammatio quoque & 2 tuberculum palpitationis causæ esse possunt, vt & intemperies. Quæ omnia ex cordis 3 temperamento, totiusque corporis antecedenti vita, & alijs signis coniectura artificiali 4 distinguens.

Curatio.

Si sanguinis 5 copia in causa est, si aqua concepta panniculis, si 6 inflammatio, aperienda est vena 7 dextra basilica. Auicennas & Arabes dextram, si sanguis causa est; sinistram basilicam, si 8 vapor aperiunt. Sinistra quoque aperiri potest, si materia non ventriculi cordis, sed corpore concepta est. Quò si malum ab inferiori-

5 Ut iuuenibus, qui ex ephebu excessere ob hemorrhag. naturalem suppressam: aut in mulieribus, quibus menses non respondent, aut iu, qui hemorrhoidibus laborarunt, aut qui vino se & carnibus inuitarunt multum.

6 Quæ pulsus duro & febre dignoscitur. 7 Vt reuellatur sanguis usq. ad ʒ. ʒ. 8 Qui ducitur per os secundum arteriam vensam parte sinistra, aut hypochondrio sinistro per arteriam celiacam.

bus partibus inuehitur, aut insignis plenitudo est, venæ crurum secari debent.

Gal. quinto de locis affectis omnes adiutos phlebotomiâ scribit, & extenuante victu, quibus cor palpitabat. Id autem, quia verisimile sit vaporem esse crassum, vnde cor palpitat. Neque inutilis est purgatio, si cacochymum corpus est: liquidem ex vitiosa materia excitatus vapor palpitationem inuehit. Quod ad reliqua attinet, distinguendum est, si ne causa frigida, an calida, vt inde ratio vitæ instituat, quæ vim medicatam habeat, & malum corrigat.

Materia itaque calida, ambra, styrax, calamintha, moschus, lignum aloës, caryophyllum, cinnamomū, cortex citri 9 & citrâgolorum, crocus, nux moschata, macis, sem. maiora, basilisci, vinum aromaticum, odoriferum (Hippocraticum vulgò appellat) enula fœniculus, petroselinum, galanga, zedoaria, amomum, cardamomum, cubebæ, rosmarinus, mentha, polium, calendula, theriaca, mithridatium, 10 potio moschata, electarium latificans Galeni, diambra, diamargariton calidū, diarrhodon cum speciebus, alipt. moschata, gallia moschata, pleres archontica, capus, perdis, & volatilia. Eiusmodi, confixa lardo, consperso prius cinnamomo, alia cum aspersione vini aromatici. Confectio de aromatibus, vbi suspitio est auræ venenosæ, plurimum commendatur. Interim verò si cordis calida intemperies suaserit, ad refrigerantia conuertere, opportunum erit, & cum ea pugnare sumptis syrupis è floribus persicorum, è granatis, de ribes, de succo acetosæ &c.

Conuenientissimi verò in causa frigida sunt trochisci moschati, quorum hæc est formula. ℥. mastich. spicæ, xylaloës, cinnam. caryophyl. gall. moschata, cubeb. cardamom. granor. paradisi, cortic. citr. ana ʒ. iij, moschi ʒ. ʒ. cum vino odorifero fiant trochisci pondere ʒ. j.

Frigida materia.

Viola, nenuphar, rosa, santali, caphura, acetum, omphacium, berberis, cerasa, & pruna acidula, acetosa, succus malorum granatorum, pomorum odoriferorum, acetositas, citri, limonum, citrangulorum, persica, carabe, coriandrum præparatum, cydonia, pira, lac acetosum, diarrhodon Abbatis sine speciebus, diamarg. frigidum, triasantali. Condita ex his, vt confertur & 11 syrui. Sed condita & opiata siccioribus, humidioribus atida, ceu trochisci, magis erunt ex vsu. Distillata in balneo mariæ, ius pulli infarcti floribus cardiacis, & similia. Ambigua, aurum, argenteum, margaritæ, coralli, os de corde cerui, rasura eboris, cornu cerui, vnicornis, fragmenta hyacynthi, smaragdorum, blattæ bizantiæ, spodium doricum, melissa, borrago, buglossum. Sed horum quædam ad frigida, quædam ad calida referri possunt. Ex his trochisci comparantur, sunt rz epithemata, pomâ odorifera, stragula & vestes sicuti odore imbuuntur. Portiones conficiuntur, quæ & palpitationi

9 Vt Rec. cortic. citri conditi, myrabalam. cond. flor. orengia cond. nuci moschata cond. conferua anth. viol. bugloss. ana Drach. ʒ. ʒ. 10 Vt Rec. cortic. citri conditi, conf. borrag. melisse ana. Drach. Sem. conf. ʒ. al. kermes, mithridatij veter. an. Scrup. j. fiat bolus: detur sub horam somni.

cordis, & syncoꝝ conueniunt. Trochisci quoque parantur ex materia eiusmodi. ℞. spodij, semin. cucumeris, citul. endi. i. lactuc. portulac. ros. santal. albor. ana ꝑ. iiij. caphur. ꝑ. j. cum succo citrul. fiunt trochisci pond. ꝑ. iiij. Sumat quotidie vnum cum liquore conueniente, vt cum aqua rosarum ꝑ. i. in qua ꝑ. iiij. ligni aloës maderint.

Electarium de gemmis, confectio de ligno aloës, cardiacos releuant.

Proderit & vinum diluere aquis cardiacis, in quibus vnicornis maderit.

Auro & argento sic vtendum est. Calefiant in mediis carbonibus: deinde quadragesies recalcrafta extinguantur in vino, aut liquore conuenienti. Liqueor postea bibitur. Horum quoque vim relinqui volunt, si conseruantur in ventre volatiliu, dum elixantur aut assantur. Retinentur ore, & salina deglutitur. Hoc modo argentum sitim lenit. Alij tenuissimis bracteolis, quæ folia vocant, & inde condita, electaria vegetiora reddunt. Rursus alij in puluisculum tenuissimum comminuunt, & ita cum iusculo gall. decrepiti, cum collocatis, expressionibus distillatis exhibent. Sed hæc metalla venena credita sunt antiquis, ob immixtum hydrargyrum: Est & aurum ꝑ. potabile in eundem vsu. De colorato confectio alkermes cum rasura vnicornis mirificos præstabit sanitatis fructus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Omnibus partibus vim quandam naturam insitam esse, quæ quod offendit, quoad fieri potest, à se propellant, haud dubium est. Omnium tamen non eadem ratio. In epilepsia, sternutatione, vomitu, id contractione efficitur: in tussi, efflacione. In cordis autem palpitatione idem fieri suspicari licet. Concurrit enim cor & veluti tremulo quodam motu afficitur ob causam noxiam, tanquam ingressum repente hostem formidans, aut superaturum, aut præ imbecillitate languescens sibi cessurum. Neque tamen negamus vera & propriè dicta palpitatione, de qua Galenus agit, cor affici, i. dilatari & inflari præter naturam à substantia halitiosa & copiosa, cum perspirare non potest: subsidere autem, vbi foras extrusa fuerit, aut vt alij volunt, palpitationem cordis mediam quandam esse dispositionem, inter pulsum & imbecillitatem. Sed non ideo dilatatur, quia impletur: aut subsidit, quia vapor foras truditur. Verum cum vaporem aliunde irruentem, vel in se genitum præ imbecillitate dissoluere, aut arcere nequeat, modo dilatatur, modo contrahitur in sese, quia stimuletur, & palpitatione excutere nititur quod nocet, donec liberum habeat motum, vel omnino deficiat. Vnde sæpè syncope, aut mors repentina consequitur, præsertim si causam intra se præsentem semper habeat. Inde enim cum & frequentius, & vehementius irriteretur, tandem repente succumbit. Ob id optimè Hippocrat. Qui frequenter ac fortiter absque causa manifesta deficiunt animo, derepente moriuntur. Quod ad cordis, palpitationem etiam, quæ sæpè syncoꝝ antecedit, iure accommodare videtur Galenus. Excitari autem potest à tuberculo, abscessu, multo sanguine obstructionem faciente, intemperie calida, vermibus non solum forficium ventriculi, sed & cor ipsum vellicantibus, vt vult Mesuæus, subita vacuatione, imprægnatione, inflammatione, aqua tunica inclusa & humore

humore putri ac malè olente plena, lapillis, venenosa qualitate, spirituoso halitu, siue ab externis, siue ab internis, siue in ventriculis cordis, siue in substantia, siue in pericardio, siue in arterijs causa subsistat, siue accidat extrinsecus, vt vtero, liene, hepate, ventriculo. E quibus causis nonnullas in dissectis corporibus hoc morbo peremptis exploratas habuimus: quas non grauabor hic subijcere. Archidiaconi cuiusdam dissecto cadauere, abscessus in substantia cordis iuentus. In alterius pericardio, aqua. In Britone quodam in collegio Triquetico iacente, inflammatione cordis. In alio, abscessus in vena arteriosa. In multis pericardium flatu distentum, qui tandem solet in aquam concrefcere, nisi cordis calore dissoluatur. In muliere, quæ quatuor mensium spatium incredibili vrinæ cruciatu laborauerat, duo calculi reperti in corde cum multis abscessibus, integris renibus & vesica. Sed notatu dignissima historia Præsidis primarij Rhotomagensis, nomine Remon: Ab ineunte ætate ad annum quinquagesimum quintum, quo obiit, cordis palpitatione corripitur solet, præsertim à somno meridiano, & vbi artius tibias contractas habebat. Sensus quidem tremulus erat ad carotidas, hinc pulsus vix nullus, vel paruus, & sine ordine. Soluebatur paroxysmus edito crepitu, ructu, clystere, dolore in medijs clauiculis excitato, deinde in fronte, vel tussi satis violenta sponte mortua. Relictis tibiurum vinculis, & somno melius habebat. Eadem symptomata in muliere nobili apparuerunt. Vtrisque hepar calidius, ventriculus frigidior. Hinc multa fuliginosa excrementa, spirituosisque vapor & crassus in arterijs interceptus continebatur, qui in cor exhalans, incutebat tremorem & palpitationem, donec motu, attritu, aut calore (quod ad id non sufficeret, facultas vitalis) dissolueretur, aut alicunde exitum haberet. Ob eandem causam ictericis, splenicis melancholicis ferè omnibus cachexiâ laborantibus, puellis solet contingere, vapore flatuoso edito ex vitioso humore. Eodem modo Galenus refert ex balneo & vitiosis lignis succensis mulierem solitam animo deficere. Alteram ab vteri affectibus idem pati. Cuidam, si vel per horam lauaretur, idem accidere, nisi prius panis aliquid assumpsisset. Hominem, dum exolueretur, & cor fortiter palpitaret, repente interijisse. Sed omnibus neque eadem causa, neque eadem pars affecta. Modò enim in ore stomachi, modò in corde sic principium defectionis animi. Palpitatio quoque non semper causam habet in corde, sed pars aliqua affecta est, cum qua mutuum habet consensum, vt pericardium, & arteriæ, præsertim maiores & viciniores, inde vterus, & similia. Causa autem modò per se morbum efficit, vt tuberculum, aqua, inflammatio: modò aliquid commouet, quod morbum efficiat, vt balneum & ligna succensa in muliere, cuius meminit Galenus, & hepar ac ventriculus in Præside Rhotomagensi. Quam causam Hippocrates manifestam appellat aphorismo adducto, sicut priorem non manifestam, à qua periculum mortis repentinæ imminet, non ab altera, licet tandem quoque interficiat. Ob idque vitam Præsides ad 55. annum produxit, cum cæteri eodem morbo, sed causa dissimili, breui perierint. Frequenter hoc modo fit. Sympateia aliarum partium, præsertim quibus arteria magna insidet; decubitu in dorsum, affectum vaporosarum rerum, animi vehementi perturbatione, accedente cordis promptitudine per intemperiem calidam, pestilentiali aère, foetido halitu & venenoso, venenis, tumore vehementi, & similibus. Pulsus & in morbo, & in valetudine euarians, vt è magno in paruum, veloci in tardum, raro in frequentem, affectum cordis indicat vel primarium, vel secundarium, ac tanto periculosiorem, quanto vel frequentius corripit, vel magis continuus vt à nobis obseruatum est in clarissima muliere Dom Duchel. A flatu fieri indicant repentina accessio, asthma, motus tremulus in genis, aut alia parte, dolor subito accedens & desinens, obtenebratio in oculis, sibilus aurium. Ab alijs causis, intemperies corporis, symptomata, & similia.

Remedia sunt, victus attenuans, exsiccans, medicamenta alterantia, cardiaca, purgatio, phlebotomia, pilulæ, opiata, condita siccoribus naturis: humidoribus trochisci & arida epithemata, vel potius sacculi, syrui clysterum vsus, præsertim in paroxysmo. Celerius enim vapores renocant. Frictio

13 Hoc commentum est.

Palpitatio tremulus quidam cordis motus.

H. opo. aph. 41. lib. 2. Palpitatio infansu ferè modis excipari potest. No. Mesuæus cap. de tremor. cordis.

Archidiaconi palpitatione cordis interempti historia.

Brito ex inflammatione corde palpitans occidit.

Palpitans ex abscessu in arteriosa vena moritur. Mulier ex calculis in corde reperiis oborta inflammatione concidit.

Præsides primarij Rhotomagensis, R. E. M. O. N. palpitatione cordis cerebro, diuque constitutus. Gal. e. comm. ad aphor. 41. lib. 2. Palpitationis causa non semper in corde posita.

ē lineis, quæ conceperint odorem pulueris violati, fortis inspiratio, vt gementium, contentis in ore cardiacis antidotis, quòd magis penetret qualitas, illius arteriarum, vbi magis pulfant, & affricatio per eadem medicamenta cardiaca, vaporatio. Phlebotomia & victu attenuante curabat Galenus. Quod optimum est in crassiore sanguine & vapore. Omnes tam scribit ante senectutem mortuos, vel syncope, vel alio genere morbi. Vitentur vincula extra accessionem, adfrictio à vestibus in ventre, thorace, iugulo, alis, inguinibus, & vbiq; in insignia vasa; præsertim arteria. Si in febrem acutam incidant, corripuntur syncope, vt in vacuationibus imperandis & balneis maxima cautio esse debet. Ob idque ad periculi prædictionem, ne in Medici culpam mors reiciatur, interrogandus æger in morbis, num per sanitatem aliquando soleat exolui, aut palpitare cor. Sæpè etenim, dum sanguis mittitur, purgantur, & ea fiunt, quæ ratione morbi oportet, syncope intercepti moriuntur.

Gale. sub finem cap. 1 lib. 5. de loc. mal. affect.

IN CAPVT XXIX. DE CORDIS TRE-
more seu palpitatione.

DVRETI ENARRATIO.

Palpitationis cordis calamitas. **Π**άλμω quem formidinem, quoniam vehemens palpitatio syncopem affert, in-
dè que citam mortem, vt in tempestate pestifera & aura venenata.

Motus præter naturam, i. præter morem systoles & diastoles.

Ab excretrice. Facultate officiali, non particulari.

Cordis vernacula facultas. **Expellere contendit**. In sita facultate vernacula qua præpeditæ partes officiales concutiunt, se ad excutiendum quodcumque molestum est, vt cerebrum sternutando, ventriculus singultiendo, thorax tussiendo.

Aliàs etiam aliunde importatus. Vt è liene per arteriam cæliacam, vt in virgibus ictero nigro laborantibus.

Vt è matrice. Vtero, in suffocatione hysterica à seminis corruptione, per quam dissipatur ad tempus nonnunquam respirationis vsus & ipsa respiratio cessat.

Ventre. i. ventriculo vt in syncope cardiaca.

Venenosus. Potione scilicet aut morsu immisso, aut in corpore genito.

Pericardij tunica ad cor adhaesio. **Tuberculum palpitationis causa**. Nonnunquam etiam pericardios tunica ipsi cordi tam contumaciter adhærescens, vt non possit sine laceratione autelli, vt ego vidi in quodam iuvene.

Si sanguinis copia. Per suppressionem hæmorrhagiæ naturalis aut menstrualis materię.

Si aqua concepta. Ex liberaliore potu & aëre calchinoso, vel ex asthmatis successione.

Semio basilica dextra. **Aperienda vena dextra bas**. Vt reuclatur sanguis *κατ' ἴκιν* ob venam azygon, quæ, deducitur à trunco venæ causæ supra auriculas cordis.

Sed corpore concepta. Vt inflammato corde per venam coronalem, qua nutritur cor.

Si malum ab inferioribus partibus. Per anadromen materię menstrualis.

Excitatus vapor palpitationem. maximè que si per sympathiam ventriculi fiat.

Moschus. i. pus siue fanies, quæ colligitur vmbilico Dorcadis cuiusdam.

Capus, perdix. Denique omnia quibus generatio spirituum procurretur, dissipati cogantur, obfcuri illustrentur, impuri purgentur.

Argentum margarita. quarum scilicet puluis datur foeliciter ad ebibendum & exhauriendum serum, quo natat alius: Ad quod idem valet rasura cornu cerui, & vnicornis, quæ alter non est cardiaca.

Os de corde cerui. Rarum est inuocatu quia facile putrescit.

Moschus quid.

IN CAPVT XXIX. DE CORDIS
tremore seu palpitatione.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM,
ANNOTATIO.

De cordis palpitatione, seu, vt *καταρσις*; loquuntur, tremore hoc agendum est loco, Terrificum est symptoma, quod metum affert sinistri iudicij atque mortis. Siquidem ægros ad interitum per syncopem præcipitat, amoto cordis motu. Sed quoniam, vt rectè scripsit Galenus, omnia quæ sunt de medendo ad cognoscendum, prædicendum & curandum, scopum habent, id quod naturaliter constitutum est, rationi consentaneum videretur, vt de cordis natura & constitutione dicamus. Enimuero cor est viscus nobilissimum sua propria carne solida, dura, fibris tribus intertexta constans: Cor est *αρχὴ ζωῆς* vitale principium; in hoc *ζῶν* consistit. A corde fit syrroè spiritus & sanguinis in omnes partes, vnde vita sustentatur; qua sublata interit. Cordis caro durissima est, vnde Hippocrates vocat musculum fortissimum, *καταρσις*. Si cor subsistat vt fiat interceptio diastoles & systoles, ad punctum temporis non viuet animal, ob copiam fuliginis & suppressionem spiritus. Apoplexia non esset funesta, nisi denegata mouendi facultate ipsi thoraci; vnde per *ἀνοξία* interit, per suppressionem & extinctionem caloris natui. Nulla consecutio mortis afferri potest sine syncope. Actiones cordis ad vitam tuendam sunt dilatatio atque collectio; illa adducit aërem in sinistrum, & sanguinem à vena caua in dextrum, atque inde in sinistrum, per porum non admodum conspicuum in cadueris & inuentu difficilem. Hac expellitur fuligo per arteriam venosam; & sanguis crassior per venam arteriosam ad ipsos pulmones; tenuior per arteriam aortam vniuersum corpus. Vnde triplici villorum genere præditus est, rectis à basi ad conum, transversis & obliquis. Vt rectis sit attractatio sanguinis & spiritus; ita transversis expulsiō. Sed quoniam systole & diastole sunt motus alterni, quiete indigent, cui operi inseruiunt villi obliqui ad has actiones habet vndecim epiphytes. Cor in vtero matris dilaturat ex euentu; non per se. Venæ micantes matris feruntur in arteriam lumbarem quæ pulsar, & per continuitatem cor pueri ex euentu micat. Cor calidissimum est viscus, aëris appetens facultate sibi à Deo concessa, ad temperandum calorem qui astu incanduit in corde, sicut ventriculus cibi est appetens, vterus seminis. Cor *φωκίον* habet caloris in soliditate & duritate. Omnibus autem partibus officialibus insita est facultas ad inquirenda & excipienda necessaria vnicuique ad vitam. Per systolema cordis fit arteriarum diastole, quia replentur & dilatantur. Et contra per diafolem cordis fit arteriarum systole. In corde autem vt supra diximus est *ζῶν*, sicut in cerebro *βίον*. His expositis quærendum cur contra naturam explicetur & condensetur, & quæ sint actiones cordis contra naturam. In omni palpitacione in vicio sunt dilatatio atque collectio. Palpitatio est deprauatus motus. Deprauatorum autem motuum quatuor sunt genera, concussiuus, conuulsiuus, tremulus; & palpitans. Omnis concussio fit natura victricis irritata causis morbificis. Talis est rigor qui fit in panniculo carnosio, in quo fit metaptois vel epigenesis, & mouetur *δρασπίρας*. Contra conuulsio fit à re contra naturam; quæ naturæ est potens: Partes autem quæ conuelluntur, si per se conuelluntur, intra se suæ conuulsionis causam continent. Sin ex euentu conuelluntur, non continent, sed per sympathiam, si epilepsiam exceperis, quæ conuulsio non est proportionata. Cerebrum victum corrugatur, colligitur, & contrahitur, spinalem medullam & 30. neruorum paria secum trahit. Palpitatio verò est dilatatio quædam contra naturam partium dilatationis capacium, vt muscorum; cutis, & partium mollium, quæ habent cavitatem, vt in lienteria. Ventriculus & lien ob capacitates palpitacionis sunt capaces. Et dilatantur quia replentur, non autem replentur quia dilatantur. Cor in palpitacione dilaturat, quia repletur. In naturali constituc-

Palpitationis cordis calamitas.

Cordis descriptio.

Hippocrates libro de corde.

Cur apoplexia & angina sint lethales.

Actiones cordis.

Villorum cordis vsus.

Cordis dilatatio cum factus est in vtero.

Quid palpitatio. Deprauatorum motuum quatuor genera.

Concussio.

Conuulsio.

Palpitatio.

tione quia dilatat, repletur sanguine & aere. Causa repletionis est non ab humore, quia fit cita dilatio & expulsio, non a vapore, quia facile tenues vanescit in auras. Est flatulentus quidam spiritus crassus. Quartus motus depravatus est tremor, qui ex Gal. lib. 1. Epid. ad Hist. Pythionis, est actionum, *επιρριαν παιδικα*. Cum autem actionum omnium naturalium duo sint genera; cum voluntate, & sine voluntate, motus praeter naturam *δραματις* cadit in eam partem quae cum voluntate mouebatur, vt in musculum. In tremore ergo est pugna grauitatis & facultatis, facultas atollit brachium, sed deprimitur a grauitate. Suspicitur *επιρριαν*, sed non perficitur *επιρριαν*, Omnis tremor fit ab infirmitate partis per se vel ex euentu; vt baiulus contremiscit oppressione oneris imparis, & hic tremor fit ab oppressione, Qui tremor ineunte morbo incidit, si nihil praecesserit, quod vires labefecerit, vt Venus, abstinentia vini, venae sectionem indicat necessariam, quia ab oppressione fit, quae sequitur suppressionem. Sic & tremor fit a spirituum collectione, vt viso hoste vel serpente contremiscimus. Fit tremor in senibus ab exhausto & est insanabilis, vt qui phrenitidi succedit. Praestat enim delirium succedere tremori, quam tremorem delirio, qui incidit cum in propinquo mors est. Cor neque verè palpat, neque verè tremis: Non tremis, quia cor mouetur *δραματις*; at tremor cadit in partes quae mouentur *επιρριαν*. Praetera tremor & palpitatio fiunt a causa frigida; opus ergo esset remediis calefacientibus. Quod falsum est. Sequitur vt patefacta palpitationis & tremoris natura, ad cordis ipsius sermonem hanc disputationem accommodemus. Cor dicitur contremiscere, quando afficitur a re quadam contra naturam, quae motum eius immutat. Sed vadeunque afficiatur & motus eius immutetur, non contremiscit proprie. Tremor enim vi iam diximus, consistit in certamine & pugna facultatis & grauitatis. Cor autem *επιρριαν* moueri non potest; ergo nec contremiscit. Sed quomodo cor contremiscit aut palpat, vt *κατακρησιν* loquamur? Cor repletur quia dilatat. In diafole repletur cum dilatat per villos solidos rectos a basi ad conu, sanguine a vena caua, aere per venam arteriosam in sinistro ventriculo. Cor systole mittit ad pulmones sanguinem per venam arteriosam & fuliginem per arteriam venosam. Naturalis cordis motus percipitur pulsu. Palpat autem per concussionem ab oppressione, natura victrice, causa morbifica victrice. Vnde huic affectui nomen proprium vix dari potest. Sed nihil est cordi *επιρριαν*, praeter purissimum sanguinem quem haurit a vena caua nihil, *επιρριαν* cordi, praeter aerem, qui per venam arteriosam in sinistram eius ventriculum vehitur. Nihil cordi est tam *επιρριαν* & inimicum quam *αερας*, fuligo, Quae debet excludi ne fiat extinctio caloris natiui. Aer item pestilens cum ipsius cordis natura pugnat, vt sanguis etiam feculentus. Cor contremiscit affluxu rei molestae, vt a morsu canis rabidi, & veneno per arterias. Calcis fractura omnium calamitiosissima est. Nam per insignes neruos & tendones delirium fit, vnde die eodem praescribit Hippocrates elleborum, per arterias cor trahitur in sympathiam. Sic in mulieribus hysteris venenatus aer fertur ad cor, vnde palpitatio. Palpitatio cordis fit ab oppressione, cum cor, vel pericardius tunica aqua replentur. Aque enim collectio in pericardio tunica prohibet cor dilatatione libera, & votis suis perfui non potest. Non igitur concutitur cor victrice natura sed palpat ab oppressione, vnde extraordinarie mouetur. Colligit se ad exclusionem venenatae aerae vel venenati humoris. Quod si non est voti compos, fit loco concussionis palpitatio & ei accidit quod cerebro ex sternutamento prohibito epilepsia. Sed & annotauit Hippocrates in lib. de corde, vna cum aere ferri portionem aquae quam bibimus, a qua palpitatio. Sic cor in multis flaccescit & amittit suam soliditatem ac firmitatem a nimio potu, vt visum est in nephritico, qui liberalius bibeat. Quando inflammatio in cor incidit prohibetur diafole & systole cordis naturae conueniens, & vniuerso corpori necessaria. A siti nimia cor palpat, vt visum est in quodam, qui ardente febre laborans vehementi siti tenebatur, cor ita palpitabat, vt fores effringere velle videretur, vt exitum haberet: Ei exhibita est aqua cum syrupo de limonibus: Bibit ad libras duas: Micuit tum melius arteria, somnum iniuit, quieuit, & per Dei misericordiam curationem recepit. Hystericae mulierum palpat cor, & virginum

Tremor.
Actionum naturalium duo genera.

Tremoris causa.

Cor nec verè palpat nec tremis.

Quomodo cor dilatur contremiscere.
Cor diu diafole & systole.

Qua sint cordis conuulsiones.
Palpitationis cordis causa.

Palpitatio a nimio potu.
Historia.
Palpitatio a siti.
Historia.

virginum iſtero-ingro laborantium, quia per arteriam celiacam fertur reter quidam vapor & crassus qui cordi negotium faceſcit. Per *αδωαμίδο διασολις* saepe fit *αδωαμίδο* intercalaris, vt in senibus, Quae quibusdam est ingenita, quibusdam ab instituto. In Christianissimo Franciae Rege Carolo 9. anno aetatis suae 21. id obferuauimus. Duae igitur sunt causae in vniuersum palpitationis. Vna quae fit a *διασολις* infirmitate per oppressionem, vel mollitudinem. Altera rei alienae & concutitur, estque veluti quaedam concussio. Quae si fit victrice natura liberat; si factis fit vt in aura pestilenti, aeger moritur. Terrificum igitur malum est tremor seu palpitatio cordis, quo exterrantur aegri, medicis affert metum syncopes & mortis, rationemque causae & signi terrifici obrinet. Cum autem natura ipsius tremoris sit explicata, patefactae eiusdem causae, curationem aggrediamur. Sed quibus signis deducemur. Credibile est in febre ardente cor palpitare ab inchoato exhausto, seu a phlogosi & inflammatione concepta. In mulieribus quibus menstrua non bene respondent, per anadromen credibile est cor per oppressionem palpitare, vt in iuuenibus exephebis. Si homo labore repletionem pulmonis, vt liberaliore potu. In mulieribus & puellis hysteris per arteriam celiacam fit communicatio tetri vaporis, qui vim cordi affert, quibus affectibus medendum est, sicque palpitatio curabitur. Caeterum illud notare debetis ad palpitationis cordis curationem aliosque affectus nullum esse vsum vini in quo argentum aut aurum extincta fuerint. Mixtione enim rerum vinum dissoluitur, est impatiens consortis praeterquam aquae purissimae. Braſteolae auri & puluisculus auri micificari non possunt a natura nostra, quia ei non sunt *αδωαμίδο* parti, vt nec calori natiuo. Aurum explodi debet a commeatu humano, quia vitae particeps non est, nec vllam habet vitae proportionem. Non crescit enim sed augetur adiectione particularum. Grauiſſimum est & ventriculo negotium faceſcit; adde quod materia auri est argentum viuum & sulphur. Omne autem *επιρριαν* naturae nostrae debet esse *επιρριαν* & *επιρριαν*. Quod in auro non est, nec in scobe vnicornis, quam tamen praescribunt. Eius nullum vsum aliam esse volo, quam ad exhauriendum serum, quod praestat cornu cerui. Ergo ad serum exhauriendum quo natat aliud, soleo puluisculum ita conficere.

℞. coriand. praepar. fenic. dul. ana ʒ. j. rasur. corn. cerui, eboris, of-
fis de corde cerui, pulueris margaritar. coralli rubri ʒ. j. cinam. gr. v.
sacch. rosati lb. j. f. puluis.

ANT. VALETII EXERC. XXIX.

Palpitatio cordis est dilatio praeter naturam, morbi solius opus. Vnde improprie, & solum secundum analogiam tremor appellatur, siquidem hic fit a natura & morbo, cum voluntarius motus inchoatus non perficitur. Huius affectus causa est, vel cordis intemperies frigida, vel sanguinis copia, vel vapor aliquis, aut aquea substantia plus aequo in pericardio contenta, vel eiusdem tuberculum aqueum, carnosum, sanguineum. Primario cor afficitur, vel per consensum corporis totius, vt in febre pestilente, aut maligna, vel viscerum.

In palpitationis curatione minime procrastinandum, quia syncopem, atque etiam mortem repentinam saepe inuehit. Mittitur sanguis, sed parciore manu, e basilica sinistra, nisi plethora dextram aperiendam suaserit: alioqui promptius a sinistra auxilium.

Serosus aut pituitosus humor, qui saepius morbi huius soboles existit, cathartico accommodato purgabitur.

℞. radic. gram. & petros. ana ʒ. 2. florum cardiac. ana p. i. semin. card. benedict. anis. & fenicul. ana ʒ. ʒ. fiat decoctio. In colat. pro dosi infunde agar. recens trochisf. ʒ. 4. rhei elect. ʒ. i. cinnamom. ʒ. i. lxx express. dissol. syrrop. laxat. rosa. pallid. ʒ. i. fiat potio.

αδωαμίδο.
Historia de Carolo I X. Rege Francorum.
Duae vniuersae palpitationis cor diu cause.

Distinctio causarum palpitationis cordis.

Nihil vino miscendum praeter aquam.

Auri vsum vitandum.
Unicornis vsum.
Puluis ad serum exhauriendum quo natat aliud.

Gale. initio lib. 2. de caus. sympt. Gal. cap. 1. lib. 1. de loc. male affect.

Palpitationis curatio.

A purgatione parabitur humor zulpapis è syrup. de hyssop. capill. vener. de bu- gloss. aquis melissophyll. beton. cardi concinnatis. Proderit ante, aut post zula- pium tabellam vnam electarij aromatic. rosati, aut alterius recens parati su- mtere.

R. electar. latit. Galen. dianisi ana ʒ. i. B. rasur. ebor. cornu cervi, s'is de cord. cervi. ana ʒ. ʒ. santal. utriusque ana ʒ. i. sacchar. in aqu. meliss. ophyll. dissol. q. s. fiat electa per lozeng. pond. ʒ. 2.

Iteranda erit superior purgatio, vel hæ pilul. ante pastum alternis diebus im- perandæ.


R. aloes elect. ʒ. 2. myrrh. agar. trochif. & rh. elect. ana ʒ. 2. cum syrup. de hyssop. f. massa. Ex cuius semidrachma fingentur dua, aut tres pilul. duabus hor. ante pas- tum sumenda.

Interea cordiææ potiones, opiæ condita non omittantur. Cordis vero regio- ni extrinsecus faculli applicandi.

R. flor. bugloss. melissophyll. rosmarin. ana ʒ. 2 lign. aloes, mac. ana ʒ. 1. cinnamom. nuc. moschat. ana ʒ. ʒ. santal. utriusque ana ʒ. i. f. puluis. Excipiantur gessipio mos- chato, fiatque sacculus panno serico interstus, admoueat ur regioni cordis.

Eidem epithemata instituuntur ex aqua, melissophyllo, calendulæ, cardamo- mo, borraginis, vino odorifero, pulveribus agallochicinnam caryophyllorum: vel eiuſdem pulveribus oleo irino & moschato exceptis cera pauca addita le- menta.

Verum si feruor cordis palpitationis causa sit, contraria vsurpabuntur reme- diâ, cum sumpta, tum admota, scilicet refrigerantia: quorum materiam copiose descripsit Hollerius.



HOLLERIVS.

De Syncope. C. A. P. X. X. X.

SYNCOPE est 1 præcept virium lapsus ex insigni 2 spi- ritus euacuatione, alteratione, 3 interceptione. Eua- cuatur spiritus, quia subtilior factus est, quia corpus rari- us est, in acti vehementique calore. In 4 vehementi animi motu, cum iis 5 quæ excernuntur immodicè, doloris graui- tate, morbi magnitudine, fame, abscessus 6 subita eruptione, & ma- ximè in parte principe, aut quæ arteriis plena est: neruo, aut neruosa parte, affectis longo labore, ore ventriculi insigniter affecto, vel ab humorum frigidorum copia, vel ab humorum acrimonia, lentore, erassitie. Aliquando etiam intemperie, In cruditate, quam sequi- tur alui solutio, intemperie partium principum & consentien- tium. Vteri affectibus, intemperie calida & sicca nimis attenua- tis humoribus, vitalis virtutis imbecillitate. Alteratione verò, intemperie totius corporis principiorum, & earum partium quæ consentiunt, corruptione, vel ab aëre pestilente, vel à venenis ex- ternis, ab internis humoribus venenosis, à materia putri retenta in ventre & intestinis. Interceptione, ab humorum copia, à crassitie

1 Ex spirituum & partium sol- darum corruptio- ne & alteratio- ne: in quorum eummoderata quantitate & qualitate virium robur consistit. 2 Tum etiam ge- nerationis priua- tione, & oppres- sione. 3 Ut animi per- turbatione, respi- rationis difficul- tate, insignium vasorum obstru- ctione. 4 Unde repenti- nus motu calori- nis motu intrâ, aut foras. 5 Ut deieccio- nibus, vomitio- nibus cholera, ærebo, sudoribus magni. 6 Ut pulmonis vermice, aneurismata rupta; hepaticæ quoque vomica: vacuatione repenti- na hydropis, aut empyematis.

& lentore

& lentore corandem, qui vias spirituales intercipiunt. Distinctis causis curationem institues, colligésque ex primo ad Glauconem, quæ ad hanc rem pertinent. Similiter & ex lib. 12. Methodi men- dendi.

Curatio.

In euacuatione, refouendæ sunt vires, pauco alimento dato in- teruallis, 7 distillatis, expressionibus, gelatina, 8 iusculis, vino, 7 aromaticis.

Puluisculus cordialis.

R. marg. splendorum ʒ. ij. rasuræ eboris, ossis de corde cervi ana ʒ. j. vnicornis G. 4. sacchari viol. ʒ. ij. Utatur medio cochleari cum syrupo de acetositate citri. Alius.

R. corticis citri ʒ. j. margarit. splendorum ʒ. ij. sem. citri con- diti, sem. melonum, & acetosæ ana ʒ. ij. limaturæ auri, fragmen- torum smaragdi, hyacinthi, saphiri ana ʒ. j. sacchari rosati ʒ. ii. j. mi- ce, detur medium cochleare cum vino albo, tenui, odorifero, & parum vinoso, diluto cum aqua, in qua aurum sæpius extin- ctum sit.

Exhibetur verò vinum, quod sua substantia spiritus quàm celer- timè reparet. At aduertendum est, ne sit aliqua viscerum inflam- matio, aut delirium, aut ardor cum cruditate. Alij syrupum ace- tositatis citri ad ʒ. j. cum aquæ oxalidis ʒ. ij. dissolutum pro- pinant.

Trochisci calidi.

R. mastichis, spicæ, ligni aloës, cinnamomi, caryophyllorum, galliæ moschatæ, nucis moschatæ, cubebæ, cardamomi maioris, granorum paradisi, corticis citri ana ʒ. ij. moschi Gr. 6. Cum vino odorifero fiant trochisci, pondere ʒ. j. aut ʒ. ii. j. Alius puluisculus ad idem.

R. electarij de gemmis, confectiois alkerines, aromatici rosati ana ʒ. ij. macis, cinnamomi ana ʒ. ʒ. sacchari in aqua borraginis dissoluti & siccati ʒ. ii. j. misce, fiat puluis.

Epithema frigidum.

R. aquæ distillationis rosarum, 9 violarum, borrag. ana ʒ. ii. j. vi- ni tenuis odoriferi ʒ. j. specierum diamarg. frigidi ʒ. j. ʒ. ʒ. misce. Pân- nus purpureus his calidis imbutus cordi admouendus.

Epithema calidum.

R. vini quartaria tria: melophylli, moschatæ ʒ. ii. j. misce.

Inunctiones.

R. olei de costo, & iasmino ana ʒ. j. ambre Gr. 4. Alia. R. 10 olei viol. ʒ. ij. cum duobus granis caphuræ misce, fiat inunctio.

Inunctiones, & epithemata sub sinistra mamma fiunt. Potiones fiunt in frigida, ex vino tenui odorifero, ex syrupo de corticibus citri, cum aquis melissophyll. borraginis, calen- dulæ.

Et conferunt cardiaci pulve- ribus, semibus, floribus, fructi- bus. Ut ex conferunt borrag. bugloss. anih. nucis mo- schatæ, & id ge- nus reliquis. 8 Dissicatur in frustra capus aut coxa arietina & coquitur in phia- la bulliente in vase pleno a- qua, cum omphacæ limonum.

9 Vel acetosa, scabiosa tantum- dera.

10 Vel olei rosa- ti & cydoniorum ana. Vnc. ʒ. his imbutum gessipium carpitum cordi admoue- tur.

In calida, cum syrupo de limonibus, de persicis, oxy sacchara simplicia, syrupo acetofo, violato, de acetositate citri, & similibus. Maxime commendatur syrupus de pomis, qui ita parari debet.

11 Vel. Rec. succorum depuratorum acetose, a-grest. endiuæ horra. limonum, pomorum odoriferorum ana.
Vnc iij sacchari rosati q-s fiat syrup.
12 Modò id abradendo & exasperando non fit infestis molestum.

℞. ii succi pomorum odoriferorum cocti & depurati ℞. j. co-
 letur per manicam Hippocratis cum sacchari violati ℞. iij. cin-
 namomi ℞. ij. Vel, recentiorum more, cum æqua portione, aut
 paulò minore sacchari, fiat syrupus. Eliguntur poma omnino
 odorifera, partim acidula, partim dulciuscula. Alioqui 12 po-
 matio optimo utendum est, ex quo vel iulep, vel syrupus parari
 potest.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Eκλυσις leue animi deliquium: *λεπτοψυχία* animæ defectio: grauior, nondum ta-
 men ad sudorem vsque: Syncope grauiissima & mortis finitima, si qua con-
 cido, quòd spiritus, & vires concidant. Philotheus loco *λεπτοψυχίας*, in Aphor.
λεπτοψυχίας, animi defectum dicit. Sunt, qui distinguant, Aetius lib. 5. *εκλυσις*, &
Viros corporis in λεπτοψυχίας pro eodem sumpsit. Distinctio facilior hac methodo, cum causarum
quibus sint con- varietate innotescet. Animi defectionem nihil aliud esse, quam præcipitem
stima. virium lapsum communi omnium notione perspicuum. Vires autem sunt in spi-
 ritu calori nativo iuncto, & temperamento solidarum partium, calore insito, &
 humore primigenio siue radicali constante. Ergo in tam præcipiti virium lapsu,
 vel spiritus, vel temperamentum, vel vtrumque collabitur. Spiritus autem vita-
 lis cum sit in corde, duplicemque motum habeat, vel intrò, foras, vel foris, intrò,
 deficit, vel, quia non generatur, vel corrumpitur à proprio receptaculo, propter
 intemperiam fortem cordis, vt scribit Galen. cap. 1. lib. 5. de locis affectis: vel defe-
 ctu alimenti. Corruptur, vel alteratur, à venenata qualitate, siue interna sit ab
 aliquo membro, siue externa, vt ab ambiente aere. Non mouetur ad externa, sed
 intrò cogitur & suffocatur, vel ab affectionibus animi vehementioribus, vt in-
 genti tristitia, anxietate, mœrore, dolore, cura, & similibus, vnde sæpè syncope &
 interitus, vt Galenus docet de symptomatum causis: vel à corpore, vt respiratio-
 ne prohibita, & multitudine & crassitie crudorum humorum exiguos meatus ob-
 struentium, vnde Syncope, aut si non obstruant neque onerent, *λεπτοψυχία* oritur,
 vt Galenus docet 12. Methodi. Huc referri possunt tumor aliquis præter naturam
 in corde, vel pericardio, vt in dissecto, cuius ex Galeno meminit Philotheus, tun-
 nica inclusa in ventriculo cordis plena humore putri malè olente, vermes & si-
 milia, de quibus dictum est superiore capite, quæ aliquando obstruunt, aliquan-
 do aura venenosa spiritus inficiunt, & cor vellicant, sicuti & humor è ventriculo,
 aut vtero, aut hepate, aut cerebro, aut etiam pulmone.

Obseruauit idem euidam accidisse anno 1549. quod Antipatro Medico. Huic
 enim mortuo inuentus abscessus in vena arteriosa. Sectioni mecum interfuit Ni-
 colaus Lambert chirurgus. Motu autem è corde affatim & repente aliquando
 foras dissipatur spiritus, & euanescit eodem modo, quo intrò cogitur, vel ab
 affectu animi vehementiore, vt in gaudio, voluptate, ira, vigilia, risu: vel causa in
 corpore contenta, vt insigni euacuatione, purgatione per medicamenta, resolu-
 tione spirituum concurrentium ad aliquam partem dolore affectam vehementi-
 aut erosam, vt ad os ventriculi valde sensibile, suppuratione, aut ruptione aposte-
 matis, vel tuberculi, siue intorsum facta, vt in ventriculum, siue extorsum, vt in
 aqua in hydropicis educenda. Simul enim exhauritur spiritus, & vnà cum ru-
 ptione euanescit. Quod Hippoc. multis locis significat, vt Aphor. 27. lib. 6. & 8.
 lib. 7. In partibus quoque exolutionem fieri, vt vacuatione sanguinis, ita & pu-
 ris, 2. Epid. Memini vidisse syncope mortuos in huiusmodi ruptione è liene. Dis-
 sipatur etiam spiritus, pluribus motibus, tenuitate, raritate corporum ipsos con-
 tinentium.

229
 nentium, tenui humore & alido, sudore nimio. Atque hæ sunt fere cause, quibus
 læduntur spiritus, qui si suam affectionem communicent partibus solidis, ita vt
 incipiant resolui, quod sudore cognoscitur, erit Syncope valde periculosa, imò
 verius mors ipsa. Neque enim ferè moritur homo, nisi quadam syncopis specie.
 Sin in spiritibus tantum sit, nec facultas vitalis omnino dissoluta, Lipothymia
 proprie dicitur, cuius terminus sudor est. Ob id Galenus scribit ad Glauconem
 Lipothymiam syncope principium esse. Solidarum autem partium tempera-
 mentum multis quoque modis labefactatur, ob defectum alimenti, consum-
 ptionem proprii humidi, refrigerationem calidi innati, in longissimis morbis ex
 atrophia, in febribus acutis à colliquatione & similibus. Hinc efficitur duo pro-
 pria & perpetua esse symptomata in Syncope, frigus totius corporis à calore e-
 xolutò, & sudore diaphoreticum, siue syncopticum, à dissolutione solidæ sub-
 stantie. Est enim sudor hic pessimus, & vt causa, & vt signum. Causa, quia solidas
 partes spoliatur humido, & virium substantiam dissipat. Signum, quia imbecillita-
 tem naturæ non amplius humores continentis indicat. Sed in Lipothymia tan-
 tum frigus apparet, sic dicta, quòd sit in instrumento animi i. spiritu. In vtraque
 tamen sensus & motus priuatio est, & pulsus defectio. Causæ ex propriis signis
 cognoscendæ: remedia vnicuique causæ accommodanda.

Confirmanda facultas vitalis, si ab intemperie: à tuberculo & similibus diffi-
 lis curatio. In aspera arteria dyspnœam efficit: in tenuibus, spirituum alteratio-
 nem. Iisdem remediis, quibus asthmatici, curantur. Filio Rogier Procuratoris Re-
 gij fabricanti in pulsu deficiente & intercedente animi deliquium accidit.
 Asthmaticis remediis euasit. In euacuatione nimia reficiendus æger, vino dilu-
 to (diluitur verò aqua frigida, vt frigore fluxum contineat, celeri motu fluxum
 reuocet) theriaca recentis, irrigatione aquæ frigide, ventriculi linimento, frictio-
 ne partium superiorum, excretis retinenda. In veneno, vomitus, theriaca, mi-
 thrid, propria antidotus, pulueres cordiales conueniunt. In alicuius partis sym-
 pathia, topica, suffitus, vinctiones, cordis roboratio, partis affectæ curatio. In reso-
 lutione spirituum, alimenta optimi succi facile & citò nutrientia, humectantia.
 Diogenes Laërtius scribit Democritum multos annos effluentem spiritum re-
 tinuisse medulla panis albi intincta vino optimo, vt Cretico, & conspersa pulue-
 re mentæ appositaque stomacho, & naribus.

IN CAP. XXX. DE SYNCOPÉ.

DVRETI ENARRATIO.

Syncope, *ερε*. siue vehemens, cita & cumalata consternatio virium, vel ex repen-
 tina morbificæ formæ impressione, vel ex diuturna causarum generatione
 per alterationem & dissipationem spirituum, & partium solidarum corru-
 ptionem. *Quid syncope e-
rit causa.*

Ex insigni euacuatione. Vel potius attractione, paucitate aut interce-
 ptione.

Vehementique calore. Quando scilicet cælum æstu incanduit, sanguis & spiritus
 incendio conflagrant. *Historia*

Motu. Vt in *αεραπεία* Diagoræ, qui in amplexu filiorum coronatorum interiit.
 Aul. Gel.

Immodice. Vt in omni vacuatione aspectabili & obscura.

Doloris grauitate. Quæ facit corpus infirmum per spirituum dissipationem &
 attractionem.

Vel ab aère pestilente. Per corruptionem, aut alienæ materiæ mixturem.

Resonanda sunt vires. Alimenti quæ confertim & celeriter nutriunt.

Alimento dato interualis. i. sæpe & parca manu, quoniam necessitati non est par-
 commoditas. *Cura*

Destillans. Non placet in euacuatione, quæ paucitatem affert spirituum.

*Margaritarum
vires.*

M. margaritarum. Do, non quod valeant inexplicabili qualitate, sed vt pulvis subtilissimus exugat serum in pericardio tunica contentum.

Trochisci calidi Ad interceptionem spirituum & sanguinis, quorum explicandorum magnam vim habent.

Inunctiones. Cataplasmata etiam ex conferua borraginis, violarum, mithridatio & confectione alkermes.

Oxyfucchar. Quod fit ex aceto, succo malorum granatorum & saccharo.

IN CAP. XXX. DE SYNCOPE.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM ANNOTATIO.

Quid sit sync. pe.
Quid Syncope.
Syncope duplex
Et eius distinctio.

Syncope ex Galeno libr. 12. Method est vehemens, cita, & cumulata virium confternatio; qualis enim est in aluo *βυρρυα*, quæ est confternatio facultatis appetitricis, sic in corde est syncope, quæ est confternatio facultatis vitalis. Fit autem syncope, vel à vitio cordis, vel cum cor trahitur in sympathiam. Si cor solum laboret, corruunt ægri liberis sensibus, si in sympathiam cerebri trahatur, sensibus corruptis corruunt. In syncope pulsus intercipitur, cor non amplius aut summa cum difficultate mouetur, neque liberum ad cor aditum spiritus habet, sanguis non trahitur à vena caua, neque expellitur ad aortam. Nemo sine syncope moritur, in qua tollitur respirandi vsus. Cause syncopes sunt, quæcumque eiusmodi sunt, vt spiritus humorum vel partium solidarum contempertationem in qualitate & quantitate dissoluant, *κατὰ τὴν φύσιν* hæc virium faciunt. Refrigeratio extremarum partium signum est interceptæ *συστολῆς*, ephidrosis verò denunciat resolutionem partium solidarum. In Coac. Hippocrates aliquot prognoseis instituit de exolutione virium. Vt cum scribit: Quæ cum exolutione virium incidunt aphonix, citam mortem denunciant. Scripsit etiam: Infirmitates quæ fiunt sine vlla vacatione aspectabili, vt hæmorrhagia, diarrhæa, hæmorrhoidibus, sudoribus immodicis, hoc pessimum. Ergo syncopen faciunt solidarum partium corruptio, spirituum alteratio, interceptio, impuritas. Prohibetur *συστολῆς* paucitate, quando scilicet cor ab incendio, à calore externo non habet tantum spiritus, quantum satis est ad recreandum spiritum. Cui paucitati debetur amplificatio, quam procurabis quiete, vacuitate vacationis omnis tum aspectabilis tum obscuræ. Deinde cibo meabili, concocto facili, non imbecillo: Cuiusmodi est vinum generosum, non acidum, æstate frigidissimum. Dabuntur cibi qui conferunt & celeriter nutriant. Non est vtendum cibis solidis, vt bubula. Expressa, solatitia, & destillata conueniunt. Conferunt etiam conferuæ borraginis, violarum, buglossi, cortex citri conditus, myrabolani conditæ, flos aurengiæ conditus. Hæc pari pondere ad ʒ. ij. prescribere. Puluisculi specierum aromatici rosati, electarij diamargariti frigidi aut calidi pro affectu. Electarium triasantali prescribere ad ʒ. j. Decoctum capi vnus soporatum herbis medicatis. Carnes perdicis, mica panis intincta vino generoso. Hæc omnia destillabuntur in balneo Mariæ, & his exhibebuntur qui laborant syncope à paucitate spirituum. In infirmitate autem virium excretio quantumuis critica non potest esse salutaris Intercipiuntur spiritus sæpe asthmaticis ab humore glutinoso, qua interceptione vitiatur systole & diastole. Procurare opus est anacatharsim, & purgatio suscipienda. Detractio etiam sanguinis ex vsu fit, si adsit oppressio. Epithema sic parabitur.

Syncope symptomatica.

Prognosis Hippocratis de Syncope.

Quibus de causis Syrihæ prohibetur.
Paucitati spirituum quomodo medeatur.

Interceptio spirituum in asthma.
Plebotomia.

Epithema.

Cataplasma.
Prohibita Syrihæ astralio causa, & eius distinctio.

R. radic. cypri, calami arom. schæn. caryoph. cum melissa, menta, rosis, absynth. rosina borragine, buglossi, fiat decoctio ex aqua partibus aqua & vini, foueatur regio cordis.

R. conferuas acori, anthos, melisse, cum confect. alkermes & mithridatio veteri. f. cataplasma cum tantillo vini. Admoueatur cordis regioni, mirificè proderit.

Tertia causa interceptæ syrihæ est attractio. Nam omnis animi perturbatio attrahit.

attrahit sanguinem & spiritum ad cor & pulmones, ex Hippocr. lib. 6. Epid. Illico detrahendus sanguis, si supprimatur cor, apozematum vsus, epithemata ipsa tranquillitas animi. Hæc sunt artes, quibus syrihæ reuocari potest sublata attractione. Quarta causa est impuritas: qua nihil vitæ magis noxium. Ergo omnis vapor, aura pestilens, quæ venit *ἀπὸ τῆς γῆς*, vel *ἀπὸ τῆς αἰθέρων* facit impedimentum syrihæ, in quo omnis est syncopes natura. Per dissipationem caloris, & spiritus moriuntur à cane rabido demorsæ, cum æstu incandescunt spiritus & humores. Cornu vnicornis non facit amplificationem spirituum, quia est *ἀχρῶν ἰσσορῶν*.

Impuritas syrihæ interceptæ.

Syncope maximè visalem, obsides facit.

Syncopes causa.


Curatio syncopæ.

ANT. VALETII EXERC. XXX.

Quanquam syncope ex Galeno lib. 12. Meth. virium est omnium lapsus, in quo tamen affectu vitalis præcipue, quæ fundamentum est cæterarum, afficitur. Hinc pulsus fere nullus, nulla pene respiratio sensus & motus abolitio, in ore pallor, extrema algida & madentia, denique ipsissima mortis imago. Cause sunt summe, ob intemperiem, cordis imbecillitas, semper lethalis, spirituum à quavis causa exolutio, vel subita eorundem & præfocans ad cor reuocatio, qualis hæmophonis, quibus sanguis adimitur, sæpe euenit, qualitas aliqua maligna, aut halitus teter, tota natura insensus conspurcatio ab assumpto veneno, aut à morbo animalis venenati, ab aère inspirato ex fodina metallica, ex cadaueribus & leguminibus putribus & à ventriculi, vteri, aut alterius partis, in cuius consensum contrahi possit, vitio.

Vocatus Medicus ad ægrum syncope prehensum, omne suam studium imprimis, ad symptoma referre debet, vt præsentè accessione eum liberet. Proinde agnita causa, remedium ipsi contrarium instituet. Galenus in omni syncope vinum commendat, quod alioqui, urgente febre, inflammatione, vel mentis alienatione, perniciosum. Eo tamen vti licebit intermissionis tempore, sed pauco, & decocto buglossi, borrag. aut simili diluto. O dorata, vt lintea aqua rosacea, aceto & pauca caphura imbura, naribus admota iuuabunt, talia enim spiritus promptè recreant. Aspersio quoque frigidæ poros occludendo, & vim sopitam antiperistasi exsuscitando confert.

Recreato à paroxysmo ægro, ad syncopes causa tollenda cogitatur. Si plentudo suffocationem minuerit, phlebotome haud aliter prodest, quam si quæ exiguo igni, qui præfocatur, lignum subtraxerit, vnde reuiuiscat. Si frigidæ intemperies, aut calida in causa sit, valebunt cordiaca capite superiore enumerata. Si sumptum sit venenum, vomitus subinde repetetur, fortis iniicietur clyster, alexiteria, quæ tota pugnent substantia, sumentur, & applicabuntur, vt theriaca, mithrid. & id genus alia.



HOLLERIVS.

De Cholera. CAP. XXXI.

CHOLERA morbus est i acutissimus, sine febre ferè, quæ vel vno die, vel altero, vel certè paucis 2 diebus hominem rapit, substantia corporis effusa, partim assiduis vomitionibus, partim iisdem deiectionibus.

Hippocrates cholera sicca meminit Commentario 4. de ratione victus in acutis, cuius naturam & curationem ex eo loco intelliges. In humida verò animaduertendum in primis est, vt si fieri

est enim immoderate perturbatio ventriculi, sumum ac deorsum per vomitum & feces facta, à causa nomen habens, vt ait Gal. lib. 2 Meth. Pars affecta est ventriculus, cui consentiunt intestina. 2 Id vero accidit vt plurimum ob velleitationem & erosionem vtriusque præsij contrarij duo motus sequuntur natura maximè inferi.

potest, & vomitus componatur, & relinquatur motus, qui ad intestinum est, corrupta ferè ac exitiosa materia, quæ excernitur. Itaque initio retinenda non est, sed tum primum, cum vires inde considerare videntur. Itaque initio 4 aquæ tepidæ, aquæ hordei, aliquando etiam adiecto momento sacchari, aut mellis, vbi frigida materia est, imperandus est potus ad ʒ.6. Quod si æger horborygmis & flatibus sollicitatur, cochleare medium seminis cumini poterit aquæ incoqui. Hac arte fluctuans materia, & ad vomitum incitata, repurgatur, ex quo sistendo vomitui intendendum est.

℞. zulapij ros. ʒ. iij. succi granatorum ʒ. j. β. misce, vtatur breuibus interuallis, duobus aut tribus cochlearibus. Conueniunt & syrapi, rosatus, myrthinus, de cydoniis, de granatis & similes in causa calida. Idem quoque in causa frigida, sed conspersis pulueribus. spica, cinnamomi, nucis moschata, & similibus. Alioqui syrupus de mentha, de absinthio, & similes.

Oportet autem assami cochleari, breuibus interuallis, & sine aquis. Largiore enim potus hinc non conuenit.

Laudatur remedium ab antiquis ex vini granatorum ʒ. ij. succi menthæ depurati ʒ. β. & vtatur cum cochleari, vt prius dictum est. In causa frigida, 6 vinum optimum, tenue, & odoriferum aliquando satis esse potest. Imperabis quoque, vt granatum integrum, acidum, dulcoratum cum saccharo rosato odoretur. Æger fugat interrim: eiusdem quoque grana commanducet. Conspergenda facies aqua frigida, aqua rosarum per se, vel in frigore, adiecto vini odoriferi momento, vel moschi modico. Vtendum quoque iis, quæ exterius admouentur stomacho, qualia sunt hæc.

℞. santalorum rubror. ros. ana ʒ. ij. galliæ moschata ʒ β. caphuri Gra. 6. Madeant in aquæ ros. ʒ. iij. aceti ʒ. j. β. Panniculi in hac miscella merfi & expressi, quantum fieri potest, frigidi toti ventriculo applicentur.

Potest inungi stomachus oleo rosato, de cydoniis, de spica, de absinthio, vt res exigit. Quod si timetur nimia refrigeratio, miscella supradicta succus menthæ, absinthij, aliquid quoque cinnamomi, aut vini austeri odoriferi commisceri potest: 7 Mastichis ʒ. ij. aut iij. cum oui albumine, cum oleo cydoniorum, aut conuenienti dissoluuntur. Inde fit emplastrum, quod extendi debet in aluta formata ad modum scuti. Cæterum quæ confirmant ventriculi robur sumpta & admota, vt in vomitu & hienteria, veniunt vsurpanda.

Vulgi experiètia est, eboris tabella admota ventri vomitus compesci. Sed interim dum hæc sunt, somnus & quies, quantum fieri potest, concilianda sunt. Consulendum viribus, partim odoribus, partim alimentis.

Perdulas ergo, aut iuuenes pallos columbarum confixos baculis myrthi, rubi, cinnamomi, vt res exigit, conspersos interim dum assantur, aqua ros. vino granatorum, vino austero, odorifero, primum

primùm quidem calidos & plenos fumo naribus ægri admouebis. Ex eo tortiuo prælo succum inde exprimes: expressam materiam naribus ægri admouebis: succum torbendum exhibebis. 8 Dabis gelatinam cum succo granatorum distillatam, qualem in sputo sang. Sunt qui bucellam panis assent, vino granatorum conspergant, eundem vinum vtiliter ebibant. Eundem assatum panem vino immersum, & caryophyllorum puluere aspersum, aluum sistere certo constat experimento.

Quod si nihil continet æger, prius data aqua tepida, cucurbitulam magnam affiges ventri, & interim dum ea cucurbitula fixa est, cibum exhibebis. Breuibus interuallis cucurbitulam figes, & refiges, & ita nutries, ex Galeno sub finem libri de paratu facilibus.

Consensus est veterum Medicorum, dropacismum impositum ventri singulare esse remedium assiduè vomentibus. Parabis dropacem ex quatuor partibus picis & vna olei cydoniorum vnâ liquatis, deinde extensis in aluta. Postremò medicamentum calidum ventri applicabis.

Laudantur vincula articularum, frictions mediocres, fatus ex oleo multo, magis vbi conuulsio est, vel imminet. Fouetur spina, musculi conuulsi articuli. Cucurbitula quoque, & ventri & scapulis affigi possunt. Quod si refrigerantur extrema, linteis calentibus inuoluenda sunt.

Si spasmus accidit, redeundum ad curationem spasmi. Si vrget fitis, semina cucumeris in aqua temperari debent, donec intumeat: tum cortex exterior detrahatur: quod est reliquum, aqua incoquitur: aqua refrigerata bibitur. Contra syncopem cum aliis remediis supradictis, tum buccella imbuta vino admota naribus, contenta ore vtendum est. Erasistratus ex Chryippo præceptore vinum aqua frigida dilutum cholera morbo affectis, tanquam extremum remedium, commendat, vt vel morti proximos refoueat. Idem probat Galenus libello de venæ sectione aduersus Erasistrat.

Trochisci Rharæ.

℞. mastic. boli arm. thuris ana ʒ. ij. β. carabe, cardamomi ʒ. ij. caphuri, galliæ moschata, caryophyll. ana. Gra. 5. cum succo granat. fiant trochisci pondere ʒ. iij. Detur vnus, superbibatur ʒ. j. succi granat iulep. granati, syrup. cydoniorum, aut similis. Deorsum reptante materia cholera morbum committente, optimum erit naturæ opitulari, exhibito cathartico conuenienti: vt in falso rheo & vehementius expresso, syrup. laxat. ros. pall. syr. de cich. comp. os. cum rheo. Atque id quidem tutius imperabitur, cum materia naturam ad excretionem sollicitat, nihil tamen effata dignum vomitu, aut deiectione excludit. Clysterum 9 hinc duplex est vsus. Initio reuocandis vomitionibus, & hi simplices esse debent. Postea verò collabentibus viribus, qui & leuiter reprimant, & adstringant.

Huc spectant Pulures ex saccharo rosato, & margarib. manna Christi, confersua rosar. cydonior. oxycanthi condita, &c.

Clysteres saps & saps iterandi, vt motus omnis deorsum fiat. Latio que morsum & acrimoniam humoru retundant, emuent, vt ex lacte saccharo, oleo violato & vitellucorum. Deinde fortius paulo & vehemētiores.

3. Quare crura & manus contrahuntur, animaque deficit.
4. Quibus concurrentibus mirum non est, si subito quies moriatur.

5. Hi syrupi non sunt in aquis dissoluentis, metu relaxatioms ipsius ventriculi ab humiditate nimia.

Eum enim adstringere tum oportet.

6. Si sine febre fuerit affectus, qua magna ex parte adest. Vinum verogenerosum vel merum assumatur, pro natura ægri, consuetudine, tempore aere. Diluitur autem aqua aurata, argentata, chalybeata: unde sola vini potione multos præter spem euasisse scribit Alex. Trall.

7. Vulgo paratur siuum ex mastiche & carne cydoniorum oleo conueniente exceptis. Quibus licet sit aliquid cerati stomachus Galeni immiscere.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

*Cholera morbi
duæ species.
Cholera arida
effluvia causa.
Cholera humida
unde.*

Hippocrates quarto de ratione victus in acutis, & Galenus in Comm. & Isa-
goe, duplicis cholerae memiserunt, arida & humida. In vitroque perturba-
tio est ventriculi immodica infra, supraque. Differunt causa, & symptoma. A-
rida enim fit ex spiritu flatuoso, acri, qui siue egeratur, siue retineatur, lancinat
& mordicat partes ventris nervosas Venter inflatur, strepitus fit, dolor in lateri-
bus & lumbis, alius mihi deiciit, sed adstringitur. Humida gignitur, vel ab ali-
mentis, vel medicamentis. Alimenta in causa sunt, quae succum crudum, flatu-
sum, acrem procreant, aegre coquuntur, tardè permeant, vt intestina suilla infar-
cta sanguine, caepis, pipere, pinguedine, quibus nihil difficilias coquitur, laserpi-
tij succus, caseus, suilla caro, bubula, caprina, ventres animalium infarcti. In sum-
ma, quaecunque vel flatuosum succum generant, vel acrem, vel facilè putrescen-
tem, vel humiditatem acrimoniae iunctam habent. Corruptuntur enim facilè, &
acrimonia fluxiones irritant ex toto corpore, mordicantes officina vasorum, quae
ad ventrem pertinent, vnde vomitus, & deiectio. Medicamenta sunt, vt hellebo-
rus, apud Galen. Comm. in apho. l. lib. 5 Apho. Sed hoc nomine reliqua quoque
violenta pharmaca intelligenda, vt Colocynthis, Scammonium. Ex his enim ali-
quando generatur conuulsio, aut immoderata purgatione, aut neruorum sub-
stantia rescicata, aut demorso ore ventriculi, neruis laborantibus per consensum,
ab æruginea bile, vt in adolescente, cuius meminuit Galenus, & in negotiatore
quodam Rhemensi, cui vomitu citato desit conuulsio. Aliquando vero Cholera
sequitur. Mordentur enim, vt de alimentis dictum est, partes nervosae vi medica-
menti, & acrimonia humoris attracti, à cuius etiam quantitate potest ventricu-
lus comprimì, idque praesertim fit, cum humores non sunt ad purgationem para-
ti. Fit aliquando è toto corpore, aliquando ex quibusdam partibus, vt hepate.
Huic maximè proprium est symptoma, de quo Galenus agit comm. in eundem
Aphor. Contractio, videlicet, in musculis & pulpis tibiae, quam vulgò *Gouttes
crampes* nominant. Quod accidit viduae defuncti Praesidis de Longueil, & Dominæ
Diyuor. Morbus est peracutus, vt qui quarto ad summum die finiatur. Alia sym-
ptomata sunt & signa, vomitus, deiectiones bilis frequentissimae, deliquia animi,
sudores exigui, sitis, pulsus vermiculantes, ructus nidorosi. Quibusdam accidit
certis interuallis, naturâ sese exonerante, sed ob impetum humoris biliosi erum-
pentis, salubri humore simul cum vitioso foras expulso. Huiusmodi homines
Graecis *χολεραϊ, η χολεραϊστας* dicuntur: Plinio biliosi.

Curatio perficitur sublata causa, conuulsione, syncope, tremulo motu, singul-
tu, si adsint. Purgatione, si facilè soluat alius prouocatione vomitus, qui pro-
hibetur iniecto clystere calido, vt prouocet, pingui, leniat. Hydrelæo calido par-
tes corporis fouentur. Subducto ventre, & eò conuersa materia sanitas. Dormiat,
vt coquat. Vinum sit tenue, ad penetrationem, vetus, meracum, ad coctionem,
modo à cruditate morbus sit. Paucissimo vtatur cibo, lacte asinino, vt purget &
leniat. Neque simul deiectionem, & vomitum prouocare licet. Quae enim in ven-
tre continentur, subducenda, & vomitus prohibendus, Hipp. 4. Acu. Ventriculus
roborandus ad mortis. Conueniunt adstringentia, emplastra, sacculi, linimenta, yn-
guenta, cerata, epithemata, sed celerius agunt fofus. Cucurbitulae inter vmbili-
cum & stomachum, purgatio, pilulae, condita.

IN CAP.

IN CAP. XXXI. DE CHOLERA.

DVRETI ENARRATIO.

De cholera. Quae est ingens & immodica *περὸν*, i. commotio & euacuatio al-
ui: sursum deorsumque citata; quam vel ciborum cruditas, vel humorum *Quid cholera
& eius causa.* feritas & conuulsio ciet.

Cholera morbus s. Vel symptoma potius excreticis facultatis irritatae.

Sine febre ferè. Nisi lipyriis febribus superueniat, qua superueniente curan-
tur.

Paucis diebus hominem rapit. Ad exitum praecipiat immoderata vacuatione, *Causa morbi à
cholera* spirituum dissipatione, doloris acerbitate, motu contrario, triumphata natura
ventriculi, partium nobilium sympathia, vnde conuulsio, syncope atque mors.

Cuius naturam. Conditionem propriam in materia, parte affecta, symptomatis,
partis affectae & causae morbificae propriis.

Curationem. Per anatonem causae morbificae & restitutionem partis affectae.

In humida verò Cholera scilicet quae fit per erethysmum alui sursum deorsum-
que citatae vel à ciborum cruditate, vel ab humorum feritate.

Vomitum componatur. i. vomitus sistatur, & liberaliter.

Aluus feratur. Nam periculosa est vomitio frequens propter anadromen hu-
moris morbifici partium circumiacentium hepatis, lienis, diaphragmatis sym-
pathiam, cerebri repletionem, thoracis contentionem, vasorum distentionem: adde
quod pauci sint ad vomitum faciles vel corporis habitu, vel peculiari affectio-
ne, quae catarrhi & phthisis metum adfert. Vnde rectè Mesue docet purgationem
per aluum fieri satius esse quam per vomitum.

Relinquatur motus. Liber & expeditus, vt aluus ducatur excrementis & humo-
ribus morbificis.

Borborygmis. i. sonitu intestinorum à spiritu flatulento excitato sine dolore.

Et similes in causa calida. Quae symptomaticam facit choleram non autem criti-
cam, vt in lipyria febre, quae non nisi cholera superueniente quiescit.

In causa frigida vinum. Vt in cruditate quam autumno peperit labor impro-
bus, solis ardor, frequens & liberalis portio, cibi inconsideratè sumpti & sine dele-
ctu, in qualitate, copia, vtendi modo & occasione, musteum vinum, arborum.
baccæ.

Vinum optimum. i. vinum tenue, vetus, meracum: Tenue, ne crapulam in sto-
macho stabulando faciat; vetus, vt calefaciat; meracum, vt concoquat, neque in-
alio fluctuet, parca manu vtendum.

Conspicienda facies aqua. Vt spiritus animales possimilio recurrant ad cere-
brum, vnde vehementi & repentino motu feruntur.

Somnus & quies concilianda sunt. Quoniam omni motu aluus cietur.

Parum alimentis. quae celeriter & confertim nutriant, synopes metu: Denique
ad arcenda & corrigenda symptomata quae sunt *εγρη* & soboles cholerae. Sunt
autem haec, febris, cephalalgia, vertigo, amblyopia, ventriculi dolor & imbecilli-
tas, sitis, singultus, conuulsio, syncope. *Cholera sympto-
mata.*

Cinnamomi. Vt res exigat, i. vt est materia cholerae, cruditas vel humoris fe-
ritas.

Succum sorbendum Vt alimento & odore reficiantur spiritus:

Præsertim data aqua tepida. Quae aluum laxet: imò etiam exhibet Hippocrates
oleum, & lac asininum parca manu sumendum, quod nihil negotij facessit & le-
niter aluum ducit.

Cucurbitulam magnam affiges ventri. Vt sistatur vomitio restituendo ventri-
culum in naturalem situm. *Cucurbitula.*

Si refrigerantur extrema. per interceptionem syrphoës caloris, sanguinis & spi-
ritus à corde in vniuersum corpus.

Si spasmsus. i. conuulsio vel ab immoderata vacuatione, vel ab humoris feri-
tate.

HOLLERIVS.

De imbecillitate stomachi. CAP. XXXII.

1 Alui suo ventriculi, in coquendo & appetendo, qua dua sunt actiones ventriculi, coctio & appetitio.

2 Morbo defunctu, collapsio habitus, alieno temperamento, & mutata ventriculi actione languida.

3 Superfite morbi materia, aut empyriat.

4 Quod scilicet fit infirmitas ventriculi, & morbi daturitate collapsio habitus aliena temperamento necessitate corporis infirmitate coqueat.

5 Ad excludenda morbi reliquia, que sustinui sensum impediunt.

6 Vt auru viscerum incandescent. Nam ubi calor, ibi morbus.

7 Ex humoru in ventriculo fluantu copia, per continuat interioru tunica ad os.

8 Ea vel localem habet in alio generationem, vel aliunde affuit.

9 Ex lib. 10. Therap. methodi.

10 Sumptu & admittu, ut confer violaru rosar. borrag. iulap. rosato, syrupo calor puni. ori. adnotu ut ventriculo, ut hapsi. limimento, epithemate ex aqua rosarum & bago. Hapsu rosar. cydoniorum oleo imbuatur.

11 Cuiusmodi est syrupo acclatuo. Et tamen oxyfuchari loco, pna scribi pot. ff. ab succum mali pna.

12



MBECELLITAS stomachi frequens 2 conualescentibus: magis etiam 3 ab imperfecta crisi, in quo reuocanda sententia Hippocreatis. Si a morbo cibum assumens quis, non corroboratur, largiori 4 alimento corpus vti significatur. Quod si non assumenti cibum accidat, scire oportet, 5 quod indiget euacuatione.

In conualescentibus ergo, quibus reddita est appetentia, imbecillitas ventriculi non potest tantum conficere, quantum appetit. Modica itaque quantitate, sed breuibus intervallis, cibis boni succi, & qui facit e coquantur, reficendi sunt. In aliis, quibus appetentia non redditur, reliquia morbi in causa sunt, quae optimè vel rhabbaro, vel hiera picra ex decocto ciccerum, aut absynthij repurgantur.

In sanis verò debilitas est, vel a sola intemperie. Cuius indicia sunt, calida quidem, æstus in 6 medio corpore, sitis assidua, & lingua arida, iactatio corporis, aliquando etiam extrema, vel frigida, vel temperata, nec pro ratione æstus calentia, à tibo nidorosi ructus. Frigida verò frigoris sensus in parte infirma, nulla sitis, 7 saluatio aliquando multa, ructus acidi. Alia ex arte Medica Galeni require. Causa quoque nonnunquam materia est, & que vel 8 quantitate peccat, vel qualitate. Rursus vel corpori stomachi, vel ventriculi imbibita est, vel in capacitate fluitat.

Intemperies quoque aliquando complicantur, quarum omnium signa colliges ex arte medica.

Intemperies contrariis, calida quidem frigidis, ut potu frigida, frictione articularum, cerato Galeni, cuius hæc est descriptio.

\mathcal{R} . cere lotæ in aqua rosarum \mathfrak{z} .ss. olei rosacei in aqua rosarum similiter loti \mathfrak{z} .ij. liquefiant in vase duplici. Quod quum fuerit refrigeratum, diu malaxetur cum aqua frigidissima, vel succo plantaginis.

Imperanda ratio vitæ, quæ refrigeret. Et 10 contra æstum ac sitim his utimur.

\mathcal{R} . sem. cucumeris in aqua macerati, & excorticati \mathfrak{z} .ss. tragacanth. dissoluti in oui albumine \mathfrak{z} .ij. liquefiant in vase duplici cum eodem oui albumine: fiant hypoglottia, id est, pilulæ, quæ teneantur sub lingua.

Quod si syrupis utimur, iis omnino abstinendum est, qui 11 acetum recipiunt, nisi humiditas coniuncta sit.

In frigida, volatiliu carnes confixæ cinamomo, aut lardo consperso

perso puluere cinnamomi, & ita 12 assata. Alimenta omnino calida, vinum odoriferum, aut etiam colatum cum saccharo, cinnamomo granis paradisi, modico zinziberis, & similibus. 13

Bofus è 14 facculo mollissimis plumis anseris pleno, & aliis quæ postea de siccitate in hectica fibre dicentur.

Humiditas, si fluitat, vomitu elicienda est. Vbi imbibita est, & qualitate peccat, pharmaco repurganda est. Si tantam quantitate peccat, & præter modum stomachum ac ventriculum remollit, adstringentibus medicamentis, admixta aromatum parte ad resiccandum, vtenda erit. Si crassus & viscidus humor est, incidendus oxymelite, aut aliis eiusmodi, tum pharmaco deiciendus est. Materia eorum, quæ infirmum stomachum è frigore confirmant, cinnamomum cortex citri, caryophyllum, mastix, lignum aloës, zinziber, & chebuli conditi, macis, mentha, absynthium, galanga, scœnant. caruum ami, flores anthos, vinum aromaticum, nux moschata, piper, aromaticum rosatum, diagalanga, diacuminum, diatrium piperum, diacydonium cum aromatibus, theriaca, mithridatium, syrupus de mentha, de corticibus citri, mel anthosatum, oleum nardinum, de spica, de mentha, in quo aromata calida coxerint, vt piper cinnamomum.

Frigida. Coralli, santali, ambra citrina, coriandrum præparatum, ebur, cornu cerui, & vnicornis, cydonium, pyra adstringentia, rosa, diarrhod, Abbat. trochisci de spodio cum semine acetosa, myrrha, acetosa, diacydonium sine speciebus, scoria ferri, limatura chalybis ceratum santal. vnguentum rosatum, oleum rosatum, & de cydoniis, syrup. rosat. & de cydoniis, aliæque eiusmodi, quorum pars in controuersiam temperamenti venire potest. Cætera calidam temperiem corrigere possunt. Horum enim omnium vsus, vel quia inde puluisicali & electaria, potiones quoque confici possunt, aut topica, quæ exterius applicentur. Vrgente sitis ardore semina portulacæ, cucumeris, cucurbitæ, acetosæ & similia, trita & excepta mucagine tragacanthæ prouderunt. Item glycyrrhiza recens. Per omnia tamen videndum est, ne adstringamus nimium, ex quo siccitas immodica contrahitur, ne nimium humectemus. Hinc enim virtus harum partium dissoluitur. Neque nimium refrigerandum, vnde extinguitur calor.

Tepidis vtendum non est, sed vel frigidis, vel calidis, quod tempore virtus stomachi relaxetur.

Remedia externa anteriore parte ad sterni initium sub pectore aptanda sunt: quanquam & posteriore parte ad duodecimam vertebra probato remedio applicari possunt. Vtraque parte posita magis iuuabunt. Sed oportet ea quæ posteriori ponuntur, habere aliquid tenuium partium, quod per difficiliorem viam penetrare possint. Humidiori ventriculo conuenit. \mathcal{R} . ambra citr. mastichis, iridis, an. \mathfrak{z} .ij. ros. siccarum \mathfrak{z} .j. ss. fiat pul. detur \mathfrak{z} . cum magno cochleari succi granatorum, vel fero lactis. Quod si frigiditas adiuncta est, addes cinnamomi, scœnuanthi, maceris ana \mathfrak{z} .j. Quinetiam

12 Ut condirentur ex pulueribus caryophyllorum, nuxi moschata & cinnamomum sapa.

13 Aut sunt condita opia a è nuce moschata, myrobalaru cœlitium, citr. cond. flore aureng. cond.

14 Fiumi sacculi ex radice cyperi, cal. arom. sebanambo, caryophyll. absynthio Rom. menth. org. chamamelo, ro

si. Coquantur in aqua partibus aquæ & vini rubri: decocto madefacta spogia admouetur stomacho. Astu autem illinatur olei absynth. menth. & nuc moschata.

humidiori ventriculo conuenientissimum istud est remedium.

℞. aquæ vitæ ℥. ij. aquar. rosar. ℥. j. cinnamomi ℥. j. misce omnia. Deinde bis aut ter cola per manicam Hipp. post infusionem horarum 24. Capiat bis in hebdomade cochleare vnum hyeme, æstate semel. Humiditatem quoque resiccant ferè omnia in frigidis numerata, & vino incocta, quod adstringat.

Ad idem paratur racematum vinum, in quo macerantur caryophylla, absynthium Romanum, &c. Vt si feruente musto, noduli vel sacculi pendeant è charyophyll. zinzibere, menth. absynth.

Sed vbi frigiditas coniuncta est, aromata commiscenda. Ad frigidam dispositionem.

℞. corticis rad. sæniculi ℥. ij. coquantur in vini optimi ℥. iij. ad dimidias. Quod si maior refrigeratio est, coletur vinum per manicam Hippocratis cum ℥. j. cinnamomi.

Instituuntur quoque trochisci, qui infirmitati stomachi à frigida causa mirificè medentur.

℞. ros. rub. ℥. iij. ligni aloës, spicæ, mastich. schœnuanth. mac. cinnamomi, absynth. ana. ℥. j. Ex vino veteri fiant trochisci. Diatrium pipereum, diacydonium Galeni cum aromatibus conueniunt. Exhiberi verò solent electaria, lozengia, syrup. horas duas ante cibum: primùm quidem lozengia, deinde syrupi.

Quod si flatus adsunt, galanga, grana paradisi, cuminum, lybisticum, caruum, bacca lauri, iuniperi, & similia vino odorifero incoquenda sunt in pul. redacta, macere & cinnamomo adiectis incorporaretur melle anthosato. Theriaca & mithridatiè hic vtendum est.

Calorem refouent catuli, cati, caniculæ, pulli, pulla, manus ad-mota ventri, rasura dibaphi, quæ plurimùm conuenit, vbi etiam frigiditas est, gossipium, sacculus è mollissima pluma anseris, pellis leporis. Gossipium in vino odorifero, decoctione menthæ immersum, expressum, siccatum, & ita inpositum. Ceratum stomachicum Galeni, vel hoc.

℞. ol. de spica ℥. iij. cera ℥. j. mastichis ℥. ℥. liquefiant in vase duplici. Deinde adde cyperi, macis, cinnamomi an. ℥. i. commisce diligenter, & rasurâ dibaphi excipe, quantum satis est, calidumque appone.

Vel ℞. mastich. cerati stomachici Galeni, æquales partes: cum oleo absynthij, aut de mentha f. emplastrum ventriculo apponendum.

℞. dialthææ ℥. j. mastichis dissol. in oleo de spica. ℥. ℥. croci ℥. ℥. misce, extendatur in aluta pro stomacho. Hoc & dolorem lenit, & stomachum roborat.

Mastichis grana præmansa & deglutita, Ceratum stomachicum Galeni. Concalfacto verò stomacho vtendum est cerati santalini ℥. ij. malaxatis cum oleo de cydoniis, rosarum, deinde extensis in aluta. Iulepus rosatus, vinum granatorum, syrupus acetosus simplex, & similes syrupi. Quod si humiditas calori coniuncta est, aut aliquis

quis humor biliosus, vel in ventre collectus, vel aliunde inuectus, absynthio, hiera picra, rhabarbaro, cassia, & similibus hac ratione vtendum est.

Absynthij decoctum biliosa deterget & subducit, siquidem altius non fuerint imbibita: & hoc magis meli cratum ex absynthio, aut decoctum absynthij cum octaua parte mellis rosati dulcoratum. Infestissimum verò absynthium, & quæ adstringunt, quibus pituita ventriculo inhæsit. Tum enim prius incidi & tenuari materia postulabit. Hieræ picræ, & rhabarbari vsus est, vbi imbibitus humor est biliosus tunicis ventriculi. Vtriusque ℥. j. aut ℥. iij. ex decocto absynthij, cicerum rubrorum, sero lactis, aqua endiuicæ, satis esse possunt. Alioqui ℥. j. cassiæ, aut catholicum imperandum est. Sed ab his roborandus erit stomachus: nec enim, vt hiera & rhabarbarum, confirmare possunt. Ventriculum roborabunt oleum mastichinum & styracinum descriptione Nicolai, in quibus hapsus lanæ purpura intinctæ stomacho apponitur. Similiter olea nardinum & molchatum, costinum, è benzoïno, vsurpari poterunt.

Vinum absynthites descriptum à Dioscoride detergat, roborat, appetentiam reddit. Quod si deest, molliores absynthij cauliculos recentes leuiter conuassabis, vino odoro austeriusculo macerabis, & leuiter feruefacies, vel siccos eosdem cauliculos vino infriabis.

Id vinum maximè facere ad subuersionem stomachi Atriæ celebris fœminæ historia à Galeno cap. 3. lib. de theriaca ad Pisonem descripta amplissimè confirmat. Hæc non appetebat, non continebat, vt pote stomachi affecta dissolutione, atque aded in atrophiciæ periculum incurrebat. At vbi Medici Galeni consilio, vinum ex absynthio confectum propinarunt, illico appetentia est restituta, & ventriculus confirmatus.

In imbecillitate stomachi plurimus olim vsus medicamenti è cotoneis. Syrupus acetosus è cotoneis sic fit.

℞. succi cotoneorum per residentiam depuratorum, sacchari ana ℥. j. aceti ℥. iij. coque ad spissitudinem. Conuenit calfacto stomacho, & inde infirmato. Poteris tamen imminuere modum sacchari, vt erit auctus calor: aceti, vt erit sensus stomachi.

Miua Rharæ.

℞. succi cydoniorum maturorum per residentiam depurati ℥. j. sacchari ℥. ℥. vini veteris ℥. ℥. coquantur, & despumentur. Tum.

℞. zinziberis, spicæ, cinnamomi, caryophyll. ana ℥. ij. mastichis ℥. iij. Omnia puluerisata nodulo includantur, & in prædicta miua calida macerentur: deinde refrigescant, & nodulus exprimat.

Gracorum.

℞. succi cydoniorum, mellis optimi ana ℥. j. aceti acris ℥. ℥. aut non ita acris ℥. ix. zinziberis ℥. v. piperis albi ℥. ij. Succus cum aceto & melle modicè coquatur, despumetur, tum inde pulueres, & coque ad crassitudinem.

Moderatis omnibus oris ventriculi affectionibus, præterquam quæ æstu vehementi oriuntur; proxima duo medicamenta conueniunt Aliud.

℞. carnis cydoniorum, mellis ana ℥.j. aceti albi ℥.j. simul bulliant, & agitentur, tum ad iice piperis ℥.j. zinziberis tantundem, petroselinum Macedonici ℥.viii. hoc magis adstringit. Ventri calida intemperie affecto, aut bilioso, piper & zinziber substrahuntur. Ventri temperato tantum dimidium piperis & zinziberis substrahitur. Aliquando miua aromatica ℥.j. theriacæ aut mithridatij ℥.j. commiscetur. Datæque hæc miscella ex vino odorifero. Quod si etiam dolor coniunctus est, in primis phlebotomia ex interna brachij conuenit. Perseuerante malo, ex utraque basilica, & hoc magis si grauis dolor est, si repentinus, si difficilis ructus, & spiritus si febris est, si dolor in dorsum & scapulas extenditur, sanguis detrahendus.

Historia est quinto Epidemion, de muliere quadam, quæ in vehementissimo dolore stomachi, nullis aliis adiuta remediis, sanata ex ducto ex utraque manu sanguine.

Postea verò leniendus dolor est, & si quidem venter æstuat, cucumeris semen, & hordei in aqua frigidissima macerari debet, & decortari: cum adiecta parte glycyrrhizæ rasæ & recentis coquatur aqua, despumetur. Refrigerata verò, vel niue, vel aliis modis supradictis propinetur. Vesica ea aqua, vel alioqui frigida, ex dimidio plena sapius admoueat.

Quod si materia aliqua concepta ventriculo dolorem facit ea, ut prius, commodè repurganda est.

Cucurbitula umbilico, aut ad latera umbilici affigendæ sunt. Dextrum quidem, si ab hepate: sinistrum, si à liene, in ventrem fluxio est. Suntque omnino tria genera eorum quæ dolorem leniunt. Primum, quod rescindit causam, ut pharmacum, & medicamentum, quod intemperiem corrigit. Secunda verò eorum, quæ reuera anodyna sunt, qualia sunt chamæmel, melilotum, anethum, flores rosmarini, croci, rosarum, violarum: quibus aliquid menthæ, absynthij, & eorum, quæ stomachum roborant, adiiciendum est. Similiter & furfures, milium, sal, dolorem leniunt: sed frigi debent, & sacculo includi.

℞. furfurum M. i. milij conuassati P. 2. salis ℥. i. frigrantur in sartagine: deinde includantur: perfumetur sacculus vino diluto aqua rosacea, & effuso in laterem candentem. Aliud.

℞. florum anthos, rosarum, violarum, chamæmeli, anethi, meliloti, ana P. i. summitat. absynthij P. β. Fiant sacculi: perfumantur, ut prius, & applicentur calidi. Alioqui.

℞. menthæ, absynthij ana P. 2. chamæmeli, floram anthos ana P. i. calami aromatici, schœnuanthi, mastichis an. ℥. i. Fiat decoctio, in vluo odorifero. In decoctione gossipium, aut rasura scarlatæ immergatur: exprimantur, & identidem calida applicentur. Materia quoque expressa ventriculo toti applicetur. Sed videndum.

dam, ne refrigescat, statimque oleo conuenienti vngere oportebit.

Vbi supradictis remediis non cedit dolor, narcoticis vtendum est. Primum quidem leuioribus, quales sunt syrupi rosarum, papaueris, myrthi, syrupus violatus, de nenuphare cum ℥. j. Philonij.

℞. syrup. ros. & de absynthio ana ℥. j. opij. Gr. j. bulliant vnà leui ebullitione, deinde cum ℥. iij. iuris pulli detur in potu.

℞. philonij in causa frigida, in calida verò, requiei descriptione Nicolai, vnus ℥. β. in vino tenui odorifero.

℞. pilul. de cynoglossa ℥. j. dissol. in syrupi rosati, & de papauere ana ℥. β.

Trochisci Stella.

℞. spica, mastichis, cinnamomi, schœnuanthi, castorei, myrthæ, olibani, piperis, aloës, absynthij, sem. hyoscyami albi, & mandragoræ, opij ana partes æquales, ut ℥. β. Fiant trochisci cum vino dulci, pondere ℥. ij. Detur vnus cum vino odorifero.

Albucasis non reuellendum remedium.

℞. opij ℥. j. cum aliorum capitibus duobus. Conquassentur, fiat distillatio in alembico: eius aquæ modicum bibatur. Eadem arte poteris opium commiscere rebus stomachicis supra enumeratis, & inde aquam elicere. Alia narcotia superius descripta remedia quoque plurima ex 8. libro de compositione medicamentorum *κατὰ τὸ πρῶτον*.

Quod si vlcus affuerit, quod ex signis in scholiis dicendis intelliges, ita moderanda sunt omnia.

Medicata edulia purgantia sint: ut lac amygdalarum dulcium cum saccharo multo, hydromeli, syrup. rosatus, conferva rosarum.

Vbi purgatum fuerit vlcus, acris omnibus, acerbis, acidis, salis, abstinendum: mitigantibus vtendum, quæ & detergeant, & glutinent. Qualia, lac calidum, hordeata saccharo rosato condita. Sed & in gula paulatim deglutienda, & iis lentor quidam insit oportet. Itaque oua forbilia optimam materiam præstant, qua saccharum, mastiche, farina hordei tosti, scœnuagræci, li maces, cochleæ, balaustræ, malicor. mucago tragacanth. gummi. Arabicum excipi possunt. Sed de his fusiùs in nostra ad 8. Galeni librum de compositione medicamentorum *κατὰ τὸ πρῶτον* perioche diximus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Affectus ventriculi in œsophago, stomacho, siue orificio, fundo, tunicis, pyloro, infiniti propè reperiuntur, tantò periculosiores, quantò coctio & distributio cibi magis necessaria est vniuerso corpori. Quales sunt, intemperies omnium generis, tumores præter naturam, obstructions, de fluxiones, excreme- *Ventriculi affectum sunt serè innumeris*

collecta, vel nata, vel aliunde immiffa, cibus in tempeftiuus, nimius, vitiofus, deie-
cta appetentia, naufea, vomitus, humores in tunicis infarcti, aut in fundo fluitan-
tes inflammatio, inflatio, dolor, exulceratio à caufa interna, vt humore acri, phar-
maco, cibo, offe acuto, præcedente abfcelfu, erofio, fames canina, immoderata fi-
tis, & fimiles, quorum figna, caufas, remedia explicare maioris eft operis. Multa ex
Galeno colligi poffunt, 3. & 6. de morb. & fympt. 5. de Locis affectis, 6. de fanitate
tuenda, 7. Methodi. Signa ex Microregni, octauo *επι τοῦ σπυ*, ita defcribit ftomachi-
cos contra Andromachum, qui ftomachicas confectiones fine difcrimine fcripfe-
rat prodeffe ftomachicis. Quod & vulgò hodie etiam Empyrici faciunt.

Stomachici qui vulgò dicuntur. Plerique (inquit) vulgò homines eos, qui appetentiam perdiderunt, ita vo-
cant, & quibus post acceptum cibum, ventris os grauatatur atque opprimitur, &
quandam agrè tolerabilem anxietatem habet. Appellat eodem modo etiam il-
los, quibus naufea contingit, & maximè si ad vomitum impellat, & adhuc magis,
si cibi corrumpantur, quandoque nidorosi facti, quandoque etiam aliam viciatam
qualitatem adepti. Et præ his omnibus adhuc magis illos ftomachicos nominant,
quibus rictus eiusmodi cum molestia quadam & anxietate ac subuersione con-
tingunt, sæpe cum nondum cibum acceperunt. Quinetiam si per plurimum m tem-
pus cibi in ore ventris morentur grauantur, & vix descendunt, hos itidem ftom-
achicos appellant. Alios item appetitum caninum appellatum habentes, vt &
plurima edant, & maximè grauari paulò post reuomant, fimiliter vocant. Alios
rursus qui fortiter exoluuntur, vbi diutius inedia pertulerint, & si non citius ci-
bum accipiant, in ore ventris morsus percipiunt, eodem modo ftomachicos vo-
cant. Hasenus Galenus. *Κοιτιανὸν* autem sunt, qui cibum non continent. Ante ci-
bum, ab humore confluyente, post cibum, ab imbecillitate: vtroque tempore, ab v-
traque causa dolor commouetur. Nonnunquam à cibo cessat, quia cibum natu-
ram colligit, temperat, calfacit. Vlcus esse coniciendum ex dolore, ardore, deglu-
tito sinapi, & similibus rebus calidioribus, aut frigidioribus, purè apparente in
vomitu, vel deiectione. Vlcus ventriculi causa duplex: interna, externa. Externa,
vulnus: quod si magnum, est incurabile, vt in vinario Aureliano, & id constat ex

Κοιτιανὸν qui appellantur.

Galeni lib. 5. Meth.

Aphorismo 18. lib. 6. Externa quoque causa est venenosum pharmacum, os acu-
tum, acus. At interna, est humoris acris confluxio. Non ciendus vomitus, ne inde
vltus laceretur, & materia aliunde trahatur. Eodem modo neque sternutatio,
neque tussis. Ab humore acuto lingua infecta, sapor redit in os, & in vomitu, se-
cessuque, cum ardore, calore, fiti, angustia. Si in orificio ventriculi, grauiora sym-
ptomata, frigiditas extremorum, syncope, dolor grauior, &c. Ex varietate causa-
rum indicationes curationis sumendæ.

Si à morbo cibum. Conualescentes à morbo aliquando multum appetunt, ob
extenuationem membrorum, non solum ab inanitione spiritus & humoris, bal-
neo, profluuiis, sudoribus, insensibili perspiratione, colliquatione, & similibus, sed
etiam à ieiunio, inopia alimenti, calore languescit, vt flama, quæ in ellychnio
infiti ab oleo, & aère fomitem & pabulum sumit. Aliquando verò appetentiam
habent deiectam ob vitiosos humores relictos. Vtrique sæpè, nisi accuratè tra-
ctentur, in recidiam incidunt. Priores quidem, quia cum extenuata membra
multum appetant, non tamen sumpta conficere potest imbecillus calor. Constat
enim historiam multorum, qui à longa inedia sese repleant, inde suffocari. Poste-
riores verò, quia reliquias morbi tandem natura stimulat aggredi cogitur.
Quantò enim plus nutriuntur, tantò magis læduntur, donec accrescente malo
morbus repetat. Hi igitur curantur vacuatione, vt docet Galenus libello de san-
guinis missione contra Erasist. & Hippocrates lib. 6. Epid. Illis verò remedio sunt,
rerum non naturalium commoderatio, labor, cibus, potus, somnus, venus, omnia
mediocritæ: deinde longo tempore substantiæ reparatio per alimenta pauca, bene
nutrientia, facilia coctu, sæpius exhibita. Nam pauca non sufficiunt: nimia non
coquuntur.

IN CAPVT XXXII. DE IMBECIL- litate stomachi.

DVRETI ENARRATIO.

Imbecillitas stomachi. i. alui, in appetendo & mitificando, quæ duo sunt ventri-
culi officia: In qua imbecillitate non est par necessitati commoditas, nec votis
partium esurientium respondere potest ventriculus.

Frequens conualescentibus. Aut etiam iis qui nuper iure, & loco post inediam *Causa imbecilli-
tatis ventriculi
in conualescenti-
bus.* longam cibari coeperunt: conualescentibus inquam, propter ignauiam à diutur-
na officij vacuitate, collapsa etiam aluo, deinde etiam paupertate caloris natiui,
tum propter febris æstum, tum propter vacuationes, tum naturales, tum insti-
tutas.

Cibum assumens. i. appetens exclusa omni materia & empyreumate, quæ duo
cum supersunt, appetentiam labefactare solent.

Non corroboratur. Edendo nihil proficiat, vires naturalem, vitalem & anima-
lem non reficiat.

Largiori alimento. Quoniam ventriculus necessitati respondere non potest,
propter caloris natiui paupertatem, ignauiam, collapsum habitum.

Quod si non assumunt. Non appetenti nec capienti.

Hoc accidat. Vt maneat corpus infirmum supersite empyreumata & materia,
vnde vis appetendi labefactatur.

Euacuatione. Purgari debet medicamento purgante; ac tum purgandi est com-
moditas, quia omnia sunt præparata, non cum febris adest.

Imbecillitas ventriculi. Qui diuturna officij vacuitate factus est ignauior, & ex
paupertate caloris natiui laborat.

Non potest tantum conficere. Nec corporis necessitati respondere, quod necessi-
tati par non sit commoditas.

Media itaque quantitate. In copia & qualitate.

Sed breuibus intervallis. Propterea quod eorum quæ celeriter nutriunt & con-
fertim, celeres sunt excretiones.

Quibus appetentia non rediit. Ab imperfecta crisi supersite morbi materia &
empyreumate. Quarum reliquiarum signa sunt anorexia, cibi insuauitas, oris *Reliquiarum
morbi signa.
Sitiu focus.* amaritudo, sitis, oris siccitas, & somni vacuitas.

Sitis asidua. Quoniam sitis focus in aluo est & in pulmone.

Lingua arida. Per continuitatem interioris tunicæ, quæ linguæ, palato, & sto-
macho communis est.

Inflatio corporis, vauudus. i. naufeabunda.

Extrema vel frigida. Vt in lipyria febre à bile erysipelatis modò incandescentem,
quæ exitum non habet: vel ab incendio calorem natiuum foris intro cucurbi-
tulæ modo reuocante. *Perfrigerationis
extremorum
causa.*

Vel qualitate. Acida, salsa, acri: vnde vis appetendi, coquendi & retinendi labo-
factatur.

Potus frigida. Aquæ scilicet, syrups rosati, si à calore sit laxior aluus.

Friktione articularum. Vt euocetur calor intus foras ac diffundatur.

In frigida. Intemperie scilicet ipsius ventriculi vel primigenia, vel secundaria,
simplici, composita, vel cum materiæ synathrisimo coniuncta.

Alimenta omnino calida. Vt minutalia carnis veruecinæ, perdicum cum cinna-
momo, caryophyllis & nuce moschata. *Alimenta calida.*

Vbi imbibita est, &c. Vel siccanda est aluus: Nam talis intemperies non tam ca-
thartico quam neoterismo, corrigenda est.

Abfynthium. Vulgare ad incidendam contumaciam materiæ; Romanum *Abfynthij vsum.*
verò ad ventriculi intemperiem, & eo semper ad fotum ventriculi vten-
dum.

Galanga, calidior est, & igneum habet calorem.

- Conseruatum v. su.** *Quinetiam conserua.* Borriginis, violarum, buglossi, temperatæ sunt & æquæ valent ad frigidam intemperiem atque ad calidam, vt hoc modo.
- Canditum.** *R. conseru. borrag. bugloss. violarum ana ʒ. ij. flor. aurengia, corticis citri conditi ana ʒ. ij. sacchari rosati quant. suff. fiat conditum exhibeatur è cochleari.*
Humidiori ventriculo conuenientissimum. Vt hoc.
- Puluis.** *R. coriand. preparati feniculi dulcis ana ʒ. j. rasura cornu cerui, eboris pulueris margaritarum electurum, coralli rubri ana ʒ. ʒ. vel ʒ. ij. cinnamomi gr. vj. sacchari rosati ʒ. v. fiat puluis subtilissimus. Mirificam habet vim exhauriendi humoris in aluo fluctuantis.*
Lozengia. Vt si detur rhombus diarrhodi abbatís, ponderis ʒ. ij. superbibatur tantillum syrui absynthij aut de menta.
- Manu ventri admotio.** *Manus adnota ventri.* Quæ calore natiuo roborat vim ventriculi, & actiuo cruditates iuuat, coctionem perficit, status discutit.
Pluma anseris, pelis leporis. Vel hoc:
- Emplastrum.** *R. cerati santa. mastich. emplastri stomachici ana ʒ. j. malaxentur in oleo absynthij fiat emplastrum syndone operium in formam scuti.*
- Dibaphi seu s. carlata vsu.** *Dibaphi. i. scarlaræ seu purpuræ, de qua vide Plutarchum in vita Alexandri.* Sed vulgaris nostra purpura reicienda est, quia recepit arsenicum in tinctura: vtendum autem panno albo.
- Signa calidioris ventriculi.** *Concalescæto verò stomacho.* Cuius calor æstu ventris, siti, nidore, iactatione, & appetentiâ deiectâ significatur cum oris amaritudine, si bilis quoque in vitio sit.
Aut aliquis humor biliosus. Vnde oris amaritudo, cibi fastidium cordis morfus.
- Æqua absynthij.** *Non fuerint imbibita. i. tunicis ventriculi infiltrata.*
Melicratum ex absynthio. Aqua multa absynthite dilutum, vt si M. absynthij in lb. ʒ. aquæ coquantur.
Aut decoctum absynthij. Vt.
- Decoctum absynthij.** *R. radie. cichorii ʒ. j. passulæ n. v. vel vj. fiat decoctio, in qua maceretur coma absynthij vulgaris, nec bulliat. Coletur ad ʒ. ij. vel iij. Deur manè horis tribus ante cibum.*
- Cathartica incipientibus morbis exhibenda.** *Alioqui ʒ. i. castia, aut catholicum.* Quæ ad omnium morborum curatio nem principio adhibentur, non quod catholicum omnes humores purget, quod vt faceret, alij addiderunt agaricum. Sed dari non debet initio morbi.
Leniendus dolor est. Omni anodynorum genera ex lib. 5. de medic. simplic. facult. quæ partem & materiam demulcent, & quæ stupefaciunt.
Venter æstuat. Quia nulla pars corporis à dolore tam vexatur, quàm ventriculus, & vbi sudor, ibi morbus.
Vesica. Suilla scilicet, quæ neque pondere neque inæqualitate molesta est.
- Cathartica.** *Vt prius, commode repurganda est.* Diluto rheii in taleolas secti & leuiter expressi ad ʒ. j. cum syrupo violato. Vel.
R. castia recens extracta ʒ. x. fiant boli siue saccharo. Dentur è cochleari cum syrupo violato.
- Cucurbitula.** *Cucurbitula.* Nam cucurbitulis restituitur habitus ventriculi & intestinorum.
- Anodynorum vsu.** *Reuera anodyna.* Quæ demulcendo, materię acrimoniam infringendo & partem solando iuuant, vt cataplasma ex fursure & sapa.

IN CAP.

IN CAPVT XXXII. DE IMBECILLITATE STOMACHI.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM ANNOTATIO.

Imbecillitas symptoma est intemperiei siue simplicis, siue cum humoris synathrisimo, vt in morbis oculorum nomine imbecillitatis intelleximus deprauationem visus & cæcitatem, ita per imbecillitatem considerabimus causam omnium symptomatum quæ in aluum incidere possunt, nempe *βεβρωμία, δυσπεψία, ἰσχυρία*. Tarditas enim coctionis, deprauatio, & priuatio, symptomata sunt imbecillitatis alui, vnde veniunt alia symptomata, vt lienteria &c. Hic non agimus de phlegmone alui, de vulnere, de veneno hausto, sed de intemperie duplici, Græci *ἀνωία* nominant, quæ symptoma est in temperie. Omnes autem causæ imbecillitatis alui explicantur lib. 7. Metho. symptomata, lib. 8. de loc. aff. fecit. signa in arte paru. Ergo imbecillitas est *ἀνωία* ipsius alui. Nam robur consistit in moderata quantitate & qualitate partium solidarum, caloris & spiritus. Alui officium est apperere, mitigare, & chylum facere, Quod præstat in *ἀνωία*. In atonia autem par esse non potest necessitati commoditas. Veram illud scire debetis stomachi nomen tribus modis vsurpari. Gulam aliquando significat vt lib. xij. meth. propriè significat *εὐνοία ἢ γαστρίς*, orificium superius ventriculi, ferè pro aluo vsurpatur, vt hic. Imbecillitas autem ventriculi in tribus hominum generibus consideratur: in iis qui perfectè iudicati sunt, in iis qui reliquias morbi aliquas adhuc habent, & in iis qui in neutro sunt statu: Ac primum in iis qui nuper conualuerunt; quia omnis mutatio ab otio ad negotium naturæ molesta est, in iis quibus sunt quædam reliquæ. Nam scripsit Hippocrates, Si æger morbo defunctus sitiat, os ei amarescat, fastidio laboret, signa sunt superfluitatis materię. Omnis autem qui ab imperfecta vel perfecta crisi morbo defunctus est, est in metu relapsus duabus de causis, aut sponte sua, aut sponte naturæ, aut suo vitio, aut superfluitate materia. Illius duplex est cacochymia ex lib. 2. aphor. Vna succrescens, altera superflua: Succrescens nascitur aluo infirma, quando scilicet non est par necessitati commoditas, relaberetur æger quia liberalius cibum capit, vt de quadam muliere narrat Hippocrates, l. Epid. Quæ cum *πλεονεξία*, i. perfectè iudicata esset, eod die liberaliter conauit, postfridie interiit. In ea erat cacochymia succrescens quæ oppressionem fecit, vnde interiit. Superflua cacochymia est in iis qui imperfecta crisi sunt iudicati, & ea relapsum facit intra primum quaternarium, si septenario iudicatus fuerit. Si 20. die, intra 27. relaberetur, nisi reliquæ excludantur cathartico cholagogo. Ergo omnis intemperies cuiusmodi sit, infirmum facit ventriculum & pigrum in concoquendo, & apprehendendo. Calida intemperies labefactat ventriculum: sicca facit vt laboret paupertate caloris natiui, vnde mitigare non potest cibum ingestum; humida fibras relaxat: à frigida immoderata sit canina appetentiâ. Curatio imbecillitatis stomachi ex perspicentia causarum & signorum est instituenda. Quæ facilius explicatione scripti auctoris intelligitur.

ANT. VALETHI EXERC. XXXII.

Ventriculi imbecillitas facultatis est concoctricis error, quo vel *ἀνωμία*, altera coctionis priuatio, vel *βεβρωμία*, coctionis immunitio, seu tarditas, vel denique *δυσπεψία*, & deprauata coctio inferitur. Causæ sunt intemperies frigida, calida, humida vel sicca, quarum notæ ex Galeno lib. 7. Method. scitè ab Hollerio repetuntur, vel præter naturam tumor, phlegmone, erysipelas, abscessus, aut denique ex terna rei alicuius vitium, vt cibi & potus immodica copia, noxia qualitas, intempestiuus vsus, præposterus ordo, excrementorum corruptela, breuitas so-

Imbecillitatis
ventriculi à caus.
frigida curatio.

Nudâ intemperies rarò huic affectui causâ est, sed sæpius coniunctam habet materiam frigidâ quidem pituitam, vel ex cibis collectam, vel à capite, viciniquè partibus transmissam, vel crudam humorum colluuiem ab antecedente morbo acuto, aut chronico relictam, calidâ verò bilem. In frigida itaque purgabitur ex hieræ picræ ʒ.ʒ. vel ʒ. β. cum vino albo dissolut. Hieræ vsum si osculorum venarum apertionis metus, vel vteri gestatio, aut hæmorrhoides dehortentur, pilulæ præscribentur.

R. pilul. de hiera & agar. an. ʒ. β. cum syrup. de mentha, vel absynth. f. pil. mol.

Conferent quoque pilulæ ante cibum ad ʒ. 2. datæ. Ad iterandam purgationem parabitur humor syrupis conuenientibus, & interea robori ventriculi sumptis & admotis prospicietur. Sumuntur electaria, opiata, vel condita.

R. Zinziberis cond. ligni aloës ana ʒ. ʒ. puluer. electar. aromatic. ros. & diarrhod. Abbat. ana ʒ. ʒ. cum saccharo in aqua absynth. dissoluto f. electa. per l. eng. pond. ʒ. 2. Sumat unam horâ 1. ante pastum, à qua licebit vini optimi modicum superbibere. Per se satis sunt interdum, Zinziber conditum, cortex citri sic. myrobalan. condita. Vel,

R. conserua, melissophylli, bugloss. borrag. & ros. ana ʒ. 2. conser. anth. ʒ. 1. cortic. citri. cond. ʒ. 4. confect. alkermes ʒ. ʒ. puluer. electar. latificanti Gal. & degemmis ana ʒ. β. rasura eborn. corn. ceru. ana ʒ. 2. cum syrup. de absynth. f. opiata, cap. mane instar glandis.

Topica erunt, fomenta, linimenta, scuta.

R. piper. & calam. aromatici ana ʒ. β. santalorum omnium ligni aloës ana ʒ. ʒ. 1. absynth. vtriusque, menth. maicran. ros. rub. ana p. ʒ. f. decoctio addendo quartam partem vini albi, pro fotu regionis ventriculi cum spongia per horam ante cibum.

Post fotum siccatus locus linitur oleis mastichino, menthaceo, moschato, quæ efficaciora erunt, si arte Chymica sint extracta. Superponitur gossipium moscharum. Vel,

R. maicrana, absynth. Rom. ros. rub. flor. ros. marini, calam. aromat. ana ʒ. 3. cinnam. caryophyl. nuc. moschat. mac. galang. an. ʒ. β. ligni aloës, cyper. schœnanth. ʒ. 4. mastich. ʒ. 1. f. puluis pro scuto, intersito ac saccharo gossipio moschato, & ventriculo applicando.

Faciunt hæc eadem remedia ad fluctuationem, inflationem, & id genus alias ventriculi affectiones. Cum autem calida fuerit ventriculi imbecillitatis causa, purgatio catharricis bilem ducentibus perficietur, vt rheii diluto, electaria de succo ros. aut catapotis aureis, de rhab. de aloë. A purgatione dabitur tabella vna electarij refrigerantis, vt diamargarit. frigid. vel diarragacanth. Temperabitur humor syrup. refrigerantibus acetoso. viol. ros. granator. de limonib. cum aquis eadem præditis facultate. Litus sint ex oleis myrtill. ros. viol. lotis in aceto.

Cæterum symptomata, quæ ventriculi sequuntur imbecillitatem, vt vomitus, singultus, curabuntur suprædictis & proximè dicendis remediis. Fluor alui si adfit, pane tosto in vino austero macerato, & ventriculo applicito, vel emplastro ex ʒ. 2. cydoniati cum oleo myrtill. aut cydon. emollito, & mastich. puluerat. ʒ. 1. sinapisato cohibendus.

HOLLE

HOLLERIVS.

De singultu. CAP. XXXIII.



SINGULTVS I conuulsio quædam est, & prauus motus oris ventriculi, vel ipsius etiam ventriculi 2 vi re- tentice officium negligente, & robustiore expul- trice.

Singultus causæ inanitione & repletio. Qui ab inanitione, ferè lethalis est, sequiturque insignes euacuationes, vt sanguinis è vulnere, è locis muliebribus, aut aliunde. Sequitur dysenterias, diarrhæas, & cætera eiusmodi. Ardores quoque & graues inflammationes viscerum, de quo priusquam præfagium instituas, vide num sit à repletione. Minus enim periculosus est, sæpèque cum multa per ventrem euacuantur, singultus à repletione est, quia pars materiæ, quæ à reliquo corpore confluit in ventrem, tunicis ventriculi imbibitur.

Singultus excluduntur non solùm quæ in corpore ventriculi, sed etiam quæ stomachi & œsophagi, continentur. Sunt qui ad inanitionem adiungant causam singultus, perfrictionem oris ventriculi, de quo 8. de compositione medicamentorum particularium, & Aph. 13. & 39. lib. 6.

In 3 inanitione, etiam si desperata res est, iuuandus tamen æger 4 destillatis, collatitiis, iusculis & expressionibus, cibis humectantibus, inunctione dorso & ventriculi ex oleo violarum, 5 hydrelæ quoque.

Ex aqua & olei partibus æqualibus adhibendus est fotus.

Si perfrixit, calcificandum est per ea, quæ non tam adstringant, quàm rarefiant. In perfrictione enim stomachus, neruosum corpus, condensatus est, ideòque non transpirat: ex quo repletio fit, à qua singultus. Vino itaque odorifero cum tantillo cinnamomi & galangæ occurrendum est malo.

Stomachus & spina oleo de castoreo, de piperibus inungenda sunt, aut inde cerata conficienda, perpetuò seruata ratione, ne adstringamus, donec acquieuerit singultus.

Vbi flatuum 6 multitudo, iisdem ferè remediis sedatur. Vno quoque, in quo rutha, rosmarinus, semen dauci, cumini, carui, cæbeæ, baccæ lauri, aut iuniperi, galanga, lybisticum, 7 & alia eiusmodi coxerint. Aut eadem cum vino odorifero maluatico, aut simili colabimus per manicam Hippocratis. 8 Aqua vitæ cum tantillo cinnamomi, anethum quoque quadam proprietate, vt vo-

proficitur. 7 Vinum aromatizans, aut absynthites Carthusianorum, aut etiam hydromel, vulgò dictum maluaticum, aut vinum maluaticum, horum omnium insular esse poterunt. 8 Aut aqua in qua maduoris coma, nectis Ethiopici, quod regium appellatur.

1 Deprauatus
ventriculi mo-
tus & contra
naturam, qui
conuulsiois mo-
do fit, cum tamen
conuulsio non sit.
2 Conuulsio enim
tantum cadit in
partes que mo-
uentur. & omni-
conuulsio sympto-
ma est causa mor-
bifica: singultus
autem & sternu-
tatio non item.
3 Galen lib. 8.
de compos. phar-
mac. local.
4 Vti in conuul-
sione ab inani-
tione, ab exhau-
sto humido pri-
migenio.
5 Hæc distillata
restauratiua con-
ficiuntur ex con-
seruis bugloss.
viol borrag. ne-
nepharis, aquis
scabiosis, bugloss.
enduiua. Hæc
omnia in a'em-
bico reponuntur
simul cum semi-
nibus frigidis,
cardiachi, cum
decocto capi, car-
nibus perditum,
mica panis al-
bissimi. Si illas
humor, cui mi-
seri potest sac-
charum & cin-
namo tenuissimè
pulueratum, ex-
hibetur egro.
5 Etæque h. p. p. u.
ex gis pro capro
illu imbuto oleu,
qui perpetuò ven-
triculo & dorso
insideat.
6 Quæ ex di-
stindione & ep-
pensione albi di-

lunt, singultum sedat. Electaria fiunt ex nardo gallica, zinzibere, fefeli, & proximè enumeratis remediis cum melle. Mel anthosatum hîc conuenit, vt 9 confectio de baccis lauri, 10 theriaca vetus, & mithridatium.

9 Hæc confectio est acrior.
10 Hæc mirificè statim discutit.

Flatuosis à corrupto cibo solennis est hic puluis. ℞. spicæ Celticæ, zinziberis, nepetæ, fefel. rut. dauc. cumini an. ʒ. j. sacchari anthosati ʒ. ʒ. f. puluis. Vel ℞. castorei ʒ. j. Detur cum melicrato.

11 Per Aph. 17. lib. 4.
12 Si peculiaris natura à vomitu te euocet.
13 Vel Rec. rhei elect. Scrup. iij. infunde in aqua endiuia, sero lalis, decocto cicer. rub. In ex. pres. dissolve hiera picra Drac. ij. f. porio.
14 Ad temperationem humoris acrioris.
15 Hæc pilula simul vacuanda & temperandi sunt possent.

Quod si materia est aliqua continens causa singultus, ea vel calida, vel frigida. 11 Calida vacuetur vomitu, si fieri potest. 12 Aliqui ʒ. iij. rhab. 13 vel tantundem pul. hieræ picræ in sero lactis, vino granatorum acidorum, & maturorum, aqua endiuia, decocto cicerum rubrorum infunde, expressionem exhibe. Hic obseruandum est, leuiore purgationes esse debere, quæ ad ventriculi affectus accommodantur, nisi à toto corpore humor confluat. Tum si persuerat singultus, 14 aqua frigida propinetur.

15 ℞. spodij, sem. endiuia, portulacæ, ligni aloës ana ʒ. j. pulpæ tamarindorum ʒ. j. rhab. elect. ʒ. ij. confice cum oxycrato, aut vino granatorum. Aliud.

℞. syrupi ros. acetosi, oxyfaccharæ simplicis an. ij. In quibus infunde summitatum absynthij ʒ. ʒ. fiat infusio in calidis cineribus, tum duobus aut tribus cochlearibus refrigerati remedij per interualla vtatur. Vel zulapium parabitur eiasmodi.

℞. succi endiu. aut cichorij per residentiam depurati ʒ. iij. cum sacchari violacei ʒ. ij. f. zulapium. Opportunus erit vsus electarij trisantalini quod non modò ventriculum confirmat & hepar, sed & refrigerat.

16 Hoc remediij genus valet ad inflammationem hepatis & ventriculi.

16. Cerati santalini ʒ. iij. cum oleo rosato malaxentur: deinde commisce spodij, rosarum ana ʒ. j. cum succo semperuiui agita: inde finges duo scuta in aluta. Alterum stomacho ad sternum: alterum ad duodecimam & tertiam decimam vertebram dorsi applicabis.

In causa frigida.

Vbi crassa & viscida materia, melicrato hyssopi, vel oxymelite simplici materiam præparabis. Tum, vt mouebitur, per vomitum aut ventrem repurgabis ex hiera picra dissoluta in decocto cicerum rubrorum. Dabis autem hieræ modum à semuncia ad unciam. Conuenit in hoc singultu acetum scylliticum, oxymel cum cinnamomo aromatizatum, 17 melicratum ex rebus incidentibus, hyssopo, thymo, pulegio, saturæia, & similibus. Maximè probant galangam.

17 Tale melicratum vinosis moribus dicitur.

℞. vini albi tenuis odori feri ʒ. iij. in quo leniter ferueat galangæ ʒ. j. cinnamomi, sem. anethi ana ʒ. ʒ. Conuenit & castoreum in vino odoro ad ʒ. ij. Sed quia foedo est odore, cinnamomo, semine apij temperari potest. Conueniunt & hæc, schænuanthum, asarum, maiorana, aristolochia, enula, zinziber conditum, acorus conditus, diatrium piperenum, diacuminum, diagalanga, theriaca vetus. Exteriùs

teriùs verò 18 oleum de liliis, de amygdalis dulcibus.

Instituuntur etiam cerotum singulare in causa frigida.

℞. olei nardini ʒ. j. aloës, mastich. ana ʒ. j. succi absynthij ʒ. ij. cum cera fiat cerotum.

18 Quinetiam fetus ex calamo aromatico. schænuantho, origano absinthio, mentha.

Et iam sedato singultu, atque vacuata materia, ea quæ roborant adstringendo. Fit aliquando, vt materia quædam venenosa sit, cui hoc puluere occurrendum sit.

19 ℞. sem. anethi, cardui bened. citri ana ʒ. j. melissæ, orticum citri ana ʒ. ʒ. coralli rubri, galangæ, macis, cinnamomi ana ʒ. ʒ. margaritarum, fragmentorum smaragdi ana Gr. 8. cornu cerui, & vnicornis ana Gr. 4. cum saccharo borraginato: & vino albo tenui odorifero fiant lozengia, vel puluis.

19 Hoc electarium non modò ventriculi singultui, sed varijs alijs affectionibus confert. Facit ad omnem venenatam aurâ eluendam, & ad effatam vim excitandam.

Quod ad cucurbitulam attinet, iam vacuata materia primùm scapulis, tum pectori & vmbilico, postremò ventriculo & 12. dorsi vertebræ affigi debet.

Quod si nec his quidem resistit singultus, his locis præcogniti aptari debent. Alij in malo contumaciori imperant 20 ellebore ʒ. j. galangæ, cinnamomi ana ʒ. j. macerentur per noctem vini maliuatici ʒ. iij. colatura proximè. Nec omittenda sternutatio, clamor, & c. eiusmodi.

20 Huius remedij nullus est vsus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

ΑΥΤΗ ΕΥΡΥΣΙ ΗΙΠΠΟΚΡΑΤΙ & ΓΑΛΕΝΟ, ΛΑΤΙΝΙΣ ΣΙΝΓΟΥΛΤΟΙΣ. Motus est eiusdem generis cum vomitu, sed fortior & vehementior. Deinde per vomitum natura tantum quæ in ventriculi spatio sunt, expellere conatur. In singultu verò non solum hæc, sed multò magis, quæ in ipso ventriculi corpore hærent, alitiusque & penitius impacta sunt, atque ob id vehementiore motu est opus. Id experientia perspicuum. Si quis enim acre aliquid, vt piper deglutiat, siue cum melle, siue cum aliquo alio, postea vinum bibat aqua calida temperatum, calore potus ad interiora piper deducitur, & sua aerimonia ventriculum stimulat. Inde vt in tussi thorax, ita hic punctus aliunde ventriculus primùm dilatat sese, quo valentiùs excutiat quod nocet: deinde quasi collectis viribus, sese distringit & compressione edit singultum. Sonat autem, quod aer aliquis in vacuo ventriculi spatio comprehensus prematur, & per angustiore viam reddatur. Quia ergò multa concurunt in singultu, pro eorum varietate ad diuersas facultates locis diuersis refertur, à Galeno, motricem videlicet, expultricem naturam solam, reentricem, quod dum dilatur, cibos complecti nequeat. Philoth. ψυχρὸν κρῆμα: facit conuulsionem. Singultum verò, σπασμὸν. Musa ineptè vertit frigidum pro animali. Quanquam non minùs corporata passio videtur in conuulsione, quam singultu. Hinc etiam duplex difficultas. An sit conuulsio: & an præter inanitionem & repletionem, quæ sunt conuulsionis propriè dictæ causæ. à tertio quodam causarum genere fieri possit. Qui conuulsionem esse aiunt, primùm Hippocr. & Galen. autoritate nituntur. Sic enim aphor. 4. lib. 5. Galenus scribit. Quod autem (inquit) singultus conuulsio sit stomachi secundum Hippocr. nos vti que nouimus. Deinde ratione. Quia nervi satis insignes, sed breues, à sexta coniugatione in ventriculum perrepantes, ad suum principium contrahuntur & partem cui inferuntur simul adducunt. Alij negant, Primùm quia conuulsio musculi propriè est affectio. At neque ventriculus, neque ipsius os musculum est. Deinde dilatur, antequam contrahatur, postea redit in naturalem situm: quod in conuulsione non fit. Præterea Hippocr. in Aphor. postquam de conuulsione

Singultus motus vomitu vehementior.

Vide Galen. comment. 1. in prorrh. sen. 23. & comment. 2. in idem Prorrh. sen. 59. & alijs sen. infinitis. Philoth. com. in aphor. 4. lib. 5.

Musalapsus.

loquutus est, singultum adiicit, tanquam tertium quid. Sed hæc disputatio nominis tantum videtur esse. Proinde utrisque respondemus ex Galeno aphor. 39. lib. 6. Singultus verò concedatur (inquit) conuulsio stomachi nominari, quando aliud fuerit sermoneis propositum. Quando verò hoc solum studuerimus, ut passionis substantiam cognoscamus, melius fortassis fuerit non conuulsionem nominare, sed quendam motum eiusdem cum vomitibus generis, sed fortioiorem & vehementiorem. Hæc Galenus, cui addimus, *ἡ πᾶσι μοῖσιν αἰσθητικῶν* conuulsionem fieri, ut ait Philoch. Vbi Musa ineptè vertit *αἰσθητικῶν*, propositum, cum significet partem, quæ pro arbitrio mouetur. Singultus autem fit in ventriculo, & sapius in ipsis orificio. Differt ergo à conuulsione propriè dicta motus formulæ, & partis affectæ, naturâ. Latius tamen sumpto nomine, conuulsio rectè dicitur Hippocrati. In altera difficultate argumenta quoque afferuntur in vtramque partem. Galenus 8. *ἔν τῶν τοῖς* se non reperisse scribit in conuulsione tertiam causam supra euacuationem & repletionem. In singultu maximè, acres nimium humores stomachum mordentes. In quo inconstantia notatur, ut qui toties dixerit conuulsiones sæpè fieri demorsò ori ventriculi ab acri humore, ab aura ascendente, humore aut semine puri in vtero, veneno, quæ causæ eedem sunt cum tertia, quam assert Galenus. Hinc efficiunt singultum & conuulsionem esse, & à duabus tantum causis, ut cæteras omnes conuulsiones, fieri inanitione nempe, id est, summa siccitate, & repletionem per humiditatem superfluum, siue replendo nervos contrahat, siue qualitate aliqua vitiosa pungat. Videntur autem rursus homonymia decipi. Nam *ἔν τῶν τοῖς*, singultum distinguit à propriè dicta conuulsione. In cæteris locis generalis vocabuli acceptio. Cum enim conuulsio fiat in musculis, & nervoso genere, nervi autem alij potissimum motui, alij insigniori cuidam & exactiori sensui destinati sunt, ad voluptuosa retinenda, & noxia reiicienda, ut qui ad orificium ventriculi mittuntur, in illis acris humor pungens, aut venenosa quædam qualitas, vel aura, conuulsionem non efficit nisi per accidens: ut in arthritide, in qua punguntur nervi, neque tamen conuelliuntur: & in aura è crure ascendente, quæ non musculos cruris, sed ventriculos conuellit, & ad contractionem excitat. In posteriore genere contrà fit. Cum enim mordentur partes, quibus nervi illi insignes inferuntur, peculiari quodam, motu, ut in tussi, sternutatione, epilepsia, vomitu, & in singultu, expelluntur causam noxiam. In quibus certè Galen. tertiam quandam causam agnoscere nobis videtur: in cæteris minimè. Ac proinde conuenienter rerum naturæ scripsit *ἔν τῶν τοῖς*, se non reperire in conuulsione tertiam causam, ut in singultu. Quod etiam intellexit de aliis conuulsionibus, quæ eodem naturæ conatu fiunt, quo singultus, nec sibi hac in re contradicit.

Musa puerilis error. Conuulsio propriè dicta quid.

Galenus leuitatis infirmulatus.

Galenus à cæcitate liberatus.

Et reuera qualitas quædam in pipere videtur, aut à sanie, aut corruptela, quæ neque inanitio, neque repletio dici potest, nisi minus propriè sumptis huiusmodi vocabulis. Sic enim, ut capite de conuulsione dictum est, aliquando referuntur omnia ad inanitionem & repletionem. Fit hic affectus in ventriculo, stomacho, & œsophago, idque vel per *ἰδιον αἰσθητικῶν*, vel sympathiam à meningibus, intestinis, vtero, nervosis partibus, hepate inflammato.

Singultus causa.

Singultus per sympathiam factus ex hepate inflammato, aut alijs partibus.

Causæ sunt inanitio, repletio, qualitas humoris, frigiditas, febris singultuosa, de qua lege Commentar. Galen. 4. Acu. inflammatio meningum, ventriculi, hepatis, mesenterij, humor acris infarctus tunicis, punctio acrim humorum, pituita tunicis hærens, rigor, vnde nervosa corpora duriora effecta coguntur, & proinde replentur, quia distendi non possunt, sanguinis eruptio, longa inedia, temerè adhibita nervis topica, materia, quæ suomitur, orificium ventriculi irritans, vel in eo imbibita, aut abscessum efficiens. In inflammatione hepatis aut alterius partis communicatur affectio per nervos, & feruor stomacho, vel resudat bilis & regurgitat, vel comprimitur ventriculus. In inflammatione cerebri rubor oculorum permanens perspicitur, & qui non evanescit post vomitum, licet aliquando etiam sequatur stomachi inflammationem, sed rarius. Abile vel corruptis cibis cognoscetur ex præcedente victus ratione, ructu, vomitionis sapore, colore flauo, calore. Ab inanitione ferè fit cum vehementissima siti.

Vt

Ut pars & occasio, ita grauius periculum. Nam in febre periculosus est singultus, nisi sit criticus, & signa coctionis manifestò appareant. Sic enim sæpè indicat crism vomitione futuram. In histericis ab vtero non ita periculosus. Ab inflammatione vteri, deterior. A musculis & ossibus temporum, lethalis. A sanguinis fluxu, malum, ut ait Hippocr. Sed Galenus rectè addit, ut plurimum. Quod vidisse memini in nobili quodam quinquagenario, vel seniore, è familia D. *ἄντραγου*, cuius ille erat œconomus. Effusa enim incredibile sanguinis copia, sanguine effuso euasit à conuulsione, deliquis animi, singultu, adhibita cucurbitula, & sanguine superuixit. A vomitu quoque malum. Cum enim vomitus, qui remedium esse debet, singultum gignit, ab inflammatione cerebri vel stomachi metuentum.

Singultus, largo sanguine effuso sedatum.

Erysimachus Medicus in conuiuio Platonis Aristophanem conuiuiam singultientem docet tria remedia singultus: continere spiritum (de quo lege Galen. de difficult. spirandi.) colluere fauces frigidâ (contracto ad interiora calore, vel obtuso sensu) & irritare sternutamentum in vehementi, nec aliis auxiliis cedente. Id (inquit) si bis, aut semel feceris, etiam si frequen-tissimus sit, tollitur. Respondet Aristoph. non prius cessasse singultum, quam sternutamento represserit. Galenus in Aphor. distinguit id prodesse, si singultus, sit à conclusis humiditatibus. Eos enim, qui ex inanitione fiunt, qui sunt rariores, non sanat sternutatio: alios maximè. Concussio enim capite & ventre, tum reliquo corpore, maximè nervoso, excutitur materia, quæ singultum facit. Sicuti eadem calfacta successione, tenuatâque, partim vacuata & discussa, partim translata in partes ignobiles, ut scribitur 4. de rat. vict. in acut. In pituita tunicis hærente incidendum, detergentium, vacuandum vomitu, pilulis, coquendum, roborandum, focus ex oleis calfacientibus, vel sicci foci humidis meliores, conspersa tamen aqua vitæ, vel simili, cucurbitulæ primùm scapulis affixæ, deinde ad 12. vertebram & ventrem. Si sit à biliosis humoribus vomitus detergentia, in sanie acri, aromatica omnia, discutientia odorata vsurpanda. Odera enim stomachum colligunt, grauior olentia dissolunt. In inflammatione ventriculi cauenda, quæ in inflammatione hepatis dicentur. In omnibus caussis, clysteres ad humoris deriuationem. Ligaturæ inducendo dolorem, singultum sedant, per fasciam compressio, phœnigini per seuerante malo. In vacuatione, nisi lethalis fuerit, lactis potus, optima iuscula, cucurbitulæ. Ab alimentis acris, aut medicamentis, oleum amygd. dulc. oliuarum, butyrum, pisanæ cremor, aqua frigida. Sunt quædam vulgaria, ut experimentum, quod probari vidimus, compresso vtrinque ad latera medico digito dextro, rei tristis narratio, aut insolitæ timor, aliò videlicet seducta virtute animalis, quæ respirationem facit. Cuidam nullis remediis cedebat singultus, nisi vino Hippocratico albo: cui refrigeratum fuisse ventriculum par est. In herniosis senibus sæpè fiunt singultuosa febres: in quibus singultus non curatur, nisi reposito intestino. At si reponas vi, paulò post moriuntur. Itaque desperatio. Anno 1547. iuxta ædem S. Stephani de saxis, Puella assidue singultiebat, nihil deglutiebat, dolore facto in œsophago. Antea pulmonibus bubulis largiter vsa fuerat. Huic grauius in stomacho, nausea, vomitus. Frustulum tamen pulmonis, quem egerat, in œsophago resisterat. Cucurbitulis & idoneis remediis tandem reiectum frustulum, sicque liberata est.

Singultus tria ex Erysimacho medico remedia.

Experimentum ad singultum.

Puella assidue singultiens.

IN CAPVT XXXIII. DE

SINGULTV.

DVRETIENARRATIO.

Singultus conuulsio quædam est. Vel potius ventriculi & stomachi concussio stidentis excurrere quod sibi molestum est. Negligente. Ex euentu non per se, quia vincitur ab excretice partis officialis. Quid singultus.

Singultus causa.

Inanitione. Aspe ctabilis, vel obscura vt inedia, aspe ctabilis vt hypercatharsis, dysenteria.

Et repletio. Ventriculi scilicet ad vasa & ad vires, sed praesertim qua à diæta fit, vel collecta in ventriculo, vel aliunde illapsa, vt à flatulento spiritu, bilis acrimonia & humoris glutinosi contumacia.

Qui ab inanitione. Singultus est vt à febre ardente, diuturna dysenteria, hypercatharsis, choicera sponte nata, vel ab antimonio.

Febris lethalis. Sicut & omnis conuulsio qua à siccitate fit.

E locis muliebribus. Vt in profluuiio muliebri.

Dysenterias. Praesertim à bile natas.

Inflammationes viscerum. Maximè verò hepatis: Nam hepar dum aestu incandescit, exhaurit succum ventriculi, & excretiones alui fistit.

Ardores. Febres ardentes qua solent esse lethales per marasum ventriculi & hepatis.

Priusquam praesagium incitum. Sitne sperabilis curatio an desperatio: tum item quemadmodum & quibus remedijs curari debeat.

A reliquo corpore confluunt. Et toto corporis habitu, per venas ad hepar.

Stomachi & esophagi. Vt à cibo malè praemanso. Si desperatares est. Quoniam à priuatione, habitus denuo comparari non potest. Et omnes morbi qui ab exhausto humido primigenio solidarum partium veniunt, sunt insanabiles.

Destillatis. i. rebus omnibus qua celeriter & conferunt nutriunt, quarum etiam veloces sunt excretiones ex lib. de alimen.

Inunctione dorsi. Affecta gula.

Et ventriculi. Ad cartilagineam xyphoidem affecto ventriculi superiore orificio, aut etiam fundo.

Vino quaque in quoru ritha. Sufficiet vinum aromatites & absynthites carthusiatorum, quod non solum ad discutiendos flatus, sed etiam ad humoris contumaciam radicibus extirpandam prodest.

Non tam adstringant. Omnis enim adstrictio transpirationem prohibet, qua prohibita repletio fit, & ab hac singultus.

Flauum multitudo. Qua ex distentione alui vel grauitate percipitur. Sedatur vt fotu ex chamæmelo, calamo aromatico scaenantho, caryophyllis, mentha, origano, anetho, coctis in vino & aqua; & à fotu sicut hapsi ex oleo de spica, de nucè moschata. Valent hæc ad flatus dissipandos. Nihil autem stomacho est exhibendum quod ingrati sit saporis, & fædi odoris.

Vino quoque in quo ritha. Sufficiet vinum aromatites, &c.

Singultum sedat. Sed & singulare in ritha, seu medicatorum est proluxa spiratio, ex Hippocrate sect. 2. libro 6. epidem. & Platone in Symposio.

Anthosatum. id est, roris marini floribus saporatum, sed potius ad intestina, quam ad stomachum confert.

A corrupto cibo. Propter ingluuiem & nimiam humoris abundantiam.

R. Castorei. Tametsi castor cum sit fædi odoris, tamen mirificos affert fructus affectionibus qua à flatulento spiritu nascuntur hysterici: denique mulierum passionibus.

Ea vel calida. Vt qua significatur cardiogmo, deiecta appetentia, oris amaritudine, & tenebrosâ vertigine.

Aqua frigida propinetur. Vel aqua decoctionis hordei cum syrupo violato, propterea quod simplex aqua in ventriculo bilioso bilescit; ex lib. 3. de diarr. acut.

Repurgabis ex hiera picra. Interpres ad singultum ab humoris contumacia natum praescripsit 3. i. vel 3. iij. *hiera picra cum syrupo absynthij* per quinque dies sine intermissione, vnde curationem æger recipit & magnam copiam glutinosi humoris excludit.

Melicratum ex rebus. i. melicrato ex decocto hysopi confecto. vt *R. hysopi m. i. coquatur.* ex decoctionis lb. iij. mellis 3. iij. fiat melicratum.

Conuenit & castoreum. Quod videtur proprietate substantiæ naturæ bellum indixisse, tamen mira est eius facultas ad flatus dissipandos.

Exterius

Exterius verò oleum de lilijs. Sed ad compescendum singultum ab humoris contumacia natum, nihil æquè valet arque sternutamentum. Sic enim Aristophanes singultiendi finem fecit apud Platonem in symposio, cum neque vsu aque, neque proluxa spiratione quicquam profecisset, ex aphor. 13. lib. 6. *Si quis diu multumque singultus sternutamine oborta, singultus quiescit.*

Singultus ex Platone remedia.

IN CAPVT XXXIII. DE SINGULTU.

DV RETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

Quemadmodum imbecilli stomachi remedia peterentur, superiore capite explicauimus, ac vitia stomachi qua in hyparxi eius consistunt, aperuimus; Omnis enim temperies infirmum facit ventriculum & pigrum in coquendo & appetendo. Superest vt dicamus de vitio ventriculi, quod in eius habitu considerari solet. Cuius symptoma est singultus, qui est deprauatus ventriculi motus studentis concutiendo excutere quod sibi molestum est. Didicisti ex Galen. lib. 1. de sympt. caus. quatuor esse deprauatorum motuum genera, Conuulsium, concussium, tremulum & palpitantem: De quibus cap. de palpitatione cordis satis abundè diximus. Conuulsium fit dace natura irritata morbificis causis; & talis in aluo singultus existit, qualis in thorace tussis, in cerebro sternutamentum. Quantum autem animo complecti possum ex omni doctrina Hippocratis reperio ventriculum concuti duabus de causis. Scitum est illud Hippocratis aphor. 39. lib. 6. *Σπασμοὶ γίνονται ἢ ἀπὸ ἀκρίβειας, ἢ κενώσεως, αὐτὰ δὲ ἢ λυγρῶ.* Conuulsio (vbi conuulsa pars causam suæ conuulsionis intra se continet) fit à repletione aut vana conuulsione: sic etiam singultus. Quo in loco videtur referre singultum ad conuulsium motum, tanquam ad genus. Verùm nulla pars propriè conuellitur nisi musculosa. At ventriculus non est musculosus, & ἀνεπιπέδω mouetur, sponte sua non nostra. Sed impropriè conuelli dicitur. Ergo contrahitur ventriculus à siccitate, sicut per alienationem cerebrum contremiscit, & colligit se per aliquam auram venenatam. Si pars qua conuellitur, suæ conuulsionis causam intra se contineat fit conuulsio à siccitate aut repletionem, & proportionata dicitur: Sin autem ex euentu cōtingat vt à morfu, ictu, veneno, causam intra se non continet & non proportionata dicitur. Ergo conuellitur vel potius contrahitur ventriculus à siccitate, vt cum exaruit à diuturna febre, dysenteria, febre ardente, ab exhausto caloris natui, ab hypercatharsis, elleboro, antimonio, cholera. Conuulsio à cholera, lethalis: Omnis conuulsio ab exhausto calore mortem in propinquo esse denunciat. Singultus causæ cum artificio à Platone exponuntur in symposio. Aristophanes cum vellet de amore differere, singultu affectus est, &c. Quo ex loco singultus causæ colliguntur. Prima est flatulentus spiritus: Altera causa est bilis flaua qua ab hepate in aluum refluit (Nam Hippocrates sect. 2. lib. 2. Epid. duos neruos agnouit qui à ventriculo feruntur in hepar, & eos sua lingua vocat *πύρι*) vel in ipsa localem habet generationem. Tertia causa singultus humor crassus & glutinosus, qui ad ventriculi vel stomachi tunicas contumaciter adhærescit. Hoc enim interest inter vomitum & singultum, quod illius materia fluitet in aluo, in singultu solum orificium superius irretitur. Quoniam ergo permolesta res est singultus & symptomata affert calamitosa. Affert enim inflammationem & erysipelas, huic primo quoque tempore est succurrendum, ex perspicentia causarum conuenienter praescriptis remedijs. Si ergo flatulentus spiritus causa sit singultus, remedijs iis opus est, qua in explicatione scripti auctoris annotabuntur. Si flaua bilis causa sit singultus, & accidat vitio hepatis inflammati, in hoc singultu temperandum à vino & bibenda est aqua hordei cum syrupo violato. Si humor glutinosus vel crassus singultum faciat,

Singultus symptoma ventriculi in habitu.
Singultus quid.
Sub quo motuum deprauatorum genere singultus continetur.
Singultus causa duplex.

Conuulsio duplex proportionata & non proportionata.
Singultus à siccitate causa.

Singultus causa ex Platone.

Nerui duo à ventriculo in hepar feruntur. Veniunt à singultu distatio.

Singultus calamitas.
Singultus curatio ex casurum perspicentia.

Qui singultum sic lethali.

Vinum aromatites & absynthites.

Fotu.
Hapsi.

Proluxa spiratio singultum sedat.

Castorei dotes.

Hiera picra.

Melicratum ex decocto hysopi.

qui humor ad tunicas ventriculi adhærescat, debet hic auelli oxymelite, si bilis, hiera, si melancholicus humor. Sed veteres dixerunt singultum nasci etiam à refrigeratione. Tunc calefacientibus vtendum est, quæ non adstringant. Præscribatur igitur Syrupus de absinthio, cinnamomum, macis, nux moschata, quæ calefaciendo resoluunt. Ad compescendum singultum ab humoris contumacia natum nihil æquè valet atque sternutamentum. Vnde scripsit Hippocrates aphor. 13. lib. 6. *ἴσθη λυγμοῦ εἰ χαλκίῳ πικρῶ καὶ ὑπερβολῶς ὑπερβολῶς τὸν λυγμὸν. Si quis singulitudo finem non faciat: sternutamento superueniente quiescit singultus.*

Sternutamenti vis ad curatorem singultus.

ANT. VALETII EXERC. XXXIII.

Gal. commen. ad aph. 39 lib. 6 & 6. 2. lib. 3. de sym. caus. & commen. in sent. 56. Pror. 2.

Singultus est motus ventriculi violentus, eiusdem cum vomitu generis, sed intensus, atque cõvehementior, quò nititur facultas expultrix, quæ penitus ipsius oris ventriculi corpus infestant, vel quæ sunt tunicis obstinacius impacta, eaque mordentes vires habentia excutere ac foras mandare Huius affectus cause sunt repletio, inanitio, acrimia aut seroforum humorum appulsus. Fit autem vel per idiopathiam, vel per consensum partium quarundam, vt iecoris inflammati, vel corporis totius, vt in febribus ardentibus. Singultus à plenitudine sanatur per ea, quæ infarcti secant, absterguntque, medicamenta per vomitoria & cathortica. Inanitioni quæ ferè incurabilis existit, debentur polychyma & euchyma alimenta. Sæpe ciet flatus singultus, hic admota cucurbituia, vel fomentum è flatus discutientibus comparato facilè vanescit.

HOLLERIVS.

De Bulimo & Canina appetentia.

CAP. XXXIV.

1 Phagedana nomen catobri- ficutus pro canina appetentia sumitur. Comment. in sent. 27 sect. 3. li. 6. Ad 5. ad 1. 2 Quomò aqua vorax, vigilia inter vorax. lib. 6. Epid. 3 Ventriculi scilicet aristoc. un. de labesfactur vi. laborum appetent. 4 Gal. lib. 1. ad 6. acc. bulimorum inter synopses causas ename rat. 5 Singultus quo Graeci τριφυτμισμα appellant. Dum enim synopses motus ingruat, vniuersalia mionò sunt præscribenda.

BULIMOS vnum famis genus est, 1 phagedana alterum. Ingens atque insatiabilis appetentia. Vtriusque multa sunt differentia, & causæ euariant. Aliis longum iter per 2 frigora & niues, aut alioqui externum frigus inde affecto 3 stomacho bulimi causa est. Sed initio quidem multa appetunt: postea verò concidit appetentia. Propterea hoc genus ita definit Galenus 4. Bulimos casus est appetentiæ à frigiditate exteriori, ex indigentia totius corporis, & imbecillitate stomachi, qui & refrigeratus nimium, & resiccatus est. Propterea vniuersalis curatio in calefacientibus & humectantibus, tum 5 balneis, tum fomentis & eduliiis posita est. Appetant ergo hi initio quidem vehementius, sed tempore nihil appetant. Alia quoque species est, cum acris & mordax humor inhæsit tunicis stomachi, vt nulla iam sit appetentia, atque ita contabescat corpus. Meminit & alterius generis in libro de Theriaca.

Quibusdam nascitur in intestinis latus vermis: is si diurnius ieiunium est, lancinat intestinum, & ventrem. Vbi verò cibus ingestus est, exugit atque depascitur, ex quo destitutum corpus alimento emarcessit. Aliud quoque indicium est illius vermis proditum

ditum ab Aristotele, quod in egestionibus alui similia seminibus cucurbitulæ, aut cucumeris, apparent. Excludendus is 7 vermibus modo, quo dicitur cap. de vermibus. Rursus 8 frequentissimus est bulimus in ijs, qui conualescunt: magis etiam, si fuerit morbus longior. In his enim non solum humor & spiritus, sed & solidæ partes detrimentum acceperunt. Quæ in re vtendum erit præcepto Hippocratis, 9 Quæ longo tempore extenuantur corpora, 10 lentè reficere oportet. Quæ verò in breui, breuiter.

In breui enim morbo, humoribus quidem & spiritibus aliquid detractum est: integræ verò atque incolumes solidæ sunt partes.

Quorum instauratio partim 12 odoribus propter spiritus, partim odoratis alimentis, & ijs liquidioribus, propter spiritus & humores, partim etiam solidis, siquidem partes elementares attenuatæ sunt. Ad hæc leges Apho. Facilius est impleri potu, quam cibus, quartum de sanitate tuenda, 7. Methodi, & sinem microtechnes.

Summa est, vt alimentis boni succi, qui facilè coquantur, distribuuntur, & nutriant, modica quantitate breuibus interuallis reficias: qui propterea quod sæpè sitiunt, vino refouendi sunt hoc modo.

13 Lædit vinum vacuo stomacho ante cibum. Statim enim differtur in corpus: neruos offendit. Vnde tremor, conuulsio, delirium.

Ex immodica verò quantitate, aut non conuenienti qualitate ciborum, recidiuæ fiunt. Tempestius est vini potus in medio cibo.

Post cibum interim dum alimentum conficitur, abstinendum vino, tam quia inde fluitat cibus, aut priusquam fuerit confectus in corpus rapitur. Quo tamen tempore, si vehementer sitiunt, tantum exhibendum est potus q. s. vt de superio obtundatur.

Iam confecto cibo, & vt distribuatur, comparato, abundè bibant. Postremum verò genus canina appetentia est. Contumax illa, atque insatiabilis, in qua multos cibos ingurgitant, sed eosdem statim more canum reuomunt, quia videlicet natura multitudinem non sustinet. Nascitur ferè à frigido, acidoque humore tunicis stomachi imbibito, quo modo spongia liquorem aliquem exorbet. Nonnunquam etiam à sola intemperie nasci volunt. Intemperies contrarijs corrigenda est.

In vitio humore conueniunt, quæ incidunt, detergent, calefaciunt: Diarctica quoque, eaque pani, vino, edulij mixta, aut alitet exhibita, qualia sunt melicrata è thymi, origani, hyssopi, saturciæ, pulegij, allij, porri, & similibus decocto, aut qui his respondent 14 syrupi.

Purgandus quoque humor est 3. 2. hieræ picræ ex conuenienti melicrato. Alioqui conficiendæ pilulæ ex pulu. hieræ & agarici trochiscati ana ʒ. ij. Quod si amarorem aloës ferant, hieræ puluis

6 Aristotel. cap. 19. lib. 5. de Historia animal. 7 Præscriptum the- riaca. Vide Gal. lib. de Theriaca ad Pisonem. 8 Per Aphor. 8. lib. 2. 9 Apho. 7. lib. 2. In quibus nimium perfectæ extenuationi, nec inchoata signa apparent, ab exhausto partium solidarum, nec solidarum, nec solum spirituum & humorum, immutatis partibus nutritioni dicitur, in habitu, temperamento, & actione. 10 Cibus liquidus, imbecillimus, conciliu facilissimus & minimè sitiferus: quod partis solida, quarum proprium munus est concessio, ab exhausto laborant, nec tam facile partes nutritioni dicata à diurno negotio ad otium se conuertant. 11 Dissipati scilicet tantum spiritibus atque humoribus, superstitie partium integritate, & non labesfacta naturali æconomia. 12 Hippoc. lib. de alimento. 13 Gal. comment. ad aph. 21. li. 2.

14 Ut Syrupus de mentha, aut de hyssopo, de absinthio.

est melle incorporandus, aut ꝑ. electarij de hiera imperanda est.

Alioqui pilulæ fiant, quæ illinantur melle, aut puluis ex ovo sorbili exhibeatur. Potus multus vini, etiamsi non sitierint, conuenit, sed in medio cibo aut pleno ventre verisimilius, quam vacuo.

Vinum giluum sit, aut vermiculum, nulla præditum astrictione, vetus, dulce, vel acriusculum. Hæc & contra causam faciunt.

15 Ne assidui
rate edendi frã
gatur vis ven-
triculi & ex ea
nina appetentia
fiat bulimus.

Contra verò symptomata 15 edulia pinguis, oleaginosa, quæ relaxant corpus ventriculi, quod acido humore adstrictum est, & vehementius appetit Omnia frigida, & quæ adstringunt, vitanda sunt.

Stomachus oleo fouendus est, in quo thymum, & proximè dicta materia coxerit. Sed quia aliquando consuetudo sit vomitus, nihil retinetur, atque idè incalefcit corpus modica quantitas alimenti semel exhibenda est: quam etiamsi non retinet ventriculus, cucurbitula ventri infigenda est eo modo, quo capite de cholera diximus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Bulimus & κωιδις ἐπίξῃ nomina sunt ingentem famem & omninò præter naturam significantia. Plutarchus in Symposiacis β̄ scribit idem significare, quòd πῶν, quasi sit πῶν λιμὸς, multa fames. Non eadem tamen huius vocis apud omnes acceptio. Aristoteles in Problemat. generalius sumpsit pro fame à frigore, intrò compulso calore, qua leui cibo acquiescit. Gaza β̄ ἀλλοιῶν vertit caninam appetentiam. Aphrodiseus in Problematibus confundit cum pica, quia multa, sed absurda appetuntur. Quam etiam fieri scribit à Colico morbo, refluxente vitio in stomachum. Sed Medicis vsu esse solet pro ea duntaxat fame, quæ contrahitur refrigerato & exsiccatore ventriculi à frigore externo, qualis per niues iter facientibus contingere aliquando solet. Initio multa appetunt, cum nondum excessit modus refrigerationis, neque vomitionibus à cibo sumpto facile corripuntur. At vbi excessit frigus, ac robor stomachi resolutum, inappetentia consequitur & cibi fastidium, etiam si corpus nutritione egeat. Hinc imbecillitas ventriculi, animi deliquia, virium exolutio, color foedus, torsio stomachi, cordis & extremarum partium frigus, pulsus obscuri. Suidas ex Medicorum libris fieri ait hyeme iter agentibus per summum frigus, & niues, cum corpore densato intrò pulsus calor alimentum depascitur. Liquatis niuibus, & calore aëris redeunte, exiguum calorem solui, ita ægros hoc morbo corripit Galenus videtur aphorism. 21. libr. 2. à canina appetentia hoc solo distinxisse, quòd famem non habeat amplius adiunctam, licet ab ea inchoauerit, causamque vnicam affert, frigus externum. In libro tamen de Theriaca alterius speciei meminit, à latic vermibus & prægrandibus, qui chylum depascuntur. Sed hanc Auicenna, Serapio, Trallianus ad caninam appetentiam referunt. Huic similis est κωιδις ἐπίξῃ, id est, canina appetentia, quod neutra vacuatio corpori ex inopia alimenti, aut ealamitate frugis populo inuehatur, sed vtraque oriatur ab affecto ore ventriculi, & puncto à causa præternaturam. Distinguntur causis & symptomatis. Nam canina fames causa in vniuersum duas habet, refrigerationem simplicem & siccitatem oris ventriculi, vt superior, & acidum humorem ori ventriculi impactum, & pungentem. Acidus autem humor duplex, pituita, & melancholia. Deinde symptomata sunt diuersa. Nam hic à cibo perpetuus vomitus, & perpetuus cibo appetitus more canum. Cum enim causa, quæ pungendo famem excitat, semper præsens adsit, & imbecillior virtus cibi copiam non sustineat, necessariò sequitur vomitus. Hinc perseuerante malo tanta imbecillitas, vt nihil amplius ventriculus contineat, alui profluuium, celiacæ, dysentericæ affectiones, hy-

Arist. probl. 2.
sc. 8.

Bulimus medicis
quid proprie sit.

Canina appetentia causa & sympt. aca.

drops

drops. Nulla, vt in superiore, animi defectio, nisi diuturnitate mali robor oris ventriculi dissoluatur. Arque hæc est propria essentia caninæ appetentiæ. Galenus tamen vocabuli significationem sæpè traduxit ad alia famis genera quæ oris ventriculi vitio non fiunt: sed vel ab inanitionibus corporis, vt 4. de symptomat. causis: vel imbecillitate reentricis, vt primo eiusdem operis, vel refrigeratis partibus thoracis & respirationis, libro de Vsu resp. Aëcius addit. Causa hæc adici potest, quæ tamen ab Aëcio memorata non est. Vide cap. 6. Serm. I. Tetra-bibl. 3. à raritate totius corporis, & occulta perspiratione. Sicque in vniuersum causas in fame canina constituere licebit, intemperiem solam frigidam, vbiunque sit, modò ad ventriculum perueniat, vt à niuibus & potu aquæ frigidissimæ: deinde pituitam acidam, vel melancholiam: tertio dissolutionem totius corporis, siue exhauriatur insigni aliqua vacuatione, siue alimentis exigui nutrimenti, aut vsu assiduo detergentium, siue nimium transpiret. Quæ facile ab alijs distinguitur, quia alui defectiones pauciores & sicciores, quam pro cibi ingestu modo & qualitate. Cæteræ autem internoscuntur ex relatu ægri, excrementis, ructibus acidis, sapore oris acido.

Remedia sunt, vomitus, deiectio, pilulæ, clysmata, iteratæ purgationes, opiatæ, linimenta. In resolutione optimè alentia: in refrigeratione, calfacientia, humectantia, balnea, fotus, medicamenta, alimenta. Sed Hippocratis singulare remedium, vini potio. Galenus pinguis primùm dari iubet, vt obtundatur fames deinde vinum ex eorum genere quæ calfaciunt, qualia quæ fulua sunt, rubea, tenuium partium sine astrictione, idque in magna copia, licet non sitiant, siue ab intemperie frigida sit, siue ab acido humore. Aëcius quoque vinum exhibet & ieiunis & pransis. Sed in fame naturali admodum noxium ieiunis vinum dare, maximè vero giluum, acre, odorum, non adstringens, quia conuulsionibus & delirijs confestim corripuntur. Quòd si vini potione non remittatur, ob materiam coniunctam, purgato, & ventriculi ore roborato. In ijs qui per frigora & niues morbum contraxerunt, videndum nè fiat subita mutatio subitò, multum calfaciendo, quia sic calor exiguus & languidus dissoluitur: aut subitò nutriendo, quia suffocantur. Si in deliquium animi inciderint. Archigenes reuocari docet odoramentis acetii, pulegij, panis intincti, malis, pyris aut alijs fructibus, qui ad manum sint. Extremæ partes constringantur, pungantur maxillæ, vellantur capilli & aures. Reuocatis damus panem vino intinctum, deinde carnem suillam, & quæ multum exigua mole nutriunt, bulbos, cochleas, aromatica.

Galen. lib. 8. de
compos. medica.
17. c. 10.

IN CAPVT XXXIV. DE BVLIMO & canina appetentia.

DVRETI ENARRATIO.

Bulimos. Hoc est vtriusque alimenti inopia seu defectus, cum appetentiæ casu coniunctis, vtriusque alimenti, dico alimenti potentia & alimenti actu.

Quid Bulimus.
Alimentum duplex.

Phagedæna alterum. Est famis genus, si fames sit dicenda, quæ in inexplibili ciborum cupiditate & incredibili edacitate consistit.

Insatiabilis appetentia. A frigore nata, vel ab humore acido, per aphor.

Canina appetentia.

Aqua vorax, vigilia etiam vorax. Vtriusque. Scilicet famis ingentis ab vtriusque alimenti defectu, cum appetentiæ casu coniuncto, vel edacitatis nimix cum inexplibili appetentia.

Causa euarant. Nam caninæ appetentiæ duplex est causa coniuncta, bulimi causa triplex antecedens.

Frigus. Ingens, quod intemperiem frigidam & siccam affert, vnde appetentiæ casus per stuporem. Intemperies enim frigida quæ moderatè cogit, excitat vim appetendi, quæ stuporem inducit, extinguit.

Concidit. Tum per se, tum ex euentu: ac per se quidem stupefacto vel emortuo Romacho, ex euentu nimia cibi abundantia.

Vniuersalis curatio. &c. Caninx appetentiæ semper, non autem bulimi per aphor. Meri potio famem soluit.

Appetunt vehementius. In bulimo quem primum excitat intemperies frigida.

Sed tempore nihil appetunt. Propter stuporem stomachi & ventriculi oppressionem à nimia ciborum abundantia.

Latus vermis. Quem fasciam Græci vocant. De quo diximus.

Qui conualescunt. Qui perfectè conualuerunt, sed liberalius se inuitarunt cibo, aut quibus manet superstes exactæ febris cacochymia.

Partes detrimentum. Vt non solum appareat inchoata sed perfecta extenuatio.

Qua longo, &c. In quibus non inchoatæ solum, sed & perfectæ extenuationis signa apparent; quæ sit ab exhausto partium solidarum, dissipatis ante spiritibus & humoribus.

Qua verò breui. Extenuata sint corpora inchoata extenuatione per dissipationem spirituum & humorum, non autem partium solidarum; cuius extenuationis signum est pallor cutis cum laxitate coniunctus.

Modica quantitate. Quoniam non est par commoditas necessitati.

Breuis, &c. Quia eorum quæ conferunt & celeriter nutriunt, veloces quoque sunt excretiones.

Perfectæ extenuationis & inchoata.

Proprium ventris u' manus.

Baboris cum cibo conuorsio.

In quo sanitas consistit.

Morborum causa. Sufficiens quomodo fit.

Appetentia sedes

Vacuatio duplex.

Naturalis vacuatio.

Extraordinaria vacuatio.

Appetentia viuum in quo consistat.

Suctionis sensus.

IN CAPVT XXXIV. DE BULIMO & canina appetentia.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

DE affectionibus ventriculi & earum symptomatis, unde vis coquendi & appetendi labefactatur; superest vt de corrupta appetentia dicamus. Proprium est autem ventriculi coquere, intumescere, humescere, & appetere, quæ facultas soli ventriculo à natura tributa est. Enimvero res vniuscuiusque hominis ad sanitatem tuendam, & bonæ valetudinis curam bono sunt loco, quando ita comparata est natura alui in coquendo, distribuendo & appetendo, vt hæc tria sibi bene respondeant, αἰνῶσις, μίχσις, & ἡ τῆς μίχσις ἀπόθσις, vacuatio, suctio, & suctionis sensus. Ex Hippocrate libr. 1. de diet. Sed homo bona diu frui valetudine non potest, nisi & laborem adiungat. Cuius proprium est, vt conficiat & consumat, quæ quantitate in corporibus nostris redundant. Cibi verò illud proprium est replere quæ vacuata sunt: Atque sic mutuas tradunt operas ad sanitatem tuendam; quæ in vacationis & repletionis æquabilitate consistit. Homines moriuntur casu, vel fato. In sita est omnibus moriendi fatalis necessitas à natura, ob perennem triplicis substantiæ dissipationem, & excrementorum prouentum, quæ si exitu prohibeantur, putredinem concipiunt, unde febres. Fit autem suctio in partibus, donec peruentum sit ad venam coronariam, quæ est in stomacho, & ibi sedes est appetentiæ, quæ excitatur, cum est suctionis sensus. At vacuatio perennis est duplex, naturalis vna, altera extraordinaria. Naturalem Hippocrates descripsit quæ cernitur hyeme. Hyems enim ignaua non est tam necessaria. Atque ea naturalis dicitur, quia repletioni responderet vacuatio & suctio. Extraordinaria est æstate & autumno, in quibus nullum est tempus vacuum; Magna & ingens sit vacuatio triplicis nostræ substantiæ, per labores & æstus, unde potus frequens & sine delectu cibi. Extraordinaria item vacuatio est febribus ardentibus, in flore alui, in hæmorrhoidibus. Ergo vt de appetentiæ vitio dicamus consistit in deprauato suctioni sensu, qui in est in orificio superiore ventriculi

ventriculi, beneficio nerui à sexta coniugatione, sitque delecta appetentia, vel per ipsius ventriculi intemperiem, vel per impuritatem, vt aphor. 17. libr. 4. vel propter latum vermem. Primum enim bulimum efficit intemperies insignis frigida, Quæ verpelo ἢ ὑέρπαισι affert stomacho. Altera causa est superstes cacochymia febris exactæ, aut etiam succrescens, quando necessitati non est par commoditas alui in concoquendo & mitigando. Tertia causa est latus vermis quem τανίδο, i. fasciam Græci vocant, qui tam longè quàm intestina ipsa excutrit. Quem scribit Hippocrates 4 de morb. tantum nasci in pueris, qui geruntur in vtero. Hæc sunt causæ bulimi symptomatis calamitosi, qui syncopen in propinquo esse denunciat. Hæc autem ad mortem via est. Bulimus dici potest Gallicè *faim sans appetit*. Sed nunc de canina appetentia dicendum est, de qua profectò fames dici non potest. Melius dixerunt Græci appetentiam ciborum inexplebilem, *λυιδὴν* dixit Hippocrates. Quod verbum duobus modis vsurpar. Nam in prognostico cum de facie cadauerosa agit, ait considerandum esse, vtum, *λυιδὴς* præcesserit. Quo in loco abstinentiam cibi intelligit, & significat. Eodem sensu vsurpauit, cum scripsit, carnes humidas habentibus famem esse adhibendam, quia siccæ. Itemque aphor. 16. libr. 2. *ἢ λυιδὴς, ἢ δὲ πονιδίῳ. Nunquam in inedia laborandum.* Iniquum enim est & inhumanum laborem præcipere homini inedia laboranti. *Famen in locis vocat abstinentiam cibi.* Quo postremo aphorismo patet in paroxysmo & febre vacuandum non esse, vt propter difficultatem spirandi. Inedia enim certis de causis in paroxysmo præscribitur, nec purgationi, nec vacationi, nec frictioni opera danda est. Altera significatione *λυιδὴς* pro annonæ caritate vsurpatur, vt libr. 4. & 6. Epid. Est autem illud commemorabile, quod scripsit Hippocrates aphor. 21. libr. 2. *λυιδὸν ἀπορξίῃ λυιδὴς, famem meri potio discutit,* non ab annonæ caritate, nõ ab inedia. Exempli causa triduū ieiunauit aliquis, non sanabitur meri potione, imò ventriculo & neruis vim afferet, & appetentiam inexplebilem, quam caninam nominat meri potio sedat. Hæc fit à vitio orificij ventriculi per frigidam intemperiem moderatam & humorè acidum. Sed quid sibi vult quod scripsit Hippocrates 19. lib. 4. Epid. *Aqua vorax, vigilia vorax.* Duobus modis appetentia excitatur, vigilijs, vel accessione vacationis & dissipationis, quæ quò maior est, eò maior esse debet repletio. Nam quod affluit proportionem debet respondere ei quod effluxit. Repletione autem & euacuatione, quam sequitur suctio, & hanc suctionis sensus, corpus conseruatur. Altero modo appetentia excitatur aqua. Hæc enim frigida cogendo villos ventriculi appetentiam excitat: Cui non est par suctio, & hæc est appetentia nulla præeunte suctione. Qui per Alpes iter faciunt, cibos deuorant & perpetua quasi fame vexantur ob frigus, quo afficitur stomachus. Itemque si humor acidus à liene fluat in ventriculum, fames excitatur quæ sedatur meri vini veteris potione. Eadem ratione pinguis laxando discutit eam famem *εἰταχρησιμὸς* dictam. Cum verò commoditas non est par necessitati, faciscit ventriculus, unde ab inexplebili appetentia tandem fit bulimus: Qui est ingens fames & casus facultatis appetendi, vt in atrophia, vt & à diuturna febre *βυλλιδὸς* dicitur *δὲ βύ*, quæ particula est augens & *λυιδὸς*. Canina appetentia Gallicè dici potest, *Appetit sans faim*, vt bulimus, *faim sans appetit*.

Delecta appetentia causa. Intemperies.

Alui impuritas. Latus vermis tanidae.

Bulimus quid causa appetentia. λυιδὴς apud Hippocratem significationes dua.

Que famis meri potione soluitur.

Aqua vorax, vigilia vorax. Quid βυλλιδὸς & unde dictum.

ANTON. VALETTI EXERC. XXXIV.

FAMES assidua dum quis cruciatur, & tamen assumptus cibus ita grauatur, molestatque est, vt eum mox vomere, aut per inferiora deicere cogatur, appetentia immoderata & canica fames vulgo dicta inuadit. Galenus comment. ad Aphor. 21. libr. 2. duas eius causas agnoscit, vel frigidiorum ventriculi intemperantiam solam, vel acidum, quos exorbuerit os ventriculi humores. Hæc quia in cæliacam, aut dysenteriam affectionem hydropem, cachexiam, denique in atrophiam, commutari consuevit, sedulam requirit curationem. Si sola sit intemperies frigida victus calidus remedio est. Si præterea humor addit, parabitur syrupo aceroso, oxymelite, syrup. de hyssopo. Vacuabitur verò hiera picra, diaphœnico, diacartham. agarico & rheo in aqu. fœnicul. beton. vel oxymelite Galeni infusus.

Famis canica causa dua. Curatio.



HOLLERIVS.

De iccoris inflammatione. CAP. 35.

1 Humori mor-
bisi & parti
obfisse proprijs.
2 Inflammatione
hepari, si atas &
vires perfrant
fæ infirmitatu
metu, rectè cele-
bratur phleboto-
me, cum ad de-
clinationem cau-
se antecedenti,
& amissionem
conuicti, tum
ad procuratorem
peccati, & ma-
teria exclusio-
nem.

3 Ve. R. c. aqua
end. cichor. a-
grim. ros. ana
Vnc. ij. aceti
Drach. vj. san-
tal. rub. & citri-
ana. Drach. j.
caphura. Scrup.
f. fiat epithema
pro icore, dum
excandescit.

4 Potior est Græ-
corum sententia
tum per se, tum
exlentent. Per se
q; dem, quod ro-
bur firuent, ex e-
nentu, quia scir-
vium viciant.

5 Hac olea simul
confirmant, &
intemperiam fa-
dant.

6 Ut inlepus va-
satu, syrupus mal-
granatorum.
7 Ut aqua hor-
cum inlepus rosa-
ceo, aut syr. mal-
gran.

8 Ut Rec. aqua
hordes Vnc. viij.
syr. capill. vene-
rii Vnc. j. f. potio.

9 Ut diarrho-
dum Abbatis,
diamargaritum
frigi. electarium
vrisantalinum.

10 Ut cum oleo
cydoniorum, aut
cum oleo absyn-
thiite.

11 Ad digestio-
nem, sublato in-
flammationis
metu.

Inflamatur iccor gibbis & cauis partibus. Vtrumq; pro-
prijs i indicijs distingues, ex cap. 6. lib. 5. de locis affectis.
Curatio alia Græcorum, alia Arabum. 2 Conuenit tamē
de phlebotomia. Statim ergo clysterem mollem iniice ex
ib. j. decoct. communis ꝛ. iij. olei violati. In quo dissoluantur ꝛ. vj.
cassia mellis rosac. & sacchari rub. ana ꝛ. s. Reddito clystere eo
tempore, quo æger minùs calere videbitur, declinatione accessio-
nis, venam basilicam diuidito. Quæ si non apparet, media, aut etiam
cephalica, vulneranda est. Probatum quoque antiquis Medicis, vt
venæ extremæ manus aperirentur. Galen. eam elegit, quæ ad pol-
licem vergit, & benè successit. Paulus, quæ ad minimum. Razes,
quæ ad medium. Sed ex his parum sanguinis effluit. Grauis autem
inflammatio est, & febris, quæ vacuationem desiderat & subitam,
& copiosam, etiam ad animi deliquium, nisi partis nobilitas, repu-
gnaret, quæ sine graui detrimento subitam plurimamque vacua-
tionem non sustinet: ex quo temperanda est vacuatio. Galenus
ad finem septimi Methodi, & lib. 13. multam vacuationem facit:
sed cæteris non consentientibus patitur. Adde quod calidius &
siccus hepar minùs calido & sicco difficiliùs fert copiosam vacua-
tionem, etiam si & inflammatio & febris vtrâque magna. Quod
attinet ad topica, Arabes refrigerantibus vtuntur, quale hoc
est.

℞. succi solatri tepidi ꝛ. iij. cum linteolo, aut stupis cannabinis
fiat ꝛ. epithema. Aliud.

℞. aquæ ros. ꝛ. iij. aceti ꝛ. s. santalorum rubrorum & citrino-
rum ana ꝛ. j. caphuræ ꝛ. j.

4 Græci relaxantibus vtuntur, quibus aliquid aromatum ad-
mixtum sit, quod adstringendo roboret. Vtriusque scopus est, vt
refrigeretur hepar: Græcis præterea, vt vis eius conferuetur Arabum
remedia qualitate propria refrigerant. Græcorum verò per acci-
dens. Nam apertis poris, resoluta in fumos materiâ, calorem hepatis
euacuant. Græcorum.

℞. summitatum absynthij, carnis cydoniorum concisorum ana
ꝛ. iii. Decoquantur in aqua & oleo ad consumptionem aquæ: cum
stuppis canabinis, aut linteolis in expresso oleo mersis foueatur re-
gio hepatis. Aut mala cydonia purgata & contusa. in aqua pluuia
eoque, & cum farina hordei & scœnugræci cataplasma confice. Gale-
nus 13. Methodi vino incoquit. Coqui etiam possunt. in absynthij
decocto. Alioqui.

℞. ol. de absynthio, & cydoniorum ana ꝛ. i. ceræ ꝛ. s. liquefiant
in vase duplici. Refrigerata malaxentur cum succo endiuicæ, ci-
chorii,

chorii, aut simili. Olea conueniunt ꝛ rosatum, de cydonijs, de ma-
stiche, absynthio, spica, scœnantho, in quo santala coxerint, quæ
adstringendo roborant. Relaxant verò oleum de amygdalis dulci-
bus, de chamæmelo, rnethe, meliloto, in quo althææ radix coxerit,
oleum lini.

Scruiente dolore, tritici farinam in decocto absynthij & anethi
coctam, & sacco immisam, vtilissimum erit apponere. Sunt qui
costum & calamum aromaticum cum liquore conueniente patien-
ti ieiuno ebibendum præcipiunt, vt ægrum in latus postea decum-
bat. Alij decoctum absynthij pontici modico conditum cinnamo-
mo probatur.

Vbi fluxio maior est, maior quoque infirmitas visceris, plus ad-
stringentium, alioqui plus relaxantium miscendum est. In summa
lenientibus, resoluentibus, relaxantibus, roborantibus vsi sunt vete-
res: aliquando etiam remollientibus, vbi iam durities suspecta esset.
Mucagines conueniunt cum semine cydoniorum, althææ, lini, scœ-
nugræci. Quod ad potiones attinet, vitanda sunt quæ 6 refrigerant &
adstringunt, nisi 7 aliquid commixtum sit, quod detergeat & ape-
riat. Propterea aromata antiquis probata sunt. Vt licet scœnan-
tho, spica nardi, calamo aromatico, cinnamomo, folio, afaro, fanta-
lis, caphura. Materia verò potionum ex hordeo. Syrupus acetosus,
zulapium factum ex aqua vel decocto capill. ven. cichorii, endiuicæ,
fumariæ, cascute, glycyrrhicæ, hepaticæ, quatuor sem. maiori-
bus & minoribus cum octaua parte sacchari, & momento cinna-
momi, spicæ, & similitum. 8 Syrupi de cichorio, endiuia, capill.
ven. de fumaris, sed plurimam diluti non cum dupla, aut tripla
aqua, sed potius sextupla, aut octupla. Diluendi verò supradictis
aquis.

Electaria, 9 quibus confirmatur hepar, proximo capite di-
centur.

Probatum est hoc oleum antiquis, etiam inflammato he-
pate.

℞. rutæ P. 2. scœnanthi ꝛ. i. sem. lini ꝛ. ii. medium capitis pa-
paueris. Coquantur omnia in oleo. Ceratum santalinum cum
10 oleo conuenienti malaxatur, capiantur ꝛ. iii. cerati. Ma-
laxentur, extendantur in aluta, fiat scutum ad formam cres-
centis.

Emplastrum 11 de meliloto, de althæa, vbi maturandum est aposte-
ma, itémque æsypi ceratum descriptione Philagrii, & Galeni, dia-
chylon. Malaxentur cum oleo de liliis, aut in quo radices althææ co-
xerint. Emplastrum factum est contusis folijs brasicæ, & melle, em-
plastrum ex ficibus pinguibus, althææ radice, coctis in oleo. Si
magis resolueret consilium est, emplastro de mileloto adicimus
non nihil ammoniaci, absynthii, aut similitum: ex quibus pustulæ,
ex vesicula excitantur, quæ oleo rosaceo percurantur. Quod si sus-
pitio est infirmitatis, aliquid olei de absynthio & aromatum com-
miscendum est.

Reliquiæ clysteribus, & lenibus pharmacis subducendæ sunt
 12. siquidem malum est in cauis hepatis. Quod si in gibbis, & co-
 piosior materia est primùm quidem iisdem remediis, 13 deinde
 etiam diureticis utendum erit, radice graminis, cichorii, endiuix,
 acetosa, apii, petroselini, fœnic. rusci, asparagi, & aliis, quæ postea
 plenius dicentur.

Laudata herba eupatorium ab antiquis, & maiorana. Cucurbi-
 tulæ 14 vsustum initiis, tum inueterato morbo. Quidam enim è
 veteribus, postride quàm missus fuerat sanguis, cum scarificatione
 affigebant dextro hypochondrio: relinquebant vulnus in crassi-
 num, atque iterum affigebant. Alij verò iam inclinato morbo, ut re-
 liquias vacuarent, similiter applicabant.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

VT Pleuriticis, & Peripneumonicis, qui lateris aut pulmonis inflammatione
 vexantur, ita *intra natus*, à iecore inflammato veteres appellarunt. Recentiori-
 bus alia huius vocis significatio, de qua dicetur capite sequente. Fiunt autem sa-
 pius in hepate inflammatio, abscessus, scirrhus, imbecillitas, obstructio, vesicæ a-
 qua plenæ in membrana extrema, quæ si rumpantur, hydropisim generant. Cau-
 endum imprimis ne fallamur, si quando tumor apparet in medio ventre. Nam
 quibusdam, ut quotidianis anatomis cernitur, hepar extenditur ad sinistras par-
 tes. Deinde diligenter distinguendum, num in musculis sit inflammatio inter-
 nis, externis, aut in gibba parte, vel caua, & ne pro phlegmone hepatis, pleuriti-
 dem iudicemus. Communia & necessaria signa sunt in inflammatione iecoris tu-
 mor, dolor, febris, & ex his spirandi difficultas ac rufficula inanis. Aliquando he-
 par ob pondus deorsum inclinans tendit diaphragma, vnde membrana succingens
 costas diuellitur, sicque dolor ascendit ad claviculas Febris ardens est, lingua ari-
 da, rubens initio, deinde nigra & aspera, sitis inexhausta, nausea, cibi fastidium,
 singultus. Distinguntur partes gibbæ à cauis hoc modo. In parte caua dolor gra-
 uis, singultus, nausea magis torquent. Fluxus ventris adest, nisi robustius sit vi-
 scus, quod, exunctis humiditatibus, deiectiones, faciat *conuexa dicitur*, & velut in glo-
 bulos præ siccitate coactas vomitio biliosa maior sitis, linguæ ariditas & asperi-
 tas. In gibba, dolor punctorius ob ligamentum cum diaphragmate, urinæ ma-
 gis ruffæ, partes vicinæ, ut septum magis opprimuntur: vnde difficilior respira-
 tio, rufficula manifestior dolor ad dorsum acutior ob ligamenta, tumor tactu
 deprehenditur. Inflammatio inter cutem cognoscitur tactu ob tumorem, visu,
 quia calida rubescit, frigida sine febre, vel dura, vel laxa. In medio ventre, retinet
 figuram muscutorum, tumor externus maior, dolor acerbior. Sed ad exactiorem
 dignotionem lege caput 6. & 7. lib. 5. de locis affectis, vbi Stesiani & Theagenis hi-
 storix. Si in abscessum vertitur, lethale, cum ad carnem vsque hepatis corruptio
 pertingit, & pus simile apparet faci olei, putredine ex incocta propriæ illius sub-
 stantiæ. At si pus intra tunicas contineatur, nihil patiente substantia hepatis, va-
 cuato pure liberantur omnes. Neque enim necessarium est hepate suppurato ho-
 minem interire, nisi magnum sit vitium. Vnde Hippoc. 2. de Morb. Pulmone sup-
 purato, si album & purum pus effluat fibris etiam cruentis intermixtis, ægrum
 conualescere, si vitello oui simile, & subuiride pus, crassum ac fœtidum mori. Nam
 pus album alteratricis robur ostendit, & victoriam naturæ.

Remedia sunt, ex eodem latere sanguinis missio cu curbitulæ in coxis, cly-
 sma, syrapi, olea, vnguenta, cataplasmata. Galen. ad finem libri 7. Meth. in al-
 teratione videndum præcipit, ne dum calorem extinguimus, temperiem na-
 turalem

turalem labefactemus: & 13. topica initio nunquam adhibenda esse frigida. Ma-
 gna ex parte bilis crassior fit in calore hepatis, sed tenuanda, temperanda, & si in
 cauis, declinante morbo, vel etiam maturata phlegmone, per aluum purganda:
 in gibbis per renes sed primò leuioribus utendum. Neque tamen, si contrà fiat,
 tantus error est, quantum Auicenna scripsit. Nam si venosum genus per medi-
 camenta purgari potest, gibbæ quoque poterunt. Sed è commodius quò natu-
 ra tepit. In cauis, clysteribus, deiectionis, cnico, polypodio, epithymo, mercu-
 riali in ptisana, & iusculis, primùm utimur, deinde fortioribus, centauro, colo-
 cynthide. In gibbis à diureticis leuioribus ad fortiora paulatim transeundum,
 ne materia concresecat in scirrhum. Ad id maximè commoda habentur apoze-
 mata laxantia, quæ & humores præparant, & vacuant. In duritie videndum
 præter cæteras partes, ut moderatè molliamus. Vincant incidentia & tenuantia,
 aromata misceantur. Seruandum enim robur partis.

IN CAP. XXXV. DE IECORIS

INFLAMMATIONE.

DURETI ENARRATIO.

Inflammatur iecur, id est, tumorem concipit contra naturam ob sanguinem bi-
 liosum diffusum vel collectum gibbis, conuexis partibus, diaphragmati adia-
 centibus. *Inflammationis causa.*

Et cauis. Ventriculorum completentibus:

Proprijs indicijs. In qualite, actionibus & excrementis; tum etiam in propinqua-
 rum communium partium sympathia, tum per simplicem communicationem, *Signa inflam-*
 tum per propagationem causæ morbificæ. Sunt autem hæc signa conuexæ partis *mati hepatis*
 inflammatæ, cutis defœdatio præsertim faciei, hypochondrij dextri tumor du- *de petenda*
 rus & dolorificus, sicca tussis, quædam spirandi difficultas, iuguli dolor. Sunt hæc *et*
 propria: Febris verò continua commune est symptoma conuexæ partis & conca- *qua sint.*
 uæ, tussis inquam sicca nunquam expectorati particeps: Concauæ autem sym-
 ptomata sunt, nausea, singultus, sitis inexplebilis, ventriculi tum vacui tum re-
 pleti oppressio, linguæ scabrities, siccitas, decoloratio, alui suppressio nisi fera-
 tur fecibus ficcis & biliosis, vitellinis, æruginosi excrementis. Sed vtrorum-
 que signorum collectione vtramque partem inflammatione obsessam intel-
 liges.

Curatio alia Græcorum, alia Arabum. Rhazes aliter ac Galenus curat inflam-
 matum hepar per refrigerantia per se, Galenus & Græci per refrigerantia ex-
 uentu. *Curatio hepatis*
inflammati apud

Conuenit tamen de phlebotomia. i. Græcorum & Arabum opinio est & firma con-
 sensio, sanguinem initio detrahendum esse ad declinationem & reuulsionem
 causæ antecedentis, non autem affecto morbo. *Græcos & Ara-
 bes non eadem
 Clyster.*

Clysterem mollem injice. Ut cruditas alui excludatur, nec in venas vacuas ra-
 piatur. *Clyster.*

Ex lib. j. decocti communis. Ut decocto quatuor remollitiuorum plantag. lactu-
 cæ, prunorum fiat decoctio.

Basilicam diuidito. Brachij dextri scilicet, propterea quod illa basilica seu. axil-
 laris interior tum rectitudine, tum amplitudine ipsius aquæductus cum vena ca-
 ua communicat & societatem habet. *Sanguinis è basi-
 lica detrahitio.*

Non sustinet. Propterea quod duplici officio fungitur, estque scaturigo, non
 fons sanguinis: Nam cor ipsum est fons, & *scaturigo* promptuarium caloris na-
 tui.

Astringendo roborant. Cuiusmodi est radix cyperi, calamus aromaticus, scænan-
 thum, absinthium Romanum. *Cor fons sangui-
 nis, iecur autem
 scaturigo.*

Saniante dolore. Cum scilicet materia cogitur & ad suppuratum viam affectat.

*Iecoris inflam-
 mationis commu-
 nis & necessa-
 ria signa.*

*Iecoris gibbarum
 inflammationum
 a cauis distinctio.*

*Muscutorum ab
 dominis inflam-
 mationum signa.*

*Inflammationis
 causa.*

*Signa inflam-
 mati hepatis
 de petenda
 et
 qua sint.*

*Curatio hepatis
 inflammati apud
 Græcos & Ara-
 bes non eadem
 Clyster.*

Clyster.

*Sanguinis è basi-
 lica detrahitio.*

*Cor fons sangui-
 nis, iecur autem
 scaturigo.*

Nam dum pus conficitur, dolores sunt grauiore quam pure confecto, inquit Hippocrates.

Infirmities viscerum. Infitra vel aduentitia; quæ perspicitur deiectionum colore, copia, tempore, & excernendi modo.

Plus adstringentium. vt scilicet reprimatur fluxio & pars affecta corroboretur.

Alioqui plus relaxantium. Si pars robustior sit & fluxio minor, vt non sit metus resolutionis.

Lenientia.

Lenientibus. Anodynis primæ speciei, quæ sunt calida in primo gradu; vt oleum amygdalar. dulc. chamæmel. fofus aquæ.

Mucagines. Rerum earum quæ modicè adstringendo partem torborant, & leniendo humoris acrimoniam infungunt, quæque relaxando distentionem, digerendo humorem doloris acerbicatem minuunt.

Vianda.

Vitanda sunt quæ refrigerant & adstringunt. Vt syrupus granatorum iulepus rosatus.

Quod detergeat & aperiat. Vt si misceatur syrupus capillorum Veneris cum aqua. Sed inter simplices potiones principatum obtinet decoctum hordei.

Aromata antiquis probata. Affecto iam morbo, quando parti studendum est potius quam pugnandum cum morbo.

Sacchari multi damna. Litus.

Sed potius sextupla. Ne saccharo multo conditi bilefcant, & in angustissimis venularum anfractibus stabulando augeant obstructiones.

Cataplasmata. Historia.

R. ruta pugillos duos. Solet interpres vt cerato fantalino cum oleo amygdalarum dulcium. Vt R. cerati sanial. ʒ. j. olei amygdal. dul. ʒ. ij. Vbi maturandum est apostema. Ad suppuratum procurandum sufficet cataplasma ex farinis lini & hordei coctis in aqua & oleo.

Ficusbus. Tale præscripsit Esaias Regi Ezechia. Quod si suspicio infirmitatis. Quæ denunciatur deiectionum chylosarum vel carniuum loturæ similibus excretionibus. Illæ sunt ab infirmitate attractricis, hæ verò ab infirmitate coctricis.

Unde distum sit eupatorium.

Diureticis. Quod à parte cui suam dicauit operam, eupatorij nomen habet.

IN CAP. XXXV. DE IECORIS

INFLAMMATIONE.

DVRETI IN SVAM ENARRATIO. nent Annotatio.

Inflammationis calamiæ. Triplex scopus conformationis partium corporis humani.

AD inflammationis nomen nemo est qui toto corpore non perhorrescat. Est enim res molesta inflammatio ac læpe funesta, vbi eas partes occupat, quarum officio vita carere nequit, quale est iecur, cor & cerebrum. Iecur ergo est πρώτη παρὰ τὴν ἰσχυρὴν, id est prima pars & præstantissima ex lib. 14. de vsu part. vbi docet naturam tres scopos sibi proposuisse in partium humani corporis conformatione. Primum quidem πρὸς τὸ ἔμω, vt cerebrum cor iecur; alterum πρὸς τὸ βελτίον ἔμω, vt sunt oculi; tertium πρὸς τὰς διαδοχὰς τῶν ὀργάνων, testes, vterus, pudenda. Quæ principatum obtinent, sanè vt bene constituta adiumentum adferunt ad vitam tuendam, sic contra malè constituta, ex illo ruere & retro sublapfa referri spes est. Iecur ergo est corporis pars prima & præstantissima, quanquam nulla pars in corporibus nostris altera prior aut posterior existat ex Hippocrate lib. 1. de diet. Iecur est officina αἵματις, sanguificationis. Sanguine verò conseruatur partium viuacitas, quæ alioqui diffuit facillè nisi neccitate viuifico sanguine & spiritu restauretur. Sed tanta pars & princeps omnibus morbis obnoxia est, intempericæ, cacochymicæ, obstructioni, scirrho, erisypelati, inflammationi, corruptioni

Iecur corporis pars prima, etc. Iecur sanguinis officina. Quibus morbis sit iecur obnoxium.

ptioni propriæ substantiæ. Quæ omnia vitia primus omnium animaduertit Hippocrates: Qui iecur benemorum beneque constitutum in συστάσει ἢ κερσσει, in complexione quatuor humorum & temperie, vocauit ἰσχυρὸν, id est fontem gratiosi humoris lib. 1. de morb. mulie. Nam sic philosophatur: Si vterus grandiorum & proeuctæ iam ætatis mulierum suo genio fraudatus marcescit, atque leuior factus in alui profluuiio, collapsio recto intestino, cui incubat facillè in loci amplitudine se conuertit ad iecur, quod est ἰσχυρὸν, vt saturetur gratioso humore, adiacet hepati, adiacendo opprimit diaphragma, vnde difficultas respirationis & suffocatio hysterica. Sed ipsum iecur exarefcit tum febribus, tum praua victus ratione & vitæ instituto, vnde κενήσις, ὀδύνησις, μερίσμοσι ἀεφρυγῆσι. Impedimentum functionis hepaticæ ferè semper euenit vitio dietæ. Itaque scripsit Hippocrates lib. 3. de diet. acut. πικρὰ ὄλασι, μὲν ἁλοπαλῆχυσ, & sitibundos meracioris melicrati vsu (tamen si adducti morbo laterali eo cum ratione vt videantur) in ea incidere symptomata, quæ ipse commemorat lib. 3. de morb. Quia scilicet melicratum in bilem vertitur, hinc obstruitur iecur & inflammationem obstructum concipit: Et si venter feratur excrementis biliosis, hypochondrij ardor non exinguitur, sed ingrauescit, neque quiescit ἰσπίασμοσι. Ratio obstructionis fit hoc modo. Quicquid est dulce & pingue, nullo modo mitificatum ab hepate rapitur per viam amplitudinem, id est à ventriculo capacissimo rapitur per intestina tenuia, per venas mesaraicas amplas, in tenues venarum meatus hepatis, atque ibi conclusum tanquam in ergastulo inflammationem concipit. Et ceterè Hippocrates animaduertit in iecore obstructionem, vt aphor. 4. lib. 6. Quibus circa hypochondriaca dolor incidit sine inflammatione febre superueniente dolor & labor discutitur. Nà superueniente febre discutitur humor crassius, libertas meatuum restituitur, spiritus flarulentus dissipatur. Sed planius aphor. 73. lib. 4. vbi ait, flatum dissolui. Si igitur hepar chylum non attrahit, aut attractum non conficit, aut eius excrementa non excludit, multa hinc veniunt symptomata. Si enim hepar ex ἀνωτῆ non attrahit, fertur alius chylosis excrementis. Si propter inflammationem tenuius intestinum, & obstructionem venarum mesaraicarum, sunt deiectiones cum fœtore coniunctæ. Hinc hydrops per impedimentum hepatis. Quod si chylum attraxerit, non autem mitificet propter ἀνωτῆ ab inflammatione aut obstructione, deiectiones erunt matæ hostiæ similes. Ergo inflammatur hepar, vel proprio sui ipsius vitio seu per se, vel alieno, id est per sympathiam. Inflammatur per se per exclusionem à parte quæ continet in eam quæ continetur, per organum ab humoris feritate, & per attractionem quæ fit acerbitate doloris. Alieno vitio & per sympathiam hepar inflammatur, quando abscessu critico (quanquam non verè criticus sit) intumescit in morbis acutis. Refluit enim ad illud materia per quandam organum, vt in Sileno, cui lien intumuit rotundo tumore. Sed & per suppressionem excrementi, quod in peculiari cuiusque natura redundare consuevit, accidit abscessus, inflammatio, & hydrops, vt à mensibus suppressis & hæmorrhoidibus. Sed quid est inflammatio? Inflammatio tumor est contra naturam sanguinis affluxu obortus, cum calore, rubore, pulsu, renixu & dolore coniunctus. Sed lib. 2. progn. Hippocrates non eo modo inflammationis nomen accipit, sed inflammationis nomine κρῆσις, φλόγισσις, & φλεγμονήσις intelligit. Nos autem recentiorum medicorum opinionem sequimur, qui inflammationem definiunt. Tumorem contra naturam à sanguine cum calore &c. Ac ex quinque symptomatis inflammationis duo propria sunt temperamenti alterati, calor scilicet & rubor; duo immutati, habitus pulsus, & renixus; vnum verò commune, nempe dolor ex comm. lib. 1. Epid. vbi agit de parotidibus. Sed præter illa symptomata inflammari hepatis, quatenus instrumentum est, alia sunt quæ distinguuntur ex partium obfcurarum con-ditione. Nam vel in cauis partibus, vel conuexis, vel in tunica inflammatur hepar. Si conuexa parte inflammatur inchoata inflammatione, aut crescente hæc signa & symptomata elucescent, febris assiduitas, quia iecur est pars nobilis. Deinde tactu pressiore, cum dolore & renixu eadem pars inflammata percipietur. Tumorem enim facit illa inflammatio in hypochondrio dextro, qui durus & dolorificus (quanquam Galenus in comm. ad histor. de Hermocrate nolit conuenas partes iecoris in inflammasas tumorem concipere.) Præterea diaphragma in eius

Causa suffocatio hysterica.

Quibus de causis iecur exarefcos.

Qua nota vsus melicrati meracioris sequantur.

Iecoris obstructio à quibus fiat.

Explicatio aphorismi Hippocratis.

Impedimenta hepatis functionis.

Hepatis ἀνωτῆ. Hepatis inflammatio duplex. Per se.

Per sympathiam.

Quid sit inflammatio.

Inflammationis quinque symptomata.

Partium iecoris inflammatarum distinctio.

Conuexarum hepatis partium inflammatarum signa.

Expectoratio est partis affectæ contagionem trahitur per communicationem simplicem à vicinia, signum pleuritidis Anagyroschy non metooyoyouó vixov. aph. 12. 61.
 partium hepatis.

Signa inflammationis ciliarum partium hepatis.
 Ventriculi tum vaeni, tum flatu rati oppressio.

Distinctio inflammationis hepatis ab inflammatione abdominis aut mesenterij.
 Sputi sanguinis à pulmone & à secore distinctio Prognosis hepatis inflammationis.

Curatio.
 Inflammationis metastasis duplex.

Secundum naturam duplex.
 Metastasis contra naturam duplex.

Sanguinis detractionio.
 Saluata scilicet inuitu.

Cathartica in hepatis inflammatione non exhibenda.

Tria in hepate Chirurgia.

Expectoratio est partis affectæ contagionem trahitur per communicationem simplicem à vicinia, signum pleuritidis Anagyroschy non metooyoyouó vixov. aph. 12. 61. partium hepatis. Signa inflammationis ciliarum partium hepatis. Ventriculi tum vaeni, tum flatu rati oppressio. Distinctio inflammationis hepatis ab inflammatione abdominis aut mesenterij. Sputi sanguinis à pulmone & à secore distinctio Prognosis hepatis inflammationis. Curatio. Inflammationis metastasis duplex. Secundum naturam duplex. Metastasis contra naturam duplex. Sanguinis detractionio. Saluata scilicet inuitu. Cathartica in hepatis inflammatione non exhibenda. Tria in hepate Chirurgia.

guinis molitur; Pharmacia in neoterismo & epicrasi consistit. Diæta autem in cibo qualitate, copia & vtendi modo. Ergo cibus erit qualitate humidus & frigidus, hordeatum, prifana, iuscula pulli, prunorum damascenorum, panis infriatus, & si opus fit inedia imperanda. Nam vnde natura magis est opis indigens, hæc illi ex parte est opitulandum. Et quoniam hepar scirrhum aut resolutionem potest suscipere, quorum vtrumque terrificum, Scirrhus enim facultas cessat. Resolutione verò & impedimento functionis, morietur æger, aut hydropicus fiet, & sient deiectiones similes carnibus recens maciatis: ita temperanda erunt topica, vt roborantia addamur digerentibus: Quod fecit Auicennas in eo cum Galeno consentiens, quem omnino secutus est. Aliter facit Auerrois. Nec sequendus est Cornelius Celsus. Abstinentum à vinò in omni viscerum inflammatione, in cephalalgica, catarrhi defluxu & in paralyti, quia in hac potissimum accessit, & est κατεβάρειαν. An melicrato igitur? an aqua frigida? an iulepo rosato? Omnis inflammatio ferè coniunctam habet oppilationem. Ergo interdandum iis quæ adstringunt, quæ scirrhum faciunt & inflammationem augent: quamuis ratione partis roborandæ possint admisceri. Non igitur vtendum erit syrupo grauatorum, non iulepo rosato. Aqua est pigra, sed melicratum dilutum lenit & demulcet: Ergo erit aptum? Minime: Quia non conuenit megalosplanchnis, sitibundis vt solent esse hepatici, præterea mel bile scit. Aqua decoctionis hordei sola sufficit: Illa enim obstructa libertatem affert, mirificè incendium sedat & refrigerat. Tale decoctum est ούζου & gratiosum hepatis atque hypochondriis. Ergo vt scirrhum & resolutionem arceat Medicus studere debet. Vtendum clysteribus lenientibus & refrigerantibus. A catharticis omnino abstinentum, neoterismo studendum. Si vireant herbæ initio morbi erit præscribendum epithema hoc modo.

℞. cichor. totius, endiuix, scariolæ, plantag. flor. nenuphar. sum. mitat. borrag. & bugl. agrimon. absinth. rom. an. M. i. fantal. rubr. & citri an. ʒ ij. fiat decoctio. In col. ad lb. j. β. dissol. aq. rosar. semilibram, aceti ʒ j. vel ʒ j. β. camphoræ ʒ j. vel trochiscorum de camphora ʒ ij. fiat epithema.

Quod si metus sit resolutionis partis, addes trochiscos de spodio, & de berberi.

Quò latius diffunditur humor in tumore contra naturam, eò res ægri meliores sunt loco. Contra in abscessu purulento, quò magis cogitur, eò melius, quò latius diffunditur, eò peius, vt in hepate. Quare lib. 1. prognost. commendat Hippocrates suppurationem quod sic collectum, acutum. Inflammata partis alexiterium est euacuatio. Verum quoniam ad hunc morbum absinthium commendatur, scire debetis quatuor esse absinthiorum genera: Romanum, vulgare, seryphium, santonicum. Galenus dicit quòd quæ sunt μέγιστον πικρόν, solum amara, sunt κακώτατα, id est, stomacho bellum indixerunt at quæ sunt austera, sunt ούζου, gratiosa. Vulgare nostrum solum est amarum & fœtet habetque lata folia. Merum soluit crapulam, quia pugnat cum cruditate. Sic Charusiani quia vescuntur piscibus, phlegmate ventriculi redundant, ad quò incidendum vtuntur vino absinthite. Compositum autem ex Romano absinthio gratum est ventriculo. Quod est λεπτότερον est grati odoris. Sed vt ad rem redeamus, digerentia cum adstringentibus miscenda sunt, sum curatur hepatis inflammatio, vt ea ratione prohibeatur resolutio. Qua superueniente sunt deiectiones chilois, propterea quòd oppressa intestina deiciunt, impedimento facultatis hepaticæ fit hydrops. Dysenterie hepaticæ omnino sunt inuestæ, vt lib. 13. Methodi. narrat Galen. de Medicis Scopus remediorum. Historiam. Scopus remediorum. Sciente inflammatione soleo dare syrupum violatum cum decoctio hordei & glycyrrhizæ. Anodyna præscribuntur. Sunt autem trium generum: Quædam

Pharmacia. Diæta.

Quis potus præscribendus sit.

Aqua decoctionis hordei doses.

Clysteres.

Epithema.

Tumoris conditiones & suppurationis.

Quatuor genera absinthiorum.

Historiam. Scopus remediorum.

Anodyna.

enim causam doloris tollunt, ut sanguinis detractio: Alia materię acrimonia in-
fringunt, & distentionem partis relaxant: Tertium genus est stupefacientium,
quę sedant dolorem ex euentu.

ANT. VALETII EXERC. XXXV.

Hepatis inflam-
mationis causa.

Iecori, uti aliis visceribus, morborum genus duplex accidit: à sola intemperie
vnum, citra tumorem præter naturam: alterum ubi vna cum intemperie tu-
mor quoque adest, ut inflammatio, erysipelas: scirrhus, inflatio & obstructio à
crassis & viscidis humoribus. Inflammatione verò obstrictur hepar, dum sanguis
vel exuperat, vel tenuitate, vel feruore & acrimonia, vel externarum causa-
rum impulsu percussione, torsione, lapsu, strictione forti & continua, zonę, di-
ploidis, è venis immoderatus prorumpens, in visceris corpus copiosior secedit
& carnosam partis eius substantiam, in qua cunctando putrescit, imbut. Iecur
inflammati ex dolore & grauitate dextri hypochondrij cum febre acuta coniun-
ctis facile quidem intelligimus, sed quia nunc gibbæ, nunc simæ partes phleg-
moneprehenduntur, totumque continuum est hepatis parenchyma, maxima in
illis distinguendis difficultas versatur, quę tamen à Galen. cap. 6. lib. 5. de loc. mal.
affect. diligenter excutitur. Inflammationi incipienti quam citissimè occur-
rendum, enemate blando ad fæces deturbandas prius iniecto, deinde copiosa
sanguinis missione è basilica dextra, si vires ferant, alioqui pauca, sed repetita.
Purgans autem medicamentum, quanquam phlegmonosa habentibus hypo-
chondria minus est commodum, licebit tamen benignum aliquod imparare, ad
corpore præsertim cacochymo existente. vt:

Hepatitis si-
gna.

Hepatitis cu-
ratio.

Gal. commen. ad
aph. 14. lib. 1.

*R. Syrup. de cichor. compos. cum rh. 3. i. cum aqua stillatitia, aut decoct. cichor.
vel endiuia, vel acetos. fiat poio. Aut. R. cathol. dupl. sem. & rhubarb. 3. 6. Syrup.
laxatiui ros. pallid. & de cichor. simpl. ana 3. 8. cum aqua horã. vel decocto pectoral.
f. dosis.*

Topica interim repellentia & adstringentia, ut in aliis fieri solet inflamma-
tionibus, admouebuntur, sed quę actu frigida non sint, nam natura partis, quę
& princeps est, & publico officio fungitur, atque etiam situs repugnant.

*R. ol. ros. & cydon. ana 3. i. cum cerato santalino f. linimentum. Vel. R. oleorum
corund. vel masticini & neruphari. ana 3. 6. muccag. sem. psl. & cydon. extract.
in aqua plantag. & absinthij 3. i. puluer. calam. aromatic. & absinth. ana 3. i. cum ce-
ra f. liuu.*

Cera pauca, vel nulla admiscetur, quia emplastica cum sit, distationem pro-
hibendo maiorem inducit calorem. Ad eundem scopum facient syrupsanguini-
nem temperantes, vel apozemata è radicibus acetos. oxylapath. cichor. totius
plantag. totius, agrim. lactuc. portul. ros. endiu. scariol. capil. ven. seminibus frigid.
floribus cardiacis & feminibus. Longius progressa inflammatione, sanies colle-
cta detergeri vult, inflammationis quidem gibbis, magis per vrinas, simis vero per se-
cessus. Vrinæ ciebit hoc apozema:

*R. radic. gram. acetos. polypod. querc. petros. passul. mundat. glycyrrhiz. ras. ana 3. i.
cich. end. agrim. omnium capil. pimpinell. bryon. ana M. i. sem. quat. frigid. maior. ana
3. 2. flor. cardiac. ana p. 1 f. decoct. ad lb. i. In colatur. dissol. syrup. de althea. syr. capil.
ver. & syr. aceto. simpl. ana 3. 2. f. apoz. clar. conditum, vt est artis.*

Cum fortioribus fuerit opus, addentur valeriana, petros. Macedonicum, & alia
id genus diuretica valentiora. Quod attinet ad deiectoria medicamenta, quę
potiora censentur causis hepatis inflammatis, ea mitiora esse debent, nam vehe-
mentioribus phlegmone augetur. Quinetiam dum proiecto morbo istis lo-
cus est remediis, alia atque alia particularia deligenda. In incremento digerentia
repellentibus mixta, vt ol. chamæm. nard. absint. capparinum. At in statu sola
fatis sunt digerentia, nisi inflammatio pergat ad suppuratum. Vbi semper viden-
dum ne emollientium vsu visceris robor dissoluamus. Digeret commodè hoc
emplastrum.

*R. massa emplastri de meliloto, & emplastr. de muccaginibus ana 3. i. cerati santalini
3. 8. Emolliantur cum oleo de absinth. aut cappar. f. emplastrum.*

Id antequam

Id antequam applicetur, fouenda erit regio hepatis, ex decocto abinth. flor.
chamæ. ros. rub. calam. arom. sem. anisi, lini, fenic. Proderit tandem intempe-
riem à materia in hepate relictam digerere sumptis & admotis.

*R. specier. electar. diarhod. Abbat. & triasantal. ana 3. 2. vel 3. i. rasur. eboris, corn.
ceru. ana 3. 8. sacchar. in aqu. gram. vel agrim. vel capil. ven. dissol. q. s. f. electar. per
107 eng. cap. vnam singul. matutinus.*

Idem præstant conferuæ ros. violat. cichor. Admouebitur ceratum santal. cum
oleo ros. emollitum. Tandem verò abcessus si sequatur, vt plurimum funestus.
Vt enim ab eo vita diutius protrahatur, sensim tamen tabescente corpore, mors
interuenit, quos videlicet vlcus hepatis ægrè detergeatur, ob perpetuam partis
humiditatem, vnde hæmatosis frustratus. Attamen Claud. Rousselletius primarię
notę Doctor Medicus, hepatidem ad suppuratum saluis ægri rebus perductam
obseruauit.

HOLLERIVS.

De 1 debilitate hepatis. C. A. P. XXXVI.

DEBILITATIS hepatis 2 intemperies causa est, tum
substantiæ 3 visceris, 4 tum humorum, qui venis &
arteriis continentur. Atque imbecillis est attractrix, re-
tentrix, alteratrix, & excretix.

5 Attractrice infirma liquida deiciuntur per aluum, vt alteratri-
ce ventriculi infirma: sed hic cruda & incocta. Infirma attractrice
hepatis, non ita cruda, sed ad chyli formam accedentia. Hepate ve-
rò attrahente, sed non alterante chylum, simile quid loturę carniū
aut sanguinis, quem aqua diluerit, 6 excernitur. Postea verò non
rudimenta sanguinis, sed deteriore qualitate excrementa effluunt.
Cuius rei causa hæc est. Frigidiore hepate alteratrix infirma est. Ita-
que rudiores sanguinem, quem à 7 mesenterio accepit, non con-
ficit. Vnde per intervalla excernitur, 8 & loturam carniū repre-
sentat. Vbi verò resistit, crassescit, tempore angustias hepatis inter-
cipit. Cùm non perspirat, suboritur febricula. Interceptus humor
putrescit, atque adurit, quo tempore non iam dilutus sanguis, sed
veluti fæx sanguinis excernitur. Excretio illa lucet, atque aliquando
in atram bilem conuertitur. In frigida intemperie 9 color faciei
pallidus, 10 pulsus tardus, 11 vrina alba, aliàs tenuis, 12 aliàs cras-
sa, non ita frequens, neque copiosa deiectio, neque grauitas olens,
nisi cùm iam corrumpitur. Appetentia aliquando corrumpitur,
aliquando intenditur nulla sitis.

Calidam verò intemperiem sequitur 13 color faciei flauus, ce-
lerior pulsus, vrina flauo calore saturata, 14 prostrata appetentia,
15 sitis vehemens, fastidium graue, agitatioque corporis, 16 insignis

10 Pigrum motu dilatatur arteria. 11 Hac cruditate index, ex aepsia & cruditate in renibus. 12 Ex perturbatione
à statu lento spirituum. 13 Quale enim est alimentum, talis & elucet color. 14 Quam calor resoluat.
15 A calore & bilis in ventriculum afflata. 16 Ex motu, putredine humorum, & strabulata, quem hepar
gignit.

1 Aqua debili-
tate nominantur
hepatici, quia ipsa
per se coactis fi-
ne tumore, aut
soluione cōtinui.
2 Omnium enim
debilitatum intem-
peries soboles exi-
bit.

3 Quam nuppi-
XVII. Græc vo-
cant, cuius est
proprius munus
hæmatosis.

4 Qui aut qua-
litate aut copia
peccant.

5 Ob intemperie
frigidam.

6 Hac excretio
hepatica dysen-
teria nominatur,
seu rubra alius
profluens, scilicet. 2.

7 Vbi inchoatur
hæmatosis. Gal.
lib. 4. de vsu par.

8 Gal. c. 7. lib. 5.
de loc. mal. aff.
sec. & lib. 8. de
compos. phar. lo-
cal.

9 Nam color hu-
morum si non sint
resolui, simul est
nora. flor. Gal.
corom. ad aphor.
2 lib. 1.

febris, excrementa alui olida, biliosa admodum, crassa, crocea, mordacia, vomitus quoque virulenti, æruginosi, ex 8. de compositione particularium medicamentorum, 7. cap. lib. 5. de locis affectis.

17 *Fiat embro-*
cho ex oleo cy-
don. & rosaceo:
linimentum ex
cerato santalino
in oleo cydon.
dissoluto. Admo-
ueatur etiam ce-
ratum santalini
in hypocondrio
dextro in forma
luna crescentis.
Transfere pote-
rit pulvis coralli
rub. auro rub.
18 *Ut conficia-*
tur potio quotidie
manè ex decocto
radicis cichorij. in
quò sub finem de
coctionis absinthij
Romani coma
maduerit. Exhi-
betur iusta dosi-
cum tabella ele-
ctarij santalini.

In calida dispositione fotu atque 17 irrigatione primum utendum est, è cham. ros. mastichino oleo, in quo absinthij comæ vel dactyli incoxerint. Laudatum remedium Græcis & Arabibus, frequens usus 18 cichorij, end. Oportet autem hæc vel resiccata infriare aqua hordei, vel incoquere aqua putissima, & adiecta sexta vel octava parte sacch. potiones conficere. Augebitur autem sacch. modus, vel minuetur pro ratione. Hæc eadem in frigida conueniunt, sed loco sacch. diluemus mel (aperit enim, terget, purgat, urinam ciet) aut utemur syrupo de cichorio simplici cum aqua absinthij, cuscute, & simi. Optimùmque fuerit eas aquas prius condire modo dico cinnamomo, aut adicere aliquod eorum quæ aperiunt, quale hoc est. Interim roborabit iecur, atque eius incendium temperabit id electarium.

℞. puluer. diarrhod. Abbat. sine moscho, triasantal. diamargarit. frigid. ana ʒ. i. rasuræ eboris ʒ. f. cinnamomi. elect. cornu cerui ana ʒ. f. sacchari rosacei quantum satis sit, fiat electarium per lozengias auro cooperiendas, ponderis ʒ. iij.

℞. endiu. cich. siccata. & pul. an. ʒ. ij. sem. securidacæ ʒ. j. cin. ʒ. f. fiat puluis, detur è vino albo tenui.

19 *Melicrati v-*
su in calida he-
pate in temperie
vitanda.

Laudant veteres 19 melicratum è silicis radice detergendo & liberando, sine calfactione manifesta, aut refrigeratione.

℞. radi. chamæpyteos ʒ. ij. radicis cichorij ʒ. j. schœnanthi ʒ. ij. coquantur in quartariis tribus aquæ purissimæ ad dimidias. Colaturam percola per manicam Hippocratis cum sacchari albiss. ʒ. j. cinnamomi ʒ. f. sunt qui radices easdem siccant, tritas cribrant, & melle exceptas ad nucis ponticæ magnitudinem ex aqua conueniente exhibent.

Conferet quoque mirificè hic syrupus.

℞. senecionis, agrimonie, cicho. endiuie ana M. f. glycyrrhizæ ʒ. j. sem. anif. petrol. fœnic. ana ʒ. ij. cinnamo. spicæ Celtic. an. ʒ. j. f. decoctio ad quart. 3. In colatura dissolue mell. ʒ. iij. f. syrup. medio-criter coctus. In frigida & imbecilli retentrice atque concoctrice.

20 *Præterea*
laudatur electa-
rium santalinum
simplex ex tri-
plici rheo. ut
Rec. specierum
triasantal.
Scrup. ij. rheo
elect. Drach. ij.
sacchari in aqua
absinthij dissoluti
Vnc. ij. f. electa-
rium per tabella
pond. Vnc. f. De-
tur alterius die-
bus.

℞. nardi Celticæ ʒ. vj. absinthij ʒ. ij. cinnamomi ʒ. f. cribrata melle excipe. 20 Fiat electarium, aut decoque in aqua, atque inde melicratum compara. Vel eupatorium, absinthium, & alia id genus hepatica vino & aqua incoquantur. Ad fotum eadem concisa in oleo chamæmelino & vino maluatico coquantur, dum vinum sit absumptum: oleum seruatur ad litum.

Vinum, frigidiorè & humidiorè hepate, coquit, roborat, putredinem arcet, intemperiem corrigit. At si febris accesserit, subtrahendus penitus eius usus.

Vbi nullus febris metus, vinum præscribi potest eiusmodi.

℞. rosmarini M. j. rutæ p. i. spicæ Celtic. cinnamomi ana ʒ. j. Hæc in vino

in vino macerata leuiter feruefiant: vinum propinetur.

In frigore & inde obstructionibus olea conueniunt, in quibus clenij, iridis, gentianæ, costi radices coxerint. Eademque quoque radices infriantur, & insperguntur melicrato, vel exceptæ melle exhibentur. Cochleæ & lupinum iecur trita, & in puluerem redacta ex vino imperantur. Sic etiam ex pulpa passular. myrobalanorum, hepate lupi, & electariis conuenientibus opiata finguntur.

Electarium de vino Arabum, quod Xiphoeides ab Andromacho, & alijs Græcis appellatur.

℞. 21 passul. mundatarum ʒ. iij. croci ʒ. j. calami aromati ʒ. ij. bdellij ʒ. f. cassiæ ʒ. ij. f. cinnamomi ʒ. f. spicæ ʒ. ij. myrrhæ electæ ʒ. iij. terebinthi ʒ. iij. schœnanthi ʒ. ij. f. siliquarum ʒ. ij. mellis ʒ. ij. vini subtilis, quod sufficit. Fiat electarium. Addebant alij in calidiorè hepate feminis hyofcyami albi, opij ana ʒ. j.

Materia ferè conuenit, quæ penetrat, aperit, lenit, adstringendo roborat, absterget, incidit, putredinem prohibet, exsiccatur.

Vtiamur ergo ad penetrationem cypero, schœnantho, croco, iride, aromatibus. Eadem quoque aperiunt. Cui rei etiam pistacia, marubium, absinthium, & alia, quæ capite de obstructione hepatis dicuntur. Leniunt ficus, passulæ, vinum granatorum dulcium, vinum subdulce & tenue. Abstergent mel, aqua mellis, terebinthina, & quæ inde distillantur aqua, aqua quoque hordei.

Incidit acetum, vinum granatorum maturorum & acidurum.

Roborat schœnanthum, absinthium, eupatorium, rosæ, spicæ. Præferunt à putredine, & si quid est virulentum, corrigunt imprimis, cinnamomum, deinde cassia lignea, nardus, iuncus odoratus, schœnanthum, calamus aromaticus, crocus, myrrha electa, aspalthum, passulæ, rasura eboris, cornu cerui, vnicornu, vinum, mel, terebinthina, aromata omnia. In exsiccando vtuntur spodio, cuius loco uti licet saccharo rosato, admixto cinere, facto ex ossibus elephantis.

A proprietate conuenire volunt rhabarbarum, spicam, passulas, iecur lupinum, carnes cochlearum.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Hæc dicuntur, non vt veteribus, qui hepatis inflammatione laborant: sed cum citra manifestum aliquem illius affectum imbecillitas sola acciderit ex intemperie. Cum autem intemperies omnis nata sit, vt ait Galenus, actio- Gal. lib. de inae-
nem lædere, non tamen omnis imbecillitatem hanc efficit, quam hepaticis tri-
buunt. Cuius proprium est, sanguinem probè non conficere, sed crudum, semi-
coctum, & aquæ modo liquidum generare, siue calida sit intemperies, siue frigi-
da. Sed & in calida sæpe aduritur sanguis, tantum abest, vt semicoctus maneat.
Facilioris ergo doctrinæ gratiâ duplicem intemperiem constituere licebit: vnam, lecoris duplex
quæ iam ad iecionis substantiam peruenit, illiusque vires & harmoniam dis-
intemperie.

soluerit, ita vt imbecillitate contracta suum officium non faciat, nisi diminuat. Alteram, citra imbecillitatem, intensa videlicet, aut remissa qualitate aliqua, vt calore & frigore, quæ tamen nondum naturalem constitutionem ita labefactant, vt facultatis vires sint imminuatæ, sed potius corruptæ. In priorè perpetua est excretio sanguinis aquosi & semicocti, siue à calore sit, siue à frigore. Distinctio ex effectibus causarum. A calore enim cibi fastidium, sitis, febris, vitiosorum humorum vomitus.

Iecoris intemperierum ex causarum effectibus distinctio.

A frigore, contraria. In posteriore, si calida sit, assatur chylus, in bilem vertitur, vrina ruffa, alui excrementa crassa, biliosa, fetida, acrida, ventris adstrictio, ob vehementem attractionem à nimio calore, oris amaritudo, sitis, interna manuum caliditas, pedum pulsus celer. In ambitu corporis pruritus, calidi fumi. Et, si bilis in ventriculùm fluat, nauſea, biliosa vomitio, & similia. Sanguis autem non crudus, vt in superiore, sed adustus potius cernitur. In frigida contraria omnia apparent, pituita, frigus totius corporis, color faciei albus, habitus corporis tumescens, nisi calor cordis impediatur, excrementa pauca, parùm olentia ob cruditatem, ventris profluuium certis temporibus. In sicca, corpus ficcius, squalidius, sanguis paucus, crassus, venæ duriores. In humida contra fit. Causæ externæ, internæ, quæcunque immodicè refrigerant, calc faciunt, siccant, humectant. Partium item consensus, intestinorum gracilium, venarum mesaraicarum, epiploï, splenis, folliculi fellis, renum, vesicæ, venarum, quæ omnes partes hepatis inseruiunt ad præparationem alimenti, excrementa recipienda, sanguinis delationem, vel coctionem iuuandam.

Hepatis intemperies cum imbecillitate coniuncta vix curabilis.

Ab intemperie cum imbecillitate vix curatur. Sed in eo elaborandum ne augeatur, occurrendo causæ, & roborando. In calore remedia sunt aquæ potus, alimenta refrigerantia, syrups, tabellæ, conseruæ, epithemata, vnguenta, cerata. In frigore, eadem, sed contrariis qualitatibus. In siccitate, humiditatem instaurantia, potus lactis, balnea, proprietatem occultam habentia, & quæ heciticis conueniunt. In humiditate contrariis occurrendum. Valent hepar piscium, anserum, animalculorum, capreolorum, agnorum, terebinthus, pruna pasualæ, acetosa. Pessunt macerari in sero lactis aqua hordei, lacte, vino, decocto cinnamomi, & aliis, vt res postulat, dum turgeant, limaces, cochleæ, decocta hepatica. Vua passa, tantum astringit, quantum opus habet viscus affectum. Neque enim eget magna astrictione, neque tanta, quanta ventriculû, tota substantia hepatis familiaris. In calore vsus mollis casei, cremoris lactis, & similibus. Optima sunt, inquit, passim Galen. quæ vnâ cum hoc, quod intemperiem curant, etiam alunt, familiaris, scilicet, parti laboranti, vinum, mastiche, confectiones Andromachi. Hepar humidiorè habet compagem. Itaque non fert remollientia, nisi moderata, oportet quæ in indurato hepate calcrafcientium & attenuantium modum statuere præter morem aliorum viscerum.

Hepatica similia.

Bubula, & vini potus nimius Æstate hepatis infusissima sunt, & bilem ad hepar multam, colligunt. Hepatica sunt agrimonia, intybi species, senecio chamæpitys, radix silicis, acetosa, asparagi, plantago, eupatorium, absinthium, soncus, &c.

IN CAPVT XXXVI. DE DEBILITATE HEPATIS.

DVRETI ENARRATIO.

Atoyia quid.

Debilitas hepatis. Quam ἀνωδία Græci vocant, cuius vitio pigrum fit hepar, vel in attrahendo, vel coquendo, vel expellendo; etenim sub coctrice retentrix continetur.

Atoyias causa.

Intemperies causa est. Calida, frigida, humida, sicca. Quæ per alterationem, alienationem tandem inducit.

Hepatis fibra & parenchyma.

Visceris id parenchymatis, quod non agnoscit primariam hepatis partem Galeni.

mus. Nam fibra attrahit & retinet: ipsius autem parenchymatis facultate coquit, donec res in coquentis naturam conuertatur. Fit enim πεισις, i. rerum quæ mitificantur, in naturam mitificantis conuersio per ἐπιλεξιαν caloris natui & perennem motum hepatis, quæ tandem inducit ἀπελεξιαν, i. perfectionem.

Excrementorum varia genera ab hepatis debilitate.

Attrahitice infirma. Laxioribus fibris rectis per humidam intemperiem & frigidam. Nam proprium caloris est attrahere.

Liquida deſcendantur. ἀχρόματα, vel etiam coacta & figurata quæ suo termino continentur non alieno, quæ chylosa dicuntur, si ventriculûs officium suum fecerit & in vitio non sit.

Deiectionum diuersa causa.

Sed hic cruda & incocta. Et sunt ἀυτεβλαπτε, i. nullius mutationis participant, siue id fiat vitio rei mouentis vel eius quæ mouetur, siue præcipiti lapsu catarrhi in aluum, seu irritata facultate expultrice ab hepatis, ab humore acrid, ex cap. 6. lib. 8. de compos. med. 2^o 7^o 10^o.

Coctricis facultatis labefactatio.

Hepate verò. Labefactata vi coctrice ab intemperie frigida, aut etiam substantiæ resolutione, quæ per aliorum morborum successionem venit.

Simile quid lotura. Inchoata scilicet in venis mesaraicis hæmatosi, sed in hepate non perfecta: vnde semicoctio talis cruditas nominatur. Venæ autem mesaraicæ & causæ quia hepatis sunt μεσαραϊκά, eius naturæ participant, facultatis scilicet sanguificæ.

Carnium lotura similes deiectiones.

Pessica verò. Quam deiectiones loturæ carniûm similes apparuerint. Excrementa effluunt. Crassa, nigra, velut sanguis, fædi odoris propter putredinem, quam stibulando in hepate conceperunt, vel etiam ipsius hepatis substantia excernitur resoluta. Propterea dixit Auicennas, excrementa crassa & nigra substantiæ resolutionem denunciare.

Mesaraïca vena sanguifica.

Alterat. ix. Cuius robur in principio vitali consistit, & calore natiuo fluente.

Substantia hepatis excretio.

A mesenterio accepit. Vbi fit rudimentum sanguificationis inchoatæ.

Cum non perspirat. Hepar obstructis venis cauarum & gibbarum partium.

In atram bilem conuertitur. id est, in humorem nigrum, erodentem, acidum, & acrem.

Vrina alba. Tincturæ biliosæ expers, nec seri coctiõne colorata.

Non ita frequens deiectio. Quoniam non humoribus stimulat ventem.

Graviter olens. Quia non ita facile corrumpitur humor in intemperie frigida.

Appetentia corrumpitur. Nimia cruditatis, qua natat aluus, abundantia.

Nulla sitis. Quia nullus calor, nulla siccitas.

Calidam verò intemperiem. Cuius magnitudine & diuturnitate facultates labefactantur.

Signa calida hepatis intemperies.

Flauus. Quia quale est alimentum, talis color. Fit perennis generatio seri biliosi, quod per vniuersum corpus effunditur.

Causa vrina rubra.

Celerior. Excitato micandi vsu.

Flauo colore. Mixtione bilis & inflammatione seri, quibus duabus de causis rubet vrina.

Preterita appetentia. Quia intemperies calida appetentiam resoluit; quia aqua vorax, contra calor non erit vorax.

Fastidium graue. i. iactatio nauſeæ particeps & nauſeæ expers. Omnis enim ἀσυν seu ἀσυνος vel ἀλυσος fit vel à stomacho irritato à bile, vel ab oppressione viscerum cum febrili calore coniuncta, & hæc pessima, & sanguinis detractione curatur, vt illa cathartico.

ἀσυν seu ἀσυνος, duplex.

Insignis febris. Per putredinis perennitatem.

Biliosa admodum crassa. Quibuscum fertur aluus, neque incendium restinguitur, neque iactatio cessat, intestinis & sedi ἐλαδάα mordacia.

In calida dispositione: sicut aque irrigatione. Ex decocto cichorii, endiuicæ, scariol. plantag. flor. nenuphar. agrimon. absinth. rom. santalorum. In decocto rerum illarum ad sesquibram dissoluatur lb. β. aquæ rosar. & ʒ. i. camphoræ. Quo foueatur dextrum hypochondrium.

Forus ad calidam intemperiem.

Absinthium Romanum.

In quo absinthij. Vt scilicet vna & eadem opera pugnes cum intemperie & partu affecta studeas vitando scirrhum & resolutionem. Absinthium quod Romanum dicitur à Galen. multum commendatur pro stomacho, quia adstrictionis cuiusdam est particeps.

Cichorium agrese.

Cichorij. Coquatur cichorium agreste quod vulgò dicitur. Flores gerit caruleos & est solsequium. Vt. *℞. radic. cichor. ʒ. i. passulas enucleatas iij. fiat decoctio, in qua madescat p. vel p. s. absinth. Rom. fiat colatura ad ʒ. iij. Datur mane cum tabella electarij santal. Sacchari modus.*

Electarium.

Pro ratione. Nam si incanduerit æstus, eo abstinendum. *℞. pulueris diarrho. abbat. Vel potius sic. ℞. specierum triasantal. ʒ. iij. vasura cornu cervi, eboris ana ʒ. ij. sacchari in aqua agrimon. dissolui quantum suff. fiat electarium.* Est hoc hepatis gratiosum.

Meliceratum è filicis radice.

Laudant veteres meliceratum è filicis radice. Quod ego sic conficio. *℞. radicum filicis ʒ. iij. coquantur in sufficienti quantitate aqua. In colatura ad ʒ. vj. dissolue mellis communis & optimi ʒ. ij. Coquantur ad consumptionem tertie partis, continenter despumando.*

Mellis dotes.

Conferet quoque mirifice hic syrupus. Scilicet ad neoterismum per complexionem quatuor humorum & ad epicræseos præparationem. *Dissolue mellis.* Quod leniendo valet, & obstructiones tollendo, nisi aliqua suspicio sit caloris vehementioris & inflammationis.

Quando vinum sit exhibendum aut ab eo abstinendum.

Absinthij Romani. Quod modicè adstringit & complexionem parenchymatis conseruat.

Vinum Hippocraticum.

Cinnamomi. Quod putredinem arceat & abigit. *Vinum frigidiore.* Nulla præstantior est potio vino aqua diluto, quando nulla est suspicio inflammationis aut catarrhi ferini. Nam in cephalalgia omni vino est abstinendum; quod dicitur ab Hippocrate *καρπελευθόν*. Affecta febre, inchoato pepasmo: cuius signa in vrina apparent, dandum vinum quod facit corpus *σώγιον*. In frigida autem iccoris intemperie, tale vinum est præscribendum.

Electarium de vino.

℞. vini generosi ʒ. iij. sacchari ʒ. s. cinnamomi leuiter contusi ʒ. s. Colentur per manicam Hippocratis.

Neoterismus epicræsi.

Electarium de vino. Ad hepatis neoterismum, quo ipse complexio roboretur, & discordiam qualitatum concordia comparatur. Tum ad epicrasim, qua morbificus humor purgatur, cuius perennis generatio est atque suppressio.

Electarium.

℞. specierum triasantal. ʒ. ij. vel diacurma, rhei electi ʒ. ij. sacchari in aqua absinthij dissoluti ʒ. iij. fiat electarium per tabellas ʒ. s. & hoc est insigne.

Passula.

Lupinum iecur. Reiciite. Neque enim est naturæ humanæ *επιπέσθηον*.

Vinum subtile.

℞. passularum mundatarum. Quoniam passulæ sunt hepatis gratiosæ eique propria substantia suam dicantur operam, ac vna eademque opera nutriendo confirmant, & confirmando nutriunt.

Electarium cyphoides.

Croci ʒ. i. Quod modicè adstringit & coquit.

Calami aromatici. Qui putredinem arceat & abigit.

Bdellij. Quod humorem cunctantem emolliit.

Terebinthina. Quæ obstructiones tollit. Terebinthina Veneta carentius.

Vini subtilis. Quod vires recreat, naturæ vim excitat, vasis libertatem restituit, denique omni ratione facit corpus meabile & firmum.

Materia ferè conuenit, &c. Hæc sunt Galeni cap. 7. lib. 8. *ἄ τὸ πρῶτον.*

Electarium cyphoides. Electarium cyphoides antea explicatum à *κρῶσι* nomen habet, quod erat apud Sacerdotes Ægyptiorum genus quoddam thymiamatis. Valer autem ad laxatum hepar modicè constriungendum, siccandum, humores digerendum, venenatæ qualitatis generationem prohibendam, & libertatem vasorum comparandam.

IN CAPIT

IN CAP. XXXVI. DE DEBILITATE hepatis.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

Hepatis inflammati curatio superiori capite explicata est. Superest vt de eius debilitate hoc loco dicamus. Enimvero nulla calamitosior vis est intemperie quàm debilitas ipsa, quæ progressu temporis vehementem & diuturnam intemperiem consequitur. Nam cum vires languent earum partium, quantum potentia corpus administratur, res ægri malo sunt loco. Eiusmodi est hepar: Ergo non est sperabilis salus ægri, nisi robur pristinum recuperarit. Cor habet ἀρχὴν ζωῆς, sed statim tenues vanesceret in auras, nisi afflueret syrthoë nectaris illius viuifici quod spiritu & calore conseruat. Fons illius nectaris viuifici est hepar, quod idcirco ab Hippocrate dictum est *ὀμολοῖσθαι*. Si vires amiserit hepar & imbecillum fuerit, si in vitio sit, si functionis hepaticæ sit impedimentum, exhaurietur hic fons. At in vitio sit hepar, vt vel impedimento facultatis, vel alienatione laboret per omne intemperie genus tum simplex, tum compositum: Sicque eius vis labefactatur in attrahendo, retinendo, coquendo & excernendo. Hinc malorum fœtura & ilias, alui profluuium *διάρροον*, humores fœdi odoris & corrupti, hydrops ipse nisi æger ad exitium præcipitetur. Hæc intemperies per se existit sine inflammatione, sine scirrho. Venit igitur ab intemperie quæ existit per se vel in hepatis substantia, vel in arteriis & venis, vel in ipsis humoribus, vt in cruditate chyli, deprauatione, corruptione. Nam antecedentis concoctionis vitium sequens non emendat. Corruptio illa & deprauatio concoctionis *σπάνσις τῆς ἀπορῆτης πύψου*, cruditas chyli intenui intestino & ieiuno, eiusdem corruptio per inflammationem; viarum laxitas, facit, vt ipsa materia intemperiem concipiât, & hepar fiat illius particeps. Praua diæta illius cruditatis causa fit *δυσὶ σφύξις τῆς τροφῆς*, vel *δυσὶ σφύξις τῆς τροφῆς*. Soleo sæpe dicere omnem hydropem consistere vel in functionis hepaticæ impedimento, vel in sanguificæ facultatis alienatione. Quo fit vt hydropticis feratur aluus liquidis & chylosis excrementis ob inflammationem ieiuni intestini. Interceptio anadoseos facit, vt hoc oppressum fatiscat, & sequitur irritatio à corruptione huius materiæ. Hepar afficitur tum per se, tum ex euentu: Per se intemperie humorum; Ex euentu, quia diuturna officij vacuitate fit ignauus. Intemperies illa humorum est in vasis, atque hac ratione in plures morbos incidit hepar quàm ventriculus. Vnica enim in ventriculo & intestinis est capacitas, plures in hepate, arteria cephalica, venulæ infinitæ: Quæ si intemperiem conceperint venæ mesaraicæ anadoseim intercipiunt, proindeque nulla fit *ἀνὰ τὸν σπλῆνα*. Sed & *ἀνωτῆρα*, imbecillitas, laxitas cadit in propriam iccoris substantiam à victus ratione, & vitæ instituto. Nam qui liberaliori vini vsu partes inflamat, quamuis non sentiat vim illam calamitosam, progressu temporis symptomata lucebunt siue calidæ intemperie, vt in febre ardente. Homines voluptarij, qui in voluptatum illecebris viuunt, & Venere meditantur, hepar exercent, hircum olent: Homines vindictæ cupidi hepar exercent, vt philosophi cerebrum. Sic auari hepatis vim labefactant. *ἐκ τῆς αὐτῆς τῆς κατὰ τὸν σπλῆνα ἀπορῆτης*. Tum etiam ab æstu & admotis calidis inconsideratè, hepatis debilitas accidit. Sed & resolutum hepatis facultas à siti inexplibili, quando venulæ arefactæ attrahunt ad sese biliosos & acres ichores. Qui etiam per *ὀξέσιν* *ὀξέσιν* quem inuexit febris ardens malè curata, inducitur hepatis *ἀνωτῆρα*, insanabilem hydropem faciens. In summa ab internis & externis inducitur intemperies, vnde *ἀνωτῆρα*. Sed hæc multorum symptomatum consecutionem affert. Aut enim hepar resolutum attrahendi vim amisit, sin minus non mitificat, non coquit, non expellit. Cruditas triplex est. Prima per *ἀνωτῆρα*, cum corruptione con-

Debitas intemperie soboles.

Debitas hepatis calamitas.

Intemperies hepatis per se & eum sedes.

Prima concoctionis deprauatio.

Praua diæta cruditatis causa.

Hydropis causa. Hepar afficitur per se & ex euentu.

Cur hepar plures sit morbus obnoxium quam ventriculus & intestina. A vicia hepatis à diæta.

A vino. A venere. A vindicta aut pidiare. Ab auaritia. Ab alu & calida intemperie admittit.

A siti. A febre ardente malè curata. A vicijs consuetudinaria mala. Cruditas triplex.

inchoata concoctio non perfecta. Atque in hac fertur alius excrementis loturæ carniū similibus. Si excrementa appareant cruda, hepar nihil concoquit. Aut igitur facultas attractrix amissa est resolutis fibris rectis chylus in aluo & tenuibus intestinis stabulabitur, quæ fatiscunt vnde chylusæ deiectiones. Quòd si ventriculus trahatur in sympathiam hepatis & malè concoquat, feretur alius liquidus excrementis. At verò si hepar chylum attrahat, sed labefactata coquendi facultate ipsum mitificare non possit, alius feretur liquidis excrementis, fædi odoris & biliosis. Quòd si tantum inchoata sit labefactatio coquendi facultatis, feretur deiectionibus *εξυδασι* similibus loturæ carniū recens maceratum. Quòd si malum inuenerit, tandem in incremento corruptionis illud putrescit, & excrementa retinentur in angustiis venularum anfractibus: At deiectiones nigrae velut sanguis, sed vt limus quidam & fex mortem in propinquo esse denunciant. Resolutionem enim partis vnde manant testantur. Atra bilis non funditur in resolutione hepatis, sed fex sanguinis. Quod si idem hepar vim excernendi amiserit, idem illi accidit, quod de cerebro dixit Galen. libro 9. de part. corp. vsu. Sicca intemperies hepatis à marasmo periphygei refarciri non potest. Quia à priuatione habitus denuo comparari non potest. *Ανωια* est *διαδουρα* *αποικυ* *εξ* *εχοχλν*. *Ανωια* quam induxit diuturna intemperies sanare nullo modo licet, aut ea vix restitui poterit. Sic in diabute nulla ferè vitæ salus est sperabilis, quia symptomata eius non apparent, nisi cum ad vltimum iam ventum est. Cynorexias symptomata illicò apparent. Quòd serius apparet symptoma phrenitidis, eò res phrenitici peiore sunt loco. Sic vinum generosum quotidianum alterat hepar, progressu autem temporis consequetur alienatio. Excrementorum copia, qualitas & excernendi tempus deducit nos ad cognitionem intemperiei, quæ diuturna & insignis alterationem primum, deinde alienationem inducit, in quibus debilitatis natura consistit. Si igitur facultas attractrix valeat, sed labefactata sit concoctrix vel retentrix, inchoatam *αποικυ* non perficiet hepar, quæ inchoatur in

Unde chylusæ deiectiones.

Unde liquida.

Unde liquida, fædi odoris, & biliosa.

Unde latura carniū similes. Unde nigra vel ut sanguis. Quæ *ανωια* sit insanabilis.

A quibus cognitio intemperiei sit petenda.

Hæmatosis in mesentericis venis inchoatur. In omni alteratione quinque necessaria. Summa totius disputationis capita.

De priu remediorum ad debilitatem hepatis præscribendorum.


ANT. VALETII EXERC. XXXVI.

Hepatis imbecillitas, aqua hepatici nominantur, citra manifestum vllum vitium vitium fieri consuevit. Atque hæc vel natua est, vel adscititia. In vtraque imbecilla si fuerit hæmatosis, prodeunt alui excrementa loturæ carniū similia. Intemperiem autem, quæ huius affectus causa: accensentur, signa distinguuntur ex Galeno cap. 8. libr. 8. de compos. medicam. *ε* *π* *ο* *ν* *ο* *ι* *ο*. Imbecillitas à quavis intemperie per contraria corrigitur additis modicè adstringentibus.

stringentibus, atque etiam aperientibus & detergentibus. Ferè sit enim, vt imbecillo iecore excrementa colligantur, quæ obstructionem pariunt. Itaque in primis rei dilutum ex decocto aperiente præscribit, vel hic bolus.

℞. terebinth. Veneta (qua lenis, terget, vacuat) lota in aqua endiuia aut cichor. ʒ. ʒ. rhoti electi puluerati ʒ. i. f. bol.

In calida causa conferunt remedia hepatis inflammationi dicata. In frigida verò, quæ obstructioni hepatis à pituitoso humore instituuntur.



HOLLERIVS.

De morbo regio. CAP. XXXVII.

REGIVS est verò signatus nomine morbus, Molliter hic quoniam celsa curandus in aula. Inquit Serenus. Hoc idem Cornelius Celsus.

A bile toto corpore suffusa.

Debet enim omnibus curis esse vacuus ac solutus ictericorum animus: quin & splendido conclani, lasciuus, cantu, iucundis quoque sermonibus laxandus est. Varro quia curatur mulsâ morbum regium dictum existimat. Vocatur & hic morbus arquatus vel arcuatus. Icterus, quia ictida, id est, viuerram, animalculum, quo cuculculos excludunt (vel mustellam colore oculorum aureo) vel Galbulam auem colore repræsentat: qua ratione & aurigo dicitur.

Causa ferè 2 obstructio, nonnunquam inflammatio, aut intemperies 3 hepatis. Et obstructio quidem vel hepatis, vel pororum bilis: 4 lapillus aliquando concretus in folliculo fellis, aut adnatum tuberculum. Nonnunquam quia cystis fellis multitudine intercipitur, vel quia vis eius excretrix infirma est. Venena quæ, aut bibita, pharmaca, nec per aluum reddita, huius vitij causa aliquando extiterunt.

1 Eaque vesicula fellis
2 In quo est interdum impressa venenosa quadam qualitas.
3 Imò multi persape.
4 Quæ à venis rarefallis rapiuntur.
5 Naturalem, criticâ, aut symptomatiam.
6 Et sit hypochondrium hætiççy, & omnino aquale.
7 Unde nec collâ sibi esse perennem icteris generationem.

Primum itaque est, vt 6 causam agnoscas: deinde vt eandem tollas: postremò ictericum cures. Interrogabis ægrum, num sentiat gravitatem, tensionem, dolorem in dextro hypochondrio. Manum quoque admouebis, vt intelligas, num tumor & durities aliqua subsistat. Quæ omnia si 7 absunt, & excrementa alui, vrinæ similiter, naturaliter habent, iudicabis 8 in colume iecur esse: cæterum effusam in corpus bilem, quæ colorem cutis defædat, quia crassior est, exhalare ac resolui non posse. His ergo victum liquidiorum atque humidiorum imperabis.

Balnea aquæ dulcis, in quibus quæ 9 detergent, atque resoluunt, decoxeris. Si verò adsunt, ventèrque subsistit, albida excrementa sunt, cineritia, & argillofa, vrinæ verò spissæ, colore croceo saturatæ, aut etiam nigra, tum obstructionis certum indicium est. Inflammatio perpetuò cum febre est, de qua priùs. Obstructio ergo priùs curetur, deinde debilitur icterus.

Primum itaque aperientibus & detergentibus insigniter liberanda est 10 obstructio. Verùm si suspicio aliqua est excrementi in

9 Ut agrimonia, sumaria, melitum, sursur.
10 Vesicula fellis & venarum hepatis. Tali enim obstructione exitu & aditu prohibetur bilis in fellis vesicula.

10. ne illud excrementum vi aperientium in venas feratur, obstruendumque pariat.
 ventre & primis venis, cassiæ aut catholici ʒ. i. ex fero lactis impē-
 rabis. Et quia in hoc morbo aluus 12 ferè adstricta est, vtilissimus
 est clyster, cuius materia sit ex iis, quæ stercus durius emolliant,
 quæ resistentem bilem irritant, quæ musculos & instrumenta ex-
 cretionis incitent. Sic enim placuisse veteribus Aphrodiseus scri-
 ptum reliquit.

12. Quod natura clyster naturalis denegetur, ex eo quod bilis exitum non habet in intestina.
 ℞. maluæ, bismaluæ, violariæ an. M. i. furfurum pinguium M. β.
 fiat decoctio ad ʒ. i. plus minúsvē. In qua dissolue mellis commu-
 nis, sacchar. rubr. ana ʒ. i. salis communis ʒ. 2. olei communis ʒ. 3.
 Hæc est fórmula, qua per interualla vti oportebit, vbi diutiùs ven-
 ter resistit.

Postea si sanguis multus est, basilicam aperies, ac pro ratione san-
 guinem educes.

13. Qua sit huiusmodi, ut materia morbum faciens radicibus extirpetur.
 Solitæ quoque hæmorrhoides incitandæ sunt, & menses in mu-
 lieribus, venæ sub lingua, non nisi inclinante morbo aperiri de-
 bent. Tum enim ea phlebotomia tempestiua est. Tum de 19, purga-
 tione agendum est. Meminisse autem oportet nunquam vtendum
 purgationibus, obstructo hepate insigniter, nisi priùs feceris viam
 aperientibus & detergentibus.

Aperiunt autem oxalis, cichorium, endiuia, apium, adianthum,
 calamintha, fœniculum, gentiana, anchusa, aristolochia, melan-
 thium, securidaca, chamæpytis, rosmarinus, serpillum, hyperi-
 cum, marrubium, asarum, anisum, petroselinum, amara omnia, a-
 romata, terreni vermes, cornu cerui, ebur, cornu vnicornis. Quo-
 rum omnium herbas, radices, aqua incoques, aut vino tenui, atque
 inde cum saccharo aut melle potiones comparabis, aut redacta in
 puluerem ad ʒ. 2. mullæ aut vini albi tenuis & similium ʒ. 3. aut 4.
 insperges.

*14. Si picua obstruendum faciat, hieram picram commodè vsur-
pabit.*
 Syrupi in vsu sunt de cichorio, endiuia, capill. ven. de byzantiis,
 de duabus & quinque radici. syrup. acetosus, de acetositate citri,
 oxymel simplex. Aquæ verò endiuia, cichorij, lupulorum, cuscu-
 tæ, fumariæ, capill. ven. acetosæ, scolopendrij, raphani, apij, fœni-
 culi, lappæ, rubæ, lybistici, eryngij, rusci, asparagi, & similitum. O-
 portetque initio primùm vti leuioribus, idque per interualla. Assi-
 duus enim aperientium vsus vehementer lædit. Atque vbi his
 vsus fuerit, purgationes imperabis ex feri lactis ʒ. 4. in quibus per
 noctem maderint ʒ. ij. carthami conquassati, cinnamomi, vel ireos
 florentinæ ʒ. β. Alioqui rhab. ʒ. ij. infusas in aqua endiuia cum
 modico cinnamomi. Idem pondus 14 hieræ picræ, hieræ diacolo-
 cynth. conuenire potest. Alioqui.

℞. pul. hieræ diaco. ʒ. iij. rhab. electi ʒ. j. cornu cerui, rasuræ
 eboris, cinnamomi ana ʒ. β. Dabis hæc ex fero lactis, aut aqua
 hordei. Tum ad aperientia redeundum est, & iterum purgandum
 interuallis.

Quod si his malū nō cedit, medicamentis vtendum erit, quæ for-
 tiùs aperiunt & detergent. Atque iam diacrydio & colocynthide ca-
 thartica acuenda, vt proximis Gr. 8. 6. 4. dacrydij admiscenda sunt.

℞. dacrydij

℞. dacrydij ʒ. j. florum anthos, borraginis, & violarum ana P. β.
 cinnamomi, asari, rad. gentianæ ana Gr. 8. Fiat infusio in fero lactis.
 In col. ʒ. iij. dissolue sacchari ʒ. β. fiat potus.

Vomitus quoque etiam cum elleboro, de quibus antea, probati
 sunt. Ita curato viscere, color fœdus delendus est thermis siccis: de-
 inde balneo ex chamæmelo, anetho, calamento, fœniculo, rosmarino,
 parietaria, & furfuribus. Statimque à balneo, linteis asperis, &
 materia balnei perfricandum corpus est.

Potiones ex supradictis aperientibus & detergentibus exhi-
 bendæ.

Sternutamenta & errhina, qualia priùs descripta, conue-
 niunt.

Oculi & facies aceto albo, aqua hordei, succo granatorum, oxy-
 sacchara, succo coriandri, acetosæ, acetositate citri. His quidem te-
 pidis fouenda sunt & contingenda. Nunquam autem venies ad fœ-
 ditatem coloris, nisi sublata causa, & curato viscere. Quod si durum
 est, fouebis ex aceto, in quo althææ & lilij radices, ficus, passulæ, co-
 xerint: tum ʒ. iij. emplastri de meliloto, vel dialthææ malaxat. cum
 oleo amygdalarū dulcium induces: vel ammoniaci ʒ. ij. in aceto dis-
 solutas applicabis. Superioribus remediis vteris, sed admixtis iis,
 quæ leniunt & emolliunt.

In materia venenosa initio quidem vomitus, si eò materia verti-
 tur. Si ad intestina, clyster acris. Si in habitum corporis, cucurbitule
 cum multa flamma conueniunt, & ea omnia, quæ foras materiam
 attrahunt. Ex quo, syrupo acetoso, de limonibus, oxysacchara, de a-
 cetositate citri, cum aquis acetosæ, endiuia, 15 calendulæ, papau-
 ris rubri, diætamni, tormentillæ, seu succo granatorum, berbero-
 rum, limonum, citri, lacte acetoso, in quo flores cordiales leuiter
 bullierint, rasura cornu vnicornis, cornu cerui, eboris, electario de
 vino, & paulò ante descriptis capite de debilitate hepatis remediis
 vti oportebit.

Theriaca & mithridatij vsus. Dantur quotidie ʒ. ij. aut ʒ. j. cum
 ʒ. j. acetositate citri aut liquore conuenienti.

Virginibus, quas hoc 16 vitium defœdat, purgatio ex hiera. Im-
 peratur ʒ. j. β. ex aqua halicacabi (vulgò Alkekengi) cuscute, endi-
 uia, oxymelite. Alioqui.

℞. hieræ picræ ʒ. iij. rhab. electi, agarici trochiscati, ana ʒ. β. ra-
 suræ eboris, & cornu cerui ana ʒ. β. cinnamomi Gr. 8. croci Gr. 4. in-
 corporentur omnia in 17 ʒ. β. catho. Deinde dissolue in fero la-
 ctis, aqua cuscute, aut liquore simili.

Imperetur quoque hoc electarium.

℞. triasantali, diarrhod. Abb. ana ʒ. β. vtriusque diamarg. ana ʒ. j.
 rasuræ eboris, cornu cerui ana ʒ. β. sacchari in aqua cuscute & ros-
 marini dissoluti quantum sufficit. Fiat elect. per lozengas pondere
 ʒ. j. 18 Dentur manè & vesperi per se, vel cum liquore conuenien-
 ti ex cochleari. Vel solum triasantalinum electarium cum duplica-
 to aut triplicato rhabbaro fatis esse poterit. Alioqui.

*15. Melissa quæ
que, morsus dia-
boli, cardui bene-
diti, & simi-
pentaphylli.*

*16. De huius cu-
ratione susius in
spenic affecti-
bus.*

*17. El Drac. vj.
Exhibetur autem
in pramissis, quæ
ad obstructa li-
beranda prescri-
pta sunt.*

*18. Diacurcuma
etiam & conse-
ctio albesces mæ-
risi, profert.*

Ammoniacum ad ʒ. ij. è mulsò radicis capparis, vel aromatico vino, exhibitum tanta pollet facultate, vt multos iam ad hydropem properantes liberarit, vacuatis mirabiliter per ventrem visceris obstructionibus. Destillatur inde arte chymica oleum conuenientissimum.

℞. rad. gentianæ in puluer. redactæ ʒ. iij. cornu cerui & rasura eboris ana ʒ. ij. cinnamomi ʒ. j. sacchari ʒ. ʒ. detur sæpe medium cochlear ex vino albo tenui.

℞. semin. anis. apij, asar. absinth. amygdal. amarar. ana partes æquales: terantur. Ex quibus tritis cum aqua cuscute fingantur trochisci.

Vel etiam, ℞. cortic. radicis capparis ʒ. ix. feminis acetosæ. ʒ. vj. cortic. radic. fœnic. ʒ. iij. f. puluis detur ʒ. j. ex aqua conuenienti media nocte, vel in siti.

Vtatur quoque per interualla decocto cicetero rubrorum, in quo radices petroselinii & cichorii coxerint. Epotis id genus medicamentis decumbat æger in latu ægrum.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Icterus flauus & niger.

Hepatis intemperies calida & sicca bilis pro creatrix, & pro materia icteri.

Hippocrates aph. 64 lib. 4.

Icterus ex imbecillitate dicitur flauus.

Icterus ictericis vitio flauus: lienis, niger: vterque, mixtus & virescens, vt puellis quibusdam: In omnibus effunditur bilis in vniuersum corporis habitum. Differentiæ ex causarum varietate & modo sumuntur. Si obstruatur meatus ad icterum in folliculum fellis, quia plena adhuc est vesicula, excrementa alui vtunque colorata erunt: sin alter à folliculo in ecphysim, alba & cineritia, quia bili præclusus est aditus ad intestina. In vtroque affectu bilis non secernitur: regurgitat in iecur & venas: sanguini permiscetur: effunditur in totum corpus, vnde aureus color præcipue oculorum, ob candorem. Pars per renes expulsa vrinas aureas; crassas, impuras efficit. Si calida sit & sicca intemperies hepatis, multitudo bilis inde procreatæ icterum generabit. Sed excrementa quoque alui, vt cæteræ partes, bile perfusa apparebunt. Idem præstat imbecillitas secreticis, quæ genitam bilem non separat à sanguine, vt in obstructione, scirrhu, inflammatione, imbecillitate hepatis. Idem quoque facultas expultrix in morbis acutis per crism, vel læsa retentrix, & superata humoris copia, multitudine, malignitate. Sed quò distinctius & exactius causæ omnes discernantur, imprimis videto, an cum morbo acuto sit, an per se, si cum morbo acuto, an die critico factus fuerit apparentibus coctionis signis, icterum non indurato. Sic enim optimæ crisis indicium, superante expultrice facultate. Contrà, malum, præcipue ante diem decretorium, superata retentrice. Anceps tamen præsagium, vt dicitur. Quòd si sine morbo acuto sit, imprimis excrementa inspicio. Nam si alba, vel parum colorata, obstructio est. Si dieictio alba, vrinæ flauæ, nullus tumor in hypochondriis, neque tensio, & dolor qua parte porus cholagogus decliuus, obstructus est ille meatus. Si colorata dieictio, vel est imbecillitas ictericis, vel intemperies calida; vel morfus venenatorum animalium, vel pharmacorum deleteriorum potus, vel aqua corrupta, vt in expeditione Neapolitana. Duo priora distinguo ex propriis capitibus, in quibus agitur de imbecillitate, inflammatione, scirrhu, obstructione hepatis. Nam ab his etiam tribus postremis fiunt icteri, auctore Galeno Aphor. 62. lib. 4. Verum scirrhus diuturnus morbus existit. Inflammatio & obstructio repente fieri possunt. Adde signum ex flatu in intestinis. Nam viduarides, i. flatuosi sunt, qui ex imbecillitate ictero vexantur. Contrario modo afficiuntur, qui ex calida intemperie. Non ignorare Hippocratem scripsisse Apho. vltimo lib. 3. regio morbo laborantes non multum ventosos esse. Quod cum experientia repugnet, quæ flatibus ictericis

ictericos abundare constat, interpretes in varias sententias distinxit. Sed flatus in ventre fieri certum est caloris natui imbecillitate, vel multitudine & qualitate materię Ergo cum ferè morbus regius apud nos ex multitudine crudi humoris ortum habeat, qui imbecillitate caloris colligitur & obstruit, nec detergitur in-fluente bile, necessariò ita affecti erunt *πιδυραδεις*. Quibus verò temperantior victus, multum exercitium, calidior morbus, vel hepar, crassior bilis, intemperies calida, nisi accesserit imbecillitas, flatuosos non esse consentaneum est, quod Hippocrates significat. Proinde non ineptè hoc signum adiecimus. Morfum venenatorum, aut pharmaci deleterij potum ex relatu ægri, vita antecedente con-iicito.

In morbis acutis præsagium quàm sit fallax ex ictero superueniente, historia multæ in Epid. demonstrant. Quibus adduntur quædam nostræ obseruationes. In-ter cæteras, anno 1545. quidam sexto factus ictericus, commota aluo biliosa deiecit, vrinis nigris & multo felle tinctis. Febris expers iam ambulabat, quasi omnino liberatus 14. recidiua. 17. obiit. Aliis duobus idem accidit. Quidam admodum robustus ante 7. ictericus factus, ægerrimè & cum recidiua quasisit. Anno 1549. mensibus Aprili & Mayo, quo ferè tempore Luteriæ febres tertianæ exoriuntur, multis aureæ vrinæ, & morbus regius primis diebus. Cuidam nobili ita affecto detractus sanguis ter ad octo ferè vascula iteratis vicibus. Sanguis totus & spumâ, & consistentiâ flauus. Visus est conualuisse, 17. recidiua, alui profluuium, bilis crassa & meracior, singulis leuis 21. obiit. Laborauerat aliquando lue venerea. Multos in Epid. ante septimum ictericos factos euasisse legimus. In Coacis Hippocr. *πιδυραδεις* salutarem esse, 7. 9. 11. 14. Si induretur, ambiguum, Galenus de rat. vict. in morbis acutis, in biliosa febre, ante 7. ictero cum rigore vel horrore morbum solui voluit. Si verò absque rigore, *πιδυραδεις*, lethale. Vbi criticum icterum sine tumore, aut inflammatione hepatis, & excretionem consequentem, horrois vel rigeris nomine intellexisse videtur. Sed de his alio loco.

Criticus non curandus. In febrem, inflammationem, scirrhum, obstructionem hepatis intentum esse oportet. In cæteris biliosa purganda, sine attractione vehementi per aluum, renes, vomitum. Suppressa vacuatione, & in plenitudine, venæ sectio, à basilica, sub lingua. Hinc balnea, sudorem mouentia, masticatoria, erthina, regia vita, topica, denique omne purgationis genus, quia in totum corpus malum sparsum est, vt scribitur in l. b. Quos purgare oportet. Multos se curasse Romæ Galenus testatur antea præparatos incidentibus, aperientibus, deinde medicamentis cholagogis. Lege cap 7. li. 5. de locis affectis, & libellum de purgantium medicamentorum facultate. Conueniunt aperientia, detergentia, cuscuta, erina-ccus, ammoniacum in mellito vino, vel aromatico, oleum inde distillatum, vermes terreni triti in melicrato (quibus curationem recepit Dom. Tronson, Senator Regius) aqua raphani Auicennæ (Sic rustici raphani succum ad ʒ. 4. cum me-raci vini ʒ. 1. ʒ. exhibent) eupatorium, gentiana, apium, asarum, absinthium, amygdalæ amaræ, radix capparis, triasant. triplicato rhabarbaro, marrubij decoctum. Charadion à voragine, vel voracitate, vilis auis, quæ credebatur visa icterum soluere. Propterea venditores occultabant, ne emptores conspecta auge curarentur, priusquam emissent. Inde nomen ei, qui rem vilem quasi magni pretij occultat & dissimulat. Succus fumiterræ, cichorii, indè syrups cum sero lactis, lac, cremor lactis cum fragis, caseus mollis, iuscula ex hord. acetosa, lactuca, cichorio, scariola, ius prunorum, ex oleribus conuenientibus acetaria, ius pullastre alteratum cum oleribus conuenientibus, calidam hepatis intemperiem corrigunt. Si sola intemperies, tantum alterandum. In quibusdam oxymel cum decocto guaiaci. Viscum collectum in alba spina, vel etiam in quercu, zona è linteis confutis includitur, cingitur nouem diebus, experimento vulgi.

Flatuum pro- uentus unde.

Ex ictero acutis superueniente præsigni fallax.

Galeni lib. de Theriaca.

IN CAPVT XXXVII. DE MORBO REGIO.

DVRETI ENARRATIO.

Icterus quid, eius causa & differentia. De morbo Regio. Hoc est de ictero, vel ne bilis per vniuersum corpus suffusio...

Aula. Quia genus omne voluptuariæ vitæ sectatur. Debet enim omnibus curis esse vacuus. Propterea quod diuina & mortis & metus sanguinem, spiritum & calorem ad ima trahunt...

Ictero debetur spirituum explicatio & amplificatio. Splendido conclaui. Splendido Sole illustrato & luculento foco, quia ictero debetur explicatio & spiritus vitalis amplificatio.

Mulsa. Curatur mulsa. Hoc falsum est: Nam explanationi & libertati vaforum contraria est mulsa, si inflammatio adsit vel in metu sit.

Cur icterus sit diu arcuatus. Arcuatus vel arcuatus. Ab iridis similitudine, quæ mille trahit varios aduerso Sole colores.

Causa ferè obstructio. Vesciculæ fellis, cuius vitio neque biliosum humorem exhaurit, neque ad intestina deponit, tuncque feruntur vrinæ rubræ à multa bile non ab inflammatione feri.

Icteri causa. Inflammatio. Phlogosis & tumor contra naturam, hoc est cum hepar æstu incandescit & incendio conflagrat, vnde loco sanguinis gignit bilem, & hic icterus funestus.

Icteri critici à symptomatico distinctio. Aut intemperies. Adde, nonnunquam etiam venenum potione vel morfu immisum: & hi icteri sunt symptomatici. Sed & decoloratio seu decedatio cutis per suffusionem bilis accidit virtute naturæ in morbis acutis...

Via eius excretrix. Vt deponere non possit bilem in intestina.

Icteri curatio. Postremò icterum curas. Qui icterus symptomaticus est eorum morborum, id est inflammationis, obstructionis. Curatur autem discutientibus, balneo, frictione.

Si absunt. Si dextrum hypochondrium sit molle, temperatum & in mediocritate distentionis positum, si vrinæ & deiectionis naturales.

Venterque subsistit. Hoc est pigrior est in excernendo, quia non stimuletur à bile, propter oppilationem meatus vesiculæ fellis.

Inflammatio perpetua cum febre est. Si icterus ab inflammatione nascatur, quæ loco sanguinis bilem gignit.

Obstructio ergo prius curesur. Sublata generationis & suffusionis perennitate, cutis defodatio tenues vanescet in auras.

Ex his qua steruus durius emolliunt. Et quæ faciunt, vt intestina officij vacuitate ignauiora stimulentur, & peristaltico motu naturali feces excludantur supernè deorsum.

Vena scilicet. Basilicam. Ad libertatem meatuum, quæ per oppressionem à suppressione intercipitur.

Cathartica. De purgatione. In meatuum libertate per sanguinis deductionem. Nam vbiunque duorum remediorum solemnium incidit necessarius vsus, phlebotomiæ & purgationis, ab illa incipiendum, quia reddit corpora meabilia; tum quod nefas est

fas est exhibere catharticum aluo oppressa, vt in ictero in quo non stimuletur.

Quorum omnium herbas, &c. Vt, Rad. cichor. petrosel. fenic. rubia tinctorum ana ʒ. ʒ. adianthi, ceterac. hyperici Symplic. ana M. ʒ. absinthij vulgaris & hyssopi in sine decoctionis posteriorum ana p. j. fiat decoctio ad lb. ʒ. vel lb. j. dissolue sacchari quantum sufficiat, fiat syrupus.

De cichorio. Simplex, compositus cum rheo, sine rheo. Cuius vsu fit neoterismus & epicrasis.

Oxymel simplex. Confectum ad consistentiam syrupi, quod est valde acidum.

Oxymel facit. Quomodo, i. fermentationem humoris melancholici, ac delicatioribus intestinis, pungendo & erodendo, contrarium est. Sed biliosis hominibus in calidiorè hepate, principatum obtinet inter omnia syruporum genera. Sicque soleo in vsu præsentem præscribere.

R. aquæ fontana lb. ii. sacchari candi ʒ. j. ʒ. mellis ʒ. vj. aceti ad gustum. fiat oxymel diluunt.

Scolopendrij. Pharmacopœj exhibent pro scolopendrio vero (quod est ceterach) phyllitidem seu linguam ceruinam. Dicitur autem asplenium, non quod homines sine splene reddat, sed quod faciat vt nullus de liene conquaratur.

Per intervalla. Ne studio aperiendi augeatur oppilatio: Nam oxypora impuro stomacho tuta non sunt. Profuerit verò admodum loco apozematum quæ oppilationes augent, hoc præscribere.

R. cast. a recens extracta ʒ. ix. fiant boli dandi ante cibum.

Vehementer ladit. Vt primigenium humorem sæpe exprimat, & aquæ ductus laxiores reddat.

Atque vbi his vsus. Facto scilicet corpore meabili, excitata naturæ vi, libertate meatuum, & præparata materia; quia quando purgare consilium est, corpora debent effici meabilia.

Ireos florentia. Ad purgationem pituitosi humoris qui meatus oppilat, bilèmq. exitu prohibet.

Vomitus quoque etiam cum elleboro. Albo præparato, hoc est maceratis radiculis elleboro confixis in melicrato.

In materia venenosa. Quæ icterum facit. Cuiusmodi est morsus vespæ, viperæ & pediculi vulturis. In materia venenosa, id est veneno vel morfu vel potione immisso.

Theriaca & misbridatij. Contra venenatam qualitatem, vt intus foras citò feratur.

Virginibus. Hystericis & ictericis, quæ curantur cum hiera sola, & si parçè bibant. Quibus & confert confectio alkermes.

Imperetur quoque & hoc electarium. Sed ad scædos illos virginum colores conficitur puluisculus ex limatura chalibis, radice erythrodani, seu rubiæ tinctor: cinnamomo & saccharo. Quo curantur multæ hystericæ & ictericæ virgines. Nihil tamen est præstantius quàm si illæ nubant in Christo. Quoniam autem sæpe icterus contingit vitio lienis scirrhusi; sic emollio lienem iniiciendo clysteres alternis diebus ex decocto capitis veruecini. Præscribo vt parca manu bibatur, butyro recenti loto in vino albo vel aceto illinitur hypochondrium sinistrum: Adhibeo quoque emplastrum de meliloto, & linimentum ex amomoniaco diffulto in aceto.

Oxymel quando conueniat, aut non.

Scolopendrium cur asplenium dicatur.

Bolus.

Virginum hysteriarum & ictericarum curatio.

Handwritten notes in cursive script, including the word 'beurat' and other illegible characters.

IN CAPVT XXXVII. DE MORBO

REGIO.

DYRETI IN SVAMENARRATIONEM

ANNOTATIO.

Icterus unde causus ducatur, & qua symptomata inferat. **V**itia & symptomata icteris que sunt inflammationis, vel imbecillitatis, & soboles, sunt explicata. Quibus perspectis, superest vt de vno symptomate hoc loco dicendum sit, quod causas ducit vel à iecore vel liene, vel motu bilis. Quod vbi apparet, periculum affert aliorum grauiorum symptomatum, vt hydropis & interitus. Est hoc symptoma icterus, qui cur sic dicatur nihil interest. Summus præceptor icterum vocat. Sed dixit esse *συνεπιδν* vel *συνεπιδν*, qui similitudinem præfert, vel malicorij vel lacertæ viridis lib. 3. de morb. & lib. de morb. internis. Morbus dicitur regius, quia tranquillitate & iucunditate curandus est. Contra per *δυσθυμια*, moerorem & metum incidit. Icterus autem nihil est aliud quam descædatio stabilis non fugax per suffusionem bilis, vel melancholici, vel etiam pituitæ, vnde fit, vt ex permixtione humorum varij cernantur colores. Quæ admodum in iride, quæ in ille trahit varios aduerso Sole colores. Color humorum similitudinem refert, quod facile perspicitur in iis qui rubore suffusam habent faciem, qui verecundia erubuerunt, non ex eo sanguinis dominatum colliges, quoniam hæc suffusio fugax est. Qui igitur ictero affecti sunt dicuntur *ικτεριδν*: Quorum duo sunt genera, vel à morbo, vel suffusione extraordinaria, vel à colore nativo. De quibus scripsit Hippocrates aphor. vlt. lib. 5. *Qui sunt icterici, raro sunt flatulenti.* Priores autem sunt flatulenti. Sed cautio est ne decipiamur à coloris similitudine. Nam multi morbo defuncti qui reficiuntur, videntur *ικτεριδν*, qui tamen verè non sunt. Vt autem extenuationis inchoatæ signum est cutis pallor cum laxitate coniunctus; Perfectæ verò, cutis pallor cum distentione coniunctus. Sic inchoatæ recreationis signum est rubor cutis cum distentione; sed rubor cutis cum laxitate signum est perfectæ recreationis. Est icterus triplex, flauus, niger, viridis, flauus, viridis, subflauus *κροκεος* *καὶ ἰσθιας*; vt bilis est vitellina, porracea, æruginosa &c. Icterus saturatus est omnino calamitosus; quia scripsit Hippocrates: *Qui saturato colore flauo iuncti apparent, illi tertio die vt plurimum moriuntur.* Quò autem icterus clarior est & dilucior, eò minus est malus. Icterus viridis fit à corruptione bilis. Bilis facilis est via à flaua in viridem, à viridi in nigram. Vnde histor. 1. sect. 3. lib. 6. Epid. de Philista qui parca manu bilem æruginosam vomuit, è potestate mentis exiuit. Pallidæ bilis imò etiam pituitæ fit suffusio ab obstructione, & edacitate nimia, atque hic dicitur icterus hybernus. Quo præsertim mulieres afficiuntur & sunt turgidula. Est alius icterus æstiuus ex lib. de morb. internis, quando Sole subardente homines quasi nudi & morosi incedunt. Sic & vitio lienis fit icterus niger, cum in eo nimia est melancholici humoris abundantia, aut cum eum non potest fecerere à sanguine, qui cum permixtus facit colorem nigrum. Quales autem apparent venæ, talis est color sanguinis & humoris. Ergo cutis illa descædatio multiplex, flaua, crocea, subflaua, diluta, saturata causas habet multiplices: Quæ in qualitate humoris suffusionem facientis consideratur. Omnis icterus vel criticus est vel symptomaticus. Criticus est icterus quo morbus acutus iudicatur, vel iudicari solet sudore & hæmorrhagia, cum scilicet materia crassiuscula exitum habere non potest per aqueductus, indè, per meatus. Quare fit veluti abscessus per totum corpus. Tria verò in crisi desiderantur, nature virtus, meatum libertas, & materia præparatio. Si materia crassa sit, substitit in cute, & loco sudoris fit icterus. Criticus icterus est, qui in virtute nature & meatum libertate apparet in cute propter materiam crassitudinè, quæ per poros exitum habere non potuit, & sic fit quasi totius corporis abscessus intus foras. Cuius icteri critici vnicum signum est, vrinæ suppressio. Eodem modo fit icterus quo sudor. Atque hic icterus si incidat 9. 11. 14. die, morbum tollit ex toto, modò

co, modò non superfit aut appareat tumor in dextro hypochondrio ex aphor. 64. lib. 4. vt nulla excusatio afferri possit inflammationis aut scirrhi. Eiusmodi icterus appareret ad salutem febris continuæ. Ac in febre tertiana exactam non cadit icterus criticus. Terciana exacta septem periodis iudicatur, id est 3. die. Quocunque igitur die apparuerit icterus cum hypochondrij tumore, symptomaticus est. Quicquid apparet diebus criticis, certius est ac firmitus siue ad salutem siue ad interitum, quàm quod in alia incidit morbi tempora. Icterus qui ante septimum diem venit symptomaticus est motu morbi, & frustra fit, quia ante significatus non fuerit. Etiam omnia *συνεπιδν* opinione certam faciunt relapsus. Non potest autem significari ante quartum diem, nec apparere ante septimum. Quod si ante incidat vt sexto die, signum mortis est aut finitum iudicij. Quòd si ad motum morbi accesserit materia & humoris prauitas, lethale. Hermocrates ante septimum diem *ικτεριδν* mortuus est. Tempore 3. 1. 1. Epid. quæ fuit inæqualis & bilis procreatrix aborti morbi peracuti in feuitate materix, quæ quomodocunque, quacunque, quodocunque ferebatur & exitum habebat; leuationem afferebat propter orgasmum materix efferæ. Qui defuncti sunt periculo, defuncti sunt per hæmorrhagiam & parotidas quæ suppurari expertes exoluti fuerunt alui & vrinæ profluio. Ergo icterus cum hypochondrij tumore coniunctus est fere lethalis. Mulus item est qui venit à cacopragia hepatis, vel lienis, quæ triplex consideratur in parte, nempe vitio partis in obstructione. Altera in inflammatione: tertia in scirrho. Denique omnis icterus symptomaticus est calamitosus. Si folliculus fellis suum non faciat officium, refluat bilis per suppressionem & habet palindromem, vnde vrinæ multa bile saturatæ, deiectiones albæ. Vt plurimum autem ictericus excernit excrementa nigra, vt phreniticus alba. Sed considerare oportet diætam ex comm. ad prognos. 1. sect. lib. 1. prorrhæ. Possunt enim excrementa ferri alba sine vitio fellis. In ictero autem flauus color primùm ac potissimùm, apparet in oculis propter splendorem & nitorem. Atque in eiusmodi ictero qui fit ab obstructione vesiculæ fellis, color refert corticea citri. Icterus itaque fit ab inflammatione hepatis, cuius tanta vis est, vt loco sanguinis multâ bilem gignat, ipsaque suo dominatu corpus teneat, & reliquorum humorum sibi congenerum vincat complexionem. Et horum hominum spes est in angusto, & in propinquum mors. Alter icterus fit à scirrho hepatis vel lienis & hypodrem denunciat. Nascitur autem & icterus vitio rerum externarum, vt diætæ vitio. Qui sub ardente Sole iter faciunt, sunt icterici. Serpentes morfu sunt homines *εὐθεόχλαροι*, *βαζαννης*. Icteri etiam causa est mortuus canis rabiosus, quæ corrupta potio, veneni immixti prauitas, sicque virescit cutis. Quicquid sanguinem corrumpit, vt aura venenata, aqua stagnans, venenum potione vel morfu immixtum, vel etiam catharticum, id icterum facit; quia quæcunque alimentum talis & color eluceat necesse est. Perspecta igitur icteri natura est, qui nihil est aliud quàm descædatio cutis, quam facit nigra aut flauæ bilis suffusio, quæ nõ nunquam est critica, & in febres continuas quæ focum habent in materibus venis & arterijs, vt & in alios morbos acutos cadit. Quæ febres nascuntur à putredine & putredine criscæ. Intro, per vrinas, deiectiones, per abscessus, aut *διὰ τῶν* à parte nobili in ignobilium foras per sudores. At si materia sit crassiuscula, loco sudoris icterus fiet salutaris, si ante significatus fuerit. Nec est dubium quin tota cutis sit capax materix morbosicæ, vnde palindrome in metu non est, vt esse solet, quando in iis partibus abscessus sunt, quæ totius materix morbosicæ non sunt capaces, atque eiusmodi palindrome valde est periculosa, vt de Critone legimus apud Hippocratem. Explicatus vobis est locus ille libri *πεὶ χυμῶν*, de causis relapsus *πυρετικῶν*. Fiant enim morbi recidui, quando veniunt ante diem, vt si febris æstiuæ, primo ac nouo Vere contingant. Omnes autem morbi temporibus congeneres vt facile veniunt, sic & facile curantur. Altera recidiuæ causa est quando excernuntur ante diem, seu iudicantur. Tertia relapsus causa est nimius humor & eius irritatio. Preterea patfactæ sunt icteri symptomatici causæ. Fit enim vel ab obstructione vesiculæ fellis, vel ab inflammatione visceris vtriusque, vel alterius, vel à scirrho. Dignoscet autem vtrum icterus sit ab inflammatione, an verò ab obstructione:

*Icterus in exacta tertiana symptomaticus.**Icterus symptomaticus.**Icterus scissidens. Historia.**Hepatis & lienis cacopragia. Ictericorum excrementa.**Cur in oculis primùm icteri signa appareant. Icteri cause. Icterus ab obstructione. Icterus à inflammatione.**Icterus à causis externis.**Febrim à bilis putredine criscæ.**In ictero critico relapsus in metum non est.**Recidua causa.**Obstructio vesiculæ fellis à calculo.**Distributio icteri ab inflammatione & ab obstructione.*

Quod illa semper febrem habeat comitem, hæc verò non. Sed hæc notare debetis, aliquando folliculum fellis obstrui à calculis & lapidibus. Quod ego in quibusdam obseruavi. Ac primum in nobilissima matrona domina *Dentragues*, quæ icteriodas erat: in cuius vesicula fellis inueni 22. lapillos triangulares formam gatis referentes. Præterea in vidua Prætoris Parisiensis reperi in folliculo fellis duos lapillos crassiusculi damasceni pruni passii omnino similes. Sanguis sæpe mutatur in bilem, vbi incanduerit, & hepar vbi æstu incanduit, nihil nisi bilem gignit, vnde icterus, & fertur alius biliosus excrementis, quibus æger non leuatur, sed rypitimo diuexatur. Præterea medicamenta calidiora tum alterantia, tum vacuantia, tum corroborantia icterum faciunt & gignunt, vt scammoniata & piperata. Pauci vtuntur decocto guaiaci sine ictero. Perniciosa res est, quæ hepatis bellum indixit & eius *αχλω* exhaurit. Religio erat Hippocrati dare melicratum, aquam, oxymel & vinum sine delectu. Nos quo iure quaerit iniuria, decoctum guaiaci præscribimus. Illa decocta asperima, acerrima mouent sudorem per expressionem qui non est salutaris. Si igitur exhibendum, debet esse ex scobe guaiaci nigri & pinguis, nunquam ex cortice, quia cortex multò calidior est medulla. Atque oportet vt decoctum sit dilutissimum, vt melicratum Hippocratis. Quod ad icteri curationem attinet, ictero critico sufficit balneum. Quæ enim effunduntur in habitum corporis, ea intrò reuocare non oportet, sed siccare ex lib. de humoribus. In tuberculis exanthematis, & ictero critico nihil præscribendum: Sed ex aphor. 15. sect. 2. excretionem considerare oportet, quæ si biliosa fuerint, purgatione indigent: sin naturales, nihil molendum præter balneum. Nobilis quidam vir scatebat exanthematis virulentis, *de la vercle*: (quædam virulentia est critica) non dolebat caput, non scapula, dormiuit, balneis & cathartico curationem recepit.

Symptomaticus icterus ex causarum perspicientia curatur. Si enim sit inflammationis symptoma, sublata inflammatione curabitur. Sin ab obstructione veniar, ea curata, icterus quoque curabitur. Idem de ictero à scirrho esto iudicium. Remedia autem omnia à nobis sigillatim in explicatione scripti auctoris annotabuntur.

ANTON. VALETII EXERC. XXXVII.

Icterus symptoma facultatis sanguificæ, vel excreticis, biliosi humoris est per summam corporis effusio, in adnata primum oculi tunica apparens. Ab hepate & liene, quamquam promiscuè originem habet, quod ea viscera in humorum procreatione secretionèque plurimum occupentur: sæpius tamen ab hepatis inflammatione calidam venarum intemperiem, bilis plurimæ procreatricem, accersente intemperie, scirrho, obstructione, aut à similibus id genus affectibus cystini fellis, cysticisve meatus obfidentibus accidit. Sæpe fit icterus per crises biliosarum febrium, natura materiam noxiam ab alio corpore foras protrudente. Qui lienis vitio ingruit, niger est humoris ideam melancholici referens: vt qui à bile est porracea, aut ab epoto veneno, ipemque bestiarum virulentarum demorsu, viridis.

Hippocrates albi etiam icteri commemorat.

In icteri signis distinctio est opus, vt pars verè affecta dignoscatur. Iecoris affectum, hoc est, intemperiem, ostendunt deiectiones & vrinæ biliosæ: quæ intemperies si coniunctam habeat inflammationem, grauitas in hypochondrio dextro fatigat. Vesiculæ autem obstructionem, vrinæ solæ bile plurima perfusæ, & deiectiones albicantes. Totius denique corporis habitus vitium incusamus, cum deiectionibus & vrinæ naturaliter habentibus, color & sudor bilis speciem cum pruritu respiciunt. At verò vbi venenata est causa, ad propria venenorum assumptorum signa recurrendum.

Vt sunt icteri causæ variæ, ita diuersa remedia. Vbi sola iecoris intemperies subsistit, sola contraria alterantia, vt assumpta zulapia, refrigerantia apozemata, & extrinsecus adhibita cerata, refrigerans Gal. santalinum, atque etiam epithemata, vsurpantur. Vbi inflammatio adest, remedia ante explicata vsui erunt. Vbi obstructio cum iecoris ipsius, tum vesiculæ fellis, fortiores clysteres, qui ferri

ferri solitos ad cutim humores irritando retrahant, phlebotome, apozemata aperientia, incidencia, & tenuantia, cholagoga, cathartica præscribentur. Clyster crit huiusmodi:

R. hord. integr. fursur. macr. ana p. 2. quatuor remollientium, flor. chamam. melil. ana. M. i. b. semin. anis. alth. foenic. & lini ana ʒ. 2. f. decoctio ad lb. i. vel tantundem feri lactis accipito. In colatura disso. cathol. & hiera simplicis (si febris absit) ana ʒ. ʒ. diaphœnici ʒ. 2. mell. ros. sacchar. rub. ana ʒ. i. olei viol. ʒ. 3. f. clyster.

Post reiectum clysterem pertunditur vena potissimum plethoricis corporibus. Deinde vero tali apozemate humor ad pugnationem præparatur, quia hic sæpe bilis etiam crassior fit, aut per se, aut humoris alterius, vt pituitosi vel melancholici admixtione.

R. radic. gram. apij, foenic. oxylapath. cicher. cum toto ana ʒ. ʒ. polypod. quern. passul. mund. sem. cariba. tamarind. ping. elect. ana ʒ. 6. fol. scolopend. chamadryos chamapit. agrim. culcut. summit. absinth. lupul. & asparag. ana M. i. glycyrrhiz. ras. ʒ. i. quatuor sem. frigid. maior ana ʒ. ʒ. prun. damascen. in. ʒ. hord. integr. p. ʒ. flor. cardiac. ana p. i. f. decoct. & colat. ad lb. i. In qua dissol. syr. de cicher. simpl. syrup. capill. ven. & oxymel. simpl. ana ʒ. i. ʒ. f. apozem. clar. conditum ʒ. ʒ. cinnamom. & ʒ. 2. santal. citrini: sumat bis in die ʒ. 3. aut 4. horis duabus ante pastum.

Ab his sumat medicamentum sequens.

R. decoct. prætor. aperitiu. q. f. fol. senna mund. ʒ. 2. f. decoct. In colat. pro vna dos. infunde per noctem rh. elect. ʒ. 2. cinnamom. ʒ. 2. In expressione dissol. cathol. & syr. capill. vene. ana ʒ. ʒ. diaphœnic. ʒ. f. positio.

Pauperibus diaprun. solutium, electar. de succo rosar. dissoluuntur in decocto hepatico aperiente, in sero lactis, aut vino albo, aut aqua gramm. aut endiuicæ. Paulo valentiora purgantia esse debent, quoniam in huiusmodi obstructione, & expultricis facultatis imbecillitate difficilior purgatio: quæ tamen temperabuntur, si id febris suaferit faciendum. Postquam corpus sufficienter fuerit purgatum, & humorem cuti subiectum discutere oportebit, æger hoc balneum ingreditur, quod quatuor, aut quinque dies continuabit.

R. radic. oxylapath. oxalid. radic. alth. lilior. an. ʒ. 4. enul. camp. ʒ. 2. viol. fol. malu. bismalu. parietar. acet. cicher. cum toto, bulgoss. fumar. fol. vitis, hadera terrestris an. M. 3. Bulliant simul pro balneo vniuersali. Coniciatur sacculus plenus fursuris, super quem sedeat.

A balneo Galenus anethino oleo, aut chamæmelino corpus conficitur.

Et quidem solis ferè balneo cum frictionibus aut litibus relaxantibus & discutientibus est opus, quando vitium in habitu tantum corporis insidet, vt fit in criticis icteris, qui septim. vnd. vel. decimoquarto die febribus biliosis feliciter superueniunt. Si venenata sit causa, alexiteriis oppugnabitur. Si niger icterus, valebunt remedia in affectibus lienis præscripta.

HOLLERIVS.

De 1 Oppilatione hepatis. Cap. 38.



Ppilatur hepar à crassis flatibus, sed faciliè 2 discutuntur: non ita faciliè, si à 3 crassis viscidisque humoribus: ferèque sentitur lancinans 4 dolor aut 5 grauis, aliquando 6 tensio, facies 7 malè colorata est, squallor 8 cutis, pulsus 9 inæqualis, spiratio 10 etiam aliquando difficilis, excrementa 11 à natura euariant, ferèque liquidiora sunt.

5 Ab humoribus lentis. 6 A flatu. 7 Ob interceptâ anad. sim & prauoræ humorum pleonexiam. 8 Prauitate succi, & calore diffuso cõtra naturã in prauis excrementis suffusione. 9 Motu, quiete, dilatactione arteria. 10 Cõpressionè diaphragmatis, aut sympathia tunica costar succingentis. 11 Non sunt enim deiectiones figurata sed molles, ex seri copia, & praeclusa anad. sim

1 Que variorum morborum soboles & parens est. 2 Sacculus, em-plast thermal. mat. litu. &c. 3 Hi enim nõ faciliè pepasum recipiunt 4 Ab humoris acrimonia tunicas vellicantis.

Historia.

Historia.

Icterus à medicamentis. Icterus à guaiaci decocto.

Icteri curatio.

Criticus solo balneo curandus.

Historia.

Icteri symptomatici curatio.

Hippocrati lib. de internis affectibus. Icteri signa ab inuicem distincta.

Icteri curatio variata.

Curatio magna ex parte ex proximo capite repetenda est.

12 Incidendum, 13 aperiendum, 14 detergendum, à 15 quo purgandum est. Et, si 16 cætera consentiunt, è basilica, aut venis extremæ manus sanguis educi debet, nisi suppressis mensibus, aut hæmorrhoidibus 17 malum natum est. Tum enim venæ cruris potius 18 incidendæ sunt.

Materia incidentium, aperiendum, & detergentium proximo cap. descripta est. Peculiariter conveniunt syrupus acetosus, oxysacchara, syrup. capill. ven. de cichorio, de endivia, oxymel simplex, quibus initio, & ubi caloris suspitio, utendum est. Item oxymelite scyllitico, syrupo de bizantijs, de duabus & quinque radicibus, cum aquis cuscute, fumarie, & alijs supra descriptis. Probatur hoc est à 19 multis.

℞. 20 aquæ decoctionis hordei ℥. 8. aceti ℥. β. vini granatorum ℥. iij. sacchari, mellis albi ana ℥. i. Fiat zupium clarificatum & aromatizatum cum modico cinnamomi, utatur ℥. iij. 21 manè & vesperi.

Purgatio ex hieræ 3. ij. cum oxymelite, aut quæ in fœdis virginum coloribus scripta est, ex rhabarbaro & agar. addito aliquando dacrydij momento, quales hæ erunt pilulæ.

℞. rhabarbari 3. j. agar. 3. ij. dacrydij Gra. 4. cum oxymelite formentur pilulæ, vel dissolvantur in liquore 23 convenienti.

Contra obstructiones certissimum remedium esse volunt frequentem usum huius pulveris.

℞. electarij diarrhod. Abbat. triasantali rosatæ novellæ ana 3. ij. detur 3. j. ex cochleari cum sex granis mali granati.

℞. succi granati acidi & dulcis ana 3. j. β. resideant per noctem in salubri loco: postredie addatur oxymelitis 3. j. fiat potus.

℞. succi end. cocti & depurati 3. j. oxysacch. simplicis 3. iij. liberabis obstructionem, calorem temperabis, viscus roborabis, putrida excludes.

Filicis radix & semen securidacæ plurimum probantur antiquis. Ad hæc prescribenda erit diæta *ἀσπιθὴς καὶ σιτέουρα*, quæ æquè nature studeat, & pugnet cum morbo.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Hepatis obstructio quæ fiat.

Obstructio fit in venis capillaribus hepatis per caua & gibba disseminatis à vena porta, vel caua, ob earum angustiam, flatum, vel crassi & lenti humoris copiam, ut pituitæ in frigidior temperamento. Biliosis etiam temperaturis prava victus ratione, utentibus sæpè crudus humor in ventriculo & primis venis colligitur, qui calore hepatis attractus obstructiones parit. Unde aliquando lenta febris, morbus regius, inflammatio, atrophia, calor præter naturam, sine quo rarè fit obstructio in hepate, nisi sit scirrhus. Causæ sunt frequentissimæ, victus ratio ex crassis & viscidis, exercitium à cibo, crassiora alimenta prima mensa assumpta, succedentibus calidis, & tenuium partium. Nam

ex his

ex his crudus humor intra venas rapitur, sicuti plerumque medicamentorum aperiendum vsu, ventriculo crudis humoribus referro. Ex dolore, tumore, calore, victu antecedente deprehenditur. Dolor hepatis ab obstructione mediocri cum quodam pondere. Ab inflammatione magna, flatu, suppuratione, fortis: Qui fit à flatibus interclusis & crassioribus febre superueniente soluitur; quia tenuat, coquit, resolvit. Inflammationem febris necessariò comitatur. Dum pus conficitur, dolor & febris. Certissimum signum obstructionis tensio, vel tumor in hypocondrio dextro. Adde pulsus frequentem, calidius corpus, colorem flauum vel pallidum.

Remedia ferè eadem cum ictero & lienis obstructione. Optima victus ratio, detergentia, alimenta medicamentosa, iuscula ex decocto aperiendum, pilulæ, syrups, oxymel, purgatio, opiæ, unguenta, pulueres, frictio leuis dextris hypocondrii. In scirrhus, & à crassis & frigidis humoribus, calfacientia, tenuantia, tergentia, mollientia, quæ illa temperent, sed moderata sint, excellent reliqua. Periculum enim, ne nimium tenuando & siccando aliquid insanabile relinquatur, & nimium mollientibus, fundèribusque materiam, substantia visceris relaxetur. Itaque moderatè mollientibus, præter cæteras partes obnoxias scirrhus; in hac excellere debet attenuantium, calfacientiumque mixtio. Forus ex oleis, mixtis pulueribus aromatum, aceto, &c. Emplastra de meliloto, cerata, ammoniacum, decoctum ficum, passularum recentium, chamæpyteos, alimenta saccharo condita, & aceto diu insolato, quo passulæ, ficus caryoph. &c. manduerint, aliquoties commutata. Laxatur aliquando hepar articularum modo solum nimia humiditate: cuius signa ex arte medica petenda. Hic vinum plurimum convenit, aromaticum rosatum, diambra, diantho, digalanga & similia, quæ ventriculo profunt, nisi quòd minus adstringendum in hepate. Adstringendum tamen hic magis, quàm in alijs affectibus hepatis mixtis calidis, si frigiditas coniuncta est. frigidis, si calida. Forus ex oleis adstringentibus, emplastrum de meliloto, diachylon commune, reseratum, additis aromaticis & adstringentibus. In calida causa ceratum santalinum cum cydonio, ceratum Galeni refrigerans. Rhabarbarum aiunt hepatis vitium esse. Calidior tamen & siccior hepate, mors potius dici debet.

IN CAP. XXXVIII. DE OPPILATIONE HEPATIS.

DVRETI ENARRATIO.

De oppilatione hepatis. Seu obstructione sine febre & inflammatione, per quam fit *ἀσπιθὴς*; interceptio; unde symptomatum hepaticorum, inflammationis, scirrhi, hydropis, icteri fœtura & ilias.

Sed facile discutiuntur. Leui frictione, fotu; febre etiam superueniente. Non ita facile si à crasis. Quoniam nec facile mitigantur, nec facilem exitum habent, per angusta venularum concava & connexæ partis.

Ferèque sentitur. Raro, sed potius grauis.

Lancinans. Interuentu membranæ qua tegitur hepar.

Facies malè colorata. Ob interceptam anadosim, præterea sanguine vitioso permutationem alienæ materiæ.

Excrementa à natura etiam. Hoc est colore, consistentia, tempore & excernendi modo.

Ferèque liquidiora sunt. Atque clylosa stabulante chilo in tenuibus intestinis.

A quo purgandum. Facto meabili corpore in libertate meatuum, virtute naturæ & materiæ præparatione.

Aut venis extremæ manus: Tollite hoc; Non enim debent secari venæ annularis & saluatella, quia ex ijs sectis fluit sanguis pigro lapsu.

Nisi suppressis mensibus. Per menstrualis materię anadromen, quę inde anago- gen, id est educationem habere non potuit.

Vena curvis. Nisi vehementia symptomatum superuenientium, vt difficultate spirandi, inflammationis metu basilica sit necessariò incidenda. Nam vade natu- ra magis est opis indigens, hac illi ex parte potius est opitulandum.

IN CAP. XXXVIII. DE OPPILA- TIONE HEPATIS.

DVRETI IN SVAMENARRA- tionem Annotatio.

Quid hepatis op- pilatio. Explicatio duo- rum Hippocratis locorum.


Εμπερεσις η̄ σπυρι, Latinis oppilatio hepatis dicitur, Quę propriè est venula- rum hepatis à flatulento spiritu & viscidis humoribus. Ea autem est sine fe- bre & inflammatione. Vnde descripsit Hippocrates lib. 6. & 7. aphor. Quibus hypo- chondrium intumuit sine inflammatione, febris superueniens dolerem exoluit. Con- trà verò scripsit idem Hippocrates sent. 21. sect. 2. prior. prorrhet. Febrem superue- nientem dolori hypochondrii esse malam. Quod pluribus rationibus Galenus in comm. refutat. Sed fallitur ipse Galenus. Eo enim loco Hippoc. de febre sympto- matica loquitur, quę ex hypochondriorum doloribus mala est. Vnde abstinentia vini dulcis mirificè confert; quia quicquid est dulce & crassum, avidissimè rapi- tur ab hepate ab amplissimis locis in angusta viarum. Cætera quę ad oppilatio- nem hepatis valent remedia fusius in explicacione scripti auctoris annota- buntur.

Curatio oppila- tionis hepatis.

ANTON. VALETII. EXERCIT. XXXVIII.

Gal. cap. 17. lib. de constitut. vii.

Omnium viscerum maxime opportunum obstructionibus est iecur, propter tenuium venularum, quę in eius substantiam sparguntur plurimę, ramos cum à caua vena, tum à porta exporrectos: per quos quidem omne traduci, ex- portariquę debet alimentum. Obstructionis causę, humor crassus, aut lentus, aut multus. Signa, color flauus, ob distributum sanguinem biliosiore, qui præ sui tenuitate exilit, crassiore in viscere resistante, hypochondrii grauitas dolor, & (si gibba obstruatur) tensio, durities percipitur, spirandi difficultas, à dia- phragmatis compressione. Obstructa sima diarrhœa, ob chylum non distribu- tum, contingit. Huic affectui eadem curatio debetur, quę ictero ab obstructio- ne oborto, de quo antè dictum est.



HOLLERIVS.

De 1 Hydrope. CAP. 39.

1 Symptomati il- lum, qui à nimia humoris abun- dantia nomen habet. 2 Materia & loco disticta. 3 Ex parte in- spatium epiplo- peritonæi, & in- test. nec unum tum ab infirmitate facultatis expultricis, tum ab hepatis contumaci obstructione, tum à laxitate v enarum & renum infirmitate, aut eorundem obstructione, atque tuberculo. 4 Tunc enim adeest sanguificationis priuatio.



Hydropis 2 tria genera. Ascites ab vtre, quia venter aqueo humore & 4 seroso plenus vtre representat. Commo- tus his venter fluctuat, quo modo vesica ex dimidio ple- na. Continentur aqua inter epiploon & peritonæon, quan- quam & portio excurrit in spatium epiploii & intestini, cum à lie-

ne, colo,

ne, colo, tenuique intestino, vel iis partibus, vnde epiploon nasci- tur, malum ortum est. Alterum genus hydropis, aqua 5 inter cu- tem, quę & 6 leucophlegmatia, & 7 anasarca. Huius materia- iam crassior, est effusa in cutem atque carnosum genus totius cor- poris. Hic si digitum imprimas, vestigium sit cauum. Tertium genus tympanites, 8 in quo plurimus flatus humori commixtus est, vnde ventris distentio, qui percussus instar tympani sonitum reddit.

Propriè dista- quam hoc no- mine tria hydro- pis genera conti- neantur apud Celsum, qui no- minis huius au- thor est. 6 Quòt alio fecit- cutu a priuata suffusione. 7 Quod per ge- nus carnosum pi- tur affundatur, si que asinula- tionu priuatio. 8 A tympano no- men ducens. & vocatur ab Hip- pocrate sicus hy- drops. aphor. 11. lib. 4 aph. 9 Simpliciter in- temperis prima- ria secundaria, vel tumore scir- rho. 10 Labelsa ita vt secretice seri, aut etiam vasis obstructi. 11 Per suppressi- nem mensuror- um, eorumque palin-tromen: aut per frequen- tes hystericas affectiones à ve- nenata aura ex- seminis suppressi- one. 12 Per translatio- nem materia in pulmonibus con- cepta ad ventrē. 13 Per hamor- rhoides, mensur- dysenteriam. 14 Per scirrhū in hepate generatio- nem, aut visce- ris ipsius intem- periem frigidam. 15 Quia a sym- ptomatu corra- ctione asphicac- ta est. quod ipsiū symptoma sit ca- lamitosius causa ipsa. Et propte- rea hydropicus statim secandos esse monet Hipp. 16 Vt decocto radicū verbasci samina, succi ireos, syrup ros pallid. lax. granu ebulli, diacarth. mo. non item antimonio, quod veneficis empiricis & periculatoribus vltatissimum. 17 Vt hyrupo de radicibus de raphano. 18 Vt sudorificis, materiam digerentibus vt emplastro de bacis lauri. 19 Paracentesis locum habet, si tantum in nimia humoris abundantia consistat hydrops sine perenni generatione, cuius perennis aposita sit in hepatis vltio in- sanabilis. 20 Hipp. lib. 4 de diata in morb. acut. 21 Priusquam materia facta sit natura potens, & habitum corporis immutari. 22 Vt par hydropici morbi & eius ratio habeatur. 23 Nam vt sunt gradus collisionis ita quoque & pur- gationis. 24 Raz ad Almansorem, capite de hydr. 25 Vel Rec. hiera picr. rhei electi agar. tro. ana Scrup. j. macerentur in oxymelite, in quo prius insusa fuerit laureola, aut sarpentum, & formentur pilula.

Causa hepar est omninò 9 refrigeratum, vel primariò, vel per- consensum cum ventriculo, liene, lateribus, vel iis intestino, colo, 10 renibus, 11 vtero, 12 pulmone.

Nascitur hæc affectio ex 13 immodica vacuatione, aut eadem 14 longius 15 suppressa, Communis ferè 16 curatio medicamentis 17 hydragogis, quę aquas vel pituitam ducant, 18 diureticis, 19 ferro & igne vtendum est.

Leucophlegmatia peculiariter conuenit 20 phlebotomia, & ea quę magis incident, vt tympaniti, quę flatus discutiant. Phlebo- tomia igitur in solo hoc genere aquę inter eutem locum habet. Nec hoc quidem perpetuò, sed si otio & antea facta vita, si suppressa aliqua solenni vacuatione id vitium ortum est. Morbi initio, prius- quam 21 in cachexiam abeat morbus, integris viribus, hoc Hipp. Asclepiadi, & Galeno visum est. Oportet autem neque semel, ne- que copiosè detrahere, sed 22 modicè, atquè ex interuallis. Ferè que placuit, vt è malleolis detraheretur sanguis.

Purgatio leuibus pharmacis, & per 23 interualla datis, vt octauo quoque die, vel duodecimo, vt vires tolerant. 24. benedicta 3. s. dissolue in sero lactis. Pilulę de rhab. maximè laudantur, quę ali- ter à Rhaze, aliter à Mesue describuntur Præferendę sunt Rhazę, 24 quę recipiunt rhab. succi agrimonie, fem. endiuie an. 3. iij. a- gar. 3. v. foliorum laureolę infusorum in aceto, & siccorum 3. x. Fiant pilulę. Dedit Rhazes 3. ij. s. fed 3. i. satis esse potest. Leuiores sient si sine foliis laureolę formentur è succo ireos, in quo mese- reon, laureola, vel euphorbium maduerit. Similiter ex 25 pul- hierę 3. i. agatici trochif. 3. i. cum oximelite formentur pilulę. Quod si in oxymelite proximè dicta maduerint, fortiores sient.

Aliquando vti licet puluere hierę diacol. ad 3. iiii. aut 3. ii. Le- uę est hoc pharmacum.

26. sem. carthami conuassati 3. ij. aut iij. ireos florentie 3. i. cin- namomi 3. s. infundantur per noctem in 3. iij. feri caprini. Fre- quantissimus vsus est succi radicis ireos per residientiam depurati,

statim secandos esse monet Hipp. 16 Vt decocto radicū verbasci samina, succi ireos, syrup ros pallid. lax. granu ebulli, diacarth. mo. non item antimonio, quod veneficis empiricis & periculatoribus vltatissimum. 17 Vt hyrupo de radicibus de raphano. 18 Vt sudorificis, materiam digerentibus vt emplastro de bacis lauri. 19 Paracentesis locum habet, si tantum in nimia humoris abundantia consistat hydrops sine perenni generatione, cuius perennis aposita sit in hepatis vltio in- sanabilis. 20 Hipp. lib. 4 de diata in morb. acut. 21 Priusquam materia facta sit natura potens, & habitum corporis immutari. 22 Vt par hydropici morbi & eius ratio habeatur. 23 Nam vt sunt gradus collisionis ita quoque & pur- gationis. 24 Raz ad Almansorem, capite de hydr. 25 Vel Rec. hiera picr. rhei electi agar. tro. ana Scrup. j. macerentur in oxymelite, in quo prius insusa fuerit laureola, aut sarpentum, & formentur pilula.

vt eius, quod supernatat, capiantur ʒ. ii. ʒ. ʒ. ʒ. aut ʒ. vi. cum æquali mensura aquæ mellis, aquæ distillatæ, è terebinthina, feri lactis. Quod si ab hepate metus, ne pharmaco lædatur, admiscendum ali- quid, vt ʒ. i. electarianti, vel diarrhod. Abbatis spicæ, aut cinnamomi. Et hoc quoque laudatum est.

℞. polypodii querni ʒ. ij. sem. carthami ʒ. ʒ. sc. anisi & fœniculi an. ʒ. j. conuassata omnia in nodum linteolo constringantur, & vnà cum gallo decrepito coquantur. Ius galli sorbèatur. Aqua extillata è purpureis floribus ireos data ʒ. vi. vel ʒ. i. quantitate cum ʒ. i. electarii triasantali, & Gr. 8. cinnamomi, efficacissimè aquam hydro- picorum ducit.

Sic vinum scylliticum ex vini ʒ. vi. scyllæ purgatæ ʒ. ʒ. coctis ad tertie partis consumptionem. Dosis erit ieiunis ab ʒ. ʒ. ad ʒ. i. Ace- tum quoque scylliticum ieiunis datum morbum expedit & termi- nat per vrinas, tumores omnes deponit. Conditur melle, vel passo. Similiter oxymel scylliticum. Laudantur aquæ alkekengi, medii corticis sambuci, eiusdem radicis ebuli, aut ex eorundem floribus, simlacis hortensis, iuniperi, raphani, euscute. Cæterum catharticas eiusmodi aquas electariis triasantali, diarrhod. Abbatis, schœnan- tho, spica, fantalis, meliores reddes.

Cucumer agrestis in frequenti vsu fuit & Græcis & Arabibus, quo sic vtendum.

℞. corticis rad. cucumeris agrestis ʒ. i. infriatum insperge mulfæ. Sine molestia pituitam ducit, nec stomachum lædit. Ex Aëtio & A- ctuario.

Secretum 26 non reuelandum.

℞. succi cucumeris asinini & radicis eius, succi laureolæ, succi ireos purpurei, succi absinthij & eupatorii ana ʒ. iij. resideant : quæ supernatat aqua, abiiciatur. Crassiori verò parti insperge rhabbari, agarici ana ʒ. ʒ. spicæ nardi, sem. endiuia, scariolæ, portulacæ, mastiches, lappæ, tragacanthi, salis gemmæ ana ʒ. i. mellis col. ʒ. ʒ. In vase vitreo reposita agitentur in sole, vt fiat veluti conserua. De- tur ʒ. i. per interualla.

Vel. ℞. scyllæ, turpeth. radic. esulæ, radic. tenerrimor. tithymal. polypod. ireos, chamædryos, mercurialj folior. vrtic. an. ʒ. i. Disten- perentur triduo in aquæ partibus duabus, vini vna : tum coque ad tertias, & cola. Deinde colaturæ insperge zinziberis, piperis nigri, anisi, petros. feminis fœniculi an. ʒ. i. cinnam. galangæ, spicæ, xylo- balsam. asari an. ʒ. j. leuiter bulliant, reponantur. Alternatim dabis patienti ʒ. i. aut plus, prout primæ doseos effectus fuaserit. Optimū est yti sero lactis caprini, in quo maduerit cacumè absinthij, euscute, Gr. x. alkekengi, fumaria, semina maiora, schœnanthum, spica. Non habet par remedium Rhazes. Syrupus acetosus cum aqua cu- scutæ, vbi & sitis extinguenda est.

Nec faciendum 28. hepar, vbi obstructio liberanda, & vrinæ de- duci debent. Grauius sitiunt hydrofici, quibus tamen potio lar- gior danda non est, quàm quæ vitam sustineat. Vinum album, te- nue,

nue, subausterum, in quo diuretica prius admixta fuerint.

Oxycrati vsus est, cum calor vehemens accessit. Glycyrrhiza, 29 ^{29 Nulla enim radix humectan- di facultate gly- cyrrhizæ superat.} appellata, quod prohibeat siti hydroficos. Probatur alijs Me- trodori Epicuri discipuli factum, qui hydropicus plurimum qui- dem bibebat, sed statim reuomebat. In iis igitur, qui facillè & sine molestia vomunt, probari potest. Nam & vomitus utilis est hydro- picis. Clysteribus quoque acribus & glandulis materia minuenda est. Diuretica conueniunt, berula, lauer, vulgè iuncus odoratus, spica nardi, asarum, phũ, meum, carpobalsamum, cassia, radix dul- cis, rosa, semen hyperici, dauci, smyrnij, petroselinii, calamus aro- maticus, scelsi, cancerorum fluuiatilium 30 siccatorum puluis, cum 30 ^{30 Ac praesertim lapillorum, qui in capitibus canero- rum reperiuntur.} æquali parte asari. Ita etiam erinacei siccati in sole ʒ. j. mel scylliti- cum, cathartides integre, & aliis diureticis commixtæ, sed 31 minima quantitate, vt ad Gr. 5. Hæc autem vel in puluerem redacta vel con- cocta dantur ex vino, oxymelite, mulfæ, aquis 32 conuenientibus, 32 ^{32 Ut ireos, enula campana, stam- buci, ebuli rapha- ni.} quales prius enumeratæ sunt capite de oppilatione hepatis.

Hydropicis ex antecedente frigore, & obstructione iecoris, vel ni- lienis, id imperari potest remedium.

℞. schœnanthi. cinnam. asari. mastich. absinth. anisi. fœnicul. an. ʒ. vj. thabar. spicæ, aristolochiæ longæ, petros. ana ʒ. iij. caryophyll. croc. calam. aromatici, cardamomi ana ʒ. ij. mellis quod sufficit. Do- sis ʒ. iij. cum tepida.

Abominabilis vrinæ potus, sed maximè probatus Medicis. Tole- rabilior, si ex puero impube distilletur cum melle, & aliis diure- ticis.

Nec fatis & phlebotomo, catharticas, diureticis vomitu clysteri- bus & glandibus vacuare materiam sed loca tumentia sacculis, vn- ctionibus, frictionibus duris, balneis, emplastris, aliisque eiusmodi rebus resoluenda sunt.

Sacculi fiant è macribus fufuribus, milio, panico, sale, sulfure, ca- lidis, & ita appositis.

Materia balnearum & vaporationum in thermis siccis : aquæ na- turales salæ, sulfurose, & eiusmodi reliquæ : quæ si desint, arte com- parantur, liquefacto sale sub quadruplo, cõque plus minúsue, vel sul- phure in aqua dulci. Possunt quoque incoqui anethum, ruta, cha- mæmelum, calamentum, maiorana rosmarin. pulegium, fœniculus, satureia, hyssopus schœnanthum, stæchas, & 33 similia.

Sunt qui veluti arcanum probant lapidem serpentis. Coluber aquaticus à cauda funiculo constringatur, atque ita suspendatur, vt sit subiectum vas aqua plenum. Euomet coluber lapidem, qui to- tam illam aquam consumet. Lapis è vinculo alligetur, & apprima- tur ventri hydrofici, paulatim aquam consumet.

Saculi quoque 34 ex arena & sabulo, vel cineribus calfactis sepius apprimantur. Laudatur oleum 35 scylliticum, vel in quo decima- pars euphrobii, meserei, vel laureolæ coxerit. Si autem oleum ane- thinum, aut simile.

℞. terebinthinæ ʒ. i. thuris mastiches, myrrhæ ana ʒ. ʒ. laudani.

26 Huius author fuisse dicitur, Gordonius, vt scribit Valeficus de Tharantia.

27 Valeficus le- git Drach. j. Quæ lectio magis arri- det.

28 Hæc Cassio- plinium perstrin- xit cap. 21. lib. 3.

33 Ut folia lau- rum bacca lau- rum, iuniperi, radices cucumeris asini- ni, bryonia ireos.

34 Quinetiam in arena sepeliendus hydropicus. Vide Gal. lib. 9. Simp- lio. cap. de Py- rite.

35 Efficacissimum est oleum in quo maduerit cumi- num.

nucis moschatae, cariophyllorum, galangae, zedoariae, cubebae, ana ʒ. β. foliorum laureolae P. i. succi ebuli, & cucumeris asinini an. ʒ. ʒ. Redigantur in pulverem, quae redigi possunt. Misceantur. Fiat distillatio 36 in alembico, qua inungantur loca tumida.

36 Hac vulgo dicitur balsamum.

Vel. ℞. florum, foliorum cortic. radic. ebuli & sabinæ ana M. i. radic. ireos ʒ. i. scyllae ʒ. 2. coquantur omnia in lb. 3. olei laurini, aqua vitæ lb. i. expressa colatura dissolue saponis vnc. iij. fiat linimentum. Item.

℞. olei ʒ. x. ceruss. ceræ ana ʒ. 7. vitriol. nitr. aloës, ana vnc. 3. acet. acerrimi q. suff. Terenda terantur in mortario cum aceto deinceps affuso ad mellis crassitudinem : seorsim cerusa cum oleo coquatur, quibus mistis cera addatur. Transferantur in mortarium, & cum speciebus manibus pinantur, vniantur. Hydropicis, splenicis, & apostematibus præstat mirificos sanitatis fructus materiam discutiendo, reprimendo.

Cochleis tritis uti licet, & emplastri modo affixis. Mirabile voluit hoc emplastrum.

℞. 37 thuris, mastichis, myrrhæ ana ʒ. j. granorum lauri. ʒ. ij. 38 costi ʒ. β. cyperi ʒ. j. β. stercoris caprini triti ʒ. iij. mellis colati quantum sufficit, ad congregandum.

Sinapismi 39 diaspiratum, prius descripta. Stercora animalium calida conueniunt. 40 Frictiones ex sale in hydrelæo dissolutæ, vel ex medicamentis calidis subtiliter comminutis.

Perseuerante malo, phœnigmi ex radice scrophulariæ, ranunculo, & similibus emplastri modo impositis ad decem horas præscribendi sunt.

Oportetque vesicas configi, vlcera aperta conseruari, superposito folio brassicæ vnctæ butyro, vel oleo, grano ciceris, aut ceræ momento. Permittetur aqua fluere ad sexaginta dies. Alioqui cauteria inducenda ventri in ambitu vmbilici, & quibus partibus tumor est. Scarificationes quoque conueniunt, sed si nihil proficitur his remedijs, extremum est 41 paracentesis.

De paracentesi magna olim controuersia, alijs Medicis omnino reprobantibus. Vtriusque sectæ argumenta colligit Aurelianus; Cronicon capite de hydrope.

Illos enim deterrebat, quod ferè moriuntur omnes, qui puncti fuerint.

Hi verò remedium temperabant, neque in omnibus utebantur, atque ita seruabant aliquos. Galenus Paulus, Albucasis, Mesuæus in ascite pungunt ad latera vmbilici, qua parte illa vacua & inania sunt, & propemodum excarnes musculi. Alij quidem dextraparte, si lien: sinistra, si hepar in vitio est.

Alij verò ex eadem parte, qua viscus est, à quo malum primum ortum est. Si verò intestina in causa sunt, quatuor digitis sub vmbilico, sed paululum reducto phlebotomo in latus. Hippoc. intercutaneos pueros incidit libro de locis in homine. Aurelianus consensu veterum in intercute magis quam ascite, paracentesim probauit.

37 Hoc emplastrum validissimum, & frequentius in usu.

38 Vel, radice angelica tantumdem.

39 De his vide cap. de attrahentibus materia chirurgica.

40 Fiant quoque malagmata ex rad. cucumeris asinini, bryoniae, ireos castu sub cineribus, deinae mistu cum stercore caprino bacis lauri, & melle.

Præterea ex cantharidibus ipsis cum fermento admoueri sicut vesicula.

41 Compunctio abdominis, & peritonæi scilicet.

bauit. In aqua intercute Asclepiades quatuor digitis supra talum tibiam compungit interiori parte, ea profunditate, qua vena inciditur. Qui locus compunctus si parum aquae reddit, femora, scrotum, pudenda, si quidem intumuerint, loca etiam supra manum, articulos, incidenda sunt ex Leonide & Hippocrate. Formulam verò punctationis ex lib. 6. Pauli & alijs collige.

Tempestiua autem est punctio, priusquam in cachexiam morbus abierit, firmis viribus, corpore iuuenili, si atra bilis hydropem non contraxit, si validus stomachus, si eger non febricit, aut si febricit, remissionis tempore. Hæc omnia prouidenda sunt priusquam de paracentesi decernas. Alioqui temeraria est via. Quæ etiam si adsunt præmonendi tamen amici egri quanto cum periculo remedium tentetur. Tentari que debet, ubi alijs remedijs nihil profectum est.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ydrope tumor est, vel totius corporis ab humore, vel ventris tum ab humore, tum à flatu. In toto corpore & venis, *αιασις, οίδημα, οίδημα, οίδημα, οίδημα* dicitur. In ventre aqua collecta, non tamen penitus sine flatu, *οίδημα*. In eodem, flatus plurimo intercluso cum pauca aqua, *πυκνωσις* vel *πυκνωσις*, Hippocrati Hydrops sicus nominatur. In omnibus causa antecedens, calor est, vel frigus. Coniuncta verò; semper est frigus. Refrigeratur enim hepar, sanguificatio deprauatur, siue proprio ipsius teoris vitio, vt phlegmone, scirrho, hydatidibus, intemperie: siue per consensum, vt folliculi fellis, lienis, ventriculi, refrigerati, mesenterii, intestinorum gracilium, ieiuni, pulmonis, renum, septi tranuersi. Ex his enim omnibus malum communicatur hepati. Vt si splen ob scirrhum non purget sanguinem, renes obstructi, aut imbecilliores serum non trahant, aut emulgentes, menses suppressi sint, aut immodicè fluant, aut hæmorrhoides, cor non distenditur. In immodica enim vacuatione, spiritu cum sanguine exhausto calor extinguitur: in suppressione, sanguis vel excrementa refluant in hepar, vnde suffocatur. Aliquando contactu chyli frigidioris læditur, vt aquæ frigidæ potu à colore & exercitio. Sic intemperie hepatis à pulmone, aut alia parte communicata, Phthitici & Hæctici hydrope magna ex parte corripuntur, nisi ventris fluxu intereant. Eodem modo asthmatici, aqua in spatio thoracis collecta, & in ventrem tandem effusa. Commitatur febricula, assidua, lenta, cum pulsu paruo, sitis, humore circum viscera torpescente, falsedinem & putredinem colligente, spirandi difficultas à cibo etiam pauco, ob plenitudinem, & venarum distentionem, tumor, grauitas, color vitiosus, cibi fastidium. Ex retentione vrinæ (si verus hydrops dici debeat) subito fit, & repente. Sæpe enim pus vel crassamentum vrinæ, quod meiebarur, retentum, speciem quandam hydropis adfert, quæ apertis viis, & prioribus vrinis crassis euntibus sanatur. In cæteris sensim generatur.

Hydrope causa antecedentes & coniuncta.

Anasarca fit ex humore aquoso partim à iecinore, partim à tota carne corporis, veluti in aquam resoluta, sæpius post morbos diuturnos & febres pituitosas. Symptomata, tumor non ex æquo in toto corpore, sed partibus inferioribus magis ob humoris grauitatem, & partium frigus, corpus laxum, pallidum, emortuo simile. Initio dignoscitur partium extremarum perpetuo frigore, facie intumescente post maciem, palpebris & pedibus crassioribus & calidioribus. Si fluxus immoderatus præcesserit, aquæ frigidissimæ potio, pedes intumuerint non à vigiliis, impregnatione, nocturna statione. Si cauitas remaneat impresso altius digito. A causa calida difficilior curatio, quia calidis dicitur aqua, sicca. Ascite generatur, flatus abstinentur. In ascite humor aquosus, vel potius serum inter peritonæum & intestina colligitur tanquam in vtre, vnde morbo nomen Spiritus ali-

Anasarca qui fit, & quæ sint eius symptomata.

Hydrope à causa calida curatu difficilior cur sit. Ascite generatur, causa, & symptomata.

quid admiscetur. Causa, maius frigus, quàm in Tympanite, succedit cachexia, morbis hepatis calidis obstructionibus, morbis lumborum, renum, vesicæ. Symptomata, tumor ventris, reliqui corporis alimentum non sentientis consumptio, inualecente morbo tumor ad femora, pedes, scrotum, sensim quasi cuniculis factis, maximè post inambulationem humore defluente. Aliquando thoracem occupat. Exudat serum è iecore, intestinis, omento, & similibus. Initio fieri intelligemus, si multum vrinæ generetur, & reddatur, paulò post in venis remaneat: sitiunt, corpus contabescit. Signum certissimum, si cum è latere in latus mouentur, percipiatur sonus aquæ defluentis. Vitio hepatis ortum cognoscimus ex dolore & distentione partis, & si nullus ex morbis superius enumeratis præcesserit.

A vitæ signum certissimum.

Tympanitæ causa.

In tympanite abdomen distenditur flatu. Causa, minor coloris mutatio. Succedit tynditibus, flatibus ventris non discussis, distentioni venarum, dolori circa umbilicum, qui nullis medicamentis cesserit. Initio veluti inflatio. Hinc flatu spissiores effecti in nubem, tandem in aquam, vt pluuiam, concresecunt aucto frigore, vel aqua è venis in spatium ventris, veluti per diapedesim effluit. Cognoscitur, quia venter tympani modo sonat. Facies minus recedit à naturali habitu, maior ventris distentio.

Non admodum formidabilis est aqua intercus, quæ nullo antecedente morbo: deinde quæ longo: omnium periculosissima, quæ ex acuto nascitur. A scirrho confirmato, non curatur, vix à resiccato nimis hepate: ab hydatidibus maximè. Signum pessimum, vbi vacuata, vel sponte, vel arte, materia, malum reddit. Causa enim pertinax. Ergo quod scribitur Aph. 14. libri sexti. Hydropes correpto, si aqua è venis in ventrem defluerit, morbum solui, non est perpetuum. Multis enim sponte vel arte commoto ventre, & aquosis multis inde expurgatis, non superfuit salus, quo modo sectis mors contingit, siue aqua fuerit in ventre, siue in thorace. Hoc in thorace annotauit Hippocrat. libr. de morbis, quod & experientia confirmat. Nam etiam si expurgeret aqua naturæ sponte, vel arte, si viscera vel corrupta, vel syderata, celerius moriuntur. Multos obseruauimus, qui ex alui profluuio melius habuerunt, sed paulò post manente causa morbus rediens interitum attulit.

Tympanitæ signum pessimum.

Hippocrates aph. 27. lib. 6.

Aliquando etiam in nimia effusione humoris vnà spiritus effunditur, quod Hippocrates monet in iis, qui secantur & vruntur. Ob idque oportet integris viribus, & priusquam viscera corrumpantur, remediis vti primùm purgantibus, deinde aliis. Libro de Iud. In hydropes detento, si aqua ad ventrem, aut vesicam fluat, solutio. In leucophlegmatia alui profluuium vehemens, solutio. Sed in Prædictionibus robusta viscera esse vult, si quis liberetur. Ex quo loco videndum, antequam curationem aggrediamur, an sit spes salutis, necne. Addit Oribasius tussim signum mortis in hydropicis. Et Aphor. 35. libr. 6. Aqua intercutē laborantibus tussis superueniens, malum. Sed hoc distinctione quoque eget. Si videlicet id fiat ab aucto morbo, & aquæ ratione, quæ iam pulmonum arterias asperas occupet, vnde tussis. Nam si aliunde, non ita mala. Ex obseruationibus nostris hæ non videntur prætereunda. Ioanni Blanché negotiatori Parisiensi in Angliam profecto Hyeme tumor cum miraculo quodam subsedit, euauitque morbus, nec rediit. An quòd integro, aut non ita læso viscere aqua partim calore nativo excitato, partim aëre marino resoluta fuerit? Cuidam per sudores sponte excitatos & quasi distillantem aquam, curatio. Alteri mors, cum multo alui profluuio tumor subsedisset, redeunte morbo. Hospiti leonis argentei in vico D. Iacobi inuenta sunt syderata intestina, & omnino corrupta, quasi sugillata, humor plurimus cruentus, & loturæ carniū saturaræ sanguine similis. Cuidam ad viuum resectis vnguibus pedum, exercitio & frictionibus paulatim humor illuc defluxit, conualuit. Domino Charon Abbati Sancti Petri, cum antea de renibus non conquereretur, febriçula, infirmitas virium, inclinante ad exitum morbo, venter vtrinque inflatus, dolens, obtigit. Vrina duos ante mortem dies suppressitur. Dissecto cadauere ren sinister totus absumptus repletus est, vomica plenus, quæ cruentam saniem reddidit. Dexter verò ren calculo vteretrem obstruente obsessus.

Tussis hydropis superueniens non semp. v mala.

Ioannes Blanché mirabiliter hydropes liberatus.

Hydropicorum historia.

Remedia sunt syrapi, opiata, clysteres, admota, pulueres, phænigmi, vesicatoria, cauteria, punctio, scarificatio cutis ad aponeuroses musculorum, diæta, digestientia, epispastica, cataplasmata, vnguenta, pilulæ, diuretica, apozemata, aquæ distillatæ ob tenuitatem vtiliores, decocta herbarum conuenientium, sanguinis missio, suppressis mensibus aut hæmorrhoidibus, victus ratio exsiccans, abstinentia à iusculis, potu, fructibus exceptis passillis. In leucophlegmatia, resolutis partibus in pituitam, purgantia, vomitus, errhina, masticatoria, & similia. In ascite aquam ducentia. Illigandus lino venter, & ita quotidie metiri conueniet, vt intelligatur, quid medicamenta profecerint. Cochlearum vsus, theriaca, iris siluestris, soldanella, vnguentum arthanitæ (illitum enim aquas per ventrem purgat, & digerit) emplastrum cæroneum auctum sulfure, succi ireos & ebuli crudi potius, quàm cocti, aquæ sulfuratæ, oleum de sulfure, decoctum guaiacæcum aqua terebinthinæ, rasura pergameni (quæ ratione aluminis & calcis in luxiuo ex rebus discutientibus comparato coquitur) ventri affigitur ad modum cataplasmatum, cui & alia pennifici possunt pilosella (quæ maximè obstructa aperit) aqua distillationis limacum, testudinum, cum alia materia. Sed mirum in modum potus abstinentia, vt & in ventriculo humidior.

Celsus laudat potum medium, qui vitam sustineat, & vrinas moueat. Metrodorus Epicuri discipulus coactus siti, bibere solebat, deinde vomere. Notanda historia Celsi. Apud Antigonum regem ex duobus Medicis vnus quandam morbo mediocriter implicatum negauit posse sanari. Alter se sanaturum pollicitus est. Prior respondit se respicere ad animum, alterum verò ad morbum ægri. Neque res sefellit. Cum enim posset optima victus ratione seruata curari, ob intemperantiam periit.

Cor. Celsus cap. 21. lib. 3.

Paracentesis. Erasistratus apud Celsum reprobat sectionem hydropicorum, quia semel effusa aqua, & affecto hepate, postea regeneratur. Si tamen priusquam putreat materia, & vires concidant, grauiusque affectum hepar, & partes aliæ fuerint, adhibeatur, optimè nutrito prius ægro, & confirmato, nihil peccatur. Sed extremum remedium est, & non nisi urgente necessitate vsurpandum, & cum magna Medici prudentia. Hippocrates non solum paracentesim, seu sectionem, sed vitionem etiam probat, pnto vel pulmone affecto, vt in suppuratis, vel vt paretur via scalpello, quemadmodum deinceps docebimus. In eo igitur libro, cuius initium est, *ἡ ἰσὶν ἀλλοιωτὸν ἀρτηρίαν*, suppuratos, qua parte pus se prodit in dorso & pectore vrit aut secat, alioqui enutritos prius lacte. In hydropicis verò venas in scroto crassissimas secat: paulò post in eodem scroto, femoribus, ac tibijs frequentia vlcuscula scalpello incutit. Deinde qua parte magis fluctat aqua, aut tertiam costam ab vltima ad os, ex quo terebra *κατὰ οὐρῆν πρὸς τὴν κεντρὴν* perforat, donec exeat aliquid aquæ, ex quo linamentū indit è lino crudo, spongiamque mollem alligat, ne excidat linamentum. Quotidie semel aliquid expurgat ad dies duodecim. 13. die reliquum aquæ emittitur, via relinquatur, vt quod supernascitur, effluat, venter cibus resiccatur. Si femur & scrotum intumuerint, vlnu sculis audaeter configito. Sæpe hepate maximo, & prius lacte nutrito ægro, non metallo, sed alia materia, inurit octo inde crustis factis. Nonnulli id faciendum censent buxis fufis feruenti oleo tinctis. Libro de locis in homine tenuissimis feramentis circa vmbilicum vrinæ tantum aquæ quotidie trahit, quantum vires ferant. Hoc semper obseruato, vrendum aut secandum prius, quàm pituita corrumpatur, viscera grauius ledantur, & vires concidant. Deinde vacationem paulatim, id est, 12. diebus, vt prius, faciendam. Galenus paracentesim in hydropes laudat, vitionem in suppuratis, duplicemque affert rationem, cur periculosa sit vniuersa vacuatio in hydropicis. Extinctionem, scilicet, caloris nativi, simul cum humore effluente spiritu, & pondus visceris: quod cum non amplius sustentatur ab aqua, septum, & reliqua thoracis viscera trahit deorsum. Plura sunt apud Albucaasim, Aurelianus, Paulum lib. 6. cap. 44. Recentiores turius progrediuntur. Viam parant cauterio potentiali, deinde actuali. Hinc scalpello perforant, & canulla canaliculo scalpello vruntur, vt minor fiat perforatio, locumque eligunt, vbi aqua deorsum in imum ventrem tendit, relicto hepate & hypocondriis, in medio muscu-

Celsus ibid.

Paracentesis non nisi urgente necessitate summa vsurpanda. Hippoc. lib. de inter. part. affect. lib. 5.

Qua diligenter
cauenda, ut legi-
time fiat para-
centesis, & va-
cuet.

lorum obliquorum epigastrii. Partem materię medicamentis purgant, topicis discutunt, siccante victu absumant; vires diligenter fouent. Minus metuunt à peritonæo perforato, quam à membrana succingente costas. Diligenter cauent, ne pungantur intestina, ne facultas hepatis sit emortua, scirrhus, aut splenis tumore, aut vlcere pulmonis, aut infirmis viribus, aut ætate senili æger laboret. His demptis minus est periculi, cum natura sæpè viam aq̄e moliat per vmbilicum, & quibus vulneratus est venter, nisi vulnus ad gracilię intestina penetret, omnes euadant. Longè tamen tutior scarificatio cutis totius ventris ad aponeuroses musculorũ, paruis scissuris, quibus per ventrè serum resudet.

IN CAPVT XXXIX. DE HYDROPE.

DVRETI ENARRATIO.

Quid hydrops.

Hydrops. Hoc est tumoris aspectabilis à cruditate nati, qui vel in abdomine, vel in toto corporis habitu existit, atque apparet.

Tria genera. Materia & loco distincta.

Ascites. Ab vtre nominatus quem Græci vocant *ἀσцит*.

Aqueo humore. Exudate inter peritonæũ & intestina, tũ facultatis segregatis, expellētis & attrahētis infirmitate, tũ materię segregatæ vicio in copia & qualitate. *Vitrè repræsētat.* Labefactata sãguificadi virtute, aut impedita functione hepatica. *Et peritonæum.* Tunicã illam densam & solidam, quæ totum vëtrẽm cõplectitur. *Cũ à liene.* Vt in scirrhus, liberaliore potu aquæ pluuialis atque stagnantis calefacto liene.

Malum orium est. Et hæc sunt verba Galeni comment ad aphor. 57. lib. 7.

Alterum genus hydropis. Qui vel nascitur ab impedimento functionis hepaticæ, infirma facultate coquendi & expellendi in proprio hepatis vicio, vel materię mitificandæ copia vel contumacia: accedenti vi partium singularum materiam crudam rapientium, sed apponere & assimilare non potentium.

Aqua inter cutem. Propriè dicta quod inæqualiter tumore quodam œdematõso caro totius coporis intumescat.

Aqua inter cu-
sem, seu leuco-
phlegmatica, seu
anasarca.

Quæ & leucophlegmatica. Quod turgidula cutis albescat à pituita, & mortuorum similis appareat.

Et anasarca. Quoniã ea cruditas per carnẽ diffusa cutis defœdationem afferat.

Effusa in cutem. Vi attractrice partium singularum.

Causa hepar est. Omnis hydropis, ascitis, hypofarcidij.

Omnino refrigeratum. Primigenia intemperie aut quæ alterius morbi successione venit.

Sympathia medi.

Vel per consensum. Qui sit vicinia aut communicatione vel societate operis & vasorum communionem.

Cũ ventriculo. Quem complectitur hepar, & cuius vel coctam vel crudam materiam excipit.

Hydrops per va-
riarum partium
sympathiam.

Liene. Maiore, minore, pigro aut nimis auido, qui hepar exhaurit.

Lateribus. Ilibus & lumbis, vnde mēfenterium originem ducit à neruis & ligamentis, quibus lumborum vertebræ inter se connectuntur.

Tenui intestino. Ieiuno, per interceptionem distributionis, effœta vi mēfaricarum venarum ab inflammatione eiusdem intestini.

Colo. Intestino quod subiacet ventriculo.

Renibus. Labefactata vi secretrice seri, aut etiam vasis obstructis.

Vitro. Non simpliciter intemperato, sed menstruorum suppressione, quorum ad hepar fit palindrome, vnde scirrhi generatio.

Pulmone. In capite de asthma & phthisi.

Ex immodica vacuatione. Per hæmorrhagiam, & dysenteriam, hæmorrhoidas quoque ipsas.

Aut eadem longius suppressa. Per scirrhum in hepate genitum ex anadrome sanguinis suppressi & exitum non habentis. Vnde fit alienatio facultatis sanguificæ & inde hydrops. Etenim frustratio operis, i. sanguificationis principium est causa generationis propinqua omnis hydropis.

Communis

Communis fore curatio. Quæ potius auspicanda est à symptomatis correctione, Curatio hydropis quam causæ amotione. Nam contra vim symptomatis natura magis est opis indigens. *Curatio à correctione symptomatis primùm inchoanda.*

Vel pituitam ducant. Ex toto corporis habitu. Nam quia albæ pituitæ dominantu tenentur, diarrhæa superueniente sanantur.

Et diureticis. Id est, vrinis cientibus, serum à sanguine fecernentibus quinto simpl.

Topicis. Id est, ad moris localibus medicamentis, vt fotibus, epithematis, cataplasmatibus, emplastris. *Topica.*

Tandem ferro. Paracentesi.

Leucophlegmatica. Vel leucophlegmati hydropi per habitum corporis diffuso.

Conuenit phlebotomia. Tum ad declinationem causæ antecedentis, tum ad libertatem spirandi lib. 4. de acut. morb. diar.

Quæ stasius discutiant. Et facultatem peristalticam intestinorum excitent.

Per intervalla. Quod in omni hydropes hepar laboret & virium magna sit imbecillitas. Sint autem blanda & lenia, & vt erunt gradus ipsius hydropis, ita purgatio debet institui.

Octauo. Et aliis quibusvis diebus paribus, non imparibus purgandum est.

Pilula de meserao. Si non sit generationis perennitas in hepate, quæ remediis alterantibus inhibenda. Maxime inquam laudantur, & inter hydragoga principatum obtinent, si antimonium exceperis, quod choleram facit. *Pilula de meserao.* Naturæ est inimicum.

Ne pharmaco ledatur. Nam quod symptomatis, hoc est, tumoris contra naturam nati à cruditate remedium est, sæpenumero fouet causam ipsius, ægrumque damnis auget. Nihil enim aut certè parum prodest riuum exaurire in fontis perennitate.

Opimum est vis sero lactis caprini. Si per validas ventriculi vires liceat.

Vomitibus visilis hydropis. Quia pituitam educit, vnde obstructions augentur.

Abominabilis vrina potus. Quod abundè testatur ea, quæ diutius in ischuria retinetur. Ephilepsiam enim, coma, plæraque alia grauissima inducit symptomata. *Vomitibus.* *Vrina potus perniciosus.* *Suppressa vrina mala.*

Quid ergo præstaret, si semel exclusa demum propinaretur.

Lapidem serpentis. Exemplum desidero. Repetenda sunt autem cataplasmata accommoda ex libr. 9. *De mensuris Galeni,* & ex capite de attrahentibus in auctoris chirurgica institutione. *Vnde petenda sint cataplasmata.*

Perseuerante malo. Si faculis, emplastris, cataplasmatibus aliisque remediis, nihil profectum sit, maneátque idem aut accrescat tumor, fouendi finem facito. Ex Hippocratis præcepto, ne aqua illa in consensum trahat intestina, vt idem Hippocrates in pleuritide præscribit, ne scilicet suppuratum fiat.

IN CAPVT XXXIX. DE

HYDROPE.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM

ANOTATIO.

Sequitur vt de hydropes omnium calamitosissimo symptomate hoc loco dicendum sit; Quod & causæ magnitudine, symptomatum vehementia, & curandi difficultate penè est insanabile. Primùm scire debetis quid sit hydrops, huius nomen multa significat. Hydrops igitur venit ab antiquo nomine *ὕδωρ*, & representat nobis speciem quandam tumoris aspectabilis & tractabilis; cuius causa cruditas, aut flatulentus humor sub conspectum cadit. Sed tamen hydrops apud Hippocratem pro naturali humore vsurpatur, pro eo scilicet, qui edito in lucem foetu diffunditur, lib. de nat. pueri. Est etiam hydrops vnus è quatuor humoribus sanguinis massa complexus, ex libr. 4. de morb. vbi de hominis generatione agit, docetque semen ab om-

Hydropis calami-
ditas.

Hydrops vnde
dicatur.

Hydropis variis
significationes.

Cneorum & hypophæ ab Hippocrate præscripta.

volunt esse fissuram. Nam ut prius dictum est remedijs locus non esset, ac temerè præscripsisset Hippocrates cneorum & hypophæm, quæ mitificam vim habent e-

Ascites extympanitate causæ efficientis, tum ratione humoris morbifici, partium obfessorum conditione, tum difficultate curandi

Refluxum hunc quoque fieri ait Auicennas humore refluxo ab hepate in *νεφρον*, id est, meatum, quo sætus in vtero urinam red-

Ascitis causa & tympaniti.

debat. Non enim per *νεφρον* excernit, donec sit in lucem editus, vnde confecto hydrope intumescit umbilicus Quæri autem solet, utrum hydrops sit calamitosior,

Cui hydropi paracentesis sit inutilis. Qui hydropi paracentesis cu ratione recti fiat.

ascites an tympanites, quorum eadem sit sedes. Ascites videtur periculiosior, tum ratione causæ efficientis, tum ratione humoris morbifici, partium obfessorum conditione, tum difficultate curandi Ferè enim accidit ascites *διὰ τὴν σπέρματιν διέ-*

Αναμφαλέτως superiorum.

Quorum vnum fit contracta in ventrem aqua & dicitur ascites, atque magnitudine causæ, symptomatum vehementia & difficultate curandi calamitosissimus est, ferèque incidit à diurnis morbis vel acutis per marasum *σπέρματιν*. At is ascites qui fit aut impedimento facultatis hepaticæ, vel alienatione facultatis hepaticæ facile non recipit curationem, propter generationis perennitatem. In san-

Hydrops à suppresu mensibus & hæmorrhoidibus.

bilis quoque euadit ab alienatione facultatis sanguificæ, cum alienat ipsa facultas sanguinis suppressione, sanguinis immoderato profluuio, & marasmo periphrygei. Fit enim hydrops per immoderatam sanguinis suppressionem, ut hæmorrhoidum & menstruorum per scirrhum Nam si vna earum non aperta omnes cur-

Hydrops à nimia sanguinis detractioe aut profusione. Tussis hydrophis lethalis finium. Exulatio arboris Hippocratis & Galeni lapsus.

rentur, sit anadrome in hepar; quæ si anagogem per nares non habeat, faciet scirrhum. Adde quod sanguinis immoderata copia calorem natium inuadens tanquam impetu, ipsum extinguit. Idem accidit si sæpius sanguinem detraxeris, aut idem sponte effluxerit, eo quod vires hepatis, corporis necessitati respondere non possunt. Accedit quod aqua quæ stibulatur in ventre, nisi exitum habeat primis diebus putrefcit, putredine partes vicinas contaminat & facit metastasim ad thoracem, vnde siccitas & tussis; quæ cum superuenit, lethale. Nullus enim hydrops, cui ad finem superuenit tussis, sanitatem recipit. Neque omnis hydropticus sanatur exclusione aquæ, sed is tantum qui à simplici suppressione factus est hydropticus. Neque videtur potior Galeni sententia quam Auicennæ. Galenus enim ad aphor. 55. libr. 7. aphor. *Quibus hepar &c.* non necessariò interitum consequi, idcirco putat, cum tamen eo loco Hippocrates intelligat de eo hydrope qui fit à vitio ipsius substantiæ hepaticæ; quemadmodum ex hydatidibus, quæ ipsius hepatis corruptelam indicant, eæque ruptæ magnam aquarum copiam effundunt in capacitatem abdominis, ac propterea quod intemperies illa & substantiæ hepaticæ corruptela restaurati non potest, sequitur necessariò generationis perennitatis facultatem hepaticam impediens, & alienationem facultatis

eatis sanguificæ fouens, quæ omnis curationis spem præcipit. Necessariò igitur cum Auicenna sentiendum est hoc hydropis genere affectos interire. Ergo neque curari poterit qui aliorum morborum successione fit, quia est generationis perennitas ab intemperie & vitio hepatis. Solus ille hydrops curatur qui fit integris visceribus. Hydropi autem succedit tussis per *νεφρον* & signum est lethale. Est alia tussis hydropis pathognomonica, de qua non loquimur. Alterum genus hydropis est, & dicitur anasarca, quod nomen apud Hippocratem nusquam legitur. Galenus vocauit *ἀσκήν φλέγματος*, quia mortuorū colorem phlegmatici referant. Dicitur etiam hoc genus hydropis hypofarcidios, vel epifarcidios. Tortia hydropis species tympanites appellatur. Sed illud notare debetis quod scribit noster auctor, nempe hydropem fieri per sympathiam multarum partium, ut laterum. Per latera, ilia & lumbos intelligit, vnde mesenterium originè ducit à neruis & ligamentis, quibus lumborum vertebræ inter se copulantur aphor. 2. sect. 4. lib. 6. Epid. Nusquam fuit ingeniosior Hippocrates quam in lumborum sermone. Lumborum quinque sunt vertebræ tantum in hominibus Af-

Auicenna sententia melior. Qui hydropi sanabilis aut insaniabilis.

Anasarca, alterum hydropi genus & eius varia nomina. Quid per latera Hollerius intelligat. Lumborum descriptio. Mesenterij partes duo.

ficiuntur in spinali medulla, in ligamentis, ex quibus mesenterium originem ducit; quod diuisum est in mesarum, quod cingit tenuia intestina dicta ab antiquis *ἀσκήν* & *χρόν* enim est tenuis, rarus, laxus, *χρόν* tenuis intestinum. Vnde apud Celsum cap. 13 libro 4. *χρόν* morbus tenuioris intestini. Mesenterij pars altera dicitur *μαστικόν*, id est, interstitium crassorum, seu crassum intestinum. Si igitur lumbi intemperiem hæcticam conceperint, huius participes fient partes quæ ab iis originem ducunt, sicque per communionem & viciniam afficiuntur. Hinc hydrops ficcus, cuius causa materialis flatus est, qui ferè semper continetur in capacitate intestinorum, non in abdomine. Efficiens causa est caloris natui imbecillitas, *ἀσκή* & principium, lumborum intemperies, ut ex prolapso catarrhi. Sic multis dissectis deprehendi ventriculorum & intestina distenta. Vide aphor. 2. lib. 2. prognost. Quo in loco textus Galeni Græcus est emendandus. Ibi enim legitur *quod est tollendum*. Sequitur ut remedia præscribamus ad singula hydropum genera, prout eorum hyparxis in pituitæ, bilis, & feri collectione consistit. Primum igitur à symptomatis correctione incipienda curatio est hydragogis & diureticis in scripti auctoris explanatione declarandis. Sed si ferro locus sit, alia non sunt tentanda remedia. Nam dum his incumbimus corrumpitur aqua. Quod si ferro sit locus, *ἀσκή* sectio fieri debet, alioqui nihil temerè tentandum. Soleo sæpe dicere quod ad declinationem hydropis necessaria est sanguinis detractio. In curatione tympanitis sæpe est necessaria ad inflammationem ieiuni intestini. Præterea in metu ascitis, in marasmo *σπέρματιν* necessaria est sanguinis detractio. Ad arcendum igitur hydropem qui venit ab inflammatione ieiuni intestini propter prohibitam distributionem necessaria est sanguinis detractio, tum ad hydropem exorientem à marasmo periphrygei. At in perfecto & absoluto hydrope non imperanda, nisi in leucophlegmatia, ad cuius curationem semper est præscribenda. Immodica enim ut lignorum strue ignis suffocatur, sic nimia materia calor natium extinguitur. Ergo ad declinationem causæ antecedentis & libertatem spirandi restituendam sanguis ex basilica mitteretur. Sed quoniam ferè nascitur leucophlegmatia à suppressione excrementi, ut hæmorrhoidum & menstrualis materiæ, venæ malleoli secanda est, aut ut dictum est basilica, sicque sanguinis detractio calorem euentilabit prius nimia humoris conclusi copia obrutum aut intemperie frigida obfessum. Purgationi operam dare oportet per hydragoga, sed lenibus pharmacis, ut scilicet hydropis causa est, & est incrementum symptomatis. Nam hydropticæ causæ neoterisimus debetur, materiæ purgatio. In omni hydrope viscera laborant, præcipuè hepar, proinde blandis catharticis & per interualla vtendum erit, ut erunt gradus hydropis 8. 10. & 12. die. Quoniam partibus diebus purgationem dare oportet. Vnde Hippocrates lib. 4. de morb. & lib. *ἀσκή* reprehendit Medicos, qui diebus imparibus medicamenta præscribunt, cum demonstrat humores moueri imparibus diebus, & proinde iis non conuenienter cathartica præscribuntur. Praxis hæc est Hippocratis. Præscribebat hypophæes & cneorum. Rei herbariæ scriptores de hypophæe dubitant. Cneorum quidam putant esse cassiam. Ergo qui

Hydrops ficcus & eius causa. Emendatio textus Galeni. Hydrops curatio vnde sit ascribenda. Quando vena sectione opus sit in hydropi curatione.

Inleucophlegmatia curatione. Semper phlebotomia necessaria.

Purgationis in hydrope ratio. Partibus diebus medicamentis exhibenda.

Nam humores ita conturbant ut corporis humani æconomia maximè afferat detrimentum.

diebus imparibus cathartica præscribunt, ægros ad exitium præcipitana. Hiera picra in puluere & opiata est exhibenda. Si hydropsis causam consideres debentur humectantia, symptomati resciantia. Sic nos exhibemus electarium solemne ex santalis, syrupum de cichorio simplicem. Quod si ab hepate metus sit, vile erit electarium triasantali, & si exhibeatur duplicato rheo, medicamentum erit hepatis *ὀνηροφυον*. Cuius ope quandam curavi eductis biliosis meracis & glutinosis excrementis; quorum adhæsu prius sævis cruciatis agitabatur. Eius autem dosis hæc est: *℞. Specierum triasantali ʒ ij. rhabarb. electi ʒ ij. vel ij. sacch. ʒ ij. vel iij. tabella.* Tria præstat hoc remedium; liberatorem meatuum efficit, visceribus, ventriculo & hepatis robur addit, materiam *ὀνηροφυον* excludit, sine vlla offensione. Pilulæ de laureola inter hydragoga principatum obtinent, si antimonium exceperis, quod tamen non est exhibendum cum cholera faciat. Quicquid autem cholera facit, inimicum est naturæ. Radix ireos vim mirificam habet ducendi aquas si cum vino albo exhibeatur eius succus, idque si vires ventris & intestinorum sint validæ. Asthmaticis soleo exhibere carnem galli decrepiti cum passulis & brassica rubra, unde fit manna. Vinum scilliticum est exhibendum, si intestina non sint infirma. Radix scillæ acerrima est, & vinum deducit, vrinamque ciet. Sed symptomatis alius exhiberi non debet. Quod autem auctor noster præscribit secretum non reuelandum, scire debetis hæc omnia, ex quibus conficitur, bellum indixisse intestinis & visceribus. Et quod ab auctore proponitur spectat ad aquas expellendas, ne putredine diurna mora comparata ipsa intestina corrumpat; quæ cum sicca sint, sicco gaudet loco, & vnum quodque suo temperamento contineri debet: Quod & Hippocrates in capitulis vulneribus præscribit, cum ipsa madefacienda vino prohibet, quia contraria est capitulis *ὀνηροφυον*, complexio. Est igitur complexione *ὀνηροφυον* & *ὀνηροφυον*. Sed tamen aduertendum hanc violentiam aquarum exclusionem non fieri sine hepatis damno & ventriculi, quia resoluantur ipsius vires propter hydragogorum vsum. Ergo in remediotorum præscriptione summa adhibenda est cautio, ac cum summa religione hydropicis cathartica sunt præscribenda. Nam ferè fit ut quod symptomatis remedium est, sæpenumero foueat causam, ægrumque damnis augeat. Itaque ita medicamenta hydragoga comparanda sunt, ut ventriculi iecinorisque robur seruent & aquas purgent. Quod aptè fiet ex sequentibus.

Electarium.

Pilula de laureola.

Antimonium. Radix ireos.

Vinum scilliticum.

Observatio de secreto non reuelando.

Capitis ulcera vino non madefacienda.

Cautio in hydropicorum purgatione adhibenda.

Peccia.

Capit serpentis.

Paracentesis quomodo fit adhibenda.

Cataplasmatum & emplastrorum materia.

Radices ranunculul bulbosi ad bubonis pestilentis curacionem.

℞. syr. de cichor. compositi cum rheo ʒ. ʒ. syr. rosar. laxatiui ʒ. j. in aquis agrimo. cichor. endiu. fumar. absinth. tantillum: electar. santal. cerati santal. mixtura corti. citri. myrob. cardiacorum, mixtura conserua. buglos. rosar. capill. vener. violar. Quibus dum vacationi studemus, visceribus non nocemus. Sunt qui veluti arcanum probant lapidem serpentis: sed exemplum desidero. Fieri fortasse potest, ut aquam quam ipse serpens in vas excluderit, exhauriat, propterea quod rarus & spongiosus est. Idem verò prætare & aquam intestinorum contactu exhaurire, in hydropè vix crediderim. Extremum est paracentesis ex auctoris nostri sententia. Sed supra monuimus ex Hippocratis doctrina statim initio administrandam cum scilicet hydrops non sit ex perenni generatione causæ morbificæ, sed ex simplici suppressione ac semper in sinistra parte exhibenda. Reperenda autem cataplasmatum & emplastrorum materia ex Galen. lib. 9. de compos. medic. *ἢ τῆμος*, & ex capite de attrahentibus in institutione chirurgica auctoris.

Cum exoritur bubo pestilens, in pedis minimo articulo, si inguini insederit; si in axillis, in digito auriculari adhibito radice bulbosam ranunculul secundæ speciei (*apium risus vocant*) materiam pestilentem educit. Quæ rusticorum experientia à Dureto est obleruata.

Rondeletius Galenum reprehendit, quod dixerit leporem marinum solum pulmonem exulcerare. Hunc tuemur Duretus Epistola ad Rondeletium scripta, Galenum dixisse solum non solum. Quo etiam modo dicimus cantharides solum vesicam non solum vesicam exulcerare.

ANT. VALETII EXERC. XXXIX.

Hydropum generatio modus.

AD frigidam iecinoris intemperiem hydrops consequuntur, labefactata scilicet hæmatosi, & toto corpore refrigerato. Unde vel pituitosus & fetosus humor inter peritonæum, epiploon & intestina, transiens per mæsaraicas venas, quæ ad eadem intestina terminantur, colligitur tumore ab ingrauescente malo ad femora progrediente, simulque in ventre, vel in vtre, fluctuationibus exciatis, & hinc ascites: vel eadem ventris loca spiritu flatuoso replentur; & cum flatu ait Aetius, quasi nebulosus est humor, unde tympanias: vel fit aquosus sanguinis plurimi in vniuerso corpore collectio, in qua corporis habitus spongiæ instar intumescit, & fit anasarca. Ascites & tympanias à minore sunt frigore, quam anasarca. Hydropum causæ fuscissime trahuntur ab Hollerio & comment. Galen. in aphor. II. lib. 4. Aphor. comment. 4. de ration. vict. in acut. 2. Prognost. Signis vix opus est aliis, ut discernantur, sed maxime spectandum, vtrum hydropicis sit ab hepate per se, an ab aliis partibus per consensum. Quando per se, tussis leuis, siccaque molesta est, hepate mole sua pulmonem in angustiam trahente. Deiectiones paucæ & aridæ sunt, quia rapitur alio aquosus humor, & illæ in intestinis residues torrentur, præcipue verò si inflammatio accesserit. At cum aliæ primum laborant partes, suis propriis internoscuntur signis.

Curatio in æmorum præparatione, vacuatione, & affectarum partium confirmatione est posita. Humores parabit id apozema.

℞. quinque radic. aper. in vino albo. macerat. ʒ. i. rad. rubr. sinctor. valerian. enite. raptan. ireos cort. ad fraxin. & ramarisc. & similiter macerat. ana ʒ. ʒ. omnium capitul. end. agrimon. ruscus. cichorij. absinth. Röm. ana M. i. semin. anis. meson. cucumeris. card. benedict. ana ʒ. ʒ. flor. cardiac. anth. & genist. ana p. i. f. decoctio ad lb. i. In colatura dissolu. syrup. capill. ven. & de bizantijs ana ʒ. ʒ. f. apoz. clar. & conditum, ut docet. pro dosibus ʒ.

Aduerte autem si febris adfuerit, ut plerumque esse solet, aut si hydrops calidatus hepatis intemperiem consequatur, admisceri oportere frigidas herbas hepaticas, itemque semina frigida maiora & minora, quæ alia contemperent. Si purgans esse volueris, in huius decocti lb. i. colata infundantur fol. sennæ munda ʒ. ʒ. ʒ. 2. agarici ʒ. i. cinnamom. vel pulue. electar. triasant. vel zinziberis ʒ. i. In expressione dissoluentur succ. ireos ʒ. ʒ. ʒ. 2. syrup. laxatiui ros. pallid. ʒ. ʒ. ʒ. 2. sacch. q. s. fiet syrup. perfectè coctus: de quo capiat æger ʒ. ʒ. 2. ex cochleari, vel cum aqua cuscute, aut absinthij, aut cum decocto cicur. rubro. semel in hebdomade. Vel purgans medicamentum per se post sumptas apozematis superioris doses sic præscribitur.

℞. rad. gram. petros. & fenic. passul. mundat. glycyrrhiz. ras. ana ʒ. ʒ. 2. agrimon. endiu. capill. veneris ana M. ʒ. semin. fenicul. endiu. mel. ana ʒ. i. fol. senna mundat. ʒ. ʒ. ʒ. 2. fiat decoctio, & colatura ad dosim. In qua infunde res elect. ʒ. i. agar. trochisc. ʒ. ʒ. 2. cinnamom. ʒ. ʒ. In expressione dissol. syrup. capill. & ros. pallid. laxatiui ana ʒ. ʒ. ʒ. 2. fiat po. P. pauperibus diacar. hamum, diaphenicum, fol. senna imperantur: vel pilul. assaïret. elephang. de rhabarbar. agaric. succis hydragogis excepta. duobus, aut tribus elateryj granis additis, si frigidior & humidior celi constitutio permittat.

Saluberrimus erit clysterum vsus, qui modo leues erunt, modo aciores ex di-
sentientibus flatus parati in quibus dissolu. diaphenic. benedict. laxat. mel. an-
thof. ol. aneth. Sæpè vero actensitum dum putgatur. hepar roborari debet, ne factum debilius, aquas denuo generet. Itaque tale electarium percipiatur, cuius tabella vna è imidia hora ante pastum sumatur.

℞. puluer. electar. ransantal. dupl. rheo ʒ. i. spec. diath. Abb. & latisc. Galen. ana ʒ. ʒ. ʒ. 2. r. corn. cer. ebor ana ʒ. i. margarit. electar. ʒ. ʒ. ʒ. 2. sem. acetos. plantag. ana ʒ. i. cum saccha. in aqua absinth. aut agrimo. dissolu. f. electar. per lozeng. ponder. ʒ. ʒ. ʒ. 2. vel adiecta conseru. rosar. capill. ven. f. conditum, cap. ut supra.

Atque superiora hæc remedia omni conueniunt hydropi: præter quæ & sua sunt cuique peculiaria. Cum enim tympanites & ascites nunquam sectione ve-

Set. 4. lib. 6. vlt. rat. in nint.

næ profligentur, ea tamen anasarca incipiens integris adhuc viribus, & hepate non vique adeo perfrigerato iuuatur, quod naturam leuet humorum copia grauatam, maximè si talis hydrops à suppressis mensibus, aut hæmorrhoidibus fiat. Quæ distinctio maximè obseruanda. Nam alia si subsit causa, vitanda phlebotome, siquidem sanguinem mittat laudabiliorem: prauum verò, qui in primis venis circa mesenterium & iecur congeritur, in corpus rapiat vniuersum. Sic etiam in ascitæ remediis substitui debent quantitate maiore, quæ status discutiunt. His autem artibus postquam toti prospectum est corpori, topica, quæ robur hepatis & ventriculo concilient, materiamque resoluant, qualia sunt fomenta & litus, vsurpantur.

R. agrimon. maioran. menth. sic. stæchad. absinth. ana M. i. rad. cyper. calam. ayomat. ana 3. 2. flor. chamam. melilot. ros. rubrar. ana pugil. i. fiat decoct. in aqua & vin. rub. pro foru hepatis cum spong. Post forum siccata pars illinenda.

R. olei cappar. & absinth. ana 3. i. puluer. calam. aromatic. & absinth. ana 3. i. cum cera fiat linimentum.

In tympanite vtiora sunt cataplasmata ex farinis diaphoreticis orobi, lupinor: fœnugræc. lolij, & calid. herbis ac seminibus in vino, aut vrina pueri decoctis, adiecta portione emplastri de baccis lauri, vel vnguent. Agrippæ, vel Martiati. Huc faciet emplastrum de bacca laur. & de meliloto cum succo rutæ, aut simili, & pauca aqua vitæ emollitum, vel emplastrum è stercore vaccino, caprino, aut columbino, sulphure, baccis lauri, farin. lupinorum, axungia gallinæ & oleo rutaceo additis.

Vel. R. organ. calamenth. rut. agrimon. fœoenanth. ana M. 2. baccar. laur. iuniper. semin. caru. anis. fœnic. ana 3. ℥. flor. chamamel. aneth. & anth. ana pugil. 2. impleantur sacculi duo, qui bulliant in aqua & vino albo profors. Hunc sequitur litus. R. olei rutæ. & irini ana 3. i. puluer. rad. ireos 3. 2. cum pauco emplastro de melilot. fiat linimentum.

Ad ascitum sacculi comparantur milio, semine apij, cumin. caru. bacca. laur. contus. florib. chamam. melilot. torrefactis ante singulis in farragine, & vino albo irrigati. In anasarca stupæ siccæ meatus aperiendo, sudores proliciendo, discutendo, magnum afferunt adiuumentum.

Vel humidus vapor decocti conuenientis corpore excipitur. *Vt,*

R. rad. fœnic. ebuli, ireos, acor. enul. camp. ana 3. i. cortic. inter. ulmi. & cappa. ana 3. 3. hyssop. rat. salu. agrim. ros. calamenth. organ. absinth. ana M. i. semin. petros. rut. cyper. baccar. laur. & iuniper. ana 3. ℥. flor. chamam. aneth. anthos. & melilot. ana p. i. f. decoct. in aqua & vino albo cum pauco aseto in sine addito. Lapid. igniti in id decocti iniiciantur. Vapor toto corpore, vt dictum est, bene contesto recipiatur.

His præsidij si non cefferit hydrops, hydragoga medicamenta reperentur, itémque topica supradicta. Sitis, quæ in hoc affectu premit maximè, tolerata, nonnullis remedia est. Id nobili constat historia. Rusticus, quem aqua inter ceterum male habebat, Antonij Beniuenij Medici clarissimi opem exposulat. Hic morbum iam inueteratum perspicuus, subridens respondit opus esse, vt non vltra biberet, quam vt vitam sustineret. Discessit æger, & anno peracto medicum inuisit, & interrogat, an ipsum nosceret. Negauit hominem nosse. At ille, tua ope curatus, inquit, ad te reuertor, scire cupiens an adhuc mihi liceat aliquid bibere, cum hæcénus per annum nihil biberim. Admiratus Medicus interrogat, cuius id consilio fecerit. Cui ille, tuo, inquit, & rem omnem ab initio narrat. Inisit tum paulatim vino assuescere, austero, ac tenuissimo. Discessit, & curiosa portione vsus pristinae sanitati est restitutus.

HOLLERIVS.

HOLLERIVS.

Curatio lienis. CAP. XL.

SPLENICOS I appellant, quibus induruit 2 lien, 3 grauitas sinistra parte lentitur. Difficultas est 4 anhelitus, 5 sitis, oris, siccitas, 6 pedum inflatio, 7 color plumbeus, 8 decubitus in 8 sinistram latus grauis, extat durities 9 oblonga, dolor ad 10 iugulum sinistram tendit, pediculi scitent, nocte 11 sudor grauis, fœtet 12 anima, pudenda 13 turgent, erumpit 14 sanguis, gingiuarum 15 corrumpuntur, venæ ad lienem nigricant, & squalescit cutis, vlcera maligna in tibiis nascuntur. Quorum aliqua vel omnia lienosos produunt. Lege quæ annotauimus in aphor. 43. lib. 6. & Celsum capite 7. lib. 2.

Curatio.

Initio molliendus 16 venter cassia vel catholico. Quod si inferiori parte visceris scirrhus est, clysteribus vtendum erit. Post hæc phlebotomia conuenit è basilica sinistra, in duos dies diuisa vacuatione, amplo foramine. Quod si vires suspectæ sunt, vena quæ ad medium digitum, vel minimum venit, incidenda est. Alij venam post aures 17 diuidunt, & sanguine, qui effluit, lienem inungunt. Veteres enim naturali quadam ratione atque beneficio constare crediderunt, superfusum sanguinem languenti membro præstare medicinam. Quod & Veterinarij retinent. Constat quoque certo experimento venas apertas, quæ ad lienem nigricant, vehementer profuisse, vt inde inueteratum malum & contumax omnino curatum sit. Iisdem venis sanguifugæ & cucurbitulæ cum scarificatione affigi possunt. Sed hæc localia remedia lienem, vacuato iam corpore conueniunt.

Purgandum quoque corpus est, idque ex interuallis, pharmaco quidem per os sumpto, si magnus tumor est, aut superiori visceris parte collocatus. Diuretica non ita profunt, quia à liene ad renes non 18 ita comparata via est. Ceterum iuuare possunt alia ratione, quia videlicet incidunt, & aperiunt.

Portiones & melicrata ex cortice radice 19 cappar, scolopendrii

communicatur. 11 Ex partium succorum pleontia: unde purgationis necessaria significatio fit. 12 Hæc in alio corruptione. 13 Ex flatulento spiritu. 14 Criticus, aut symptomaticus. 15 Ex translatione materiae, si e acerbis vniuersis, per continuitatem interioris iunicæ, quæ palato & stomacho communis est. 16 Expurganda prima regio corporis, vt splenica medicamenta ad lienem adijci habeant. *Vt. Rec. cass. recens extrac. Drach. vi. cum saccharo singulari bolus. Deinde. Rec. sol. femina mund. Drach. iij. vel Vnc. β. macerentur in decocto pruno. damas. & stat. m dilutum superbibatur. 17 Et quidem si ratione, nec sine periculo. 18 Tamen secundo iudicio lienem per vrinam interdum vacuatur Hipp. lib. de internis affectionibus. 19 Nam quale est hepatis absinthium, talis est lienem cortex cappar. & quale est hepatis eupatorium, tale & lienis scolopendrium. Sic itaque fiat melicratum. Rec. cort. rad. cappar. Vnc. vi. polyspod. querni tantundem. f. decoct. sufficiens: in colatura dissolue mellis Vnc. iij. f. hydrom. Utatur horis duabus ante pastum.*

dria, capillaribus, rosmarino, radice tamarisci, semine agni casti, endiuia, scariola, portulaca, seminibus illis maioribus & minoribus, cortice & radice salicis, fraxini, genista, & alijs, quae capite de oppilatione hepatis scripta sunt.

Purgationes ex epithymo, foliis fennae, puluere hierae 20 diacolocynthidos, & alijs, quae cap. de melancholia descripta sunt. Ex sero caprino, aqua fabrorum, aut ea, in qua chalybem candentem sapis extinxeris.

Laudatur aqua depurata, quae est cotibus defluit, cum acuuntur enses. Lixiuum, oxymel, acetum scilliticum, syrupus acetosus, syrupus capill. ven. de pomis, aqua, & caetera, quae partim capite de oppilatione hepatis, partim cap. de hydrope dicta sunt.

Capparum 21 vsus ex oleo & aceto plurimum laudatur. Laudatur vas e ligno fraxini, quo vtantur, dum bibunt. Corallus quoque tritus ex syrupo acetoso. Optimum interim erit his vti trochiscis. Puluer. tamarisci, radic. cappar. ceterach. ana ʒ. i. limatura chalybis ʒ. β. spica, cinnamom. ana ʒ. i. sacchari borraginati ʒ. i. cum oxymelite fiant trochisci.

Ad vehementem etiam lienis dolorem, inflationem, duritiem, puncturam, mirabilis est puluis diacapparum a veteribus sic con- cinnatus. ℞. cortic. radic. cappar. exag. 27. (est autem exagium Actuario sextula, sexta vnciae pars) semina acetosa exag. 18. cortic. radic. tamarisci exag. 9. trita in puluere dentur cum aqua, vel oxymelite, exagij vnius pondere. Decumbat in sinistram latus aeger, & tres horas ieiunet. Sumendi tempus hora noctis media, vti cum sitis vrget.

Durities vero, quod attinet ad topica, mollientibus, incidentibus, resoluentibus curanda est. Adstringentia quoque commiscenda, vt inde roboretur 22 viscus, plus minusve, pro ratione fluxionis & infirmitatis visceris. Mollies hoc vnguento, incidet, ac resoluens.

℞. 23 olei de capparibus ʒ. 6. medullae vituli, pinguedinis anatis ammoniaci in aceto dissoluti ana ʒ. 2. aceti ʒ. i. cerae quantum sufficit, fiat emplastrum molle ad formam linguae bubulae.

Remollit butyrum, adipex cap. 7. lib. 5 de Simplic. & libro 5 de compositione pharmaciae secundum genera.

Radix lilij, maluae, bimaluae, brancae vrsinae siue acanthi. Scilla quoque & radices in oleo & vino austero coquantur, ad consumptionem vini. Deinde ad formam emplastri imponuntur.

Contra tumores & obstructions lienis praestantissimum istud est vnguentum. ℞. mucagin. seminis al. hae extractae in vino albo tenui ʒ. 6. olei de capparib. ʒ. i. adipis anatis ʒ. 3. puluer. ceterach. ʒ. 2. f. vnguentum. Aliud. ℞. olei rutacei, ol. de capparib. ʒ. 6. puluer. radic. cappar. ʒ. i. cerae & aceti scillitici parum, fiat vnguentum. Vel. ℞. olibani, ammoniac. ana ʒ. i. dissoluantur cum aceto ad crassitudinem: deinde cum succo brassicae diu pmsentur, & apponantur ad duritiem splenis.

20 Praeterea ex descriptione Paschy apud Scribonem Largum.

21 Capparum vsus, sine delictu minimi est ad mittendum. Dum enim ex aceto sumuntur, oxyregmiam parant.

Adde quod humor melancholicus ab aceto fermentetur Hippocriti. 3. de vici. rat. in morb. ac. Sed tales ex vsu esse poterunt capparum. Rec. capparum lib. ij. p. ful. Corinthiac.

Lib. i. reponatur Lib. i. sacchari cum vnc. β. cinnamomi in vase affundatur aliquid aceti. Haec venter non oberunt.

22 Communi vni officio sunt.

23 Vel Rec. medulla cerui, aut arum vituli, butyris anatis, olei de cappar. ana Lib. i. ammoniac. in aceto dissol. Vnc. 21. aqua rosar. Lib. β. coquantur ad consumptionem praedicta aqua in balneo maria, quo linatur lienis regio, leuiter fricanda manu.

Ficus pingues similiter preparatae, ammoniacum in aceto dissolutum, & ex oleo rosaceo, oleo in quo scolopendrium coxerit, oleo amygd. dulcium, de lilijs, de cucumere asinino, de hyperico, de ben, de capparibus. Conuenit & emplastrum de meliloto, dialthaeas, cerotum aescyphi, diachylon sine gummis, cum mucaginibus radicis althaeae, lini, foenugraeci. Vbi iam remollita durities est, lapis molaris, pyrites, aut 24 lapis alioqui durissimus aceto acerrimo candens extinguitur, linteis inuoluitur, & saepe apponitur. Alioqui fumus excipitur. Sed his vtendum est solum, cum iam aliqua ex parte remollitus tumor est. A quorum vsu ad remollientia redeundum est, oportetque per interualla alternatim vti his remedijs. Postea vero fortioribus vtendum erit, ac primum quidem ammoniaco opopanax miscendus est. ℞. ammoniaci ʒ. i. β. opopanax ʒ. i. Dissoluantur gummi in aceto: deinde malaxentur cum oleo de cucumere asinino. Iam quoque miscbitur emplastrum Agrippae: & vt minuetur tumor, veniennus ad emplastrum de fermento, ad dropaces, ad sinapismos, ad cauteria tum potentia (vt vocant) tum aetralia.

At si humorum inhibitioni sit eadem opera incumbendum, emplastrum eiusmodi conuenientissimum erit.

℞. resinae fixae ʒ. 12. cerae, ammoniaci ana ʒ. 6. auripigmenti, aluminis scissil. olei veter. ana ʒ. i. f. aceti acrioris q. sufficit ammoniaci soluendo. Sacculis quoque vti oportebit resiccantibus ac resoluentibus, nunquam tamen neglecto remollientium vsu. Sacculi.

℞. milij parum conuassati P. 2. falis P. β. torrefiant in tegula calida. Fiant duo sacculi longitudine dimidij palmi, interpuncti in linteo trito & raro, & perfumigati cum aceto acerrimo, in quo lapis durissimus & igne candens extinctus sit.

Contra rugitus & fluctuantem 26 aquam e regione lienis probatum est hoc veterum remedium.

℞. pipetis, cumini, rut. ana exag. 10. nitr. exag. 9. melle optimo excipe. Dentur mane & vesperi exag. 2. Vel.

℞. nigellae Romanae, seminis anif. apij. petros. cumini ana exag. 2. misceatur lib. i. farinae, pistoria arte, fiat panis. Possunt & species e vino dari. Melior panis, si ex aqua decoctionis fraxini pinfatur.

Frequens hoc malum est ortum a frigore, quod post plenilunia frigidiore caelo post vsu aquae & frigidorum magis apparet. In quo purgandum corpus est per interualla ex hiera aliquando simpliciter, aliquando diacolocynth. Vel.

℞. aloes succotrinae ʒ. 3. rhab. electi, agar. tro. ana ʒ. β. ceterach, scolopendrij, sem. agni casti, & endiuiae ana ʒ. β. cinnamomi, asari, spicae, rasurae cornu cerui, rasurae eboris, coralli ana Gra. 8. cum aceto scillitico formentur pilulae. Vtatur ʒ. i. singulis hebdomadibus. Exsiccanda quoque aqua sacculis.

℞. cumini. P. 2. sem. agni casti, sem. rutae ana ʒ. i. crassiuscule

24 Aut etiam laterescendentes aceto extincti parti admouetur ad discutiendum.

26 Frequens clysterum ex decocto capitis veruecins vsu mirifice confert ad rugitus & fluctuantem, aquam e lienis regione.

conquassata, & in tegula siccata, duobus saeculis (vt prius) includantur, & calidi facculi alternatim apponantur.

Vaporatio quoque conuenit ex durissimo lapide candente extincto in aceto, in quo ebulus, folia falicis & scolopendrium coxerint.

Vnctiones, quæ in ascite. Radix acori in acri aceto cocta, tum addita octaua parte sem. nasturtij, emplastri modo imponitur.

Lepidium quoque per se tritum, & calido aceto mersum. Videndum tamen ne refrigescant.

Conueniunt spleni à proprietate spleni asini domestici, & syluestris, pulli equini, vesperilionis decolati corpus. Crementur hæc in vase testaceo: z. j. pulueris, vel eo plus, ex oxymelite imperatur.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Splenitides Hippocr. dicuntur, quibus diu obduruit lien. Sed & multi alij sunt lienis tumores, quorum sua signa sunt. De externis & internis lienosis describuntur, si vitiosi male colorantur, halitus foetet, aluus adstringitur, tumet lien, semper æqualiter emarciscantur, vlcera mala contrahunt. Pituitosi minus hæc patiuntur. Tumor modò decreuit. Obdurescit autem ab humore melancholico, vel phlegmone, nec concocta, nec digesta. Sequiturque sæpè humoris melancholici per intestina profusio. Lienem enim κατὰ τὸ πρῶτον vocat Hippoc. 6. Epid. quia vel tumore durus deorsum vergit: vel eò sua excrementa abiicit. Purgatur enim per intestina & hæmorrhoidas, à quibus etiam lienem durum sanari scripsit in eundem librum Galen. comm. 5. Vnde Medicus naturalem curationem sequutus, viam & rationem purgandi lienis instituere debet. Neque tamen negamus industria naturæ aliquando humorem melancholicum per renes & vesicam expurgari, & κατὰ τὸν δρόμον id docetur. Sed capere de doloribus capitis annotauimus nullam esse viam communem, ex Galeno in Methodo medendi, & anatomia, nisi multiplici anfractu in venam cauam regurgitans humor eò perueniat. Hic affectus longus est & periculosus, præsertim superueniente intestinorum difficultate, tum quia intestina læduntur humoris transitu, & vires labefactantur: tum quia hepar simul cum omni venoso genere compatitur, vnde vel refrigerato calore natiuo sequitur hydrops, vel interitus. Nam quod Hippoc. 48. Aphor. lib. 6. scribit, Lienosis superuenire dysenteriam, bonum, intelligendum ratione vacationis, quæ modum non excedit. In rugitu splenis aliquando impletur colum flatur: aliquando vas, quod à medio ascendit. Sed distinguitur, quia in splene dolor grauis, in vna parte fixus, & sinistra. In colo verò acutus, mobilis, & vagus.

Lienis morbus
sunt periculosus.

Lienis valentiora
quàm hepatis
remedia.

Eadem, quæ in hepate, remedia, sed valentiora conueniunt, incidentia, flatus discutientia, mollientia, aperientia, tamariscus, ebuli radix vel ireos, puluis scolopendriæ, ceterach, bryonia, cortex hederæ, radix capparidis, diacapparon, olibanum, ammoniacum, oxymel de radicibus, trochisci de eupatorio, cerata, oleum laurinum, emplastra de meliloro diachylon, lien bubulus, onagri, vesperillo siccat, capite detracto, limatura chalybis, & similia. Democritus tamarisci carbonis ignitos in vino extinguebat. Aegri cum sumunt medicamenta, in latus sinistrum decumbant.

IN CAP.

IN CAPVT XL. DE LIENIS
curatione.

DVRETI ENARRATIO.

Splenices appellant, &c. Commentario ad aphorismum illum.

Lienosis difficultas intestinorum bono est. Modò diuturna non sit nec lientiam aut hydropem afferat lib. 6. aphorif. Tumoris lienis signa.

Pedum inflatio. Cum calore, si sit κατὰ τὸ πρῶτον, lien; cum frigore si sit αἰσθητός. Pedes autem inflantur duobus modis, aut propagatione morbificæ materiæ, aut canis causâ duâ. Pedum inflatio.

Extat durities oblonga. Si toto corpore intumuerit lien, quoniam tumor omnifertur ideam partis obsessæ. Sed si alterutra tantum pars in liene intumuerit, tumor erit rotundus.

Decubitus in sinistrum latus. Propter suspensionem & oppressionem, ac vt in pleuritide decubitus in alterum latus offendit pulmones, præstat tamen in latus sanum decumbere: sic in lienis tumore in dorsum decumbere. Si enim in alterutrum latus decumbas, dolorem senties.

Dolor ad iugulum. Ad clauiculam propter lienis suspensionem: quæ suspensio trahit diaphragma deorsum, & per continuitatem costarum membranas, vnde serpit dolor ad iugulum per communicationem muscoli primi spirationem efficiens, qui fertur à lateribus iuguli ad primam costam thoracis. Dolor iuguli.

Pediculis scitent. Ex corruptione humorum, quos partes assimilare non potuerunt, non tamen perfecta & putri, sed vbi quædam est oppositio assimilationis: Varia autem sunt pediculorum genera. Quidam enim sunt palpebrarum, cutis, axillarum, inguinum, dorfi, capitis: qui dorfi sunt, albi plerumque existunt: qui capitis, nigri. Et hæc duo genera ex situ quodam nascuntur, vt vermes in intestinis ex chyli reliquiis. De pediculis hoc scire debetur nusquam in alopecia & ophiassi inueniri, nec in elephantiacis, nisi dum hi curari ac sanescere incipiunt: tunc enim pediculis scitent. Varia pediculorum genera.

Gingiuæ corrumpuntur. Affluxu prauis sanguinis, deinde acerbi cuiusdam vaporis translatione, qui eas erodit & labefactat. Sic & omnibus qui in lue venerea sudant, gingiuæ corrumpuntur & foetet halitus, aut grauis est. Gingiuarum corruptio.

Vena ad lienem nigricant. An quia turgent venæ portæ? an venæ hypochondrij propriæ? Quomodo hoc fit? Non enim fit per suffusionem: Nam subiacet costis lien & multis circumdatur tunicis & musculis, qui à vena caua capessunt alimentum. Vnde malè admouebat quidam hirudines mulieri nobili quam splenicam 17. feria. putabat, easque hypochondrio sinistro affigebat, vt humorem morbificum exegerent. Nigricant ergo venæ per exudationem humoris melancholici, & veluti per quandam orgasmum & communicationem arteriæ cœliacæ cum venis exterioribus.

Intus molliendus venter. i. prima regio corporis expurganda est, vt hoc pacto sumantur z. vj. cassiæ & superbibatur dilutum z. f. foliorum sennæ in decocto prunorum damascenorum. Cathartica.

Quod si in inferiori parte. Et sit lien catarrhops, affluxu humoris per inferiorem ramulum rami obliqui, qui in inferiorem partem lienis inseritur, & exitum non habet ad intestina, vt habere debet.

Glysteribus utendum erit. Mollioribus primùm, deinde acrioribus, vt irritata parte humor exitum habeat per intestina, & sic multi febre quartana liberantur. Glysteres.

Phlebotomia à basilica sinistra. Quæ & rectitudine & amplitudine cum vena caua communicat.

Alij venam pone aures diuidunt. Opinione duce potius quàm indicante ratio-

ne, nec sine periculo, quia eius venæ sectio fertilitatem affert, vt scripsit Hippocrates lib. de aërib.

Sanguine qui effluxit, lienem inungunt. Sed temerè, quia vbi sanguis effluxit, crassescit, & frigescit omnino.

Idque interuallis. Viciſſim faciendo corpus *ὑγιον*, & expurgando.

Pharmaco per os sumpto. Si lien fit anarthopos, quoniam materia effunditur in alui spacium, indeque in intestina; sed si lien fit catarrhapos, Clysteribus operam purgationi dare oportet. Sic enim humor melancholicus exitum habet per venam inferiorem in intestina.

Radici capparidis.

Potiones & melicrata. Quæ fiunt ex decocto radicis capparis & melle: Nam radix capparis inter medicaméta splenica principarum obtingit, lib. 7. simplic. Nam vna admodum opera pugnat cum morbo, & parti affectæ studet tum sumpta tum admoda: Partis inquam temperamento & complexionis studet, materiamque morbificam ad excretionem præparat, eo quod vincentem habeat qualitatem amaram, mox acrem, postremo acerbam.

Syrupus de pomis.

Et aliis quæ Cæc. Vt syrupo capite de melancholia descripto, qui conficitur ex succis buglossi, borraginis pomorum odoriferorum cum folliculis lennæ.

In qua chalybem candentem. Firmitatis causa, vt lien suo temperamento conseruetur.

Capparum usus, Cæc. Si nulla fit fermentatio, nullus feruor, nullus etiam dolor.

IN CAPVT XL. DE LIENIS

CURATIONE.

DIURETI IN SVAM ENARRATIONEM

AN NOTATIO.

Morborum lienis hyparxis.

EXistunt lienis symptomata, quorum hyparxis in ipſius visceris intemperie, complexione resolutione & solutione continui consistit. Eodem lien afficitur modo quo hepar; sed non tam facile inflammatur, & cum inflammatur, non tam graua sunt symptomata. Quod docuit Hippocrates. Est enim hepar viscus liene maius & præstantius. Complexio lienis consistit in collectione suæ carnis & quatuor *συγχεσιώνων*: Temperamentum autem in quatuor discordium qualitatum concordia. Lien ergo viscus est sub nothris costis parte sinistra iacens, ac pars est excretionis dicata: Cuius officium est humorem melancholicum à sanguine segregare per venas obliquas. Est autem aliud humor melancholicus, aliud atra bilis: Ille enim quodammodo crassus est & fatuus, hæc autem erodit, acida est & acris lib. 4. & 6. aphorif. hæc docet Galenus differentias. Nant dysenterici ab atra bile lethales. Atra bilis facit caneros, melancholicus humor scirrhus. Atra bilis facit etiam dysenteriam lethalem, & maniam. Si igitur lien humorem melancholicum à sanguine non fecerit, vel propter nimiam humoris melancholici abundantiam, quæ fit à vastitate hepatis, vel à praua diæta, vel propter effertam visceris facultatem, fit refluxus eiusdem humoris melancholici in venas mesaraicas, indeque excitantur hæmorrhoides, quibus homines vindicantur ab infanitis symptomatis. Sanguinis feculentii in hepar refluxu, fit scirrhus, vnde hydrops: aliquando verò in pulmones refertur, vnde tabes: aliquando in latera, vnde pleuritis: aliquando in cerebrum, vnde melancholia. Sed & in venis ipsius cunctando putrefcit humor, & flatulentò spiritu affert palpitationem cordis per arteriam celiacam. Quamobrem si lien officium suum non facit, aut sit piger in attrahendo vel expellendo in intestina per venam inferiorem, vel in ventriculum per venam superiore, quæ à summo liene feruntur in officium alui, suppressione illius melancholici humoris, affluxuque multo ab hepate, tumore præter naturam lien concipit.

Lienis cura hepatis collatio.

Complexio & temperamentum lienis.

Lienis descriptio & officium.

Humoris melancholici ab atra bile distinctio.

Melancholicorum causa.

Partis sympo maræ ab humore melancholico.

Tumoris lienis causa.

Cipit, & hic tumor primigenius est. Sunt enim alij lienis tumores, qui quorundam morborum successione veniunt, & hi sunt longe periculosiores, vt docuit Hippocrates in historiis li. 2. Epid. Sed annotatur Hippocrates histor. 2. li. r. Epid. in Sileniano intumuisse lienem rotundo tumore. Idem in Herophonto, cum iam in angustio spes esset, ac præter opinionem medicorum conualuit, humore à cerebro in lienem infuso, & inde in femur. Ac terè omnes hepatis affectus quos ante explicauimus successione habent in lienem & hypochondrium sinisterum: Quod tamen minus periculosum est quam si mutatio fieret à liene in hepar. Sed & lienis ipsius vitio cum inflammatione conceperit, & inebriatus fuerit, nascuntur tumores *ἑσπεροειδές*, id est rotundi, idque sursum vel deorsum, prout lien fuerit *ὑπερπληθής*, aut *ὑποπληθής*. Quia de re lege Hippocratem li. 6. Epid. sect. 2. sent. 39 & 41. Atque si lien fuerit *ὑπερπληθής*, aures & nares calent, pedes & genua frigent: Si *ὑποπληθής*, pedes & genua calent, aures & nares frigent. Senten. 42. sect. 2. lib. 6. Epid. ait Hippocrates *καρδίαι* ei, rarò fieri *σπληνικός*, id est rarò lienis tumore laborare. Vbi per *καρδίαις*, dicitur cur splenicis non sunt. Nam *κέρως* aliquando viturpat pro catarrho, vt annotat Galenus lib. 2. prognost. Coryza in pleuritide rationem mali signi, non malæ causæ habet: At catarrhus mali signi & malæ causæ rationem habet. Auicennas autem eum locum li. 6. Epid. explicauit non ex sententia Galeni: Sed Galeni ratio potior. Rarò enim accidit vt duæ partes sibi tam sint impares, & æqualiter afficiantur. Atque ex eo Galeni loco sciendum esse triplicem *ἑσπεροειδές*, itemque *ὑπερπληθές*, vna est humoris: altera peculiaris naturæ: Tertia partium obsessarum. Est ergo lien *ὑπερπληθής* & *ὑποπληθής* his tribus modis. Vt lienis virtute liberamur ab illo humore quem vocat hydropem Hippocrates lib. 4 de morb. id est à succo melancholico crasso & feculento, ita eius vitio fit multorum morborum fœtura & ilias. Cum succum melancholicum dicimus non intelligimus atram bilem. Hæc enim ab illo non minus differt, quam ignis ab aqua, vt prius diximus. Sunt igitur splenicis quibus intumuit lien contra naturam. Quod autem quidam scribunt vsu asplenij seu scolopendrij propriè dicti absumi lienem, & inuentas fuisse oues, quibus asplenij partu lien absumptus est, fallum est & absurdum quicquid scribat Vitruuius. Anni sunt xj. cum nobilissimus vir quidam laboraret febre quartana eaque primigenia, & omnium malorum symptomatum expertè, iustus est bibere decoctum asplenij in eius vsu exegit duos menses, hinc hypochondrium sinisterum quod mole erat antea & naturaliter constitutum, factum est prætumidum. Nam etſi qualitate prodesse potest asplenium, eius tamen virus in potione nocet. Cum enim lien à febre incaluit, qui natura sua rarus est & spogiosus, decoctum asplenij aut similitum aquam ad se rapit, & inde intumescit, vt ex illis decoctis longè plus detrimenti, quam adiuuenti percipiat. Errant ergo toto cælo, qui decoctis hæc in parte vtuntur, quia sua complexione nocent. Sic vitio temperamento suo multis prodest, quibus sua complexione est infestus. Næ hac humidum est, vt illo calidum & desiccans. Cæterum existunt multi melancholici hypochondriaci à flatulentò spiritu: multi qui laborant à fermentatione humoris melancholici, plerique etiam qui à ictero nigro laborant, qui tamen propriè splenicis non sunt, sed ij solum quibus lien tumore obsessus est. Hi enim propriè sunt lienosi & splenicis. Distinguendum igitur splenicis nomen à *μελαγχολικὸν χυμὸν* cum *ζεῖμωσει*, & ab ictero nigro. Hic enim de illo tumore lienis intelligit, qui simpliciter tumor est, & duplex existit: Aut enim *φλεγμονώδης*, aut *σπιρρωδής*: Hic *ἕσπερος*, id est *ἑσπεροειδές*, dicitur deprehenditur, hic tactu renitenti. Omnes autem artes quibus deducitur ad cognitionem tumoris lienis (qui intumescit aut per *καρδίαις*, aut per affluxum humoris, per illam retinendo, attrahendo, excernendo: per hunc melancholici humoris affluxu in lienem) petuntur ex qualitate corporis, actionibus & excrementis: Qualitas corporis consideratur in colore, charactere & mole. Actiones autem aliæ sunt propriæ, aliæ communes, ad quæ accedit doloris proprietates, qui in splenis tumore grauis. Quæ omnia signa in explicatione scripti auctoris copiosius explanabuntur. Quod ad curationem atinet, ita comparanda est medendi ratio, vt partis obsessæ complexionis & temperamento studeamus, causamque morbificam vna & eadem opera excludamus. Ac demonstratum est lienem tumere per cacopragiam, & id fieri vel protopathia, vel deuteropathia.

Historia de lienis tumore succedano.

Tumores lienis ἑσπεροειδές.
Tumor lienis ἑσπεροειδές
ὑπερπληθής
ὑποπληθής.
Qui sunt καρδίαις.
ἑσπεροειδές
δicitur cur splenicis non sunt.

Triples ασπληνικὸν πῦρ κατὰ τὴν πη.

Qui sunt splenicis.

Historia.

Melancholici hypochondriaci.

Lienis tumor duplex φλεγμονώδης & σπιρρωδής.
Causa tumoris lienis.
Signa tumoris lienis.

Curationis tumore lienis ratio.

Atque docuimus duplicem esse tumorem, inflammatorium & scirrhosum. Primum igitur inuenitur tumore vel primario vel secundario, vel per affluxum, vel per cacopragiam sanguinem detrahere oportet. Sed mutata inflammatione in scirrhum, phlebotomia locus non est. Detraheretur igitur sanguis à basilica sinistra, quæ cum vena & liene communicat per amplitudinem & rectitudinem. Si lien sit *inipio*, purgante medicamento utendum: sin catarrhos, clysteribus operam dare oportet. Vrinarum nigrarum profluuium faneunt lienosi plurimim; idque fit per arteriam cœliacam, non alia via. Ad induratos autem lienos ex Gal. li. 7. de simpl. medic. facul. mirificè prodest radix cappar, quæ eadem opera partis complexionem & temperamento studet, materiamque morbificam ad excretionem præparat. Purgationes instituuntur ex syrupo Saboris, ex syrupo descripto cap. de melancholia, qui configitur ex succis buglossi, borraginis, pomorum odoriferorum cum folliculis fennæ. Mulierem nobilem curauit Deus sanauit, cui lien maximum intumuerat. Biberat illa parca manu. Inuiciebam alteris diebus clysteres emollientes ex decocto capitis veruecini, cum althæa, malua, parietaria, & similibus anodynis. Illiniebat bis die leniter fricando manu hypochondrium sinistrum butyro recenti sapius vino albo agitato, nihil æquè valet ad lienis tumores. Superstitio est quod scribit auctor de veteribus qui superfluum sanguinem membro languenti medicinam præstare existimabant. Sanguis enim non habet *φύλλον* sui caloris, si semel è venis effusus fuerit, quia alienatur & sua complexionem & suo temperamento. Sic & semen viri nullam habet *φύλλον* præter verum mulieris, à quo si non excipitur, cum primùm effluxit, statim corrumpitur, uti & semen reliquorum viuiparorum. Nam ouiparorum semen habet *φύλλον* in ovo, in quo semen diu conseruari potest.

ANTON. VALETII EXERC. XL.

Idem fermè vitis tentatur lien, quibus hepar, sed sæpius obstructione & scirrho, propter alimenti, quod attrahit, speciem. Crassior enim sanguis in illius visceris nutritionem facessit. At talis quidem succus, nunc melancholicus, nunc pituitosus in liene imbecillo coaceruatur, neque commodè repurgatur, aut etiam ministratur ab hepate, propter eius naturæ alimentorum vsuum, vel ob solennis cuiusdam vacationis, ut mensum hæmorrhoidum, suppressionem. Tumore sinistro hypochondrii cum duritie coniuncto graui dolore, difficultate spirandi, colore corporis subnigro & plumbeo, satis hic affectus manifestus euadit. Huc reuocantur remedia obstructioni hepatis adhibita, sed quæ sint vehementiora. In primis igitur vacuata prima corporis regione mittitur sanguis ex interna cubiti sinistri, cuius detrahendi quantitatem & vires, & ipsius sanguinis color indicabunt. Mox materia crassa & viscida parabitur his zulapis.

Gal lib. 13. Methodi. & li. 2. ad Glauc.

R. Syrup. capill. vener. oxymelitis simpl. & Syrup. de fumaris ana ʒ. i. aquar. gram. lupul. & borrag. ana ʒ. 2. vel ʒ. 3. f. zulap. pro dosib. ʒ. Sumat bis in die duabus horis ante passum. Vel.

R. Syrup. de scolopendr. de bizantiis & de epithymo ana ʒ. i. cum aquis prædictis, vel cum decocto selenico fiat zulap. quod condaiatur pauc. cinnam. santal. cur. vel puluer. electar. tria santalini.

Sed visitiora sunt apozemata, cum simplicia suppetunt accommodata. Ut:

R. cortic. radic. cappar tamarisc. oxypalib. ana ʒ. i. cichorij totius, fol. scolopendr. citharach. adianth. polytr. fumar. borrag. & bugloss. ana M. i. summiat. lupul. thym. epith. cuscut. ana P. i. glycyrrhiz. & rase ʒ. 2. passul. mundat ʒ. i. quatuor semin. frigid. maior. ana ʒ. i. semin. cuscut. anis. fenicul. fumaris ana ʒ. i. flor. genist. recent. & trium flor. cardiac. ana P. i. f. decoct. ad quart. ʒ.

R. prædict. decoct. quart. ʒ. In colatura dissol. oxymel. simpl. vel scyllitic. ʒ. 3. f. apozem. clar. & condit. f. art. cap. ut ante, bis in die.

In reliquo decocto infunduntur fol. fennæ mund. ʒ. 3. agar. troch. ʒ. 10. & addita sacchari

sacchari quantitate sufficienti sit syrup. perfect. coct. cuius ʒ. 2. b. cum decoct. passul. glycyr. & anisi dissolutæ in hebdomade fumanur. Quæ si parum mouerint, iteratæ eiusdem syrup. dosi addetur aliquid electar. diacarth. cōfectionis hamech aut diaphœnici. Vel in dosi convenientis decocti, quale est apozematis superioris, infunde folliculor. fennæ mundator. ʒ. 2. agar. troch. ʒ. 4. cinnamom. ʒ. 2. in expressione dissol. syrup. de lupol. & cathol. ana ʒ. ʒ. f. potio. Et quoniam purgationes hic sæpe ac sæpe repetuntur, & verendum est, ne natura vni aut alteri affuecat remedio, sequens institui poterit pil. massa.

R. massa interioris pil. sine quibus pil. de fumo terra ana ʒ. 1. b. rhei elect. ʒ. 4. aloës hepat. agar. recens trochisc. an. ʒ. 1. sal. gemm. zinziberis, cinnamom. ana ʒ. 1. cum syr. de cich. simpl. singatur massa. Postea duplici aluta contegatur: reponatur in pyxide terreæ. Sumat mensibus singulis circa plenilunium, maxime tempore humido & pluuio, pilulas ʒ. pro ʒ. cum vino albo emollitas, manè hora quart. & si possit, illis superdormiat.

Topica erunt fomenta, linimenta, emplastra.

R. flor. chamam. mel. summit. aneth. prass. scolopendr. absinth. parietar. hyssop. thym. bismalu. totius violariæ, mercurialis sumar. ana M. i. sem. lini, fœnugr. alb. ana ʒ. i. fiat decoct. in aqua & vino albo pro foru lienis cum spongia vel filtrobis in die longè à cibo.

Deinde linamentum sit huiusmodi.

R. olei cappar. ʒ. 2. gummi ammoniac. in aceto scyllitico dissoluti ʒ. ʒ. assa odorata ʒ. 3. cum modica cera f. lissus pro liene manè & vesperi.

Honorato Castellano Regio Medico, quem mira ac pensè inimitabili dexteritate Medicinam facitantem nobis inuiderunt fata, & morte præmatura sustulerunt, familiaris erat litus ex struthio cameli adipe, quo nullum efficacius remedium expertum se mihi de liene conquerenti amicè dixit.

Si inueteratis affectus, atque inceptis scirrhosis, quod ex renitentia partis, duritie, pedum inflatione, & aliis eius generis signis dignoscet, huic tempestiuè occurrendum, metu cachectæ, hydropis, scirrhi. Itaque incidencia magis, tenuantia, emollientia atque discutientia particularia aptari debent.

R. radic. cucumer. agrest. alb. & lilior. ana ʒ. i. cortic. rad. cappar. & tamarisc. ana ʒ. ʒ. malu. bismal. rus. scolopendr. ceth. absinth. ana M. i. semin. fenic. lini & fœnugr. ana ʒ. ʒ. flor. chamamel. & genist. ana P. ʒ. f. decoct. in vino albo & aqua cum aceto pro foru lienis cum spong.

Post forum hoc cataplasma imponetur.

R. far. sem. lini & fœnugraci ana ʒ. ʒ. farin. lupinor. ʒ. ʒ. puluer. radic. ireos & tamarisc. ana ʒ. 2. adip. vitulini, & axung. cunicul. ana ʒ. i. olei cappar. quantum sufficit, cum magmate superioris decocti f. cataplasma.

Quibus cataplasma displicebit, imperabitur linimentum ex muccag. sem. fœnugr. in aq. scolop. extr. olei capp. & liliac. ana ʒ. i. ammoniac. in aceto forti & aq. vitæ dissoluti ʒ. ʒ. puluer. radic. bryon. & ireos ana ʒ. 2. cū pau. cera. Vel emplastr. aut ceratum ex eiusdem ammoniaci emolliti in vino albo ʒ. ʒ. styrac. cal. ʒ. 2. puluer. rad. ireos, flor. cyper. & aristoloch. rotund. ana ʒ. ʒ. axung. anser. & ol. amygdal. dulc. quantitate suffic. compingetur; & super alutam in formam linguæ bubulæ extendetur. Sed & quoniam huius visceris robur semper conseruandum, talis concinnabitur opiata.

R. conseru. ros. ʒ. 2. conser. anth. capill. ven. & bugloss. ana ʒ. i. electarij latisc. Galen. cōfectionis alker. aromati. ros. ana ʒ. 2. Mithridatij veieris ʒ. 4. cum syrupo de scolopendr. fiat opiata, de qua capiat magnitudinem faba horæ somni, & in exitu lecti.

His ita administratis si perseueret affectus, crebri iniiciuntur clysteres, maxime si interna parte lien magis intumeat. Fortioribus quoque purgationibus id visceris lacestemus, quod (ait Gal. lib. 13. Method.) hac duntaxat via lienis superflua yacuentur. Quod controuersia non caret. Nam & annotauit Hollerius ex Hip-

procrate lib. de intern. affect. secundo iudicio lienem per urinas expurgari: & scripsit Gal. c. 2. li. 2. de arte curand. ad Glaucl. lienem cum renibus per urinarios meatus vacuari: Noui ego religiosum virum, quo cum quotidie familiariter versor, cui ter, aut quater in anno, maximè Vere & Autumno ineuntibus intumescit lien, ac dum prominulus tumor instat, dolore hypochondrij infestatur, subliuidus toto fit corpore, sensimque deterius habet: Sed tandem nigricantibus urinis atramento similis, erumpentibus per 5. aut 7. dies, pristinam resumit incolumitatem, tumore & grauitate hypochondrij vanescentibus. Iam à 12. aut 15. annis repetito istiusmodi per interualla urinarum profluuio detinetur, cum ante turgidas, sed minus apertas habuisset hæmorrhoidas. Sed hæc parerga.

HOLLERIUS.

De Colico & Dolore. CAP. XLII.

Qui ab intestino colo nomen habet, estque dolorum omnium sensusimul Causa dolorum multiplex causa. 1. materia crassa & lenta, status humorum acrimonia, & inflammatio. 2. Qui à pituita vitrea intestino affixa ortum ducit. 3. Vt largiore partu. & fructuum usu. 4. Desiderato naturali effluuio, quæ bilis est, quo pituita vacuatur. 5. Galenus li. 2. c. 6. de locis male affectis. 6. Unde similitudine symptomatum in incerto est, vtra pars afficiatur. 7. Ab obstructio. 8. Obliquo enim ductu secundum vicia ad pubem fertur. 9. Qui aut illa generatione habuit localem, aut aliunde affluxit, aut contempnerit affluit. 10. Nihil enim aquæ facit infruens corpus, ac dolor. Hæc proca ex lib. 3. de fructu.

HIVUS multiplex causa est. Ac primùm de 2 phlegmatica dicendum. Itaque colligitur pituita crassa & frigida, atque aliquando vitrea, ortu, intemperante 3 vita, obstructis viis, 4 per quas bilis in intestinum defluit. Hinc dolor excitatur 5 quasi infixi pali, certòque loco insistit: sed vt plurimum ad inguem sinistrum, & vtrumque renem, sursumque aliquando reuoluitur, & locum mutat, vt sunt fluxus colij intestini, quod relicto intestino recto in sinistrum inguem diuertit. Ad sinistrum renem ascendit, vbi angustia est. Quæ angustia efficiunt aliquando, vt hac parte dolor 6 colicus grauis intendatur. Hinc ad splenem & ventriculum iam laxius extenditur, subitque hepar, hæretque aliquando cysti fellis. Postremò in dextrum ilium descendit, vbi desinit in cæcum, quod ad renem dextrum positum est. Dolor hic fixus, vt in angustis, quæ ad sinistrum renem sunt, nephriticum dolorem representat, vt etiam peritos Medicos fallat. Sed in nephritide vrinæ 7 tenues, albæ, postea etiam cum aspero atque sabuloso sedimento. Dolor ad coxas 8 extenditur. Fomentis & cataplasmatis mitigatur: inde laxatis viis non commutat locum: aut si commutat, perinæum, & viæ vtererum affliguntur. In colico hoc dolore vrinæ tinctæ & ignitæ, quæque biliosum falso representant. Impositura fit, quia bilis, quæ ad intestinum defluebat, interceptis viis ad renes diuertit. Præclusæ viæ sunt, vt neque ructus, neque strepitus ventris exire possit. Stercora sine succo, plena flatibus, similia bubulis, quæ iniecta atque consistant, neque in fundum demergantur.

Curatio.

Causa mali humor ille frigidus affixus 9 intestino. Symptomata verò dolor, qui si vrget vehementius, prius quidem 10 leniendus est, quàm affectui consulas.

At quæ

At quæ doloris gratiâ imperantur, ea prodesse solent, vel quia intemperiem 11 corrigunt, vel causam auferunt, vel leniunt atque contemperant, aut stupefaciunt.

Narcoticorum vsus in hoc genere colici doloris omnino suspectus 12. Græcis, permixtus Arabibus. Optimum genus est, quod simul & causam 13. tollit, & dolorem attemperat. Secundum, quod solum temperat.

Remedia verò multiplicia. 14. Phlebotomia, purgatio, balnea exterioris 15. admota medicamenta, cucurbitulæ, potiones, amuleta, quæque proprietate 16. quadam colicos curant.

Phlebotomia 17. omnibus ferè relicta est. Octauius approbat. Et nostra 18. memoria efficaci admodum remedio interim vsurpatur: multò magis, si dolor grauius vrget: si bene carnosum corpus est: si vires, ætas, & cætera permittunt. Remissionis tempore è basilica dextra, auersionis gratiâ, angusto foramine, & modica vacuatione, nisi febris adsit. Tum enim multò liberius, atque etiam copiosius, sanguis depleri potest.

Quod ad purgationem attinet, quia materia contumax est, incipientibus primùm concoquentibus atque detergentibus vtendum est: tunc 19. ratione vitæ, tum iis quæ clysteribus iniiciuntur, atque etiam exterioris admoventur. Conueniunt ergo origanum, mentha, pulegium, marrubium, hyssopus, thymum, maiorana, ammi, beta, rosamarinus, enula, radix præniæ, scordium, fœli, ruta, leuisticum, anethum, chamæmelum, asparagus, anisum, carui, & dauci semina, vinum tenue, odoriferum, zedoaria, galanga, castoreum, gallia, aromaticum rosatum, puluis ducis, mithridatum, theriaca, confectio de baccis lauri, mel anthosatum. Secunda classis. Centaurea maior, vrticæ semen, asarum, beta succus, mercurialis, sal, sulphur, ius galli antiqui, ficus sicca, carthamus. Sed hæc classis posterior simplicium deterget magis. Iisdem quoque scopis hieracum, polypodium, & serapium commiscemus.

Olea conueniunt anethinum, rutaceum, 20. & in quibus superiora coxerint. Fortius est 21. petrolæum, oleum de castoreo, euphorbio de piperibus, sæpèque gummi in oleo dissoluimus, vt galbanum, serapinum, quale hoc est.

℥. galbani ℥. β. dissolue in olei rutacci ℥. iij. aut circiter. Aliquando etiam & moschum, & algaliæ, & ciuetam, sed minori modo, in oleo dissoluimus. Quale hoc est.

℥. ciuetæ Gr. 4. aut 6. dissolue in oleo rutaceo. Inunge. Vel fit illitus è pipere longo & vitello oui. Sunt qui addant oleum anethinum. Diuinitibus moschum & algalia eodem modo dissoluantur. Eiusmodi olea vel cum 22. clysteribus iniiciuntur, aliquando quidem per se, aliquando cum decoctione conuenient: iisdem ea pars, in qua 23. dolor est, inungitur.

Cæterum oportet hoc in primis animaduertere, vt & incidamus, & concoquamus citra calorem vehementem, & iis quæ minime inflant. Calidiora verò conuenient iam purgata materia, vt

11 Partem, & humorem ad æqualitatem adducendo.
12 Hi tamen Phislonium præscribunt.
13 Purgando digerendo temperamentum partii & habitum restituendo.
14 Si causa contumax vni exciderit antecedentem, si phlegmone adsit, si humores dolorum vi astu incantantur.
15 Qua dolore leniant. Status discipiant, materia cognant.
16 Vt intestinum lupinum.
17 Quod nihil conferre posse videtur, neque ad effectum, neque ad symptomatum correctionem, præsertim cum materia sit vitrea pituita.
18 Cum doloris acerbitas causa magnitudinem superat, succedente causa consistente antecedente, præternit affluxio ex vitio aliquo.
19 Que fit cruditate expertis, nimiaque humorum abundantia, que tenuis sit & exquisita.
20 Oleum etiam nucum.
21 Pulgo dicitur oleum Phislonium.
22 Ex decoctione vrinum inciditum, extenuatum, detergentium.
23 Præsertim circum umbilicum, & vtrumque renem.

inde relicta intemperies corrigatur. Melicrata ex supradicta materia comparari possunt. Et hæc potiones plurimum laudantur.

℞. summitatum absinthij vulg. P. i. sem. cumini ʒ. ij. feruefiant in vino tenui odorifero: expressio bibatur. Aliud.

24 Ut cardus bened. morsus diaboli, scabiosa & simili.

℞. aquarum 24 cordialium ʒ. ij. aquæ nepetæ ʒ. j. In quibus dissolue theriacæ aut mithridatij ʒ. ij. Vel,

℞. menthæ viridis M. f. efferuefcat in vino albo tenui, aut vino mulso. Per tres dies bibitum omnino liberat. Item & marrubij decoctum. Aliud.

℞. vini maluatici ʒ. ij. calami aromatici ʒ. β. croci Gr. 4. ferueat leuiter in calidis cineribus: colatura bibatur. Similiter ex galangæ & cumini ana ʒ. j. feruefacti cum vino albo tenui. Vinum absinthites ab Aetiō plurimum commendatur: aluum enim roborat, bilem repurgat, eius generationem prohibet, deterget, ventos propellit, discutit, auertit, spiritus defecat. Alij, & rectè quidem, adiciunt cumini momentum, vt ʒ. j. quæ feruefiat in eo vino.

Probatum quoque & istud est certissimo experimento remedium: Cortex aurengiorum in vino albo coquitur ad tertias. Vinum quotidie ieiunio bibitur. Valet & ad præcautionem, & ad curationem. Sumunt alij, succi herbæ veronicæ & vini alb. ana ʒ. ij. potui dant, & mirificè iuuant. Item illud.

℞. succ. matoranæ ʒ. iiij. castor. ʒ. ij. cum vino Hippocratico bibantur.

25 Ad restituendum intestini habitum, & dolorem leniendum. Sed tamen cucurbitula non nisi ceteris administratis adhibenda.

26 Sed multo magis clysteribus. 27 Ut Rec. oleor. ruta, nucis, anethi, vini maluatici an. quarta. s. confectio. de bacca Lauri. Vnc. β. hiera picra tantundem, fiat clyster.

Cucurbitula ampla, & cum multo igne medio 25 vmbilico affigi debet. Coquit enim. Sed vtilior vsus eius futurus est, si prius impleatur vino calido, in quo aliquid ex supradicta materia coxerit, & ita calida affigatur. Vtile quoque fuerit aliorum succo, aut re simili inungere parte interiori.

Vbi materia iam attenuata, & ex parte cocta, partim clysteribus, partim 26 catharticis subducenda est. In clysteribus ex supradicta materia 27 comparatis mellis anthosati ʒ. j. olei conuenientis, vt anethini, vel rutacei. ʒ. ij. dissolui debent. Aliquid quoque salis, vt ʒ. ij. potius quàm nitrum, quod ventrem subuertit, dissoluere oportet.

Procedente etiam malo. ʒ. ij. iij. aut iiij. pul. hieræ picræ, aut ʒ. j. vel ʒ. vj. hieræ, diaphœnici quoque ʒ. β. aut tantundem terebinthinæ adijci potest. Veteres clysteres imperabant crassiore substantia, ex solo interim oleo, modumque faciebant ad heminas duas, id est, ad duas libras, aut nostro more ad quattaria sex. Purgatio per os leuis esse debet, quales sunt hæc pilulæ frequentatæ.

℞. hieræ picræ ʒ. β. cum vino albo tenui formentur tres pilulæ coopertæ 28 foliis auri. Paulò fortiores, si tantum addas rhabarbari, oportetque à leuioribus ad fortiores progredi.

Terebinthina quoque plurimum laudatur. Datur ab ʒ. β. ad ʒ. j. inuoluta nebulis, vt fiant, quod aiunt, morselli.

Nonnunquam terebinthinæ 29 dimidium ʒ. hieræ, aut rhabarbari incorporatur, vt sint terebinthinæ ʒ. ij. vel ʒ.

Fortioribus

Fortioribus purgationibus vtendum non est, nisi vbi contumacius malum est. Tumque vti licebit ʒ. i. pulueris hieræ diacolo. coacta in pilulas. Aliquando etiam adijci possunt dacrydij G. 3. plus minusue.

Laudantur purgationes, quæ præterquam quod purgant, etiam dolorem stupefaciunt. Quibus vtendum erit nimium læuiente malo, quales sunt.

℞. pul. hieræ picræ ʒ. iiij. opij, croci ana Gr. i. vel 2. pro viribus ægri. Cogantur pilulæ cum vino. Similiter supradictis catharticis ʒ. j. philonij commiscebis.

Post purgationes clysteribus, fomentis, balneis vtendum est, ijsque maximè, quæ dolorem leniant, qualia sunt chamæmelum, melilotum, anethum, althæa, semen lini, sænuigræci.

Tuncque vtendum erit amuletis, quæ à tota substantia conueniunt. Intestinum lupi siccatum, tritum datum ʒ. j. pondere aut ʒ. iiij. cum vino albo tenui, in quo chamæmeli flos, vel anethi efferbuerit. Vtuntur variè pelle lupi. Alij cubilium stragulas contra hoc malum inde comparant. Alij cingulum gestant, aut partem pellis ventri admouent. Nonnulli stercus lupinum album tritum ex vino albo tenui propinant. Meliora putant si ossa in stercore inuenta vna conterantur. Ide stercus nucula includunt perforata, suspendent è collo, vt ad ventrem perueniat. Atque in id vtuntur ligula è corio ceruino, aut filo lanæ ouillæ, quæ à lupo interfecta sit, vel vt alij volunt, quæ à lupo euaserit.

Ex Galeno lib. 10. Simplic.

Laudant & anguillæ sanguinem. Alaudæ genus cristatum (quod Galerita dicitur) vstum aut elixum cum iure galli. Stercus gallinæ, quæ exercetur & nutritur sicciore pabulo ex oxycrato. In capite limacum, qui colore sunt cineritio, pellucidus lapis inuenitur, qui tritus, & ex vino, vel aquis conuenientibus propinatus mirabile contra colicum dolorem remedium præstat. Tunicæ interiores ventriculi erinacei, masculi quidem, in viris: fœminæ, in mulieribus, adiecta tertia parte eorum, quæ incidunt, detergent, & alioqui colicæ conueniunt. Hæc probantur Græcis & Arabibus. Placandis doloribus internis, post omnia tentata remedia, vtimur decocto chamæmeli, aut aqua distillationis eius arte chymica facta, & in potu data. Acerbius verò vexante malo, neque cedente aliis remediis, narcotica permittunt Arabes mixta pharmacis, vt prius, vel aliter. Ac primum quidem in clysteribus ex leniente materia capita papaueris concoquamus, quibus si nihil efficitur, vtetur flocculis, qualis hic est.

℞. olei anethini ʒ. ij. castorei ʒ. β. opij ʒo ʒ. j. misce, & in eo madesac flocculum lanæ, quem è filo suspendes: suspensum impelles in sedem, ac simul atque acquirat dolor, retrahes: vel clystere veteris, cuiusmodi est veterum.

℞. ol. rutacei lb. j. opij, castorei an. ʒ. i. Sed posteritas Medicorum oleo admiscet castorei ʒ. β. opij. Gr. 5. Per os verò conuenit philonium Rhazæ, cuius hæc descriptio:

30 Vel potius Serup. β. vel grana 5. 31 Ne longa mora intestini labescat opium, atque locustis præstinducat. Philonij descriptio alicia est in cap. de spūto sanguinis.

℥. piperis,ameos,foliorum rutę siccorum,menthaftri,caftorei, baccarum lauri,cumini ana ʒ.j.opij,mandragore,ſeminis albi hyoſcyami ana ʒ.ʒ. mellis.ʒ.j. in quo cætera incorporentur: datur:ʒ.j. Quod ſi catharticum voles efficere,adiicies dacrydii ʒ.j.Secretum Albucæſis ex alkiis diſtillatis cum opio.

℥.capita alliorum n.6.opij ʒ.iiij. fiat diſtillatio in alembico, detur medicum eius aquæ.

Aliud Andremachi admirabile , lib. 9. de comp. med. ʒ. ʒ.

τόπος.

℥. piperis albi ʒ.j.opii ʒ.ʒ.croci Gr.18.ſeminis hyoſcyami albi Gr.15. ſpicæ nardi,pyrethri,caftorei,euphorbiū ana ʒ. j. vel ʒ.ʒ. exci- pe melle cocto. Doſis eſt ʒ.j. aut dimidium ʒ. cum aqua frigida. Ad eundem ſcopum facit maximè Caſſii medicamen. Celſo cap.14. lib. 4. καλκὸν dictum, quod & potui datum prodeſt, & impositum quo- que extrinsecus, digerendo ſpiritum , dolorem leuat. ℥. coſti, anif. caſtorei ana ʒ.j. petros. ʒ.j. piper. longi, rotundi, myrrhæ, nardi an. ʒ. j. excipiantur melle.

Curatio colicæ flatuofæ.

Eadem ferè curatio doloris colici nati è flatibus. Nam non alia re differt, quàm quòd in primo genere, plus eſt materie, ventorum minu- ſ. Hic verò inteſtina plurimis flatibus conturbantur , & vel

32 Nulla non po- teſt eſſe colici doloris materia, quandoquidem flatu ſuas in hu- meribus baſes habeant conſiru- tas. 33 Vi generoſo vino, maltatico decocto foliorum ʒ. baccarum lauri: Vel allic, poterit ſimi. 34 Ut. Rec. a- qua decoctionis ſummitatum a- nelhi quartar. 3. ſoli communi vel violati quar- tar. ex hydre- lao ſi. clyſter. 35 Tum enim vitanda nimia humoru abun- dantia, & calor urinus exci- sandus, qui eſ- ſetia languet.

32 nulla, vel exigua materia eſt. Propterea minor grauitas, diſtentio maior, vt aliquando parte a- liqua vèter in gibbum extuberet. Singulare remedium hîc eſt. Cu- curbitula ampla imbuta, vt priùs dictum eſt 33. medicamentis, quæ ſtatus diſcutiant, cum multa flamma medio vmbilico affixa. Cly- ſteribus primùm vtendum eſt, 34 qui ſtercus emolliant. Qualis ex hydrelaro, melle & ſale modico. Sed melius fuerit in ea aqua, vnde hydrelæum paratur, priùs fuiſſe incocta, quæ ſtatus diſcutiunt. Sunt autem cuminum, ammi, amomum, ſeſeli, daucus, aniſum, ſcenicu- lus, petroſelinum, caruum, nigella, baccæ iuniperi, lauri, vrticæ ſe- men, ruta, calamentum, pulegium, zinziber, cariophylla, calamus aromaticus, cinnamomum, piper, galanga. Hæc aromata vino tenui incocta, vel cum vino percolata plurimùm conueniunt. His autem colicis vina optima, quæque tenui ſunt ſubſtantia & odorifera, non ſolùm ægris, ſed ſanis etiam conueniunt.

Abſtineant aqua, diluto vino, 35 fructibus humidis, & oleribus: quę ratio vitæ imperatur & viris & mulieribus frigidioribus, quib. plu- rimi ſtatus toto ventre colligi ſolent. Hîc etiam ariſtolochia, caſto- reo, euphorbio, quæ fortiora ſunt, vti licet. Ex his omnibus & melicrata componi poſſunt, vina quoque reddi efficaciora, con- diuntur cibi. Olea vngenda ſunt, ſacculi, & fomenta. Probatiffi- mum mihi eſt iſtud linimentum. ℥. olei rutacæ & nardini ana ʒ. vi. galbani cum aqua vitæ diſſoluti ʒ. iiij. Liqueſiant ſimul. Deinde cum cinetæ gra. 4. croc. gr. 6. f. litus. Vel oleum anethinum cum vitello oui ſubigatur, piper tritum addatur, & vmbilico adhibea- tur. Sed hîc, vt & in reliquis generibus colici doloris, ratio habenda eſt

da eſt mulierum grauidarum, ne quid iniiciamus, aut etiam appli- cemus, vel aliter imperemus, quod abortum faciat. Quale eſt caſto- reum, euphorbium, amara omnia.

Videndum rurfus ne nimium aperientibus vtamur. Sic. n. fit, vt apertis oriſiciis vteri ſanguis eſſuat, & ſequatur abortus.

Præterea neque remolliendum, neque relaxandum nimis. Hinc enim diſſolutis vteri vinculis abortio fit.

Curatio colicæ bilioſæ.

Inedia 36 colicos iuuat à frigida, lædit 37 verò à calida. A materia acri vehementiſſimè cruciantur, vomitus bilioli, æruginoli, motus 38 conuulſionis, & animi 39 deliquia, ſudores 40 interim frigidi, & febris, quibus phlebotomia exiguo 41 detracto ſanguine con- uenire poteſt. Multò magis, ſi febris adeſt, aut inflammatio orta in inteſtino. Sed aliquando hîc & in aliis generibus vrina ita ſuppre- mitur, vt inde 42 periculum immineat. Qua in re è malleolo vena 43 ſecanda eſt. Læduntur hi omnibus acribus & calidis, egentque temperatis, deinde etiam frigidis.

Purgatio 44 conuenit non moleſta, nec acruatim facta, ſed interuallis ex ʒ. ʒ. pul. hieræ picræ, ʒ. ij. ad ſummum, ʒ. i. 39 Syncope ſto- machica per cardilogium.

Caſſia, catholicum ad ʒ. x. exhibentur: 45 manna ad ʒ. ij. cæque diſſoluere oportet in aqua hordei, ptifana vulgari, ſero lact. decocto paſſularum, prunorum, ſebeſten, violarum.

Clyſteres 46 ex radice & foliis althææ, maluæ, violariæ, muccagi- ne ſeminis lini, althææ, pſillii, cydoniorum, adiecto interim capite papaueris cum vitello oui, oleo violato, butyro recenti, adipe an- ſeris, gallinæ, anatis, ſaccharo violato, aut melle violato.

Vrgente interim dolore, vtile erit hoc cataplaſma admouere. ℥. farinæ lini & hord. ana M. 2. coquantur in oleo chamæmel. ſi. cata- plaſm. calidum apponatur. Vel ceratum ſequens. ℥. ceræ ʒ. v. vitell. ouor. 2. farinæ fabar. ʒ. ʒ. olei chamæm. & roſ. ana ʒ. ij. Vitellos ouorum cum muccagine ſeminis lini coniunge, & cerato miſce.

Pleròſque curauit lenticulâ, (vaſis genere lentis figuram referen- te) decocto conuenienti plena, & plantis pedum admota, prouo- cato inde ſudore. Admouetur quoque conuexa parte. caua, è ferro albo, vel ſtanno.

Atque interim ſi ſuſpito eſt exulcerationis, tum plantago, roſæ, ſumach, & ſimilia decocto clyſterum miſcenda ſunt.

Plurimùm laudantur clyſteres ex liquidiore hordeato, aut lacte

lupuli anap ʒ. ſeminum end. melon anif. ſenic. glycyrr. raf. ana Drach. i. Sem. ſi. decoct. in qua diſſolue ſyrup. violac. multarum expreſſionum. Vnc. i. f. potio.

45 Manna iudè exhiberi nequit, quòd huiusmodi colici ferè ſint κηρὶ χολοκὶ καὶ μαχερλοσπαρχοκὶ.

46 Vt. Rec. radi. althææ Vnc. i. fol. viol. mal. alth. pariet. lactus. an. M. Sem. ſeminis pſillij, cydoniorum althææ ana Drach. ij. ſurſur. macr. hord. integr. ana p. 1. prun. 10. ſi. decoct. In colatura ad Lib. 1. diſſolue cathol. Vnc. j. vel Drach. vi. mel. viol. ſacchar. rub. ana Vnc. i. Sem. olei viol. Vnc. ij. u. olei violati ʒ. nenupharini ana Vnc. i. Sem. ſi. clyſt.

47 Primum temperamento frigida: ut iuscula ex decocto pullorum, eum lactuca, porru. oxalide: pisana seu bordeazum, prunorum damascenorum usus, vini abstinentia, syr. violac. Ter die comedat. Nam inedia talibus inimica.

48 Ut ventriculus confirmatur.

49 Ex decocto viol. agrimon. pariet. sol. vitin.

50 Vel condito borrag. citrin. myrob. alani.

amygdalarum dulcium ad quartaria quinque: in quibus dissoluē butyri recentis ℥. iij. sacchari violati ℥. j. Qui clysteres, quia leues sunt, si diutiùs retinentur, mel violatum loco sacchari. aut etiam commune miscendum erit.

Eadem 47 quoque alimenta sint. Panis, ex 48 austero vino aquæ frigidæ potus, inunctio ex oleo violato, butyro recenti, oleo chamæmelino atque etiam anethino. Sacculi & fomenta ex proximè dicta materia, chamæmelo, anetho, &c.

Balnea 49 aquæ dulcis. Narcotica in genere ferè necessaria. Verùm Arabes corrigunt non castoreo, pipere & similibus, sed croco & 50 stercore lupi. Quæ si medicamentis miscèda sunt, miscebuntur, vt priùs, hieræ, rhabarbaro, catholico, cætera quoq; & eadè ratione.

Sunt & alia genera colici doloris, vt ab apostemate, vermibus, intestini descensu, indurata fæce, de quibus alio loco.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Colici, doloris sublimis, aut inferioris nota.

Primum eum de dolore ventris æger conqueritur, an sit sublimis, necne, considerato. Galenus Aph. 7. lib. 6. sublimem & non sublimem distinguit, peritonæo; ita vt sublimis sit in membrana, & musculis abdominis. Hic dolores leniores sint, & minùs periculosi, facilèque ex proprietate doloris & differentiis causa discernitur, addito partium consensu. Quare cum membrana & musculi viliores sint partes, & faciliùs remedium vim sentiant, de salute & remediorum inuentione minùs dubitandum. Sin intra peritonæum, maius periculum. Primòque num ab vtero, an renibus, distinguit. Solent enim mulieres à partu, aut quo tempore fluxuri sunt menses, dolore colico simili torqueri. Sed vtero affecto, dolor magis est in ligamentis, ad inguina descendit, cox endicus videtur. Quibus adde partum antecedentem. Si ob difficultatem mensium fluentium, dolor magis circum renes, quàm in penitioribus partibus, qua parte venæ & vasa spermatica ad vterum tendunt. In his enim distentio est ob plenitudinem, vnde dolor: qui magis torquet, cum menstruum tempus appetit. Si à renibus ibi dolor incipit, fixus est, diurnus, in vesicam porrigitur, vrina aquosa, tenuis in principio, vel turbida, aut suppressa & similia. Sic de calculo, aut pituita in renibus suspitio est: de inflammatione verò, si febris iuncta, & magna renum caliditas sentitur. Alioqui in intestinis affectio est. Mordentur, distenduntur flatu, abscessum patiuntur, suprà vmbilicum periculosus, infra minùs. Morfus ab intemperie, inflammatione, pituita vitrea, materia calida.

Colicus dolor ab vtero ab eo, qui est à renibus, distinctus

Colic. dolor à calida causa. Colicus à flatu.

Colica symptomata.

In inflammatione febris & calor. In intemperie cum pituita vitrea, dolor fixus in vna parte, intestinum perforari videtur. A materia calida, dolor acris mordicans, post morbum biliosum, retentam bilem, vt in ictero, calidis irritatur, signa bilis adsunt. A flatu, aut alterius pituitæ multitudine, dolor non ita fixus in vna parte. Iliacus magis fixus, magis que in circuitu vmbilici. Colicus in lateribus potius iuxta fundum ventriculi, siue crassus aut viscosus humor sit, siue flatuosus spiritus interclusus, nec habens exitum. Symptomata sunt, nausea, vomitus pituitosi atque corrupti humoris, multò grauior, quàm per nephriticos affectus, ob recursum flatuum & materiæ sursum ab intestinis, qui aliquando biliosi sunt, tamen si materia pituitosa, excrementorum retentio, vt ne flatus quidem aut ructus exeat. Sæpe vagus est dolor, modòque hanc, modò illam partem grauiùs torquet. Circa vmbilicum aliquando sunt grauiissima tormina, propter anfractus tenuis intestini sensus vegetioris, in quibus interclusus spiritus dolores facit circa lumbos propter cæcum & colum, quod illic sæpe angustius. Deinde quia illic vincula neruacea sunt, quibus colum & renes inter se alligantur, & renes lumbis. Hoc malum si diurnum sit, & persisteret, nec re-

nec remediis cedat, vt fomentis, clysteribus, sacculis, vnguentis & similibus, confirmata est intemperies, & veluti hectica, quæ difficillimè remoueri potest, vnde imminet periculum hydræpici sicci. Si à vacuatione critica, aut sola refrigeratione nondum confirmata, adhibitis remediis facilè sedatur. Sæpe non adsunt, non flatus, sed cancer, aut abscessus aliquis dolorificus merendus periculumque imminet, ne marcor hominem è medio tollat. Quod obseruatum est à nobis in D. Zolin Medico, & Aduocato Gillot, cui colum, qua parte vicinum est reni sinistro, collecta veluti cartilagine dura in scirrhum obduruerat, interiore cavitare eo tumore intercepta, vt nihil transcurreret. Itaque neque clysteribus, neque medicamentis iuuabatur, etiam fortibus. Parte dextra colum ad instar magnæ vesicæ dilatatum & extensum medicamentis datis & potionibus plenum. Superiecti, viciniquè musculi abdominis, & peritonæum, saniosa. Post longa, & multorum annorum tormina, è quibus tamen non decumbebat, sexto, à quo decubuit die mortuus est sine febre, nisi quo die obiit, nimirum 5. Martii, 1555. Magister Hieronymus Germanus interna inflammatione, & putrilagine, colicum morbum similem passus est. 4. die obiit, extremis antè frigidescens, languescens pulsus, & sanguineis spectris ob oculos obuersantibus. Quod autem à veteribus scriptum est, colicum dolorem transire in Paralysem, id rarum apud nos: familiare quibusdam populis, vt Britonibus. Sacerdoti cuidam annorum 40. ex assiduo propè dolore colico Paralysis nata, dolorem soluit, sed mansit Paralysis annis aliquot. Vires ex pulsu non colligendæ, quia in dolore graui pulsus ferè paucus.

In vitrea pituita, vomitus, clysmata initio fortiora, pilulæ, vnguenta, syrapi. A viscido humore, & flatu eadem remedia conueniunt, sed imbecilliora, clyster emolliens, discutiens, relaxans. A bile aut influxu acris humoris, purgatio ex hiera, clysteres detergentes, fotus, aliquando balneum, pulueres à pastu. In phlegmone metuenta cathartica, quæ humores trahunt ad partem affectam. In flatu cucurbitula repente dolorem aliquando tollit. Rhabar. myrob. ob adstrictionem: senna, cassia, pruna, manna, dulcia ob flatum minùs conueniunt: balneum quoque, quibus ad conuulsionem, paralysem, arthritidem, natura propensior. A nimium violentis inflammationis periculum imminet. Senibus, pueris, mulieribus grauidis, imbecillo calore & viribus, narcotica non exhibenda. In crassis & viscidis humoribus, inimicissima: in acris & calidis, apra, in crassis spiritibus conceduntur. Phlebotomia si febris, & sine hac, vbi acutissimus dolor; & omnia consentiunt, sed angusto foramine, pauca vacuatione. Veronica trita è vino albo bibita, tur. alauda cristata incinerem redacta, & esca, cortex meli granati, capita veruecis furfures fixi, cingula è corio lupi, allia distillata, tunica interior ventriculi erinacei, anguillæ, sanguis, ossa & stercus lupi cum aqua tepida apot, castoreum, auicula (vulgò Mesange) coralli incisi, triti, & ieiunio dati ad cochlearia ij. per triduum, cornu cerui viti, vmbilicus incisus recens nati infantis, vt si modicum de eo, aurea, vel argentea armilla includatur, & circumferatur, cortex mali aurei. Sunt qui membranam inuolutam capiti pueri recens nati maximam vim habere contra colicum dolorem affirmant. Propterea si quando id accidat (nam non omnibus accidit) obstetrices seruant & experimento constare affuerant. Vnde dicuntur (nais coëffe?) quod felicitatis præsagium dicunt. Natus est mihi filius Iacobus cum ea membrana, quare, quia insignis erat, statim subtraxit, subduxitque anus obstetric.

D. Zolin Medici colico peremptus collecta id colo cartilagine dura. Aduocatus Gillot colico morbo sublatus. Hieronymus Germanus morbo præhensus colico simili occumbuit. Sacerdos ex ossibus duo colico dolore in paralysem incidit.

Qua à proprietate colicis medentur.

Physica quadam ratione mirum in modum profunt, si suo modo & tempore præparentur.

IN CAPVT XLI. DE COLICO DOLORE.

DVRETI ENARRATIO.

DE colico dolore. Qui à colo intestino nomen habet. Huius multiplex causa est. Omne intemperiei genus, oppilatio, abscessus,

Unde colicus dolor dicitur. Colicus doloris causa.

humor flatulentus, & spiritus, vermes atque feces, tum etiam solutio continui. Sed inter omnes causas principatum obtinet oppilatio, quæ per solutionem continui dolorem facit, non ipsa per se.

Ac primum de phlegmatica. i. de oppillatione pituitosi humoris & albuminei. Quæ frequentissima est fomentis & cataplasmatibus mitigatur, balneo aquæ dulcis, emollientibus, tenuantibus, vrinis cientibus.

Ad inguen sinistrum, &c. Vicinarum partium sympathia: Nam distantia vasa comprimunt venas crurales, unde fit quasi stupor femoris, quod nephritico dolori commune quoque est. Arabes tamen hoc interesse dicunt inter colicum & hystericum dolorem, quod ille nunquam ad inguen ut hystericus pertingat.

Vrina tincta. Saturatæ multa bile, quæ aditu ad intestina prohibetur.

Neque strepitus exire. Labefactata vi per istaltica intestini per contumacem oppilationem.

Permissus Arabibus. Contrâ, Auicennas dicit narcoticorum vsu excitari colicum dolorem.

Remedia verò. Quæ valent ad amotionem causæ coniunctæ & antecedentis declinationem, & eius præparationem ut facilius effluat.

Plebotomia. Si modo materia quæ habuit localem generationem in intestino siue per se, siue ex euentu, doloris atrocitate fluxum noui humoris afferat, aut etiam inflammationem pariat. Vel etiam si ex euentu per suppressionem biliosæ humoris colligatur albumineum phlegma.

Amulata. Ut zona lupini intestini dicitur curare dolorem colicum.

Incidentibus primum. Ut exitum facilem habeat, nec sua contumacia medicamento trahenti & naturæ expellenti resistat ipsa materia.

Conueniunt ergo. Ad præparationem phlegmaticæ causæ & partis affectæ consolationem; scilicet calefaciendo, mitigando, & coquendo.

Ius galli antiqui. Cum brassica rubra, hyssopo, thymo, saluia & satureia cocti: cuius insculum ad institutum plurimum valet.

Olea conueniunt. Quinetiam olea chymica rutæ, anisi, mirificos afferunt fructus si cum vino generoso bibantur: Oleum etiam iuniperinum arte chymica extractum cum vino generoso aut maluatico ad ʒ. ʒ. iniectum mirificè confert.

Aliquando cum decoctione conuenienti. Foliorum lauri & baccarum lauri, iuniperi, centaurei minoris, enulæ cum seminibus anisi, carui, dauci.

Citra calorem vehementem. Ne flatulenti spiritus amplificatio fiat.

Cucurbitula ampla. Quæ capiat ferè totum abdomen: ampla inquam & vacua sine scarificatione.

Cum mulio igne. Ut scilicet magna fuga vacui vehementius attrahat.

Coqui enim. Et habitum intestini emendat & ad natiuam complexionem reuocat.

Partim cathartici. Lenientibus ut catholico multo dupla senna & rheo.

Procedente malo. Si neque materia mitigari potest, neque excludi.

Craffiore substantia. Ut scilicet, temperamento & consistentiâ magis iuuarent.

Ad fortiores progredi. Ut scilicet sint gradus coctionis materiæ morbificæ.

Terebinthina quoque plurimum laudatur. Imò principatum obtinet inter medicamenta colica detergendo, tenuando & incidendo.

Supradictis cathartici Di. philonij. Quod si paulò vehementius aluum ciere velis, adiciis dacrydii grana duo aut tria.

Amuletis. Alexipharmacis admotis, appensis aut etiam sumptis ratione medicæ, non superstitione duce. lib. 2. ʒ. ʒ. ʒ.

Quæ à tota substantia. Hoc est complexione, non autem manifestis temperamenti qualitatibus.

In clysteribus ex leniente materia. Ex lacte, melicrato, decocto capitis veruecini, violar. malux, alth. feminum lini & altheæ.

Plus est materia. Quo natius calor & partis obsessæ robur opprimatur.

Distentio

Distentio maior. Quis dolor tenuis flatuum est proprius. Ut aliquando parte aliqua. Inæqualiter his aut illis partibus intumescat, dextera parte aut sinistra, superiore aut inferiore, ut sunt inæquales intestini anfractus.

Cucurbitula ampla imbuta. Perfusa vino generoso calente.

Cum multa flamma. Ut scilicet maioræ acuitatis fuga vehementius attrahat, restituatque habitum intestinorum.

Clysteribus primum utendum. Ex decocto capitis veruecini. Quæque tenuis sunt substantia. Ut anfractus subeant, & in omnes materiæ partes æqualiter se insinuent.

Nimum operientibus. Nam oxypora sunt grauidis inimica. Quicquid enim gerendi & nutriendi oportunitatem admittit, abortionem facit, omnemque causæ abortus ad hoc axioma reuocantur.

A materia acri. Aut quæ nimis abradendo immutat peristalticum motum intestini.

Vrina ita suppressitur. Quia nulla bilis ad conuexa hepatis fertur.

Abortus causa.

IN CAPVT XLI. DE COLICO

DOLORE.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM

ANNOTATIO.

DE colico dolore hoc loco dicturi, primum naturam ipsius doloris explicabimus, deinde vnus cuiusque differentias examinabimus, causas dolorificas aperiemus, ac pericula & successiones exponemus, ut conueniens sequatur curatio. Capite de cephalalgia docuimus dolorem nihil aliud esse quam perceptionem & sensationem rei tristic. Non est enim dolor sensus tristic, sed sensio, ut voluptas sensio & perceptio rei naturæ mitis. Quoties enim vis temperamento infertur, & dum labefactantur instrumenta, per quæ anima functiones obit, dolor excitatur & percipitur. Itaque in alteratione subita vehementi, & in solutione continui, doloris natura consistit. Hæ duæ præcipuæ imò solæ sunt doloris causæ, non vitiata conformatio. Solutione continui vehementissimus excipitur dolor, quod quodammodo id quod erat sit non ens, & quod erat vnum fit quodammodo non vnum. Esse autem vnum, bonum, & totum idem est. Ac proinde dixit Theophrastus cultas arbores ab incultis superari propter *ἄκων*, à qua læduntur, quasi doloris quodam sensu & indignatione sint præditæ. Si igitur *ἄκων* vim afferet arboribus, multò magis afferet animantibus. His duobus modis intemperie scilicet, & solutione continui in intestinis fit colicus dolor, qui acerbitate superat reliquos omnes, qui incidunt in alias partes, ita ut plerique manus sibi intulerint violentas. Ut est igitur intemperiei intensio, & morbifici humoris conditio fit dolor grauis, tenuis punctorius, & perforans siue pungens. Atque hic est vel in tota aluo veluti vagus; vel fixus qui omnia intestina inuadit *σπασμός* seu tormen nominatur: *βροβροπύγμο* à quibusdam dicitur; sed hic est doloris expers & est status sonorus in intestinis sine dolore, sicut tormen est dolor in intestinis sine flatu sonoro. Dolor fixus intestini vel est in tenui, vel in crasso. Non enim omne dolore afficitur, nisi per solutionem continui. Nam breue intestinum propter rectitudinem non est doloris capax ab intemperie & obstructione, nec ieiunum, quia non est chyli capax: sed ileum, vbi secretio fit itecoris & chyli acerbissimū habet dolorem, & symptoma facit, quem ileum seu vniulū nominamus. Quiquidem nihil aliud est quam symptoma intestini sinu osi siue ilei malè affecti, unde deiectio prohibetur, excrementa transitu prohibentur. Cui quando superuenit vomitus, in propinquo mors est. Qua de re historia est apud Hipp. sect. 2. l. 3. Epi. de ileosa muliere, & l. 7. aphor. de hoc affectu loquitur.

Quid sit dolor.

Quid voluptas.

Doloris causa.

A solutione continui cur dolor vehementissimus. Cur culta arbores ab incultis superentur.

Causa colici doloru.

Colici doloris acerbitas.

Vrina doloris distentia.

Dolor vagus.

σπασμός quid.

βροβροπύγμος quid.

Dolor fixus.

Quæ intestina ab intemperie & obstructione dolore afficiuntur.

Quid ileus seu
volvulus & eius
causa.

Fit etiam volvulus prolapsu intestini in scrotum per distributionis interceptionem: & præterea à contumaci obstructione, qui curationem recipit per stranguriam, ut inquit Hippocrates: vel per inflammationem quoque generatur, & hic curationem non admittit. Potest enim materiae derivatione curari stranguria per volvulum, & volvulus per stranguriam. Sed ut iam diximus plerumque fit ex prolapſu tenuioris intestini, quæ vix potest restitui, facilius quidem si crassum proceriderit, ut accidit illustri adolescenti, qui sæuissimis cruciatibus agitabatur quarto die interiit. Ne longum faciam, Colicus dolor vel est in tenui, vel in crasso intestino. Tenuia intestina sunt ileum, ieiunum *δωδεκάδακτυλον*, Crassa verò, colon, cæcum & rectum. Illa distributioni dicata sunt: hæc verò excernendis excrementis. Nec verò tenuia omnia intestina doloris sunt capacia: item nec crassa ab inflammatione. Sed ileum omnium est doloris capacissimum, quemadmodum colicus dolor fixus in crassis potissimumque in colo perspicitur. Negant quidam cæcum esse intestinum, quod prolabitur in scrotum. Annouit autem Galenus comm. ad aphor. 3. sect. 4. lib. 6. Epid. & aphor. 4. eiusdem sectio. quòd mesocolon pars est mesenterii, quia solum est interstitium tenuium intestinorum, Cui apophysis illa cæci intestini, quia non alligatur, facilem habet prolapsum in scrotum, cum eiusmodi intestinum sit exile in pueris, sed si suo loco restituitur, nusquam relabatur propter accretionem quæ fit crescente ætate. Colon igitur inter crassa intestina doloris capacissimum est, ut inter tenuia, ileum. Ut est morbificæ causæ natura, & partis suscipientis conditio, sunt dolores. Omnis enim dolor fixus, vel omne symptoma fixum, sequitur naturam partis oblesæ, & humoris conditionem. Intestina autem omnia exquisitissimo sensu prædita sunt natura, complexionem & temperamento, quia à dura meninge ut & ventriculus, nervos habent à costali parte nervi sextæ coniugationis, arteriam à lumbari. Motu prædita sunt peristaltico, proindeque habent fibras circulares, paucas rectas: qui motus quando resoluitur & labefactatur, oppressionem excrementorum sæuissimis ægri cruciatibus exercentur: vel si naturali motu præter naturam moueantur infernè sursum, grauissimus excitatur dolor, ut in tympanite demonstratum est. Intestinorum enim motu peristaltico labefactata non potest status exitum habere. Colici doloris causæ sunt intemperies, oppilatio, solutio continui. Intemperies simplex colicum dolorem excitat, primum calida tum per se, tum ex euentu: per se, quia acrimonia quam parit, pars irritatur: ex euentu, quia per eam supprimuntur feces, exhausto humore qui erat vehiculum stercoris & fæcis. Sic qui sunt hepate calido, sunt adstrictiore alui. Vnde scriptum est ab Hippocrate aphor. 20. lib. 2. *ὁ ἐν τῇ ἡπατί τὸ σπέρμα &c.* Quibus adhuc iuuentibus aluius humectata est, ijs senescentibus exsiccatior: quibus verò iuuenibus adhuc aluius sicca est, ijs senescentibus humectatur. Etenim si iuueni aluius fuerit adstrictior eodem bilioso, affecta cutis densatur, & bilis moderationem acquirit. Ut igitur causa doloris calida sit per suppressionem, sic & frigida per se & ex euentu: per se propter cruditatem, vnde status: ex euentu, quia distributionis interceptionem facit, & paucitatem excrementorum, & indurat quæ sunt in ventre, tum propter bonitatem eorum quæ intus sunt, tum propter motum peristalticum intestinorum. Quod ferè fit si lapidi frigidus inlederimus, & æquilonia tempestat, si pars illa sphincteris perfata sit: quòd fit ut tunc temporis alui sint adstrictiores contractio sphinctere musculo & peristaltico motu intestinorum factio infernè sursum. Humida intemperies non efficit dolorem nisi ex euentu, ut resolueno fibras circulares. Sed præter intemperiem aliæ causæ sunt ut oppilatio quæ facit dolorem per solutionem continui ex euentu non per se, sed per alienationem complexioitis & temperamenti. Quæ duo sunt naturæ instrumenta ad percipiendos rerum impulsus. Sed quæ sunt oppilationis causæ? Vna est abscessus primarius & secundarius, calidus frigidus, calidus & frigidus in ileo, vnde volvulus, frigidus in ileo, vnde volvulus, excrementorum suppressione. Sântque multò periculosiores dolores tenuis intestini quàm crassi: Illi, vnde qui chylum vomunt periculosius laborant, quàm qui stercus. Ad hæc sit oppilatio à crasso & glutinoso humore, spiritu flatulento, & lumbriçis (qui scordij decocto epoto educuntur scelicissimè, ut nos sæpè experti sumus.)

Historia.

Intestinorum nomina & vsus.

Colici doloris fixi sedes.

De casu intestini prolapsu in scrotum.

Vnde doloris propretia.

Intestinorum conctio & motus peristalticus Colici doloris causa Intemperies calida.

Explicatio aphorismi Hippocratis.

Intemperies frigida.

Intemperies humida.

Scordij decocto ad lumbriços.

Sed est

Sed est frequens obstructio fecis, atque ita ut aliquando rumpatur intestinum & in spatium alui feces effundantur. Vnde ægri miserabiliter moriuntur. Ista autem secum collectio fit ab intemperie calida, ut iam supradictum est, exhausto humore illum serosum, qui fecibus tanquam vehiculum subseruit: fit ab intemperie sicca per se aut ex euentu, ab inflammatione hepatis, bilis & suppressione: ab humida resolvente fibras circulares intestinorum, inde motus peristaltici labefactatio: à corporis seu cutis raritate. Vnde scriptum Hippocrates lib. 6. Epid. *Cutis raritas, densitas ventris vel densa interiora.* Vsu rerum calidiorum, ut diuturniore vsu hypocausti, & peregrinatione per ætatem Sole subardenti. Exudat enim ex partibus interioribus multus humor, & copiosus erumpit sudor: Quòd fit ut siccitate interiora consequantur, & crebro vrinæ quoque suppressio contingat. Sudoris enim & vrinæ eadem materia est. Fit quoque & translatione bilis ad superiores partes, ut in ictero propter canaliculi obstructionem qui à cisti fellis intestinis adhæret, ita ut clystere quodam naturali priuentur intestina, cum scilicet humoris biliosi acrimonia & vellitatione ad excretionem excitantur. Præterea narcoticorum vsus ex Arabum sententia oppilationem creat, quorum nimia frigiditate labefactatur vis peristaltica intestinorum, & inde secum suppressio consequitur. Accedit & visciditas est mixtio, coitus, sect. 5. lib. 6. Epid. Cur coitus veniunt indures. rum enim venerearum vsu effecti redduntur musculi transfueri abdominis, qui ad excrementorum expulsionem plurimum inferuiunt. Horum musculorum tanta est aliquando infirmitas, ut sumptum pharmacum sæuis excruciet torminibus. Flatulentus autem spiritus colicum dolorem producens ex suppressione fecum oritur. Præter intemperiem & oppilationem, & huius omnes causas considerantis & apostemata propria per collectionem; nam humor crassus & glutinosus colligitur; tum etiam solutio continui. Illæ sunt causæ colici doloris; Cuius tanta est acerbitas, ut ægri interdum ad exitum præcipitentur. Nam sæpe numerò successione habet, hydrops tum ascitis, tum tympanitis ex aphor. 11. lib. 4. Cum tormina quæ colicum dolorem induxerunt, non discutuntur fori aliòve auxilio, mutantur in hydropem siccum vicinia partium & operis societate. Dolor præterea colicus successione habet arthritidis ex Hippocrate (qui eo loco vocat colon, intestinum dextrum, quod ea parte patentius sit quàm sinistra) ita ut & aliquando dolor colicus prænuuncius sit arthritidis & paralysis, aut translatione materiae ad superiores partes, aut temeraria curatione; ut si clysteres materiam discutientes primò inieceris. Nam si cui nascatur dolor colicus à repentina collectione materiae & injiciantur clysteres carminatiui, fit disseminatio materiae. Melancholiam quoque & stranguriam inducit colicus dolor, & corpus infirmum facit doloris acerbitate; & ad quam adiungit humorum corruptionem. Inter colicum dolorem, nephriticum & hystericum multum interest: Nam differunt colicus dolor & nephriticus, situ, doloris proprietate, doloris quantitate & qualitate, tempore doloris, excrementorum qualitate, copia, excernendi modo, & alijs præterea symptomatis superuenientibus. Colicus dolor plures occupat partes quam nephriticus, & à dextra parte per fundum ventriculi originem habet; ita dolore & doloris proprietate differunt. Nephriticus generationem habet & mansione, inflammationi quidem coniunctus cum generatur, mansione verò, quia infixus. Colicus sursum, nephriticus deorsum. Symptomata quædam vtrique communia sunt, ut vomitus: sed hoc interest, quòd saturitate dolor colicus mitescit, vacuitate ægrefcit: at contra nephriticus, ex Arabum sententia. Tum repente oritur nephriticus dolor, qui diuturnam habuit generationem. Societate partium in nephritici lumbi afficiuntur, difficultas est in lumbibus musculis, femoris è directo stupor adest, difficultas quoque meiendi, ac primum egerunt vrinæ tenues, mox feculentæ quando calculus exitum habet. Si tum habet hic dolor sub notha costa & per propagationem ad pubem pertingit, nec nisi ex euentu ægri iuuantur, cum scilicet calculus opprimens excidit. Denique longè alia institui debet colici doloris curatio, à nephritici curatione. Vt enim nephritici doloris sint tempora, ita præscribenda remedia. Nam ex aphor. 5. sect. 1. lib. 6. Epid. oportet mollire in generatione, tenuare in mansione, & vrinas ciere ad motum. At quæ emolliunt, tenuant, & crient, ad colicum dolorem.

Intemperies sicca.

Causa adstrictioris alui.

Cur coitus veniunt indures.

Abstematia.

Solutio continui.

Colici doloris successiones in hydropem siccum.

In arthritidem successiva.

In paralysis.

In melancholiam.

In stranguriam.

Remediorum distinctio ad colicis dolorem & nephriticum.

rem commodè præscribi non possunt. Colica esse debent anodyna & narcotica, quæ nullo modo nephritidis conueniunt. Hæc diligenter obseruare debent, Scripsi enim Hippocrates sect. 8. lib. 6. Epid. similitudines peritis medicis nunquam imponere. Verùm vt ad colici doloris naturam redeamus. Colicus dolor ab intestino colo nomen habet, cuius tanta est atrocitas vt multi immisericorditer vexari, leuandi doloris causa se confoderint. Nam intestina exquisitissimo sensu prædita sunt, & præter in ista ætate neruos habent à tertia parte quæ costalis dicitur à sexta coniugatione.

Unde colicum dolor nomen habet.

Curatio colici doloris à pituita.

Pituita corruptio triplex.

Curatio colici doloris scopi.

Curatio colici doloris sedatione fit inchoandum.

Sedandi doloris triplex ratio.

Anodynorum tria genera.

Stupor inter dolores non numerandus.

Narcoticorum usum Græci familiarium non Arabibus, ut vult Hollerus. Historia.

Clysteres lenientes.

Felma.

Instituenda ergo nobis est colici doloris curatio, à phlegmatica causa nati. Nasci enim colicium dolorem scribit noster auctor collecta pituita crassa & frigida, atque aliquando vitrea, quæ potius albuminea dicenda est, quam vitrea. Concretionem fit. Omnis autem pituita tribus modis corrumpitur, vel concretionem, vel resolutionem, vel putredinem. Hæc autem albuminea suo frigore dolores acerbissimos excitat, & quia glutinosa, veluti abradit intestina, ita vt terebrari videantur, adde quod resoluuntur aliquando intestina. Cæterum dominatum humoris ex signis pathognomonicis & causis antecedentibus præcognosces. Vt igitur colico dolori à phlegmatica causa nato remedia conuenienter præscribantur, hi erunt curationis scopi vt prius medicus leniat & sedet dolorem, si fieri possit, priusquam ad affectus curationem veniat. Nam, vt vulgò dicitur, venter non habet aures: sic nec dolor habet aures, quia doloris atrocitas facit corpus infirmum. Experire autem sanitatem, vt dolore careamus: Ac ideo sedulo præstandum, propterea quod doloris atrocitas corrumpit humorem & nouam doloris causam continenter gignit. Postquam sedatus fuerit dolor, causa morbifica tolli debet, mitiganda prius, inde purganda. Sedandi autem doloris triplex existit omnino ratio, ex lib. 5. de simpl. med. Doloris, inquam, qui est sensio rei molestæ. Si enim intemperies causa est, ad æqualitatem est reuocanda; si temperamentum vitiatum, contrariorum æquali vsu restituendum. si complexio vitiatà à solutione continui, redde vnitatem & continuitatem corpori: Qua continentia seruetur corporis integritas. Nam in generatione hominis ex lib. de loc. in homine nullum est principium, nullus finis. Natura nihil particulariter molitur ad generationem, simul omnia iacit fundamenta, ex Theophrasto, qui id dicit ex Hippocrate lib. de nat. hum. Illa sunt si velis dolorem lenire. Lenientium autem, sedantium, anodynorum medicamentorum tria sunt genera. Quædam morbificam causam auferunt, vt in pleuritide phlebotomia: Alia leniendo, demulcendo, infringendo & laxando sedant dolorem, vt calida in primo gradu, vt est aqua tepida, oleum amygdalarum dulcium, balneum. Tertium genus est stupefacientium. Nam pars si stupefiat, non tantam percipit sensationem rei molestæ. Sed hæc necessario non exhibentur: Moderatus tamen stupor dolorem lenit. Quo argumento Galenus contendit stuporem inter dolores non esse numerandum, cum ipse dolorem lenit. Species autem genus suum nunquam destruit. Ad dolorem igitur colicum sedandum præscribuntur anodyna & narcotica, quorum vsum fuisse Græcis suspectum, Arabibus verò permissum scribit. Sed contra Græcis placuit.

Philonium enim præscribunt, quod recipit 3. x. vel 3. xij. opij & hyoscyamum. Præscribunt quoque pilulas de cynoglossio: Quibus & aliis narcoticis excitari colicum dolorem contendunt Arabes & Auicennæ sententia est. Hæc medicamenta narcotica à Galen. lib. 9. *ἡ ἰσχυρὸς* anodyna remedia & *ἡ ἰσχυρὸς* colica nominantur. Item & anodyna dicuntur cap. 19. libro 5. simplic. Qua & ratione nos exhibuimus narcotica cuidam, quem biennium exercuerat colicus dolor: Alternis diebus injiciebantur clysteres ex lacte: Alternis grana decem pilularum de cynoglossio cum consensua nenupharis capiebat, tum que dormiebat placare. Ad dolorem ergo leniendum tres omnino sunt rationes, per amotionem causæ, per stupefactionem, & per materiæ præparationem. Leniunt philonium & pilule de cynoglossio, & dolorem compescunt: Sed & lenientes clysteres primùm iniicere oportet ex lacte cum decocto emolliente & vitellis ouorum cum saccharo. Si enim ordine præpostero actiores prius iniiciantur, & sit perennis materiæ generatio, cuiusdemque perennis affluxus, æger damnus augetur, vti blando fotu oportet. Sunt

ret. Sunt hæc regulæ quas præscribunt practici & remedia quæ amouent causam coniunctam, & valent ad declinationem antecedentis causæ. Colicus autem dolor à pituita vel localem habet generationem in intestino, per se vel ex euentu. Per se quidem vt frigidiorum vsu & appulsu, vt acetariorum, narcoticorum, aliãve phlegmatica causa. Ex euentu verò nascitur colicus dolor, & habet in colo localem generationem, per suppressionem biliofi humoris, eiusque interceptionem, & per affluxum catarrhi. Laborat autem colon propter sinuosos anfractus & inæqualitatem. Sic inter tenuia intestina rarò laborat *δυσχελεστικόν*, inter crassa retentum. Præter anodyna, conuenit phlebotomia iis conditionibus, quæ in explicatione scripti authoris annotabuntur. Nam aliquando non confert. Præscribuntur ex auctoris sententia amuleta, id est medicamenta quæ circumponuntur. De quibus Galenus scripsit lib. 2. de compos. medic. *ἡ πύμα*. Sunt quidem amuleta Græcis *πέλασμα* certis quibusdam affectibus dicata, vt coronæ capitis: Sunt certa & vera amuleta ex vinca peruinca, verbenaca, radice pæoniæ in epilepsia. Sed est superstitiosum colligere hæc manè, vesperè, diluculo, crepusculo, hyeme, æstate, vere, autumno, aut quouis stato mense, manu dextra sinistrave. Pericles vt est apud Plutarchum in eius vita, in illa tempestate pestifera, in qua multi periclitabantur, non tamen continuo moriebantur, sed in qua laborabant omnes infirmitate memoriæ, iussit sibi admoueri per veterem sagam *πέλασμα* seu *πέλαστρον*, & ob id ab amicis insanus est habitus. Ineunte colico dolore, cuius materia localem habet generationem in colo, nusquam vrendù vehementi cathartico. Sed si impetu quodam præcipiti irruat humor, vt sæpe fit in tempestate pestifera, tunc medicamentum analogum influenti materiæ dolorem facienti præscribendum, quod humorem citatum, & motu quasi ferocientè excludat. At si localis phlegmatica causa sit per se, vel ex euentu, & tenacitate sua intestinis cõtumaciter adhærescat, frustra catharticum adhibebis, sed ægrum damnis augebis. Primùm igitur materiam mitigare oportet & lenire. Ad præparationem materiæ commemorantur ab auctore plurima simplicia, origanum, mētha, pulegium, &c. Ex quibus conficiuntur decocta, infusus, balnea, cataplasmata, quæ ventri admouentur. Decocta quidem quæ præparent ad excretionem, quæ consolentur calefacientia, quæ corrigant solutionem continui. Quinertiam olea chymica rutæ, anisi, mirriscos afferunt sanitatis fructus, si cum decocto conueniente, vel cum vino bibantur, eoque generoso. Primùm igitur, vt iam dictum est, leniendus dolor & materia mitiganda ex Philonio: tum fouendum incidentibus: Deinde partis obesse consolationi prospiciendum ex sequenti.

Ἡ olei chymici ex cinnam. confecti cum vino maluatico ʒ. j. vel cum vino ex insulis Potus. Hesperij. Deinde clyster iniiciendus ex vino maluatico, in quo olei iuniperini chymistici ʒ. β. dissoluta fuerit, & mirrificè prodest. Vel ex oleo rutæ, nucum, & anethi paretur. Damus etiam galiam & aliptam moschatam. Ad curationem colici doloris & ad ascendam cruditatem & a mouendam, vnde dolor ipse scaturit, nihil melius exhiberi potest, quàm iusculum salua conditum & hyssopo, cum granis tribus piperis nigri contritis & contusis. Dolorem enim summè lenit & causam amouet. Vel,

Ἡ. folior. lauri, baccar. lauri, centaury minoris, senule, cum seminitus anisi, carui, daucis, fiat decoctio. Sed quia decocta illa rerum incidentium, tenuantium, calefacientium & detergentium non tam sæpe temperamento profunt, quàm complexione nocent: vt vini complexione læditur os, temperamento iuuatur, sic aqua illa decoctionis non tam prodest temperamento quàm complexione nocet. Proinde sæpe vtimur oleis solis in clysteribus: Vt,

Ἡ. olei rutæ, nucum, anethi, vini maluatici an. ʒ. iiij. confectiois hiera ʒ. j. fiat clyster. Hic prodest temperamento & complexione, & pugnat cum causa, & partis consolationi confert. Clystere primò iniecto plerumque fit vt æger offendatur, propter spirituum amplificationem, secundo tamen leuatur. Quòd autem sæpe numero sedato dolore remanet complexionis intestini labefactorio, idcirco vini iniectio, & eorum quæ partis complexionem iuuent prospiciendum est: quale est vinum Hespericum, aut Hippocraticum hoc modo confectum: *Vinum Hippocraticum.*

Colici doloris à pituita generatio duplex. Per se. Ex euentu.

Phlebotomia.

Amuleta.

Superstitio in amuleta.

Cathartici in colico dolore exhibendi ratio.

Præparatio materiæ.

Decocta. Olea chymica.

Clyster.

Iusculum.

Decocta. Cur potius vino quam decoctis vtendum.

Clyster.

Vinum Hippocraticum.

U. vini purpurei veteris & generosi pintam unam. sacch. lb. ss. cinnamomi ℥. ss. Co.
 la per manicam. Confert & plurimum vinum aromatites. Præstantissimum quo-
 que condimentum est cortex aurengiorum. Habet enim calorem nostro calori
 natio *δι' αεσφου. υ.* Quinetiam cortex siccus quotidie deuoratus, iis qui colicis
 doloribus sunt obnoxij mirificè opitulatur. Præterea ex aurengiorum cortice pa-
 rantur *ζυμωματα*, diuiduntur in taleolas, & cum caryophyllis igni imponuntur.
 Cortex citri conditus inter condita principatum obtinet ad præcautionem &
 curationem. Castoreum etiam proprietate substantiæ est *υ' αεσφου. υ.* ut in hyste-
 ricis, etiam si virosa sit qualitate præditum. Cùm igitur in curatione colici doloris
 à phlegmatica causa, hi sunt scopi, vt primum dolor leniatur, quoad fieri poterit
 clysteribus lenientibus, foru, hapso, balneo aquarum *αποφύων*, si tamen tanta sit
 doloris acerbitas, vt ægrum in desperationem adducat, metu noui profluxus dari
 poterunt colica remedia, narcotica scilicet, sed ea conditione, vt non nimis stupe-
 faciant, ne contumacior fiat humor, & tenacius adhæreat tunicis intestinorum.
 Sedato lenientibus dolore, tolli causa debet, quæ vt excludatur materia mitifi-
 canda est præscriptis medicamentis. Deinde purgandum est maximè si localem
 habet generationem in intestino siue per se, siue ex euentu. Sed si colica ingruat
 causa & tempestas exoritur impetu humoris, exquisitè & *αδρως* confertim ex-
 purgari debet. Inter ea quæ leniunt, est cucurbitula quæ ampla sine scarificatione
 cum multo igne debet admoueri. Tantam vim habet leniendi doloris cucur-
 bitula, vt sæpe doloris leuatio à cucurbitula miraculo apponatur. Restituit enim
 temperamentum & habitum, quæ mutata sunt à synathrisimo humoris morbifi-
 ci. Rustici in colico dolore solent admouere scutellam plantani cum cineribus
 calidis & roremarino, vnde magna fit attractio, restitutio habitus, emendatio cõ-
 plexionis, materia coquitur, & quæ priùs sæua fuit, mitificatur. Præparata igitur
 materia expurganda est clysteribus, quorum multæ sunt formulæ apud Rhazem,
 Arculanum & Auicennam. Moliuntur fistulas ex corio longas pedem vnum: nunc
 habemus stanneas aut æneas, quibus per maiorem expressionem altius subit de-
 coctum. Sed hæc cautio sit in iniiciendo, ne omne decoctum emittatur, quia si
 totum exprimat, expresso decocto subibit flatus, vt si exempli gratia in animo
 sit iniicere lb. j. decocti, præscribes ℥. xiii. vel xv. fac vt ℥. ij. vel iij. in fistula relin-
 quantur. Soleo itaque materia mitificata localem habentem generationem in colo
 iniicere clysteres ex oleis anethi, rutæ, nucum, vino maluatico cum hiera. Com-
 mendantur in summa doloris acerbitate pilulæ ab Arculano descriptæ, quibus
 se foelicissimo successu laudem consecutum profertur.
℞. puluer. hier. picr. vel aloës pura & non losa (quæ præstiterit) ℥. j. vel ℥. iij. cro-
ci vel eius loco castorei & opij ana gr. j. vel ij. fiant pilula. Quod si velis magis alium
 ciere, misce scammonij grana. ij. vel iij. mirabiles fructus edunt. Nam intra ho-
 ram dolor quiescit, & intra 24. horas materia dolorifica excluditur. Verum à le-
 uioribus incipiendum potius est: Vehementioris enim medicamenti vis oppilat,
 obstruit vias, dolores immanes excitat, vt legere est apud Galenum, lib. 2. de ali-
 ment. de iuvene illo, qui epoto scammonio immiseri corditer sæuissimis cruciatu-
 bus agitabatur, hinc pyrum adhibuit ex præscripto summi præceptoris, quo cor-
 roborata naturæ vi quieuit dolor, & citatum atque ferocientem humorem ex-
 cludit. Sic Hippocrates initio sect. 2. lib. 2. Epid. meminit mulieris, quæ cardialgia
 cùm laboraret, prifanam ei dedit cum granis mali punici, & sic curata est. Sed ve-
 hementia medicamenta nunquam sunt accommoda, nisi vbi materia contuma-
 cior est & aliunde irruit. Utendum quoque erit amuletis, admotis, appensis, aut
 etiam sumptis ratione, medica non superstitione duce. Galenus lib. 2. de compo-
 sit. medic. *α' πτωι* amuleta quorum vsus est medica ratione vocat *αεζιματα*, in
 quibus existit quædam facultas ratione & experientia confirmata, vt si taleolæ
 præoniæ collo appendantur, ratio medica epilepsię conferre probatum est. A-
 lia *δραστηρια* legitur apud Gorræum in definit. medic. Hic autem locus cum eo
 non consentit, *αεζιματα* quæ superstitiosa sunt nec certa experientia comprobata.
 Experientia enim certa iudicij omnes semper est, vt umbra corporis, vt cùm ædi-
 ficare vult Architectus, primum animo ædificium concipit, & iudicio experien-
 tiam adiungit. Aliud præterea existit *πτεξ & εμπεσια*. Itaque hæc omnia *αεζιματα*
 superstitiosa

Cortex auren-
giorum.

Cortex citri, con-
ditus.

In narcoticorum
vsu, cautio.

Cucurbitula.

Scutella platani.

Clysterum for-
mula.

Clysterum ini-
ciendorum mo-
dus.

Cur à leuioribus
potius, quam à
vehementioribus
incipiendum.

Historia.
Vehementiori-
bus medicamen-
tis quando sit u-
tendum.

Αεζιματα.

superstitiosa sunt. In quorum vsu periclitatio potius adest, quam vt dixi, certa ex-
 perientia cum iudicio coniuncta. Vnde Hippocrates inquit, iis quæ sine ratione
 leuacionem adferunt, nullam fidem adhibere conuenit. Et alibi: Quæ iuuando
 & nocendo sunt definita, non est cuiusvis medici intelligere. Superstitiosa eadem
 ratione præscribitur intestinum lupi siccatum tritum cum vino datum. Dico e-
 nim vinum non puluerem quietem præstare. Laudant & anguillæ sanguinem,
 sed nihil prodest ac inutiliter omnino bibitur. Nam cum effusus est corrumpitur
 in complexione & temperamento. Non enim habet nisi ad tempus caloris sui
πικραν, & si vt inquit Hippocrates cum in ventrem effluxit corrumpitur, multo
 magis cum foras effusus erit. Probant quidam interiores tunicas ventriculi eri-
 nacei, quæ quidem vt & gallinarum calidissimæ sunt, sed tamen nullius mo-
 menti. Ridet eos Galenus qui ad *πικραν* ventriculi iuuandum præscribunt illarum
 pellicularum puluerem, eo quod mortuo animali omnino pars temperamentum
 & complexionem mutauit. Digerit quidem & concoquit pellicula dum ani-
 mans in viuus est suo calore; quod fieri non potest cum è vita excessit. Ad hæc ad
 dolorem placandum flocculi lanæ narcoticis intincti sedi immittuntur filo su-
 spensi, qui simul ac quieuit dolor retrahendi sunt. Nam medicamenta eiusmodi
 admota simul atque sedatus est dolor extrahenda sunt, nec sublata causa admo-
 uenda, *τεκρον* enim non *τεκρον* inducerent. Ac tum medicamentum non esset
τεκρον sed *τεκρον*.

Intestinum lupi.
Anguilla san-
guis.
Tunica interior
ventriculi eri-
nacei.

Noduli seu flocculi.

Colici doloris à
flatu causa.

Οξυπνοων υψος
quando conue-
niat.

Curatio colici
doloris à flatu.
Cucurbitula.

Clysteres.

Hactenus de curatione colici doloris à causa phlegmatica nati cuius scopos
 proposuimus & remedia ad eos explicauimus. Sequitur vt de ea quæ à flatu est,
 dicamus. Vt enim sunt causæ, remedia præscribi debent. Colici ergo doloris à
 flatulento spiritu excitari sæuissimum exitur dolor, cuius duæ potissimum sunt
 causæ, infirmitas caloris natiui, à nimia humoris aut pituitosi aut melancholici
 abundantia, & eorundem humorum resolutio: (facile enim *ζυμωται* melanco-
 licus humor, quod fit vt excitetur *ζυμωται* bilis atra, vsu calidiorum rerum & me-
 dicamentorum *αεζιματα*, quibus tutò nec sine dispendio valetudinis in melanco-
 licis vti licet, sed solum splenicis, id est quibus induruit lien sine feruore & dolo-
 re) flatulenti autem spiritus nascuntur cum calor natiuus est analogus materiæ,
 i. viribus suis ipsam non potest discutere & dominium obtinere, nec respondet
 dissipando humorem melancholicum & pituitosum, haud secus atque vere no-
 uo tempestas nobis serena magis videtur & nubibus omnino libera propter calo-
 ris vim caliginem dissipantem. Itaque ad harum omnium causarum cognitio-
 nem adducimur signis tum propriis, tum antecedentibus, tum consequentibus:
 Et vt causæ sunt, ita præscribi remedia debent, siue colicus dolor originem traxe-
 rit ab omni genere intemperiei, humiditate excepta, quæ non nisi ex euentu no-
 cet ab oppilatione; Cuius plures sunt causæ, vt abscessus qui vel localem habuit
 in intestino generationem, vel per *δυσχελη* in eo exceptus. Accedit ad superiores
 causas infirmata vis intestinorum *αεζιματα*, propter cuius imbecillitatem flatus
 à cruditate excludi nequeunt. Sunt igitur tres causæ; Cruditas, caloris imbecilli-
 tas, *αεζιματα* facultatis deprauatio. Huic dolori singulare remedium est cucur-
 bitula ampla, vt maiore vacuitatis fuga vehementius attrahat, & habitum resti-
 tuat intestinorum: attrahendo enim intestinorum complexionem restituit, calore
 materiam mitificat, & temperamentum ad mediocritatem reuocat. Quicquid
 autem intestinis complexionem restituit, intemperiem ad mediocritatem reuo-
 cat, id maximum affert huic dolori leuamen. Clysteribus nullus est locus in dolo-
 re colico à flatibus excitato, sed cum sit à fecum suppressione. Verum cum cau-
 sarum morbificarum sit quædam *συντηρησις* & sibi mutuam auxilium præstent,
 fit vt intestina distenta amittant *δυσχελη* *αεζιματα*. Quæ quia officium non pos-
 sunt facere in contrahendo, succedit fecum subsistentia, quæ coniungitur cum
 flatulento dolore. Ita ergo clysteres parari debent, vt dum mollire studes, feces
 non reddas duriores. Verendum enim est à siccitate. Nam & calor quidam accen-
 ditur ex vsu calidiorum rerum, quæ & aliquando acrimonia sua intestina abra-
 dunt, vt docet summus præceptor lib. 4. de diæt. acur. qui iniiciebat clysteres cali-
 dos & pingues ex oleis, qui lentore & pinguedine intestina demulcerent, & vias
 ad fecum exclusionem lenirent. Ergo emollientia vincere debent calida disten-

rientia; sicque prospicietur flatibus & fecibus. Vnde ex oleis præsterit præscribere, vt ex olei lini, anethi & violati æquis partibus. Sic erit par ratio emolliendi & discutiendi. Nulla aqua immiscenda erit, quia amica intestinis non est, sunt enim natura sicca & aqua resoluuntur. Nec crebriore clysterum iniectione vtendum erit, propterea quod frequentiori eorum vsu labefactatur vis intestinorum *αεὶς ἀπὸ κλύστῆρος*, & completio quæ sicca est prosternitur. Qua in re sæpius medicos errare quotidiano vsu animaduertimus. Superest vt pauca de colica biliosa dicamus. Lib. 2. de diarr. acut. scribit Hippocrates biliosos non facile ferre inediam, à qua multus fit bilis prouentus, vnde fit colici doloris generatio dum abradendo, intestinorum peruertit vim *αεὶς ἀπὸ κλύστῆρος*. Purgationem instituit auctor ex hiera. Sed hac distinctione vtendum. Nam picrocholis habitu, id est propter malum situm canaliculi, quo fit bilis non feratur ad intestina datur. Picrocholis verò temperamento, id est cum quis calidior est hepate, aut idem inflammatione tentatur, non tunc exhibetur. Ad dolorem sedandum vsurpentur pilulæ Arculau & philonium, quod hic locum habet. Cæterum in colico dolore à flatulento spiritu, nulla re magis leuantur ægri quam pedendo & rustando. Quoties enim exitum flatus habet, leuatio adfertur.

ANT. VALETII EXERC. XLI.

Doloris colici causse ex cap. 7. lib. 12. Meth.
FActa per distentionem in colo intestini continui solutione dolor prehendit ingens, qui ab affecta sede colicus nuncupatur. Huius causse sunt, crassus & pituitosus humor intra coli membranas collectus, qui ventrem excruciat, & tormina facit, vnde aluus suppressa est, & nausea ac vomitus molestant flatuosos spiritus, à quo tensio atque rugitus inflammatio, cum qua febris adest, dolor in ventre pulsans, vrinæ retentio, bilis vomitiones, quæ alioqui nihil leuant, atque internus ferupt. mordacium humorum collectio, à qua similia propemodum, sed paulo mitiora quam in phlegmone, symptomata sequuntur. Fit interdum à facibus induratis, nonnunquam à lumbricis. Nephriticum dolorem colicus sæpe ementitur, quia colon renibus incumbit. Sed, vtriusque distinctio ex peculiaribus signis petenda habetur apud Galenum cap. 2. libro 6. de locis mal. affect.

Colici doloris curatio.
 Vocatus ad ægrum Medicus hoc vnum inprimis studeat, antequam ad affectus causam tollendam aggrediatur, vt doloris vehementiam, quæ sæpius syncopem calamitosam inducit, sum moueat. Sedatur dolor anodynis, clysteribus, potionibus abdominalis, fomentis, litibus, cataplasmatibus incessibus, affixis dolenti loco cucurbitulis. Primorum clysterum quantitas minor esse debet, vt diutius retineantur. Maior enim grauando vim irritaret expultricem. Sed & in dolore mitiore licebit eadem opera causam ipsam demoliri. Vt si crassus ac frigidus humor intestinum afficiat, hic imperatur clyster.

R. mal. bisinal. violar. pariet. ana M. i. chamem. summitat. aneth. origan. calamenth. abrot. ana M. ss. semin. anis. caru. cumin. ameos. sesel. ana ʒ. ss. baccar. laur. sem. rut. ana ʒ. ʒ. decoct. ad lb. i. In colatura dissol. cathol. & diaphoen. ana ʒ. ss. sacchar. rubr. mell. anthos. ana ʒ. i. ss. olei anethi. & chamem. ana ʒ. i. ss. f. clyster.

Asi vbi flatus præualebunt, ita præscribatur.

R. decoct. remollientis & carminatiua lb. i. in qua diss. cath. ʒ. i. confect. de baccis lauri ʒ. i. melanthos. sacchar. rub. ana unc. i. olei aneth. ʒ. ʒ. f. clyster.

Terebinthina tum maximè adicitur, atque etiam oleum de scorpionibus, cum reum malè affect. suspitio incidit. Quod si biliosa sit causa, comparabuntur clysteres non è solis calefacientibus, sed mistis refrigerantibus, vt si cum remollitiuis vulgo dictis cichor. endiu. violaria, sem. frigida decoquantur, causa cum diaphoenic. sacchar. mel. viol. oleum viol. & aneth. dissoluantur. Neque verò

verò omittentur potiones ex phlegmagogis, aut cholagogis, vt erit materia, instituentur, nec quæ assumpta aut admota profunt, qualia ab Hollerio describantur multa. Colicum dolorem quam citissimè sedare, quæ ad amplissimum Ducein Aumallium misit. Comes Ruperfortius remedia, communi notum est experientia. Ea quamuis vulgaria, non grauabor subiicere.

R. mal. bisinal. mercurial. ana M. i. parietar. M. i. ss. sem. rut. ʒ. i. Bulliant in æquis vini & aquæ partibus, parca tamen quantitate adhibitis, vt liquoris plurimum per seraceum traiciendi superfit. Herbis & seminibus coctis adde butyr. recent. & oleis chamæmel. quantum satis sit ad cataplasma. Excipiatur stupis; dolenti parti applicandum.

Sed antequam cataplasma adhibeatur, spongia de cocto imbuta superiori, cui rantillum aceti, aut vini albi immistum sit, fouetur locus. Perseuerante dolore, panis recens cocti in clibano, & adhuc calentis mica inbuitur ol. scorpion. ʒ. i. ss. ol. aneth. & rutæ ana ʒ. ʒ. quæ puluere tenuissimo è seminibus cumini, anis. & feniculi parato sinapi sata, vt loquuntur, calidè affectæ sedi apponitur. Cæterum si dolor sit à phlegmone, longè operosior in eunda curatio, metu ilei, in quem facile degenerat. Valentibus ægri viribus mittitur sanguis. Mollientibus clysteribus sæpe sollicitatur aluus. Admouentur initio repellentia, deinde vt in reliquis inflammationibus, sensim ad resoluentia venitur.



HOLLERIVS.

De alui fluxionibus. CAP. XLII.

FLUXIONES alui partim vitio i ventriculi & intestinorum, partim vitio materiæ excitari solent. Ea verò materia vel in ventre est concepta, vel aliunde 2 translata, vt à cerebro, in fluxu 3 cerebri. Eiusmodi fluxus solet euenire otiosis, intemperatis, iis qui somno nimium indulgent, quique 4 humidiores sunt cerebro, modò iuncta frigiditate, aliquando etiam caliditate. Humida aëris constitutione, Austrina, & maximè cum sequuntur Aquilones, qui per Austros & cælum pluuium collectam materiam exprimunt in ventrem. Commouetur fluxio expergestis, & periodica est. Ex ratione materiæ curatio instituenda est. Nam aliquando pituita dulcis est, aut expers qualitatis: aliquando salsa, acris & mordax, quæ distinguenda sunt & curanda, ex iis, quæ cap. de catarrho descripta sunt. Nam sistendus est catarrhus, roborandum caput & ventriculus. Roborabitur ventriculus ea ratione, quæ præscripta est capite de debilitate stomachi. Influit aliquando ab hepate, liene, atque etiam vniuerso corpore, de quibus postea.

Quæ verò leenteria appellatur, multas causas habet: infirmitatem contentricis non solum ventriculi, sed etiam primorum intestinorum, è quibus fit alimenti distributio. Infirmitas ex intemperie nascitur: intemperies alia simplex & sine materia: aliquando verò cum materia. Quæ, vt plurimum accidit, salsa 5 pituita est.

Fit leenteria & ab acri, 6 humore, aut re alia eiusmodi

1 Intemperie, vitiosa conformatione, solutione continui.

2 Criticè, vel symptomaticè.

3 Per Apho. 30. li. 7.

4 Suppressa quæ cerebri vacuatione soluitur per nares.

5 Vel etiam acida, eaque leenteria comitè habet oxyregmiam.

6 Facit acris ille humor quassdam veluti aphthas: vnde expultrix facultas irritatur. Quomodo in vesica stranguria, in anotelesia, in emulsiis;

vim expultricem irritante, vt abiiciat cibum, priusquam confectus sit.

Res autem eiusmodi, vlcera sunt saniosa, quæ ab alimento velluntur, quibus aliquando occasio est pharmaci portiuncula retenta in rugis & asperitatibus ventriculi. Quod ab agarico, colocynthide, metallicis, & rebus quibusdam venenatis, vel non satis comminutis, vel maligna qualitate, inferri solet. Duo hæc genera causarum. Gal. annotauit. 12. Aph. lib. 4. 22. libr. 3. & aliis quoque locis Magna pars Græcorum, quique Arabes sequuntur, ventriculum putant viscida interim pituita illini, atque ita lubricari, vt inde disticta asperitate & rugis ventriculi læuor quidam sit, & via lubrica, vnde celeriter cibus defluat, nec possit contineri, ex qua ratione lænteria nomen factum est, quod non ita approbat Gal. comm. in Aph. 1. lib. 6.

Est & alia lænteria causa. Post dysenterias & vlcera intestinorum, cicatrices fiunt, quæ si obducantur osculis vasorum, per quæ à tenui intestino ad portas hepatis inuehitur chylus, defluit alimentum aliqua quidem ex parte, sed non omnino confectum.

Est autem in genere lænteria coctionis priuatio, cum celeriter alimenta excernuntur, neque consistentia, neque colore, neque odore, neque alia qualitate immutata, sed subalbida, maximè aquosa & liquida, nulla commixta bile, aut sanguine.

Alimenti nomine non solum cibum, sed & potus audiendus est. In ea, quæ ab acri humore, doloris sensus est: qui si perseuerat, dysenteria fit. In imbecillitate nullus doloris sensus, & melius eunte morbo, acidi ructus commouentur.

Curatio lænteria.

Curatio tota in duobus est. Materia 7 vitiosa (quam maximè arguit oris graueolentia, propter corruptum in stomacho humorem, aut cibum) primum est vacuanda. Deinde roborandus ventriculus. Itaque si materia acris est, infarcta tunicis ventriculi & intestini, purgatione ex hiera, rhab. vtendum est. Dissoluantur itaque 8 3. ij. aut 3. hiera, aut 3. j. eius pulueris in sero caprino, decocto cicerum rub. vel absinthij. Et quia puluis amarior est, adiicietur purgationi ex eo puluere 3. j. oxyfacch. simplicis, aut 3. vj. sirupi de absinthio. Rhabarbari 3. j. aut 3. iij. infusi in aqua absinthij, aut liquoribus supradictis. Veteres dissoluant in mulla, cui & vis est detergendi, & leniendæ amaritudinis pharmacorum.

In crassiore bile & contumacius hærente veteres addebant 3. j. scammonij. Nunc verò satis fuerit, si Gr. 4. dacrydij miscantur.

io Vacuata cacochymia, adstringentibus vtendum, sed modicè, multo etiam minus, si qua febris suspitio est.

Probatum remedium antiquis ex tribus partibus succi granatorum

torum acidorum, & vna succi menthæ simul coctis: deinde adiecto melle, vt fieret eclegma. Nostro more vteremur 3. j. oxyfaccharæ simpl. 3. ii. j. syrup. de mentha, vt per interualla 2. aut 3. cochlearibus vteretur, aut vt esset liquidius medicamentum, 3. j. iulepi ros. admisceretur.

Laudatum & aliud remedium è cydoniis & malis granatis, vt esset vtriusque æqualis modus, tum coquerentur ad putrilaginem, atque expresso succo tantum mellis misceretur, quantum satis esset ad eclegma. Nostro more licebit vti syr. de cydoniis, & oxyfacchara simplici, vt utroque ad 3. vj. cum 3. j. iulep. ros. Maximi est momenti diacodion cum sapa factum, quod & somnum conciliet, & ventrem sistat. Simile huic est diaporon Asclepiadis.

℞. piro. immaturor. malor. cydon. mal. granat. acidor. dactylor. immaturorum ana 3. j. Coquantur cum mellis rosac. ʒ. j. donec inspissentur: subductis ab igne adde mac. acaciæ caryophyll. an. 3. vj. cinnamomi, balauitior. an. 3. ij. Seruatur in vsus, & datur cum aqua cisternæ.

Exterius cataplasmata, quæ in debilitate stomachi à calore dicta sunt. His remediis celeriter curari scripsit Galenus in Meth.

In pituita eadem in genere conueniunt: quæ si crassa est oxymelite & similibus primum incidenda: tum ex hiera repurganda. Si verò tantum conspersa tunicis ventriculi, solis siccantibus & calfacientibus opus est, vt confectionibus è succo cydoniorum cum aromatibus, quas prius ex Græcis & Arabibus descripsimus, vino forti antitico styptico, sed modica quantitate. Modus enim potus est, ne fluitet in ventriculo. Quod si consuetudo est, diluat vinum aqua ferrata in qua vel cinnamomum, vel mastiche, aut vtrumque coxerit.

Proderit mirificè hic puluisculus.

℞. coriandr. præp. ʒ. 4. corall. rub. rosar. rubr. rasuræ ebor. cornu cerui, ossis de corde cerui an. ʒ. j. cinnamomi 3. ij. sacchari rosati 3. ij. fiat puluis subtilis, vtatur in pane tosto.

Mastichis Gr. 2. vel 3. in puluerem redacta, & ouo forbili excepta, per interualla deuorantur. Chepulæ condita, nux quoque moschata condita, caro cydoniorum, gelatina ex iisdem confecta: diacytonium, zinziber conditum, & alia in debilitate stomachi à frigore enumerata. Similiter & quæ exterius applicantur, ceratum stomachicum Gal. car. cydonior. emplastr. de gallia.

In calido autem fluxu potest tale emplastrum imperari. Mica panis in oleo rosaceo subigitur: deinde cum succo semperuiui & lactucæ malaxatur, & imponitur.

Laudatur vomitus è cæna: & quia cibos non continent, fixa ingenti cucurbitula, eo modo, quo cap. de cholera diximus, ventri affixa, vt contineatur cibus, procurandum est.

Rusticus quidam percuratus est quotidiano vsu coaguli vitulini fabæ parue magnitudine cum vino epoti. Sunt qui puluerem ex

11 Ut Rec. oxy-
facchara simpli-
cis Vnc. j. syrup.
de mentha Vnc.
ʒ. utatur ex co-
chleari, si febris
absit.

12 Galenus li. 8.
metho. 9. de
comp. med. local.

13 Ut scitu, lini
menta, hapsi, emz
plastra.

7 Antecedens
& coniuncta, pi-
uita acida, qua
resoluitur facul-
tas reuoluitur: aut
serum acre pitui-
ta & salsa, qua
aluum facit aph-
thosam.
8 Ut Rec. radic.
cichor. Vnc. j.
absinth. in fine
decoctionis postu-
p. ʒ. f. decoct. in
qua infunde rheu-
elesti Drac. ʒ. in
expressione dis-
solue syrup. de
absint. Drac. ʒ. j.
aut de mentha
tantundem, f. po-
tio.
10 Nam adstrin-
gentibus vena
obstruuntur, &
humores tenacius
adhaerent.

puendo ceruino & taurino exsiccatis parant, pani tosto oxyacanthæ succo, vel granatorum, prius imbuto inspergunt, & vtiliter assumunt. Fiunt etiam è farina fabæ fresca siccata in clibano, dein pista, cum aqua rosacea veteri, & saccharo rosato, nebulæ. Eidem farina pasta Regia misceri potest. Quod si nihil iis remediis proficiamus, dropace atque sinapifino vtendum.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Læenteria, Cœliaca affectio, diarrhæa, dysenteria, immoderatas alui fluxiones significant, sed vt nominibus, ita natura & causis distinctas, λέον Græcis læue significat, seu continuum, & nulla ex parte diuulsam, sed sibi vndique cohærens, & æquabili superficie. Vnde λέωντιρία, quasi λέωντος ήδ έντρον, læuitas intestinorum ήδ æquabili superficie. Vnde λέωντιρία, quasi λέωντος ήδ έντρον, læuitas intestinorum ήδ æquabili superficie. Vnde λέωντιρία, quasi λέωντος ήδ έντρον, læuitas intestinorum ήδ æquabili superficie. Vnde λέωντιρία, quasi λέωντος ήδ έντρον, læuitas intestinorum ήδ æquabili superficie.

Galen. comm. ad aphor. 1. lib. 6.

Læenteria à cæteris alui fluxionibus distinguitur.

Cœliaca off. Hæc qua Paulus Aeg. ca. 4. li. 3. Gal. lib. 6. dicit.

Alui fluxus in vituro qua off. Hæc dicitur.

Sequitur sæpè altos fluxus, diarrhæam, dysenteriam, aut longum morbum, tuncque ferè lethalis est. Quod si excrementa non egerantur cruda, & impure facta, sed semicocta, foetida, neque statim post cibi assumptionem, Cœliaca affectio dicitur, sitque ab iisdem causis, sed præcipuè à cibi corruptione ac cacochymia, & intemperie ventriculi, siue frigida, siue calida. Vnde Paulus scripsit Cœliacam, confundi cum Læenteria, quæ fit ab imbecillitate ventriculi. Merito ergo Galenus reprehendit veteres, qui in his affectibus cibos effluere ob læuitatem intestinorum existimarent. Et si enim hæc quoque causa est, non tamen præcipua, & propria, sed imbecillitas potius, ob quam ventriculus & intestina grauata à cibis assumptis, ipsos confestim excernunt. In medicina facienda, tria impijmis cognitio morbo spectanda sunt. An sit obstructio, in venis mæsaraicis, an humor acris, aut pituitosus, & an à capite fluat. Obstructio enim indicabit præter cætera grauitas in hypochondriis, excrementa chylosa, vrinae tenues. In acrimonia & exulceratione seu abrasa superficie partium, cuiusdam morfus inerit sensus. In imbecillitate, deiectio nullum dolorem efficit. Humorem autem è capite defluere Hippocrates colligi vult ex spumosis excrementis. Quibus (inquit Aphor. 30. li. 7.) in alui profluuiis excrementa spumosa sunt, iis ex capite pituita defluit. Sed hoc nõ est necessarium, vt Galenus monet. Nam, cum causæ contrariantes spumæ sint spiritus humori mixtus, & motus inæqualitas, vnde frangitur humor in multas partes, siue ob multitudinem caloris, vt in iis, quæ elixantur, siue agitationem, vt in mari, potest à venis proximis, aut ventriculo, aucto feruore, aut agitatione humorum spiritu mixtus excrementa reddere spumosa. Et in dysenteria materia commota, & calore æstiuante agitata videmus spumosas deiectiones fieri. Alia igitur signa adicienda sunt ex his, quæ circa caput apparent, vt grauitas, multitudine spuiti,

spuiti, quod manè & noctu vehementius fluat, æri somnolenti sint, pituita defluente ad ventriculum molestiam quandam sentiant, & similia. Solent autem, quasi per odis quibusdam, à somno nocturno spumosa excrementa deicere, quibus facile cerebrum repletur & ventriculus humidior est. Est enim, vt Hippocrates scribit 4. de morbis, cerebrum pituita veluti fons quidam quia velut cucurbitula incumbens corpori ex vniuerso corpore attrahat, ex quo fluxiones fiunt. Acidi ructus in principio demonstrant pituitam in ventriculo, aut frigidam intemperiam, nec dum prostratas esse vires, sed aliquo tempore cibos retineri, & veluti initium quoddam coctionis fieri. Sed aucta passione cessant, quod malum est. Bonum verò, cum post longum tempus superueniunt, ob eandem causam. Hæc igitur propria natura est, & essentia læenteria & cœliacæ fluxionis. A quibus diarrhæa distinguitur, quia non alimenta, sed humores prauis, multa liquida excrementa, pituita, vel bilis altera syncera vel mixta, vacuantur, siue ex toto corpore, siue ex aliqua parte.

Cerebrum pituita fons Hippocrati.

Diarrhæa à læenteria cœliaca distinguitur.

Natura enim sese exonerante, si orificiis, superioribusque partes valentiores sint, pylorus autem languidior, excrementa deorsum abiciuntur. Sin contra, sursum repunt, & pro diarrhæa vomitiones excitant. Modus autem propulsionis eodem modo fit: quo in superiore, irritata excretrice, aut retentrice imbecilla. Symptoma est multorum morborum. Fit enim sæpe in declinatione alicuius morbi acuti, vel post morbos diuturnos, cum variis & diuersis humoribus purgantur, vel à cute restricta, à medicamentis constringentibus, aëre, si post medicamentum purgans æger aëri se exponat, vel medicamentum sit violentius, aut si singulis annis bis aut ter ita soleat expurgari. Ab intemperie certè frigidioris ventriculi multitudinem cibi non coquente, læenteriam creari potius quam diarrhæam, consentaneum est. De dysenteria dicitur sequenti capite. Fiant & multæ alia fluxiones, vitio alicuius visceris, vt inflammatione hepatis, tumore lienis, & similibus quæ ad alia capita referri debent. Memini me fluxum quendam diuturnum in multis obseruasse, in quo varia, opima, nigra, cœrulea, iridia, satis corpulenta excernebantur. Ex quo alios euasisse, vt Aduocatum De la Vergne Anglum Pædagogum filij legati Angliæ, & alios vidimus alios intruisse, vt Malicornium Ducem galiebreim pediatum in exercitu. Haultemanum fabrum argentarium, & similes. Omnibus ferè vitium in visceribus, & vlcus in postremo intestino. Dominus Daticy in vico Templi post sextum annum, quo eo morbo laborauerat, interitit obfesso hepate multis vomitis, systerata parte mesenterij. Gorraus eo morbo in secundum annum functus conualuit. His, qui conualuerunt, interuallis idem morbus rediit, vel dysenterica excrementa. Anno 1558. Autumno dysenteria salutare iisdem excrementis. In fine purulenta egerebant, de quibus sequente capite. In omnibus certè Aphorismus Hippocrati notandus. Si qualia purgant, &c. Et cum duobus modis vacuatio moueatur in nobis, primum beneficio naturæ, vt in acutis morbis, diebus criticis, in longis autem, & hominibus sanis, statis temporibus & periodicis; deinde à qualitate quadam morbosa, & vi morbi, inordinate & sine periodicis. Medicus his fluxionibus obistere debet illas sequi, & tardiores iuuare, materiamque naturæ comparare, & comparatam, si natura cessit, vacuare: si vacuatione nimia offendatur, compescere, vt & si sit periculum vel ex transitu humoris, vel læsione alicuius partis, vt in Phthysicis pulmonum inflammatione & costarum, longè difficultate intestinorum ex scirrho lienis, & similibus.

Læenteria corum historia.

Vacuatio duobus modis in nobis vacuatur.

In diarrhæa, leniora initio, ne quid in gracilioribus intestinis retineatur, lac, topica, scilicet oculi, vnguenta, fofus, cataplasmata, purgatio, clysteres, opiata, cucurbitula, fumigia, pulueres. In læenteria, purgantia, confectioes, emplastra, vnguenta, pilule, inunctiones, in aluo plus iusto humidior, parciore potus, idque ad vesicam diuertendus. Vbi aluus sicciore, largiore potus, isque ab anadosi prohibendus. Vinum tenue & calidum, medicamenta diuretica, motus criticus, multas vrinas faciunt, vnde parua delectio, quia materia pars, quæ per aluum fluere, ad vrinas diuertitur. Sicuti multa eunte deiectione vrina pauca, aquosa, humore ad intestina conuerso. Sudor minuit & deiectionem & vrinam.

IN CAPVT XLII. DE ALVI fluxionibus.

DVRETI ENARRATIO.

Varij fluxionis alui modi. Fluxiones alui. Cum scilicet fertur aluus vel sæpe & multum, sæpe & paucum, raro & paucum, sæpius quam solebat, liquidis excrementis. Partim visio materia. Aliunde affluentis, vel etiam in aluo & intestinis genita. Eiusmodi fluxus solet euenire. Quando intestina oppressione fatiscunt vel irritantur. Somno nimium indulgent. Quia somnus diuturnior facit i' q' d' orna. (Il fait les gens bouffis.) Pituita dulcis est. Vt Vere. Aut acida. Vt tempestate aquilonia, autumno & hyeme. Nam sstendus est catarrhus. Prohibendo generationem, exhaustiundo fontem. Siffitur etiam aliquando narcoticis. Ab acri humore. A catarrho serino, qui aphthosum facit ventriculum, vnde vis continendi labefactatur. De quo illud extat Hippocratis. Quod ora mulierum grauidarum aphthosa futuram abortionem denunciant.

Diffendi cathartici ratio.

IN CAPVT XLII. DE ALVI fluxionibus.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM ANNOTATIO.

Resectionis ne cessat. Natura tales nos genuisset, vt partium corporis humani vitale principium & viuacitas eius non haberet perennem sui dissipationem, nullis subsidij auxiliariis egeremus, nec refectione opus fuisset. Sed quia ita vitæ ratio hominis est constituta, vt perpetuam sui dissipationem patitur, opus fuit viuifico ne refectione. Partes æconomia naturalis dicata. officia partibus impartitur, vt ventriculo hepatis, licni, vesiculæ fellis, intestinis crassis & tenuibus, renibus, & vesicæ, quæ partes æconomia naturali dicata sunt. quarumque partium ope in coquendo, attrahendo & secernendo æconomia naturalis absoluitur: vnde vt hæc efficiant hæ partes, bene morata & constituta esse debent. Sed tamen illæ tempeffates oriuntur, quibus labefactatur in concoquendo, attrahendo & secernendo. Si ventriculus pro analogia sectionis & functionis sensus tantum appetat, quantum miti ficare possit, & mitificans quantum appetit, res eius bono sunt loco. Sed ea incidunt tempora quibus defecta appetentia laborat, vel malè concoquit. Sic & intestina peristaltica vi labefactata non faciunt officium suum in excernendo. Quorum affectiones excitant ventriculi fluxus. De quibus antequam dicam, præscribenda sunt in vniuersum quæ scripta sunt ab Hipp. lib. progn. Sit igitur hoc tantum, quod omnis deiectio præclare ad salutem apparet & facit, quâdo feratur aluus fecibus figuratis & mollibus, quæ cibo ingesto proportionè respondent, quæque certis periodis excernuntur, quæ neque anticipant, neque retardât: Ac si diceret Hippocrates, Rerum earum quibus ducitur aluus, quatuor sunt genera. Aut enim fertur excrementis naturaliter constitutis, vt sunt cibi & potus, in quibus nulla ratio desideratur, quæ molles sunt, & figurata, i. quæ suo termino non alieno circumscribuntur, & paribus interuallis ducuntur: quæ cibo & potui proportionè respondent, denunciant aluum bene valere.

Ventriculi sani ratio.

Ventriculi & intestinorum vitia. Deiectionis ratione, ex Hippocrate.

Excrementa naturaliter constituta.

valere, ac nihil in eam confluere. In febre acuta si humida sit deiectio, proderit excerni sine fridore non sæpe, sed paulatim. Frequentia enim lassatur corpus, cum lassitudine somnum æger inire non potest: Vigilia autem malum est, quoniam humores corrumpit, vnde lipothymia & animi defectio. Sed si liquidis aluus feratur raro & multum, bene fit & commodo ægri, sæpe & parum, incommodo, sæpe & multum, periculo. Hæc ad excrementi modum & quantitatem. Sed si subruffa & bile tincta deiectio est, bile, inquam, quæ sit qualitate mitis non effera, & quantitate modica, proderit. Sic, vt scribit Hippocrates, Comatosos subruffa ab aluo manantia iuuant. Sed profuerit quoque excrementum crassescere, cum viam ad crissim morbus affectat. Crassescere παχύνεται apud Hippocratem est in mediocritate tenuitatis & crassitudinis consistere, quomodo dicuntur vinæ crassæ laudabiles, quæ crassitudinis & tenuitatis mediocritatem obtinent. Omnia corpora mixta crassescunt: sed pura & simplicia, vt aer & aqua calore tenuantur & resoluantur. Profuerit etiam ipsum abdomen & epigastrium καταπέδι & σπύγγιον, solidum, succi plenum, & in mediocritate laxitatis & tensionis positum. Sed si excrementum sit υδρῶδες, id est si diffuat & planè aqueum sit, fœdi odoris, spumans, vel à flatu infirmitate caloris natiui, vel etiam à calore præter naturam, neque vnquam crassescens, tale excrementum in malis est ducendum, & malis sit ægri rebus. Excrementum viride & prærubrum sunt praua toto genere contra naturam, & partium vnde manant, calamitatem denunciant, & damnis ægros augment, faciuntque vt breui decidat de statu abdomen. Sed multo peiora ac lethalia sunt, si nigra, pinguis, liuida, æruginosa & fœdi odoris. Nam mors in propinquo est, ac denunciant resolutionem partium à quibus manant. Oportet enim excrementa præ se ferre ideam partis ex qua manant. Exulcerato intestino primùm fertur aluius opimis, albis & paucis, vnde significatur tenuioris adipe colligatio. Quo consumpto si procedat vterius, & ad crassum adipem veniat, feretur opimis, paucis & flauis, solidiore absumpto adipe. Quod si altius serpat malum, ramentis fertur consumptione tunicæ. Quod si postremò altius radices agat, carunculæ feruntur, & tunc exspes est æger. Duplex autem substantia est intestinorum, quæ adnascitur vt adeps & pinguedo, quæ constituit tunica & membrana, cui adeps adnascitur. Quarum colloquationes adnascuntur & constituntur, non lapides illic concrefcentes agnouit Hippocrates. Fertur præterea aluus lumbricis rotundis, quos in febrium crisis viuos educi bonum est, & ad salutem, si mortui, ad interitum iudicant. Flatus quoque in aluo præter naturam continentur, quibus æquum est exitum habere (sed quia alui fluxionem non excitant, hinc non agnoscamus) & si sine strepitu & fridore, opimum. Indicant enim materiam præparationem & partis robur. Strepituum autem tria constituuntur genera: Alius enim est στυγῶδες, velle, alius φαρῶδες, pat. tertius περιφῶδες, pat. de masson. Ex qua Hippocr. doctrina complector animo, quatuor omnino esse excrementi genera naturaliter constituta: Primum est fex mollis figurata, quæ stasis periodis excernitur, & raliu generata. Quatuor excrementorum naturæ proportionè cibo respondet, quæ neque dura neque rotunda instar pilularum caprarum excernitur, neque feces sunt inæquales, quas Græci vocant ὑποψαδρῶδες, ὑποψυρῶδες. Quas verro, disceptas frustulatum feces. Carnes ὑποψαδρῶδες, Gallicæ sunt chais mortifices, non κραιπνῶδες, sicca & friabiles, quanquam vtrumque & ὑποψαδρῶδες & κραιπνῶδες siccum, rigidum significet & arenosum. Inæquales dicuntur feces, quod liquidæ parte alia, alia crassæ, alia molles simul sint: quod accidit ferè iis qui pyris vescuntur. Si igitur tales non sint, sed figuratæ & molles, secundum naturam erunt constitutæ. Fluxio alui est motus extraordinarius ad excrctionem rerum earum, quæ contra naturam in aluo continentur, vel aliunde veniunt, siue ἄνω ἢ κάτω, siue ἄνω ἢ ὑπό, id est, siue à partibus internis, siue ab iis quæ capiuntur. Dixi extraordinarium, quia in aluo bene morata, cum ventriculus officium facit, hepar & lien in coquendo & segregando operam collocant; intestina motu suo peristaltico prædita sunt, quo pensum absoluunt excludendo & recipiendo, tunc inquam non est motus extraordinarius. Sed si bis, ter, quater aut sæpius in die feratur aluus, quia excitatur natura ad excrctionem ex se vel aliunde, vicinarum partium consortio, si liquida, humida, nigra, viridia, rubra, flaua excre-

Mala deiectionis.

Quid sit crassescere.

Excrementorum variorum genera.

Excrementa in ulceribus intestinorum.

Duplex intestinorum substantia.

Lumbricorum desectio.

Flatuum excussio.

Flatuum tria genera.

Quatuor excrementorum naturæ generata.

Quæ feces sint inæquales.

Quid sit fluxio alui.

Motus alui extraordinarius & ordinarius.

mentis, lumbrici, flatus continentur in aluo, hæc consequitur motus extraordinarius. Flatus tamē excipio, qui, vt iam dixi, fluxum non excitant. Neque motus est alui extraordinarius, si humida & modicabile tincta sunt excrementa; si rarè & multum, si in iudicatione & morbo ad crifim properante crassescunt si venter est melior & succi plenus: & contrà si etiam ex aduerso accidat: quia vt illa qualitate, tempore & excernendi modo bona, hæc sunt mala. Localem generationem habere possunt in aluo pituitosa excrementa per intemperiem intestinorum, vt diximus cap. de colico dolore. Sic & omnia excrementa quæ veniunt è toto corpore vel è singulis partibus, vt ferum cum sanguine per venas & hepar conuertim & riuolosè in aluum confluit, vnde liquidis excrementis fertur aluus. Qui fluxus & impetus facit quatuor fluxuum aluorum genera, lienteriam, diarrhæam, dysenteriam, tenesimum. Fiunt affluxu humoris aut è toto corpore in aluum, aut è partibus superioribus vt è capite: Qualis ea est diarrhæa, in qua spumantia sunt excrementa; aut ab inferioribus, vt hepate vel liene, vnde dysenteria ἀδυστερία & ἰστανία, deiectiones nigra. Sese enim exonerant & multos humores effundunt in intestina. Varia autem hæc alui profluua vel sunt critica vel symptomatica.

Primum genus fluxionis alui est lienteria, quæ nomen habet à leuitate: Ridet tamen hoc nomen Gal. & Hipp. Leuitatem nuncupat Celsus non rei natura, sed aucupo dictionis: Effluit enim aliquando cum magna asperitate. Lienteria ergo nihil aliud est quam præpropere & cita cibi nullo modo mitificati excretio, qui nullam alterationem neque in substantia, neque in colore accepit. Sic definit Galeus. Est autem primigenia vel secundaria. Primigenia est à ventriculi vitiosa labefactata vi concoquendi aut complectendi. Secundaria, præcipiti illapsu catarrhi, qui ferum in intestina præcipitat. Labefactatur autem vis concoquendi cum aluus priuata est calore & potestate mitificandi cibos, vnde fit εἰρησις ἢ ἀράτης πύλωσ, amittit hanc mitificandi facultatem ab insigni intemperie frigida hectica ventriculi, aut nimia ingestæ alimentæ copia, quando non est par necessitati commoditas. Laxantur enim eius fibræ & diuturna oppressione fatiscit; quòd & accidit iis qui diuturniore morbo detenti fuerunt, & quibus liberalius sanguis profuxerit aut naturæ motu spontaneo, aut arte & industria chirurgi. His enim, inquit Hippocrates, humescant alui, quia factus est ventriculus infirmior, quo labefactato humescunt alui: tum etiam ab ignauia facultatis ventriculi propter longiorem ab officio moram. Vis retinendi duobus modis labefactatur, præcipiti catarrhi frigidi & humidè defluxu, vnde εἰρησις πύλωσ prænuntia lienteria: tum à feritate catarrhi leuiter exulcerantis, & sit aluus ἀφθώδης. Ἐφται enim solent esse prænuntia lienteria, & in grauidis mulieribus, denunciant abortum, quia quicquid gerendi & nutriendi oportunitatem adimit, abortionem facit. Præpropere autem cibi mitificandi exclusio est eiusmodi Ergo de ventriculo aphthoso vnde lienteria, scripfit Hippocrates variis in locis cohaec. prog. & lib. de morb. mul. Sunt autè aphthæ vlcuscula, quæ in labris infantium nascuntur, cum primam in lucem feruntur ab halitu nutritis, aut lactis acrimonia. Quæ lienteria sit prolapsu catarrhi ferini, habet ructum acidum prænuntium, qui si lienteria superueniat, bonus est; quia significat ventriculum cum cibis redire in gratiam. Cæterum nulla lienteria critica esse potest, nec vnquam sit bonis ægri rebus, sed semper symptomatica est: at diarrhæa & dysenteria, imò & cholera critica sunt, vt in lypyria febre contingit, quæ hypaxim suam habet in erysipelate alui, vnde aluus exandescit, quemadmodum scriptum est ab Hippocrate in Coac. prog. Multæ febres acutæ sanescunt dysenteria superueniente: Sic etiam lienosis difficultas intestinorum superueniens, bono est: & dysenteria fugax bona est. Diarrhæa quoque multis auxilio est contra febres & affectiones partium singularum. Diarrhæa in eunte pleuritide bonum; quæ si quoque primis diebus superueniat in hydrope, quando sine cruditate fertur aluus liquidis excrementis bonum, inquit Hippocrates. Sed si iam fractis & effectis viribus, ægrum ad exitium præcipitat. Diarrhæa symptomatica est, quæ venit à rerum calidiorum vsu, quæ inflammationem pariunt. Sic & dysenteria & ea quæ accidit in hydrope ab inflammatione ieiunii intestini. Quæ diarrhæa superuenit phthisi perfectæ infirmis iam viribus, lethalis. Nulla diarrhæa aut dysenteria in tempestate pestifera potest esse salutaris. Est verò sæpe critica

Flusionum alui causa.

Fluxuum alui quatuor genera.

Lienteria vnde dicitur.

Quid sit lienteria. Lienteria duplex primigenia & secundaria.

Quibus de causis aluus cibos non mitificet.

De alui retentione duobus modis labefactatur.

Ventriculi aphthæ.

Quid sint aphthæ. Ructus acidus.

Lienteria semper est symptomatica.

Diarrhæa dysenteria, & cholera critica.

Diarrhæa & dysenteria symptomatica.

critica dysenteria, vt cruenta in iis qui altero crure sunt mutili bene fit, & tantum utilitatis affert, quantum in mensuris bene respondentibus. Sunt tamen diarrhæa & dysenteria symptomatica cum totius corporis, tum singularum partium. Dysenteria lethalis ab atra bile, symptomatica à pituita falsa, quæ abradendo nocet intestinis. Ergo lienteria primigenia fit à ventriculi vicio, labefactata vi concoquendi ob causas iam commemoratas. Secundaria peior est, quando incidit in dysenteriam quæ lethalis est. Nulla igitur lienteria bona est. Cæterum vt supra attingimus læuitas intestinorum male lienteria nuncupatur. Nam in omni lienteria non sunt læuia intestina, neque priuatio coctionis consistit in læuitate intestinorum. Deinde distinctio hæc non explicat rei naturam, quia non sunt, vt iam dixi, intestina semper læuia, sed plerumque asperiora prolapsu catarrhi ferini, qui consistencia tenuis, qualitate aphthas excitat in ventriculo, vnde non potest complecti τὴν τροφὴν τοῦ βρώσιμα quæ intus sunt, quia exulceratus etiam à cibis suauissimis irritatur, vnde retinere non potest. Tum quod in omni lienteria fertur aluus sine torminibus, sine vlla rei tristis sensatione, si ferinum catarrhum exuperis, in qua fertur aluus cum aliqua exulcerationis perceptione circa vmbilicum, quæ si diuturnior fuerit, dysenteriam accersit. Patrefacta lienteria natura est, in qua fertur aluus præpropere cibis nullo modo mitificatis, & hoc est signum quod consistit in excrementi qualitate, tempore & excernendi modo. Causa est εἰρησις ἢ ἀράτης πύλωσ. Huius causa triplex: Vna quidem intemperies frigida hectica primigenia ventriculi. Altera prolapsu catarrhi asperitatis, cuius prolapsu præcipitatur cibus nullo modo mitificatus ad excretionem: Tertia est ventriculus ipse aphthosus, qui aphthas concipit à feritate catarrhi. Vt igitur erunt causæ lienterie ipsius, ita remedia conuenienter præscribentur. Signum intemperie hectica frigida est sensio frigoris in tota aluo. Causæ enim procatarrhicae, signorum rationem obtinent (vt in vulneribus capitis fracturæ sunt causæ procatarrhicae) vsus aceti, acerrimiorum, seri lactis, potio liberalis aquæ frigidissimæ, frigida hæc intemperie hectica signa sunt, & affectionem quam pepererunt denunciant. Signum verò consequens est: Præpropere, &c. Quid faciendum? Dabisne operam purgationi? Minimè verò. Dabisne medicamenta adstringentia? Minimè gentium. Quid igitur? Sequar consilium Hippocratis qui sect. 2. li. 2. πρὸ ἐπιπέδου. ita de lienteria scriptum reliquit: In diuturna lienteria si ructus acidus superuenit, qui prius non erat, bonum signum, (acidus enim ructus lienteriam sistit.) Sin minus ructu acidum mouere fortasse oportet, nec abs re forsân fuerit prouocare. Quod hic particulari exemplo docet, pronunciat absolute Aphor. 1. lib. 6. aphorif. Ac si diceret, Ructus acidus non solum est signum redeuntis in gratiam cum cibis ventriculi, sed etiam lienteriam sistit & soluit, quoniam aluus collapsa sursum mouetur, & exuentu sistit lienteriam. Itaque prouocabis ructum acidum fotu, hapso, rerum stomachicarum & calidiorum vsu, vt vini veteris præpotentis & generosi, ac aronaticis, corticis citri, & vsu aromatum, non tamen zinziberis. Fotus fiet ex absinthio, Fotus menta, anetho, camom. scanantho, spica, galanga, & nuce moschata, hapfus ex oleis calefacientibus, vt oleo nucis moschatae, nardino. Hæc facient ructum acidum, qui prius non erat propter intemperiem frigidam hecticam, in qua intestinorum & ventriculi vis effœta languebat, nullaque prorsus erat species coniunctionis. Haud secus atque in tempestate frigidissima aquilonia, qua cuncta glacie rigent nullus perspicitur in aere vapor, defectu caloris sine quo non potest excitari. Sic in frigida ventriculi intemperie hectica ructus acidus emergere nequit, nisi calidiorum ope prouocatus. Altera lienteria causa que fit à catarrho ferino, intelligitur ex ructu & signis catarrhi, quæ eueniunt expressione & laxitate. Tria autem sunt repleti capitis symptomata, κεφίσησις seu κεφαλαγγία, ἰστανία, & plethi symptomatica. Delabitur autem catarrhus acidus, cuius gustus acer percipitur in ore, deinde ructus primum fatuus, postea acidus apparet. Neque eodem modo curanda est hæc lienteria quo frigida hectica intemperies ex superius illatis causis orta, (quam, sed falso, quidam volunt per cicatricem fieri) hæc enim quæ est sine catarrho, curanda est sine purgatione, sed fotu admoto stomacho, puluisculis ex nuce moschata, caryophyl. & cinnamomo, siue sit primaria siue secundaria. Sed si fit à præcipiti catarrho, quid agendum?

Lienteria male intestinorum læuitas dicitur.

Lienteria causa εἰρησις ἢ ἀράτης πύλωσ, & huius causa.

Indicationes remedium. Signa lienteriam ab intemperie frigida hectica.

Curatio lienteria ab intemperie frigida hectica.

Ructus acidus causa.

Signa lienteria à catarrho ferino. Tria capiti repleti symptomatica.

Curatio lienteria à ferino catarrho.

Folio. R. rhei elect. vel pulueris eius ʒ j. maceretur in decocto absinthij & cichorij. In colatura forti expressione dissolue eiusdem rhei ʒ j. Exhibeatur vt catarrhus excludatur. Sed si crassior adhæreat tunicis ventriculi:

Pilula. R. puluer. hiera picra Gal. ʒ j. malaxetur cum syrupo de absinth. fiant pilula. Sed si demum spissior & tenacior existat, qui significatur nauſea.

Pilula. Historia. R. puluer. hier. picra ʒ j. scammon. gr. ij. iij. vel iiij. ad exclusionem humoris tam glutinosi, qui adhærescit tunicis ventriculi, ac interdum tanta copia, vt in guloso quodam obseruauimus humoris illius limosi pedem vnum crassitudinis. Purgato humore vtendum corroborantibus, quoniam non potuit tamdiu tunicis impactus adhærere, quin inuexerit aliquam intemperiem frigidam: deinde stendendus catarrhus remediis in capite de catarrho descriptis, qui in consistentia, qualitate & temperamento considerandus: Tertia causa est lienteria ventriculi leuis exulceratio, quæ aphthas inducit, de quibus sect. 3. lib. 3. Epid. vbi scribit in tempeſtate pestifera alium ciendam non esse: & comm. ad aphor. 12. lib. 4. & 1. lib. 6. vbi docet in lienteria vomitionem ciendam non esse, nisi alius abundet humore. Qui enim intestinis concluditur, non excluditur vomitione, sed quidem ab aluo, ac particulari vomitione non generali, quam prohibet tantum Hippocrates, vt in tempeſtate pestifera & lienteria, sic & hyeme, non autem particularem, quam bis in mense præscribit. Vniuersalis fit cathartico & elleboro. Eodem aphorismo meminit lienteria & aphthis & docet grauidarum ora aphthosa obortionem denunciare. Signum syllogisticum lienteria ab aphthis hoc erit, quia cum in cæteris lienteria speciebus & causis, intemperie frigida hectica siue primaria, siue secundaria, hoc est, quæ succedit dysenteria, quæ pernicioſa est; eo quod effertis iam viribus accidit; in hac, quam, vt dixi alius aphthosa facit, sensio quædam exulcerationis percipitur circa vmbilicum. Hoc Galenus sect. 3. lib. 6. Epid. annotauit. His positis quid agendum ad huius lienteria curationem? Oportebit æstimare causas & affectionem, potiôrne sit cura causæ antecedentis, quam affectionis natæ. Aphthæ enim non sunt curandæ purgatione, sed postquam catarrhum compeſcuerimus, resiccandæ sunt. Dantur aliquando colica & narcotica remedia ad sistendum catarrhum, vt conserua rosarum cum pilulis de cynoglossio: Quod tamen faciendum est si potior sit affectione. Quod attinet ad affectionem ipsam, tunc studebis cathartico? Minimè verò. Virum nobilem curauit lienteria laborantem ab aphthis. Dedi operam vt sifteretur catarrhus, & generatio prohiberetur, tandem decocto radicis cichorij cum tantillo absinthij curationem recepit, siccatis aphthis eiusmodi decocto. Dedi præterea hunc puluisculum.

Curatio lienteria ab aphthis ventriculi, & signa.

Vomitio duplex.

Signum syllogisticum lienteria ab aphthis.

Aphtharum curatio. Colica seu narcotica remedia.

Historia.

Puluis. R. coriand. prepar. fœnic. dul. ana ʒ j. rasur. corn. cer. ebor. puluer. margarit. electar. coral. rub. rosar. rub. ana ʒ j. vil ʒ. ʒ. cinnamomi gr. ij. sacch. ros. ʒ. v. fiat puluis tenuissimus.

Detur ex cochleari. Hic puluis habet vim mirificam exhauriendi & consumendi serum, & catarrhum nitrosum, vt loquitur Hippocrates, quod est in aluo & eam exulcerat. Hæ sunt artes & rationes curandi lienteriam. Parum distinctè apud auctorem sunt dispositæ. Cæterum quod ad Hippocratis locos supra commemoratos attinet, illud scire debetis omnia Hippocratis theorematæ prorrhet. vac. animaduer. & epidemiôn particularia esse, in quibus illud protulit, quod Demanetæ contigit: In longis læuitatibus intestinorum si ructus acidus superueniat, qui prius non erat, signum bonum, particulariter quidem: Sed in aphorismis omnia per simplicem enunciationem, vt & hoc quoque Aphorismo. 1. lib. 6.

Observatio in Hippocratis lectione.

Alui fluor, qui communi nomine diarrhœa appellatur, tres causas potissimum moleſti copiam, qualitatem, vel vtramque. Fit autem vel ventriculo & intestinis primario affectis, vel per consensum cerebri, hepatis, corporis totius. A cerebro quidem fluor est spumofus, ab hepate chyloſus: à liene niger: à toto corpore pinguis, & graue olens. Si à cerebro fiat, vt prope catarrho in aluum ruente, fons mali primum catharticus, humori accommodatis ex capite de catarrho repetendis exhauritur, nisi fortè naturæ fatis per se excrementi totum negotium committatur. Deinde verò excipiente parte confirmata sæpe viribus exolutis consulitur. Quod idem in fluxione alui à reliquis causis procurandum. Quæ ventriculum roborent sumpta & admota, ex capite de ventriculi imbecillitate petantur.

Diarrhœa nomine omnis alui fluor significatur.

Fluorum alui summa curatio.

HOLLERIVS.

De Dysenteria. CAP. XLIII.

HYEME 1 aequilonia, Verè 2 australi & pluuioso, calida Æstate, Æstatis sine & Autumno dysenteria fiunt otiosis, intemperatis, & quibusdam 3 naturis peculiariter, vt lentiginosis.

1 Quæ tempeſtate humor, qui in peculiari cuiusque natura retundatur, confuſus, exitum non habet.

2 Quæ tempeſtas pituita falsa est procreatrix, & procreata corrumpitur.

3 Ut viri & mulieribus præhumidum, quibus non est perspirabile corpus.

4 Cum pituita viscida ad sphincterem adhærescit, & restum intestinum exulcerat.

5 A tenuibus quidem sanguis facit: omni ex parte permixtus: à crasso, nullo modo, aut inaequaliter.

6 Unde deſtillationes optime, pauca & alba.

7 Propriè dicta cum vltimo serpit per omnes intestini aſtractus.

8 Lentiginosis, detergentibus, astringentibus, & cicatricem inducentibus.

Nam anteedentibus anni partibus pituita crassa & viscida in intestinis colligitur. Quod si bilis non pro ratione è cysti fellis in intestinum defluit, nec eam pituitam pro consuetudine deterget, multò copiosior pituita in intestino, & bilis toto corpore aceruatur, acceditque cruditas. Hæc omnia æstiuo calore putrescunt. Primumque illa pituita acris euadit: intestinum vellicat: fit deiciendi 4 appetentia inanis aliquando, at interim pauca, vel cum maximo conatu mucosa, & similia albuminibus oorum egeruntur.

Fit etiam aliquando, vt acrimonia eius humoris clausulæ venarum intestini referentur, & ita aliquid sanguinis vnà cum mucosis illis excrementis 5 deicitur. Hoc malum non dysenteriam, sed tenesimum appellari volunt. Tum dysenteria est, cum bilis illa putris magno impetu in intestinum confluit, & grauius exulcerat. Radit primum 6 pinguis, quæ intestina adnata sunt: deinde ramenta: postremò etiam sanies effluit. Excrementa illa ferè spumosa sunt, quia in dysenteria & febris, & inflammatio est. Itaque motu & calore spuma excitatur.

Omais 7 dysenteria exulceratio est intestini, aliquando totius quidem, aliquando huius vel illius: quod ad curationem distinguendum oportet, ex cap 43. lib. 9. Aëtij.

Curatio est in phlebotomia, purgatione, clysteribus, 8 potionibus, & externis remediis.

Corpore benè carnosò, graui fibre atque inflammatione, sup-

9 *Ue hamorrhoidum, aut men-
struorum.*
10 *Unde infirmi
tatis, & syncope
metu adfertur.*
11 *Imò non repugnat Gal. dum
vena sectionem
in diarrhæa pro-
hibet, non item
in dysenteria.*
12 *Ob frequẽtem
deiciendi cupiditatem, & anathymiasis somni ferè inopiam.*
13 *Ue fiat humor
ægyptiacus, qui
oratur in diarrhæa,
viamque ad loca
còmoda affertur.*
14 *Item quòd partes
superiores plus
habeant sanguinis, quam inferiores.*
15 *Ue neq. vires,
neque etas, neque
anni conditio.*
16 *Aque enim
naturæ studet & pugnat cum morbo.*
17 *Ob peccatum
humorum morbifici
generationem.*
18 *M. r. in inflam-
mationis febris,
& translationis
symptomata huius
morbis morbifici
ad nobiles partes,
unde p' euriis,
peripneumonia,
epilepsi.*
19 *Initio hæc
poterit præscribi
potio, cù vacuandi
còsiliu aderit.
R. c. rhei elec.
Drac. ij. macerentur
in liquore stil-
lavitio onidivina
& cichorii si lenis ex-
pr. sio. cui misce.
Vnc. ij. syrapi vio-
la s. p. o. s. o.*
20 *Præstabit di-
lutum exhibere
cum forti expres-
sione. Sic etiam
partes quasque
subicit rhabar-
barum. vna aliquòd torrefactum primas tantum venas permittit. Adde quòd rheum torrefactum acrimoniã acquirit,
præterea que intestinis inimicum. Itaque cum adstringendum erit, sic imperabis.*
R. c. rhei electi in tenuiss. puluerem redacti Drach. ij. macerentur in liquore conuenienti: s. fortis expressio. adde syrapi
res. de scog. Vnc. i. f. potio.

pressa aliqua solenni & vacuatione, sanguine multo rō cum excrementis abeunte, consentiente atate & viribus, vena secari potest, etiam si Gal. in Comment. ad Glauco. & lib. 4. de ratione victus in acutis repugnare n̄ videatur. Verum quia assidua egestione, perpetua 12 vigilia, febre atque inflammatione vires maximè laborant, temperandum vacuandi consilium est. Itaque alij humeralem, alij venas extremæ manus aperiri volant, quia hinc minus virium cum sanguine effunditur. Potest & basilica aperiri, sed angusto foramine, & paulatim reuulsa atque etiam vacuata materia. In sup-pressis purgationibus inferioribus 13 venas malleoli aperiri iubent. Quod si fit, eò magis temperanda vacuatio, quòd hinc ductus sanguis 14 plus virium, quàm è manu exhaurit.

Eadem quoque controuersia de purgatione. Sed iam indubitatum est, vbi & morbi magnitudo, & 15 cætera non repugnant. Nul- lum autem præstantius pharmacum 16 rhabbaro, à quo purgatio non solum semel conuenit, sed si res exigit, & vires permittunt, sæpius 17 repetenda est.

In purgatione consilium esse debet, vt obstructiones liberentur, & via facta, redundans materia vacuetur.

Nec 18 de adstrictione initio cogitandum est. Itaque 9. 4. plus aut minus rhabbari imperentur. Infundantur in aqua endiuia, aut simili, quæ vim habeat liberandæ obstructionis. Aliquando 3. 6.

syrup. ros. de siccis, non tam adstringendo, quam roborando commiscetur. Nonnunquam aromata, cornu cerui, vnicornis, admiscenda putant. Multo magis, vbi popularis dysenteria est, & suspitio virulentæ materiæ. Cornu ceruinum crematum prius, deinde elotum, dysenterias scribit sanare Galenus. Nec alia vis est vnicornis, nisi quòd arbitrantur valere contra venena omnia. Itaque 19

potioni è rhabbaro Gr. 4. vnicornis, aut plura, aut cornu cerui ad 9. i. misceri possunt. Practici plurimum vtuntur myrobalanis. Dioscorides manifesta quidem ratione agarici 3 i. imperat, vbi mucosa

& pituitosa deiciuntur. Neque à ratione alienum, vbi non ita vitiosa sunt excrementa, & obstructiones multæ sunt, descenduntque maculenta, expressioni 3 i. rhabbari infusi in aqua endiuia aut cichorii adicere expressionem agarici trochiscati pondere 9. i. infusi

in melle rosato colato. Practici loco agarici expressione 3 2. aut 3. carthami in sero lactis infusi, aut melle rosato, vtendum putant. Nonnunquam polypodio. Sed præ cæteris rhabbari vsus probandus est. Procedente morbo infusioni 3 i. rhabbari 9. i. eiusdem

in puluerem redacti admiscere licet. Postremò etiam 20 torrefaciunt, cum iam adstringendi consilium nascitur. Maximè confert mastichina aqua è ʒ. ss. aqu. & ʒ. i. mastich. s. sul coctis vinum di-

luere.

luere.

luere.

luere.

luere.

luere.

luere.

luere.

luere. Vel deligetur aqua cisternæ, in qua incandens aurum fuerit extinctum.

Quod ad clysteres, & ad cætera remedia attinet, videndum ne initio adstringentibus vtamur. Adstringentia febrem augent & inflammationem, vitiosam materiam prohibent ne effluat, eaque prohibita regurgitat in partes superiores.

Hinc grauior febris incenditur, epilepsia fiunt & convulsiones, aliaque eiusmodi mala enascuntur. Adde quòd adstringentia intestinorum vlcera exasperant.

Sed adstringentium tempestiuus vsus est iam vacuata in totum, vel magna ex parte, vitiosa materia, quòque tempore iam excernitur cum vitioso frugi succus, & inde virium casus metuitur.

In adstringentibus, quæ lenius id præstant, meliora sunt, deinde ad fortiora progredi licet. Videndumque est, vt adstringentibus

partim lenientia misceamus, partim etiam, si per os sumuntur, ea quæ vrinas ducant. Sic enim fit, vt nullo periculo materia prohibita ad vrinas diuertat, nec refluat in partes nobiles & superiores.

Quo tempore confirmandum hepar est, ne tam facilè humores è corpore reliquo recipiat. Quod efficiunt cerati santalini 3. 3.

malaxatæ cum oleo rosaceo, extensæ in aluta, vt fiat scutum ad modum crescentis pro hepate. Cætera quoque, quæ capite de

debilitate hepatis à calida causa dicta sunt. Eadem ratio stomachi & ventriculi habenda est ex iis, quæ propriis capitibus descri-

pta sunt.

Clysteres primùm leniant: deinde detergeant & abluant: postea etiam carnem regenerent, & consolident. In quibus si oleum dissoluatur, dulce 23 sit, non salsum, aut si salsum est, prius abluatur, vt sal-

suginem deponat, & omnem alienam qualitatem.

Clysteribus lenientibus optimum est admisceri quod intestinum roboret. In detergentibus & reliquiis intestinorum sensus, & nuditas prius cognoscenda est. Alia enim intestina vegetiore sensu

sunt, nec ita indurata pituita, non ita carnosa, quibus elementiores clysteres conueniunt.

Clysteres lenientes.

24. 24. ros. M. i. Fiat decoctio in lacte recens multo ad ʒ. i. ss. Colatura fundatur tepida, diu retineatur. Dolorem mitigabis, tēperabis ardorem, vlcera abluet & detergebis, illines intestinum, solidabis, roborabis, vim acrium humorem obtundes. Galenus, Oribasius, Aëtius, solo lacte recens multo vsi sunt. Aliud.

25. 25. ol. ros. ad ʒ. i. leuiter calidum pluribus horis retentum dolorem & inflammationem mitigabit. Poteris addere semissi libræ olei rosarum, decoctionem maluæ & sœnugræci, seminis lini, althææ & cydoniorum, aut horum mucaginis pari mensura commiscere.

Alij ʒ. i. olei amygdalarum dulcium, mucaginis sem. cydonio-

21 *Vide histor. 2.
vniuersal. lib. 3.
p. 1. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

22 *Nam initio
potior esse debet
materia cura,
quam vlceris in-
choati.*

23 *Ue oleum com-
mune, violac.
amygdal. dulc.*

24 *Vel rosarum
P. ij. viol. M. i.
Vel lenientem
clysterē sic præ-
scribes. R. c. vio-
larie, alth. la-
thuc. pariet. sum-
matium anethi
ana M. r. prunor.*

25 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

26 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

27 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

28 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

29 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

30 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

31 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

32 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

33 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

34 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

35 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

36 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

37 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

38 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

39 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

40 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

41 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

42 *Ue si feruū ma-
tri horã integ.
ros. ana p. i. semi-
ni alth. p. s. s. &
cydo. ana Drach.
ij. rad. althææ.
Vnc. i. f. deco-
ctio: in qua dissol-
ue (si potior sit ra-
tio materia. quæ
vlcerū) vel bu-
tyr recentis, vel
ol. amygd. dulc.
Vnc. ij. mellis ro-
sati & sacchari
ʒ. i. an. Vnc. i. ss.
vniuersal. 2. 3. 4. ubi
de stranguræ
agit Hipp. deri-
uatiōne ab alio
ad renes facta.*

rum extractæ in lacte ꝑ. 4. adiiciunt.

Conuenit amygdaloga, vel orizoga, hordeatum, auenatum, li-
quidiora ad ꝑ. i. infusa cum butyri recentis ꝑ. 3. aut pari pondere
adipis anatis, anseris, gallinæ, pinguedinis hirci, caprarum. His enim
tutiùs utemur, si quia olei qualitas suspecta est. Amygdaloga &
orizoga leniunt magis, & contemperant. Hordeatum etiam re-
frigerat. Auenatum siccatur. Conuenitque magis in tenuibus fluxio-
nibus. Ad eandem valet syrupus rosa. de siccis, diacodion sine specie-
bus: horâ somni datur.

Rhazes non habere parem scribit in dolore ab acrimonia, olei
rosati ꝑ. i. ꝑ. 3. mucillaginis sem. psillij ꝑ. 4. Laudatur & hic clyster.

Ꝛ. sem. lini, althææ, psillij, conuassatorum ana ꝑ. 3. sem. cydonio-
rum, orizæ & tritici in tegula tostorum ana ꝑ. i. fiat decoctio in la-
cte ad ꝑ. i. ꝑ. 3. In colatura fortiter expressa dissolue sæui hirci, aut
pinguedinis raxæ ex abdomine arietis ꝑ. 2. butyri recentis ꝑ. 1. sac-
chari violati ꝑ. 1. ꝑ. 3. ouorum vitella 2. Vitella miscemus leniendo, &
vt diutiùs inhæreat intestino, quod infusum est. Similiter & se-
pum, & quicquid pingue est, saccharum & mel detergendo. Vt imur
albissimo saccharo, vt lenissimo: grosso verò appellato, vt magis de-
tergente.

Hoc etiam magis, melle rosato & communi. Celsus hoc clystere
dolorem mitigat, appetentiam excitat.

Ꝛ. decocti foliorum rosarum quartaria ꝑ. vitella ouorum 2. In
Dysenteria ferè 26 tormina sunt & flatu. Qua in re summitatum
anethi & chamæmeli, florum anthos & meliloti aliquid miscen-
dum est. Contra verò sanguinis excretiones tapso barbaro, planta-
gine, bursa pastoris, centinodia, fragaria utimur.

Clysteres 27 detergentes.

Aqua hordei, serum 28 lactis cum melle, aut saccharo ros. Simi-
liter hydromel. decoctum cicero rub. parietariæ, furfurum, vi-
num rubrum, decoctum beatæ, 29 centaureæ, radicis cucumeris
agrestis: ficuum pinguium, absinthij, lupinorum. Horum vnus
quartaria quinque aut libra. In quibus dissolue mell. ros. sacchari.
rub. ana ꝑ. 1. ꝑ. 3. Aliquando semuncia terebinthinæ 30 liquidæ cum
ꝑ. 2. salis 31 communis. Aut vt detergeas & lenias, detergentia co-
quantur in lacte.

Vel Ꝛ. aqu. hord. ꝑ. i. succ. plantag. ꝑ. 4. vitella ouor. 3. f. clyster.

Fuerit quoque vtile rosas, plantaginem & similia adstringentia
admiscere, vt roboret. Vt materia contumax est, quæ inhæret inte-
stino, plus minùsve detergebis.

Fortiores sunt clysteres ex vrina, lixiuio, muria, falgine, aqua
falsarum oliuarum. Fortioribus vteris, vbi leuioribus nihil effe-
ctum est. Detergentibus dolor interim exasperatur. Itaque reddito
clystere detergente, lac recens multum injicies, aut clysterem qui
leniat.

In carnos

In carnosis intestinis regeneranda caro: in membranosis consoli-
dandum est. Carnem regenerabis clystere, qui priuam abluat,
deinde impleat carne. Ablues è sero lactis & saccharo, ex vino cali-
do, austeriusculo, mulsa, & similibus.

Deinde commiscebis ꝑ. 2. pul. 32 gentianæ, thuris, enulæ: tetra-
pharmaci ꝑ. 1. vel eo plus: aut liquoris commiscebis mellis, terebin-
thinæ & butyri ana ꝑ. 6. Optimùmque fuerit hos clysteres ꝑ. 33 diu-
tiùs retineri, crassiores fieri additis ouorum vitellis.

Consolidant & cicatriem ducunt decoctiones adstringentium,
in quibus terræ sigillatæ, boli armen. sanguinis draconis, thuris aut
similium ꝑ. 2. vel eo plus misceantur.

Sunt autem adstringentia alia calida, alia frigida. Calida, nardi
spica, absinthium, cinnamomum, caryophyllum, calamus aromati-
cus, lignum aloë, galla, thus, mastiche, manna, aloë, myrrha, vis-
cum, iris, gentiana, aristolochia, enula, styrax, ꝑ. 34 propolis, saluia, ar-
temisia, thymum, origanum, rosmarinus, pæonia, anisum, ammi,
cuminum, nasturtium, coagulum hædi & leporis, caseus inuetera-
tus in aqua coctus, si ccatus, & in puluerem redactus.

Frigida, hyoscyamus, portulaca, lenticula palustris, psillium, sem-
peruiuum, cichorium, polygonum, lactuca, vmbilicus veneris, oxa-
lis, violaria, cucurbita, atriplex, solanum. Sed hæc non ita adstrin-
gunt, ꝑ. 35 quia humidiora sunt: quæ sequuntur magis.

Vitis capreoli, arnoglossum, rubus, myrtus, balauſtia, mali-
corium, rosa sicca, corna, sorba, pruna syluestria & pira, mespila,
galla, thus, berberis, acacia, hypocystis, terra sigillata, hæmatites,
bolus arna, sang. draconis, salix, coriandrum in aceto maceratum,
carabe, caphura, corallus, margaritæ, cornu cerui, santali, spon-
gia ex aceto expressa, imbuta pice, deinde cremata. Interior tu-
nica ventriculi gallinarum, erinaceorum, papauer, hyoscyamus,
opium.

Aliud est genus clysterum in putridis ac serpentibus vlcerebus
intestinarum in quibus caustica dissoluuntur. Fiant pastilli
caustici ex arthenico, calce vna, auripigmento rubro, mixta
acacia, & iis quæ adstringunt. Coguntur ex succo plantagi-
nis, ex vino cocto, fiuntque pondere ꝑ. 1. ꝑ. 2. aut 3. Dissoluen-
tur autem in ꝑ. i. vini diluti, in lacte & aliis decoctis lenien-
tibus.

Sunt ꝑ. 36 qui addant singulis 3. eorum pastillorum singula Grana
opij, antequam infundantur. Bucella panis ex aqua frigida, lacte, aut
diluto vino exhibenda est.

Stomachus ꝑ. 37 myrtino oleo, aut 38 simili roborandus est. Præ-
terea muniendum caput, ne ardore clysteris offendatur. Quod si in-

suso stomachus exurit, detur frigida ad ꝑ. 4. lactucæ cauliculi ex
aceto. Retineri oportet quod infusum est ad horam, quod mini-
mùm sit, vel duas, quod plurimùm. Si verò non retinet, sed statim
ejiciunt clysteres, muria priùs, aqua marina, lixiuium, vrina cum sa-
lo injicienda.

32 Sunt hi pulue-
res, sarcocissi.

33 Ad leniendū
confirmandum
& detergendum.

34 Hæc tamen
ex Galeno vim
habet astrahen-
di.

35 Omnia enim
quæ adstringunt,
crassiora sunt.

36 Ut Rec. pa-
stillarum descri-
ptarum Drach.
ij opij gran. i.
Dissoluantur in
Lib. i. lact. sene-
ma.

37 Quod per sym-
pachiam intelli-
ni labesatur.

38 Ut mustichi-
no, murcha, cy-
doniorum, absin-
thij.

26 Ab humoris
acrimonia flatu,
aut affectione
quædam intestini
cancroſa.

27 Quibus pu-
gnatur cū vlcera
& acrimonia
materia.

28 Aut etiam
lac asininū, quod
multū habet feri-
ni quo vis est de-
tergendi.

29 Minoris, si
inflammatio
nulla sit.

30 In aqua plan-
tag. aut rosarum
loie.

31 Ad pituitam
contumacem.

Anus ex decocto adstringentium fouetur; vel sacco è milio & sale expresso in vino nigro adstringente. Post hos clysteres, lac recens emulctum iniiciendum est.

Clysterum vsus, vbi exaceratio in inferioribus intestinis. Si verò in superioribus, portiones conueniunt magis. Quamquam perpetuo 39 vtrisque remediis vti licet. Et potionibus 40 quidem eo ordine, qui in clysteribus præscriptus est, exceptis causticis.

Ad adstringendum conueniunt portiones omphacomeli veterum. Nunc syrupus de agresta, de myrtillis, de ribes, succus cornorum, mespilorum, cotoneorum, sorborum, prunorum syluestrium. Coquantur succi, & aliquid sacchari rosati admisceatur. Aqua decoctionis sumach, mastiches, & rerum adstringentium. Alumen tritum 31. pondere ex ovo. Similiter symphiti radix, pumex tenuissimè tritus cum vino austero, saluæ decoctam, lac vtilatam, cum 31. steroris canini, aut in quo radices quinquæfolij, consolidæ maioris, & similia coxerint, vel in quo calculi, vel fluiatiles, vel marini igniti priùs extincti sint.

Coagulam leporis vel hædi 31. pondere è vino veteri abluitur. Datur cum aqua decoctionis sumach, mastiche, succo plantaginis depurato. Puluis factus è turtare cum bolo armena, sanguis draconis, & mumia confusa vase testaceo benè lutato, & ita cremata. Dantur 3ij. ex lacte ouillo cocto.

Conueniunt cydoniatam, conserua rosarum, cornorum, symphiti, & similes. In aquæ rosar. 1b. i. bulliant mastiches, sumach, caryophyl. ana 31. b. fiat decoctio ad 3. 8. pro tribus dosibus. Ouum 41 ex aceto. frigitur: deinde conspergitur pulu. adstringente.

Ossa femoris bouilli trita, alumen in succo plantaginis dissoluitur. In eo linteolum immergitur, siccat, vritur, fit puluis conueniens. Succus expressus ex stercore asinino. Est aliquando, cum multum sanguinem fundunt. Frigida cibaria iis conueniunt vt aliis dysentericis tepida ac calida. Clysteres itaque, vt priùs. Hæc verò potio, macis, balauftiorum ana 31. Dato 31. aut 3. 4. ex vino adstringente, aliisque remediis vtere, quæ sanguinem sistunt capite de sputo sanguinis.

Experimentum cuiusdam est, vt herba Verracaria, quam Sancti Fiacci vocant, cum burse pastoris æquis partibus, aceto & sale additis, tundatur & plantis ægri admoeat. Atque vbi exsiccantur, innouantur. Alij centinodio ita vtantur.

Sador excitatus plurimum prod. fit viribus valentibus, balneo aut suffumigio ex rebus sudores mouentibus.

Later calcatus, & vino albo conspersus, inuolutus pannis adhibetur 42 plantis pedum.

Narcotica conueniunt nondum delectis viribus. Syrupus de papauere, aqua ros. tepida, in qua coxerint semina papaueris albi.

Suppositoria, vt priùs. In clysteribus dissolue 31. trochiscorum de carabe, aut philonij perfici. Quibus si nihil proficimus, dabimus 31. aut 3. b. ex decoctione mastiches. Philonium capite de colico dolore proximè descriptum, & alia iam multis locis descripta.

Inungendus est venter primum quidem iis, quæ leniunt: deinde quæ adstringunt, vt oleo de cydoniis, de spica: aut cydoniorum carnes in aceto coquendæ sunt, detractis interioribus, deinde malaxatis. Adde trochiscorum de carabe 31. mastiches 31. b. Fiat emplastrum, quod famigetur cum ligno aloës.

Consulendum viribus ex iis, quæ dicta sunt de sputo sanguinis. Ratio vitæ instituenda pro rei necessitate. Leniendum enim, detergendum & adstringendum.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

A pud Hippocratem & Galenum dysentericæ differentie quatuor reperiuntur, sed tres priores improprie dictæ. Vna, à copia sanguinis toto corpore redundantis, qui è venarum orificiis apertis in intestina effunditur, vt in hæmorrhoidibus, è venis ani. Vbi vi morbi & vitio corporis, non prudentia nature excernitur, malum itaque etiam quoties demittitur sanguis per vias alienas. Sed quædam est naturalis vacuatio sanguinis, vt per vterum mulieribus: quibusdam per nares: alii in crisi, nonnullis per hæmorrhoidas, naturâ expurgante vitium grauioris mali. His vacuationibus suppressis, aut intermissa excretionem aut truncato membro, certis interuallis solet huiusmodi dysenteria contingere, quam cruentam vocant, Græci *αἷματόν*. In hac sæpe etiam sanguis niger pici liquidæ similis excernitur. Nam cum hepar sanguinem conficit, eius crassiorem partem lien attrahit, & alimento tenuiori inde sumpto reliquias deiecit deorsum. Si verò hepar multum limosi sanguinis colligat, lien non expurget, neque attrahat, aut attrahat quidem, sed præ copia, aut de bilirate non coniciat, aut excrementa sua non expurget, vtroque viscere copia oppresso & debili facto, sunt deiectiones nigre: aut antè cum solita essent expurgari per hæmorrhoidas, vterum, aut hæmorrhagiam, si suppressatur solennis purgatio, acceruat humor, & per intestina vacuatur. Sed cum triplex sit materia atræ bilis, sanguis crassior, & vinum crassum deposita fecce, limus & fæx sanguini crassioris, & bilis flaua de his deiectionibus intelligimus, quæ nigre sunt, neque grumescunt, nec quicquam acre, corrodens, vel acidum habent, nec effuse in terram, ferient, aut fermentant terram, sed sunt veluti sanguis niger, aut limus sanguinis, qui salubriter è corpore sæpe expellitur, & si retineatur diutius, in atram bilem exquisitam transiit, & extra vasa nigrescit ac corrumpitur, vnde multis interitus contingit. Ob idque optimè de similibus vacuationibus Hippoc. Sanguinem quidem supra ferri qualis, hincque sit malum: infra autem, bonum: cum niger deiecit. Nam partes inferiores superioribus minis principes. Deinde leuatur natura excremento melancholico, vnde & morbi graues solui possunt, & declinari. Sed reuera multis distinctionibus est opus: num vi symptomatica, naturâ, arte exeat, quid inde fructus, quidque sequatur incommodum signum, an causa, an vtrumque. Altera dysentericæ species à Paulo sub priore comprehensa, à Galeno 3. de Symptom. caussis distincta, fit non propter sanguinis copiam, sed acrimoniam bile flaua vel atra permixta, vnde stimulara venarum orificia reperiuntur. Potest initium esse à causa frigida, quando crassa & viscida materia, interceptis angustiis hepatis, putredinem quandam contrahit, vnde cruentæ ac saniosæ deiectiones procedunt, aucto, feruore. Hæc priore periculosior, aliquando tamen salutaris. Morbo inclinate, à pharmaco expellente nihil periculi. Si verò principio & incremento se-

39 Ad expurgationem materiae, partium robur, & meatuum liberitatem.

40 Ut primò lenientibus, mox detergentibus, postremo adstringentibus.

41 Quid ventriculo nocet.

Dysenteria differentie quatuor ex Hippoc. & Gal.

Hippoc. apho. 25. lib 5.

Paul. Agnita p. 42. l. 3.

bris, periculum denunciat. Melius autem quando parcius, quam cum copiosius effunditur. Multos ipse obseruauit stantes & sæpius deficientes, nigra etiam faci aut pici liquidæ similia salutariter, & in febre, sed natura sperante, & non in principio. Natura enim initio coquit, non vacuat, in coctis separat vitia ab inutilibus. Hæc victrix excernit. Ea enim est naturæ æconomia. Acrimonia uitæ irritans, excrementisque magnam viscerum adustionem & putredinem indicantibus, visceribus nobilibus grauius laborantibus, superaffato crassiore sanguine vel bile, putredine quadam contracta, lethale, quia superior morbus. Bonum verò, cum natura vi medicamento adiuta ruffi aliquid, vt à Rhabarbaro: nigri, à cassia & Cathol. aliisque id genus excernit, vitio euicto. Cauendum etiam hoc loco, ne frequentius permeante acri humore, vlcus in intestinis contrahatur, semperque à bile deiectiones synceræ metuentæ, & vt caussæ, & vt signa grauiorum affectionum. Tertia species est hepatica dysenteria, cum aquosus sanguis deijcitur, loturæ carniū persimilis ab imbecillitate retentricis & alteratricis in hepate, de qua superius dictum est capite de morbis hepatis. Quarta maxime proprie dicta facta in intestinis ab vlcere cum torminibus ventris & dolore, præsertim cum fluunt, vel redduntur excrementa alui. Aliæque à tenesmo alia à diarrhæa incipiunt. Et in aliis acris materia, in aliis mucosa egeritur. Querit s. de vsu partium. Quomodo illic fieri possit vlcus. Nam cum sentiant intestina, & vel naturalem bilem, aut leuiter atram statim expellant, qui sit vt descendente materia acri, & celerius expulsa, fiat vlcus? Respondet transitu per anfractus & circumuolutiones id fieri, bile acriore vtraque, pituita verò sæpe inhærente intestino. Putrescit enim, & falsuginem contrahit, sicque exulcerat. Vnde etiam sequitur à quolibet humore dysenteriam veram fieri posse, sanguine acriore (qui aliquando in intestinis concretus refert etiam bilem) pituita, bile vtraque. Periculum intelligitur ex natura vlceris & humoris vitiosi. In vlcere enim primò videndum quousque progressum sit excrementis abrasis ab intestino, vt intelligatur an adhuc sit, an factum sit. Interior tunica intestinorum carnosior: exterior magis membranosa: tertia è peritonæo. Constant fibræ circularibus & transversis, additis rectis, vt non sine ratione quibusdam visum est, ad attrahendum, & ad firmamentum aliarum, præcipue in recto: quod, quia magis laborat in egerendo stercore duro, pluribus fibris prædictum est. Canibus eadem ratione plures fibræ in intestinis, quia non nisi magno conatu excernunt. Sua ergò intestinis, carnosa substantia, quæ semel exesa & erasa eò grauius periculum denunciat, quò profundius abraditur. Primùm pinguedo quædam & mucus apparet. Deinde efforatio quædam & ramenta ex superficie, vt in epidermide cutis. Postremo substantia corpulenta intestini. Est autem veluti caro, nõ vt musculorum, sed peculiaris intestino. Cum qua cruenta deiectio sequitur, interdum vlcerum crustulæ, & putis magna quantitas. Abraduntur enim primò intestina: deinde exeduntur: postremo exulcerantur. Magna ergò parte exempla huius substantiæ membranosa, ea neque renasci potest, neque cicatrice tegi. Vnde desperatio. Galenus quidem scribit multos fuisse seruatos putrefacta interiore tunica, integra exteriori. Sed hoc in eorum numerum referatur, quæ accidunt aliquando. In iudicando tamen multi decipiuntur, quòd sæpe pingue aliquid similitudine fallat, vt albida caruncula videatur. Sed pingue iniectum carbonibus liquatur, & nidorem pinguedinis effundit. Caro nigrescit & siccat. Cruor & ramenta cum excrementis mixta, nec statim à dolore reiecta, in tenuioribus: supernantia, & statim post dolorem reiecta, in inferioribus intestinis & crassis esse ostendunt. Quod atinet ad humorem, qui deijcitur, Hippocrates sinceræ omnes deiectiones periculosas esse vult. Tales sunt, impermixtæ aquosæ humiditati, quando solus humor qui vacuatur, deijcitur, siue sit biliosus, siue melancholicus, siue porri colorem præferat, siue bilis æruginosa. Sed in febre intelligo. Nam deiectiones huiusmodi exaustam esse omnem naturam humiditatem à febre demonstrant. Quæ ab atra bile fit, Galenus insanabilem dixit, quia non differt à cancro.

Qui in superficie non curatur: quanto minùs in intestinis, vbi nec medicamenta adherent, & semper superfluitate alimenti irruente tangitur vlcus? In libro quoque de atra bile, omnem exulcerationem ab atra bile insanabilem facit, nisi quis

nisi quis circunciso loco omnem vim eius abscondat, sublata etiam vicinia cum vlcerata parte. Acrius tamen, si per crism excreta atra bilis dysenteriam mouit non esse desperandum ait. Si sponde, & non cricicè, id est, nulla Naturæ, aut Medici proferentia, desperatio. Sed caue, ne sanguinem concretum in intestinis referas ad atram bilem. Vidimus qui simile quid crassiori pici nullo periculo & sine febre deicerent. Alios cum febre & periculo. Monachus quidem apud D. Genoueam dysenteria laborans, cum vi morbi frigeret extrema, nigra, liquidæ pici similia, deiceret, spiraret difficulter, & iam de funere disputaretur, conualuit. Anno 1557. Autumno, tempore benè constituto, pestilentissimæ febres extiterunt, & quæ plurimos sustulerunt: dysenteria salutaris. Nemo enim, in multis, quos vidimus, interiit, Curabantur clysteribus lenibus & rheo. Erant enim ab acri fluxione. Sæpe quidem, sed pauca egerant. Parùm febricitabant, ac rheo dato conquiescebat quodam. Sicque breui liberabantur. Anno sequente, Autumno quoque dysenteria multæ, in quibus viridia, cærulea, nigra, biliosa, cruenta, deiciebantur, & qualia scribuntur lethalia. Tamen omnes propè euaserunt, cura etiam parùm sedulo adhibita. Annus fuerat bene constitutus. Hyeme Aquilonia, Vere Australi & pluuioso, Æstate calida, Autumno dysenterie. Aliæ ex vicinis ratione. Vertiginosæ & ruffis magis periculosæ. Lutetiæ humidiore anno periculosiores, quam æstuoso & sicco. In sicco statu anni, materia sæpius bilis vtraque. In pluuioso putris. Cum cibi fastidium accedit, quibus prius non erat, multum est, & vt signum, quia vitium intestini ad orificium ventriculi peruenisse significat: & vt causa, quia non instaurantur, quare maxime egent. Sæpe etiam latius peruagatur affectio, quam ad intestina. Adolescens anno 12. natus bilioso profuuiuo cum febre correptus deieciebat frequenter similia dysentericis, nigrum sanguinem. Sitis, manus frigidæ, vigilia, vini magna appetentia. Nihil adiutus remediis obiit die 9. Apertus œsophago interiore ad ventriculi os superioribus alteratis, recto intestino exulcerato. Dolor fuerat in sinistro latere, imo ventre & stomacho, Alteri febris, vomitio, ventris dolor, deiectiones pici & nigro sanguini similes: 20. die mors. Secto corpore inuentum vlcus vstulatum, in ambitu excisis, tunicis omnibus ventriculi, qua parte decliuus est in pylorum. Huic procidit anus ferè toto morbo.

In huius morbi curatione duobus sæpius modis peccatur vulgò: celerius superpressa aluo, & adstringentium vsu impaeto pure in inuolucris intestinorum. Superpressa intempestiue dysenteria vidi insanum factum. Mulierem quoque, cui in perpetuam vitam ita restricta aluus, vt septimo quoque die tantum excerneret, & inde ore & naribus grauior oleret. Galenus de venæ sectione contra Erasistratum non paucos vidisse scribit, qui dysenteria, varicibus, hæmorrhoidibus suppressis in insaniam, apoplexiam, atram bilem, nephritidem, pleuritidem, hydropisim, sanguinis vomitionem & hæmoptoicam passionem inciderint. Nobilis quidam pictor in scabiem fœdam. Corpore enim pleno materia seruida sursum fertur. Alioqui ita resiccatur intestinum, vt maneat perpetua alui adstrictio. Si sursum & deorsum obseratur, in inuolucris intestinorum aceratur magna puris quantitas, quæ tandem interficit. Quod nos cuiusdam corpore dissecto obseruauimus. Fluxus acris & malignus moderandus hordeatis, clysteribus è lacte, lacte potu & similibus. Interea fouendæ vires, vt impetum natura sustinear. Aliis materia acris, aliis mucosa egeritur, quibus non eadem remedia conueniunt. Quæ à tenesmo diarrhæa incipit, purgatione, confirmatione partium, diuersione: quæ à tenesmo, expulsiōe stercoreis, detergentibus, lenientibusque clysteribus opus habet. Conueniunt cholagoga, quæ adstrictionem aliquam relinquunt. Clysteres abluentes, detergentes, astringentes cicatricem obducentes, linimenta, forus, portiones ad somnum conciliandum, syrapi, iulepi, condita. Quantitas clysterum augenda ad lb. i. s. aut 2. quia inanita intestina sunt, & melius tergentur. In pulueribus periculum, ne remaneant in parte affecta, & pungant. Sanguinis quoque missio vitanda, quia vires deicit, neque bilem trahit, neque curat vlcus. In cruenta laudatur.

Dysenteria hepatica.
Dysenteria maxime proprie dicta.

Gal. comm. in Aphor. lib. 4.
Acrius Tetrab. 3. Serm. 1. cap. 43.

Monachus dysentericus.

Dysenteria humidiore anno.
Lutetiæ periculosiores.

Cibi fastidium dysenteria superioris malum.

Dysentericorum historia.

In dysenteria curatione duplex vitium committitur.

Pictor nobilissimus ex supra dysenteria in scabiem fœdam lapsus.

Gal. lib. 4. de vsu part.

Gal. commen. ad Aphor. 23 lib. 7.

IN CAPVT. XLIII. DE
DYSENTERIA.

DVRETI ENARRATIO.

Quid dysenteria.

DE Dysenteria. i. de deiectione cruenta cum offensione intestinorum, vel istdem illæsis.Quibus enim
temperamentibus dy-
senteria contin-
gat.*Hyeme aequilonia.* Frigida sicca, in qua acida pituita, vt in austina falsa dysenteria est effectrix, quia abradendo & exasperando intestinis molesta est.*Calida æstiuæ.* Sine pluuiarum & frigoris vicissitudine, quæ bilis acerrimæ est procreatrix. Idem autem facit hæc bilis, quod & pituita falsa & contrã.*Æstiuæ sine.* Cum euauerit & exhalarit in tenues auras pars tenuior bilis acerrimæ, quæ æstate ortum habuit: crassior enim remanens maiorem vim habet abradendi intestina, & huius facilis est in aram bilem muratio, vnde aciores sunt adhuc morsus, adeo vt superueniente illa mutatione nulla vitæ salus sperabilis esse possit, nec in principio nec sub finem.*Otiōsis.* Qui ante immodicis laboribus & exercitiis se conficiebant, à repentina exercitationis & laboris intermissione.*Imperatis.* In qualitate & copia cibi & potus, quibus non est proportio cibi & exercitij.*Vt linitiginosis.* Et biliosus corporibus, quæ facillè intercepta perspiratione melancholica euadunt.*Tum dysenteria est.* Quæ fit humoris aliunde affluxu, qui cunctando in intestinis putrefcit.*Omnis dysenteria.* Propriè dicta, i. cruoris ab exulcerato intestino manantis deiectio.*Quod ad curationem distingui oportet.* Quoniam vlcus tenuioris intestini potius, crassioris verò debet clystere curari.*Curatio.* Dysenteria symptomatice intestini exulcerati.*In phlebotomia.* Maximè si causæ morbificæ sit perennis generatio in æstu viscerum, & perennis fluxus aut atræ bilis affluxus: cuius exclusio per intestina damnis ægrum auget. At si antecedens causa conuenit, vt sublara sit generationis & affluxus perennitas, maneat tamen vlcus fixum, sæpèque & multum, vel sæpè & paucum deiciendo vires frangantur phlebotomia suspecta esse debet.*Purgatio.* Postquam pars exulcerata consolationem perceperit clysteribus, potionibus, medicamentis lenientibus sumptis, admotis, non vlcere & inflammatione affecto intestino: Nam afflictio non danda est afflictio. Et grauiter peccant qui sine leuatione doloris, vlcere non mansuefacto, nec mitigata materia cathartica dysentericis exhibent. Vlcus enim medendo ægrèscit.*Corpore bene carnoso.* Solido & succi pleno, si fixum sit vlcus, & radices egerit, prohibita generatione & antecedente causa, minimè; sed si tanta sit causa morbificæ atrocitas, vt febrem inuehat.*Et suppressa aliqua solemnè vacatione.* Vt hæmorrhoidum & menstruum.*Temperandum vacuandi consilium est.* i. detractio sanguinis eo sine præscribi debet, vt restringatur incendium. Itaque parca manu sanguinem detrahere oportet, idque ex axillari interiore alterutrius brachij, basilicam vocant, quæ & rectitudine & amplitudine cum vena caua communicat: non autem ex humerali, multoque minus ex venis extremæ manus, quicquid dicat auctor.*Nec de adstrictione in initio cogitandum est.* Quoniam omnis dysenteria intestini suppressa apostasim habet vel in visceribus, vel in articulis: In illis quidem si sit æstiuæ & cruenta; in his verò si biliosa inquit Hippocrates. Quamobrem non est repente sistenda, nisi sit dysenteria hepatica, quæ confirmato hepate statim sisti debet.

Aliquando

Aliquando 3. vj. syrups rosati. Præsertim si dysenteria sit prærubra quædam proliues symptoma hepatis resoluti, valdeque infirmi.*Quod ad clystere.* Quibus crassiorum intestinorum dysenteria curatur.*Videndum ne initio.* Scilicet cum primum cruoris ab intestino manantis deiectio fit. Quoniam dysenteria omnis intempestiuè suppressa apostasim facit, vel in visceribus ipsis vel in articulis quæ Hippocratis est sententia.*Adde quod adstringentia.* Quorum vis adstringendi in austeritate vel acerbitate consistit: Nam auellendo & reprimendo augent continui solutionem. Atqui hoc procurandum, vt vlcus omne domita feritate mansuecat & leniatur.*Adstringentium tempestiuus vsus.* Cum iam multum diuque aluus ducta est, & vires effatæ languent.*Qua lenius id præstant.* Cuiusmodi sunt decocta centinodiarum, portulacæ, lactucæ, umbilici Veneris, violariæ, solani quoque ipsius.*Deinde ad fortiora progredi.* Vt ad arnoglōssum, rubum, balauſtia, rosas & similia.*Ea que urinas ducant.* Ad materiae morbificæ deriuationem, quando scilicet hepar incandescit æstu & feritate bilis ab hepatis cauo manantis, in intestinis tormina excitantur.*Quo tempore confirmandum hepar.* Epithematis, cerato santalino, & linimento eodem cerato & rosa (id est oleo rosaceo) confecto.*A calida causa dicta.* Cuius argumenta sunt defœdatio cutis, color faciei ictericus, citatior pulsus, deiecta appetentia, sitis inexplebilis.*Clystere primum leniant.* Vt mansuecat vlcus, & morbifici humoris feritas infringatur, qui in vlcere gignitur temperationem percipiat, facillèque exitum habeat.*Carnem regenerent.* Ad propriam vlceris curationem, quæ per syneurosim & syffarcosim perficitur.*In quibus si oleum dissoluatur.* Ad symptomatis correctionem, non autem propriam vlceris curationem.*Quid intestinum roboret.* Vt scilicet non tam facillè fluxionem excipiat, & stabilantem humorem suo peristaltico motu excludat.*Dolorem mitigabit.* Correctione inflammationis & solutionis continui.*Illines intestinum.* Gratosum & pinguem humorem obduces, ne antecedentis materiae feritas intestinum magis exulceret.*Dolorem & inflammationem mitigabit.* Præsertim dolorem qui sit humoris morbifici perenni affluxu.*Hordeatum etiam refrigerat.* Modicèque deterget, si ex hordeo integro confectum fuerit, non autem sua gluma castrato.*In tenuibus fluxionibus.* In perenni ichoris, i. seri venenati & biliosi affluxu, quando sistere, siccare, & temperare consilium est.*In carnosis intestinis regeneranda caro.* Syffarcosis & syneurosis procuranda.*Abluat.* i. fordes vlceris detergeat & serum resiccet.*Clystere diutius retineri.* Vt vlcus detergeant, & ad cicatricem perducant.*Ad astringendum.* Posteaquam mansueuit vlcus, & feritas materiae domita est.IN CAPVT XLIII. DE
DYSENTERIA.DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM
ANNOTATIO.**D**ysenteria vox comuniter & propriè vsurpatur. Comuniter quidè p excretionem cruentam. Propriè autè pro cruoris per intestina ad anũ manantis excretionem.Dysenteria signi-
ficaciones dua.

Dysenteria intestinorum difficultas non est. Quid sit apud Hippocratem dysenteria, & eius ab hæmorrhoidibus distinctio.

Quo anni tempore repositissimum accidat dysenteria, & quibus de causis fiat.

Humorum corporis affectiones uariae pro uariis constitutionibus.

Quibus sit natura dysenteria familiaris.

Cur lentiginosorum ulcera difficile sanescant.

Dysenteria calamiata. Sanguinis profusio uij causa.

Qua ad salutem appareat deest.

Non placet autem quod quidam dysenteriam interpretantur intestinorum difficultatem, sine hac enim sit sæpe dysenteria. Dysenteria apud Hippocratem significat deiectionem cruentem; si hæmorrhoidas exceperis; hoc enim inter est, quod hæmorrhoides sint in ano, dysenteria in anfractibus intestinorum & recto. Quicquid molestum est intestinis abradendo & exasperando, dysenteriam facit. Nam abrasione venulæ reclusæ sanguinem effundunt. Fit sine offensione intestinorum, qualis est *αἰματώδης*, cruenta, qua fertur aluus cruentis excrementis: de qua dictum est cap de Imbecillitate hepatis, unde patet dictionis potius aucupes fuisse Celsum & Latinos Medicos, cum dysenteriam intestinorum difficultatem nuncuparunt. Hyeme aquilonia fit aphor. 11. lib. 3. aphor. ubi scripsit Hippocrates & agit de temporum defectione, si hyems frigida sit aquilonia & sicca, ver humidum & austrinum, febres acutas æstate fieri aiunt, necesse est, & dysenterias præcipue mulieribus quæ natura humidioribus sunt, & uiris humidioribus: Et aliquando febres tertianæ exactæ accidunt media & acerrima hyeme. Ea autem eueniunt quod humoris, qui in peculiari cuiusque natura redundare consuevit, magnus fit proventus & collectio, quæ exitum habere non potest: Quod pari modo & biliosis & pituitosis fit. Fit etiam uere australi & pluuioso: Nam humor genitus autumno est, qui coactus hyeme (quo tempore & pituitæ falsæ generatio fit, quæ abradendo molesta est & *αισχυαν* facit, unde dysenteria) qua tempestate exitum non habuit, uere citatur & dysenteriam parit: hyems enim aquilonia pituitæ acidæ est procreatrix, quæ cunctando putrescit: hanc autem si uere pluuiosum & austrinum exceperit, pituitam falsam facit, quæ abradendo & exasperando intestinis molesta est, & dysenteriam inducit. Æstate item calida accidit, in qua nulla est *αεραγωγη* promotio, id est in qua nulli venti nulloque modo perflant Etæsiæ, quibus aer æstu candens temperetur qui bilem gignit acerrimam, quæ eadem præflat ac pituita falsa, ex libro *αἰματώδης*, & libr. 2. de diet. acur. Æstatis sine fiunt dysenterie, ut in explicatione scripti annotabimus. Sit igitur hoc ratum, ut sunt anni temperates, sic humorum ideas esse, & ut humorum idæ sunt, ita & morborum formæ. Si enim serena sit tempestat, efficiet humores & spiritus puros, id est alienæ mixtionis; Si caliginosa, pluuiosa, caliginosos quoque & consopitos futuros humores & spiritus certum est. Fiunt & dysenterie otiosas, imtemperatis, ob causas in explicatione scripti commemoratas. Sed & quibusdam naturis peculiariter accidunt, ut lentiginosis & biliosis corporibus, quæ feri acrioris dominatu tenentur, & quæ intercepta perspiratione melancholica fiunt, & ex diarrhæa in dysenteriam facile incidunt, quæ uix curationem recipit, quod lentiginosis vlcera ægrè sanescunt Hippocrates scet. 2. lib. 1. Epid. Cum enim lentiginosis huiusmodi ferè sint propter cæli quod habitant æstium acriorem, tum quod cum dysenteria in vlcere consistat, quia vlcus syffarcolsi curationem recipit, in carne sit, in osse, poro, in cartilagine synchondrosi; Sarcosis autem opus est naturæ quod perficitur bono succo & robore partis; lentiginosis corporis natura prauis succi & nitrosi dominatu premar, qui ut & alius quibus humor morbum quem efficit, eundem fouet & conseruat; his inquam, causis fit, ut vlcera lentiginosorum difficile sanescant. Cæterum inter aliuina symptomata quæ humoris excretionem molesta sunt, principatum obtinet dysenteria, si choleram tantum exceperis, quæ celeritate & symptomatum uehementia & difficultate curandi in triduum aut quadriduim ægrum ad exitum præcipitatur solet. Dysenteria ipso symptomate, id est sanguinis per aluum excretionem terrificata est. Suspecta enim est omnis profusio sanguinis siue sursum, siue deorsum fiat, non solum ipsa fluxio, sed profusio uij causa, quæ non facilius curationem recipit, siue sit *αισχυαν*, siue *δυσεντερια*, siue *πύλιν* alii cuius uasis. Terrentur enim ægri uiso sanguine. Sed ut sunt causæ ipsius dysenterie, ita metu exterreri, uel consolationem percipere debemus. Sæpe enim spe salutis ægrum & medicum solatur, sæpe interitus metum adfert. Demonstratum est in alui profluuiio, omne alui profluuium motu extraordinario cieri, quando sollicitatur uel acrimonia humoris morbifici, & quando labefactata vi, neque cibos mitificandos, neque humores continere potest. Ad salutem quoque apparere, si aluus excrementis figuratis, & mollibus, respondentibus cibi ingesti copix, & si fiant tempore quo fieri debent, Quæ aluum bene moratam indi-

cant, & quæcunque ad nutritionis œconomiam pertinent, & ex eo fit sanguificatio alui bene constituta, tum sua natura, tum uacuitate alieni excrementi, quod aliunde possit confluere. Sed tamen terri non debet medicus in alui profluuiio, si non fuerit figuratum aut molle, si forte sit aliquid quod exitum querat. Si humidum excrementum sine stridore feratur, si sit modica bile tinctum, rarè & multum, non sæpe & paucum, non sæpe & multum, accedente bono habitu ventris, sitque solidus & succi plenus, eiusque crassefecit excrementum eunte ad iudicationem morbo, talis diarrhæa & excretio fit naturæ uirtute: Tali diarrhæa hydropici morbo defunguntur, hac & ophthalmia curatur. Hæc est de qua scripsit Hippocrates. aphor. In perturbationis alui, & vomitionibus spontaneis, si talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & alacriter ferunt ægris, si minus contra. Atque hunc locum sic explicabis: Si aluus fertur modicis excrementis, bile tinctis rarè & multum, non sæpe & paucum, talia decet purgari, & nisi Hippocratis purgantur, confert, propterea quod adiumentum affert tum ad curationem morborum particularium, tum etiam uniuersalium: Nam diarrhæa laudabili febres curantur & partes deplentur humore noxio. Sed si excrementum sit humidum, si multa bile tinctum, si album, & multa bile tinctum, si sæpe & multum, sæpe & paucum, quia nihil paucum criticum, & omne nimium naturæ inimicum, talis excretio est symptomata, & contra naturam. Talis est diarrhæa quæ incidit in phthicos & tabidos. Quod si meracum, uiride, vitellinum, calamitosas esse partes denunciant, & calamitatem partibus, per quas feruntur, inferunt, quæ hanc faciunt dysenteriam. Meraca excrementa aliquando uocat Hippocrates dysenteria, quod scilicet eius sint prænuntia, ac priuquam foras deturbentur, excitant tormina. Dysenteria sæpe sinistri iudicij est, & quæ desperationem ægro, medicoque affert. Terrifica quæ sit ab atra bile, quæ prænuntium habuit vomitum biliosum, quæ tormina induxit, & quæ sæpe interitum adfert, neque solum partis calamitatem indicant, sed calamitatem uis per quas fertur inducit, ut accidit ferè iis qui sunt uis liberaliore potu melicrati. Hæc quæ sit ab atra bile ideam carcinomatis præ se fert, & ut carcinoma insanabile existit, sic & vlcus ab ea illatum in intestinis curationem respuit, tum propter materię feritatem, tum propter vlceris cacothiam, tum quia nullum est *αυτοφύκτος* fundamentum, cum uindiquaque erofum sit intestinum, ut nullum ad generandæ membranæ & obducendæ vlceris reliquum sit fundamentum. Hæc ergo lethalis, ac maximè si effectis iam uiribus incidat, ut ijs qui à tabe aut à febre emarcuerunt. Sed & existit dysenteria quæ consolatur, & est critica ut *αἰματώδης*, & quæ lienosis superuenit, critica est, & quæ senibus hæmorrhagiæ loco, ut scriptum reliquit Hippocrates libr. 1. Epid. histor. 3. uniuersali, illis temporibus multos extitisse senes atate iam grandes, qui per dysenteriam morbis acutis defuncti sunt. Quod contigisse Dionis scribit, qui epilepsia correptus per dysenteriam curationem recepit, sicut quoque iuuenes per hæmorrhagiam. Fuit igitur dysenteria salutaris. Sed talis dysenteria fugax est, non est *αυτοφύκτος*, propterea non est *παραδύδης*, nec affert *δυσεντερια*. Neque enim semper localem habet generationem, sed ferè nascitur ab affluxu humoris adiuncta feritate. In hac autem fugaci tinguntur cruore excrementa ad tempus, haud secus atque accidit iis qui purulentis sunt renibus, & purulentam ac saniosam reddunt urinam. Fugax est hæc dysenteria, cuius neque est perennis generatio materię in intestinis, nec ab atra bile excitatur. Diurna uero dysenteria naturalem œconomiam perturbat, vires edacitate, feritate frangit, & copia materię vires effectas reddit, ac tandem lenteriam inducit. Omnis autem lenteria quæ dysenterie superuenit mala est. Itaque dysenteria critica vel uniuersalis ferè morbi, ut febris, vel particularis, ut quæ lienosis superuenit, debet esse fugax, & quæ *δυσεντερια* non adferat: Nam quæ *δυσεντερια* adfert, lethalis; labefactata scilicet aluo per communitatem partium intestinorum, unde effectæ vis significatio est. Ergo dysenteria uniuersalis & particularis quæ fugax est non diurna, salutaris. Patefacta natura dysenterie in qualitate materię, copia, tempore, excernendi modo ad causas pergendum est. Dysenteria significat deiectionem cruoris per intestina ad anum manantis. Dixit deiectionem cruoris, &c. Ut dysenteriam distinguam ab hæmorrhoidibus, in quibus est deiectione

Explicatio aphorismatica & contra naturam.

Meraca excrementa dysenterica.

Qua dysenteria sit calamitosa & symptomata.

Cur dysenteria ab atra bile sit lethalis.

Dysenteria critica & salutaris.

Historia.

Lienteria dysenteria superueniens.

Quid sit dysenteria.

crucoris, sed non per infina manantis; quippe quæ sint in ano sitæ, in intestinis autem, vel per infina siue crassiora, siue tenuiora dysenteria exitum quærat, itaut si maus sic definiat, Dysenteria est deiectio crucoris per infina sicut hæmorrhoides ab ano manantis. Sed illa deiectio qualis est? Venit-ne ab intestinis an per infina; Vtroque modo fit. Nam siue læsis siue illæsis idipsum symptoma commune est vtriusque, scilicet intestinorum exulceratorum aut non. Sed causæ distinguuntur. Nam deiectio crucoris vel ab intestinis vel per infina manantis venit, vel à partibus superioribus, vel à toto corpore, vel intestinis exulceratis. Principio igitur si feratur per infina crucor, qui referat locuram carniū recens macratarum: resolutionem & infirmitatem arguit hepatis: Ac pessimè consulunt medici, qui tunc loricandis intestinis operam dant: Nam ipsi illæsis accidunt, & fit per *ἀριστίαν* hepatis. Alia est cruenta & multa, quæ fit naturæ virtute, & dicitur à Gal. *ἀμαρτάνης*, lib. 4. de artic. vbi de excisione ossium & carnis agit Hippocrates, & docet qua ratione sint ægri collocandi initio & in fine vulneris. Principio inquit, si quis sauciatus fuerit vel in manu vel in crure, debet in situ iustam membri constitutionem sequi, & altiori figura brachium collocare, ne sequatur inflammatio, aut sanguinis profluvium accidat. At purgato vlcere & viam ad purgationem affectante demissione constitutione collocandum est: Nam contenta sanies ossa corrumpet, quæ oportet vt habeat liberiores exitum. Hæc autem facit aliquando dysenteriam *ἀμαρτάνης*. Vnde hic quærunr chirurgi, cur fit vt ab vlcere cubiti aliquando feratur alius excrementis cruentis? Respondetur, corpus est permeabile: Tum non obseruasti quæ præcipit Hippocrates loco citato, in vlcere alicuius membri, aut eius excisione. Hæc tamen dysenteria non est lethalis. Est enim fugax, vt ita dicam, exclusio, quæ non adfert perennem generationem, vt & hæmorrhoides quæ in recto intestino sitam habent, vt distinguit Galenus, & hanc improprie dysenteriam nominari ait. Itaque omnis crucoris defectio sine intestini offensione duplex existit: Vna quæ dicitur *ἔξ ἡρώδης ἀμαρτάνης*, prærubra deiectio, & hæc est ferè insanabilis, & metu terret Medicum: Altera *ἀμαρτάνης*, qualis accidit ijs qui altero crure sunt mutili. Nam vt mulieri sterili, quam Aristoteles vocat *ζῶν πικρορροΐον*, animal mutilum, si menstrua cohibeantur, per materiam anadromam fit hydrops, peripneumonia & dysenteria. Sic & illi qui altero membro mutilus est, contingit, & nisi præcioris cibo vtatur, purgetur periodicè, vt menstruo mulieres: Non enim potest tanta materia confici & in corporis substantiam absumi. Hæc tamen fugax est, neque *ἀμαρτάνης* adfert. Dysenteria autem proprie dicta ab intestinorum vlcere nata est, cum scilicet cum torminibus vlceratur infina crassiora, vt colon & rectum intestinum: vel superiora & tenuiora, vt ieiunum: Et vt sunt partes loci affecti, sic curatio præscribenda est. Hæc repente non nascitur, nec infina exulceratur, nisi ab atra bile, itaut si intestinum exulceretur, dysenteria consequetur, & deiectio cruenta symptoma commune. Exulceratur intestinum vel à pituita salsa, bile flaua, atra. A pituita salsa vt in tempestate austrina pluuiosa & putrida. Nam qualis est cœli constitutio & anni tempestat, talis est ferè humorum idea quorum dominatum corpus tenetur: Nam abradendo & exasperando intestinis molesta primùm inducit tormina, à tormentis vlcus: Quod cum malum est, intenduntur quoque tormina. Fit bilis dysenteria procreatrix à tempestate naturali habitu, vitæ instituta. Æstate acerrima, ac potissimum affecta æstate cum exudarit diluitor pars, talis crassior & glutinosa bilis vlcus facit. De qua lib. 1. Epid. Sic autem fit dysenteria à bile flaua in atram degenerante, quæ vlcus parit. Hæc semper lethalis. Diæta ratio, vt si homo microcholus natura gignat multam bilem, calidior sit hepate, si feruet, mel aut melicratum liberalius sumptum in hypochondrijs, si ab amplioribus vijs iecinoris attrahatur, & in angustia viarum feratur, vnde facilis fit in bilem generatio, ex qua dysenteria ab vlcere hæc bile illato. Bilis atra acriorem habet morsum quam flaua, ideo lethalis tum per se, tum ex euentu: Per se, quia est insanabile vlcus, vt & omne carcinoma: ex euentu, quia labefactæ vim intestinorum, cum diuturna est, Cui si superuenit lienteria, malum. Numquam enim bene apparet lienteria, quia fit ab ipsis ventriculi imtemperie, & coctionis priuatione. Cæterum dysenteria quæ accidit &

Varia dysenteria causa.

Dysenteria hepatica.

Qui siuis agrotum esse debeat in principio & sine vniuersu. Quomodo ab vlcere cubiti fit dysenteria.

Crucoris deiectio siue esse offensione duplex.

Dysenteria à suppressu menstrui.

Periodica dysenteria.

Dysenteria proprie dicta causa.

Exulcerationu. intestini causa.

Dysenteria à pituita salsa.

Dysenteria à bile.

Dysenteria ab atrabile.

Causa procrataurica.

Cur dysenteria ab atra bile lethalis.

dft & salutaris est mulieribus vacuis & infructuosis, & ijs qui altero crure sunt mutili, iuuenibus, quibus incipit exasperari vox, & quæ lienosis & febris superuenit, critica est. Nota autem criticæ dysenteria sunt, quod raro & multum feratur alius, non fit *πολυμυρ* nec diuturna, quæ non denunciet generationis perennitatem, & quæ non adducat *ἀμαρτίδου*. Qui altero crure sunt mutili, ijs dysenteria si acciderit, intra biduum quiescit. Quod ad curationem attinet, quando crucoris ab intestino exulcerato manantis exclusio ægrum damnis auget sanguinis detractio necessaria est. Bibit quis melicratum, est biliosus homo, hepar æstu accensum exandescit, finem deiciens non facit, deiectio est crucoris ab intestino manantis, non quiescit iactatio, nec incendium, fertur alius damnis ægri. Sanguis detrahendus est, vt extinguatur perennitas, quæ pendet à calore & incendio intestini. Vires autem sunt contemplandæ, cum de sanguinis missione consilium est: Quare si valeant vires, oportune adhibebitur phlebotomia. Conueniet purgatio expersipientia scoporum, quos in explicatione scripti attingemus. Videndum est an suppressa sit aliqua solennis vacuatio. Scribit enim Hippocrates lib. 4. de art. *Suppressa hæmorrhagia facilis fit in dysenteriam mutatio*. Sed hæc dysenteria fit fugax, ac proinde sanguinis detractio sistitur. Galenus venæ sectionem suadet, si feruet in hepate bilis diæta vitio, vt melicrato. Nam quod ad Glauco. annotauit nefas esse sanguinem detrudere fluente aluo ac diarrhæa, intellexit si fluit multum & læpe, & de diarrhæa quæ symptomatica est, neque illic agit de dysenteria, sed de symptomatica febriū. Nec repugnare videtur, vt ait auctor, quod scripsit Gal. comment. in lib. 4. de rat. vict. acut. Hippocrates etiam ad finem Coac. progno. præcipit in dysenteria phlebotomiam. Nec tunc audiendi qui volunt extremæ manus venam aperiri. Debet enim incidi axillaris interior vtriusuis brachij quam basilicam nominant. In suppressis purgationibus inferioribus venas malleoli aperiri iubent: Quod si fit lipothymia eò magis temperanda vacuatio. Quotiescunque enim ducitur sanguis è malleoli venis, facilius liaquit æger animo, quam si è manu, quia inferiores partes minus habent sanguinis quam superiores: tum quòd longè absunt à cordis fonte, inquit Hippocrates. Cum autem de purgatione agitur, nullum præstantius pharmacum rhabarbaro excogitari potest, ex sententia omnium practitorum, quoniam fluxionem sistit, partem roborat, vlcus sua adstrictione & moderata siccitate curat: Sed in æstu tamen hepatis, vsus rhabarbari suspectus est, quo ægrefcit potius. Ergo ad illam causam antecedentem & incendium lenientium potior est vsus. Nec de adstrictione initio cogitandum est, vt in explicatione scripti annotauimus. Si ergo purgare consilium sit, rhabarbarum in taleolas præbeat cum aqua endiuix. Vbi adstringere, maceretur & in puluerem redactum in aqua endiuix infundatur, aut cichorij, agrimon. quæ vim habent liberandæ obstructionis, præsertim si dysenteria sit prærubra quædam proluvis symptomatica hepatis resoluti, valdeque infirmi. Nam inter *ἔξ ἡρώδης ἀμαρτάνης* hoc interest, quòd qualitate crucoris distinguantur. Si enim fit cruenta similis loturæ carniū recens macratarum, fit *ἀριστίδης ἢ πικρῆς*: Hæc verò quæ florida est, fit caloris & naturæ vi. In illa quæ fit hepatis debilitate, debet dari solennis syrupus, qui ex diluto rosarum siccarum cum saccharo conficitur, Nam partis robori studere oportet, quia ab imbecillitate venit; Quasi dicam, non ago vt reprimam & sistam, sed studeo partem confirmare. Sunt qui in dysenteria cornu vnicornis præscribunt: Nihil opis adfert ad hepatis infirmitatem, quia nullam habet adstrictionis qualitatem ac multò magis præscribunt, si popularis, epidemica & pestifera dysenteria est, qualis accidit anno 1539. Quæ dysenteria non debet supprimi superflite fontis perennitate quæ in articulis aut visceribus regressum haberet, sed fons debet, exauriri & confirmari, vbi pars expurgata fuerit. Si materia venenata arterias obstruit, & hac interceptio spirituum, qui diffunduntur per corporis habitum, aut *ἀμαρτίδης*, dissolutio, aut eorundem attractione, quæ fit ab inflammatione, quia ad fontem caloris natiui reuocantur, interceptioni libertas, paucitati amplificatio, attractioni renouatio debetur. In quibus tribus omnino consistit omnis pestis curatio. Non igitur audiendi sunt qui vnicornis vsum imperant, quod arbitrantur valere contra omnia

Critica dysenteria signa.

Dysenteria curatio.

Phlebotomia. Virium consideratio.

Phlebotomia.

Locorum Galeni consiliatio.

Explicit non loci

Qua viene in dysenteria a secunda. Cur sectio vena malleoli lipothymiam inducat. Rhabarbari doses.

Ratio exhibendi rhabarbari.

Distinctio fluxus hepatici à dysenteria cruenta.

Syrupus rosarum siccarum.

Cornu vnicornis.

Epidemica dysenteria & pestifera.

In quibus pestis curatio consistat.

venena: Nihil enim nostræ naturæ conuenit, quod non sit *δύσκολον ή αδύστηλον*. Tale autem non est unicornis cornu, proinde non poterit amplificationem adferre paucitati, interceptioni libertatem, & attractioni reuocationem; Cum præsertim vita hominis sustentetur & vegetetur solo nectaris viuifici appulsu & syrthoë cordis, quod est caloris, sanguinis & spiritus domicilium, & quod purissimi sanguinis & viuifici caloris fons cor aërem attrahit in finistrum cordis uentriculum, in dextrum sanguinem, & suo dilatationis motu diffundit per vniuersum corpus. His opitulari non potest unicornis: hoc facit bonum vinum, purissimus aër, fragrantissimus odor herbarum. Reijcienda ergo est. Dysenteria est? Non curatur nisi amotione causæ antecedentis & coniunctæ, quæ perennium habeat generationem, aut alto cuiuspiam morbo tam particulari quàm vniuersali successerit. Quare.

Si sapias hac alijs experienda fines.

Superioribus tamen misceri iubet Gal. spodium, pomphol. cinerem eboris vsti, quæ desiccant vlcera, & ad cicatricem perducunt. Auicennas cæteri remedijs catharticis præfert rhabarbarum; cuius procedente morbo infusioni ʒ. j. eiusdem in puluerem redacti ʒ. j. admiscere licet ad confirmationem & robur. Torrefactio tamen rhabarbari mihi non probatur, quod vt adstrictionis est particeps, ita acrimoniam acquirit, & vt cinis quercus fit acrius, ac proinde abradendo molestum est. Maxime conuenit aqua mastichina quia stomachica, vel aqua pluuialis, quæ maximè adstringit, & viscera confirmat. Celsus lib. 2. cap. 30. Debet autem tubis fistilibus non plumbeis duci in cisternam plumbi enim retinet naturam, sicque diarrhæam prouocat. De aqua cysternæ vide Columellam lib. de re rusti. Et si volueris, in ea aurum extingatur, aut chalybs, Gallicè, acier, ab acie qua cultelli & enses muniuntur. Explicata fuit dysentericæ natura, patefactæ causæ, & causarum signa propria: Sequitur vt ex perspicua causarum, morbi, & partium oblesarum, remedia præscribamus. Quod ad partium distinctionem attinet, certum est omne vlcus, quod in tenuibus & superioribus intestinis natum est, purgationibus; quod verò in crassioribus & inferioribus, clysteribus curandum esse. Percinet vtrumque remedij genus ad amotionem causæ antecedentis & symptomatum sedationem. Quod ad causæ antecedentis amotionem, perennitas si fit, illa primùm tollenda venit, perennis autem generatio est bilis in hepate calidiore, quæ exasperando exulcerat, & tormenta excitat, hæc prohiberi debet abstinentia, & certo vitæ genere ex omnibus prohibentibus bilis generationem instituto. Nunc tempus est curationem adhibere dysentericæ, id est, cruoris per intestinum & ab intestino manantis. Nam dysenteria *δυσταδόν, cruentia*, quæ per intestina exitum habet fit virtute naturæ, & nullum finistri iudicij metum adfert, fugax est, ac per se sistitur. Quæ carnis recens mactatarum loturâ refert, fit ab hepatis debilitate, ad cuius curationem consule cap. de hepatis imbecillitate. Sunt etiam dysentericæ criticæ, vt ea, quæ cognoscitur meracum excrementorum egestione, & hæc leniri debet. Lienosis quoque confert dysenteria, nisi diuturna fuerit alioquin hydropeæ & tabem inuehit. Nunc vt iam dictum est instituiamus curationem dysentericæ quæ deiectione est cruoris ab vlcerato intestino manantis, quæ nomen habet ab intestini torminibus, quæ à bilis feritate excitantur, cum alioquin sint intestina exquisitissimo sensu prædita. Rectum igitur hoc sit, quod superiorum intestinorum exulceratio potionibus curanda est; inferiorum clysteribus. Sed videndum est, vt iam diximus, ne initio adstringentibus deiectionem istam fistentibus vtamur. Terrifica quidem est cruoris deiectione, nam sanguis pabulum est & vehiculum caloris natiui, quo suo pabulo defraudatur natura, tamen initio fissi non debet: Nefas enim esset deiectionem menstrualem criticam sistere: Nam deiectione quæ habet *δυσταδόν* & non habet *αίματων* facit pleuritides, perineumonias dysentericæ & pleraque alia infert sæua symptomata. Adstringentibus quoque interdicitur in febrium curatione, ac propterea inter cætera pitisanæ hæc laus. Apud Hippocratem, quod adstrictionis sit expertus. Errant ergo Medici qui malum granatum, syrupum ros. sol. & de rosis siccis præscribunt: Adstringentia enim febrem augent & inflammationem, vitiosam materiam prohibent ne

effluat, eaque propterea in partes superiores regurgitat. Iisdem de causis *δυσταδόν* medicamenta, acerbæ & austera prohibet Hippocrates in capitis vulneribus, ne scilicet materia resiliat in cerebrum, vlcus enim etiam exasperant, comprimendo, & diuellendo fit solutio continui, quæ omnium symptomatum fons est & ilias, & syntimoria quædam omnium doloris differentiam. Vnde illud Hippocratis: *Omnia dolor quodammodo vlcus est.* Parotidas oriri animaduersum quoque est, suppressa dysenteria & vsu adstringentium intempestiuo. Aduertendum tamen nonnunquam pugandum esse cum vlcere, nonnunquam cum causa vlceris, nonnunquam cum symptomate vlceris. Duo autem superuacanei humores in vlceribus nascuntur *ἰσχυρός* vel *ῥόπος* *ἰσχυρός*. Viciata sanies & nullius pepsasini capax, quæ ab vlcere fluit *ἰσχυρός* est: *ῥόπος* verò crassiusculum pus quod adhæret, nuncupatur. Itaque non ante procuranda est cicatrix quàm *ἰσχυρός* siccaueris, & *ῥόπος* deterlus fuerit, qui crassior est. Dioscorides lib. 1. vocat *ῥόπος* sordes quæ in summis vnguibus manuum & pedum colliguntur, illuuiem immundam & strigendam. Ac quamuis *ἰσχυρός* serosa sit substantia, hic tamen non dicitur vrina sed *ῥόπος*, quod pro sero lactis ab Aristotele vsurpatur; *πῶς δὲ γάλα ἔχει ἰσχυρὸν ὀδοντῶν, ὅς κελαιῶν ἰσχυρῶν, καὶ σαματῶδης, κηραῖται αὐτῶν*. Est enim *ἰσχυρός* tabo & sanies, vt diximus, cruda ab vlcere manans. Tres igitur sunt curationis scopi, & vt vrget vis morbi, symptomatis, & excrementi. Sed quoniam vlcus cum inflammatione sæpe coniunctum esse solet, si superat inflammatio vlceris, ab ea auspicanda curatio, quia vnde periculum maius imminet, ab ea auspicanda curatio est. Præterea cum intestini procuranda sit *σωσὺν ἄσπε*, quæ fit & perficitur partis integritate & bono succo, fieri autem non potest inflammatione superstate, qua pars integra dici nequit, ab ea curatio auspicanda. Si verò potius vlceris habenda ratio est, vtrique consulendum, humor antecedens mansuehat, coniunctus leniatur, vt mitiscentur vlcus. Postquam lenieris & inflammationi vlceris consulueris, roborantibus, lenientibus & detergentibus mixtis operam dabis curationi: Materie enim feritas infringetur, inflammatio extinguetur, & vlcus detergebatur. Vel si fiat clyster ex olei rosati lb. j. & leniter calidus immixtus pluribus horis retineatur, dolorem & inflammationem mitigabit, præsertim si sit humoris morbifici perennis affluxus. Calidum autem dixi, quod vt calidi & lenientes clysteres subducunt aluum & humores ex alto euocant, sic frigidi sistunt arque repellunt: hic autem clyster lenit oleo, repellit rosa. Alij olei amygdal. dul. lb. i. mucag. seminis eydonior. extractæ in lacte ʒ. iiii. adiiciunt in doloris acerbitate, vt scilicet pariter leniendo & stupefaciendo dolor quiescat. Demonstratum autem est superius, dolorem leniri tribus remediorum generibus, vacuatione causæ morbificæ, eiusdem temperatione & stupefactione partis affectæ. Dolori verò imprimis consulendum qui omnium serè morborum & symptomatum ilias est. Dolor enim attrahit, attrahendo fluxionem ciet, fluxione vlcus ægrescendo fit continui solutio, omnium quoque dolorum ilias, & quasi quædam syntimoria. Conuenit etiam hordeatum quod refrigerat modicè que deterget, si ex integro herdeo decoctum fuerit, non sua gluma castratum. Præparatione enim amittit qualitatem desiccandi, vim humectandi acquirit; refrigerandi semper semper seruat. Gal. lib. 2. de aliment. & 2. de diæt. Hippocrates hydropicos pascit hordeo non castrato, quia desiccet: quoniam autem desiccet & refrigerat, dysentericis accommodatum. Auenatum quoque conuenit, quod siccat, sed magis in tenuibus fluxionibus. Ad easdem fluxiones seri venenati & biliosi humoris valet syrupus rosar. siccar. diacodion sine speciebus, & confectio ex eentum capitibus papaueris ex Gal. hora somni data. Valet etiam conserua nenuphar. ad ʒ. j. cum gra. viij. vel ʒ. ss. pilul. de cynogl. vt vidimus cap. de colico dolore. Præscribunt practici catapotia ex hiera cum granis aliquod castorei ad sedandum dolorem, sed hic non sunt vsurpanda. Consciuntur potiones ex decocto lactucarum nouellarum, si sit hyems borrag. & buglossi cum capite vno papaueris albi, dissol. syr. nenuphar. & rosa. siccar. Talis syrupus mirificam vim habet sistendi acrem ichorem & somnum conciliat. Laudatur hic clyster & optimus est.

Qua cordi sint amica.

Rhabarbari torrefactio.

Aqua mastichina. Aqua pluuialis. Aqua cisternæ.

Varia dysenteria curatio pro varia intestinorum ratione.

Perennis generatio prohibita.

Cur initio dysenteria adstringentibus non sit vtendum. Quæ a suppressa dysenteria mala orientur.

Pitiana laus.

Parotides à suppressa dysenteria. Indicationes curanda dysenteria.

Duo superuacanei humores.

ἰσχυρός. ῥόπος. ῥόπος.

Inflammatio cum dysenteria coniuncta.

Clyster.

Clyster.

Lenientia triplex.

Doloris effectus.

Hordeatum. Hordeum castratum.

Auenatum. Ad fluxiones seri biliosi varia remedia generum.

effluat.

DE MORB. INTERNIS

362

Clyster.

℞. semin. lini althæe, psyllij conquassati ana ℥. s. seminis cydonior. oryx & tritici in tegula torrefacti ana p. i. fiat decoctio in lacte ad ℔b. j. s. In colicuria fortiter expressa, vt sit maior vis sistendi, dissol. saui hirc. ex pinguedinis rasa ex abdomine arietis ℥. ij. butyri recentis ℥. j. syr. viol. vt magis leniat ℥. j. β. onorum vitella ij.

Vitella miscemur leniendis & vt diutius inhæreat intestinis, quod infusum est. Est enim consentaneum, vt leniens medicamentum non sit fugax, & hic præsertim, quia vna eademque opera sistenda est fluxio & vlcus leniendum. Aptissimum ergo hic clyster erit. Nam semen lini inter anodyna lenientia principatum obtinet. Leniri autem debent tribus modis vlcera, vt iam sæpius diximus, causam morbificam amouendo, eandem imperando, & partem stupefaciendo. Semen autem lini & althææ mirificè leniunt quæ sunt calida in primo gradu vt aqua tepida. Hæc temperando anodyna sunt. Sistant humorem cuius perennis est affluxus triticum torrefactum & sæuum hircinum. Agitur de stupefactione? Semen psyllij, quod vltimè maximam refrigerandi (& nomen habet à pulice) & cydoniorum hoc præstant. In dysenteria torminta sunt, i. dolores tenuium intestinorum, sed flatus doloris expers βερβερυμδς dicitur: inter quem & τειρον, i. tormen hoc differt, quod βερβερυμδς aphor. ii. lib. 4. & 70. libr. 4. Intestinorum flatus est sonorus, & maximè sine dolore, ac per onomatopœiam appellatur. τειρον autem sunt intestinorum dolores flatuum & sonorum expertes, & sunt nonnunquam à flatulento spiritu, sed ferè semper à bilioso & acri humore, aliquando à carcimomate, & intendunt à nome, quando ab interioribus partibus ad exteriores serpit vlcus. Vlcus autem & vulnus differunt, quòd vulnus fit continui solutio sine ichore & deinde fit vlcus: hoc verò cum fordibus existit. Curatur medicamentis enæmis (quæ medicamenta sunt educendi sanguinis) vulnus. Saucius est quis? Expediit sanguinem plus minùsve effluere, nisi sit à ventre, inquit Hippocrates, ne inflammatio accedat. In vlcere quoque veteri expediit sanguinem educere. Quapropter periti chirurgi sublim. 3. s. salis p. i. aluminis ℥. s. coquunt ad mediocritatem, ac vlcus confricant, è quo sanguis continuo exit, ac subito adhibent aquam plantaginis. in eundem scopum admouent hirudines. Cum autem detergentium vsus erit hic clyster accommodatus erit:

℞. aquæ decoctionis hordei ℔b. j. mel. ros. sacch. rub. ana ℥. j. fiat. clyster.

Verum quod facile ægrescunt intestina, quia quasi totius corporis sentina sunt, ideo nunquam est omnino discidendum à lenientibus. Sequitur vt cum mansuesierit vlcus per lenientes clysteres, slyscarcofi & syneurosi operam demus. Pedimus operam lenitati, nunc agimus de detergentibus, & vt est vlceris sordities & contumacia, ita augenda aut minuenda videntur. Omnia intestina sua quaque prædita sunt carne. Quando exeunt in dysenteria caruncula, nulla salutis spes relinquatur. In carnosis igitur intestinis regeneranda caro & slyscarcofi procuranda, membranosis syneurosis: Fiet slyscarcofi clystere qui primum abluat, fordes vlceris detergeat, & serum resicet, deinde impleat carne, quod est opus naturæ, abluere sero lactis cum mansuesierit vlcus.

℞. hordei ℔b. j. sacch. rubr. ol. ros. ana ℥. j. fiat. clyster.

Deinde admiscebis puluerem enulæ, ireos, myrrhæ, aloes, absinthij, centaur. minoris, & qui dicuntur pulueres cephalici, quod sine liquore capitis πρᾶξις sint curanda: aut liquori, sero lactis, melicrato, vino calido commiscebis mel rosatum & terebinthinam, cuius vis singularis est; nam deterget, dissipat flatum, materiam adhærescentem auellit: optimùmque fuerit hos clysteres diutius retineri, vt scilicet vlcus detergeant, & ad cicatricem perducant. Cicatricem ducunt decoctiones adstringentium mitiorum, vt rubus, malicorium, balauista, terra lemnia, quæ ἰανόσυρδς est, vt butyrum, & prærubra. Cui tamen præfertur bolus armena. Inter astringentia calida accensetur absynthium Romanum, non vulgare: Romanum est διᾶδης & λισσοβᾶν, vulgare verò κερδὸν ac propterea κενοςόρηχον. Quo tamen vtuntur Carthusiani non quod sit ἐπιβίσιον, sed quòd expediat ventriculum phlegmate. Item & manna quæ tribus modis vsurpatur, ab admiratione apud Hebræos, conspectu inopinato. Est & manna Græcorum tenuissima

Triticum torrefactum, sæuum hircinum. Semen psyllij & cydoniorum. Quid intersit inter βερβερυμδς, μόν & τειρον. Ioan. Martinus vult dici βερβερυμδς à βερβερυμδς à luo seu cano. Vlcus à vulnere distinctio & curandaratio.

Slyscarcofi & syneurosi ratiō. Clyster ad slyscarcofissim.

Terebinthina vires.

Cicatricem inducentia. Absinthium Romanum & vulgare. Manna vsurpatis triplex.

tenuissima portio thuris, ac pro melle ærio. Accedit & propolis, quæ per δᾶξιν, excludit. Quæcunque autem adstringunt per δᾶξιν, quæ attrahunt, per δᾶξιν excludunt. Coagula quoque, quia dissoluunt, vnde præscribuntur ad grumos sanguinis. Videntur tamen acrem & amarum qualitatem habere, lenem adstringentem. Tum omnes fructus adstringentes, qui sunt acidi, austeri, aut acerbi. Aditur & salix ad sanguinem sistendum, & nucamentum falicis mirificam vim habent sistendi sanguinis, ex quibus quoque ad id syrupus paratur. Ex iisdem quoque in alembicum iniectis extrahitur aqua ad sanguinem sistendum mirificas vires habens. Si autem existunt nomæ, phagedenæ, vlcera depascencia in intestinis, hic detergentibus non adstringentibus vtendum, detergentibus, inquam, quorum multi sunt gradus. Nam sordes crassa, glutinosa, vlcus callosum leniter detergentibus non cedunt. Præscribuntur igitur clysteres, in quibus caustica dissoluntur, vt vitriolus, auri pigmentum mixtis tamen iis quæ adstringunt, vt acerrimorum medicamentorum feritas obtundatur. Sed horum medicamentorum tutus non est meru communicationis venenatæ qualitatis cum cæteris partibus. Quod obseruauimus in nobilissimo viro Domino de la Roche auz aulbriez, cui in carpo gypso picuræ nodus erat, & apposuit chirurgus arsenicum, facta est communicatio ad caput, intra biduum immisericorditer cruciatus interijt. Vnde inquit Hippocrates, Venenata admota, assumptis periculosa & calamitosa lib. de humoribus. Afficiuntur enim partes aut τᾶ γαστρίᾳ ἔχον, aut τᾶ νηπιᾳ, aut propter vicinitatem, propter officij communicationem. Intestinum afficitur prius propter vicinitatem, deinde ventriculus per communicationem, quò desertur calore natiuo vectore. Hinc fit vt maximè tribuat Hippocrates corporis meabilitatē, vt ita loquar, & perspirationi. Loquendū nunc est de dysenteria superiorum intestinorum in qua cathartici & diuretici vtendum ad euacuationem & deriuationem humoris morbifici & anteceditis. Ad adstringendū cōueniūt trochisci de caphora, trochisci de spodio, de eupatorio, de reho, de carabe, quæ principatū obtinet inter ea quæ sanguini sistendo suam dicarunt operam, syrupus de oxyacantha, iulepus rosat. syrupus granat. Cōserua rosarū primas tenet & symphitiac nenupharis. Eadē itaq; omnino est ratio in curatione superioris dysentericæ quæ inferioris.

ANTON. VALETII. EXERCIT. XLIII.

Dysenteria, seu intestinorum ab vlcere difficultas, inuadit, cum paulatim & breuibis interuallis, non affatim & repente, deiectio fit, quò nomine ab improprie dicta hepatica dysenteria se iugatur. Illius verò deiectionis hic gradus obseruatur, qui magnitudinem vlceris designant. Ad posita primum cum sanguine, dein rametosa quædam, denique penitus grassante vlcere, caruncule excernuntur. Excitatur hic affectus à bilis, aut pituitæ saltæ prouentur, ique vel in supernis & tenuibus, vel in infernis & crassis intestinis. Itaque vtriusque dignotio maximum habet ad curationē momentum. Si intestinis à superioribus vniuersi sanguis excernatur, reliquis excrementis erit perfectè permittus. Si à crassioribus nō tam bene permiscebitur, sed supernabit. Deinde vbi ramenta sola eiiciuntur, si pingue quippiam habeant, à crassis, si tale nihil, à tenuioribus secedunt intestinis. Spectandum quoque an infra an supra vmbilicum sit dolor. Qui enim infra, crassiora indicat affici intestina, qui supra, tenuiora, quanquā non necessario. Querendum item ab ægro, an statim à dolore, an longo post tempore excernat.

Curatio in recta victus ratione magna ex parte cōsistit. Confert hordeatum ex hordeo torrefacto, & in aqua chalybeata cocto, adiectis mali punici acidi granis, semine papaueris albi, & id genus reliquis seminibus frigidis, ad temperationem bilis opportunis. Carnes in virium deiectione conceduntur, & elixæ quidem cum portulac. plantag. end. Affæ verò à qua rosacea irrorantur, myrti germinibus cōfigitur, adstringentibus farciuntur. Vsi sunt fructus, passule integ. mēspila, forba, cydonia, & reliqui austeri fructus. Ex aqua chalybeata, saccharo rosaceo, & pauco granatorum acidorum succo paratur porus. Hora sitis Zulapium rosatum per se cum aqua chalibeata, deinde cum syrupo cydoniorum exhibetur. Mox autem humor intestina vellicans atque exulcerans vacuandus, aut alio deriuandus, potione quidem, si tenuia infester intestina clystere magis crassa. R. rh. elect. 3. 2. cinnam. 3. i. infunde in aqua endiuia quantitate suffic. In ex pte dissolue rh. puluerati 3. i. syr. de cich. & cydon. ana 3. β. f. postea 7 el. 7. a.

Salix est eius nucamenta.

Detergentium multi gradus.

Historia.

Venenata admota assumptis periculosa.

Sympathia motiuo vectore.

Dysenteria superiorum intestinorum.

Adstringentia & sanguinem sistentia.

Vlcerum tenuium & crassiorum intestinorum distinctio.

De his pluribus Gal. cap. 2. lib. 6. de loc. malie affect.

Dysenteria curatio.

Gal. lib. 4. lib. 4. Meth.

Hæc ad dysenteriam tenuium intestinorum.

grim. centinod. plantag. ana M. S. granor. berber. ʒ. 2. semin. plantag. & cydon. ana ʒ. 1. cortic. myrob. Cepul. ʒ. 2. fiat decoct. & colatura ad desim. In qua infunde rhei elect. ʒ. 2. cum pauco santal. citr. In colatura dissolues syrup. myrtil. vel syrup. ros. siccar. vel zulapij rosacci ʒ. ʒ. cum ʒ. ʒ. rb. puluerati.

Addit aliquando ʒ. 1. rasuræ cornu cerui, aliquando gra. ʒ. aut 4. vnicornis. Sunt qui rheum affant, siue vstulant, vt cathartica vim minuât, & astringentē augeât. Quod multi non probât: sed vel fortissimam eius adstrictionē preferunt, aut ipsum rheū totū in substantia præscribūt. Pauperibus catholici ʒ. 6. cū rhabbari, vt prius, in decocto adstringere infusi ʒ. 2. dissoluentur. Inter purgandū cauendū perpetuò ab omnibus acrioribus & scâmoniatis medicamentis. Post purgationē, vt per sectio reuclendo, sanguinis etiâ decurrētis acrimoniam retidendo, mirificè prodelt. Sed cōsulendæ ante sunt vires, quæ si deiectæ ac infirmæ, vt sepe sunt propter copiosam vacuationē, & vehementiâ doloris, phlebotome abstinentiū. Iuuabūt etiâ apozezata refrigerantia in biliosa cephalalgia præscripta, quæ etiâ salubriora sunt futura, si per vrinas materiam morbificâ detinent. Cui scopo inseriēt, vini albi vsum, syrupus cydonior. semina frigida maiora, sed laborantibus crassioribus intestinis plus est auxilij in clysteribus. Qui primi iniiciuntur, detergent, ac repurgant intestina iis sordibus, quæ relides & affixæ sua acrimonia frequentem desiderandi cupiditatem inducunt. Vt,

R. ros. rub. iharʒ. barb. plantag. fursur. hord. ana p. 2. f. decoct. in lacte pro duabus iniectionibus. R. prædicta decoct. lb. 1. vel quart. ʒ. In colatura dissol. mel. ros. colati, sacchari albi ana ʒ. 1. S. syrup. ros. siccar. ʒ. 1. f. enema, additis onorum duorum vitellu. R. decoctionis eiusdem quar. ʒ. in q. dissol. sacch. ros. ʒ. ʒ. S. syrup. cydon. & ros. siccar. ana ʒ. 1. succi plantag. ʒ. 1. vitellum oui vnius, f. clyster.

Maior clysterum quantitas assumitur, cum eluenda & detergenda sunt intestina, quia cum impleri debent minor, cum adstringendi, glutinandi, & consolidandi consilium præponderat, si quidem, id vt præstent, longiore opus habeant retentione. Olea, ac pingua omnia, quæ sordidiora reddunt vlcera, non immiscetur, nisi ineunte dysenteria sedandus sit dolor. Tum enim oleum rosaceum addi poterit. Cum intergendum simul & astringendum fuerit, talis imperabitur clyster.

R. fursur. macr. palea horâ. barb. flor. chamamel. & summit. aneth. ana M. 1. fiat decoct. vel ex aqua pluuiâ, vel chalybeata, vel hydromelite, vel lacte vstulato ad lb. 1. S. in colatura dissolu. syrup. ros. siccar. & syrup. myrtil. ana ʒ. 2. vitell. ouor. ʒ. butyr. recent. ʒ. 3. pulu. mastich. & sang. dracon. ana ʒ. 3. fiant dua iniectiones, vna mane, altera vesperi.

Parabitur quoque adstringēs & cōsolidās clyster ex farinæ amyli ʒ. 2. in lacte vstulato (quod consuptio sero terget minus & astringit magis) coctis, additis butyri recēt. ʒ. 2. adip. hirc. cū butyro liquati ʒ. 1. bol. armen. ʒ. 2. vitell. ouor. 2. In eū finem sumuntur oua dura cum aceto cocta, zulap. rosaceum, syrup. cydoniorum. Vt.

R. syrup. cydon. ʒ. 3. utatur cum tripl. aq. chalybeata longè à pastu.
Imminuat autem vires roborantur conditis, opiatis, instauratiis destillatis, Hæc opiata omnia huius generis remediorum instar esse poterit.

R. conferv. symp. conferv. antiq. ros. & conferv. borraginis ana ʒ. ʒ. electar. diarthod. Abbatis, & diamargar. frigid. ana ʒ. 1. S. cortic. citr. conditi ʒ. 2. cum syrup. ros. siccar. aut cydon. f. opiata.

Confirmabitur etiâ ventriculus admotis, vt litu ex oleis cydon. & mastichino, emplastro è carne cydon. mastich. & cerato stomachico Galeni cum oleo myrtilior. emollitis confecto, & aliis similibus. Quod si, vt fere fit, humorum acrimonia sphincterem musculum exercent, hoc vnguento commodè retunderet.

R. muccag. sem. cydo. & psyllij extracta in aqua plantag. vng. popul. ana ʒ. 1. vitell. oui vnius, cera q. s. fiat vng. quod è gossipio in modum glandis efformatum, & filo appensum, in anum immittatur.

Eidem ano præ imbecillitate à frequenti deiectione orta, hianti, ac velut proidententi, vtile erit hoc fomentum instituere. *R. thapf. barba. ros. rub. centinod. & plantag. ana M. 1. f. decoct. in aq. fabr. & vini rubr. æquis partibus pro foru ani cum spongiis. Alii imperant puluerem ex thur. ros. rub. mastich. qui ignis impostus fumum reddit ægro per annum excipiendum.*

HOLLERIVS.

HOLLERIVS.

De Tenesmo. CAP. 44.



Tenesmus irritatio est vltimæ partis intestini, id est, recti in quo sæpius libet sine causa desurgere. Excernuntur omnino, pauca, mucosa, idque maximo conatu, insidentque stercori guttæ 2 sanguinis, Hic si præter mucosa stercora excernuntur, ea cocta ferè sunt. Nascitur hæc affectio magna ex parte 3 in pituitosis. 4 Aceruatur enim pituita recto intestino crassa & viscida: putrescit, tempore acrimoniam contrahit, irritat intestinum hinc deiiciendi libido. Sed quia contumacijs inhæret pituita, non nisi magno conatu excerni potest. Hoc tenesmi genus dysenteriam ferè præcedit.

Aliud verò genus hanc sequitur. A dysenteria relinquuntur vlcera, in quibus acris sanies intestinum vellicat, ex quo fit tenesmus, inanis desiderandi cupiditas.

Post phar. si quid intestino hæsit, vt malè infriata colocynth. agaric. aut similibus, eadem affectio nascetur. Vlcerebus quoque in ea parte spontenatis idem accidit. Abscessus in recto intestino natus eandem appetentiam inuehit nonnunquam.

Curatio.

Initio causa cognoscenda est. Quod si præcessit frigus, & pituita crassa in causa est, rutam, hyssopum, origanum, calamentum, rosmarinum, maioranam, lauri folia, stæchoden, anethum, melilotum, chamamelum, vino incoques: hinc fouebis sedem materiam calidam emplastri modo toti perinæ induces.

Iuuant fatus 5 ex oleo rutaceo, chamamelino, anethino, fesamino. In vehementi frigore oleo; in quo decima pars castorei aut bituminis dissoluta sit. In dolore anethino & irino vtendum erit. Eiusmodi oleis fouere & vngere oportet perinæum & imum ventrem, iisque calidis. Deinde contegendæ partes duplici aut triplici linteo calfacto.

Laterem veterem denigratum fumo confringes, & comminues: aceto feruenti immerges: inuolues linteo, & calidum sedi totique perinæo applicabis: Molle filtrum, aut cotonem, vel spongiam molliorem sæpius immerges vino calido, in quo ruta, sceniculus & quedam ex supradicta materia coxerint. Deinde expressa, sed calida, sedi ac perinæo applicabis. Post fotum linteis calentibus muniendæ partes, omninoque videndum est, ne refrigescant. Laudantur hac in re suffumigia ex resina pini iniecta carbonibus, nuce pinea, bene resinosa, aliquando addito semine rutæ, cumini, anisi, sceniculi, vel hoc modo.

ʒ. 7. picis sicca ʒ. j. bituminis ʒ. ʒ. liquentur in aceto: liquatis in-

*1 Ab vlcere sup-
perstite à dysen-
teria, vel ab omni
materia qua dy-
senteriam facit.
2 Reserati vasa-
rum osculis ab a-
cri materia, aut
superstite vlcere.
3 Tempore
præsertim austra-
na, qua pituita
salsa patens est.
Generati-
one
multa, aut excre-
trice vi imbecil-
la, aut desiderato
naturali clystere
obfoliculi sellis ob-
struuntur.*

*5 Hic imbuetur
haptus ex gossipio
carpio, & peri-
nas admodum
tur.
6 Ut in accidit
qui sine subliga-
culis per nives de-
ambulantur, aut
lapidi insederunt.*

*7 Ex his sunt,
trochisci, quorum
halitus seu fumus
sede excipiendus.*

sperge sulphuris in puluerem redacti ℥.β.

Clysteres ad quartaria 2. vel 3. ex iis comparentur, quæ calefaciunt, incidunt, detergent, leniunt, quales proximo capite descripti unt in dysenteria.

Similiter suppositoria ex labdano, styrace, oleo rutaceo, adiectis feminibus fœniculi, rutæ, anisi, cumini, & similibus.

Si dolor vrget 8 vehementius narcoticis 9 vtendum erit, vt prius.

Sacculi fouendę sedi & perinæo ex milio, fursuribus, sale, rutâ, & descripta materia frixis in sartagine, deinde sacculo inclusis. Quodsi inflammatio est, & cætera consentiant, vena brachii interna secanda est.

Probatur quoque Arabibus purgatio leuis è cassia, manna 10 si- specta Græcis. Vrina & sudor prouocari possunt ad diuersionem, victus refrigerans. Clysteres lenientes è lacte, hordeato, oleo rosaceo tepidis, & aliis, vt prius.

Infectiones in de cocto malue, bis malue, feminis lini, violariæ, adiecta portiunculâ florum chamæmeli & meliloti.

Olea conuenient, rosaceo, violatum & nenupharnium, in quo folia salicis coxeris. Deinde etiam axungia, butyrum recens, ex quibus & vnguenta fiunt: quale hoc est.

℥. olei rosati ℥. i. olei salicis & violarum ana ℥. β. mucaginis quatuor seminum frigidorum in aqua cydoniorum extractæ 3. v. ceræ modicum, fiat vnguentum.

Molli gossipio in aceto albo feruente partes fouendæ sunt, id est, imus venter & perinæon:

Vlcera si qua sunt, abluenda n primùm sero lactis, vino austero, mulsâ, etiam lixiuio, si sanies contumaciore est, aut vino austeriusculo tepido, & sexta parte mellis rosati, quibus postea adiciatur aliquid rosarum, thuris, mastichis, gummi arabici, tragacanthi, & similia. Aut fiant hæc vnguenta.

12 ℥. cerussæ plombi 3. j. mucagi. gummi arabici extractę in aqua rosarum ℥. β. corticis thuris 3. j. olei rosacei quantum sufficit ad impinguandum. Aliud.

℥. mucaginis gummi tragacanthi & arabici, mucaginis feminis psyllii ana ℥. β. aloës lotę 3. ij. olei rosarum, quod sufficit. Cum modico ceræ fiat vnguentum. Hæc inunguntur vlcerebus, si quidem apparent. Alioqui commiscuntur clysteribus iis, qui ad consolidandum descripti sunt, cap. de dysenteria. Potus lactis caprini primùm quidem ad ℥. j. quæ paulatim bibitur, non acruatim. Postridie verò ad ℥. β. remedio est tenesmo. Oportet primo die recens mulctum bibere. Postridie decoctum ad dimidias, & despumatum.

Decoctum betonicæ in vino albo tenui, laudatur ab antiquis.

EIVS-

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Tenesmus affectus est præter naturam in recto intestino, in quo assidua & implicabili desidendi cupiditate æger tenetur: vel, vt alii, irritatio vltimæ partis intestini, in qua sæpius lubet sine causa desidere. Initio excernuntur pauca, mucosa magno conatu, aliquando conspersa sanguine fitque velut procœmium dysentericæ. Hic necesse est naturam stimulari in intestino ab aliqua causa præter naturam, quam excernere nititur, quasi illic esset excrementum. Ea est vel sine materia, vel cum materia: & si cum materia, vel in cauitate intestini continetur, vel extrinsecus comprimitur meatum. Sine materia intelligimus, vt cum frigus, aère, vento frigidiore. Aliquando reduplicatur intestinum, vel musculus, vt nec clysteres, nec alia auxilia excipiat pars implicata, sepèque, efficiat, vt lateat vlcus. Materiam verò dicimus, quicquid interiorum illam cauitatem irritare potest, vel vlcus (nisi tum dysenteriam esse velis) vel abscessus, vel hæmorrhoides interiores, aut vermes, aut humor acris aut stercus induratum & coactum. Quæ omnia tum ex relatu ægri, tum excrementis & doloris proprietate artificiosa coniectura discernere licebit. In vlcere excernitur sanies aut sanguis, dolor acutus, humor acris relictus post dysentericâ, & si nihil perspicitur potest, profundum esse suspicamur, sitque aliquando cacœthes. Vidimus vermium globulos assidue reici, ac subinde renasci. Ante dysenteriam ferè fit à pituita putri: in dysenteria, ab acrimonia, vel medicamento malè infriato, vel glande immissa. Aliquando iecur plus iusto calefactum, acriorem materiam perpetuò generat, quæ ad partem affectam defluit. Reicitur, sentitur morsus, quandoque sequitur febris quasi hæctica, & paulatim atrophia. Stercus, induratum conuicimus, si diu æger nihil reddiderit, aut non nisi recrementa dura, sicca, sine muco. Extrinsecus comprimitur & pungitur vel à magno & inæquali vesicæ calculo, quia vesica recto in testino incumbit, vel inflammatione parastatarum. Hic adest penis distentio, ardor vrinæ. Illi calculi signa adicienda, vrina retenta, turbulenta, sanguinolenta, & similia. In grauidis minatur abortum, vt scripsit Hipp. Vterus enim inter vesicam & rectum intestinum situs est, foetumque concepto amplior, & vesicam (vnde assidue meendi cupiditas) & intestinum premit. Quo fit vt etiam in laboribus partus, & alio quoque tempore tenesmi cuiusdam imago illis eueniat, & si hoc morbo vehementius corripiantur, in vehementi illo conatu necesse est laborare vterum, foetum quoque depri- mi assiduo decessu, & vires lædi. Vnde abortus. Interdum tam vehemens affectus est, vt dysentericæ similis videatur.

Curatur sublata causâ & affectu vnde nascitur, clysteres ex hydromelite probè cocto cum rebus coquentibus, carminantibus, detergentibus. Omnes in minima quantitate ad 3. v. aut ℥. β. quia in testinum ferè strictum, & vltima tantum pars abluenda. In seffus in decoctione pingui, inunctio, in vlcere, vnguentum Ægyptiacum, fofus ex vino, in quo ruta, vel quæ coquant, incidunt, confirmant, coxerint. Lateat vetus fumo denigratus aceto feruenti, vt excipiatur fumus linteo lo conuolutus, admotus, & similia.

IN CAPVT. XLIV. DE

TENESMO.

DVRETI ENARRATIO.

Tenesmus irritatio est. Irritatur autem intestinum vel à reliquijs nondum perfectè curati vlcere dysentericæ, vel à glutinosa materia putri, quæ contumaciter adhærescit, vel ab inflammatione œdematosa.

Sine causa desurgere. Vt fit frequens & implacabilis desidendi cupiditas, sine scœcum aut humoris excretionem.

Idque maximo conatu. Id est, cum summa contentione transuersorum abdominis

8 si causa magnitudinem vincat doloru vehementia, inflammatio, nisi que metum afferat.

9 Ut Philonio in lacte dissoluto, aut sapa.

Aut coquatur fursur cum sapa ad puluis consi- stentiam hinc disso- uantur opij gra. 3. aut 4. Inyiciatur.

10 Ob impensum calorem, quem facile contrahit.

11 Ut. Rec. de- coct herdei, aut aqua mulsæ (si non sit ardor) Vnc. 6. mell. ros- celati Vnc. j. hu- commistū fiat e- nema.

12 Vel Rec. a- xungia suilla Vnc. j. ce- rusa pompholygi lota an. Drach. j cum aqua plantag. f. vn- guentum.

Tenesmi causa vel cum mate- ria, vel sine ma- teria.

Tenesmus grauidi abortum mini- natur.

Causa tenesmi

musculorum, vt ab eo conatu sæpe anus prolabatur.

Aceruatur enim pituita. Maximè que si clystere naturali intestinum defraudetur, hoc est, bile.

In quo tenesmi natura consistat.

Irritat intestinum. In qua irritatione irrita tenesmi natura consistit.

Aliud verò genus hæc sequitur. Dysenteriam, cum scilicet ab vlcere malè curato exudat ichor acerrimus, qui vellicando, rectum intestinum irritat.

Initio causa cognoscenda. Signis syllogisticis, quæ versantur in doloris proprietate, situ & excrementis, & in symptomatis consequentibus. Nam ex causæ morbificæ perspicuitate curatio instituenda est.

Si præcessit frigus. Tempestas scilicet Aquilonia, aut si quis frigidus infederit lapidi sine subligaculis.

Pituita crassa & salsa generatio.

Et pituita crassa in causa. Glutinosa & salsa, quæ nascitur à tempestate austriana, pluuiosa, tepida, & sua qualitate acii irritat intestinum: Cui tamen morem non gerit, quia viscida est.

In quo decima pars castorei. Vel sic: *℞. olei anethini vel sesami. quart. ij. dissolue castorei aut bituminis alterutrius ℥. j.* Sed inter olea, chymistica sunt præstantiora; & inter chymica, principatum obtinet quod extrahitur ex opobalsamo seu succo cyrenæico, benioin vulgo dicto, quod valet ad arthritidem à causa frigida natam.

Sacculi fouenda sedi. Ad exhauriendum serum & calefaciendum sphincterem refrigeratum à causis supradictis.

Vrina & sudor prouocari possunt. Vt præscriptum est in dysenteria ad prohibendam causæ antecedentis morbificæ generationem, & coniunctæ deriuationem.

℞. cerusa, plumbi &c. Vel: ℞. medulla cervi, butyri recentis, olei rosati ana quart. ℥. c. vt pagina superiore.

IN CAPVT XLIII. DE TENESMO.

DVRETI IN SVAMENARRATIONEM ANNOTATIO.

tenesmi dysenteria species.
Dysenteria à tenesmo distinctio.
Tenesmus unde dicitur.
Quid tenesmus.

HActenus de dysenteria. Sequitur de altera dysenteria specie hoc loco dicendum, quam veteres Græci *τλυσσμός* appellarunt, vt ait Gal. lib. 2. de sympt. caus. Qui omnem cruoris deiectionem *τὴν τλυσσιν* quocunque modo fuerit, dysenteria nomine appellat, ac proinde Tenesmus, in quo sanguinis stillicidium est ex ano manantis, dysenteria verò ab intestinis & per intestina Præ se fert igitur dysenteria speciem *τλυσσμός* seu *τλυσσιν*, Hippocrati. Ab affectione ipsa nomen habet, scilicet à tensione *τῆν τῆν τλυσσιν*; & ab Hippocrate annumeratur inter quatuor alui profluuiorum genera histor. 2. vniuers. lib. 1. Epid. Estque frequens, crudelis, & peracerba desidendi cupiditas; qua qui laborant, non egerendi, sed desidendi finem non faciunt, quanquam putant se plurimum humoris excreturos, vt in tussi excitata ab hepatis inflammatione aut hydrope, quæ irrita est, propterea quod exudat serum in thoracis capacitatem, quo quidem vellicatur diaphragma vnde tussis, sed foras pelli non potest. Est autem tenesmus affectio & symptoma ani, vel *τῆν τῆν τλυσσιν*, recti intestini, eiusque interioris partis superioris. Nascitur eodem modo quo dysenteria ipsa, ab humore tenaci, glutinoso, & contumaciter adhærescente ad eam partem, quæ cupiditatem desidendi inducit, quæ propter molestiam magis humorem attrahit, & æger damnis augetur. Tenesmus aliquando dysenteria prænuntius est, vt quando impuro corpore per continuitatem interioris tunicae intestinorum fit affluxus pituitæ acrioris, quia exulcerat, ac tandè cruoris per intestina ab intestinis manentis exclusio cõsequitur. Et hæc dysenteria quæ tenesmo superuenit, pessima est, quæ somnũ

adimit

adimit & corpus infirmum facit. Somni autem vacuitate & doloris acerbitate fit perennis generatio materię, eiusdemque perennis affluxus. Succedit quoque, dysenteria tenesmus, cum per materię deriuationem manet vlcus in intestinis, quod sæpè irritat, desiderè que agrum. Calamitosa igitur vis est tenesmi ob causas commemoratas. Abortionis interdum causa est. Scripsit enim Hippocrates aphor. 27. lib. 7. *ἡ μὲν ἐν γαστρὶ ἐχθρὸν σπένδα μὲν ἐπιχειροῦσθαι, ἀπὸ τῆσδε τῶν αἰτιῶν: ἢ ἂν μάλιστ' ὕστερον γενεσθῆναι τενεσμοῦ, ἀπορίωνται*. Si mulieri vtero generenti superueniat tenesmus, abortionem facit, quia intestinum trahit in sympathiam sui vterus, vicinia, & operis communicatione. Est enim intestinum *σύννοσος* vtero, vt dicitur de lienteria. Itaque excitatur vterus illa molestia, concutitur ad excludendum fetum. Tenesmus ergo hæc duo parit incommoda; in grauidis abortionem, in viris dysenteriam, diarrhæam, & per successiõnem lienteriam. Quæ autem dysenteria tenesmo superuenit est insanabilis, quia omnes morbi qui aliorum successione veniunt, primigenij sunt calamitosiores. Cæterum facillè curationem recipit tenesmus, quia non procul est ab ano, & pars affecta nullum obtinet in corpore principatum, & facillè remedia recipit, modò antecedentis causæ perennitas tollatur, aut materia genita ad aqueductus perducatur. Nascitur hic tenesmus à causa corporea, vel incorporea. Causa corporea duplex; fæces superioribus intestinis, tanquam in ergastulo conclusæ, cum suppressio bilis naturalis, vnde synatrismus, & collectio pituitæ falsæ, quæ contumaciter adhærescit ad tunicas intestinorum, & facit suspicionem; Laxat enim fibras circulares intestinorum, quibus suscipitur motus peristalticus, quo videntur ad excretionem fæcis & superuacanei humoris. Si in tenui intestino continetur excrementum, sit vt vehementiori contentione venulæ recludatur. Constringit sæpè & desidendi cupiditas in hæmorrhoidibus propter suspensionem, si scilicet cum condylomatæ sint (condylomata autem improprie hæmorrhoides appellantur) In suspensione enim est ani contractio, figuratæ fæces non præ se ferentes magnitudinem intestini propter angustiam ani: multum autem inter est inter hæmorrhoidas & tenesmum: In vtraque affectione est idem symptoma, intestini recti & ani pondus & *κρησπασμός*, suspensio, quæ omnem dolorem facit, & sæpè ignoratione causæ falluntur Medici qui finem fouendi non faciunt iniiciendi, & nulla remedia relinquunt intacta. Quia igitur in hæmorrhoidibus & tenesmo sit intestini recti & ani *κρησπασμός*, intestinum suo loco restituendum. In

A tenesmo abor.

Qua mala à tenesmo contingat.

Curatio tenesmi facillè.

Tenesmi causa corporea duplex.

Tenesmus in hæmorrhoidibus.

Quomodo hæmorrhoides & tenesmus conueniant ac differant.

Tenesmi incorporea causa.

Curatio tenesmi à frigore orti.
Stranguria duplex.

Tenesmus à plex.

continuitate enim & contiguitate omnis bona constitutio naturalis sita est, nihilque æquè naturæ contrarium est atque solutio continui. Nam si laxum vnum aut tenuissimi cultri aciem pars ex suo loco excesserit, sit dolor intolerabilis. Suspensio omnis dolorem facit: At hæmorrhoides sunt in ano, tenesmus in fine recti intestini. Præclare igitur consulant qui marsupia & lintea præscribunt & comprimunt. A causa incorporea nascitur tenesmus, vt à frigore, frigidũ enim ea quæ sunt in ventre indurat secl. 5. lib. 6. propter amplificationem distributionis & excrementi paucitatem, inquit Galenus, vt si quis sederit super lapide frigidus sine subligaculis. Et à frigore sit nobis inuitis, quod nobis volentibus heri solet, vt laxatio & compressio ani: Ideo forũ aquæ calidæ, eiusdemque infessu, aut lactis. Ex causæ perspicuitate tenesmus hic curatur, sine clysteribus & balanis. Qualis in ano est tenesmus, talis stranguria in vesica, quæ duplex, Alia propria vesicæ affectio, inflammatio sphincteris & vlcus, quia labefactata vis est vesicæ. Scabiola vesica stranguriam facit, vt in aphthode ventriculo cibus non mitificatus excluditur. Perennis meidendi cupiditas, & stillatium cum doloris acerbitate vrina excernitur, & æger micturitur, & micturienti meit, quia calculus cum vrinæ motu sese ad ora vesicæ præcipitat. Alia impropria & symptomatica vesicæ stranguria est, in qua vesica non laborat, affectione propria, vt cum ileus mutatur in stranguriam à materia pituitosa, salsa, vt in tempestate austriana, pluuiosa & calidà: Sic & hoc loco tenesmus sit aut affectione propria intestini recti, vt phlegmone oedematode recti intestini, & morbus hic fixus est, & causa est corporea. Sed & symptomata est affluxu pituitæ falsæ adhærescentis quæ exitum non habet: Est etiam hæmorrhoidis & frigus; Denique quicquid suspensione aut pondere intestino molestum est. Explicata est natura tenesmi, pate-

factæ causæ, adductæ distinctiones tenesimi & dysentericæ, explicata prognostica. Superest vt remedia præscripta ab auctore explicemus. Qui igitur tenesimo laborat, sæpe sine causa desurgunt: Quemadmodum quibus intumuit gargareon, deglutiendi sinem non faciunt, quod arbitretur se semper aliquid deuoraturus: Sic quoque quibus tussis molesta est, tamen irrita existit. Pari quoque modo in ea parte recti intestini quæ egerendo desinata est, si vlcus malè curatum, aut viscida & glutinosa pertinaciter adhæreat materiæ, aut si inflammatio œdematosa adsint, desidendi sinem non faciunt ægri, rati se magnam copiam humoris excreturos: Et quæ excernuntur pauca & mucosa, id est mucoris similia sunt, idque maximo conatu, id est cum summa contentione musculorum transferuntur, vt ab eo conatu sæpe anus prolabitur. Duo musculi ani leuatores sæpe laxantur, & ab eo conatu & peiuolesta desidendi cupiditate sanguis è venis hæmorrhoidibus exprimitur, & stillat, ac si aperta essent. Sæpe sphincter musculi in sympathiam trahitur & prolabitur, vt magnum se pondus gestare putent: aliquando inflammatio in sphinctere concipitur, vnde stranguria, quoniam musculi vrinam exprimentes ducuntur ab sphinctere musculo secundum aquæ ductum musculorum ani. Sæpe ab hac inflammatione nascitur dysenteria quæ mala est, & dysentericæ tenesimus succedit; Quod accidit cum non bene vlcus curatum est, ex quo semper exudat ichor, qui exasperando facit eretismum, vnde frequens desidendi cupiditas, vt in calculosis euenit, quibus calculus stabulatur in vesica: ijs enim cum meiendi incidit cupiditas, subsistit vrinæ, excretioque irrita consequitur. Præterea vt iam dictum est, abortionem facit Huius facilius aut difficilius curatio existit pro diuersitate causarum: Neque qui est ab inflammatione œdematosa tam facile sanatur, quam qui à pituitoso humore contumaciter adhærescente: Tum quoque difficilis curatio est propter grauiora symptomata quæ secum affert: Prouocat enim dysenteriam tenesimus, inflammationem excitat, ani prolapsum facit, præterea adfert inplacabilem desidendi cupiditatem, vnde corpus fit infirmum, quod fomum adimit, vigilis autem humores corrumpunt. Causæ innotescunt per signa propria & syllogistica. Per tempestates austrinas, quæ pluuijs mollibus, tepidis & humiditatis dominatu tenentur, fit pituita: falsæ generatio in corporibus nostris, quæ exitum non habet, tantumque abest vt exudet solum, quin potius sit perennis eius generatio. Querunt Sophistæ: Quidni putrefcat pituita, erodat, aut alia inferat grauiora symptomata in ventriculo, quæ in intestinis? Sed quanta sit differentia aduertendum: Intestinum, inquiunt, exulceratur, vt insanabile sæpe fit vlcus, vt in dysenteria ab atra bile: Si hoc fit in intestinis, quidni in ventriculo ipso? Si ventriculus habet motum concussium, intestina peristalticum, materia intestinis glutinosa irritat, & non exit, quia motum non gerit; irritat per qualitatem, motum non gerit complexione sua, quia glutinosa. Quia ventriculo insita est vernacula quædam facultas concutiendi se ad excutiendum quod si & molestum est, idcirco ab humoribus non exulceratur. Quia igitur talis motus intestinis non inest, sed solum peristalticus, idcirco non habent potentiam excludendi glutinosam & putrem pituitam, quæ ad suam tunicam contumaciter adhærescit, tum quod pondere & inæqualitate labefactatur motus peristalticus, laxatis circularibus intestinorum fibris. Exudat bilis in aluum? Offensionem suam declarat aut singultu aut vomitu. Fit autem singultus, cum materia contumaciter ad tunicas ventriculi adhærescit. Dicitur est tenesimus dysentericæ esse prænuntium, nonnunquam etiam dysentericæ succedere. Hic itaque obiter notanda est differentia dysentericæ symptomatice & criticæ à modo excretionis. Nam in symptomatice sunt vni dicitur autem dicitur semper fluida fluentia, perennis affluxus, perennis exitus. At critica quæ fit sine exulceratione intestini fit à dicitur & confertim, tum quod omnis excretio critica sit libera & liberalis, symptomatice pauca. Aliquando tenesimus fit post pharmacum sumptum, si quid intestino hæsit quod demonstratum est in lienteria: Medicameta enim malè præparata sæpe relinquunt vestigia suæ qualitatis in visceribus nostris maligna. Vnde sibi malè cõsulit, qui quotidiano vsu shabarbari sibi pro-

Tenesimi signa:

Ani prolapsus à tenesimo.

A tenesimo stranguria.

Tenesimi curatio facilius aut difficilius pro causa tum variata.

Curatio in ventriculo eadem symptomata non continent quam in intestinis.

Singularis causa:

Dysenteria symptomatice à critica distinctio.

Tenesimus à medicamento.

desse putant: Pessima enim hæc est consuetudo: Imprimuntur enim vestigia hepatici & sunt in partibus, non ab simili modo atque lanæ albæ aliquo colore infectæ & tintura imbutæ, quæ nulla ablutione possunt expurgari. Itaque Galenus commentario ad illum aphorismum 15. lib. 3 aphor. (Vbi docet Hippocrates, in tempestate pluuijs carente nos melius habere) multas affert eius rei causas, quia scilicet humida tempestate humores in corporibus nostris generantur, & nunquã exudat inutilis humor. Consuetudo, inquit, accipiendorum medicamentorum pessima est. Vidimus mulierem quandam, quæ exactis xxij diebus catapotia quæ illi præscripta fuerant, similia, eadem, & paria excreuit, similia colore, eadẽ qualitate, paria quantitate. Bene valeamus natura, aut valetudinis cura. In his qui valent cura valetudinis, si sit generatio perennis humoris morbifici, da operã neoterismo & nouationi: Si purgandum, vere epicrasi, & medicameto quod sit analogũ humori morbifico, quod nulli vsui erit, nec quicquã prodesse poterit ijs, qui eiusmodi medicamentorum vsui consueuerunt. At quoniã non satis est tenere ipsius morbi & symptomatis naturã, sed causas procatarticas habere, & vt tenesimi causã, ita remedia præscribi debent: Alia enim debentur vlceri, vnde ichor exudat, alia œdematosæ inflammationi, alia pituitosæ materiæ contumaciter adhærescenti, quæ irritat qualitate, mortem non gerit contumacia. Sequitur vt signa syllogistica patefaciamus; Quia omnis curatio dirigitur ad morbi naturam. Tenesimi autem natura consistit in irritatione recti intestini, irritationis querenda causa, vt ex illius perspicua curatio adhibeatur. Irritatur rectum intestinum vel à duritie stercoris, vel à callo & concretionem lapidea, vt scripsit Gal. cap. 2. lib. 6. de loc. malè affect. quosdam scripsisse lapides ex intestinis exisse, quod tamen, inquit, nec ipse vidi, nec qui viderit audiu adhuc neminem. Irritatur ichore dysenterici vlcis malè curati, pituita falsa, acri, quæ adhæsiõne irritationis causa est, frigus ambiens, aquilonia tempestas, marmoris aut frigidi lapidis infessio. Quæ omnia inducunt irritationem, commune symptoma crudelissimum, & quod grauiorum malorum consecutionem habet, indeque fœtura & malorum ilias. Initio igitur causa cognoscenda est. Causæ procatartice habentur pro signis, & si quis homo expertus sit vim acerrimam tempestatis aquiloniæ, constructus est musculis sphincter, quo constructo labefactur intestinum motus peristalticus, hic motu curatur. Foebeis igitur ex decocto stæchados vtriusque, quæ vim habent calefaciendi aduersus imperiem frigidam, micificandi, detergendi & tenuandi pituitam glutinosam, & ad excitandum motum intestini peristalticum. Materiam calefacientium emplastri modo toto perinæo interfœminæo induces: Affecto malè intestino recto sphincter scroti afficitur, & ducitur sphincteres secundum aqueductum pudendi: Quo inflammato multa accidunt symptomata. Iuuant fotus ex oleo sesamino, quod cæteris omnibus antefertur ab Auicenna ad pituitam falsam & frigus. At in vehementi frigore tempestatis aquiloniæ, aut marmoris, aut niuis, aut glacie oleo in quo decima pars castorei dissoluta sit, aut sic:

℞. olei aneth. vel sesam. quart. ij. dissol. bituminis aut asphalti alterutrum ʒj.

Maximam enim habet vim calefaciendi; & similia quæ in cap. de paralyti præscripta sunt, & ad calefaciendas & roborandas partes ac euacuandam materiam cõmandant. Nonnulli chymico, rutaceo, & ex succo cyrenaiico (opobalsamum vocant) quod præstantissimum est oleum vtuntur. Nam calorem habet nostro cõsentaneum, neque partem cui adhibetur, labefactat. Aliquando autem, propterea quod propter expressionem prolabitur anus, restituitur: Nam dum omni generi remediorum student medici, irrita succedunt, neque vnquam dolor quiescet, donec fuerit pars illa restituta. Tanta enim est continuitatis dignitas in natura, vt, si latum quidem vnguem discesseris ab illa continuitate, acerbissimi nascantur dolores. Fove ergo primum ad emolliendum, deinde restitue; alioquin nihil proficies, si vel minimum sit strabismus. Sequitur vt de tertia tenesimi causã quæ est inflammatio œdematosa recta intestini dicamus. Nam si oborta fuerit, pondere molestum est intestinum rectum; vt in columela & vuula (sicut supra annotauimus) quæ à figura nomen habent: Gargareo enim per inflammationem repræsentat paruum columnam; per vnguentum, vnam, quæ excidenda est: hi, inquam, nunquam deglutiendi sinem faciunt, eo quod arbitrentur subleuatores se ea molestia. In-

Consuetudo accipiendorum medicamentorum pessima.

Historia.

Quomodo bene valeamus.

In quo tenesimi natura consistat.

Quibus de causis rectum intestinum irritatur.

Causa procatartica.

Curatio tenesimi à frigore orti & pituita.

Fotus. Cataplasmata. emplastra.

Oleum sesaminum.

Ani restitatio in locum.

Inflammatio œdematosa recti intestini tertia tenesimi causa.

Inflammationis
signa.

inflammationis signa, dolor ossis, inferiorum lumborum, vrinæ stillicidium. Nam recto intestino inflammatio vrinæ stillicidium accidit vicinia & officij communicatione. Quæ enim sunt propinqua, & communia, illa primùm maximèque affici solent: Accedit & febris, tum quod stercoreis excretionem non alleuetur æger. In tenesmo à pituita, pauca excernuntur. Si sterco in vitio sit, cum induruit, tenesmi opinionem facit, qui illico foribus, clysteribus quiescit. At si inflammatio & cætera consentiant, vitium robur cum securitate, secunda est vena brachij interna, id est axillaris, quam basilicam vulgò nominant. Arabibus probatur purgatio: Suspecta Græcis est propter intensum calorem. Inijciunt itaque clysteres lenientes ex lacte. Possunt vrinæ & sudor prouocari ad diuresionem, vt præscriptum est in dysenteria ad prohibendam causæ morbificæ generationem, & generatæ deriuationem. Vnde fit vt qui sæpius vrinam excernit, inquit Hippocrates, raro egerant. Infectionibus ex decocto maluæ, bifanalæ, seminis lini & violariæ magnum leuamen percipiunt, quod illis balneis materia mitificetur, distencio laxetur, à qua doloris acerbitas. Fovebitur quoque lacte imus venter & perinæum. Nam lac recens multum vim habet non solum leniendi, sed laxandi & temperandi: Anodynum enim est temperamento. Quod temperamentum est, complexione sua lenit, laxat distentionem, humoris acrimoniam infringit, & præterquam quod anodynum est, fluxionem sistit, inquit Auicenna. Ergo sumptum, iniectum, & admotum proderit. Sequitur nunc vt prohibeamus tenesimum ab vlcere dysenterico nondum perfecte curato. Scriptum est apud Hippocratem sect. 2. lib. 2. Epid. si dysentericis hæmorrhoidibus, Dysenterici magis sunt, qui sunt tenesmosi: Nam & dysenteria tenesimus, & tenesmo dysenteria superuenire solet, icaut qui fuit dysentericus erit tenesmosus, & qui tenesmosus, erit dysentericus. Qui si non fuerit rectè curatus, manet ichor qui exasperat rectum intestinum & irritationem facit, cuius incommoda iam ante sunt explicata. Ad cuius vlcis eurationem.

R. pompholig. cerusa ana ℥. iij. adipis suilli loti in aqua plantaginis, misce fiat unguentum.

Valet ad vlcera mitiganda, & detergendum ichorem. Vel hoc.

R. medulla cerui, butyri recentis, olei rosati ana quar. j. coquantur in balneo Maria ad consumptionem ℥. v. vel vj. aqua rosarum quanti. suff. inde cum cera ℥. ij. fiat unguentum.

Vel terebinthina Veneta sæpius lota in aqua & iniecta mirificè valet ad vlcera ichorodea, ex quorum ichore fit irritatio & ex irritatione tenesimus. Nonnulli miscent caustica, vt in dysenteria: Sed mihi quidem fuit animus, at non satis animi eiusmodi medicamentis vti.

ANTON. VALETII. EXERCIT. XLIV.

Tenesmus seu tenesmus, affectus est à symptomate nomen habens, videlicet à tensione, quæ recti intestini extremitatibus incumbit. Causis & symptomatibus cum dysenteria conuenit, & propterea scripsit Galen. tenesimum quandam constituere dysenteria differentiam. A bile igitur, an pituita falsa si ortum habeat, huc reuocantur remedia ad dysenteriam imperata, cathartica, enemata, tum etiam ea, quæ refrigerando humores contemperant, quæque per vrinam materiam deriuant, apozemata, & zupapia. Quod si frigori aut flatibus accepta referatur causa, fomenta calida satis esse poterunt.

HOLLERII.



HOLLERII.

De curatione hepatici i fluxus. Cap. 45.

HEPATE calidiora excrementa durissima & similia pilulis caprarum, vnde παραρῶδη à Græcis, nisi iuncta sit imbecillitas. Hic enim biliosa liquidiora, & vt augetur calor, insigniter flaua, crassiora, grauius olentia, æruginosa, nigricantia assatis humoribus, & postremò colliquata hepatis substantia. Hic sitis ardor deiecta appetentia, assidua corporis actatio, difficilis curatio. In infirmitate attractricis hepatis chylosa. In infirmitate alteratricis primùm quidem loturæ carniū similia, & sanguini diluto aqua: deinde varia qualitate & consistentia, interim quasi limus sanguinis & grumus. Integra ferè appetentia, sitis nulla, frigoris sensus, fætor exiguus. Hepatici fluxus nocte excitantur magis, longioribus interuallis. Horum curatio ex capite de debilitate hepatis petenda est.

In summa vtendum est refrigerantibus, si infirmitas à calido est: calefacientibus, si à frigido. In vtrisque vitanda sunt, quæ obstruunt.

℞. electarij triasant ℥. ij. coriandri præparati ℥. j. semin. acetosæ & portulacæ ana ℥. j. coralli rubri ℥. β. sacchari rosati ℥. vj. misce, vtatur in iusculis, in hordeatis, in potu.

Syrupi conueniunt, rosatus, de ribes, myrthinus, cydoniorum, vel iulepus cum multa aqua ferrata. Spodium, semen portulacæ, acetosæ, corall. rubr. flos rosatum, & semen arilli, lappæ, cichorium, endiuia, sonchus, coriandrum præparatum, acetolitas citri, ptisanæ, & similia conueniunt. Ceratum 5 santalinum subactum è rosaceo, ceratum ex oleo rosarum, deinde subactum cum succo cichorij, endiuia, sonchi, plantaginis, & tantillo succi absynthij, vel eupatorij. Ceratis inspergi possunt pulueres ex proximè dicta materia.

In frigida, vnde lotura carniū, electarium de vino prius descriptum, mel passulatum hoc modo præparatum.

℞. passul. bene pinguium M. 2. fiat decoctio ad ℔. j. β. vini optimi austeriusculi. Coquantur dum crassescat vinum. Deinde passulæ in supradictum vinum fortiter exprimantur per setaceum, idque fatis rarum. Expressio cum vino rursus coquatur ad crassitudinem. Cui adde aromatici rosati ℥. j. sem. nasturtij & securidacæ assati & infusiati, cinnamomi electi ana ℥. β. misce, vtatur sæpè. Hinc eundem puluerem seorsum acruabis, insperges ℥. j. lactis vstulati ℥. iij. cum vitello oui, fiet pulticula.

Poterit inspergi & lacti amygdalarum bene cocto. In hoc fluxu lac ouillum coctum & vstulatum conuenit, sed inspergere oportet

1 Hunc hepaticum
dysentericam ve-
cant.
2 Humoris sup-
pressionis & asu-
3 Vehementia
symptomatum,
humoris contuma-
cia, resoluta hepa-
tis vi ac substantia.

4 Gal. c. 2. l. 6. de
locis malè affect.

5 Ut Rec. curati
santalini Vnc. iij.
pulv. subtilissimi
corall. rub. Scr. u.
iij. malaxentur
cum oleo cydonia-
rum f. emplastrum
in formam lunæ
crescentis, & dex-
tro hypochondrio
admoveatur.

6 Materia scilicet
conuenit, quæ
penetrat vt cype-
rus, schananth.
quæ aperit, vt ab-
sint. cichorium:
lenit, vt passula,
vinum granato-
rum: dulc. abster-
git, vt mel incidit,
vt vinum
granatorum: pra-
seruat à putredine
vt calam. aro-
maticum, cinnamomum,
lignum alois. Cæterum
electarium de
vino arbutum
hu omnibus pol-
let commemorari
tū dotibus.

Tenesmi ab vlce-
re dysenterico ma-
ti curatio.

Unguentum.

Unguentum.

Terebinthina.

Gal. lib. 3. de
vmp. caus.

aliquid supradicti pulueris, vel hunc.

Z. corticis thuris *ῥ.* 2. caryophyllorum, cinnamomi an. *ῥ.* 5. Orizogala, pulli gallinarum & columborum, perdices, auiculæ assatæ, vinum tenue, odoriferum, subaltringens. Inungatur hepar cum oleo mastichino, de spica, de absinthio, & alijs dictis prius. Deinde superaspargatur pul. mastichis *ῥ.* j. styracis calamit. Gr. 16. thuris, albi & nigri an. Gr. 6.

Fotus è spongia expressa in vino decoctionis mastichis, thuris, styracis calaminthæ, rosarum, absinthij, florum cupressi, eupatorij, asari.

Si superueniat febricula (quod sæpè fit) proximè dicta remedia calfacientia temperanda sunt prius dictis refrigerantibus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

DE hoc affectu lege Galenum cap. 2. lib. 6. & cap. 7. lib. 5. de locis affectis: cap. 8. & 6. lib. de Morbis & symptomatis. Maior sanguinis quantitas reiecta ab hepate necessariò oritur. Sanguis vel rubet, vel aquosus est, vel ater & niger. Is duplex, vel sanguis crassior, ut in bobus, vel limus & sæx sanguinis. Hic rursus duplex siue adustus sit, siue naturalis: crassus nimirum, à quo ulcera profunda fiunt, & eiusdem veluti serum seu pars tenuior. Rubens *αἷμα*, dysenteriam efficit: niger, tenuis & splendescens, lotium fluxum, quem vulgò vocant, & quem prima dysenterix differentia complexi sumus: crassus tum hanc, tum etiam secundam. Sed tenuior magis è venis mesarais & ramis venæ portæ, quæ incoctum sanguinem & serosum continent: crassior ab hepate, vel liene. Si cum torminibus, dysenteria est. Si in febre febriiium quartanarum, morbis à melancholia, & aliquando in peste, non malum. Si sanguis aquosus, tertia est dysenterix improprie dictæ species. Nonnullis etiam lotius fluxus dicitur. Læso hepate, rupta aut aperta vena, sanguis niger, velut crassum atramentum, deinde rubens aliquando excernitur, & moriuntur. Quales duos ipse vidi. Uterque vix sentiens periculum, animi deliquio paulatim extinctus est. Sunt & aliæ multæ differentix deiectionum alui ex variis causis apud Hippocratem, ut *ἔσθρα*, interpreti strigmenta, veluti linamenta, *πυλιδία*, liuidæ, *δυσάδισσι*, fœtidæ ex corruptione partium, vnde exeunt: *χολιδάδισσι*, *χολιδάδισσι*, bilem synceram significantes, non multam, ut vult Musa, & similes. In quibus hæc duo generalia præcepta tenenda sunt: omnem synceram excretionem metuendam in morbis, quia cruditatem significat: omnem quoque corruptam, si die non critico, crudo adhuc morbo, cum labore ægri, non leuat, aut tantum ad tempus. Ab initio quidem (inquit Galenus de omnibus) nunquam ad bonum fiunt huiusmodi deiectiones, utpote magnam visceris læsionem ostendentes: ad morbos quidem consistentes sequuntur sæpius, natura superfluitates expurgante. Et paulò post. Multi deiectionum colores præter naturam, sponte quidam euacuant, multarum atque malarum in corpore dispositionum sunt signa. A medicamento autem ducti vna habente plures humorum species euacuandi, nihil absurdum significant. Sed de his multa superiore capite. Varia autem illa excrementa, quæ deiciuntur, cruditatibus ventriculi respondent, quæ retenta corrumptelam quandam & vitium contrahunt.

Pro varietate causarum multiplex curatio. Quibus sanguis excernitur, rupta, aut exesa vena, si vires firmæ, sanguis modicus è basilica detrahendus, rhabar. in substantia, cum syrup. ros. aqua arnoglossi, tabulæ ex ijs, quæ sanguinem supprimunt, syrupus ex succo arnoglossi, centinodia, bursa pastoris, millefolio, tritica Græca, vino granatorum, cum sacch. ros. embroche ex oxycrato ex aqua plantaginis.

plantaginis, &c. Vitanda in cæteris quæ obstruunt: vtendum roborantibus, redeundum ad caput de debilitate hepatis, aperiendum roborando, aqua decoctionis passularum, Gallina cum cydoniis & conferuis adstringentibus cocta in balneo mariæ, donec eius concreseat in causa conueniente, gelatina ex rebus roborantibus, cinnamomo & alijs, aqua distillationis mastichis, coralli, seminis, cydeniorum, vnde diluatur vinum.

IN CAPVT XLV. DE CVRATIONE hepatici fluxus.

DVRETI ENARRATIO.

Nisi iuncta sit imbecillitas. Quam peperit calida intemperies & sicca. Insigniter flaua, &c. Quæ symptomata sunt effecti planè hepatis & laxioris. Hic sitis, ardor, &c. Ac si diceret; Ægri deiectionibus non leuantur, sed potius damnis augentur.

Difficilis curatio. Propterea quod omnis infirmitatis repentina impressio ab *Cru fluxus hepatis* intemperie diuturna, longa & vehementi ferè est insanabilis, ex Gal. ad historiam de phrenitico in epid. & aphor. 17. sect. 2. prior. prorrh. Et quò celerius ferè produnt signa, ut in demorhis à cane rabido, & in lue Venerea affectis, tantò melius; quò tardius, tantò peius; quia nõ se prodit virus priusquàm partes solidas affecerit.

In infirmitate *attractivis hepatis, chylosa*. Excernuntur; De quibus iam dictum est cap. de hepatis debilitate, qualia scilicet ab aluo venerunt, & quorum opprefione ieiunum intestinum fatiscit, & nimia copia laxantur.

Et *consistentia*. Accessione infirmitatis & corruptionis: quoniam non potest diu consistere infirmitas sine corruptione.

IN CAPVT XLV. DE CVRATIONE hepatici fluxus.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

Dysenterix vox apud Hippocratem nihil aliud significat, quam ipsam cruoris per intestina manantis deiectionem: Atque hæc deiectio cruoris symptomatice est vel intestini exulcerati, vel sanguinis per anastomosim exitum habentis. Atque hic sanguis vel à toto manat corpore, vel ab hepate ipso; eiusque deiectio, vel est critica, vel symptomatice. Quoniam autem de dysenteria proprie dicta satis multa explicauimus, remedia præscripsimus, idem in tenesmo fecimus; Sequitur ut redeamus ad id dysenterix genus, quod fit sine vlla intestinorum offensione. Sanguis igitur per intestina effluit, vel à toto corpore, ut modo diximus, vel à parte aliqua, Idque accidit vi naturæ, aut effecta eius virtute: Vi naturæ fit in dysenteria, quam distinctionis causa Galenus vocauit *αἷμα* siue *Dysenteria αἷμα*. Cuius meminit lib. 4. de articul. vbi ex professo agit de recta colloca-
ne artuum sauciatorum. Nam si quis in crure vulnus acceperit, consentaneum est crus attollere & sublimiori situ collocari metu inflammationis & hæmorrhagiæ. At cum inflammatio quieuerit & hæmorrhagia steterit, eunte ad cicatricem vlceris, iubet Hippocrates vt demissiori situ crus collocetur, vt sanies liberum habeat exitum: Qui contrà facit, metus impendit dysenterix: Quoniam qui saucius est non defraudans genium, in otio viuens, neque vllam obseruans cibi & exercitationis analogiam, magnam sanguinis copiam coaceruat, ut id experitur quod mulieres infructuosæ in menstruorum excretionem. Verùm illa dysen-
Dysenteria signi-
ficatio est dis-
senteria.
Dysenteria genus
sine intestini-
diximus.
Collocatio ar-
tuum sauciato-
rum.

teria ἀκατάσχετος fit virtute naturæ; propterea fit λαβύς, profundè & copiosè, neque πικρῆ, sed fugax. Omnium enim excretio est symptomatica, quæ continetur ac paulatim fluit; quæ verò virtute naturæ & criticè, liberè ac liberaliter. Idem accidit illi qui altero crure mutilus est: At hæc dysenteria non sunt periculosa; quæ ἀποστία non inducunt, & pleraque alia symptomata cap. de dysenteria descripta. Observaui in iuvene quodam nobili, qui exegit xij. menses cum progressi non posset, propter gravissimum vulnus in crure inflatum: hic dum in otio & quiete degit, cibo non minus & potui indulget, quàm si integra fuisset valetudine: Duceit tandem alius profluio florido, rubro: intra xxiii. horas sistitur: Non est tale profluuium terrificum: Neque enim potest in grumos concrefcere in intestinis, qui sunt calamitosi, propterea quod sanguis grumosus putrescit, vnde gravissima nascuntur incommoda. Sed vt tale profluuium vitetur, analogia & æqualitas cibi ac exercitationis adhibenda est. Sed fit vitio partium dysenteria symptomatica mesenterij & iecoris, sed conditiones excretionis criticæ desiderantur in tempore, qualitate, copia, & excernendi modo. Vnde accidit vt aliquando ar-

Hystoria.

Arthritici sunt dysenterici.

Hystoria. Hystoria.

Hepatica dysenteria vt plurimum funesta.

Hepatici fluxus causa. Atonia causa.

Quid Auicenna in fluxu hepatico consideres.

Atonia hepaticae causa.

Quid in dysenteria.

thritici fiant dysenterici. Omnium arthriticus sæuente dolore miserabilis est: Sed arthriticus qui non habet dolorem, neque habet exitum, metum debet afferre medico finitri iudicij, quia ἀσπυς subsistit. Quod Polemarcho D. de Termes, aduexit asthma. Et in Polemarcho D. de Brissac, cum stetisset materia illa arthrica circa mesenterij venas, paulò antequam diem obiret, profudit maximam copiam sanguinis, crescis venis diuturnitate moræ, ac intra quatrimum interit. Venit dysenteria symptomatica per anastomosim earum partium quibus collecta materia continetur per laxitatem venarum, vt in affectione intestinorum, vt inflammatione iceni intestini laxantur, & effœta redduntur venæ mesenterij. Sed calamitosa & vt primum funesta hæc est hepatica. Nam diurna hepatis intemperies ἀτονίαν inducit, id est reddit effœtum in attrahendo, completendo & concoquendo; & vt vult causæ ἀτονίας, sic & diuersa excrementa, & ex diuersitate excrementorum cognoscimus causas ἀτονίας. Quæ si superfluit fuerint, in angusto spes est: Quæ decesserint causæ superfluitate ἀτονία, adhuc aliquid est spei. Si enim ventriculus primum cibos mitificari, tum sibi assimilarit, deinde ad duodenum immittat, inde ad icenum intestinum, quod tandem copia materiæ oppressum fatiscit, quod, inquam, si fuerit, excretio chylosa erit, signum infirmæ attrahendi facultatis. Quod si cõplectendi labefactata est, & valeat attrahendi facultas, fertur alius liquidis excrementis nullo modo mitificatis. At si in concoquendo laboret, & fit ἀμετάβλητος cibus, cum rudimentum acceperit in venis mesaraicis, tunc excludetur, qualis aduectus est à mesaræo ad hepar, & sic excludetur loturæ carniū similis quæ dicitur vera dysenteria hepatica: hic enim continenter fertur alius lotiuus excrementis. Auicenna excretionem virosam, cœnosam, & lotiuam considerat in fluxu hepatico, Per lotiuam intelligit quæ loturæ carniū similis est. Sed cum illa ἀπυλα perseuerat, quæ diu non potest manere sine curatione, & hepar non potest continere alimentum, fit cœnosa, & sanguis veluti niger excernitur, argumentum hepatis laxioris: Quod tamen vitium est non semper ἀτονίας, sed substantiæ ipsius hepatis quæ dissoluitur, non materiæ quæ fertur ad hepar. Ea intemperies quæ induxit ἀτονίαν vel manet, vel exclusionem habet. Et hæc curari potest & fugax est, ac refrigeratione curatur. At sicca stabilis est, vt à febre, vini generosioris vsu; quibus tamen aliqua voluptate perfundantur, paulatim calefcit hepar, ac vis illa impressa tandem ἀτονίαν inducit, facibus & humore bilioso suffectis: Facies enim cum exaruerint, obstructions pariunt & humores biliosos coaceruantur propter biliosam temperiem. Si post excretionem horum consequatur exclusio excrementorum lotiuorum, chylosorum, & nata est intemperies, ac paulatim impressa post diurnam causæ morbificæ generationem, vt accidit iis qui fuerunt πικρῆ χυλὸς & phrenitica desperata est salus, nec si fuerint ἀσπυδῶν excrementa quæ sunt calamitosa, ac præsertim si in yirium infirmitatem inciderint. Nulla enim excretio quantumvis critica potest esse salutaris vbi vires effœtæ languent: talis excretio est insanabilis, inquit Gal. com. ad lib. 4. de artic. vbi agit de detectionibus illis pilulas caprarum referentibus, quæ à siccitate proueniunt. Qui liber diligenter & attentè legendus est. Huius affectus difficilis curatio est ob causas

causas mox explicandas in explanatione scripti. Itaque huius fluxus multa sunt genera, quæ versantur in distinctione materiæ & causæ fluxum facientis: Alius enim est chylosus, biliosus, melancholicus, ἀκατάσχετος, virulentus, cœnosus & lotiuus. Sed hic κατ' ἐξὸς dicitur lotiuus, qui venit ab hepatis imbecillitate. Inter auxilia præcipua in vsu est remedium quod dicitur cyboides, quod recipit cinnamomum, cassiam, asphaltum, vnas passas, terebinthinam, bdellium, mel & vinum. Quæ omnia ita sunt comparata vt pugnent cum morbo & partis robori student. Constat enim hoc remedium siccatibus modicè, adstringentibus, prauos humores discutientibus, obstructa liberantibus, & cachexiam humoris putris infringentibus. Cinnamomum, cassia, asphaltum, hæc omnia vipereo sunt aduersa veneno, morsibus ferarum venenatarum medentur, cacothiam corrigunt, insensum hepar viscus nobilissimum roborant: Vuæ passæ vim mirificam habent auxiliandi hepatis, cui suam dicant operam, fluxionem sistunt, adstringunt quantum satis est, ad hæc alimenta sunt hepati familiari: Omnia autem alimenta secundum propriam suam substantiam familiaritatem habet cum parte quæ alimentum capefit, propterea & parti student, infirmitati optulantur, & putredini resistunt. Auicenna annotauit quod vsu passularum hepatis, imbecillitas emendatur, & vires quæ effœtæ languent, restituntur. Terebinthina obstructions tollit, deterget; mel detergendi quoque vim habet: Bdellium modicè detergendi. Vinum corroborandi, quod sublato inflammationis metu principatum tenet inter corroborantia. Hoc itaque remedio curari debet infirmitas hepatis. Foras admoventur ceratum santalinum & rosaceum. Auicenna coquit hepatis debilitati rosas, mala cydonia in aqua, in qua dissoluit oleum rosaceum; coquit in balneo Mariae ad olei consumptionem: Quod oleum mirificos affert fructus, si hypochondrio dextro admoveatur. Corallus vterque, margaritæ, saccharum rosatum, conserua rosarum, electarium santalinum duplicato rheo. Et quoniam perennitas est generationis causæ morbificæ epicrasticos est curatio instituenda. Huius autem curatio tota versatur in neoterismo & epicrasi, & dantur alimenta & cibi ἀσπυδῶν, & vuæ passæ, & carnes perflusæ aqua rosacea.

Fluxus hepatici varia genera. Cyboides medicamentum, & eius descriptio.

Admonenda ad hepatis debilitatem.

ANT. VALETII EXERC. XLV.

Hepatici fluxus pauci meminerunt Practici, quod affectio istiusmodi vel ad hepatitis intemperiem aliquam, calidam, frigidam, à qua attraxit vel reternit facultas imbecilla, aut ob visceris eiusdem obstructionem, fiat, vnde & communem habet illis cum affectibus curationem. Auicenna in obstructorum curatione, & hepatis confirmatione summa medendi præsidia collocauit. Vide cap. 10. libro 3. Fen. 19. Tract. 2.

HOLLERIVS.

De fluxu pestilentiali.

CAP. XLVI.

Quod est leuius pestifera symptomata.

Hippoc. sect. 3. lib. 3. Diffusa pestilenti putredine per habitum corporis. Ex atrophie partium, & venenata humorum qualitate.

GALENO olida insigniter, fulua & crassa excernuntur; alii subalbida, Autumno ferè: liuescit facies, grauatur corpus, pulsus 2 concidit 4. 7. vel 9. moriuntur, aut ægre conualescunt. Alij tota cute 3 commutantur. Aliis decidunt 4 vni- 4 Ex atrophie partium, & venenata humorum in dysenteria, vtatur auro in decoctis pullorum, perdicum & simi-

lium, syrupo de ribes, de cydoniis, de myrtillis, de limonibus, aceto-
sitate citri, vino granatorum, syrupo acetoso simplici cum iulepo
rosato. Atque aliquando in aurora. 3. 3. bonæ theriacæ in vino gra-
nato, acetositate citri, aut re simili dissolues. Iuscula alterentur cum
multa acetosa, & nodulo de berberis. Colatitiis inspergatur pul-
uis hic.

℞. limaturæ auri 3. i. diamargariti recens facti 3. 3. nucis mo-
schatæ 3. 3. margaritarum, smaragdorū, saphyrorum ana ʒ. ʒ. pa-
nis sacchari 3. 3. fiat puluis. Interim quoque vtatur puluere vnico-
nis & cornu cerui, vino tenui, odorifero, diluto aqua, in qua aurum
extinctum sit. 5 Vtatur interim hoc electario.

5 Interim etiam
vbi poteris pul-
uē Ruffi ex aloē,
myrrha & cro-
co.

℞. conferuæ ros. 3. i. ʒ. conferuæ corticum citri conditi cum sac-
charo 3. i. corticum citri 3. i. ʒ. margaritarum electarum 3. i. hyacin-
thorum, smaragdorū ana ʒ. ʒ. ferici crudi ʒ. i. seminis citri munda-
ti ʒ. 2. ʒ. acetosæ 3. ʒ. boli armenæ, terræ sigillatæ ana ʒ. 2. limatu-
ræ auri 3. i. cornu cerui & vniconis, rasuræ eboris ana ʒ. i. sacchari
albiss. 3. 19. folia auri numero decem. Fiat conditum ad formam
sacchari rosati cum aqua rosata moschata.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Pestilentis huius constitutionis Galen. meminit pluribus locis, vt Aphor. 21. li.
4. & in lib. de atra bile. Excernebant nigra ferē 7. 9. ii. Quibus deiectionis talis
non fuit, pustulæ nigræ toto corpore excitatæ. Nullus autem seruatus, qui atram
bilem exactam deiecerit. Primis diebus deiectiones erant rusæ & colliquatio-
nis indices, vel vt alio loco ʒ. ʒ. vitellinæ, crassæ, acres, foetidæ, spumosæ. Po-
stea verò, vt scribitur in eundem Aphorismum, nigræ, vel superaffato sanguine
vel putredine quadam contracta & corruptela. Sed an fuerit pestis peculiariter
appellata, an Epidemius, morbus qui multos interfecerit, dubitari potest. Nam
pustulæ illæ nigræ rarò in peste apparent, quin sequatur mors. Et multos ipse
obseruauit pestilenti febre laborantes, quibus eruperunt infiniti prope carbuncu-
li, aut furunculi similes, carbunculis, quorum nullus euasit. Cutim & vngues de-
cidere nonnulli à veneno putant.

Non temerè suppressendus fluxus, sed bezoardicis vtendum, syrupis, cordiali-
bus conferuis, opiatis, rasura vniconis, & similibus.

IN CAPVT XLVI. DE FLVXV PESTILENTIALI.

DVRETI ENARRATIO.

Quid fluxus pe-
stilentialis.

De fluxu pestilentiali. Quod est symptoma inseparabile pestilentialis febris,
quæ vel in hominum vitam inuadit sine peste, vel à tempestate pestifera.

De fluxu pestilentiali. i. pestilente, vt in febris colliquantibus, & pestifero, vt
in peste, in qua veneni & contagionis summa sunt omnia.

Olida. i. foedi odoris à putredine nati.

Signa.

Subalbida. Quando adeps intestinorum liquatur, aut facultas attractrix effecta
languet in hepate per atram & resolutionem quam inuexit vel febris colliquans
vel pestifera.

Lineæcit

Lineæcit facies. Paupertate & interceptione spiritus vitalis, & facultatum infr-
mitate.

Corpus granatur. i. fit plumbeum, spiritus animalis paupertate & facultatis in-
firmitate.

Pulsus concidit. i. fit ἀσφῶδῖα intercalaris, aut ea perpetua per interceptionem
spirituum, qui per arterias diffunduntur à corde.

Fluxus hic periculosè adstringitur. Propter suppressionem venenati humoris e-
xitum non habentis.

Præter remedia supradicta in dysenteria. id est, lenientia, detergentia, adstrin-
gentia, visceribus consocialia, vnde perennis materiæ morbificæ genera-
tio est.

℞. limatura auri. Vel potius, ʒ. corticis citri conditi, myrobalanorum conditorum, Opjata ad pesti-
florum aurgencia conditorum ana 3. ʒ. pulueris radice angelica, cinnamomi ana ʒ. j. lenientem suam,
confectionis alkermes 3. j. excipiantur syrupo conseruationis myrobal. conditorum fiat
opjata. Detur ad magnitudinem castaneæ, addendo nonnunquam boli armenæ ʒ. j. vel
3. j. In imago alui profluuii, quando nimia feri abundantia natat aluus.

Corticum citri conditi. Quod condimentum præstantissimum est, & dignitate Corticis citri
vincit omnia condimenta, præstatque myrobalanis conditis.

IN CAPVT XLII. DE FLVXV pestilenti.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM

ANNOTATIO.

Omnis morbus epidemius, qui sub diuerforum morborum nomine & specie
multos homines inuadit, pestis est. Pestis enim non est proprium aut definitum
nomen alicuius morbi, sed is quo multi moriuntur & grassatur in multos. Quid pestis.
Pestilentialis febris sæpe inuadit homines absque peste. Existit pestis de-
scriptio & explicatio in causis & peculiari cuiusque natura sect. 3. lib. 3. Epid. vbi
primùm tempestatem pestiferam explicat his verbis: *Annus fuit austrinus, pluuio-
sus, ventis placidus, & nonnulla die tristes.* Scire debetis duplicem esse tempestatem au-
strinam. Vnam in qua tempestate sonora austris terra persflatur: ac sæpe illa tem-
pestatas sicca est, de qua scripsit Virgilius:

Interclusit Hyems, & terram Ausser euntes.

Ita qua dicitur flare leuconorus: De qua scripsit Hippocrates li. 1. Epid. Cum il-
lius anni tempestat constituta ad austrinam inclinare soleat cum squaloribus, nō
ab humore, sed pluuiarum vacuitate. Alia est austrina tempestat calamitosior, ve-
tis placida, *πνεῦμα, suffocans.* Quæ parit ea symptomata quæ descripta sunt a-
phor. 5. li. 3. aphor. *Austris auditui graues, caliginosi, plumbei, resoluunt & effectas vires
reddunt.* Illa tempestate austrina, pluuiosa, & ventis placida, quæ est omnis pesti-
lentialis effectrix: Cum, inquit, exacta fuisset talis tempestat, pluuiosa, & ventis pla-
cida toto anno, ineunte quidem hyeme sine morbo degerunt, sed appetente Vere
& Æstate inciderunt in multa symptomata. Erant autem erysipelata, herpes,
causi, phrenitides, ora apthosa, carbunculi, bubones circa pudenda, alui pertur-
batæ cum cibi fastidio coniunctæ, vrinæ profluua, phthises. Sed meminisse debet
omnis medicinæ studiosus, quod quamuis hæc symptomata sporadica sint, & in
multis fiant sine dispendio vitæ & salutis, ramen in ea tempestate fiant cum pu-
tredine, & non sunt eadem cum aliis, atque in hac tempestate, alia quidem ea-
dem specie, sed diuersa proprietate, etiam si nascantur omnia ab humore viru-
lento. Deinde qui pestis naturam inquirat, meminisse debet putredinem vel à
tempestate natam non paribus symptomatis, nec omnes naturas similiter inua-
dere: Aliis enim leienteriam, dysenteriam, aut diarrhæam inducit pro diuer-
sitate naturæ. Peculiaris autem cuiusque affectio maximum habet momen-

Observationes in
peste conditorum.

tum ad ea quæ accidunt suscipienda. Nam qui sunt biliosi, pituitosi, aut melancholici natura, temperamento habitu, diæta in victus ratione & vitæ instituto variis morbis afficiuntur, & ab illa tempestate pestifera, quæ à putredine & cibis est, varia quoque patientur symptomata pro diuersitate naturæ, tum per se, tum ex euentu. Medici quidam recentiores pestem non esse morbum volunt, quod non nascitur ex putredine, vt patet ex elephantiacis & quartanariis, quos contingit aliquando peste non laborare. Sed, inquit Hippocrates, si putredo à partibus quibusdam in alium confluit, excitique putredo alia suppurati expers, quæ excedat carnem & ossa : Nam hæc putredo quam pestifera tempestat inuenit, pepasum non recipit. Febris tertiana & quartana morbi sunt à putredine biliosi & melancholici humoris nati, sed pepasum recipiunt tum neoterismo, tum diotismo, non ij qui pendent, vt dixi à communi causa, i. tempestate pestifera, austri- na scilicet pluuiosa, ventis placida, & quæ sic totum excigit annum. Tum quicquid putrefcit & corrumpitur, propriam obtinet, sibi vendicat, complectitur speciem & differentiam corruptionis διαφορα. Quod in codice Græco corrigendum, vbi malè legitur διαφορα. Dentur mihi quatuor homines ab eadem causa putredinis affecti, erunt diuersa symptomata : In iisdem enim morbis specie, diuersis tempestatibus, diuersis affectionibus afficiuntur homines. In illa tempestate pestifera ab Hipp. descripta quibusdam parotides euanerunt propter bonitatem materiæ, quosdam de medio sustulerunt ob malignam humoris qualitatem. In qua tempestate erant diarrhææ ταραχιδες, & δυσουρία, cibi fastidium, quod venit, νικησις partis illius quæ est cibi & potus appetens, erant deiectiones βλαβερὰ, noxiæ, tenesmi, præsertim pueris propter edacitatem, ob quam crudi humores generantur, qui corrumpuntur in tempestate pestifera, & tenesmus dehinc excitatur, qui vt dixit Gal. in comm. est symptoma dolorificum, molestum & plenum perturbationis. Dolorificum propter distentionem & solutionem continui, molestum propter assiduitatem surgendi & desidendi. Colliquamentum alui est fluxus alui pestilens, sine peste, αἷθ λιμοῦ. λιμός autem apud Hippocratem est morbus epidemicus. Fluxus pestilentialis est tenesmus, dysenteria, leuenteria, colligatio excrementi partis alicuius, quæ inseparabile est symptoma pestilentis febris. Pests vera fit per dissipationem spirituum & caloris vitalis : Secundaria esse potest per corruptionem partium nobilium, qua cor exhauritur & inficitur, nonnunquam primaria sine bubonibus, exanthematis, vt si aer sit consocialis ἀπορροπος calori nostro temperatus, purus, & alienæ mixtionis expers, sicut & sanguis, sincerus, purus bonus & laudabilis. Duo tantum sunt ἀπορροπος, consocialia cordi, aer & sanguis purus. Dum cor dilatatur, haurit sanguinem à vena cava, dum contra hitur in venas effundit per vniuersum corporis habitum, & viuacitatem sustentat, i. vitale principium omnium partium, quæ si hoc spiritu & vitali nectare defraudentur, cito moriantur necesse est. Cætera sunt ἀπορροπος. Ergo si corrumpantur sanguis & humores, & accedat colliquamentum partium nutritioni dicatarum, bellum hæc indixerunt cordi. Existunt autem febres quas ελευτητικὴ vocant, quibus corpus liquitur, fertur aluus pinguis excrementis. Feruntur etiam vrinæ pingues ac veluti telæ aranearum circumnatantes, & sunt colliquamenti symptomata. Omne colliquamentum est toto genere contra naturam, vt patet ex Aristot. lib. 2. de generat. animal. vbi quærit vtrum semen sit pars corporis, an colliquamentum. Li- quatur corpus ardore febris, maligna putredine: Ardore febris, vt in facie Hippocratica, cum scilicet deficit natura, & tertio morbi die apparent nares acutæ, oculi concaui &c. Quæ signa extenuationis sunt perfectæ, per consumptionem humidi primigenij partium solidarum. Nam quæ habet humoris & spiritus dissipationem, habet tantum colorem pallidum. Febres colliquantes sunt pestilentiales non pestiferæ, vt quæ fieri possunt à diætæ vitio. Pestifera febris est, quæ contagione sæuit in eos qui præsto sunt tali febre afflictis: Pestilens, quæ ei tantum qui laborat infesta est. Gal. lib. 3. Epid. Alui profluuium omnes de medio sustulit. Sunt autem colliquationes, quæ sunt ἀχρηστα symptomata τὸ αὐροπὴν καὶ λαμβανόντων τὸν αἰθράτοι, καὶ αἷθ λιμοῦ. Symptomata sunt inseparabilia febris quæ homines inuadit etiam sine peste. Omnis pestis morbus est epidemicus, qui à tempestate pestifera in hominum vitam inuadit, & multos de medio tollit, & est contagio- sus. In

Putredo duplex.

Emendatio loci apud Galenum.

Tenesmus in pueris ob edacitatem.

Fluxus pestilens sine peste. Quid λιμός. Febris pestilens. Pests duplex & causa.

Cardi qua sunt ἀπορροπος.

Febres colliquantes.

Causa colliquationis.

Febris pestilens & pestifera quo modo differant.

Quid pestis.

sus. In peste & veneni & contagionis summa sunt omnia. Morbi simpliciter venenati, non sunt contagiosi: Qui sunt simplices, alij coniuncti. Epilepsia contagiosa non est, nec hysterica suffocatio; Et tamen venenati sunt, nec contagiosi. Omnes quidem contagiosi sunt venenati, vt lues venerea & elephantiasis, & quibusvis vicinia & officij communicatione per sympathiam, & per anastomosis venarum excipit venenatum illam qualitatem: Deinde si bibat è vino eius, qui nuper sudauit, & cuius os adhuc vlceribus scætet, si coitu mulieris impuræ consortium habeat, serpit virus in omne corpus. Itaque in febre quæ nascitur à tempestate pestifera, veneni & contagionis summa sunt omnia: Sed existit tamen quædam quæ non est & pestifera. Illius quæ est colligans calamitas dignoscitur in excrementis colliquantibus & nigris. Hæc quidem est pestilens non pestifera. Sed febris à tempestate orta, cuiusmodi descripta est scæ 3 libro 3. Epid. contagionis & veneni summa habet omnia. Symptomata commemorantur illius tempestatibus pestiferæ quotquot apparuerunt, cryspelata, ora apthosa, causi, phrenitides, alui & vrinæ perturbatæ, hydropes, phthises. Sed duo obseruanda Galenus proponit theoremata: Vnum quod meminisse quis debet, Putredinem à tempestate pestifera nullam esse pepasmi capacem: Aliud theoremata, Quod pestis non est nomen definitum alicuius morbi, sed qui sub morborum disperforum (fortè diuersorum) nomine multos homines inuadit, siue sit leuenteria, siue dysenteria, siue carbunculus, siue erysipelas; qui sunt morbi sporadici. Sed tamen multum interest inter carbunculum pestilentem & pestiferum. Omnis carbunculus fit à putredine sanguinis: Sed hoc interest, quia pestilens neque veneno, neque contagione calamitosus est: At pestifer inexplicabili quadam ratione est pestifer; tum quod pestilentes sunt sporadici, qui proueniunt pro cuiusvis particulari natura. Signa & symptomata fluxus pestilentialis in explicatione scripti declarata sunt: inter quæ illud est, quod pulsus concidat. Cor enim fons est & promptuarium caloris & sanguinis vitalis, quod exhauritur & inficitur. Exhausto fonte fit ἀσφύξια, vt explicat Hippocrates 4. de diæt. acutor. vbi exponit quandam febrem ardentem & peracutam esse, in qua cessant arteriæ: Cessant autem arteriæ paucitate, interceptione, aut retractione spirituum, in quibus omnino consistit natura pestis. Reuocetur sanguis, spiritus liberetur & amplificetur. Paucitas venit à defraudato genio, labefacta naturali œconomia, ab obstructione, interceptio; à venenata qualitate, retractio. Vinum tenue generosum cordi est ὑποεσφύσιον, aer quoque purus sincerus. Sed vbi vber ibi tuber, vbi mel ibi fel, & vbi nihil est magis ὑπερσφύσιον, vt dixi, quam aer purus, ita corrupto & alienæ qualitati permixto nihil est cordi ἀπορροπος. Periculose hic fluxus adtingitur, quia lupum auribus tenemus. Si enim relinquas, vitæ timeo, si prohibeo, remedij intempesiue exhibitum vim pertimesco. Nec verò aurum præscribendum est in decoctis. Nam non est aurum ὑπερσφύσιον, sed naturæ bellum indixit, faceffit negotium ventriculo; mirificari non potest. Fit enim ex sulphure & argento viuo. Præterea nihil est ἀπορροπος, quod vitam aut vitæ proportionem non habeat, aut habuerit: aut quod ex complexione quatuor humorum & temperamento conuenienti tale non sit, vt caro gallinæ: Aurum verò non habet vitæ proportionem, quæ proportio vitæ, est, sufficere materiam similem ei quæ dissipata est. Dissipatio autem assidue fit triplicis substantiæ, quam quæ reparare possunt, proportionem vitæ habere dicuntur. Quod aurum non facit. Quædam præscribenda sunt, quæ pugnent cum putredine & venenata qualitate, quædam quæ partibus studeant. Utimur quoque diamargarito frigido & nucemofchata in pulueribus quæ sunt ὑπερσφύσιον bonitate vaporis. Vtuntur practici puluere cornu cerui & vnicornis, quæ commendantur quatenus exhauriunt biliosos, venenosos, serofos & ichorodeis humores, qui rugis ventriculi adhærescunt, & qui δυσουρίαν, cardialgiam faciunt, & febres αἰσθησις, & quæ sanant leuenteriam ab apthosis natam. Ora apthosa leuenteriam prænuntiant, quia quod facit apthosæ est humor biliosus, qui si sursum vergat, labefactat coctionem, si deorsum, vim intestinorum. Verum cornu vnicornis non probo. Est enim ἀχρηστα ἀπορροπος: Non est ἀχρηστα καὶ ὑπερσφύσιον. Vtere, confectione cordi ali in dispensatorio descripta.

Morbi venenati & non contagiosi. Morbi contagiosi venenati.

Duo theoremata à Galeno proposita. Carbunculi pestilentes à pestifero differunt.

Cur in fluxu pestilentiali pulsus concidat. ἀσφύξια. In quibus pestis natura consistat.

Periculose fluxus pestilens adtingitur. Aurum in decoctis non præscribendum. Quid si vitæ proportio.

In fluxu pestilentiali præscribenda. Confectio cordi.

ANT. VALETII EXERC. XLVI.

Symptomaticus huiusmodi fluxus pestilentialis appellatus, biliosus est, ratio-
ne feruoris hepatis, vt plurimum proueniens. Itaque grauis esse solet, vt vires
quam celerrimè profernat. Si non vsque adeo sit efferus, soluenti medicamen-
to, vt rheo, curatur.

*R. polypod. quern. contus. cum pauco semine fœnicul. ʒ. ʒ. herb. scariol. cichor. &
oxalid. totius. ana M. ʒ. thamarind. ping. ʒ. ʒ. prun. acid. num. ʒ. passul. mundatar. ʒ. ʒ.
sem. scariol. & anis. ana ʒ. ʒ. flores cardiac. pugillum vnum, fiat decoctio ad dof. Insun-
de vbi electarij ʒ. ʒ. cinnamomi ʒ. ʒ. Facta post sex horas forti expressioni adde Zula-
pij ros. aut syrup. cydon. ʒ. ʒ. fiat potio.*

Aliis optimum erit bolus armenam, aut terram sigillatam, vt in peste dice-
tur, exhibere. Empirici in hunc scopum imperant puluerem, aut succum scordij,
felici nonnunquam successu, quia fortasse simplicis id medicaminis feruida vi-
scera, maximè que iecur, alterat atque immutat.

HOLLERIVS.

De difficultate meicendi.

CAP. XLVII.

VESICA interiorem membranam habet contextam omni
genere fibrarum, quas dum intendit, vrinam continet. Si
solum transuersis, agit, exprimit. Eius actio in totum na-
turalis.

Eiusdem collo musculus est obliquus. Agit hic transuersis fibris
arbitrario quidem motu, ne vrina intempestiuè effluat. Itaque
cum plena est vesica, & quantitate vel qualitate irritatur, transuer-
sas fibras intendit: musculus cessat ab officio, atque ita vrina emin-
gitur. Nervi à lumbis & ossè sacro ad vesicam perueniunt. Re-
solutis neruis aliquando torpescit sensus vesicæ: aliquando mu-
sculus sphincter, qui collo vesicæ adnatus est, resoluitur, at-
que ita vrina intempestiuè effluit. Galen. cap. 4. libro 6. de loc. ma-
lè affect.

Aut si sensum perdidit vesica, retinetur. Aliis nascitur in-
flammatiò læsis vertebris, vnde nerui oriuntur: quod & dolo-
re, & calore loci intelligitur. Aliis rupta vena sanguis emin-
gitur. Gramus fit, qui meatum intercipit, quo vrina expurga-
tur. Idem meatus & lapillis, & tuberculis, & inflammationibus,
crasso pure, vel humore aliquando præcluditur, atque hinc vrina
exprimitur.

Vitiata

Vitiata verò mictionis tria sunt genera: dysuria, id est, difficultas
vrinæ: stranguria, stillicidium, aut substillum malum: ischuria, cum
omnino vrina supprimitur. Dysuria libidinem meicendi facit, sed
ægrè & vi quadam: aliquando etiam cum dolore vrina excerni-
tur.

In stranguria assidua meicendi cupiditas, sed vrina guttatim ef-
fluit. Ischuria improprie quidem fit perdita renum actione attra-
hente. Si enim serum sanguinis non attrahitur, vrina non fit. Pro-
prie verò meatu vrinario præcluso, aut infirma excretrice vesicæ,
quæ transuersis fibris exprimere non possit. Idque propter intem-
periem, vt siccitatem, in ardentissimis febribus: aliquando resolu-
tis vesicæ neruis, & musculo incolumi. Nam si musculus vna resolu-
tus est, vrina præter voluntatem effluit. Dysuriam & stranguriam fa-
cit retentricis imbecillitas, quæ ferè fit à frigido. Frigidum enim
vesicæ corpus, & frigido faciliè euincitur. Altera causa est vrinæ aciri-
monia. Adiunge cætera, vt inflammationem, grumos, vlcera, calcu-
los, & cætera.

Curatio dysuriae & stranguriae.

Si à frigore infirmitas, calorificis vtendum est, vnctione perinæ
& pectinis, fomentis, balneis, clysteribus, potionibus, aliisque re-
mediis. Vnguendo olea 2 conueniunt rutaceum, anethinum, cha-
mæmelinum, balsaminum, de scorpionibus, de keiri, de lilio, de cu-
cumere asinino, in quo decima pars castorei, sexta galbani vel opo-
panacis coxeris. Ex eiusmodi oleis fiunt cerata. Ceratis consper-
guntur 3 aromata, quæ calefaciant, & partium tenuitate faciliè pe-
netrent.

Fomenta fiunt ex decocto maioranæ, rosmarini, arthemisiæ, ori-
gani, calamenthi, thymi, hyssopi, parietariæ, sylimbrij, berulæ &
cressonum, ex quibus & balnea comparari debent. Alioqui has 4
herbas friges in sartagine ex oleo vel butyro, & emplastri modo fe-
mori superiori, pectini & perinæ calida admouebis. Omentum a-
rietinum calidum, iisdem locis admotum iuuat, vel recens detracta
pellis cuniculi. Cuius axungia in eundem usum plurimum com-
mendatur.

Clysteribus & glandibus ex supradictis herbis, oleis & materia,
adiecto sale & melle, ad irritandum, confici debent.

Decoctum radices eryngij, cyperi, radices lappæ, ameos, cinna-
momi, nepithæ, myrrhæ, opopanax, cretæ marine, carthami, extre-
mitatam caulium, & alia, quæ postea dicentur cap. de lapide.

Aquæ conueniunt tribulorum, raphani, cretæ marine, pentaphyl-
li, alliorum, acori, florum maluæ, cyperi, erytrodani, sabine, faba-
ceorum, scolopendrij, alkekengi. Grana alkekengi trita & expressa
succum reddant vtilem cum vino albo tenui, terebinthina, parietari-
a, acetosa, acetum album.

Conueniunt à proprietate viuerræ genitale, cinis scorpionum.

*1 Expultrich fici-
licet facultati
vesicæ, qua dysu-
riam facit: aut
retentricis, qua
stranguriam.
2 Commendatur
præter cætera o-
leum de scorpia-
nibus cum ane-
thino. V. 2.
Rec. olei anethi-
ni, olei de scorp-
ionibus ana
Drac. x. castorei
Drac. ʒ. galban.
Drach. ʒij. Co-
quantur in bal-
neo marie. f. lini-
mentum.
3 Vt caryophyl-
laciu, cyperus,
angelica.
4 Vt Rec. ra-
phani contusi,
parietaria, cress-
soni ana. M. j. Ex
his cum sulco
adipe fixis, vel
axungia cunicu-
li, f. cataplasma
ad mouendū pubi
& perinæ.*

crematorum, testa oui repurgata, è qua pullus exierit, aselli, vermes terreni, erinacei siccati, aut eorundem testiculor. puluis, vesica tauri & capræ.

Conuenit & theriacæ potus, vocatum lithontribon, electarium Ducis, aurea Alexandrina, cucurbitulæ patibus affixæ. Pediculus inditus foramini virgæ, aut cimex, vel loco horum fila croci, granulum salis, cathæter, algalia, syringua, aut candela cerea oleo priùs illita.

5 Naturali a-
conomia vitio,
excrementi sup-
pressionem, quod in
peculiari cuius-
que natura redi-
dara consuevit,
aut improba vi-
tiatione.
6 Ad sedandum
ardorem, mate-
ria euacuationem,
faciendum
perspirabile cor-
porum.
7 Ut aqua deco-
ctionis glycyrrhi-
zæ.
8 Ut exitum ha-
beat ichor, cuius
acrimonia sit
stranguria.
9 Libro 6. apho-
aph 36. &jeni.
5 sect 1. lib. 6.
10 Ad idem.

Vbi verò vrina 5 acrior est, siquidem corpus bene carnosum est, si inflammationis suspitio, vena basilica 6 leucanda est.

Purgandum cum 3.x. cassiæ dissolutæ in sero caprino, vel liquore conuenienti. Vomitus, si quidem consuetudo est, plurimum prodest, Clysteres è lacte, 8 sudoris prouocatio.

Galenus 9 ex Hippocrate, phlebotomiam è crure magis proficere, quàm è brachio. Arabes priùs è brachio, quàm è crure, quod & aliquot locis Galeni non repugnat.

Hic olea conueniunt, violatum, nenupharinum, de papauere, ex quibus cerata fiunt, admixta modica quantitate caphuræ, gran. 3. aut 4. ad singulas 3. cerati.

Balnea & fots in decocto sem. lini, fœnugræci, althææ, psyllij. Nec peccaueris, si quid chamæmeli adieceris.

Aqua distillata ex acetosa, plantagine, laureola, pentaphyllo, syrpus de iuibis, de papauere, decoctum glycyrrhizæ, portul. lactucæ, quatuor seminum communium, lac asinæ, vel capræ, serum lactis, lac amygdalarum, hordeatum cum semin. lini, melonum, cucumeris, 4. sem. communibus frigidis, quale hoc.

℞. seminum psyllij, melonum, cucumeris ana 3. ij. seminum althææ, cydoniorum ana 3. i. seminum lactucæ, hyoscyami albi, papaueris albi ana 3. s. gummi tragacanthi 3. 2. fiat decoctio: cum qua dissolue amygdala dulcia. Fiat lac amygdalarum cum saccharo violato. Quod si suspitio est vlceris, iam bolus armena, terra sigillata, sanguis draconis, pulu. equiseti cum lacte vstulato, syrupo myrtillo- rum, iulepo rosato conueniunt. Similiter saccharum rosatū, trian- santalum, tragacanthum frigidum, cydoniatum sine speciebus factum cum saccharo. Inicitur in virgam lac recens emulctum, maxime muliebre, cui si calor maior est & dolor, addatur mucago feminis papaueris, cucumeris, psyllij, & similibus cum modico caphuræ. Vbi verò consolidandum.

℞. lactis mulieris, vel bubuli vstulati 3. iij. sarcocollæ nutritæ, amyli, cerussæ ana 3. j. fiat iniectio ter aut quater in die. Laudatur hic puluis, quo manè & vesperi vtatur.

℞. sem. melonum excorticatorum 3. ij. semin. citruli, cucurbitæ, portulacæ, papaueris albi ana 3. s. sem. hyoscyami albi 3. s. & Gr. 6. panis sacchari 3. iij. fiat pul. detur ad 3. ij. cum iulepo violato, aut li- quore conuenienti. Drachma vna trochiscorum alkekengi cum li- quore conuenienti plurimum commendatur.

Grami decocto stœchados, sarmentorum vitis, mumiâ, oxy- melite,

melite, rebúsque eiusmodi incidentibus dissolui debent. Hinc gra- ue periculum est. Sequitur enim animi defectio, coloris fœditas, pulsus paruus, frequens, obscurus, anxietas, & vt plurimum mors.

Sanies & pituita si crassior est, incidenda. Inflammationes & vlcera suo modo curanda sunt Ita & calculus. Plenior vesica mani- bus comprimenda est, & qua parte tumor eminet.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

VRina vel supprimitur: vel parum & frequenter mingitur: vel seruat natura- lem excretionis modum, sed vesica cum difficultate aliqua aut dolore ope- ratur. Supprimitur autem vel vacua, vel plena vesica. Si vacua, argumentum est vrinam non transire ad vesicam. Vitium igitur erit vel in vteribus, vel renibus, aut resolutis, aut interceptis. Philoth. in Aphor. obstructionem addit in crassioribus intestinis à crassa & viscida pituita, quæ prohibet *αἰμάδιον* ad hepar, & consequitione quadam succorum generationem, & vrinæ secretionem. Si verò vesica plena sit, in ea affectionem morbosam esse necesse est. Suppressio vrinæ siue renium vitio, siue vesicæ fiat, quibusdam dicitur *ἰσχυρία*. Proprie tamen hoc nomen vsurari debet in ea tantum affectione, in qua vrina supprimitur, læsione in vesica existente. Cum autem parum & frequenter, siue guttatim & maturius, quàm pro naturali excretionem emittitur *σπυρσπία*: quando tempore tur. *Enst. h. sicut nota.*

conuenienti, sed cum difficili motu, aut dolore, *δυσουρία* nominatur. Hæc est vera distinctio inter has affectiones breuissimè ex multis Galeni locis comprehensa. In quem acerbius tanquam tenebras offundentem, nobis inuehi videntur, qui nuper Commentarios in Aphor. scripserunt. Aiunt enim in dysuria semper dolorem fieri, vt in dysenteria: nunquam in stranguria. Sicque hac sola differentia dysuriam differre à stranguria, siue guttatim emittatur, siue contrà. In quo & sibi & experientia repugnant, vt qui alio loco scribant stranguriam fieri eo modo, quo dysenteriam ab acri humore confertim ad vesicam irruente, & alibi ardo- rem vrinæ adiungant, imò producant aphorism. 55. libro 5. Vbi Hippocra- tes ait stranguriam fieri à magna inflammatione vteri, aut intestini, aut renibus purulentis. Quo pacto hic dolor ad stranguriam nihil pertinebit? Neque ad mixtionem duarum affectionum recurrendum, nisi maiorem multo confusio- nem in omnibus & Hippocratis, & Galeni scriptis, de industria mutatis pro arbi- trario vocabulorum significationibus, inducere velimus. Vnicuique enim liben- ter concesserim rem quamlibet, vt velit, nominare, modò aut à seipso, aut ab aliis intelligatur. At in veterum scriptis interpretandis non idem licet. Illi enim perspicuitatem sequuti propriis, & suo tempore vstitatis dictionibus conceptio- nes animi expresserunt, parum admodum solliciti, quo quisque idiomate dein- cept loqueretur, aut in quam significationem vocabula traderet, modò sen- tentiam non peruerteret. Ac certè nescio an vlla vnquam maior in grauioribus scientiis exorta sit confusio ex præstigiis quibusdam & captionibus tum verbo- rum, tum dialecticarum ratiocinationum, quàm quæ imminere videtur, neglecta vera illa antiquorum methodo, solo nomine plerisque, etiam doctoribus nota. Cum igitur perspicuum sit, non solum in dysuria, sed & in stranguria & ischuria dolorem sæpè fieri, actionem tamen vesicæ diuerso modo lædi, num satius fuerit à rei natura, & læsionis in excretionem, varietate harum affectionum distinctio- nem sumere, quàm ex dolore, qui omnibus communis esse potest: Vt igitur læen- teria, ita vesica in stranguria, siue vrinæ stillicidio non expectat, vt vrina tota col- ligatur, sed statim, tanquam grauantem (vt ait Galenus) aut mordentem expel- lit. In dysuria siue difficultate vrinæ expectat quidem, atque aliquando diutius, quàm oporteat: sed sum excernenda est, percipit æger dolorem, aut tantam diffi-

cultatem, ut sæpè, nisi locum vesicæ comprimatur manu, aut diu & magno conatu enitatur, liberè non profluat. Et si in totum supprimatur, iam erit *ixypia*. His positis causæ faciliè inuestigari possunt. In stranguria primum vesicam stimulat ad excretionem ante tempus perspicuum est. Id igitur vel vrinæ mordentis acrimonia fieri necesse est, vel imbecillitate retentricis, quæ minimo etiam onere grauat, vel ab ulcere erysipelate, abscessu, inflammatione. Acrior vrina redditur vel admixtione acris alicuius humoris, ut pituitæ salsæ, aut bilis, puris per vesicam euacuat, ut à renibus suppuratis, vel quia talis ex venis effluit ex praua victus ratione, aut intemperiem calidam, & humidam, vel humidam acquisiuit. Idque aliquando per consensum vicinitatis ratione; participat enim intemperie & inflammatione partium proximarum, à quarum etiam tumoribus premitur, ut intestini & vteri. Retentrix imbecilla redditur ab intemperie qualibet, sed præsertim frigida. Musculus vesicam claudens quandoque resoluitur, ut in senibus. Sed propriè non est stranguria. Hæ sunt in vniuersum causæ huius præcipitis excretionis, propriis signis distinguendæ, & exrelatu ægri, quas diuersis locis Hippoc. exposuit. Ut cum scribit in siccitatibus vrinæ siccitate feriatis loco, Recto intestino, aut vtero inflammationem patiente, & renibus purulentis, curari quoque vini potione, & sectis venis interioribus *Δυσουρίας*, si dolorem pro symptomate habeat, causa erit inflammatio, vel abscessus, vel ulceratio, ut ab usu medicamentorum acrius, vel spiritus flatuosus, vel inæqualis intemperies. Si vero difficultas aliquem motum, imbecillitas potentie excrettricis, ut ob frigus vesicæ, aut colli: vel tumor præter naturam, vel obstructio à crassis & viscidis humoribus infarctis, aut adhærentibus ceruici vesicæ, aut vrinæ permixtis. *ixypia* nascitur obstructione meatus vrinarij, imbecillitate excrettricis, intemperie. Obstructio, vel cum collum vesicæ tumescit & induratur extra naturam, ad eò ut via vrinæ claudatur: vel cum ibi aliquid præter naturam generatur, ut topus, caruncula, tuberculum vel aliunde confluit aliquid in illam cavitatem, ut grumus, lapis. Imbecillitas ab intemperie, morbo organico, solutione continui, sæpè neglecta meiendi occasione, velut euerfa expultrice ob copiam vrinæ immodicam, vnde etiam obturatur meatus. Sic nec vesica sese contrahere potest ad expellendum: nec si id fecerit, præcluso aditu vrina exire. Intemperies à multa siccitate idem efficit, ut in febribus ardentissimis & siccissimis. Si lapis exitum prohibeat, sitque insignis magnitudinis, cognoscitur, quoniam ægro supino, si concutiat, vrina prodit: si parvus extiterit, cathetere immisso sentitur in collo vesicæ. Si arena, dignoscitur exitu, quamquam raro obstructat, nisi lentus humor adsit. Si sanguis concretus, liquidus soler ante effluere: si pituita, apparet dum excernitur. Si imbecillitas, præcessit aut diuturna retentio, aut frigus vehemens, aut alia intemperies. Si abscessus, dolores, & febres præcesserunt. Tophus, calculus, tubercula solent sequi ardorem vrinæ, fluxum feminis, morbum gallicum, ulcerationem à cathetere. In cathetere cauendum ne fallamur, quod aliquando pure aut crassitie pituitæ orificium intercipiatur, & os catheteris angustius, aut quia nihil lotij in vesica, interceptis superioribus. Constat experientia vrinam supprimi à calculo in ventriculo renum sine dolore. Sed vbi incidit in vterum, acerbissimus dolor exciratur. Plerisque suppurantur renes calculosi, & colliguntur, ut tantum maneant pellicula, sicuti D. de Mancy, qui ren dexter colligatus, sinister calculum habebat, vter & partes reliquæ siccata. Subita resolutione vesicæ cuidam cum subito dolor motus esset in ossè sacro & coccyge, vring suppressio sequuta est, quam tamen reddebat tussiens, & sese comprimens, manu adnota pubi. Sensus amissus in recto intestino, ut neque clysterem iniectum sentiret, neque cum redderetur. Ad motus fomentis, & emplastris ossi sacro aderant signa omnia calculi, nisi quod cathetere non inueniebatur. Mòrtuo à male curata cicatrice abscessus & gangræna in vesica & vicinia inuenta est. Inflammatio vesicæ dignoscitur tumore supra pectinem, febre, vrinæ retentione & excrementorum alui. Sequitur ferè vlcus, calculus, vsùm medicamentorum acrium, dolorem vehementem.

Varia curandi ratio. Pro casuum diuersitate conueniunt clysteres ex materia conuenienti, quia collum vesicæ incidit recto intestino, fetus, infusus, veronica succus

ce succus, cuniculorum esus, qui iuniperum oleant, candelæ cereæ, iniectiones per virgam, cassia cum tantillo rhab. terebinthina, iniectio ex oleo nardino & succo ocini, aqua theriacalis, gallus cum parietaria, radicibus, herbis, feminibus conuenientibus coctus, aqua ligustri, herniaria, sacculi, vinum dilutum aqua parietariæ, intinctus ciborum in oxymelite, vel succo limonum, sectio venarum interiorum iuxta Hippoc. A materia frigida vini portio, fetus ex decocto apij, illitus ex vnguento Agrippæ, Martiato & similibus, viuum euulatum, stercus grandioris muris.

IN CAPVT XLVII. DE DIFFICULTATE MEIENDI.

DVRETI ENARRATIO.

DE difficultate meiendi, id est, de duplici vitio mictionis, in mansione & emissione.

Vesica) Scilicet vrinariæ, quæ serum excipit & continet, donec sponte nostra & sua, excludatur.

Omni genere fibrarum) Rectarum, obliquarum, & transversarum.

Eius actio in totum naturalis est) id est, sua sponte, officium suum facit, non nostra, idque in excipiendo, & retinendo.

Musculus est obliquus) Sphincter, qui à constringendo nomen habet.

Arbitrario quidem motu) sicut actio vniuscuiusque musculi voluntatis imperio fit, siue *voluntarius*, ab instinctu, siue *involuntarius*, ab electione.

Transversas fibras intendit) Laxatis rectis, & obliquis.

Resolutis nervis) Maximè que nervo sextæ coniugationis, costali, qui sentiendi facultatem impertit ipsi vesicæ.

Torpescit sensus vesicæ) Indeque nulla sensus molestæ rei excitatur, atque vrina supprimitur, plena vesica, ut scripsit Hippocrates sect. I. prior. prorrhæ.

Vrina intempestiue effluit) Nonnunquam sine sensu, nonnunquam sine sensu & voluntate, & his in propinquo mors est, ut docet Hippocrates in Coac.

Lasis vertebra) Ut in quodam animaduerti, qui luxata vertebra in dysuriam incidit, & admoto caustico renibus, liberè ac liberaliter vrinam profudit.

Sanguis emingitur) Quod fit tribus modis, quando renes sine defectu secretunt sanguinem à sero, quando attritu calculi exasperantur, aut quando proprium succum alibilem non possunt continere, vel rupta aut exarsa vena. Nonnunquam etiam sanguis qui ferescit in vtero, & in vesicam exudat, ut annotauit Hippocrates lib. I. de morb. mulier.

Lapillis) fixis, natantibus, aut stabulantibus in vesica.

Vitiata mictionis viæ sunt genera) In emissione, inquam, quæ sponte nostra fit atque naturæ: Sponte quidem nostra, cum, præeunte voluntatis imperio, laxatur musculus sphincter: Sponte autem naturæ, cum irritatur.

Dysuria) Cum scilicet quis in meiendo laborat, neque votis suis mictio respondet, vel ab inchoata oppilatione fistulæ vrinariæ, vel à sphincteris concumacia, vel ab expellentis vesicæ infirmitate.

Stranguria) i. vrinæ guttatim fluentis molestia, dolor, & perturbatio: qualis est in ano tenesmus.

Ischuria) Vesica plena, aut vacua: ac plena quidem, stupore, vel infirmitate vesicæ, vel obstructione fistulæ vrinariæ à grumo, calculo, aut pituita p utri, & aliquando à pure hyperarcesis; vacua per *ischiuriam* renum, obstructionem aquæ ductuum, qui vrinam in vesicam vehunt.

Stranguria à dysuria distinctio.

Cum dolore urina excernitur.) Sed tamen differt à stranguria, quod dysuria fit stas temporibus, nec habet illam extraordinariam meiendi cupiditatem. At stranguria in vitio est tempore, quantitate, qualitate & excernendi modo: Tempore, quia frequentius in stranguria meit æger; nemo autem debet meire nisi repleta sit tota vesica: Qualitate, quoniam urina acrior est, copia, quoniam parca manu, excernendi modo, quoniam guttatim, & solo labore, solo actu meiendi stranguria in vitio est, quo differt quoque dysuria à stranguria.

(Aktionē attrahente.) Per renum rnpwv, aut resolutionem membranæ. (Idque propter intemperiem in ardentissimis febribus.) Sæpe etiam, quia vesica, officij vacuitate, fit ignavior in eiusmodi febribus, absumpta scilicet urinx materia, à vehementissimo calore febrili.

(Resoluta vesica nervis.) Vnde stupor vesicæ & insensibilitas, ob quam nulla rei molestæ sensio excitatur in ipsa vesica, eaque ad exclusionem non irritatur, etiam si urinx copia distendatur.

(Præter voluntatem effluit.) Si à vesica excludatur. Nam, ut iam diximus, rpwv fit, tum sponte nostra, tum voluntatis imperio laxatur musculus; tum etiam ipsius vesicæ sponte, cum ea colligit sese ad exclusionem: quemadmodum urina continetur, non solius musculi collectione, sed & æquali fibrarum vesicæ contentione.

(Dysuriam & stranguriam facit, retentricis imbecillitas.) Imò, quod auctoris pace dixerim, excreticis imbecillitas & iritamentum.

Theoremæ.

(Et frigido facile evincitur.) Quoniam omnis intemperies, similem intemperiem facilius suscipit, quam temperata contrariam.

IN CAP. XLVI. DE DIFFICULTATE MEIENDI.

DE RETI IN SVAM ENARRATIONEM ANNOTATIO.

Ōconomix naturalis symptomata in-coquendo, distribuendo & excernendo sunt explicata, maxime verò earum partium, quæ concoctioni, distributioni & excretioni sæcum inferuunt: Sequitur nunc ut de instrumentis urinx dicamus, Quod urina sit alterum primæ aut secundæ concoctionis excrementum, cui excernendæ dicata sunt instrumenta: Nam si supprimatur, calamitosissima profert symptomata: neque potis est homo cum suppressione urinx vivere. E nimvero si cui per biduum aut triduum supprimatur urina, indeque per materiam ad superiora factus fuerit lethargicus, difficultasque maxima accidat spirandi, etiam si post illud spatium effluat & liberaliter effundatur urina, tamen moritur: propterea quod iam altius impressa sunt urinx malignitatis vestigia. Natura collocauit renes non procul ab hepate, ut, munere suo non fungente hepate, attrahant ad certum tempus serosum sanguinis humorem, quem in vesicam effundant, quem, suo functa munere, statim excernat. Atque ut, summa Dei providentia faeces in anfractibus intestinorum continentur ad certum tempus, ne frequentia egerendi molesta sit: Sic & in urinx collectione & excretionem factum est, naturæ beneficio, ut attrahatur à renibus ex hepate, & in vesica colligatur ab eiusdem effusa, donec ad legitimum tempus excludatur, quod à naturæ legibus excernendæ urinx præscriptum est. Qui enim meiendi finem non faciunt, gravissimis afficiuntur molestiis. Ac debet iure & loco urina excerni, stas horis, sine dolore, liberè & liberaliter amploque meatu; Quæ mictionis laudabilis sunt conditiones. Cæterum non est huius loci disputare de urinis in quantitate, copia & iudicandi vi in morbis acutis, cui solitum credendum est: Sed

Quid superius actum sit. Urina secunda collium excrementum. Urina suppressa calamitosa.

Renno & Vesice officium.

Mors qua sit laudabilis.

laudandum

tandum, id est, de actu meiendi, aut de ipso mictionis modo. rpwv voco, quæ ab Hippocrate duobus modis vsurpatur, pro secretione & excretionem urinx in vesicam, & pro ipso actu meiendi, cum urina collecta in vesica, laxato sphinctere musculo, sponte nostra effunditur. Sic sect 3 lib 6. Epid. sent 15. πῶς ἔρπονται οὐρά. ἢ πῶς ἔρπονται. Concretio calculi in pueris, fit ante οὐρῶν. Galenus in Comment. & Auicennas lib. 3. sen 18. tract. 2. cap. 16. Calculi concretionem volunt esse duplicem. Si enim in rene sit, fit πρὸ τῆς ὀφρυῖς: Si in vesica, hic ὀφρυῖς significat excretionem urinx in vesica. Hic ergo disputatio instituitur de ὀφρυῖς, id est, de urinx collectione & excretionem, quæ primum est facta per secretionem renum, unde in vesicam effunditur, ubi collecta quiescit & sistitur, donec voluntatis imperio excludatur. Illa autem οὐρῶν, voto cuiusque respondet, in qua excernendo, effundendo & excipiendo, instrumenta eiusmodi actionibus dicata, suum faciunt officium, ut si renes per secretionem optimè segregent serum, si fit aquæ ductuum libertas, sine obstructione, sine laxitate, & vesicæ amplitudo quæ fit naturaliter constituta, non scabiosa, non vlcerata, non laxa, & potioni proportionem respondeat: tunc, inquam, voto fit οὐρῶν. Ex eo autem quod est naturaliter constitutum, in eius quod contra naturam est cognitionem adducimur lib. 2. pro rhet. Mala enim οὐρῶν, si serius, si celerius, si frequentius, si rarius, si magis, si minus, si cum difficultate, doloris acerbitate urina reddatur, partes mictionis in vitio sunt. Est autem duplex οὐρῶν: nam alia αὐτοῦ τῆς, alia περιεργασίας: Illa fit οὐρῶν duplex sponte & nativa vi secretice renum; hæc verò fit vesicæ excretionem, præeunte voluntatis imperio: Et hæc in vitio est duobus modis, mansione, aut emissione: Aut enim malè retinetur, aut malè emittitur & excernitur. Malè retinetur tribus modis, diminutè & depravatè, aut abolitè. Emissionem etiam tribus modis excernitur malè urina, depravatè, infirmiter, & abolitè. Diminutè in dysuria exempli causa, cum scilicet vel urina funditur non pleno meatu, vel micturienti non parat musculus sphincter, vel vitio meatus in hyperascosi: ac tunc fit bifariam, quando scilicet cum dolore, vel sine dolore urina emittitur: Depravatè urina redditur, quando sæpe & quasi guttatim emittitur, & hæc est stranguria. Vesica enim urinam excludit, irritata eius maligna qualitate. Abolitè in ischuria, quando vesica nullo modo excernit. Erunt igitur vitiatæ emissionis distinctiones tres & symptomata tria; ischuria, dysuria, & stranguria: Quæ quomodo inter se differant, & quæ sint illorum causæ & signa, dicendum. Primum tamen illarum affectionum naturam & vim explicemus. Apud Auicennam legitur ille Arabum versus,

Strangur guttatim, schur vi, disurque per horas.

Ischurix nomen re ipsa facile & natura concipitur. Sed inter ischuriam & dysuriam quid intersit, re ipsa & experientia intelligendum. Separantur ab Hippocrate aphor. vlt. lib 3. in catalogo senilium morborum, & in catalogo morborum autummalium. In illo fit. τῶν δὲ πρὸ βῦττων δυσουριῶν, κατὰ τοὺς βυχῶδες, & ἐργασίας, δυσουρία, ἀσθρα πῶς, &c. Et præterea aphor. 48. libro 7. aphor. scripsit εργασίας ἢ δυσουρίας θάρσῃς ἢ φασατοῦ μιν ἀδει τὰς ἐν εἰς φασίθας. Stranguriam vulsanari potione vini, & sanguinis detractioe, secundum scilicet venas saphænas. Vnde perspicuum est distingui inter se. Sed quid quæque affectio sit doceamus. Stranguriam eam nomino, quæ, inquit Galenus comment. ad aphor. 49. libro 7. nomen habet τῶν τῆς εργασίας, id est à stillicidio & gutta, vel ut ipse loquitur σημαίνει ὀφρυῖς ἢ εργασίας, id est urina guttatim à stranguria effunditur. Fit semper cum dolore, non enim fit laxitate spincteris musculi, ut in lethargicis & comatosiis, in quibus sine sensu urina effunditur, neque paralyti eiusdem musculi, ob eandem quoque causam. Præterea quibus exactus est sectioe calculus, si vis illata fuerit, urinam sine sensu excernunt, quæ vt colligitur, ita sine perceptione sensus effunditur. Est enim stranguria difficultas meiendi, quæ fit cum dolore, guttatim, irritata vesica, & vi excretice, & retentricis labefacta; vel proprio vesicæ morbo id accidit, vel symptomate. Urina guttatim redditur propriæ vesicæ morbo, vt in inflammatione, in scabie, in calculo, in vlcere, & per sympathiam, vt in vteri & recti intestini inflammatione ob viciniam. Hippocrates ait sæpe effundi sanguinem serosum ab vtero in vesicam, unde urina sanguinea. Fit & ab

Resum sui regula & obliqui. Mala οὐρῶν.

Duo vitia in urina excretionem. Urina malè retinetur tribus modis.

Vitiatæ emissionis urina tria symptomata. Versus apud Auicennam.

Unde dicta sit Stranguria. Stranguria fit semper ex dolore.

Quid Stranguria. Stranguria causa.

Stranguria ab vtero.

quando cunctatur diutius, aut proprio vitio, aut partium per quas illabitur aut excipitur, vt si quis sudore diffluet, rarius meiet, quoniam aliò transfertur materia. Quibus renes laborant, vt *νεφροί* & si sit effœta vis renum, vrina in vitio est mansione, quia renes officium non faciunt: Sic vesica si distentione nimia enervata sit, non habet potentiam contrahendi se ad exclusionem. Quando etiam celerius quàm debet excernit, in vitio est vrina mansione, vt in diabete, in quâ affectione bilis pleni sunt renes, vt finem bibendi non faciant. Qualis in aluo leenteria, talis in renibus diabete: Qualis in stomacho bulimia, talis in renibus diabete. Sed hoc interest, quod diabete à diuturna generatione fit, antequam habuerit quicquam quod præcesserit: at bulimia habuit prænuntiam cynorexiam, quæ sanatur *διήρησις*, vini potione, &c. At diabete nullum habuit signum suæ calamitatis prænuntium, estque veluti sitis inexplebilis renum, vt finem trahendi non faciant. Est ea vitium *ὑπόστασις* mansione, eius, inquam, quæ fit *αὐτομάτως*. Vnde Galen. in comment. ad aphor. lib. 5. & sect. 6. vbi explicatur triplex vrinæ materia. Sequitur vt vitium vrinæ quod in emissionem cernitur, patefaciamus. Quod triplex est, stranguria, dysuria, & ischuria, quorum trium symptomatum causæ sunt explicandæ. Ischuria est vrinæ suppressio quando in totum suppressitur, neque redditur *αὐτομάτως*. Hæc aliquando critica est, & aliquando symptomatica. Qui multum sudat, raro aut omnino nihil meit. Ante rigorem, inquit Galenus, vrinæ suppressio accidit, vbi loquitur de febribus ardentibus. hinc Hippocrati qui febris ardentis dominatu tenentur, rigore superueniente sanantur. Suppressio vrinæ ante rigorem est critica, sed fugax neque *παρὰ τὸ μέτρον*. Sed symptomatica & funesta est omnis vrina suppressio, vt dictum est ex Hippocr. li. de fistul. quæ accidit in inflammato ano. neque stranguria curata inflammatione sanatur. Hinc fit vt aliquando morbi qui aliorum successione veniunt, etiâ primigenio curato nõ quiescant, neq; sanescant, ob impressionem sc. malignitatis materiæ morbificæ. Abhinc annis 13. sub Non. Iunij nobilissimus vir D. de Lesigny comatodes factus à resolutione, non ab obstructione, refluxu scilicet vrinæ in cerebrum nephriticum primum fuit, substitit vrinæ non ab obstructione ductuum, sed effœta vi meningum, & fecernendi vim renes amiserunt, quia labefactata substitit vrina, oleum nardinum naribus, auribus, spinali medullæ, renibus ex perspicua causa, admouimus, vrinam effudit copiosam ad pintas tres, nihilominus tamen intra quatuor dies interiit, nec per amotionem causæ, quæ primigenium morbum fecerat, com hoc quod successione venerat, sublatum est, ob iam venenatæ qualitatatis impressa vrinæ vestigia. Vnde perspicuum est quo in errore versentur ij qui vrinam bibunt in tempestate pestifera. Nam cum natura vsa est vrinæ ministerio ad anadosim, eam excludit tanquam rem sibi molestam & noxiam. Declaratur igitur vrinæ vitium ex his quæ in partibus nobilibus relinquuntur vestigiis, si non habeat anadromen. Ischuria fit vesica plena, aut vacua. Prima ischurix dysurix & strangurix causa est vnus vesicæ impedimentum & vitium; altera ceruicis & fistulæ vrinariæ; tertia sphincteris musculi, quarta facultatis sensificæ & motricis, quinta vrinæ, sexta partium nobilium, quarum potentia corpus administratur. Vesica in vitio est proprio & peculiari morbo, aut per sympathiam: Vesica in vitio est primigenio morbo, interperie quam concepit, scabies & vlcere. Si conceperit frigidam intemperiem, vt facile concipit, quia *ἐν ἡμῶν τῷ ὄργανῳ ὅτι exanguis ἐστὶν ἐξωτερικῶν* est, officium suum non facit. Appulsu aeris vesicæ intemperiem frigidam acquirit, & tandem putrescit, vt in aquilonia tempestate, & frigidiore celo, in sessione marmoris sine subligaculis, & aliis eiusmodi: Hinc fit vt qui subdio meit, toto corpore perhorrescat. Sin inflammationem vesica conceperit, inde ischuria, dysuria, stranguria & alui suppressio, inde mors. Scabies vesicæ facit dysuriam, quæ iudicatur, quando vrina crassa est id est cocta. Laborat per sympathiam vesica cum tumore dolorifico obfessa est, qui adfert alui suppressionem: Sic & vtero & recto intestino inflammato accidit vrinæ stillidium, tum, operis so cietate, vt cum sanguis, qui in vtero serescit refluit vel exudat in vesicam, & vrina purulenta excernitur: tum etiam vicinia & partium propinquitate. Ceruix vesicæ obstruitur calculo: fistula vrinaria quam vocat Hippocrates *ὄφις* & in Coac. animad. *ὄφις*, (quanquam propriè fit ille meatus, qui

Diabetes à bulimia distinctus.

Quid sit ischuria. Ischuria duplex.

Historia.

Vrinam bibere nocuum.

Causa ischurix dysurix & strangurix.

Vesica vitia. Vesica frigida intemperies.

Vesica inflammatio. Vesica scabies. Sympathia vesicæ. Ceruix vesicæ obstruitur.

qui à renibus, quibus vesicæ infixus vrinam excipiens in vesicam immittit) vel thrombo sanguinis, vel calculo, vel pituita falsa, vel hyperfarcosis: Si hyperfarcosis, tunc vrina bifida excernitur, nonnunquam per stranguriam, per dysuriam etiam bifida excluditur pigro lapsu. Si in totum suppressitur & repletur vesica, aut calculus subfit, sic collocetur ager ex Hippocratis præscripto, vt calculus non elabatur ad vrinariam fistulam, i. si supinus iaceat, elatis cruribus, immisso cathetere facilius meiet. Quod si veniat à phymate fistulæ vrinariæ in quamcunque partem se vertat non liberali effusione puris, quod excidit è phymate. Hunc oleum ex Hipp. vertit Celsus. Fit ischuria, dysuria, stranguria in mansione per infirmitatem, & paralytium, aut constrictionem sphincteris musculi, cuius actio præeunte voluntatis imperio perficitur, & vt appulsu marmoris aut rei cuiuspiam frigidæ constringitur, sic & resolutus etiam nobis inuitis excernit. Hæc autem vera est dysuria quæ fit à contractione. Et quidam sunt qui per apprehensionem non possunt in conspectu aliorum vrinam reddere, nec parat sphincter imperio voluntatis. Ex prothet. & coac. animad. sæpe fertur alius nobis inuitis & sine sensu. Quod symptoma declarat vel mentem ægrotare vel resoluï, & labefactatas esse partes ipsas, per quas excretio fit, vt in febre ardente non sitire: Nam habere causam sitis & non sitire tamen, est malum, & alia mens laborat. In calculo ipso etiam laborat sphincter musculi, nam vesica grauatæ concutitur ad exclusionem, & sub finem *ὑπόστασις*, appulsu calculi valde dolet sphincter vesicæ. Fit etiam stranguria vitio renum vt si sint purulenti. In vitio quoque sunt facultates motrices & sensificæ. Quibus labefactatis vrinæ suppressio accidit ex sect. 2. prior prothet. Quin etiam mansione in vitio est vrina: Vnde scripsit Hippocrates, Quæ sine sensu & voluntate per vesicam redduntur, pestifera sunt. Densa est vesica ne exudet, *ἡσπιδὸς* vt moueatur, sensifica vt ad exclusionem irritetur. Sensifica facultate labefactata vrinæ suppressio sequitur, eo quod nullam rei molestæ sensationem percipiat. Et calamitosa atque funesta vrinæ suppressio quæ frigoris appulsu fit. Vesica enim omnium intemperierum frigidarum capacissima est. Sic etiam *αὐτομάτως* motrice facultate fit stranguria; repletionem scilicet nimia, quia laxantur fibrae, & vix motrix naturalis labefactatur, vt se colligendi ad exclusionem nõ fit potens. In comatosis ischuria à resolutione venit, Quod funestum est. Quod nos animaduertimus in D. Vice domno Carnuteni, qui vnicum habebat renetm, & qui ischuria à resolutione interiit. Cæterum vesica non attrahit, sed quod ab renibus segregatum & attractum in eam illabitur, continet Interiori membram, nam habet contextam omni genere fibrarum, rectarum quæ secundum partis longitudinem feruntur: fibræ autem villi quidam sunt, & ligamenta longa, tenuia & firma. Qui villi nascuntur vel à neruo vel à ligamento, vel in siti sunt partibus ipsis, vt vtero vel aliunde veniunt. Dum vesica omnes fibras intendit, pariter & æqualiter vrinam continet: Sed cum transuersus agit, colligit & laxat obliquas, vrinam exprimit. Vesicæ actio naturalis est, id est, fit sua sponte, non nostra. Sponte autem ad vrinam refertur, & ad *αὐτομάτως* & ad *ὄφις*. Omnis autem actio musculi duplex est, vna quidem quæ fit *κατὰ τὸ πῦρ*, alia *κατὰ τὸ ψυχρὸν*. *κατὰ τὸ πῦρ* fit vt cum dormimus, & dum respirationem facit. Respirat: enim animalis quidem est actio, sed fit voluntate ab instinctu, non autem ab electione, non ab instinctu naturali. Duo sunt in nostro corpore motus, vnus qui fit *αὐτομάτως*, & sua sponte, vt in corde, quod *αὐτομάτως* mouetur. Alter *κατὰ τὸ ψυχρὸν*. Sed nullus motus, neque qui fit *κατὰ τὸ πῦρ* neque qui *κατὰ τὸ ψυχρὸν* potest cadere in partem, quæ mouetur *αὐτομάτως*, vt in cordis tremore. In vesica sensio desertur per neruum sextæ coniugationis costalem, qui est omnis diuisus in partes tres: Vna fertur ad cor, inde reflectitur ad laryngis musculos, alia ad stomachum, tertia secundum costas ad vesicam, inde hepatis, diaphragmati, & vtero sensum impertit. Qui neruus si per *νεύρασις* afficiatur, sensum amittit, nec in ea sensio rei molestæ percipietur atque ita suppressitur vrina. Indèque inquit Hippocrates sect. 1. lib. 1. prothet. nulla rei molestæ sensio excitatur, atque vrina suppressitur vesica plena. Docuimus igitur ischuriã, stranguriam & dysuriam tria esse *ὑπόστασις* vitia in emissionem, atque hæc vitia nasci vel à vesica, vel à ceruice, vel à musculo, vel à facultate motrice animali, naturali, vel à facultate sensifica, vel ab vrinæ vitio, vel à vitio partium, quarum potetia

Ischuria, dysuria & stranguria in mansione sphincteris vrinariæ.

Excrementorum & vrina sine sensu excretio.

Renum vitium. Facultatū vitia.

Cur vesica fit densa, nervosa & sensifica.

Ischuria à resolutione. Historia. Vesica deseriptione. Quid sit fibra.

Vesicæ actio. Actio musculi duplex.

Duo in corpore motus.

Unde vesica neruum habeat.

qui

*A ταραχῶδῶς
superiorum
Curatio ischuria
& dysuria.
Signa frigide in-
temperiei.
Curatio ischuria
dysuria & stran-
guriae ab inflam-
matione.
Quando vino sit
interdicendum.*

*Ad scabiem ve-
sicae*

*Hyperosticum
vini.*

*Ad ischuriam a
stupore vesicae.*

*Ischuria & stran-
guria a vitio fi-
stulae urinae
& a calculo.*

*Ad grimum san-
guinis
Coagulum vni-
formis.*

*Cataplasmata.
Iniectiones.
Hapsi.*

*Ad inflamma-
tionem urinae.*

*Urina vitium
mixtione alienae
materiae.*

*Voluulus a stran-
guria, & contra.*

*Ad scabiem &
vitiis vesicae pa-
rtes vulnera-
riae.*

corpus administratur. Vesica propria affectione aut per sympathiam laborat, propria quidem affectione, ut intemperie frigida potissimum & sicca: Ergo si sit ischuria ab intemperie sicca, si sit ischuria vel dysuria ab ignavia vesicae officij vacuitate facta foris, cataplasmate in seculo hapsi curari debet, illa ischuria, & dysuria quae suscipit maioris & minoris intensiorem. Frigida intemperiei signa sunt tempestas Aquilonia, appulsus rerum frigidarum, & isdem remedium generibus curari debet. Quod si inflammationem conceperit, si dura sit, si dolores, terrifici est, venas malleoli interiores secare oportet per aphor. 36 li. 6. Praeterea interdicensum vino, quamquam alibi praescripsit Hippocrates. Sed intelligendum isthic de stranguria quae fit per symptoma vesicae ab illo scilicet, non autem quae propriam vesicae affectionem fit. Est interdicensum vino in inflammatione hac, siue sit in corpore vesicae, siue ceruice, siue sphinctere, & secare oportet. Quia, ut magnum adferat adiumentum. Quinetiam si vesicae ceruix inflammationem conceperit, eadem adhibenda sanguinis detrahitio in malleolo interiore. Inflammatio remedium tollendum denotat, sed pars affecta locum applicandi. Si laborat vesica proprio morbo, intemperie, inflammatione, iam dictis vendit, si scabies, detergentibus, desiccantibus, admixtis lenientibus, melicrato diluissimo, decocto hordei, lacte caprillo, iniectione ex decocto hordei plantaginis, agrim. absinth. Rom. In quo decocto mel ros. myrrha & aloë dissolvantur. Quod si infirma sit vesica doloris acerbitate, narcoticis utendum parca manu, quae lenientibus & paregoricis immisceantur, ut si sarcocollae decoctae in lacte, opij aut philonij tantillum misceatur. Conuenit autem illa permixtio medicamentorum, ne stupor fiat vi narcoticorum, Nam adempto sensu rei molestae, sensio nunquam excitari poterit. Nonnulli ad ischuriam quae accidit stupore vesicae praescribunt vehementia diuretica, & caustica, cantharidas ipsas, quibus sola exulceratur, ut solus pulmo a lepore marino, ut scilicet vi ipsarum excitetur vis sopita vesicae. Idem accidit inflammatione ceruice. Fit & ischuria & stranguria vitio fistulae urinae, quae oppilatur appulsu calculi stabilantis in vesica, qui aliquando inter meandrum sese meatui insinuat, ac ita firmiter adhaerescit, ut interdum fundere ceruicem & pendendum cogamur. Si naret, immisso cathetere expellatur, donec atteratur & excludatur. Quinetiam sicut interdum extrahendus. Sed si a renibus sit, & vesicae adhaerescit, corticatum crescit. Si sit grumus sanguinis, dissolvatur ex melle simplicij Galeni & scillitico, coagulo leporino, vitulino. Nam coagula dissolvunt, & dissoluta cogunt, cogunt lac, dissolvunt grumos sanguinis. Datur etiam aloë, quae ut Galenus ait grumos dissolvit. Haec ad thrombos sanguinis praescribuntur, qui ex eo cognoscuntur, quod ante suppressionem minxerit sanguinem. Omnis autem sanguis grumescit semel effusus. Interea foris utendum ex dilatantibus, explicantibus, attenuantibus, urinam moventibus. Adhibentur interdum pediculi, cimices extremae glandulae ad irritandam vesicam. Applicantur cataplasmata perinaeo, hypogastrio & regioni pubis, ex berula, cressonibus, sisymbrio. Tum iniicitur oleum de scorpionibus, & de absinthio. Ex quibus quoque sunt hapsi ad praeparationem materiae & excitandam naturae vim. Sequitur quod ex ipsius urinae vitio vel in corruptione propriae substantiae comprimuntur urina quae feruet in venis, inflammationem concipit, & colore rubet, exasperando irritat vesicam ad exclusionem. Hic sanguinem detrahes basilica, vinum prohibebis, interdices omnibus sumpsis. vino albo, syrupis de radicibus. Praescribes syrupum violatum cum aqua decoctionis passularum, glycyrr. Ut lenias & compescas materiae furorem. Est & in vitio urinae mixtione materiae alienae, ut in colloquatione, in suppurato renum, vel ipsorum pulmonum, quin & vesicae, per aphor. Si quis pus aut sanguinem mei aut, mei, nisi sinem non faciat, ren aut pulmo suppuratum patitur, in febribus quoque ardentibus, quae faciunt transmutationem translatione materiae in vesicam. A voluulo fit stranguria, & voluulus a stranguria: Non tamen omnis voluulus fit a stranguria, sed is quem facit obstructio crassioris pituitae, & tenuium intestinorum in inflammatione. Diximus ischuriam, stranguariam, dysuriam nasci a vesicae intemperie, inflammatione, scabie. Inflammationi debetur sanguinis detrahitio ex vena malleoli interiore. Scabies illa & vlcus vesicae curandum detergentibus & desiccantibus. Sed & potiones vulnerariae sunt exhibendae, compositae ex herbis vulnerariis, ut ex salua, betonica, maiorana, sum-

mitatibus rubi & asparagi quae in hydromelite coquenda sunt. Et vsu quoque etunt lac caprillum & asininum quae detergenti vim habent: Decoctum quoque bipinnellae, agrimon. absinth. Rom. coquantur in aqua hordei in qua dissolvatur myrrha & aloë. Scabiei symptomata sunt furfures, quae in urina apparent. Quod si ceruix inflammationem conceperit, eius suppuratio procuranda est. Nam inflammatione per suppuratum & expuratum curationem recipit, nec nisi suppuratiore sanescit. Suppurabitur cataplasmate ex radicibus althaeae, liliohorum, quae radices coquantur sub cineribus, pistentur in mortario cum farina tritici, oleo liliohorum, vitellis ouorum, decocto caricarum, sicuum pinguium & axungia gallinae. conficiatur cataplasma, quod circumponatur perinaeo & pudendo, ut suppuratio cito procuretur. Si sit hyperfarcosis, seu caruncula in fistula urinaria, catharteticis medicamentis deteri debet, ut ex camphora, ammoniaco, oleo rolo, ex pompholyge, ex cerusa, quibus delibuta candela cerea immittatur in fistulam urinariam. Quod medicamenti genus mirificam vim habet detrendi. Detrita caruncula liberum relinquit meatum urinae, unde fiebat dysuria & stranguria. Sin autem erefcit & vsque quaque meatum oppilet ischuriam facit, quae aegre sanescit. Veniunt plerumque hyperfarcosis a proluvie venerea, scda enim illa materia exasperando vlcus facit, cui propter vberiorum eiusmodi materiae prouentum succrescit caro, quae libertatem urinae prohibet. Sin autem illuuiis illa scda (quam improprie admodum gonorrhoeam vocant, vulgo pissischaude) repente siccatur ischiadein facit: Sin vero paulatim & sensim habeat ad egulum, facit tophos, dolores, pustulas, & caetera proluvie venerea symptomata. Inflammationi ergo sanguinis detrahitio, scabiei detergentia & desiccantia sumenda & adiuuanda debent, phymati suppuratio, hyperfarcosis cathartetica: At vero si in vitio sit vesica aut complexione, aut stupore, ut vesica non possit se colligere ad exclusionem, ut saepe fit ab intemperie frigida, a diuturna officij vacuitate & a nimia distentione, hinc ope manuum, colloquatione prona opus est, propter infirmitatem sphincteris, quae venit a laxitate fibrarum. Errant idcirco toto caelo, qui putant paralyti sola sphincteris musculi, qui a constringendo nomen habet non posse contineri urinam in vesica, in qua pari & aequali contentione fibrarum cohibetur. Nam id accidit, quando sponte sua non nostra vesica colligit se ad exclusionem urinae, quae copia & qualitate est ita molesta, ut si sit sphincter infirmus, velimus, nolimus, excerneretur urina. Non enim ea est sphincteris ratio sic a natura constituta, ut non fineret elabi urinam, sed ut imperio voluntatis morem gereret ad exclusionem. Si paralyticus sit sphincter musculi sponte sua estundet urinam, si integer non excludetur nisi voluntatis imperio, quia dum irritatur vesica urinae qualitate ad excretionem, tunc sphincter se quoque colligit ad exclusionem. Laxatur sphincter vitio rachitidis, ut ab istu aut vehementi casu, non habebit potentiam continendi urinam, quae voluntatis imperio fit, ut accidit lethargicis qui sine vlla sentus perceptione excernunt. Urina autem quae sine sensu etunditur, duo potissimum calamitosa denunciat, aut motus animi, deprauatione voluntatis, aut deprauationem partium per quas fit excretio, & aegre perituris excernimus ex Hippocrate. Si igitur resolutus sit sphincter, quod peripicitur ex eo quod sponte sua non nostra excludatur urina, attingenti foris ex vino, rosis multis, myrrha, hypocistide contramandus erit. Sed & remedia lumbis & ossi sacro adhiberi debent, ut oleum chymicum ex opo cyrenaico, in oleis de Keiri & anethino cocto. Sed & oleum ex rosissiuuatur, & myrrha, mastiche, & eo iniungi & foueri os sacrum oportet, ex quo nervus venit ad sphincterem musculum, per quem sentiendi & mouendi vim imperit. Ex eadem materia iniectiones parentur. Ischuria venit labefactata facultate motrice, quae duplex est, naturalis & animalis, naturali, quando pari contractione continet urinam, & contra in sphinctere musculo est motrix facultas quae fit a renibus, & aegre perituris. Si igitur a resolutione, seu tendenda vesica decocto nephriticarum rerum, hapsi oleorum calefacientium & corroborantium. Sed si acciderit ut praestupore sensio molestae rei non excitetur, & vesica sit plena, si vel a frigore vel a febre, vel a venenata qualitate stupefcit & sensu amisso rei molestae non sit sensio, proindeque nulla excretionis cura, profuerit dare castoreum, oleum chymicum ex iuiperio, iniiciendum per anum cui vesica incubat,

*Lactis vsu.
Ceruicis vesicae
inflammatio.
Cataplasma sup-
purans.
Ad hyperfarcosi-
sin.
Hyperfarcosis a
laxitate venerea.
Gonorrhoea me-
lancholica.
Curatio stuporis
vesicae.
Sphincteris mu-
sculi vesicae vsu.
Sphincteris laxa-
tio.
Quid urina sine
sensu situsa ac-
ciderit.
Ad solis orationem
sphincteris mu-
sculi.
Lumbi.
Forsis.
Iniectiones.
Ad resolutionem
& stuporem ve-
sicae.
Iniectiones.*

Cantharidum v. su.

Renum exulceratio.

Curatio vlcera renum.

Trochisci Gordonij.

Scissio venae malleoli interioris & exterioris. In ischiade fecanda exterior.

Scopi curatio vlcera renum. Pleuritidu & peripneumonia per urinas expurgatio.

Iscuria, stranguria, & dysuria a cerebri vitio.

Diureticorum v. su.

Medicamentum lithomtribon.

Ad dysuriam ab obstructione.

conficiendi clysteres ex oleo rutaceo, anethino, vino maluatico cum tantillo olei chymici & granis iuniperi facti, & immittantur, vt excitetur vis sensifica nervi sextae coniugationis. Quinetiam sapius vt sopita vis sensifica vesicae excitetur ad percipiendum rei molestae sensum, veteres cantharidas praescribebant. Veniunt haec etiam partium vicinarum, propinquarum & communium vitio, vt purulentis renibus, quae curationem non recipiunt, antequam pus optimè perpuratum fuerit. Renes tum proprio tum alieno vitio exulcerantur contra recentiorum quorundam opinionem. Exulcerantur vitio alimentici, casu, ictu: Vnde Hippocrates *Qui sanguinem mingunt exulceratos renes esse indicium est.* Et lib. *de epidem. lib. 1.* qui ab equitatione, saltu, ictu vrinam reddunt cruentam, manat ab vlcere quod *supra, i. contra se affectum vocat.* In quo desperata salus est: sin minus sperabilis adhuc salus existit. Quando pus redditur, vrina est *serpyllatna* exasperando & abradendo. Quicquid autem exasperando & abradendo molefium est, stranguriam facit. Curabitur renum vlcus melicrato diluto, quod principatum obtinet: Vim habet paragogicam, lenit, neque vrinam ciet, ac proinde afflicto non dabitur afflicto. Erat conditum e summitate rubi, quae auxiliares habet vires ad renu vlcus, vt & lac caprinum, vna eademque opera & detergit & consolidat atque confociat. Trochisci Gordonij expurgato vlcere mirificam habent facultatem, vt cicatricem obducant & partes laceras renum confocient. Praeterea lac caprinum cum saccharo rosato salubriter adhibetur. Decoctum vel aqua mulsula amygdalarum dulcium, quae excorticatae macerentur in aqua, deinde terantur: illorum aqua colatitia & alba mirifice confert. Oleo mastichino rosato illinatur renes: fiat emplastrum ex mastiche. Quod si cum vlcere coniuncta sit inflammatio, faciendum quod praescribit Hippocrates & Gal. ad aphor. 4. lib. 5. secare oportet venam interiore malleoli non exteriorem, quae quidem salutariter in ischiade secatur, non interior, qua in re sapissimè errant imperiti chirurgi, qui in ischiade interiore pro exteriore malleoli secant non sine damnis aegri. Summa itaque curationis vlcera renum consistit in deriuatione materiae, expurgatione puris, & partium confociatione. Vitio vrinae aliquando & saepe veniunt haec symptomata. Nam interdum pleuriticis & peripneumonici saepe defunguntur morbo funesto excluditione purulentae vrinae: Sed haec non stabilis vt ea quae venit ab vlcere renum. Si enim pleuriticus aut peripneumonicus non expurgerit, per parotidas aut alio quouis modo viribus adhuc integris sibi materia collecta via faciet per sinistram eordis ventriculum & aortam, indeque ad emulgentes renum, quae illam e renibus in vesicam agent. Quod si ab vlcere pulmonis manat, pulmonis vlcera curatio adhibenda. Veniunt etiam haec affectiones partium superiorum vitio, vt cerebri, quemadmodum lethargicis sponte sua & sine sensu effunditur, in comate saepe supprimitur, labefactata vi secretice renum. Venit vesica vacua. Quae sic fit aut labefactata vi secretice renum, aut oppilatis aquaeductibus aut a resolutione nato resoluuntur aquaeductus renum. Quemadmodum vidimus in D. de Lesigny, vt supra commemoratum est, qui interiit. Nam morbi qui per *urinas* sunt, non curantur interdum per cause amotionem primigeniae affectionis. Et morbi qui ex vacuatione fiunt, repletionem sanescunt, non contra tamen qui a repletionem fiunt, vacuatione sanescunt, vt docet Galenus ex lignis in ignem iniectis, quia perniciosae qualitates iam sunt impressa vestigia. Haec autem omnium, quae in vesica vacua, calamitiosissima est. Sed si ab obstructione per calculum, tuberculum, pituitam crassiore, quod superiorum morborum motus declarauit, vt in nephriticis, quibus supprimitur vrina, cum vires renum effectae languent diuturnitate doloris, & inflammationem saepe concipiunt. Quod si concurritur vehementia calculus in vterem decidit, quem obstruit & vrinam supprimit. Tunc ad diuretica & amara transeundum, vt ad polygonum, Iudaycam herbam vocat, quae colligitur mense Iulio. Decoctum rhamni, Gallicè *bourgepine* principatum obtinet inter diuretica. Lapis qui in cancerum capitibus inuenitur, viuetrae pudentum: *mamur marbre, ictys, foëne, viuerra, surct.* Compositum medicamentum lithomtribon a Nicolao Myrepsio descriptum quod recipit omnium diureticorum genera. Caeterum nullum efficacius remedium reperi in dysuria ab obstructione aquaeductuum, quam catharticum confectum ex diluto rheo, diacarthami,

rhami, diaph. & syrrosar, pallid. Catharticum autem non praetermisit Hippocrates lib. 1. de morbis.

ANTON. VALETII EXERC. XLVII.

VRina guttata & saepe reddita stranguriam facit, excreta magno cum dolore, & nisu, aut etiam manu firmiter appressa, dysuriam, suppressa, seu cohibita ischuriam. Stranguria duas cum habeat causas, acrimoniam vrinae, ac humorum corporis totius mordacitate, aut aliquo renum vitio, vt vlcere & abscessu, itemque facultatis vesicae retentricis imbecillitate, a morbo, vt intemperie, aut humore praeter naturam, si quidem ab illa fiat, dolorifica est, ab hac minimè. Dysuria vero atque ischuria maioris tantum & minoris ratione distinctae affectiones iisdem renum serum non attrahentium, veterum interceptorum, crassorum intestinorum inflammatorum, aut per protopatheiam vesicae, vel plus aequo frigida, vnde expultrix facultas imbecilla, vel obfessa phlegmone, tumore aut obstructione, sanguinis grumo, pure, caruncula, topho, lapide, copia vrinae, aut denique re quavis alia vrinam exitu prohibente. Horum causae & signa affectuum a Galeno describuntur lib. 5. de symp. caus. & lib. 6. de loc. mal. affectis. Quinetiam plerumque in morbis acutis instante crisi, vrinae suppressio interuenit ad crism apparem, per sudores, aut alui profluum futuram. Aliquando iisdem in morbis per resolutionem caloris insiti vesicae vrina intercipitur ad mortem. Sed haec suppressiones ischuriae non sunt, quia vesica plena non fiunt. Vt causae sunt variae, ita curandi ratio diuersa. At prorsusquam de remediis decernas, affectam partem explorabis, & si tensio, tumorque nullus sensu percipiatur, fistulam vrinariam, cathetere vocant, in penem immittes. Vbi constiterit vrinae acrimonia, aut vlcus & abscessum renum, stranguriam excitare, opportunum fuerit ad ea praesidia, quae cap. de ardore vrinae, & de inflammatione rerum traduntur, recurrere. Quod si ab intemperie frigida vesicae id mali acciderit, caloricis remediis, praesertim admotis sanatur. Cum autem meiendi difficultas, vel etiam ischuria vitio renum serum non attrahentium fiunt, quia fusione & secretionem est opus, comparanda sunt ex simplicibus, calidioribus & acrioribus apozemata, quae sanguinem fundant, & serum segregent, sed praemissa tamen purgatione blanda.

Dysuria & ischuria non multum inter se distincta.

Non omnia vrinae suppressio est ischuria.

Hipp. sent. 15. sect. 2. Prothet.

31. castia recentis e canna extracta ʒ. 6. pulpa sebesten ʒ. 1. rhe. elect. puluerati ʒ. 4. vel ʒ. 1. cum puluere glycyrrhizae f. bolus. Vel,
32. terebinth. Vener. clara, in aqua rosae & alkekeng. lot. ʒ. 3. rhe. elect. pulu. ʒ. 2. cum diatrachantib. frigid. f. bolus. Hic visilior est, cum deiectionis consilium suscipitur.

Clysteres subinde repetiri, materiam alio deriuando, nec in affectam partem adducendo, magis conferunt. Apozema verò vrinas ciens erit huiusmodi.

33. radic. quinq. aper. rad. valerian. rub. tint. maioru ering. i. an. ʒ. 1. kep. capil. cich. chamaedr. rhamapil. scariol. agrim. europa. ol. Absinth. hyssop. ana M. i. semin. apij, detref. azar. sefei. kaliacab. ana ʒ. 1. passul. integ. ʒ. 1. flor. genst. sambuc. ana p. 1. cicor. rub. ʒ. 1. hermaria ʒ. ʒ. f. decoctio ad lb. i. in colatura dissolue syr. capil. ven. & de ʒ. ʒ. an. ana ʒ. 2. f. f.


Apozema conditum vt decet. Vbi sanguinis grumus caruncula & tophus seu callus in vesica affuerint, vsurpanda erunt mollientia, digerentia, excedentia. Mollier hic litus.

34. ol. amygdal. dulc. & de scorpionibus in aqu. parietar. lot. ros. mu. ag. sem. alth. lini & saenugr. in aq. saxifrag. extract. & axung. cuniculi. ana ʒ. ʒ. cum pauca cera in aq. pimpinella emollita. f. linimentum.

Fomentum ex oxymelice cum spongia ad incidendum accommodatissimum. Vel eius generis incidentia, vt hydromel, oxymel, in quibus quae calida sunt, in-

cocta sint, intromittuntur per catheterem. Excedentia postulant caruncula, callus, sed quæ minimam habeant erosionis. De his confule Alphonsum Ferrium Neapolitanum Medicum longè doctissimum, qui pulcherrimum de caruncula tractatum edidit. Si lapis in vesica suppressionis urinæ causa sit, quærenda remedia ex capite de calculo vesicæ.

De lithiasi, siue lapide renum.
2 Si tenuis sit humor, aut acris unaque expultrix renis facultas languidior, & meatus angustiores.
3 Prima generatio, aut secundaria.
4 Non vagus, ut in colico dolore.
5 Ab obstructioe: vasis urinæ.
6 Aut etiam urinarum, supergressio cum dolore renium repetitur oboritur. Ex Hippocrate in coactu animalium.
7 Primitia vomitio, deinde etiam bilis arguosa, famorū quod est directio est, super.
8 Ut nephritica remedia inoffensio cursu ad renes perueniant.
9 Stercoris enim copia nephritici damnum augetur, compressis a colofaciibus dissentio renibus.
10 Rec. summatatum bismalua M. j. f. infusum cum multo butyro & coccolia r. un. mellis Narbonensis.
11 Si subsistat calculus, & ad vesicam viam affectet. Litur.
12 Hæc ex Aristotele. Observabitur verò sanguinem illam effica in futurum si postremo diebus hircu diuresis in altu fuerit.
13 Obulto lituro, ne solū ardere vultu euanescat.



HOLLERIVS.

De calculo. CAP. XLVIII.



ALCVLM gignunt calor renum 2 immodicus, aliquando etiam tepidus, & humor crassior, qui calore lapidescit. Generatur aliquando in renum stomacho: aliquando in substantia. In vesica 3 quoque generari verisimile est, & maximè pueris.

Signa, dolor 4 fixus, in renibus grauitas, urinæ 5 initio tenues. Primum quidem cum arenis & exigua a peritate: deinde cum multo sabulo & crassiores excernuntur. * Primum igitur clystere molliendus venter est. Renes enim oppressi stercore grauius dolent: liberati leuius, & ex eo calculus minori negotio excluditur.

In dolore vehemente sanguis detrahi potest è poplite vel malleolo. Alius quoque leni medicamento: ducenda est, vt cassia ad ʒ. j. cum saccharo violato, vel glycyrr. decocto. Optimum quoque fuerit interim, dum Medicus laborat excludendo calculo, alternis diebus 6 Cassiæ ʒ. β. aut ʒ. ʒ. cum saccharo violato imperare horæ dimidio ante cibum. Posteaquam verò 7 stercus depulsum est, secta vena est, & lenita aliis, ynctionibus, fomentis, balneis & remediis lenientibus atque laxantibus vtendum est. Conueniet itaque oleum viol. amygd. dulc. butyrum recens, oleum in quo radices althææ coxeris. Vnguentum dialthææ, æsypus, hyeme etiam oleum liliorum, & cham. fotus & balnea ex malua, bismalua, violaria, cham. meliloto, lini femine & fœnugr. aliisque eiusmodi.

Iuscula 8 quædam ex malua bismalua, adiectis ciceribus rubris cum multo butyro & modico sale. Postea verò remediis 9 vtendum est, quæ calculum excludunt. Primum quidem leuioribus, deinde fortioribus. Conuenit initio oxymel simplex cum decocto liquiritiæ. Betonica, lupulus, capparis, scolopendrium, capillares herbæ, radix graminis, chamæbati, & similia. Fortiora sunt scylla, iri, enula, aristologia, & similia. Oportet autem interuallis repetere hæc remedia leniendo, laxando, excludendo.

Sanguis 10 hircinus è iugulato hircu iuvene, quo tempore vix maturefcent: medius quidem excipitur, relicto eo, qui primus fluit, & postremus fictili vase excipitur. Insolatur, vt resiccatur, referuatürque fideliter. Cum vsus fuerit, accipies pul. ʒ. j. β. cum vino tenui.

Aurelianus

Aurelianus à balneo, aut iam laxatis viis, renes, pubem interfecmineum, calido hirci sanguine inungit. Lapis Iudaicus tritus & potius datus ʒ. j. pondere. Solinus, Dioscorides, & alij Medici tum renem, tum vesicæ lapides frangere hunc scribunt. Galenus non vesicæ, sed renem. Author lib. lli de calculo duplex 12 genus facit, scribitque marem è renibus, fœminam è vesica calculum educere.

Datur cum oxymelite tritus in cote, vel cum ʒ. iij. aquæ conuenientis. Oleum 13 chamæmelinum fictili vase concluditur, mistis floribus genistiæ. Vas fideliter clausum stercoreario simo sepelitur, illicque, vt efferuescat, aliquot dies relinquatur. Eo oleo renes, pubes, perinæ um inunguntur.

Bestiolæ in lapidariis, fodinis, quasi verrucæ lapidibus obhærescunt, quæ si quinque numero ex aquæ ʒ. iij. sumantur mirabiliter iuuant. Pellis 14 leporis cremata, lepus decolatus, alioqui integer & inueterati pondere ʒ. iij. ex vino tenui propinantur. Cinis vngulæ equi, plumarum palumborum, testæ cochlearum, cancorum, vermium terrenorum, asellorum, passeruli, quam caudam tremulam vocant, stercus murium in aceto tritum. Calculus, quem quis primum excluderit. Lotium capræ montanæ, cicadæ, & alia eiusmodi à proprietate calculum excludunt:

Corticis raphani acerrimi ʒ. vj. horis 12. in 15 vini albi tenuis ʒ. viij. maceant. Colatura duabus dosibus sumitur.

Terebinthina 16 ad cautionem calculi potius, quàm ad exclusionem, imperanda est, eaque multis modis vtimur.

ʒ. terebinthina ʒ. iij. inuratur in lamina ferrea candente, vt possit infitari. Dabis ʒ. ij. eius pulueris cum ʒ. ij. aquæ saxifragiæ, chamæmeli, vel genistiæ, & ʒ. j. oxymelitis. Hoc medicamentum 17 excludendo calculo satis esse potest; vbi prius lenieris, & relaxaueris. Vt,

ʒ. terebinthina ʒ. β. lithontribi ʒ. ij. misce, fiat bolus. Aliud. ʒ. terebinthina lotæ decies in aqua saxifragiæ ʒ. β. cum saccharo fiat bolus. Hoc verò datur tempore paroxysmi. ʒ. terebinthina lotæ in aqua violarum ʒ. β. 18 benedictæ ʒ. ij. Aliud.

ʒ. 19 terebinthina lotæ in aqua haliacabi ʒ. ij. pul. tragacanthi & glycyrrhiæ ana ʒ. j. β. in corporentur in ʒ. β. cassiæ, cum saccharo fiat bolus. Aqua distillata è terebinthina.

Iustinianum excludendo calculo ad ʒ. iij. dissoluitur in glycyrrhiæ decocto, vel cum saccharo violato in bolum cogitur. Lithontribon per se ʒ. iij. pondere, vel cum ʒ. Iustiniani ex decocto glycyrr. aqua violarum, chamæmeli, aut simili Aliud.

ʒ. cornu cerui vsti & puluerisati, gummi tragacanthi similiter pul. ana ʒ. j. terebinthina in lamina terrea, vt prius, crematæ ʒ. β. lapidis Iudaici, pul. vermium terrenorum ana ʒ. j. incorporentur omnia in Iustiniani g. j. β. Deinde in decocto glycyrrhiæ dissol-

12 Gal. lib. 9. Simplicio. unum lapidu Iudaici genus tantum status. Unde colligat libell de calculo sal. i Galeno tribus.
13 Huusmodi oleum tenuandi & incidendi in distillato vni habet.
14 Hac proprietate inexplicabilis dicuntur esse nephritica. Puluisculum autem apud conficis ex radice petro. rad. saxifrag. & lapilli qui in asciorum capibus reperuntur. Cuiusmodi ad lapidem confringendum cum vino albo aqua facit.
15 Vini albi vsus in calculi genisti non probandus, quod ad renes humores deducat excrementosior.
16 Lino potius ad curacionem, quàm ad prouisionem terebinthina praescribenda.
17 Idem facit terebinthina aqua distillata.
18 Et Rhaza descriptio, quæ turbis non recipit. Attamè huius loco restit substituitur hirci pic. Draç. ij.
19 Huiusmodi medicamentum pari facultate leniendi & tenuandi potest, propterea aquæ ad paroxysmum distillatæ impo-

uantur, & fiat potus.

Sunt qui singulare præsidium putant frangendo lapidi lignum
20 *Guaiacum* : iusta quidem ratione, virtute videlicet incidente, ad-
stringente & leniente. Talia enim esse oportet, quæ calculosis im-
perantur. Vitanda tamen sunt, quæ nimium siccant, quæ crassiorum
partium.

Ratio quoque habitus corporis ineunda est. Obesum corpus
magis 21 tenuantia, gracile verò minus perferre potest. Sic loci,
temporis, anni, ætatum & similibus meminisse oportet. Laudatur
& hæc distillatio.

℞. mellis ros. terebinthinæ ana ℥. j. iuiubarum, s. besten, nucleo-
rum pini ana ℥. iij. Granorum alkekengi, seminis cucumeris, ni-
gellæ, apij ana ℥. ij. succi raphani per residentiam de purati ℥. ij. Se-
mina, & reliqua materia solida, cōquassentur: cum cæteris in alem-
bico ponantur, fiat distillatio. In distillationis vnc. iij. dissolue ℥. j.
aut ℥. iij. 22 eorum, quæ à proprietate calculum excludunt. Qua-
lia sunt antea descripta, cinis scorpionum, scarabæorum, hepatis
asini, testæ ouorum, ex qua exclusus recenter pullus est, hirundi-
num, testarum auellanæ.

Limorum succus à multis commendatur. Item & cinis vitri
combusti. In vehemēti siti & calore, siquidem prius vacuatum
corpus est, si debilitas visceris, aut consuetudo non prohibet, aqua
frigida potus largiter exhibitus aliquando calculum excludit. A-
liud remedium.

℞. rad. asparagi, rad. rubi humilis ana M. 2. foliorum betonica,
polij montani ana M. 2. cicerum nigrorum M. 1. fiat decoctio in a-
qua pluuiiali secundum artem. In fine decoctionis adde aceti scylli-
tici ℥. j. fiat colatura. Dosis ℥. iij. cum ℥. j. lapidis Iudaici, aut simi-
lium.

Frangendo calculo non est remedium inuenire forsā isto ac-
commodatius.

℞. succi limon ℥. ij. succ. raphan ℥. ij. succ. bipinell beton. saxi-
frag. parietar. alkekeng. alth. creffionum ana ℥. β. Misceatur simul.
Quibus adde tribulor. cortic. brugespinæ, radic. scenic. petrosacor-
cnulæ, veronicæ, gentian. ireos Florent. ana ℥. ij. seminis melon. ocy-
mi, bardan. milij solis, seminis petrosel. Macedonici ana ℥. j. semin.
cucumeris, portulac. citrul. ana ℥. β. fol. & flor. beton. scolopend. a-
splenij, flor. viol. alth. bugloss. tasp. barb. ana M. 2. f. infusio, deinde
fortis expressio. In qua dissolue mell. optimi despumati ℥. ij. tere-
binthinæ ℥. j. aceti alb. quart. i. specier. electar. Duc. aureæ Alexan-
drinæ, lithontr. ana ℥. j. fiat distillatio in alembico ex arte.

℞. supradictæ distillationis ℥. iij. sacch. violacci ℥. j. cinnam. ℥. β.
Detur bis in die horis 4. à cibo, neque comedat post horas quatuor.

Sunt qui agripalmæ manipulos duos contendant, sensim affun-
dendo vini alb. ℥. iij. salis subtilissimè triti ℥. j. & factam expressio-
nem potui dent. Alij aquam argentinæ commendant, aquam cha-
mæ meli, itémque lappæ radic. decoctum.

Remedium

Remedium Porphyrij & Octanij.

℞. brassicæ siccæ & in puluerem redactæ ℥. ij. piperis ℥. β. misce.
Dato ℥. j. ex aqua, aut aqua alkekengi, aut simili.

Gallus lassatus flagris cum polytricho, trichomane, lupulo, aspa-
ragis, aliisque eiusmodi ad putrilaginem coquitur: ius sorbetur.
Conueniunt præterea scolopendrium, portulacæ succus, cucurbitæ
cinis, valeriana, semen perforatæ, cardui & damosonij radix; lini,
cucumeris, maluæ, scœnugræci, apij, fescleos, hederæ femina, cyperi
radix, asari, rusci, cynosbati fructus detracta interiori lanugine, &
spongiolæ in cynosbato natæ, gummi nuclei ceraforum, persico-
rum, cortex medius corilli, sarmenta vitis combusta, & extincta in
vino tenui, aut liquore conuenienti, vt bibatur colatura.

℞. Electri, lapidis spongiæ, pul. saxifragiæ ana ℥. β. ex aqua geni-
stæ, aut simili.

Cucurbitula, lenito prius dolore, remollitis ac relaxatis parti-
bus, iam non urgente inflammatione, renibus primùm, deinde peri-
næo & inguinibus affigi debet.

In summa clystere mollienda aluus, leniendus venter è cassia. De-
trahendus sanguis è crure, nisi plenitudo sit totius corporis: sic enim
è cubito prius. Lenientibus atque laxantibus, deinde etiam leuiter
incidentibus calculus ad exclusionem præparandus est, paulatimq;
faciendus gradus ad ea, quæ detergent, attenuant, expellunt, atque et-
iam urinas mouent: multò maximè cum iam remittitur dolor, &
calculus commutat locum. Quòd si is, quæ bibuntur, nihil effici-
tur, cucurbitulis vtendum est. Si verò neque hoc remedio exit cal-
culus, ad 23 relaxantia, lenientia, & initium curationis redeundum
est. Relaxabunt & leniunt fomenta, cataplasmata. Vt,

℞. fol. mal. bisfal. parietariæ ana M. 1. summitat. aneth. flor. cha-
mæ. & melilot. ana p. 1. semin. alth. lini, scœnugr. anif. ana ℥. β. bul-
liant in aqua & vino albo pro fotu. Ex huius decocti magmate fin-
getur cataplasma, additis ol. scorpion. & cuniculi axungia. Auena,
berula, gallitricum, melilotum & similia è vino albo, aut butyro
friguntur, & inde fiunt sacculi & emplastra minori apparatu. Si ve-
rò translatus est calculus in vesicam, nec aliter extrahi potest, ad in-
cisionem confugere oportet. Cuius rationem repetes ex 6. Pauli,
Chirurgia Albucaf. & aliis Chirurgis.

In hoc morbo dolor intolerabilis facit, vt aliquando vtendum sit
narcoticis. De quibus multa antea.

Descriptio 24 olei de scorpionibus.

℞. aristolochiæ rotundæ, gentianæ, cyperi, corticum radices
capparis ana ℥. j. Bulliant omnia in ℥. j. olei amygdalarum amara-
rum.

Sunt qui addant succi raphani ℥. β. vt fiat decoctio ad succi con-
sumptionem. Alij aquam. Per hebdomadem insolentur.

CC

20 *Guaiacum*
decoctum, diure-
ticum est, unã-
que cum urinis
fudores ciet ma-
ximè: sed potius
in profusione cõ-
fert, quàm ex-
clusione.

21 *Quod vniuersi*
habent angustæ.

22 *Ut pulueris*
polygani minoris,
betonica, lap. illo-
rum astacinorũ,
pulueris corticis
cassia.

23 *Ut ad cata-*
plasmata ex ra-
phano, nasturtio
aquatico, parie-
taria in adipe
cuniculi fricta
confecta.

24 *Quod ad*
comminuendum
calculum in reo-
nibus valere pug-
natur.

Singulis libris colaturæ adiace duos scorpiones, & rursus infolentur dies 15. Gutta olæ virgæ infunditur: eodem oleo pectum & perinæum inunguntur.

Probatum quoque multis balneum sulphureum, ex aquis naturalibus, vel sub quadruplo sulphure liquato in quadrupla aqua. Alij in eiusdem aquam calidam lintea immergunt, & calida perinæo ac pectini apponunt.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Calculi in capite concreti.

Multis in partibus corporis humani calculi generari possunt. Observauimus concretos in capite & utero mulieris, cui dissectandæ in Scholis publicè præfimus. Multis in folliculo fellis leues, nigri, flauis, innatantes, aquæ, qui quâdoque excluduntur deorsum. In nobilissima muliere 53 repertos, secto folliculo, videre licuit in Aruernia Pueri cuiusdam sutoris in mesenterio inuenti: duabus mulieribus in pulmonibus: multis in articulis iecore, liene, ventriculo. Adhærent sæpe vesicæ, cranio, utero. Galenus de humoribus meminit calculi in utero. Musa mulierem refert ex ano quinque lapides reddidisse. Quod verisimile est. Nam pituita sæpe lentissima intestino hæret, quæ potest concrecere, dum satis non detergitur. Galenus 5. de locis affectis meminit cuiusdam, qui è thoraçe velut grandines expuebat. Alberto Saonarolæ mortuo decem calculi inuenti in vesicâ magnitudine oui columbæ & figurâ, singuli pendentes plus quàm

Lapides ex ano redditi.

Mirum de Alb. Saonarolæ calculoso.

De calculi causis varia sunt authorum sententia.

3. v. omnes simul 3. vj. vt scripsit Musa. Pituita putris & pus crassum aliquando repræsentant calculi signa, vt in Præside quodam multa mucosa, viscida, longo tempore quotidie expurgante. Sed de materia, causa efficiente, & generationis modo in vesicâ & renibus non eadem omnium sententia. Alij aiunt multam materiam crassam ac terream primum cogi in vnum in vesicâ, cuius pars intima concreuit, tandemque, si non eiiciatur, calore & frigore parte tenui consumpta in lapillum coalesceret. Hinc voluitur ab vrina, & semper sibi adiungit atque sic augetur. Causam autem efficientem esse tum calorem, tum frigus, vnde in senibus & pueris generantur, non in iuuenibus. Alij ex Hippocr. materiam faciunt vrinam adustam ac feruore & ardore. Quorum enim alius fluida est ac sana, & vesicâ, aut vesicæ os non ardet, his facile vrinam effluere, & in vesicâ nihil congregari. Quorum verò alius ardens & feruida fuerit, in his etiam necesse esse vesicâ idè perpeti. Cum enim magis, quàm pro natura, fuerit calefacta, stomachus eius inflammatur. Vbi verò hæc perpellitur, vrinam non demittit, sed in seipsa cõcoquit & adurit: & quod quidem tenuissimum in ipsa est, excernitur: quod purissimum transit ac emingitur. Indicio esse vrinam splendidissimam excerni instar feri. Brasauolus tertium modum affert ex eodè Hippocr. 4. de morbis. Fieri enim ex arenis, sedimento, velut glutine, copulante. Hoc quibusdam non placet, quia natura vt statim arenam senserit, protinus eiicit. Et cum renum calculus nudus sit, adeò vesicam vexat, vt diu non possit retineri, quare nec augeti. Contrà nonnulli nullum in vesicâ lapidem generari aiunt, quin in renibus accepit principium & rudimentum. Indicia esse nephriticos dolores, qui in omnibus præcedunt, & in omnibus calculis medium quasi nucleum reperiri, verum rudimentum à renibus exturbatum. Philot. contrà, sæpius in vesicâ propter capacitatè calculos generari. Respondent capacitatem iustum argumentum non esse, & experientia doceri contrarium. Tantam controuersiam neque nostrum est conciliare, neque breuibz scholiis id potest præstari. Si tamen licet ex iis, quæ apparent, quicquam efficere. cum lapides renum & vesicæ, neque eodem colore, neque eadem figura, neque eadem substantiâ, nec in eodem sexu aut ætate similiter concrecere sensus doceat, omnibus eandem causam, aut generationis modum tribuere, aut idè, nõ minus absurdum videtur, quàm si in metallis & lapidibus terrenis idem fieret. Vesicæ enim calculi ferè maiores, rarò alio colore, quàm albo, aut cinereo,

Hæc Fernelij opinio c. 4. lib. 5. Pathologici.

Philoth. commentum in aph. 80. lib. 4.

in pueris

in pueris frequentius ob edacitatem, vt ait Galenus, vnde crudi humores generantur, qui calore concreunt. Sed fasam crassitatem, exceptam ob robur naturæ caloris & virtutis naturalis in vesicam renes excernunt. Adde si vis mollia & humida corpora puerorum & fluxilia, quod plurimum facit ad excrionem materiæ crassæ. Quæ quia in senibus & adultis non adsunt, in illis frequentius generantur in renibus. In mulieribus rariùs propter menstrua, & laxitatem mollitiemque viarum. Aceruantur lactis, casei, vinorum crassiorum vsu, vt Ferrariæ: aquarum limosarum, vt Lutetiæ: alimentorum crassi succi, vbicumque sit. Vrinx aliquando arenosæ ex vesicâ aliquando contrà. Ex his omnibus in vesicâ & ab arenulis, & à materia terrea atque adusta, sed multò frequentius ex crudo succo, limoso ac viscido, quo etiam coguntur arenulæ, calculos oriri consentaneum est, aliquandoque arenulas ex renibus in vesicam labi, sed & ex ipsius vrinx face resolutio humore posse fieri, à calore stomachi ipsius, vt ait Hippocrates, quales in matulæ fundo apparent. Crassities materiæ intelligitur ex corticibus veluti caparum, quibus lapides vesicæ integuntur, & ex compacta substantia ac duritie. A viscido humore frigus, à superueniente calore induratio, coctio & quasi astitio, vt in lateribus ex luto: vnde neque calore liquantur, neque frigore. In renibus verò ferè tinguntur rubro, vt rubrum intelligas, & flauum, & rufum iusta ratione, quod & in arenis videre licet. Nam à sanguine, calore loci, & partis colore tingi solent. Minus duri, asperi, & magis friabiles, quàm in vesicâ. Ergo magis ex arenulis coalescunt. Cur igitur multi arenas mingunt, neque calculosi sunt? Causa in promptu est. Non enim coguntur, nisi viscido aliquo, & crudo humore, tanquam glutine. Opus est tempore. Vbi igitur obstructio à crassis & viscidis humoribus, & acrior vrina ac magis sæculenta, angustiores meatus, calore superueniente à quacunque parte, vt hepate, corde, renibus, quod diu impactum fuit in meatu, induratur & lapidescit, figuramque accipit à sinu, in quo est: Neque impedimento est, quod nonnulli respondent, ex calculo arenulas fieri, non contrà. Cur enim qui generantur in vesicâ, in arenulas rarò dissoluantur? Neque etiam ob id necesse est in calculo renum semper arenulas excerni cum vrina. Nam in multis dissectis probatum contrarium, qui calculosi sunt inuenti, cum neque arenas meierent, neque laborarent vrinx difficultate, in fosso calculo in substantia renum. Archigenes & Philagrius arenas reddi voluit, cum iam calculus è rene in vesicam descendit. Rudimentum quoque in renibus quandoque accipit, accrionem verò in vesicâ non est negandum. Cuiusmodi calculi in medio sunt friabiles, in superficie duriores & magis compacti, dolorisque nephritici præcedunt.

Calculi in renibus cur mulieribus variis generantur.

Cur multi arenas fundunt, cum calculosi non sint.

Quæ omnia plurimum conferre videntur ad curationem & prædictionem, vt in quibusdam potius ad arenularum generationem respicere, in aliis ad crudorum humorum copiam oporteat, certumque sit in renibus, & ex arenulis facilius posse comminui. Calculus renum exactè describitur his signis. Dolor renum acutus adest Sexto tamen Epid. grauis in renem dolor, cum cibo replentur. Quod iura distinguentium censemus. Cum enim in ventriculo renum figitur, vel sine dolore est, vel cum graui. Vbi incidit in vtereras, vel etiam intra renem, pungit pelliculam in exortu vtererum dolor acerbissimus. Cum etiam mouentur vehementius, aut spinam flectunt, dolorem acutum percipiunt, & stuporem circa lumbos & crura ob compressionem nerui à lumbis, vel, vt alij volunt, venæ cauæ. Proinde additur ad Hippocr. & in lumbos, & in testem secundum renem situm. Videtur enim quibusdâ testis sursum trahi Dolor ille fixus est, nec locum mutat, vt in colico. Frequenter mingunt. Sed paulatim adstringitur & supprimitur vrina. Vrinx enim frequenter fluere nõ est sufficiens argumentum liberos esse calculis vtereras, cum vno clauso per alterum reddi queat. Suppressa vrina regurgitat, vnde alui tumor, singultus, animi deliquia, coma, dyspnœa, Cataphora, &c. Nõ semper arenulæ rubræ procedunt, sed sæpius, præsertim vbi è renibus emotus est lapis. Vomunt pituitam inualefcète dolore, & æruginosa, fastidium cibi, alui excretio difficilis. Ex lib. 6. lib. 7. in d. 1. Sæpe sanguis excernitur ob violentiam calculi.

Renum calculi facilius atteruntur, quàm vtereras.

Vrina quantumuis fluxuam liberos calculis vtereras non arguit.

Clyster lenis, fomentum, vnguentum, bolus, phlebotomia. Mollitur via: cassia cum rhab. cessante dolore & vomitu. Deinde terebinthina: postea oleo amygdal.

dulc. cum alphenico, vel diatrag. hinc cataplasma molliens. Postremo quæ com-
minuunt. In ueteratus calculus paulatim atterendus. Alioqui frustra contendim-
us excindere. Vbi iam durior & maior substantiæ reni impactus, & quasi arctis
digitis & radicibus inhæsit, frustra oppugnatur. Recens natis mollior. Ille tamen
atterendus paulatim, & confringendus. Alia enim remedia excludunt, alia atre-
runt & frangunt. Regurgitante vrina ad ventricululum vomitus ciendus, alius sub-
ducenda. Alioqui vis medicamentorum hebetatur, licet ab hepate & renibus
eorum quoque vis infringatur. Vehemens impulsio, commotio, affricatio, qua par-
te vteret explantantur, è renibus vrinam & calculum promouent. In exclu-
dendo calculo renum videtur quædam periodus. Multis quieto dolore, nec opinan-
tibus, excidit. Infinita propè sunt remedia in veterum libris, sed cum iudicio &
delectu exigenda. Quidam nobilis Lutetix lapidem habuit mollem, laxum, ef-
formatum ad instar mortarij, per quem transcolata aqua & epota mirum in mo-
dum iuuabat calculosos, & vrinam suppressam. Cauendum à nimia refrigerati-
one renum, quia inde angustiora vasa redduntur, & aliquando gignendi impoten-
tia consequitur.

IN CAPVT XLVIII. DE CALCULO.

DVRETI ENARRATIO.

Calculi causa. Calculum gignunt calor renum immodicus. Etiam ex tenui humore, aut acri-
cipræsertim si infirma sit vis renum expultrix, cum angustia vasorum con-
iuncta.

Aliquando etiam tepidus. Si glutinosus sit humor. In vesica generari calculum
verisimile, imò certissimum est generari primaria coagmentatione, non secun-
daria, ante pubertatem.

Calculi signa. Dolor fixus. Non vagus, vt in colico dolore, qui à dextro rene ad sinistrum vs-
Dolorum species. que peruatit.

In renibus grauitas. i. dolor grauis à mansione calculi, ac in exclusione, acerbus
& peracutus, in generatione, inflammatorius.

Urina. Vrina initio tenues. Propter violentum raptum, & attractionem renum, eorum-
que obstructionem.

Deinde cum multo sabulo, &c. Quæ perturbatio est critica, & in bonis ducenda:
quando renes attingunt se ad exclusionem rei molestæ.

Clysteres. Clystere molliendus venter est. Et si nimia humoris abundantia nateat à crapula
Vomitum. & edacitate vomitionem ciere oportet. Hæc enim paroxyismi nephritici leuati-
onem affert, & causæ antecedentis exclusionem.

Sanguinis è po- plicæ misto. Sanguis detrahi è poplice. Si validæ sint vires, sine infirmitatis metu ad causæ
coniunctæ amotionem, renum & aquæ ductuum libertatem, tum etiam ad corri-
gendam diathesim nephriticam, quæ in renum mala complexionem & intempere
calidiorē consistit.

Alius quoque leni medicamento ducenda. Ad causæ antecedentis deriuationem,
ne nouus humor circumponatur, vt *απορροια*, i. rei quæ præexistit.

Atque laxantibus utendum. Sed ita parari debent vt non laxentur partium fi-
bræ. Nam sola partium virtus, doloris leuationem affert.

Postea verò. Cum scilicet leniendo, partem affectam recreaueris, & tenuando,
materiam morbificam præparaueris.

Cortex raphani. Corticis raphani acerrimi. Qui tamen exhiberi non debet priusquam vomitio
cirata fuerit, alius ducta repetito clystere, & præmissæ remediorum *παραρροια*
vsu. Vbi leniter & laxaueris, quia antequam dentur nephritica faciendum est
corpus *υγρον*, meabile, vomitione, alui subductione.

R. cornu cervi vlti. Vel *β. osium ceruinarum vsorum quadrante* lb. j. ʒ. iij. &c.
Vt supra annotatum est.

Cucurbitulid

Cucurbitulis utendum. Quæ euocant è loci angustia in *υποχονδρια*, loci ampli-
tudinem, & læpenumero tantos afferunt sanitatis fructus, vt earum effectus mi-
raculi habeantur loco. Debent autem applicari in ductu obliquo ipsius aquæ-
ductus. **Cucurbitula.**
Cataplasmata.
Fotiv.

Redeundum est. Ad cathartica, & clysteres.
Relaxantibus & lenient cataplasmata & fomenta. Fiunt quoque sacculi ex aue-
na, berula, galitricho, meliloto, & similibus. **Sacculi**

Quæ è vino albo aut butyro fruguntur. Imò conducit maximè parietaria multa
fixa cum adipe suillo, qui tenuium est partium, & raphani dulces eodem modo
fixi proderunt.

Bulliant omnia in lb. j. olei amygdal. Vel macerentur in eodem oleo & vase con-
cludantur, quod sepeliatur in fimo & per 8. dies illic contineatur.

IN CAPVT XLVIII. DE CALCULO.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM

ANNOTATIO.

EXistunt fodinæ lapidum in corporibus nostris, non certè ad ædificandum in-
structæ, sed ad diruendum totius corporis fabricationem. Etenim tam cala-
mitosa vis est *λιθιάσις*, siue *λιθιάσις*, vtroque nomine eam affectionem explicat *λιθιάσις* & *λι-*
Hippocrates, *λιθιάσις* quidem in lib. 4. de morb. *λιθιάσις* multis aliis in locis, ac *λιθιάσις* signifi-
λιθιάσις in renibus & vesica, *λιθιάσις* in vesica explicat. In sacramento medicina-
li, *ι πρῶτο ἢ δευτέρῳ λιθιάσις, ἢ χρονοῦ ἢ ἐπιπέσει ἀδελφῶν ἐπιπέσει* & *τῆς βι.* Calculosus non
secabo, sed relinquam huius artis & præceos operariis. Calculosorum in renibus
meminit sect. 2. lib. 2. Epist. Ergo tam calamitosa vis est *λιθιάσις* seu *λιθιάσις*, vt do-
loris acerbitate, symptomatum incidentium magnitudine, humorum corruptio-
ne, vigiliis, interceptione partium ad vitam tuendam necessariorum ægros in e-
xitum præcipitet. Accedit summa difficultas curandi, maximè verò iis qui sunt
calculosi in vesica. Sed quia *λιθιάσις* reperitur in omnibus partibus corporis hu-
mani, tamen *κατὰ τὴν ἑσφαλῶν* accommodatur calculo renum & vesicæ. Nam & fodinæ calculi generan-
lapidum in vesica, in renibus, in fellis vesica, in intestinis & pulmonibus ipsis grã-
dines reperiuntur. Quamvis neget Gal. se vidisse in intestinis calculum, legisse
quidem apud auctores, nec qui viderit, vidisse se neminem: Ipsi tamen nouimus
nobilissimum quendam virum Monlucium Episcopum Valentix, cui nata est fi-
stula lapidea in recto intestino, quam ipse frustulis excernit. Quod etiam se de-
prehendisse in quodam Imperatoris oratore. Fernelius auctor est. In vesicula fel-
lis, nouum non est. In Domina d'Entragues deprehendimus 22. lapillos gagati-
nos, colore, consistentiâ, figura, similitudinem effingentes trianguli æqui lateris.
In illustrissima matre præfecti Parisiensis duos in dissectione vidimus calculos,
qui pruni magni. i. quod in magnum habet pericarpium, passi & cærulei similitu-
dinem effingebant. In vxore D. Moreau Quæstoris Parisiensis tres calculos, ma-
gnitudine pollicares in fellis vesicula reperiimus & erat icteriodes; cætera be-
ne habebat. In vtero rarum est, non tamen nouum: In moniali quadam genitrix
est calculus, qui igmarium lapidem referebat densitate, duritie & colore. Natus
est in vtero & ab vtero excretus. Non enim ab vrinaria fistula potuisset exitum
habere. Frequentes sunt lapidum fodinæ in renibus ac vesica. Ac nulla ætas fuit
in quaquam feracior calculosorum quàm nostra. Priscis enim temporibus rari erant
calculosi. Nunc per ignauiam, ebrietatem, edacitatem, incontinentiam, intem-
perantiam vix inquam reperias, qui calculosi non sint. Quin & passim.

Resonant arbuta cicadis.

Explicanda est natura *λιθιάσις*, causæ & signa. Scitum est illud, quod actio læsa.

partis affectæ certissimum est argumentum, ac ita læsionis species affectionem ipsam cuiusmodi sit apertissime demonstrat. Calculosi dicuntur qui lapillos habent in renibus vel in vesica. Vnde lapilli? quænam causa effectrix? quæ materialis? quæ formalis? quæ finalis? Illud scire debetis renes esse coacta, firma & densa carne præditos qualis nulla reperiri potest in aliis partibus cum triplici fibrarum genere contexta, ne exudet serum & faciat hydropem, aliâque grauiissima inducat symptomata. Quorum officium est per emulgentes serum attrahere, attractum in vesicam infundere, vt fiat *υρησις*. Itaque discernendo illi sero renes constituti & consecrati sunt à natura, æque vt illud opus faciant, & sit par necessitati commoditas, venas vt diximus emulgentes habent ac maiores & ampliores quàm parti conueniat, vt serum illud copiosè & vt attrahant, ne stabulerur ac cunctetur in venis & meatibus, & grauiissima inferat symptomata. Præter venas emulgentes quæ sunt officiales, ad sui conseruationem nacti sunt venam quam vocamus adiposam, quæ inseritur in renem membranam, & alimentum suppeditat renibus. Renes autem multas habent *αγγελογα* circumscriptiones, ac si diceret conseruationes multarum partium, quæ simul compactæ essent, & quot *αγγελογα*, tot calculi nasci possunt. Nam Galenus ad aphor. 6. sect. 1. & auctor libri de diagnosi calculorum renibus, qui meo iudicio Galeni non est, Galenus, inquam, eo loco refellit eorum sententiam qui volunt calculum nasci tantum in substantia renum, alij in stomacho ipso: At, inquit, in vtroque & quot sunt *αγγελογα*, tot calculi nasci possunt, vel vt interdum fit, lapillus omnes perigraphas completi potest. Nascuntur calculi in renibus siccitate. Omnis lapis, omnis durities fit concretionem, aut siccitate, prætermissa tertia duritatis causa, vt tympanum durum dicimus, quia distentum est, glaciem duram quia concreta, lignum durum quia siccum. Humore crystalli fiunt, sed frigoris appulsu concretionem gignuntur & solidescunt in terræ montibus. Verùm crystalli vt & glaciem concretio fugax est: Sic & quiduis eiusmodi crescit, quando accedit ad materiæ præparationem vis efficientis vt tempestas æquilonia. Neque enim tam facile acetum cogitur, quam vis sit frigido temperamento, complexionem tenuissimum, nec concreuit frigoris appulsu: Calculi concretionem fiunt, sed perustione, vt in fornacibus cocti lateres durantur. Non enim verisimile est tantum existere in nostris corporibus frigus, tanto frigoris dominata corpora nostra posse teneri, vt illius vi concreuant calculi in renibus, in vesica, quoniam non possent fieri *αδύρακτοι & υμερόστατοι*. Efficiens causa est calor, sed non omnis. An acerran mitis? Vterque. Vtroque gignuntur calculi tum in renibus, tum in vesica. In vesica autem gigni in pueris perspicuum est, quorum calor tepidus est & mitis. Inuenibus in renibus accidit, sed is calor est acer & πυρετώδης pueris nunquam accidit in renibus, nisi ipsorum vitio. Quoties loquitur Hippocrates non fieri calculosos nec podagricos, loquitur de iis qui non fiunt renum vitio, sed fieri possunt diæte vitio. Omne studium, omnis opera & industria collocanda est vt rationem arcendi & abigendi hostem capitalissimum naturæ animo complectamur, hoc est, calculum renum & vesicæ. Cuius vis est tam calamitosa, tantaque eius ferocitas, vt nihil optari possit quod ægri malint quam aut conualescere, aut repente mori. Ac interdum animaduertimus plerisque sibi manus inferre immanitate doloris superatos. Vt igitur ex arte tantum hostem profigemus, operæpretium fuerit explicare, quæ causa effectrix, quæ materialis, quæ formalis & finalis, & quorum gignatur. Primum cœpimus dicere non posse fieri & nasci à frigore sine *υμερόστατοι*. Quamquam plerumque vrinæ suppressio à frigore veniat vt ex *προρητ*. lib. aphor. 50. perspicuum existit. *Αδύρακτοι & υμερόστατοι* si vi calore blando *αδύρακτοι & υμερόστατοι*: *Υριναυμ* in morbis acutis interceptiones ex parsi ratione *πρῆσιμα*. Ergo fit à calore vel acri vel blando, *αλλὰ* inquit Galenus, i tepido. Etenim calor puerorum blandus est non acerran pueri abundant calore natiuo. In pueris nulla est caloris acrimonia, ac tantum habent caloris quantum absunt ab ortu, & quantum postea nunquam. Crescunt pueri: quicquid autem crescit calidissimum, fit calore natiuo oportet. Fiunt in pueris calculi ex Hipp. qui in catalogo morborum tertiæ infantie aphor. 26. lib. 3. numerauit *αδύρακτοι*. Sed fit à calore blando. Propterea idem Hippocrates sect. 3. lib. 6. Epid. quo loco docet in pueris cogi *αδύρακτοι & υμερόστατοι*, quærit an iuuenibus sint calidiores; *αυτῶν* enim docet dubitandi.

Qui dicantur calculosi.
Renū descriptio anatomica.
Renum caro.
Fibra.
Officium.

Vena emulgenti.

Vena adiposa.

Renum αγγελογα.

Duritatis causa.

Cryalli generatio.

Concretionis causa.

Cur acetum non cogatur aut concreuat.

Calculi concretio.

Calculus non posse vi frigoris concreuere.

Calor causa efficiens calculi.

Duplex calor.

Calculi causa efficiens.

Pueri nunquam calculosi renum vitio.

Curationis scopus.

Calculi vis calamitosa.

Vrina suppressio à frigore in calculum in pueris.

si vi calore blando.

Dubitandi ratio apud Hippocratem.

tandi rationem. Omnis propositio quæ apud Hippocratem legitur, quæ habet coniunctum exemplum particulare, aut particulam dubitandi dubitationis rationem adfert exceptis lib. 3. Epid. & aphorismis in quibus sunt simplices propositiones sine adiunctione particularis exempli, aut dubitandi particulæ, vt, *Qui* *αδύρακτοι*, plurimum habent calor natiuo, & alia huiusmodi. Puerorum calor natiuo conquit, mitificat omnesque humores, vrinas, excretiones, deiectiones, suppuratum conuertit ad crassitudinem, id est ad mediocritatem. Propterea docet Hippocrates lib 2. prognos. *οἱ τε τῶν ἡλικιωτέρων ἀδύρακτοι ἢ ἡλικιωτέρων ἢ αὐτῶν* Cur puerorum *αδύρακτοι*, *αδύρακτοι* *αδύρακτοι* *αδύρακτοι*. Atque hoc modo pueri, iique præsertim qui septimum aequæ vrinae fu- attingunt annum, affici solent donec decimum quintum annum compleuerint. Et idem idcirco vrinas puerorum aqueas funestas pronuntiat, quoniam quicquid longius à naturali statu recessit, tanto peius est, quantoque propius accidit, tanto melius est: quod proprium est *αδύρακτοι* infirmi & labefacti calor natiuo. Et si multus est calor in pueris, tamen sæpe languet, & non est par mitificandi commoditas vt stomacho & vesicæ. Aliquando etiam partes complexionem non temperamento offectæ sunt. Cur spasmi puerorum non sunt tam terrifici quàm iuuenibus? Quia infirmi sunt nerui, stomachus, intestina, vesica sunt infirma in pueris complexionem, & quaquam tantum habent calor, quantum in vna postea, tamen partes illæ sunt infirmæ, & aliquando in excernendo laborant. In pueris ob edacitatem nascitur cruditas, quæ stabulando materia illa crassa & glutinosa cruditate collecta lapidescit, etiam in blando calore. Blandus igitur calor calculum facit. Commemorabile illud est quod scripsit Hippocrates. In pueris calculum nasci *υμερόστατοι*. Consensus est omnium interpretum de calculo loqui Hippocratem, cuius naturam explicauit per nomen *αδύρακτοι*, sed nemo explicauit quare dixerit *υμερόστατοι*. Sic enim dicitur post mentionem. Dico igitur quod *υμερόστατοι*, non dicitur antequam vrina collecta fuerit in vesica. Ergo *αδύρακτοι* *υμερόστατοι* dicitur calculus, qui fit in ipsa vesica, qui verò in renibus nascitur, *αυτῶν* *υμερόστατοι* appellatur. Propterea scripsit Hippocrates. Ante pubertatem non fiunt nephritici, peripneumonici, nec pleuritici ratione fuscipientis causæ. Pueri enim abundant sanguine multo, qui in corporis incrementum facit, & mitis eorum calor est, sed cum pubertatem attingunt, à 14. ætatis anno ad 42. natura omnium morborum est feracissima. Sed à pubertate non nascuntur calculi in vesica, nisi aliunde uenerint, inquit Hippocrates. Et hæc sententia est vera: sed diæte vitium, otium, intemperantia facit calculos, peripneumonias pleuritidas. Nam si natura in offenso cursu moueatur, & ex natura quis moueatur, non potest ante pubertatem fieri pleuriticus, cuius materia sanguis est biliosus, pueri verò blando sanguine sunt præditi, quem in incrementum & nutrimentum absumunt, nec debent sanguinem fundere ante pubertatem. Sed quid est, aliunde uenerit? Id est nisi è renibus in vesicam prolapsus corticatum crescat. Non possunt igitur fieri calculosi *αυτῶν* *υμερόστατοι*, sed *υμερόστατοι*, nec possunt fieri nephritici ante pubertatis annos. Quod si calculosi fuerint, non erunt calculosi *αυτῶν* *υμερόστατοι*, sed *υμερόστατοι*, quia crassior vrina fit & fibræ sunt infirmæ, ac laborant in excernendo, & illa glutinosa materia corticatum in maiorem molem crescit accedente potissimum diæte vitio, vt intemperantia, quia stomachus satisfacere non potest edacitati. Hippocrates lib 4. de morb. scribit, Pueros fieri calculosos è lacte nutriticis. Calculus vitio lactis fit, si nutritrix sit malè constituta, vel *υμερόστατοι*, natura, vel valetudinis cura, vt si pituitosa, si vniu bibat liberaliter, si vescatur salis, piperatis. Nam quale alimentum, talis sanguis, qualis sanguis tale & lac, vt scripserit Aristoteles nutriticem bibulam, vini potricem, compotricem non minus peccare in commoda factus, quam si ipse infans vinum biberet. Quamobrem, quæ, vt inquit Tullius, cum lacte nutriticis fugimus imitamur. Sic & calculi principia ducuntur ex lacte nutriticis. Perspicuum est ex his locis non esse calculosos *αυτῶν* *υμερόστατοι*, contra eos qui volunt omnem calculum è renibus rudimentum trahere. Si non ita sit quis malus genius, vt ita dicam, induxit in animalium doctissimis viris, calculos non gigni in vesica, quin prius è renibus rudimentum traxerint, multis ad opinionem firmandam adductis rationibus, quæ nullis sunt momenti. Nam sæpe ipsi vidimus calculos è renibus in *υμερόστατοι*.

Calor natiuus puerorum multorum bonorum auctor.
Cur puerorum aqueæ vrinae fu- nescit.

Cur consilio in pueris non tam terrificum quàm in iuuenibus.
Calculi in pueris generatio.

Calculi natura ab Hippocrate explicata per *αδύρακτοι*.
Calculi in vesica fit *υμερόστατοι*.

Natura omnium morborum ferax à 14. ad 42. ætatis annum.

Qui morbi non fiunt ante pubertatem.

Calculi in vesica è renibus prolapsus corticatus crescit.

Pueri calculosi è lacte nutriticis ex Hippocrate.

Contra eos qui volunt omnem calculum è renibus rudimentum trahere.

coniuncta est ad exclusionem concitatur, calculus appulso opprimit sphincterem, unde illa doloris acerbitas post mictionem, certum signum calculi stabulantis in vesica. Secundariæ iuuenibus & constantis ætatis viris à 42. ad 63 annum non nascitur in vesica, nisi aliunde venerit. Sed hic locus nos admonet ut dicamus quomodo nephriticus dolor à colico distinguatur. Ferè enim consociatio est nephritidis & colicæ, sed propriis signis distinguuntur. Existunt quædam communia, ut vomitus primum pituitosus, deinde æruginosus, pituitosus materiæ morbificæ antecedentis euacuationem adfert, quæ cruditas est soboles, deinde æruginosus biliosus. Præterea quod ad doloris acerbitatem accedit somni vacuitas: quotiescumque autem hoc accidit, biliosi humoris & æruginosi perennis est generatio, nihil enim facit corpus æquè infirmum quàm cum dolor addit humorum corruptionem ad corporis infirmitatem. Nephriticus dolor fixus est præ pondere, dolore grauis, situ ipso, & signis antecedentibus & coniunctis denunciat ipsa affectio, & vt læsa functio partis affectæ cerum est iudicium, sic & pars affecta specie affectionis indicat. Existunt igitur, apparent absunt signa communia, propria, antecedentia, consequentia, syllogistica per communicationem partium, quæ faciliè attrahuntur in sympathiam renibus dolentibus. Ad distinctionem ergo doloris nephritici à colico, sciendum est quoddam tria sunt tempora. Vnum generationis, secundum mansionis, tertium exclusionis. Dolor generationis est inflammatorius, nisi fortè ex glutinosa materia & blando calore nascitur calculus in stomacho renis. Dolor exclusionis est peracutus, cum appellit ad caput aquæ ductus, & propter exquisitissimum sensum graui affert symptomata. Dolor mansionis est grauis. Sic Medicus distinctiones doloris intelligit per ipsius tempora, & vt sunt, sic & iudicari debent. Ad generationem prohibendam mollire oportet, si acer sit & tenuior humor morbificus, si blandus sit, ad mansionem oportet lætare, ad exclusionem oportet decipiantur ex falso credita doloris leuatione, vt si quis per duas, tresve horas miserè vexatus, eius mitescat dolor, putabit se renem. At non exclusi calculum. Nam renes excutiunt se ad rei molestæ exclusionem, sed labore fatiscunt, unde doloris quædam leuatio esse videtur, qui tamen paulò post interdum repetit. Intra est omnibus partibus officialibus vernacula quædam facultas, qua excernunt quicquid molestum est; non autem id fit ratione duce. Itaque ea facultate vernacula excutiunt se renes. In nephritico dolore sunt vrinæ tenues propter violentum raptum, & renis obstructionem, ac sicut in diabete, qui vinum album simul atque in stomachum incidit, & quis è mensa secessit, secernunt & vi quadam rapiunt. Sic renes inflammari vi rapiunt serum è vicinis partibus, quod legitimum mansionis tempus non habuit. Primum quidem cum in arenis & exigua asperitate, deinde cum multo fabulo rubro & sandaracham referente. Crassiores excernuntur si calculo ad exitum viam affectante. Nam in bonis ducitur, funditur vrina, quia perturbationem renum esse significat. Quod signum est se renes præparare & accingere ad exclusionem, iudiciumque est iam iam futuræ leuationis per exclusionem. Dicitur fuluum, modica bile tinctum, & vinum Gallicè, vinum paille, Gallicè. Idem significat quod sandarachodes. Ergo signa calculi quibus deducimur ad cognitionem morbi partis obsessæ, causæ morbificæ, & temporum hæc sunt. Dixit Hippocrates; In rene dolor grauis. Hic dicitur grauis, qui neque pungendo, neque abradèdo molestus est, sed pondere quodam proprius est mansionis dolor grauis. Btenim nephritis repente oritur, colicus dolor non repente. Grauis dolor renum in mansione fit, materia renum glutinosa est & in renibus stabulatur, atque ab acri calore concrefcit. Tria sunt tempora calculi, deinde, deinde, deinde. Dolor omnis nephriticus est fixus non vagus, ad radicem infimè notæ costæ pertingens. Præterea dolor ille augetur repletionem alimenti in stomacho & stercoris in intestino, inquit Galenus, vbi quid sit explicat ex libro 2. de diarr. morb. acut. quando intestina replentur stercore, cibis non potest conuenienter dari, nisi depleatur prius intestinum. Distertum colon intestinum quod renibus adiacet causa est cur æger dolore augetur, sed dolor hic fugax est, nam clystere quiescit. Sed si non, hoc est, alimenti actu aut in

Distinctio nephritici doloris à colico.

Tria calculi tempora vario dolorum genere distincta.

Ad generationem calculi prohibendam. Ad mansionem. Ad exclusionem.

Nephriticum.

In rene grauis dolor.

Propria signa doloris nephritici. Quis sit oïtos.

remota potentia aut propinqua, vt sanguinis appulso fiat dolor (tata est consociatio alimenti cum nostra substantia, vt sit ipsa substantia nostra in potentia) Si igitur exempli gratia vena adiposa per acerbitatem doloris sanguine sit distenta, non tam faciliè leuationem habebit sanguinis detractione. Nà quod fixa est non tam faciliè leuationem recipit, quàm quod adiacet. Ergo bene qui consulunt qui clysteres immittendos præscribunt, qui per se profunt, & excrementa proluunt, & habiliora ad excretionem reddunt, subducunt aluum, ne amplius excrementum comprimat faciunt, & renes ipsos calore suo tepido fouent. Sed si ab alimento in potetia propinqua sit dolor, sanguinis detractione à brachio vel potius è poplite leuatur dolor. Pituita primum vomunt à cruditate & imbecillitate stomachi, si perseuerauerit, vomunt æruginosa propter doloris acerbitatem accidente somni vacuitate, quam subsequitur humorum corruptio. Et ea vomitione viridis & æruginosi humoris leuantur calculosi, quæ sistenda non est, sed procuranda potius: Nà tantum detrahatur humoris ad generationem calculi idonei. Sed sunt signa antecedentia. Officium est renum secernere serum à sanguine, vbi statim & à naturæ præscriptum tempus in venis cunctatū est, deinde in vesicam infundere ad vniuersam faciendā. Sed si renes concepterint celerius motu & naturæ instituto, opinionione medici & ægri, vrinam ducit. Cruda funditur vrina propter cruditatem, & propter obstructionem meatuum renum. Sed quando in calculo excretio in propinquo est, excluditur. Quod si attritu calculi exulcerentur renes, sanguis meitur per aphor. 78. lib. 4. Sequuntur signa consequentia per communicationem & viciniam partium: stupet femur, membrorum genitalium contractio quædam est & dolor, vt alteruter ren est affectus. Nam si dexter afficiatur, dexter quoque testiculus & dextrum femur patientur. Nam à trunco inferiore venæ causæ ducuntur venæ renales, tum adiposæ tum spermaticæ, postremò lumbares. Si igitur ren distendatur, vna quoque & aquæ ductus distendentur, tum etiam perturbatione sanguinis, qui intus continetur, tum meatus qui pertingit ad crus opprimitur, oppressio meatu spiritus animalis aditu prohibetur, & intercluso spiritu stupor excitatur. Qui fit aut ab oppressione nerui, aut à compressione. Sed illa paralyticam denūciat & est magis terrificæ. Hæc sunt calculi signa, dolor fixus non vagus, qui est in mansione grauis, in exclusione acutus. Signa communia, vomitio pituitosa, deinde æruginosa & biliosa. Consequentia, vrinæ initio tenues, deinde perturbatæ, frequens mienidi cupiditas, stranguriæ quædam species propter sympathiam micturium, micturiendo mientur, & micturiendo frequens est necessitudo. Hæc igitur ducuntur à parte, per sympathiam vicinia non communionem. Stupet crus, vena distenditur, mitte sanguinem, inquit Hippocr. i. recto fibrarū ductu aut eiusdem lateris affecti, vt affecto reno dextro, dextri, sinistro, sinistri, non ut i. ad perpendiculū, aut inueau, à plomb. Quibus duobus modis ut i. ab Hipp. vsurpatur. Non idem curandæ nephritidis & colici doloris modus est. Primum, illorum consociatio est per sympathiam distentam. Omnis calculi nephritici matrix cruditas est. Quare bene consulunt, qui bis in mense ad arcendā & leuandam nephritidem vomitionem præscribunt. Vomitio enim arceat & leuat nephritidem & quo liberalius vomunt, eò magis leuantur. Sed vt vomitio leuationem affert, vt paroxysmum sedat, ita diathesim ex toto non tollit. Distento colico stercore, & stomacho nimia ciborum copia repleto opprimuntur renes vicini & afflato datur afflictio. Si igitur nephritis opinionem dat edacitatis, præscribunt vomitum. Exclusa cruditate non potest in maiorem molem crescere, nec in rebus, in pueris existit in vesica. Potest tamen aliquando esse à renibus à praua distentia. In iuuenibus verò & vesicæ & renum non est in renibus. Si igitur vomuerit, non erit tanta humoris copia, quæ possit vt iam dixi, distentia. Atque ita confert ad leuationem paroxysmi nephritici, & amotionem causæ antecedentis. Primum igitur clystere molliens venter est, & si nimia humoris abundantia natet ab edacitate & crapula, vomitionem ceterè oportet. Quia autem ferè semper nephritidi consociatur colicus dolor per viciniam, quia colon comprimit renes, & dolor augetur, propterea veteres iubent, vt nunquam incumbamus curæ nephritidis, priusquam clystere duxerimus aluum

Clysterum vsu

Sanguinis detractione.

Vomitum.

Renis officium.

Sanguinis mictio à calculo.

Signa consequentia.

Stupor femoris.

Signa doloris nephritici.

ut i. duobus modis ab Hippocrate vsurpatur.

Præcautio nephritici doloris.

ut i. in pueris existit in vesica.

(antequam vomitio citata fuerit) clystere, qui paretur ex discutiendis & mollimentibus, quibus discutiantur flatus, & materia quæ stabularur, euacuetur, isque clyster sæpius est repetendus. Profecto ad nephriticum dolore mirificè confert detractio sanguinis è poplite: Sed non habemus chirurgos eam secandi peritos. Non tamen imperanda est in virium infirmitate: ubi enim res effœtæ languent, resolutur virtus omnium partium retentrix, quæ resoluta, sine virtute naturæ & imperio fertur humor in omnem partem & sola virtute partium doloris obsidione leuantur. At si rebus omnibus consideratis & si ubi est magis opis indigens natura, eò citius opitulandum, si symptoma est magis opis indigens quàm vis morbi, symptomati primum succurrendum, & contra si morbi vis magis sit opis indigens, ad eam curationem prius dirigemus. Alius igitur leni medicamento ducenda est, clysteres injiciemus, venam secabimus, vinctionibus & fomentis vtemur. Sed ita parari debent, vt non laxentur fibræ, quia sola virtus partium doloris leuationem affert, partium verò resolutio materię morbificæ capacissima est. Bene igitur Hippocrates docet quod in pleuritide bonum est fotu discutere pleuriticum dolorem, sed si intra biduum non quieuerit, sinem fouendi facito, quia diuturnior sit dolor, ac propterea suppurationum faceres. Præterea *Ἐπευφραγή*, id est calidum balneum aquæ dulcis, si quis eo diutius vtatur, carniū effœminationem, imbecillitatem neruorum, stuporem mentis adfert. At *Ἰσχίω* in substantia & temperamento partis est, sic *Ἰσχυίω* est in officio, quod manat ab ipsa parte, quo inter se distinguitur. Per *Ἰσχίω* dolor omnis euincitur. per resolutionem omnis pars omnis doloris capacissima est. Vtimur & vnguētis. Excellentissimum est ex parietaria fixa, ex adipè suillo. Sacculi etiam parantur ex seminibus lini & fœnugræci, quæ macerantur in lacte. Remediis quoque leniētibus atque laxantibus vtendum est, vt clysteribus ex decocto rerum emollientium cum butyro recenti, cum oleo, terebinthina veneta, & remediis omnibus lenientibus sumendis & injiciendis. Oleum prodest amygdul. ad 3.2. cum tantillo vini. Oleum semini: lini inter *παρυρρημα* principatum obtinet. Nam faciunt partes *ἀπαλωμα παρυρρημα* ad partem attrinet & remedium eius est *λεπθυπηκόν* humoris morbifici. Melicratum dilutissimum est *παρυρρημα*. Syrupus violatus & aqua decoctionis hordei & glychyrrizæ sunt lenientia. Hippocrates aphor. 6. sect. 6. lib. 3. Epid. Iuuenes, inquit, elleboro purgare, venam poplitis secare oportet. Galenus in commentario quærit ab vtro aspiciendum? Phlebotomia elleborum præcedit. Dedit summus præceptor ad amotionem causæ antecedentis, in quo tanta est vis purgandi, vt priusquam ad tenuia intestina perueniat, totum corpus per vomitionem expurget. Sed dat sine febre elleborum, scilicet album, quærit inquam Galenus ab vtro sit aspicienda curatio? Dixit: Quotiescumque duorum solemnium remedium necessarius incidit vsus, phlebotomia scilicet & purgationis, à phlebotomia est aspiciendum. Primum quoniam distentæ sanguine venæ aut natura aut valetudinis cura, aut febrili symptomate augent obstructionem, ab obstructione putredinem. Propterea voluit vt ineunte morbo detraxeretur sanguis si quid mouendum videretur. Propterea etiam scripsit Hippoc. *Si quis à detrahendum est, initio moue: mouere autem non cruda sed cocta oportet, πύπια φαρμάκων.* Hic autem aphorismus intelligendus est de sanguinis detractio. Resoluntur alioquin vires ægri, & effœtæ redduntur. Vbi natura opprimitur humorum copia, nihil potest naturaliter excerni: Tum corpora debent fieri meabilia, cum purgare consilium est, quod præstat phlebotomia, meabileque reddit corpus, tum ad amotionem causæ morbificæ, tum ad libertatem meatuum. Iuscula præscribuntur ad præcautionem *λεπίδα* & curationem eiusdem, quæ præscribuntur ex pullo hordeo infarcto, cui addunt *λεπλωπηκόν* & *ἀσπυλωπηκόν*. Postquam leniendo partem obsessam & tenuendo materiam morbificam præparaueris, remediis vtendum est, quæ calculum excludunt: vt nuper notauit de quodam qui immisericorditer cruciabatur nephritide cum inflammatione coniuncta, & qui liberaliter bibebat. Exegi octo dies in vsu lenientium, detractio sanguinis tum è poplite facta, sedata inflammatione, præparata materia, sedato dolore; decoctum argentinæ, vel aquam cum syrupo de limonibus dedi, iussi vt equitaret. prolapsus est calculus scilicet in vesicam: in eius curatione vtebatur alij Medici, sed male, nephriticis, primum leuioribus, deinde fortioribus. Inter lenientia

Clyster. Sanguinis detractio è poplite.

Diuturnioris fetu damna. B' alnei vsus diuturnior. Ixus & diuax. Vnguenta. Sacculi.

Clysteres.

Olea.

Lenientia & paregorica.

Cur phlebotomia purgationem præcedere debeat.

Iuscula ad præcautionem & curationem calculi.

Historia.

Decret.

lenientia accensetur decoctum chamæbati, id est, rubi idæi, vel fragorum, id est radix fragorum sic dicta quasi humi nascentia, vnde Poëta:

Huminafcentia fraga.

Sequitur vt nephritica diuretica præscribamus, quæ excludendo calculo suam dicarunt operam. Nephriticorum remedium duo sunt genera. Sunt enim quedam lenientia & paregorica parti affectæ & dulceratæ dicata. Nam paregoricum remedium proprie ad partem affectam præscribitur, vt *πυπια* ad humorem qui in vitio est. Ergo superest vt demus operam deturbando calculo nephriticis & diureticis, quæ commoda sunt tantum secando & detergendo. Quæcumque autem tenuandi & detergendi facultate prædita sunt, diuretica & nephritica existunt, cuiusmodi sunt amara omnia. Sed inter nephritica quæ qualitate & complexione sunt eiusmodi, quædam proprietate occulta sunt nephritice, vt sanguis hircinus qui dicitur adamantem frangere, eadem ratione dicitur habere vim frangendi calculum qui in renibus continetur. Sed hoc remedium magis opinione duce quàm ratione inuentum est, quia sanguis effusus nullam habet *φωκάλω*, vt neque sperma: & sanguis concretus sanguinis naturam exiit. Præscribitur tamen ab omnibus practicis, & ab Aëtio traditur præparatio & conseruatio terræ 3. ferm. 3. cap. 12. (Vide & Trallianum cap. de calculo.) Iugulatur hircus vindemiarum tempore, quia vis vescuntur hirci, vt & vulpes, ac eo tempore *ἄχυλιδω* cum *δραπυρία* coniunctam habent: Medius sanguis recipitur qui è venis riuulosè fluit. Hic sanguis in ollam injicitur, arundine dissectatur & diucllitur in tenuissimas partes, quoniam facile concrefcit (omnium enim animalium sanguis, si ceruum exceperis, simulatque effluxit, concrefcit) & sub dio in linteo raro expositus vertitur in puluerem, & datur ad 3.1. vel ad 3.1.β. & mirificos afferre fructus ad frangendum calculum putatur: Dico tamen opinione duce potius quàm ratione inuenta esse hæc remedia. Est enim sanguis calidus hircinus frangit lapidem, non eandem vim habet siccus & concretus, quia non habet *φωκάλω*, vt lac & semen. Sed quæro; Quare medius potius quàm qui primus? Nam quò longius abest sanguis ab hepate, eò purior est, & quò propius accedit ad partes nutriendas, eò impurior. Quoniam omne alimentum eiusmodi est, vt sit ea materia in potentia, in quam commutari debet. Est scilicet calidus qui ab hepate excluditur tanquam excrementum, sed mitificatur in corde, in meatibus ac tubis coquitur, ita vt cum ad partes nutriendas peruenit, in quibus longissime abest ab hepate à quo manauit, sit purissimus. Quare non video quare reiciunt eum qui primus effluit, cum præstantior sit, quia proximè in partis substantiam conuenit potest. Respondent tamen id fieri quia crudescit primus ab ambiente, vt si quis in excusationem afferat seri à sanguine per vulnus manantis. Solinus, Dioscorides & alij Medici lapidem Iudaicum tum renium tum vesicæ lapides frangere scribunt. Noster verò autor ait Galenum velle eiusmodi lapidem frangere calculum renum tantum, non vesicæ. Imò Galenus non probat rationem Dioscoridis & veterum. Nam calculus vesicæ non potest frangi lapide Iudaico. Nam medicamentum integris viribus non potest in vesicam peruenire. Sed demus peruenire, vis eius infringitur amplitudine vesicæ, aqua & vrina, qua semper natas, membrana & inuolucro, quo inuolutus est calculus, tum duntaxat ipse calculi. Sed hæc dicentur ex professo in capite de calculo in vesica. Sed sola sectione curatur. Propterea Hippocrates peritissimus Medicinæ præceptor nullum aliud inuenit remedium quàm sectionem. Ridet igitur Galenus opinionem Dioscoridis, qui multa ex aliorum scriptis in libros suos transtulit sine delectu. Datur lapis Iudaicus cum oxymelite quod est nephriticum & diureticum, vel cum 3.3. aquæ conuenientis, vt aquæ raphani, argentinæ brugæ spinæ, decoctionis herbæ iudaicæ, quam polygonum mas nominauimus. Bestiola in lapidariis fodinis adhærescentes mirabiliter iuuant. Sed hæc remedia sunt *ἔξωθεν*. Legite initio lib. 10. *Ἐπιπύπια* distinctiones remedium nephriticorum, quorum duo sunt genera, quæ vim in tenuando & detergendo sitam habent. Inter hæc autem remedia oblitus est autor cerebrum picæ, quod confert etiam si Cerebrum picæ

Nephriticorum remedium duo genera.

Diuretica & nephritica.

Nephritica proprietate occulta.

De sanguine hircini.

Lapis Iudaicus.

Dioscorides & Galeno irrisus.

Lapis Iudaicus vsus.

curfu prehensa fuerit, & verum est. *Allez en la Beauce, & prenez une pie à la course, vous n'aurez jamais la pierre.* Quiescere enim non conuenit, sed exercitatione opus est. Calculus est *ουροπέτρος*, inquit Homerus, osor quietis. Conuenit radix raphani acerrimi qui Gallicè dicitur *resora*. Sunt enim raphanorum duo genera. Sunt qui dicuntur *raueneaux*, & illi exerti apparent. *font raux doux*. Sed raphanus hæret fundo, vt radix non sit conspicua, donec tridente euulsa appareat, & vocatur raphanus, & in his locis rarè visitur. Qui cum omni substantia & omni parte calidissimus sit, cortex tamen calore cæteras partes vincit. Omnium enim radicum & plantarum & arborum cortex ligno calidior est vt guaiaci. Sic cortex radicis cichorii, petroselini, calidior chorda est, quæ contenta est in centro. Semper enim sursum calor vergit. Non debet exhiberi raphanus priusquam vomitio citata fuerit, alius ducta repetito clystere & præmissus vsus remedium propriorum fuerit. Nam tota materia & glutinosa humor

Exercitatio calidulosa; salutaris. Radix raphani.

Remediorũ ordo.

Terebinthina.

Distinctiones in calculi curatione obseruanda.

Iustinianum.

τρεβινθία ἢ περὶ τέρπυρον. Terebinthina est imperanda ad præcautionem: ad exclusionem etiam foeliciter imperatur. Terebinthina qua vtimur laryssola est & *καυσόμαχος*: nam veram non habemus quæ est *εὐσώμαχος*. Sed vt vincatur laryssola illa amaritudo, quæ stomachum subuertit, hiera miscenda est. Ad cautionem autem si sit temperamento calidiore & ficciore calculosus, interdicendum est omni re acris, sed lenientibus paregoricis & deriuantibus vtendum, vt decocto pulli infarcti hordeo; purgandum cassia; balneum aquæ dulcis imperandum, corrigenda diathesis nephritica, vel iure gentilitio vel temperamento acquisita. Sed si homo sit pituitosus, si edacitate, si crapula, si otio gignat calculum, si venæ angustiores, incidentibus, tenuantibus, & disseccantibus vtendum est ad præcautionem. Et hæc distinctiones diligenter sunt obseruandæ. Vbi igitur lenicis & laxaueris, quia antequam dentur nephritica, faciendum est corpus vomitione & alui ductione, lithontribon est exhibendum, cuius descriptio est in antidotariis & constat ex omnibus herbis, radicibus, corticibus, foliis, floribus, ex omnibus aromatis, quæ tenuitate substantiæ, amaritudine, acritudine vim habent tenuandi & detergendi, quæ facultates in omnibus nephriticis tantum insitæ sunt. Nomen habet *Ἰουστινιανῶν τέρπυρον* *renum non vesica*. Ad excludendum calculum exhibetur Iustinianum, id est, puluis Iustini Diaconi descriptus apud Aëtium tetrab. 3. ferm. 3. cap. 12.

℞. ossium ceruinorum vstorum quadrantem libræ. i. *℥* 3. castorei, piperis alb. agarici non trochisc. acori, id est, calami aromatici vulgò dicti, ameos, castæ, anomi, saxifrag. cortic. capparis, rad. panacis, calaminthæ, coaguli leporis, serpilli, petrosel. ana *℥* 1. mell. quant. suff. *ἢ ἄχου* (in Græco exemplari, excipiendis illis rebus) fiat opiata.

Vnde dicatur opiata.

Vermes terreni.

Guaiaci lignum.

Guaiaci vsus.

Detur ad magnitudinem nucis ponticæ, inquit Aëtius: Ego verò nucis auelanæ, & singulare remedium est ad nephriticos dolores. Opiatæ nomen venit ab opio. Theriaca dicitur per excellentiam ab opio, opiata, vnde omnes confectiones quæ complexione similitudinem theriacis referunt, *υπερθερμικαὶ* & improprie dicuntur opiatæ. Ad hæc quoque valet puluis vermium terrenorum. Nam obstructione tollere dicuntur, propterea imperantur ad ieterum. Guaiacum quoque lignum frangendo lapidi singulare præsidium putant, iusta quidem ratione, quoniam est acre & amarum præsertim cortex. Cortex guaiaci vim habet incidendi, tenuandi, & detergendi, ideoque biliosis & microcholis non est accommodatum, sed in iis potius augebit *δυσουρίαν* nephriticam: Quin etiam materiam gignendo calculo idoneam subministrabit: & in calidioribus etiam naturis facit ieterum, & hepar quod debet esse *εὐχολος* facit, *αἰμαῖον ἢ ἀσπαρῖον*. At qui obæsi sunt natura, angustiores sunt venæ & qui pituitosi ab edacitate & crapula, iis ad præcautionem exhiberi potest, qui *δυσουρίαν* nephritica non sunt nephritici, sed a blando calore & glutinosa materia, facilis in calculum in vesica mutatio est, non sine

periculo

periculo exhibetur iis qui sunt biliosi. Ratio enim habitus corporis ineunda est, nam magis tenuantia quam gracile corpus perferre potest corpus obæsum natura & educatione. Nam qui natura sunt obæsi & fato, inquit Hippocrates, celerius moriuntur quàm qui graciles. Inter diuretica à multis commendatur limonum succus, sed non est tutus limonum succi vsus, quòd aphras facit in ventriculo, vnde lænteria: Vt vidimus ipsi calculosum, qui vsu limonum ad frangendum calculum in renibus, læntericus interit: Quo dissecto inuenimus calculum maiorem ouo gallinæ: Cui medicinam facere non potuimus, & illum illa molestia expedire, ponimus propter virtum infirmitatem, quæ venerat ab aphris ventriculi, non potuerunt dari nephritica. Si translatus est calculus in vesicam, modò in vesica non natet, ad incisionem confugere oportet. Calculus aut è renibus in vesicam prolabitur, vel vesicæ affigitur, vel in vesica natat, vel in vethram infigitur & sese insinuat. Si natet & appellat ad vethram & mictionem *καρπυρῶν* impediatur, depellendus est immisso cathetere, vel candela. Quo modo dixi de quodam, qui exclusit calculum è renibus in vesicam maiorem nucleo dactyli, qui natabat in vesica & mictionem prohibebat & immissa candela attritus fuit & tandem exclusus.

Limonũ succus.

Historia.

Calculi è vesica cãutio.

ANT. VALETII EXERC. XLVIII.

Calculi, lapides, areaulæ, sæpe præter naturam in renibus coguntur, humore scilicet aqueo ac terreo, tenaci præsertim & glutinoso, eo conflente, cuius portio tenuior caloris accessione exhalat, crassior exusta, exsiccatâque spatio corporis in substantiam toptho similem & lapidosam conuertatur. Vide Galen. comment. ad sent. 6. sect. 1. lib. 6. Epid. Vnde de prompta reperias, quæ de calculi causis & signis fusius ab Hollerio memorantur.

De calculo atterendo cum cogitat medicus præpurata prima corporis regione blando cathartico, aut iniecto clystere, toti prospicit corpori sectione venæ, si plenitudo adit: si fluxionis metus & inflammationis in propinquo sit, si dolor intolerabilis, atque adeo grauis febris urgeant, viribus alioqui constantibus, peritunditur vena axillaris interna cubiti directo, quanquam Galen. in nephritico dolore venam poplitis, aut malleoli secat. Quod non fit nisi in inflammatio, fluxio aut copia sanguinis aliud suadeat. Mox conueniet purgare, vias lenire, ac laxare. Purgatio ergo sit eiusmodi.

Calculi renum curatio. Gal. cap. 17. lib. De curand. rat. per sanguin. misionem.

℞. cast. sũt. recens è canna extr. *℥* 6. rh. elect. pul. *℥* 1. diaphœnic. *℥* 3. cum pul. nere glycyrrhiz. & tragacanth. f. bol. parui, obeluis inuoluui. Vel *℞.* rh. elect. *℥* 1. B. agar. troch. *℥* 1. infundantur seorsim in aqua parietar. vel vino albo, vel cicer. rub. decoct. cum taniulo cinam. Factis express. adde syr. de alib. vel de scolop. aut glycyrrh. & cathol. ana *℥* 3. B. potio.

Pauperibus in oxymelite Galeni, aqua parietariæ, aut decocto radic. aperientium dissoluitur *℥* 1. cathol. cum *℥* 2. diaphœnic. Syluius putabat clysteres maiorem habere vim quam quæ per os sumuntur, quia integris viribus ad renes perueniunt, ipsos onere magno leuant, ac velut fomento quodam dolorem mitigant. Sic autem parantur.

℞. malu. bismalu. parietar. berul. ana *M. i.* flor. cham. melil. ana *p. 2.* semin. anisœnic. ana *℥* 2. f. decoct. & colatura ad *℔* 1. In qua dissol. benedic. laxatiu. & hiera ana *℥* 3. terebinth. Veneta *℥* 3. mell. ros. colati, sacchar. rub. ana *℥* 1. olei rutac. & aneth. ana *℥* 1. B. f. clyster. Vel. *℞.* decoct. remoll. addita *℥* 3. B. semin. faxnic. vel hydromelitis bene coct. *℔* 1. In qua dissolue qua supra.

Quod si lenientius tantum sit dolor, ex ol. amygd. dulc. lini, & chamæm. ana quart. i. f. clysterie decocto clystere hæc imperentur.

℞. ol. amygdal. dulc. *℥* 2. vini maluatic. *℥* 4. Cap. post clysterem *℞.* parietar. *M. 3.* friganur cum oleo de scorp. & amygd. dulci. f. cataplasma pro renibus.

Si calidiores fuerint renes, illinetur eorum regio oleis ros. & violaceo lotis in aqu. plantaginis, aceto tantulo addito. Ab his præscribetur apozema ad calculum conuertendum, quale hoc est, quod Holler io & Syluio fuit familiarissimum.

R. rad. althææ, gram. acetos. petros. ana ʒ. i. brugespina & ramuscul. eiusdem, serratura ligni guaiaci ana ʒ. i. cortic. rad. cappar. thamarisc. & fenic. ana ʒ. ʒ. semin. anis. fenic. milij fol. hyper. semin. cucum. cuscut. citr. ana ʒ. 2. folior. bismalu. M. 4. beton. viol. malu ana M. i. end. scariol. agrimon. ana M. ʒ. folior. pariet. capill. vener. ceterach. scolopendr. cuscut. ana M. i. passul. mundat. iuiub. ana num. 12. fruct. alkekeng. num. 30. flor. beton. hyperic. bismalu. n. alu. thaps. barb. viol. borrag. ana p. 2. aquar. stillatit. halicæ. parietar. end. portul. acetos. chamamel. succ. limon. ana ʒ. 2. aqu. fontana puriss. q. satis f. decoct. ad ʒ. 2. In colatura dissolue syrup. de althæa & de limonibus ana ʒ. 4. f. apozema conditum ex arte. Vel in colatura dissoluta ʒ. j. sacc. & syrupor. prædictor. ana ʒ. 2. f. syrup. perfectè coctus, utendus per se, vel cum vino albo. Vel *R.* rad. petron. fen. apij, temperatar. in aceto fortissim. per noctem. cordibus abiectis, ana ʒ. ʒ. rubr. maioris ʒ. i. capill. ven. ceterach. adianth. bardan. ana M. x. semin. anis. alth. milij fol. ameos ana ʒ. ʒ. semin. mel. ʒ. i. uuar. passar. ʒ. ʒ. glycyrrhis. ras. ʒ. 2. cicer. rub. trium flor. cardiac. ana p. x. aqu. fen. fusi. vini alb. ʒ. ʒ. f. deco. & ad ʒ. x. In colatura dissol. syr. capill. ven. & exymelius simplicis ana ʒ. 2. f. apoz. in treis dof.

Vulgo probatur decoctum cicer. rubrorum. Ioannes Vassæus Medicus celeberrimus improbabat, quod renes vlcerare contenderet ex Dioscoride. Eius loco aicbar saluberrimum esse remedium decoctum summitatum althææ, brassic. rub. cum melle optimo, & butyro recenti. Huius decocti vsus esse debet per dimidiam horam ante pastum.

Alij iuscula instituunt ex malu. bismal. pimpinel. saxifrag. berul. herniaria, violaria rad. appæ maioris, asparag. quinque foliis cupressi, ciceribus rub. rad. petros. fenic. in aqu. fontana ad mediæ partis consumptionem, quorum vsus sit ante pastum. Obesis corporibus, iisque prius bene purgatis, guaiaci. decoctum conferet. Honoratus Castellanus maximè probabat decoctum vriticæ nouellæ, sed præsertim veris initio vsque ad Maium. Efficacius fuerit, si sumpta electarij sequentis tabella vna superbibatur.

R. nucl. persic. ʒ. 2. lapil. lync. Iudaic. ana ʒ. i. milij fol. gran. alkekeng. gram. ana ʒ. ʒ. polypod. ʒ. i. genist. asparag. semin. basilic. ana ʒ. 2. nucl. mespilor. ana ʒ. i. ʒ. semin. apij, saxifrag. fenugr. ana ʒ. i. semin. bismal. dauc. ana ʒ. i. electarij lithontr. ʒ. ʒ. Puluerata singula excipiantur saccharo anthosato in aqua parietaria. siue saxifrag. dissoluit. siântque tabella ponder. ʒ. 3.

In præscribendis eius generis remediis habeatur ratio naturæ ægri, & ænis. Vbi enim frigus dominatur semin. apij, petron. Maccdon. saxifrag. alpar. addi possunt, vbi verò calor, semen. acetos. end. pepon. melon. pulu. diatraca. canth. frigid. Ad conminuendum & deturbandum calculum, sunt qui gallinæ ventrem excuteratam malo citrio vno minutissimas in partes dissecto, semin. bardan. melon. alth. ana ʒ. ʒ. & cicer. rub. p. 2. infarciunt, elixant, iusculum sorbendum exhibent, idque continuant per aliquot dies, post terebinthinæ vsu.

Alij has pilulas maximè commendant.

R. lapid. Iudaici. lync. ana ʒ. i. nucleor. mespilor. ʒ. ʒ. tragacanth. gumm. ce. rasor. & persic. ana ʒ. i. teruntur omnia, & incorporantur in ʒ. i. terebinth. pro dosibus ʒ.

Hoc quoque vulgi experimentum minimè contemnendum.

R. rad. enul. ʒ. ʒ. granor. alkekeng. ʒ. 2. baccar. iuniperi ʒ. i. glycyrrhis. ʒ. 6. omnia iusa in vino albo bulliant, colatura deur.

Lignei ramusculi, vel cortices radicum brugespinæ siccantur in clibano, vt teri possint in mortario.

Puluis

Puluis transfunditur per setaceum, vt sit tenuissimus. Exhibentur eius pulueris ʒ. 4. cum ʒ. 4. vini alb. bis in mense, aliis opportunis calculo arenulis, semel. Infinita alia reperiuntur remedia, in quibus præscribendis eam cautionem seruare nos oportet, vt nimium acria & calida diuretica (quæ a Gal. libr. 5. lioqui vrinæ cohibitio huic affectui familiaris exposcit) declinemus. Hæc enim calculum cogent magis, & indurarent. Si ex decidio calculo renibus vlcus impingatur, proderit terebinth. emullio amygdal. ex aqua hordei, vel mulla, vel plantag. decocto, addito syrupo de althæa. Si calculus in veteribus resistat, fatus, balnea semi. cup. vias dilatando præstante erunt remedio.



HOLLERIVS.

De lapide vesicæ.

CAPVT. XLIX.



Calculus vesicæ curatur eodem modo, quo calculus renum. Nihilominus tamen in calculo vesicæ fortioribus opus est medicamentis, quàm renum.

Calculus vesicæ si per fistulam v. vinariam exitum non habeat, sola chirurgia curatur.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Signa lapidis in pueris sunt, vrina aquea, similis lactis fero, sedimentum arenosum & tensio virgæ, alioqui non conueniens illi ætati. Cum factus est, difficultas meendi, vrina subcruenta, dolor in eius excretionem, pruritus in præputio ex motu lapidis & arena, vel etiam lapilli parui ex attritu. Certissimum signum, si meiendo aliquid egerunt, aut egerendi cupiditate tenerunt. Cum sedent repente, vel sedendo concutiunt vehementer alterum pedem, dolorem sentiunt iuxta anum, in ima parte pudendi. Nonnulli iubent ad certiore distinctionem ægrum equitari, saltare, exerceri que vehementius. Inde exhiberi lapidem comminuentia, & subsidientia in vrina inspicere. In qua si tribus aut quatuor diebus puluis appareat, lapidem esse durum: si lapidum frustra, & quasi arenæ tophum: si nihil horum appareat, lapidem proculdubio non esse. Sed cauendum, ne exercendo in ardorem vrinæ incidant. Ponunt autem tripliciter in vesica lapidem generari. Ex arena, sed raro, vnde fit tophus: ex lapide iam in renibus concreto: & ex face vrinæ. Cum verò lapis iam vlcus excitauerit, aut carnem, signa confundi. Omnibus tamen certiora signa digiti in rectum inestinum, cui vesica incumbit, immissio, & cathæter, sed quæ non sine dolore adhibentur. Suppressa vrina corpore supino & conuulsio si prodeat, lapis meatum occludebat. Neque cathæteri semper fidendum. Mercatori cuidam omnia calculi vesicæ signa aderant. Cathætere probari non potuit. Mortuo duo magni calculi inuenti sunt, singuli ʒ. ij. ʒ. membranâ inclusi, vtrique sua. Vbi concretus in vesica, ferè maior euadit ob maiorem capacitatem vesicæ, & colluuiem. Tum non mutatione ætatis, sed

DD

folia Chirurgia curatur. Atque aliquando liber est, interdum hæret vesicæ; nec nisi vi extrahitur. Nam vt matula excrementa hærentia contrahit, ita vesica imbecillior. Deinde imbecillitate vesicæ & angustiis viarum impeditur exclusio. Hinc mors, quia febris & inflammatio sequuntur. In consilio secandi videndum qua parte sit, & an sine periculo eximi possit, an pertinaciter hæreat, an sit in meatu virgæ, & anfractu colli eiusdem. Contusio ab asperiore & longiore operatione inflammationem, gangrænam, mortem denique infinitis adfert. Sunt, qui iniecto oleo scorpionum & aliis per penem contendunt frangi posse. Vidimus mulierem, quæ inunctionibus & suctu penis multos liberauit. Sunt qui napo orbiculato oleum accommodatum immittunt. Naptum coquunt: deinde ad modum emplastri pubi admovent.

Sunt, qui aperto vesicæ collo, quomodo Lithotomi faciunt, viam aperiant nulla vi eiusmodi illata, quæ inferri solet à vario genere feramentorum, vbi calculus extrahitur. Atque ea ratione facta viâ, aliquando sponte naturæ calculus, nisi grandior sit, excluditur. Hoc in mulieribus facile ob breuitatem & rectitudinem colli vesicæ, vix tamen sine læsione aut laceratione sphincteris, vnde sequitur inuoluntarius vrinæ exitus. In viris difficilius ob reflexionem, quæ fit in modum literæ. S. tutior tamen videtur hæc ratio. Sed si lapis grandior sit, instrumentis intrâ frangendus. Deinde sectio facienda paulò supra anum qua parte est sphincter secundum fibras rectas.

IN CAPVT XLIX. DE LAPIDE VESICÆ.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

Quomodo generatio calculi in vesica differat a generatione calculi in renibus. Duplex calculi generatio.

Adem planè generatio est calculi in vesica, quæ in renibus ipsiis: Nam hoc vno excepto, quod in renibus nascitur calculus sæpè ab acri humore & materia tenui & acri, in vesica semper à calore blando, & glutinoso humore, præsertim si *σφύππαρον* calculi sit in vesica, nec aliunde venerit. Etenim duplex est calculi *σφύππαρον*, le moule, Gall. id est duplex fundamentum & *σπυρξίς*: Vnum in renibus, alterum in vesica. In calculo puerorum *σφύππαρον* est in vesica: in calculo iuuenum & hominum constantis ætatis in renibus ipsiis: in senibus à 63. ætatis anno ad vltimum vsque vitæ diem in vesica, vt in pueris ipsiis. Vt planè his explodatur doctissimorum sententia qui pertinacissimè defendunt omne calculi *σφύππαρον* esse in renibus, non in vesica. (Voco *σφύππαρον* quod prius existit, & ad quod noua affluens materia circumstruitur, *comme ce qui est au fond d'un peloton de fil, soit papier ou autre chose, autour de laquelle vous tournez le fillet, qui va-toujours en grossissant.*) Nos ex Hippocratis doctrina dicimus *σφύππαρον* calculi vesicali in pueris & senibus à 63. ætatis anno ad vltimum vitæ diem esse in vesica: in iuuenibus autem & constantis ætatis in renibus. Ergo à glutinoso humore & blando calore in vesica nascitur. Duplex est, vt diximus, *σφύππαρον*; Vna *αὐτογενής* quæ fit sponte naturæ, quia renes secretrice facultate prociunt serum è venis, attractum demittunt per aquæ ductus in vesicam, & tunc perfecta *σφύππαρον* dicitur cum continetur in vesica, & huius *αὐτογενής σφύππαρον* vitia cernuntur in mansione vt in diabete: Altera est *σφύππαρον σφύππαρον*, cuius vitia sunt in excretionem, vt stranguria, ischuria, dysuria. Calculus itaque vesicæ vbi ad iustam peruenit magnitudinem, vesicæ molestus est, & eius magnitudine, asperitate, pondere, negotium faceffit, & illa molestia vesica ad exclusionem concutitur, vnde dysuria & alia veniunt grauissima symptomata. Ad calculi dignotionem perducimur, tum ex signorum antecedentium, consequentium & coniunctorum perspicentia, tum ex præsentibus symptomatis.

Duplex σφύππαρον.

ptomatis, quæ faciunt opinionem calculi in vesica, primigenia aut secundaria *Signa calculi vesicæ.* coagmentatione. Si quis primum nephriticus fuerit, & prolapsus fuerit è renibus calculus in vesicam, credibile est fore calculosum in vesica, quod *σφύππαρον* venit è renibus; deinde si glutinosa materia, quæ è toto corpore in vesicam prolabitur & exitum non habet, itaut in vesica contineatur, opinionem faciet calculi vesicalis, quia à blando etiam calore & materia glutinosa cogitur calculus. Si sabulo albo præditas vrinas excreuerit, & sabulum illud subliterit, calculum in vesica esse pronuntiandum est. Symptomata quoque nos ad calculi vesicæ cognitionem ducunt. Primum in nube, perinæo, pectine sensio grauitatis percipitur, & grauis præsertim dolor, cum quis descendendo cæspitat. Sentitur enim grauitas & molestia, sed & meiando egesturitur, & egesturiendo meit. Aliquando sub finem *σφύππαρον* grauis dolor percipitur, quoniam dum se colligit vesica ad exclusionem vrinæ, calculus opprimit sphincterem musculum, vnum certissimum signum calculi stabulantis in vesica: Vrinx excernuntur *γαλακτώδεις*, meiendi cupiditas, asperitas calculi nunquam offendit vesicam. Signa hæc sunt antecedentia, adiuncta, & consequentia. Itaque frequens meiendi cupiditas cum vrina *γαλακτώδεις* & doloris acerbitate sub finem meiendi coniuncta, signa sunt coniuncta calculi in vesica: Quibus accedunt antecedentia, vt si quis primum fuerit nephriticus, & prolapsus sit calculus in vesicam, accedunt & quæ commemorauimus. Est quidem vrinx cupiditas, sed quia vernacula facultate vesica concutitur ad exclusionem ipsius vrinx, calculum autem non potest, ac in ea complexione comprimitur, nec ante dolor quiescit quam ad pristinum statum fuerit restituta. Et sunt *γαλακτώδεις γαλακτώδεις*. Cur vrina sit vrinx mitione alienæ materiæ, qui in vesicam è cerebro defertur. Laxantur enim fibræ, expultrix infirma redditur, quo fit vt ingens affluat materiæ copia, quæ vrinas facit *γαλακτώδεις*. Dicamus igitur hoc theorema iam citatum; Frequens meiendi cupiditas cum vrina galactode, & doloris acerbitate sub finem mitionis coniuncta, certissimum calculi vesicalis signum est. Ad quæ symptomata & signa accedit experientia: Nam admissio cathetere deprehenditur in vesica. Nam cum vesica mollis sit, quicquid intus durum deprehenditur, calculi opinionem facit. Sed tamen sæpe decipiuntur chirurgi, quia cathetere immisso non potest deprehendi, eò quod multa pituita crassa & lenta sunt *σπυρξίς*, *σπυρξίς*, & *σπυρξίς*. Nunc de curatione dicendum. Vesicæ calculus non nisi sectione detrahi potest. Rationes adferam quas didici à præceptore Syluio in explicando Galeni loco de lapide Iudaico, in quo Diolcoridis opinionem ridet, his verbis: Medicamentum integris viribus ad vesicam peruenire non potest, vtque concedamus peruenire posse, infringitur nulla vis. vis medicamentis tum amplitudine vesicæ, tum vrina qua natat, tum calculi duritie, tum inuolucro & pituita multa, qua circumuoluitur. Hæc sunt rationes præceptoris doctissimi. Sed extat locus Galeni commemorabilis ad aphor. sect. 5. libr. 6. Epid. Vbi docet morbum inrescentem mitione sanari. Morbi crescentes non sunt vt epilepsia, sed sunt morbi *δύσπερσοι* & ingravantur mitione potius. Sed & calculus vesicalis qui primigeniam habet in vesica coagmentationem, in pueris non nisi chirurgia sanatur. Præterea Hippocrates in sacramento Medicinæ cum adhibuisset manus ad luxationem curationem, vltimum, vulnere; Non secabo, inquit, calculosos, sed illius artis operariis relinquam. Diuinus vir nullum inuenit remedium, quo frangi calculus possit. Existunt tamen periclitatores, qui pertinacissimè defendunt frangi posse. Abhinc tribus annis cum in sectione illustrissimi Principis Condæz filij conuocatus essem cum meis collegis, periclitator quidam interfuit, qui asseueranter retulit se curaturum sine sectione: Sed quia Illustrissimum Cardinalem à Borbo- *Historia de Marquisio Condæz.* nio noluit fieri periculum in nepote, adductus est puerulus calculosus decennis, in quo fieret periculum. Ille periclitator exhibuit remedium; interit exulcerata vesica & ventriculo. Nacti sunt duo lapides crassiusculi integri, neque villo modo vi medicamenti, etiamsi acerrimi detriti. Locus est insignis apud Hippocratem libr. 5. Epid. de calculo agens, vbi quoque de vi acriorum medi-

Calculus vesicæ sola sectione extrahitur. Lapidus Iudaicus nulla vis.

camentorum. Ex quo perspicuum est nouum non esse videre eiusmodi periclitatores. Quare qui calculum habet in vesica, patiatur extrahi sectione. Sed crudele remedium est: in certo est quid consilij capiam: si relinquo, vitæ timeo: si curationem adhibeo, crudelitatem remedij pertimesco. Dubia verò salus certa desperatione potior esse debet. Dubia salus est in sectione: certa desperatio si reliquero. Præstat igitur cum dubia salute curare, quàm cum certa desperatione relinquere. Sequenti capite multa de calculo explicabuntur.

ANTON. VALETII. EXERCIT. XLIX.

Lapidis vesicæ
causa ex Galen.
comm. ad sent. 15. vt
vesicæ ipsius circa
vrinam obuolutionem
fieri vetet. Huius
quoque causa
crassus est & crudus
succus per venas cum
vrina in vesicæ
capacitatem delatus,
qui tanquam sæx
subsidents sensim
lapidescit. Quam ad
causam accedunt
inmatura vesicæ
frigiditas (neruosa
enim est & exanguis)
amplissima eius
cauitas (vnde non
necesse statim
humorem illum
excerni) longior in
vesica eiusdem
humoris cunctatio.
Sæpe tamen lapis
ille è renibus per
nephriticos dolores
excidit. Signa sunt
assidua pene
pudendi frictio,
erectio cum
meiendi desiderio,
incessans alui
soluendæ libido,
vrinæ crudæ,
&c. Quod si
calculus in
vesicæ ceruicem
se intruserit,
vel vrina
continuo
propellitur,
& guttatim
emittitur,
vel
supprimitur
omnino. Curatu
difficilis est
vesicæ lapis,
quia
medicamenta
integris
viribus,
ob
longitudinem
vitæ,
eò non
pertingunt,
& durior
est
in
vesica,
quam
qui
concreuit
in
renibus,
lapis. Si
tamen
non
ita
fit
magnus
& prædurus,
post
vacuatam
si
fuerit
opus
per
venæ
sectionem
corpus,
& redundantem
humorem
perpurgatum,
sicut
injectiones
per
fistulam
argenteam
in
vesicam,
quales
succo
limonum,
saxifragiæ
& similia,
vel
ex
decocto
conuenienti
& oleo
scorpionum
concinnantur.

Signa lapidis
vesicæ.

Vel & crescion. parietar. ana M. i. petros. cum radice. p. i. f. decoct. in aqua pariet. & vino alb. ad lb. i. ex qua cum melle Narbonens. hydromel. colatum & clarificatum pro iniectione.

Satius etiam fuerit, maximè si suspitio sit calculum esse in meatu vrinario, huius decoctionis vaporem in vesicam recipi per infundibulum oris angustissimi, vt calculum, aut materiam crassam, viscidam, ipsi hærentem dissoluat. Ex vsu quoque erunt iunctiones pubis & perinæ ex axungia cuniculi, ol. scorpion. item emplastra ex gummi ammoniaci, bdellio, sagapeno, dissolutis in aqua saxifrag. oleo scorpionum, additis pulueribus lapillis Iudaici, lyncis, & similibus ante explicatorum. His si nihil proficitur, tota spes curationis ad lithotomiam conuertenda, rarum est, & miraculo plenum naturæ opus, quæ nonnunquam viam sibi molitur, per quam calculum excludat. Id mihi alias, dum Burdegala agerem, videre datum est vna cum Emanuele Phaurino, Medico & Philospho eminentissimo, præceptore meo mihi multis nominibus semper obseruando, colendo & memorando. Erat in suburbiis Diui Seuerini lignarius faber, qui calculo vexabatur, figura, vt postea ex conspectu constitit, longiore. Hic cum ab ima parte acutior & asperior esset, vesicam prærupit, tum & testiculorum tunica præfracta post multos ac pene intolerabiles dolores, tandem in conspectum venit quo facillè deducto cum multi hominem moriturum iudicarent, ille tamen præter opinionem conualuit, hoc solum ex tanto malo homini incommodo relicto, quod inde semper vrinam reddit. Idem de quodam Nicolo rustico recenset Beniuentius cap. 78. lib. de abditis morborum causis.

HOLLERIVS.

HOLLERIVS.

De ardore vrina. CAP. 30.

IN iudicijs acutarum & febrium & bilis plurima aliquando excernitur à natura, quæ si diffluit in vesicam, ardorem vrinæ facit. Vrina sero sanguinis & bile constat. Cum autem alterum acrius, vel augetur proportio bilis, ardor vrinæ fit. Vrina omnis acris est, sed multò maximè sentitur acrimonia, si pars vlcerata est, effluit. Ad vesicam glandulosa sunt corpora, quæ humorem reddunt, vnde vrinæ acrimonia temperari potest. Ea exsiccantur immodico coitu, morbo aut medicamento, quæ causa ardorem vrinæ gignit. Sanies quoque acris ex superiori corpore in vesicam defluit, quæ vrinæ mixta ardorem facit. Cognita causa de phlebotomia, purgatione, & alijs remedijs cogitandum. Phlebotomia conuenit cum calidius corpus est, è brachio.

Purgatio & diuertèdo, & acriorem humorem repurgando conuenit. Sed priùs considerandum est, an solùm leniendum, an etiam detergendum. Vbi sola humoris acrimonia est, leniendum solùm. Vbi vlcus, etiam detergendum.

Leniendo conuenit Cassia: detergendo, terebinthina. Vtriusque virtus augetur, aut temperatur iis, in quibus dissoluitur. Itaque si leniendum, imperabis ʒ. x. cassiæ, aut ʒ. j. dissoluesque in decocto iuiubarum, passularum mundatarum, scabestæ, prunorum & similia. Si detergendum simul & leniendū, dissolues in aqua hordei, in sero caprino, in iulepo violato, qui & lenit & deterget. Terebinthina, vt priùs dictum est, vtèris. Aliquando rhabarbari ʒ. aut ʒ. iij. vi. ʒ. ij. cassiæ commiscebis, atque ita dissolues, vel cum saccharo coges in bolum.

Quod attinet ad reliqua remedia, reuocanda sunt in hunc locum, quæ de Stranguria ab vrinæ acrimonia dicta sunt. Si tantùm humoris acrimonia est, leniendum: si etiam vlcus præterea, detergendum & consolidandum. Leniunt iulepus & syrupus de violis, malua, & bis malua frequens vsus. Aqua ex iisdem distillata. Decoctum glycyrrhizæ rasæ, passularum mundatarum, prunorum, iuiubarum, sem. communium frigidorum, psyllij, cydoniorum, lac muli: bre, oua & similia. Imperabis ergo.

ʒ. aquæ malua ʒ. iij. iulepi violati ʒ. j. ʒ. Atque vbi leuiter detergendum, vtèris syrupo viol. de iuiubus, de nenuphare, de papaure. Et his quidem magis, si maior ardor est, hosque syropos dissolues in supradictis decoct.

Semina melonum excorticata & mundata ʒ. pondere, aut ex iisdem seminibus, semine cucumeris & cucurbitæ cum amygdalis dulcibus imperabis lac amygdalinum, aut hoc ipsum inbebis com-

DD iij

Et diuturna
rura, necnon cr
propria p
licium affecta,
aut etiam mater
r. a auer
sione, ve
in parotidibus
surditat.
2 Abradendo ex
asperando, & in
s. mmando.
3 Quia est sym
ptomatiu
vesicæ, non au
tem ipsius vesicæ
symptomata.
4 Si serum in vi
tio sit, & estu in
canduerit: aut si à
missione bilis ar
dor vrinae fiat.
5 Humoribus ad
intestina deri
uando, qui fere
batur ad renes.

parari, dissolutis amygdalis in decocto prædictorum seminum: atque ubi vigeat ardor, semina hyoscyami albi & papaveris albi & psyllij commiscebis. Sem. lini, althææ & cydoniorum, eidem vsui esse possunt, si parentur, ut dictum est, ut vel hordeatis, vel lacti amygdalarum misceantur. Deterget iulep. id est, aqua sacchari: sed leniet magis, si saccharum violatum sit. Plurimum laudatur medicamentum ex trochiscorum alkekengi ʒ. j. iulepi violati ʒ. iij. Hocque vtendum erit, ubi maior ardor est. Lac muliebre & bubulum leniens magis. Ouum confirmat. Caprinum & asininum detergent magis. Serum separatum ab his generibus lactis magis detergebit. Sed quia ardoris sensus magna ex parte sentitur ad collum vesicæ & extremitatem glandis, propterea iniectionibus in colem, turundis quoque in foramen virgæ vtendum est. Leniendo lac muliebre iniiciendum est.

Liquor tenuis albuminis oui agitati, atque despumati, vel hoc.

℞. mucagi. sem. psyllij & cydoniorum extractæ in aqua cucurbitæ, violarum, malux ana ʒ. ʒ. lactis muliebris ʒ. j. liquoris oui ʒ. iij. misce pro iniectione.

In maximo ardore mucagines feminis hyoscyami & papaveris commisceri possunt, vel caphuræ Gr. 6. aut plura. vel opij Gra. 2. aut 1. Turunda intingi debet cerato rosaceo Galeni, quod ita comparabis.

℞. olei rosarum ʒ. vj. lauetur sexies ex aqua rosarum. Deinde cum ʒ. ij. ceræ lotæ fiat ceratum liquidum in duplici vase.

Potest & hoc ceratum refrigeratum affundi succo plantaginis. Et hoc magis, ubi extremitas virgæ vlcera est.

In dolore vehemente dissolues caphuræ ʒ. j. in aquæ rosarum aut violatum ʒ. j. vel in vino dulci: opij Gra. 2. atque ita linamentum, id est turundam, in his liquoribus madefacies, & molliter indes in virgam.

Si detergendum, supradictis iniectionibus addes saccharum, ut non solum lenias, sed etiam detergeas, vel aquam hordei, vel serum lactis cum modico saccharo. Cum verò vlcera deterfa sunt, conueniunt, quæ consolidant, vt.

℞. sarcocolle ʒ. j. amyli cerussæ lotæ ana ʒ. ʒ. nutriantur in lactis muliebris aut caprini, vel ouilli ʒ. ij. Fiat iniectio in virgam quæ ter aut quater in die repetatur. Aliud:

℞. aluminis plumæ (sciiffile vocatur à Galeno) sacchari ana ʒ. j. mellis ʒ. ʒ. vini albi austeriusculi ʒ. ij. leuiter bulliant. De colatura fiat iniectio. Conueniunt & hæc.

℞. succi virgæ pastoris depurati, succi plantaginis ana ʒ. j. boli armænæ, mummiæ ana ʒ. ʒ. misce pro iniectione consolidante.

Trochisci de carabe, de terra sigillata, bolus armena, tragacanthum, trochisci de spodio ʒ. j. pondere dissoluntur in ʒ. ij. succi equiseti, plantaginis, iul. pi violati, syrapi myrtillorum, diluti, ubi consolidandum est. Sed trochiscis de carabe in maiori ardore vtendum est.

In cura

In curatione ardoris vrinæ clysteres 6 ex iis, quæ leniunt, iniici debent. Quales multos habes de dysenteria. Atque ubi humoris acrimonia causa est, sudoris prouocatio & vomitus ex vsu sunt. Inunctiones pectinis & perinæ, è descripto cerato, rosaceo, oleo violato, de nenuphare, de mandragora, de salice, cucurbita & cucumere.

Balnea, immersio pudendi in 7 decocto leniente.

Laudatur à multis iulepus ex aqua acetosæ & quarta parte sacchari violati. Postremò partes affectæ roborandæ, de quo in Gonorrhæa.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

PER penem redduntur vrina, ramenta, pituita, vermes, pus, semen & sanguis. Vrina duabus partibus constat, sero & bile. Hæc si superat, aut serum fit acrius, fit vrinæ ardor aliquando etiam per crism. Sunt & glandulæ ac parastatæ humore quodam tanquam saluâ confectæ, quæ vrinam temperant. His resiccatis aut male affectis idem quoque ardor excitatur, id est, dolor quidam, qui sentitur inter meidum. Multæ quoque sunt aliæ causæ, quæ ad dysuriam pertinent. Sæpe pituita putris, aut salsa, vt in senibus, aut pus acre permiscetur vrinæ, eamque acrem reddit, aut illa omnia cum vrina exeuntia dolorem excitant, præsertim si qua sit exulceratio, aut inflammatio. Sed in vlceratione ramenta quædam simul conspiciuntur. Non erit inutile sigillatim de singulis agere, non solum ad huius affectus distinctionem, sed multorum etiam aliorum, quibus hic permiscetur, aut similitudine quadam respondet. Puris & pituitæ differentia obseruanda, tum ex iis, quæ præcedunt, tum ex natura rei. Pus præcedit dolor, cruor, grauius olet, minus viscosum est. Contraria in pituita. Nam rarè dolor, nisi cum putris, salsa, frigidior. Memini frequenter vidisse interceptam vrinam crassa pituitâ, quæ dolorem & ardorem, vt in calculo, excitaret. Vidi & intolerabili cruciatu aliquot diebus affectum, qui pituitæ partes velut crystalli, aut concocti succi, quem gelatinam vocant, globulos colore aqueo pellucidos eminxit. Duos itidem, quibus pituita putrescens in vermes vertebatur, quos emingebant. Beaucler Aduocatus post dolores renum magnum vermem eminxit. Quidam literas ad Hispanum scriptas ostendit, quibus consilium petebatur pro calculoso, cui eiectis calculis aliquid & arenulis proderant duo vermiculi acuto capite, corniculato, ventre & dorso testula inductis instar testudinis, nigri, nisi quod rubebant ventre. In quo videretur generatio quædam esse à putredine pituitæ, calore multo totius venosi generis eam pituitam ita conformante, quemadmodum cum fit verum, id est, capillitium illud, de quo agit Galen. Aphor. 76. libr. 4. id est, pituita, quæ in longum diducta à calore exurente capillos repræsentat aliquando ad dimidium cubitum, ex vsu crassioris alimenti genita, quæ cum vrina crassa excernitur. Viscidior enim fit, & resiccatur non omnino quidem, sed vt in longitudinem produci possit. Aliquando animatur, vt cætera animalia, quæ ex putredine ortum habent. Archigenes fieri putauit à fluxione mucosa, vnde & foliacea, & veluti pili, aliquando implexi, breues, longi, & materia quædam è venis ad renes, ubi cogitur. Galenus scribit, in quibus talia exeunt, semper vrinam esse crassam. Contrarium experientia docuit. Quidam annis plusquam viginti tales vrinas cum capillitio emisit ruffas, mediocri consistentia, non crassas. Temperamentum illi erat biliosum, satis tamen quadratum & carnosum corpus. Multis idem contingit: aliis cum crassa vrina. In Præside Longueil pituita lenta, corrupta, quam incredibili quantitate multis mensibus eminxit & deiecit, quoties sumpsit medicamentum, cum vrina tenui, serosa, simili sero lactis. Opportunus erat arthritidi & calculo. Sed vròque affectu liberatus, vigiliis frequenti mictu dolorifico

6 Ut ex decocto malua althææ violaria, decocto capiti veruicini.

7 Ut in lacte in quo decoctum fuerit verba-scum.

Vermes per vrinam excerti.

Urine cum capillitio emissa.

torquebatur. Malum modò remissius, modò acerbius per frigora & humidum cœ-
lum. Modò stillicidium, mictus exiguus & frequens, modò vrina largior. Remitte-
batur dolor, cum acerbior redibat. Penis & crura condolebant. Vrina modò mor-
dax, modò contrà. Eadem omninò apparuerunt in procuratore ad Paruum pon-
tem. Vtrique ætas annorum circiter 32. hepar calidius, sitis multa. Sed Præses na-
ribus nihil expurgabat, alter contrà. In sacerdote Normano multa mucosa per v-
rinam prodibant, sæpè emingebat. In his omnibus cum pituita acris, salsa, putris,
frigidior erat, dolor excitabatur. Creditur tamen pituita viscida & parum permix-
ti, cum dolore excreta & magno conatu in vlcere renum aut vesicæ calculo tan-
tùm emitti. In asthma aut simili affectu, morbi vel magnitudinem, vel muta-
tionem significat. Quæ omnino sine dolore erit, & infundo crassiori farinæ simi-
lis apparet. crudus succus est. Quem sæpè sequitur renum aut articularum dolor
aut calculus, aut morbi longitudo, aut corporis consumptio. Pus refudat & ef-
fluit ab abscessu, inflammatione, vlcere. Non semper sanguini permiscetur. Mul-
ti. n. renum abscessus reperiuntur, in quibus pus solum, certis intervallis cum vrina
excernitur, vt in duabus mulieribus, altera vxore Senatorij Consulis Claudij Fa-
bri, altera vxore Vincentij Fabri negotiatoris. In aliis quoq; qui inde tabidi mor-
tui sunt. Sanguinolentum aliquando. Vtrumque exactè vrinæ permixtum, aut re-
sidens, sed post longum tempus, vrina etiam inde crassiore reddita, è renibus est,
præsertim si dolor fixus in lumbis præcesserit, aut calculus reiectus fuerit, aut ex
vretibus vlceratis transitu calculi, vel in illorum ciuitate orta post vlcus carun-
cula. Sed copiosius è renibus, quàm vretibus. Cito subsidens, viscidum, muco
permixtum, cum scammulis minimè carnis, è vesica si nullus dolor in lumbis
aut circa pubem grauitas præcesserit. Sine vrina profluit è pene, vt dicemus. Ne-
que tamen è renibus, aut vesica semper exit. Ab omnibus enim ferè partibus su-
perioribus miro naturæ artificio, & per corpus conflatile facta exudatione modò
in intestina, modò in vesicam exoneratur. Mulieri cuidam intolerabili cruciatu v-
rina purulenta profluebat. Mortua post quartum mensem, & dissecta, duo calculi in
corde cum multis abscessibus paruis inuentis, renibus integris & viuis vrinæ.
qua verisimile est, aut potius necessariū, pus acre per vrinas naturam expurgasse,
quoad fieri potuit. Carnosa ramenta à renibus: fursuracea non semper à vesica. In
febru enim ardente & colliquatè à tunica venarum ita exesarum acrimonia (quo
modo à cutis superficie pituita falsa & mordente erosa) fursures redduntur. Ali-
quando in eadem febre ardente ab adusto sanguine, præsertim crassiore & melan-
cholico, ac veluti in cinerem resoluta. At in vrina medicrriter habente, agroto
non febricante, à vesicæ scabie & prurigo oriuntur. Semen præter naturam & vo-
luntatem effluit vasīs relaxatis, imbecillibus post immodicum coitum, colliquato
corpore, vlcere irritante, frigidis flatibus generantibus, acriore semine, retento ob
contortionem pudendi. Si nihil horum neque renes neque vesica patiantur, fre-
quentius Parastata, aut glandulæ semen retinentes, quæ sunt in vasīs circulariis
in parastatas desinentibus, aliquando præter naturam affectu laborant. Sunt autè
multi, vt inflammatio, vlcera, scissuræ, resiccatio. Inflammatio sine coitu à semine
retento, & illic putrescente, vnde puris reiectio, pudendi mador, erectio, aliquan-
do etiam à partibus vicinis inflammatis, vt in hæmorrhoidibus: nonnunquam
de fluxu humorum post equitationem longam, celerem, acrium nimium vsuum. In
vlceribus maior puris quantitas, minor ardor, quàm in inflammatione. In scissu-
ris, solus vrinæ ardor absque puris emissione. Si post coitum præsertim cum infe-
cta, Parastata aut glandulæ inanitæ & calfactæ halitum quandam tetrum contra-
xerunt à concubitu, efficitur ardor vrinæ, quem vulgò propriè vocant *Chaudepif-
ses*. Erigitur veretrum, vrina cum maximo dolore redditur, sanies liuida, virescens,
mordicatio in meatu. In erectione pudendi fit etiam contractio cum dolore, non
in neruo, cauob nuper nonnulli scripserunt. Nam sic erigeretur potius, quàm
inflecteretur: sed ob plenitudinem, vel inflammationem, vel inanitionem in-
meatu vrinæ. Vnde sæpè fit, vt qui tum vtuntur coitu, vt erecto membro illis
scissura fiat, aut vlcus. Hinc vel exitus vrinæ quasi cuniculis factis per anum,
aut aliquam aliam vicinam partem, vel carunculæ, tanquam fungi concrescen-
tes, aut tubercula in anfractu colli vesicæ, aliquando in reliqua fistula penis, à
quibus.

Calculi in corde
inuenti cum ab-
scessibus.

quibus & *ισχυρία*, & dolor grauis in meiando. Oribasius calore loci scribit hu-
iulinodi *ισχυρία* celeriter suppurari ex Hippocrate. Experientia tamen docet
sæpius canem absumentibus curari. Sæpè hic decipimur specie calculi: vt in
nobilissimo viro post vrinæ cruciatum in octauum mensem ambigentibus Me-
dicis & Chirurgis de calculo, adhibitis frustra remediis tandem apertio facta, vt
solent Lichotomi. Liberatus omninò dolore non inuento calculo sed carne in
collo vesicæ, quæ paulatim consumpta est conuenientibus remediis. Horum o-
mnium affectionum curationem exponere non est huius instituti.

ADMIRALI
D'ANNE-
BAULT. Ca-
runcula in vesica
collo calculum e-
mentia.

IN CAPVT L. DE ARDORE VRINÆ.

DVRETI ENARRATIO.

De ardore vrinæ) quæ sensationem excitat caloris acerrimi suo pte vitio, vel *Ardor vrinæ.*
alieno.

Diffluit in vesicam) toto corpore, i. Epid. aut parte aliqua.

Vrina omnis acris est) quantumuis naturaliter sit constituta.

Acrimonia temperari potest) eluditur acrimonia naturalis vrinæ.

De phlebotomia, purgatione, &c.) ex perspicua causæ suscipientis, & effi-
cientis.

Phlebotomia tum conuenit) Si ardor vrinæ symptomaticus sit, non autem criti-
cus: vt si serum æstu incanduerit, & saturata sit multa bile vrina.

Sanguinis mistio.

Purgatio & diuertendo) si modò petihæa vrinæ, critica non sit sed sympto-
matica.

Solum leniendum) in vesica, & fistula vrinaria, ac venis ipsis, in partibus vnde
manat, per quas fertur, & vbi excipitur vrina.

Vbi vlcus, etiam detergendum) expurgando sero acriore, & renes demul-
cendo.

Detergendo) in vlceris susceptione.

Vtrinque virtus, &c.) vt si cassia dissoluatur in decocto tamarindorum pin-
guium, florum violarum, nenupharis, prunorum damascenorum, præterea de-
cocto glycyrrhizæ.

(Imperabis 3. x. cassia) vel fumes bolos cassiæ ex cochleari cum syrupo viola-
to, aut etiam nenupharino.

*Cassia exhiben-
dario.*

(Si detergendum fistulæ leniendum) vt renibus vlcere obsessis, vnde peren-
nis stranguria, vel rupta pulmonis vomica, vnde fugax stranguria, vel euane-
scente parotide, cuius materia effunditur per aquæductus vrinæ.

(Si tantum humoris acrimonia est.) vt in iis qui post diuturnum cibi fastidium,
narante aluo nimia humoris maligni abundantia, tandem deprivatione humoris
ad vrinæ ductus, facti sunt appetentes, & rebus conuenienter oblatis gaudentes
ex lib. i. Epid. atque ita morbo defuncti sunt, qui ante lethalis videbatur.

IN CAPVT L. DE ARDORE VRINÆ.

DVRETI IN SVAM ENARRA- TIONEM ANNOTATIO.

Expositis omnibus symptomatis *επιτομία ασηματων* (*ασηματων* vocamus i-
Epsam, quæ sponte fit) quæ venit à vesica, cū scilicet vel in meiando laboramus, *πρωματι*.

*Quid sit οσηματι
ασηματων &
qua eius sym-
ptomata.*

id est, vrina non redditur ex animi nostri sententia, aut cum doloris acerbitate excernitur, aut omnino supprimitur quæ sub nomine dysurix, strangurix & ischurix comprehendimus. Superest vt dicamus de vitio ipsius vrinæ. Multum enim interest inter vrinam & *ὑρῆν*. *ὑρῆς* non est nisi cum è renibus in vesicam serum à sanguine secretum infusum est, & à vesica continetur, & sit sponte naturæ: at vrina sponte nostra excernitur. Sed extremum illud erat, vt de *ὑρῆσι* π *εγερτικῆς* vitio, id est de vesicæ calculo diceremus qui vrinæ difficultatem parit. Nam omnes calculosi, & ineunte *ὑρῆσι*, & sub finem laborant, & dolent. Et est *ὑρῆσι* π *εγερτικῆς*, quando vesica accingitur ad exclusionem vrinæ, aut rei, quæ aut copia aut qualitate molesta est. Meiendi calculosi laborant, sæpe meiunt & difficulter meiunt, propter mistionem alienæ materiæ excernendi facultatem irritantis, vt pote pituitæ. Vnde vrina calculosorū sæpe apparet lactea, vnde illa vrina est acrior & exasperando ceruici molesta, vnde *ἀχρονία*, cum incipiunt, laborant meiendo, & *πυλῶντα*, laborant vitio & oppressione ipsius calculi. Nam dum se colligit vesica ad exclusionem, calculus sphincterem comprimit, eaque compressio acerbissimè doloris consecutionem affert sub finem mictionis. Est igitur difficultas, vrinæ vitio calculi, & vitio vrinæ. Sæpe meiunt calculosi, quoniam sæpe concutitur vesica ad exclusionem calculi, vnde & difficulter meiunt. Ex his collegimus hoc theorema: Frequens meiendi cupiditas cum labore & vrina lactea sub finem *ὑρῆσι*. Coniuncta, signa sunt calculi in vesica stabulantis & deltescentis certissima. Accedit & illud Hippocratis ex Coac. animaduers. *ὁ ἀριθμὸς τῶν οὐρητικῶν, ὅς ἐστι τὸν λίθου μὲν ἀεὶ ὁμοίῳ πρὸς τὸν ὑρῆσι, ἰσθμῶν ὑρῆσι.* Calculosi ita collocati, vt calculus non prolabitur ad fistulam vrinariam facilius meiunt. De natura calculi quæ sit illius causa effectrix, quare nascatur in pueris & senibus sexagenariis, hæc explicata sunt (Aucennas repetit bis nasci in pueris, & iis qui hos ætate sequuntur, vbi loquitur de coagmentatione ipsius calculi) Dicitur denique de calculi curatione, quæ in sectione sola consistit, quædo calculus in vesica stabulatur. Abhinc sexdecim annis venit Agendico nobilis quidam vir, qui in vesica habebat calculum non minorem ouo anseris, vt post interitum ex dissectione perspeximus, veritus crudelitatem remedij, quorundam consilio bibit succum limonium per menses tres interijt, aphthis ab eo succo in stomacho excitatis. Itaque cum morbi crescentes ex Gal doctrina non possint curari nisi mictione, inter quos calculum vesicalem in pueris annuerat (& epilepsiam puerorum nõ poterit nisi sectione curari. Sed hanc rationem ferunt Empirici (qui potius periclitatores nominandi sunt, cum experientia Medicorum propriè, & veri Empirici Medici sint) quando legibus & exemplis pugnamus, medicamenti vim esse pertimescendam, quam ventriculo inurit & partibus per quas fertur: tum etiam cum ab œsophago ad ventriculum defertur, vnde ad duodenum immisum ad venas mesaraicas illabitur, inde ad hepatis gibbas partes, inde ad eiusdem cauas, vnde per venas emulgentes ad renes attrahitur, attractum in vesicam effunditur, quò cum peruenit, amplitudine, vrina, lentore quo inuoluitur calculus, duritie quoque ipsa infringitur illius medicamenti vis qui possit calculum comminuere: hanc illi afferunt comparationem: Eadem vis est nostrorum remediorum, quæ globorū missilium, qui si contorti in solidos & duros lapides, minuunt illos & elidunt, à lana verò & mollioribus rebus eliduntur, vt videre est in vrbū obfidione & oppugnatione: Ita nostra, inquit, diuretica à ventriculo, ab intestinis, ab hepate eliduntur, sed quando perueniunt ad vesicam, calculum durum confringunt. Sed tamen nullum vidimus qui conualuerit, qui iaterierit quamplurimos. Sed si quis curationem recipit, id chirurgia præstandum, quæ tamen non sine delectu adhibenda. Si enim dolor sit intolerabilis, non est adhibenda. Quod si feceris propter inflammationem & exulcerationem, in exitum ægrum præcipitabis, cum vesica inflammata & exulcerata homini necado satis sit, inquit summus præceptor. Sed tamè hic locum habet pertrictū illud Celsi theorema, Quod potior est dubia salus certa desperatione. Præstat enim opitulari cū dubia salute, quam certa desperatione relinquere. Locū quoque habet & illud eiusdem, Præstat experti remedij anceps, Vt & illud summi præceptoris aphor. 6. lib. 1. *Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt.* extremis naturā expugnantibus non oppugnantibus. At inquit Tullius in Epistolis famil.

Discrimen inter ὑρῆν & vrinam.

Cur calculosi meiando laborant: sæpe & difficulter meiunt.

Hippocratis aphorismum de calculosis.

Calculum in pueris bis nasci ex Auic. Sectio sola calculum curat. Historia.

Calculosus mors ab epoto succo limonium per tres menses.

Cur succus limonium ad calculum nihil proficiat.

Empiricorum vel potius periclitatorum ratio exhibendo succo li manum.

Refutatio.

Sectio cum delectu adhibenda.

Celsi theorema. Varia theoremata de extremis remedij adhibendis.

famil. Desperatis non est adhibenda medicina, quod ex Hippocrate transfultine infamentur, inquit Celsus, remedia quæ multis saluti fuerunt. Summa tamè prudentia medici opus est in salute aut morte prædicenda, adhibitis in promptu firmiter rationibus, cui si morbi vis opinionem faciat egrum feruari non posse ne dubia quidem curatione, sed certam esse salutis desperationem, tantū salutandus eger, & comonefactis assidentibus periculi impendentis abeundū. Non igitur sine delectu corporis, peculiaris naturæ, temperiei, sectio molienda est. Vidimus tempestates adeo infensas iis qui calculi sectionem patiebantur, vt ne vix quidem vnus saluus posset euadere, quemadmodum fuit austrina tempestas abhinc 12. annis, qua omnes interibant, Qui in capite fauciati erant anno 1563 omnes moriebantur, omnes item ferè calculosi: Quo tempore interijt sectioni cuiusdam cum æquali meo & amico *D. le Grand* quæ fuit felicissima, septima die *la Dextera* occidit resolutus. Idem Mecænari meo accidit. Exegimus octo menses cum tempestate aquilonia quæ ad Iunium vsque perseuerauit & fuerunt imo *ὑρῆσι* longissimi. Ineunte Vere quidam vir patritius rogauit me quod cum ruri esset, multa vidit efferru cadauera ex eodè pago, respondi quia non habebant focum luculentum, vinnū generosum frigore correptos interijisse & niuibus. Quæ tempestates pectori & cordi bellum indixerunt. Sic enim tempestas quæ superauit *ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ* homini ætate grádi septuagenario, propterea frigido & sicco, vesica *ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ* exanguis & excarnis interperiem suscepit aquilonia illa tempestate, quam nunquã experta, & ex ea sphacelissimum, & corrumpitur, vesica corrupta homini necado satis est. His rationibus conabar persuadere ne sectionem moliretur, tamen nullo victus dolore extrahi voluit, quod felicissimè successit & calculi ad magnitudinē auellanæ syluestris extracti sunt. Interijt tamè per sphacelum vesicæ propter appulsum aëris, quem nunquã experta fuerat, quæ in temperiem concepit, à qua sphacelissimus natus est. Non est salutaris sectio hyeme, ob eam quã dixi causam: Non fore le sub ardenre, propter exolutionem spirituum, sed tantum verno tempore. Sed postquam executum fuerit, det operam ne eo morbo laboret. Vidimus quandam qui quater fuit festus, bis me consulente, bis antequam ei Medicinam facerem. Et misera est calculosorum conditio, & eorum qui in renibus habent *πυλῶντα*, & eorum qui in vesica. Singulis mensibus debent operam dare purgationi, bolo cassiæ æstate. Sed nihil melius ad præcautionem siue sit in renibus, siue in vesica *πυλῶντα*, nihil, inquam, melius vomitione particulari bis in mense per hyemem, quæ pituitam expurgat ex qua cruditas, quæ omnium calculorum est matrix. Vitare ergo debet cruditatem, nimiam humoris superuacanei abundantiam qua natat aluus. Vtatur ergo cassia & aliis lententibus, ij præsertim qui iure gentilitio calculosi sunt, qui gignunt liberos calculosos, si quo tempore liberis operam dederunt, calculosi iam erant. Fieri enim potest vt quis calculosus gignat liberos calculo minimè obnoxios, propterea quod dum iis dedit operam, nondum erat calculosus, sed factus diætax vitio, quod item accidit elephantiacis: Est elephantiacus, ergo liberi quos genuit vitio elephantiaci illa gètilitia inquinati. Verum est si priusquam Veneri studia daret, elephantiacus erat, non autem si post liberorum procreationem praua viuendi consuetudine in elephantiacum incidit. Ergo omnia vitia *πυλῶντα* & *ὑρῆσι* sunt explicata. Nunc de vrinæ vitio. V R I N Æ vitio symptomata notantur difficilis strangurix, dysurix, & ischurix, & vesica semper laborat non suo vitio sed alieno, ac talis difficultas meiendi, stranguria symptomata vesicæ est fugax nõ stabili, vt stranguria quæ venit ab inflammatione, vlcere, calculo. Etenim multa per vesicam feruntur toto genere contra naturam, non solum vrina, sed & pus sæpe vesicam infestat, & calculi qui dum illac feruntur, molestiã exhibent. Imprimisque vrinam non potest vesica excipere, & vt vrina quæ in vesicam effunditur, ea gaudet vesica, ita & offensionem percipit. Vt fruitur cholidocus felle, cibo & potu stomachus, chylo hepar, testes spermatica materia, sic & fruitur gaudet vrina vesica ipsa, quæ est sentina illius aquæ & vrinæ. Quæ si qualitate suaui sit, quantitate mediocri, fouebit, retinebit, & complectetur ipsa vesica ad persuendas naturales voluptates. Sed si in vitio sit aut corruptio propriæ substantiæ, aut permixtionem alienæ materiæ, non est amissa & graui vesicæ, sed molesta. Atqui vrina in vitio est, & ardor vrinæ in vesica

Summa Medici prudentia in salute aut morte prædicenda.

Historia.

Tempestatum anni ratio habenda in calculorum sectione.

Historia.

Sectio hyeme periculosa.

Quidam quater festus.

Misera calculosorum conditio.

Præcautio calculosorum.

Vomitum bis in mense per hyemem.

Calculosi gignunt.

Qua Symptomata vrina vitio notentur.

Vesicam vrina delectat & offendit.

Excitatur, vel ipsius vrinæ vitio vel alieno. Quæ cuiusmodi sint sine symptomati-
ca toto genere totius corporis, siue critica, siue symptomatica partium *speciei* dica-
tarum, siue partium per quas defertur, & cui excernendæ dicatæ sunt; explicem-
us. Molesta est vrina in *specie aut ratione in mixtione quæ sit sponte natura*, aut cum
seccinitur, aut cum effunditur per aquæ ductus, aut cum excipitur in ipsa vesica,
& molesta est suoque vitio, id est corruptione propriæ substantiæ, vel mixtione a-
lienæ materiæ. Molesta est alieno vitio, quando exaruit glandula ad radicem peni-
s collocata, cuius veluti oleo naturali solet perungi fistula vrinaria, qua ab ini-
uriis vrinæ quantumvis naturaliter constitutæ defenditur. Etenim in hoc affectu
tametsi vrina sit qualitate mitis, tamen defertur symptomatice & abradendo &
exasperando acrimonia sua fistulæ vrinariæ molesta, non quod suoque vitio sed a-
lieno sit molesta. Nam si delibuta esset fistula glandulæ oleoso illo humore, ab ar-
dore vrinæ molestiam non perciperet, sed tunc læditur & ab vrina, vt dixi: Quæ
etiam si naturaliter constituta sit, est tamen falsa. Ac omnis naturaliter constituta
vrina falsa est & flaua mixtione bilis, quæ, quantitate pauca est, & qualitate mitis.
Proprio autem vitio substantiæ vrinæ sit. Nam triplex est vrinæ materia. Vrina
potioni & cibo concolor, cuius materia est, *αματάδλωτος, immutabilis, mutationis ex-*
pers, & sit primæ aut etiam secundæ coctionis vitio. Secunda vrinæ materia se-
rum illud est naturaliter constitutum, quod cum quatuor humoribus in venis
continetur, vt sanguinis tanquam vehiculum sit: Quæ materia cum defuncta suo
officio est, trahitur à renibus, attracta in vesicam deturbatur ad exclusionem, tan-
quam res naturæ insensa. Tertia est colliquatio, *συνώρησις*, in febribus colliquanti-
bus funditur vrina pinguis, quod in Dealcis vxore annotauit Hippocrates, cui lo-
chia fundebantur liberaliter, sed tamen curari non potuit, quia nulla excretio,
quantumvis critica potest esse salutaris in colliquatione; fundebat enim vrinam
pinguis. Vrina cum pingui nebucula lethalis, inquit præceptor, quia colliquatio-
nem denuntiat. Sic & hypostasis nigra & nebucula à torrefactione totius corporis
mortem in propinquo esse denuntiat, magis tamen hypostasis quam nebucula, &
magis si vtrumque cum chymosi ipsius vrinæ. Nam quo in loco plura prauitatis
signa sunt, tanto peiore res ægri sunt loco. Corruptione igitur propriæ substantiæ
in vitio est yrinz, & sic afficit fistulam vrinariam delibutam etiam loco naturali,
Quæ tamen fistula culpanda non est, quod non fiat ipsius vitio, sed quia propter
vrinæ acrimoniam irritatur. Est & in vitio vrina corruptione propriæ substantiæ,
vt colliquatione, vel inflammatione feri in ipsis venis: Quo fit vt molesta sit par-
tibus per quas fertur, vt biliosa & alia quæ fit mixtione alienæ materiæ, vt puris,
preterea à purulentis renibus fit stranguria. In vitio est vrina suoque vitio, &
mixtione alienæ, non materiæ, quod vesica labore proprio affectu, vt in strangu-
ria, vt dici non possit, morbus vesicæ, sed symptoma, sed tamen abradendo & ex-
asperando vlcus facit. Ad hæc vrina in vitio est propriæ substantiæ aut criticæ, aut
symptomatice: Symptomatice in colliquatione, in ardore magno vt febribus ar-
dentibus. In vrina quæ habet hypostasim contra naturam, cuius hypostasis contra
naturam quatuor sunt genera, fursuracea, orobades, aphrodes, & petalodes, id est
laminea. Petalodes semper à vesica, fursuracea aliquando à vesica, aliquando à re-
nibus. Nam si fursure sit plena vrina, venas scabiosas, sin crassa & fursuracea vesi-
cam in vitio esse arguemetum est. Sic & criticos apparet vrina quæ in vitio est prop-
riæ substantiæ: Exiit enim apud Hippocratem locus histor. 2. vniuers. lib. 1. Epid.
vbi loquitur de febricitantibus, qui continua febre *τεταμένη* laborabant. Inter sym-
ptomata hoc erat vnum, quod essent *δυστατοι πένες καυμαίοντες*, tandem tamen,
inquit, venit optimum signum & salutare, quod plures vindicauit à periculo,
quibus facta est conuersio in vesicam. Natabant alui humoris maligni abun-
dantia, cuius vitio erant *αυράδες*, febricitantes, & ad nomen cibi nasebant,
sed facta est conuersio ad vesicam, & facta *δυστασία*, i. decubitu materiæ à ven-
tre in vasa vrinaria, & liberati maligna materia, rebus conuenienter oblati
gaudebant, appetentes ciborum facti sunt. Erat stranguria sympt. sed critica
fuit excretio, quoniam liberat à periculo, quo stranguria laborabat. Critica
est & vrina mixtione alienæ materiæ, quæ excitat ardorem in fistula vrinaria,
vt rupta vomica pulmonis, quæ tamen fugax est nec stabilis, vt illa quæ fit à pu-
rulentis

Quando & cur
molesta sit vrina.
Super vitio uri-
na molesta.
Alieno vitio v-
rina molesta,
quando exaruit
glandula ad ra-
dicem peni col-
locata.
Vrina natura-
liter constituta.
Triplex vrina
materia.
Vrina potioni &
cibo concolor.
Serum.
Colliquatio.

Vrina pinguis
calamitas.
Hypostasis & nu-
bucula nigra fu-
nesta.

Vrina in vitio
corruptione pro-
priæ substantiæ.

Mixtione aliena
materia.
Vrina est in vi-
tio propria sub-
stantiæ criticæ,
vel symptomati-
cæ.

Hypostasis contra
naturam qua-
druplex.

Historia apud
Hippocratem de
vrina quæ in vi-
tio erat propria
substantiæ &
negatiue effluuit.

Vrina critica
mixtione aliena
materia.

rulentis renibus, quæ est *εσποματίζουσα, cuisante*, Gallicè, Sed & critica est, nec solum
partis alicuius, sed totius corporis. Nam vt ventris profluuiò expurgantur corpo-
ris vniuersitas, sic vrinæ perithæa. Scripsit Hippocrates aphor. 74. lib. 4. aphor.
Quibus spes est abscessum fore in articulis (ex morbo ipso in specie & in indiuiduo;
specie, cuius natura consistit in difficultate pepasmi, id est materiæ contumacia,
non visceris vitio nec culpa; indiuiduo, quia tibiam habet lassitudine fractam,
& abscessu eo loco se firmat) *ab abscessu vindicatur vrina multa, alba, & crassa,*
qualis accidit Archigenu seruo, & sic critica est toto corporis vitio. Sed legitur
histor. 3. vniuers. lib. 1. Epid. & histor. 3. particulari eiusdem de Clazomenio, qui-
bus perspicuum fit alicuius partis criticam esse, in quo parotides apparuerunt.
Omnis autem parotides rubra suppurati expers, funesta est acerbitate doloris,
translatione materiæ ad caput, deriuatione eiusdem in pulmones, nisi alius fe-
ratur aut per vrinam expurgetur, in vomica rupta pulmonis. Sed tamen peri-
culosissima hæc via est, cum scilicet superuenit *πνίψια*. Hic autem agitur de
ardore vrinæ, *υψηλός αὐτοματίζουσι*, quæ vel in proprio vitio, vel in alieno est, non au-
tem de *σπερματικῆς ὑψηλότητος* vitio, quæ nomine dysurie, ischurix & strangurix conti-
nentur. Hactenus de ardore vrinæ & abradentis suoque vitio; Dicendum quid ex
euentu sit *εσποματίζουσα*, excepta vesica. Si vrina sit naturaliter constituta suo chyma-
te, & illis quæ in ea continentur, & par sit exercitatio potioni & cibo, & qualitas
vacuationis & repletionis, & homini bene sit & natura, & valetudinis cura. Natu-
ra quibus bene est, vulgo illud est, *Gaudeant bene nati*, Et quibus valetudinis cura,
Gallicum proverbum extat, *Vn pot se se être dure aucunefois autant qu'un neuf*. Si igitur
quis bene valeat parem adiungat cibum & potionem ad exercitationem. Nihil
est necesse reddere vrinam hypostasi præditam, sed tantum chyma ipsius vrinæ
naturaliter constitutum. Vrina suo chymate naturaliter constituta est, modice bi-
le tincta & qualitate mitis, quantitate pauca, crassa, id est, in mediocritate posita,
& quæ proportionem potioni respondeat. Cum autem dixit summus præceptor lib.
2. progno. optimam esse vrinam cum sedimentum fuerit album, læue & æquale;
agit de vrinis ægrotantium & eorum, qui morbis acutis detinentur. Ex quo mor-
bi securitas, breuitas, periculum aut longitudo pollicetur, & quid casurum sit per
rotum ipsius morbi curriculum. Crassamentum enim illud nihil aliud est, quam
quod coctioni subterfugit, quod in sanis caloris vi, concoctionis opifice conficitur.
Talis autem vrina naturaliter constituta poterit excitare ardorem non suo
sed alieno vitio & ex euentu, propterea quod glandula prostratæ ad radicem pu-
dendi sita exauritur intemperantiore coitu, quod cernere est in ijs qui scæda illu-
uie ex Venereo coitu laborant. Nam ex coitu impuro mulieris menstrualis ser-
pit virus per cæcos meatus glandulæ, quibus tanquam foraminibus compacta
est, in quibus oleum illud naturale continetur: quod virulentix appulsi ab-
sumitur & exauritur, & vlcus excitat cum inflammatione coniunctum. Vlce-
rum sylogisticum signum est pus saniosum, quod continenter effunditur, in-
flammationis, quod excernitur semper arrecto penes difficultate summa laborant
meiendi non vitio vrinæ, sed quia glans, cuius oleo naturali deliberatur vrinaria
fistula, summè laborat, nam ab exhausto. Ac vt habemus duas glândulas ad fauces
fitas, ne lingua exarescat, & ab officio perturbetur vt in febre ardenti contingit, &
quæ fit in inflammationem conceperint, sit *σπληνισμός*, que madmodum iis qui in lue
Venerea continenter spumant, sic glandulas prokratas natura ad radicem pu-
dendi collocavit, quæ fistulam vrinariam oleo quodam naturali perungunt,
ne exaresceret & ob id iniuriis vrinæ magis pateret. Illa igitur glandula exhausta
etiam ab vrina naturaliter constituta offenditur. Fæda autem illuuius si diurna
fuerit, hyperarscosim facit. Ex perspicuitate igitur causatur, remedia conue-
nienter præscribenda, quæ ab auctore annotantur, & à nobis explicabuntur. Si
igitur ardor vrinæ sit fugax, nihil moliendum, sed parti studendum, ne vrinæ a-
crimonia exulceretur. Quemadmodum meraca excrementa alui dysenteriam
fore prænantiant, ita & vrinæ acrimonia diuturna vlcus facit fistulæ vrinariæ.
Ad vrinæ ardorem symptomatium non criticum conuenit phlebotomia è
brachio. Duo sunt scopi purgationis; vnus ad purgationem humoris, qui in vi-
tio est, & deriuationem eiusdem, quæ fit per loca lege naturæ incommoda, sed ex

Vrina critica pu-
tium corporis.
Aphorismus
Hippocratis histo-
ria confirmatus
de vrina critica
totius corporis.

Vrina critica a-
licuius partis a-
pud Hippocra-
tem.

Parotidum per
vrinam curatio.

Vrina bene con-
stituta nota.

Quæ sit apud
Hippocratem o-
ptima in ægro-
tantibus vrina.

Gonorrhæa a stilo-
coitu causa.

Vlcerum signum
sylogisticum &
inflammationis.

Prostatarum
glandularum v-
luc.

Hyperarscosim fa-
da illuuiæ.
Curatio ardoris
vrinæ.

Phlebotomia.
Duo scopi purga-
tionis.

euentu commoda. Nares, exempli gratia, purgandæ pituitæ sunt loca lege naturæ commoda, sed ex euentu incommoda, vt in polyo obstruente, quia aliò materiam deriuamus per loca quæ sunt lege naturæ incommoda, sed ex euentu commoda. Expurgatur sanguis sero nitium acri, deriuatur per loca lege naturæ incommoda ex locis ex euentu incommodis. Si vrina per se in vitio sit aut mistione bilis, tantum lenientibus opus est. Lenientia sunt ad purgandum & consolandum, cassia cum syr. viol. nenuph. decoctum glycyrrhizæ cum electario diatraca. can. frig. singulare remedium est: Lac caprillum inter cætera mirificæ leniendi vim habet, si in lacte dissoluatur diatrax frigidum mirificos affert lenièdo fructus. Sed si detergendi consilium sit, siue perennis sit stranguria ab vlcere renes oblidente, siue fugax à rupta pulmonis vomica, aut ab exclusione parotidis per vrinas miscibus lacti terebinthinam Venetam, aut decocto etiam bipinellæ in aqua hordei, mirificæ habeat vim detergendi. Lacte caprino etiã multo è capra ante pasta diureticis herbis ad vlcus renum nihil accommodatius præscribi potest. Idem etiam vsu venit in lacte asinino, vt annotauit summus præceptor lib. 7. Epid. Quod attinet ad reliqua remedia reuocanda sunt ad hunc locum, quæ de stranguria ab vrinæ acrimonia dicta sunt. Itaque lenientibus tantum est vtendum quando fugax est stranguria. Sed dices; Vnde hoc cognoscis? Quod si talia purgètur, qualia purgari oportet, confer & leniter ferunt. Vsu est decoctum altheæ cum pullo gallinæ, passulis corinthinis infarcto: Decoctum glycyrrhizæ rosæ, nam cortex est amariusculus, aut semina melonum excorticata & nudata, cucumeris & cucurbitæ cum amygdalis dulcibus. Imperabis lac amygdalinum. Sunt hæ euulfiones quæ præscribuntur ad sædam illuuiem venenatæ luis veneræ, quam mictionem calidam vocant, & valent ad ardorem non ex vrinæ qualitate, aut proprio vitio, aut mixtione etiam alienæ materiæ, & si deriuatur materia aliunde, tantum lenientibus vtendum. Si detergendum sit, plurimum laudatur medicamentum ex trochiscis alkekengi, id est halicacabi, secundæ speciei solani, quod mirificos dicitur afferre fructus. Et quidam vino halicacabi, in quo scilicet halicacabum præmaduerit, vtur ad calculi præcautionem, sed stomacho insensum est in quo acefcit, quod ipsi periculum fecimus antequam ad medicinam faciendam præscribemus. Quicquid autem acefcit in stomacho, cruditate gignit, quæ matrix est omnium calculorum. Itaque quicquid acre est vt acerum, & acore suo stomachum offendit, calculum facit ex euetu, quia per se cruditatem facit. Lac non solum lenit & demulcet, nec solum paregoricum est, quod debetur partibus, nec solum leniendo & detergendo gratum est naturæ, sed inhihet organum ante cedentis causæ, humorem dysentericum sistit, qui aliunde venit, vt labefactata vi retentrice partium, quod postquam adhibitum est, & ad partes peruenit, sistit. Quando sensio ardoris excitatur non vrinæ vitio, sed alieno, quid agendum? vtendum paregoricis: Valent hordeata, abstinencia carniū salfarum, piperatorum, vini præsertim albi, vbi ardoris sensio excitatur. Sed in illa sæda colluue luis venenatæ veneræ, vbi ardoris sensio excitatur non vrinæ vitio, sed quia glandula exhausta oleo naturali, cuius loco virus suppeditat, quod exasperando molestum est, & vrinæ ardorem facit, quid agendum? Nam si sistatur & anadromen habeat ad partes vicinas vt ad testes & ad ischia, excitabit tumores contra naturam & ischiale, vel si ad superiores partes, dolores, tophos, aliaque pessima symptomata. Si diu feratur hyperfarcosim generabit; quid, inquam, agendum? Deriuandus est ille humor, deinde foru, inessu, haplo, emplastro Ioannis de Vigo disentiendus. Deinde pudendum immergere oportet in decoctum, in quo coxerit verbascum, & illius pectus prius vaporem excipere. Interea quæ vrinæ ardori accommoda sunt, liquor est tenuis oui agitati atque despumati: Nam exudar tenuis quidam humor lenis, & minimè glutinosus, quem in oculorum inflammationibus, omnibus medicamentis prætulit Galenus, quia lenit, nec adstrictione cuius expers est exitum materiæ prohibet. Quod fit vt grauitur peccent in commoda ægorum, qui primum in ophthalmia vehementer adstringentibus vtuntur, quorum vsu sæpe vlcera excitantur. Sed hæc remedia conueniunt cum in vitio est vrina alieno vitio, inflammatione scilicet, aut vlcere, aut virulenta mate-

Lenientia quibus ardor vrina se datur.

Quando sit opus detergentibus.

Decoctum.

Detergentium vsu. Historia de vino alkekengi.

Lactis detec.

Curatio ardoris vrina a sæda gonorrhæa.

Liquor oui.

ria, quæ glandulas prostratas loco olei naturalis occupauit, in qua nihil expertus sum melius vapore lactis in quo coxerit verbascum, & multos curauit, qui breui illa sæda colluue sanitati sunt restituti. In maximo ardore cum inflammatione coniuncta glandulæ miscentur interdum narcotica, quorum tria sunt genera. Existunt enim quædam, quæ amotione causæ morbificæ dolores sedant: alia illius vim & acrimoniam infringendo: alia partem obsessam stupefaciendo, vt sensationem rei molestæ non percipiat. Quibus turunda vel candela cereæ albæ, inuoluta veluti quadam fasciola lintei tenuissimi delibuti cerato quodam aut sinimento confecto ex metallis, vt pompholyge, oleo rosato & caphura immittitur in fistulam vrinariam. Et est remedium catharticum, quod sine inflammationis metu etiam hyperfarcosim delet, quæ stranguriam parit, ac si inflammationem conceperit, Gangrænam excitat, vnde mors, vel inunges cerato Galeni rosato, quod ita parabis.

Verbascum cum lacte. Narcoticorum tria genera.

Catharticum remedium. Ceratum rosatum Galeni.

℞. ol. rosa. ʒ. vj. lauetur sexies in aqua rosar. deinde cum ʒ. ij. cereæ lotæ fiat ceratum liquidum in duplici vase, vel ex duabus partibus olei & vna cera.

Cuiusmodi præscribit Hippocrates lib. 1. de fract. quo membra fracta leniuntur. Reliqua quæ ad ardorem vrinæ sunt præscribenda repetes in nostris annotationibus in scriptum autoris quod excusum est.

ANTON. VALETII EXERC. L.

Ardor vrinæ vesicæ potissimum ceruicem atque adeo pudendi meatum infestat, punctiles inferens cruciatus. Causam habet pituitam falsam, aut bilem acri commixtam; iecoris & renum calore vehementiore genitam. Ab hanc noxam quam diligentissime attentum Medicum esse oportet, siquidem vrinæ acrimonia, dum perseverat, vesicæ & vrinæ meatuum exulcerationem creare solet. Quamprimum igitur humor acris vacuatur, calorque iecoris & renum restinguitur. Blanda purgatio fit huiusmodi.

Ardor vrina causa & cura.

℞. glycyrrhizæ ras. polypod. quern. radic. oxylapath. ana ʒ. 2. fol. lactuc. & portul. M. B. sebest. N. 4. sem. melon. & cucumeris ana ʒ. i. flor. viol. p. 1. f. decoct. & colatura ad dos. Infunde rhei elect. ʒ. 2. Santal. citr. ʒ. 2. In express. diffus. catho. & syrup. viol. ana ʒ. ʒ. fiat potio.

Ex cassia sola, vel cum rheo ex catholico, vel terebinthina in aqua refrigerante lota, commoda quoque purgatio. Sanguinis missio colore minuendo, & partem materię auertendo atque vacuando mirificè prodest. Secatur vena cubiti maxime vbi plethora, tum deinde poplitis, si chirurgum nacti sumus in artis operibus exercitatum. Iuuat vtrisque naribus deriuationis ergo cucurbitulas affigere. Dein verò humorum acrimonia obrundet emulsionibus vulgo appellatis.

Vt ℞. sem. melon. cucurb. papauer. alb. ana ʒ. 3. amygdalar. dulc. recentes & mundat. N. 10. contundantur in mortario lapideo, sensim affundendo aqua decoct. hordei ʒ. i. ʒ. fiat emulsio, qua edulcetur sacchar. ʒ. i. syrup. violacei ʒ. i. ʒ. pro dosibus 4.

Alii imperant oleum recens amygdal. dulc. cum aqua hord. syrup. viol. vel iuiubino, vel papauerino. Licebit & iisdem vti syrupis in decocto sem. refrigerantium solutis. Nec omittenda, quæ admouentur. Iecur calidius temperetur litu ex oleo ros & absinth. paucæ aceti etiam rosacei tantillo addito. Renes cerato refrigerante Gal. cum aceto emollito. Interim vesicæ regio cum toto pudendo decocto tepido fouebitur, ex floribus viol. nymphææ & frigidis seminibus instituto. Si vlcus relinquatur, tergetur iniecta per syringuam aqua hordei, aut saccharo rosaceo. Vniuerus denique lacte vaccino, addita pompholyge, bolo armenica, aut similibus pulueratis.

HOLLERIVS.

De inflammatione renum. CAP. 51.

RENES inflammari contingit vulnere, attritu, assidua equitatione, corruptelâ & affluxu humorum, potis pharmacis. Dolor pulsatilis in lumbis, & superius ad nothas & hepar, si ren dexter, inferius ad vesicam & femur, pectinem: pudendum: stupor cruris respondentis. Sternutatione, concussione corporis & vehementi motu lancinatio vehemens. Extrema suræ præcipuè & pedes frigent, febris vehemens. Urinæ primùm retinentur, aut tenues fluunt & aquosæ. Procedente morbo in peius, rubræ: deinde crassæ & mucosæ: quæ vt augetur malum, ita augentur. Nausea, vomitus biliosus, cordis morsus. Quibusdam animi deliquia & sudores syncopales. Sistitur venter: vnde inflatio & ructus. Breuibis aut maioribus interuallis exacerbationes.

Initio molli clystere pauca quantitate leniatur aluus: detrahatur sanguis: frugaliter viuatur. Hordeato satis liquido, iusculis mitigantibus vtatur. Vino, mellitis, diureticis abstineat. Inijciantur cum clysteribus, iam puro intestino, quæ leniant. Exacerbata inflammatione, iterum phlebotomia, cataplasmata è farina hodei primùm in mulsâ, deinde passô ex farina dicta, & ijs quæ leniendo discutiant & roborent. Cataplasmatibus non cedente, morbo cucurbitulæ cum scarificatione applicentur lumbis & ilibus. Inseffiones deinde parentur ex decocto lenientium & resoluentium, roborantium. Prius tamen cum vesica hydrelæo plena cum spongiis foueatur locus. Tum ad cerata & malagmata ex eadem materia eiusdem virtutis. Vtendum quoque potionibus narcoticis, & cocta inflammatione (quod vrinis crassis euntibus & boni sedimenti intelliges) diureticis. Melsuæ us initio ex farina hordei, rosis & similibus repellentibus, deinde mixtis detergentibus chamæmelo, &c. Emplastrum de mucillaginibus, deinde de meliloto. Lactis asinini vsus cum modico melle efficacissimis renibus exulceratis.

In Caput 51. nihil.

IN CAPVT. LI. DE INFLAMMATIONE RENVM.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

Hoc caput non est auctoris, unde desumptum. Renes inflammari contra quosdam ueteres.

Hoc caput non auctoris, sed hæc descripta sunt ex lib. 1. de morbis internis, ubi quatuor renum affectiones describit Hippocrates: Recentiores Medici quidam sanè docti raram esse dicunt inflammationem renum, & rarò inflammari renes, propter substantiæ renum ipsorum firmitatem. Sed si attentè legissent, quæ scripsit Hippocrates, Galenus, & omnes recentiores Græci non id tam pertinaciter sustinerent. Enimvero renes inflammationem concipiunt, vt hepar, pulmô, lien,

mo, lien, cæteraque viscera, quæ & coctioni, distributioni, & excretioni dicata sunt. Inflammatur & ipsa vesica quæ tumore duro & dolorifico docetur, quæ lethifera est, nisi suppurato expuratum fiat. Sed tamen id rarò contingit, cum sit æquabilis, & aëreus, & exiles habeat venas: At renes maiores habent venas, communes & sibi ipsis dicatas, emulgentes scilicet & adiposam. Cum igitur sanguinem in cõmunia & officialia vasa excipiant renes quid mirum si inflammantur? Inflammatio enim sit affluxu materiæ calidæ aut sanguinis biliosi. Fit erysipelas in renibus, sit inflammatio, id est tumor contra naturam, dolore, renixu & doloris acerbitate molesta, quæ communia sunt symptomata. Dignoscitur etiã & per propria. In omni parte inflammata dolor sentitur lancinans, & in renibus etiã sine calculo doloris ingentis pulsus percipitur, ardor insignis, adeo vt illa inflammatio consecutionem afferat febris, ardor interiorum partiũ, frigus exteriorum, difficultas spirandi & stranguria quoque, quia inflammationis causa officium non faciunt, vt & nulla pars inflammatione obfessa officium potest facere. Officium renum est secretio, & vt ita dicam emulsiõ feri, qui si cõplexione & tẽperamento valeant, natura & valetudinis cura sãt firmi & solidi, officiu faciunt. Sed si inflammatione cõcepterint, nec in secerndo, nec in effundendo officium faciunt. Inflammationis autem causæ tres sunt: Decubitus humoris à parte quæ continet in eam quæ recipit, orgasmus materiæ & suscipientis partis infirmitas & attractio. Decubitu incalescit renes, calore attrahitur sanguis, qui inflammationem facit, si orgasmus fuerit cum calore coniunctus. Nec dubium est quin excitetur in renibus tumor contra naturam, qui habeat dolorẽ, ruborem & renixum. Docet Hippocrates purulentos fieri renes, & in purulentis renibus suppressionem urinæ aliquando superuenire, vnde concipitur inflammatio. Prætereã ex coac. animad. aphor. 8. *αὐτὰν οὐρὴν οὐκ ἔχει, καὶ τὸν σπινθηρὸν ἔχει, καὶ τὸν σπινθηρὸν ἔχει, καὶ τὸν σπινθηρὸν ἔχει.* Crebri ex dorso rigores, id est, inchoata suppuratio à renibus, & cito transeuntis, id est, qui modò incallescunt, *εὐρὴν τὸν σπινθηρὸν ἔχει, καὶ τὸν σπινθηρὸν ἔχει.* *Urina enim interceptionem eamque dolorificam significat.* Ex eo, inquit Galenus significatur inflammatam esse membranam renum. Et per paucos animaduertas calculosos renum, qui non habeant membranam inflammatione obfessam, vnde grauissimè peccant qui prius diureticis vtuntur, quàm sedata fuerit inflammatio. Aliquando igitur inflammantur renes, & propria inflammationis symptomata excitantur, dolor pulsatorius, ingens ardor intimarum partium, & extimarum frigus. Suras quoque perfrigerari docet Hippocrates lib. 1. *ἡ δὲ οὐρὴν οὐκ ἔχει, καὶ τὸν σπινθηρὸν ἔχει.* Imperanda ergo sanguinis detractio è maleolo, si vires valeant, non contra: Nam resolutio partis causa est recidui doloris, nec dolor vnquã quiescit nisi partis ipsius virtute, quæ capacissima est fluētis materiæ, vbi vires effoetæ languent. Veruntamen qui adhæret humor vix detractioe extrahitur. Detracto igitur sanguine primùm è basilica, debet è saphœna detrahi ad vascula duo. Interdicendum vino omnino, vtendum aqua decoctionis hordei glycyrr. iulepo confecto ex syr. viol. cũ aqua decocti glycyrr. & passul. Nam ad curationem inflammationis leniētia tantum præscribi debent. Iniiciendi clysteres lenientes & refrigerantes ex decocto lact. prunor. dul. alth. violar. cum serolactis. Illinenda regio partis inflammatæ epithematis. Quod si ren suppuratum exceperit & expuratum non habuerit grauissimam vrinæ suppressionem minatur. Quod contigit D. Vidamgo Caranutenũ qui vnicum habebat à natura renem maiorem pugno, inflammatum grandævum concepit. Non meiebat, officium enim non poterat facere.

Inflammationis causa. Quid inflammatio.

Signa inflammationis.

Renum officium.

Inflammationis.

Explicatio aphorismi Hippocrati in coac. de renum inflammatione.

In calculosa membrana renum inflammatio.

Sanguinis detractio.

Vidamgo Caranutenus.

ANTON. VALETII. EXERCIT. LI.

RENES phlegmone tentari indicant febris inordinata, nec vsque adeo ardens, sed cum horrore & rigore insultans mixtio frequens, grauis dorsalis partium dolor, iisdemque in partibus pondus veluti propendens. remedia sunt, venæ sectio (si modo nihil aliud prohibeat) citra cunctationem in principio celebratã, admota topica mediocriter refrigerantia. His si non cesserit phlegmone, neque symptomata cõquieverint, pus in hac parte colligi indicium est. Atque tum suppuratio, quæ alioqui fuerat declinandã, vitatis impendio calidis, promouebitur cataplasmate è mollientibus herbis, semin. lini, floribus chamæm. & similibus. Prodeunte pure assumpta tergentia vsui erunt.

Renum inflammationis nota.



HOLLERIVS.

De mictu 1 sanguinis. CAP. 52.

1 Synceri mixti, atque serofi.

2 Ut sanguinis, vel etiam pro prii excrementi & solita vacuationis suppressio ne, aut membro aliquo mutis.

3 Ut melancho- licis.

4 Ut muliebri- bus à suppressis mensuris.

5 Quod sangui- nis per commoda lo- ca non feratur. Adde quod exce- sa, aperta aut rupta vena, in- firmi etiam re- nis symptoma est.

6 Talis affectio hepatica dysen- teria consimilis est.

7 Aphor. 78b. libr. 4 Aphor.

8 Hoc spongio- sum sedimentum sterculentis spiri- tus est soboles: ex quo efficitur vira renum li- ceat colligere.

9 Ut in illis, qui laborant scæda cellulie, aut quibus immode- rato venerorum usu, imbecillia sunt vasa semi- nalia.

10 Adstringen- tium sicut & glutinantium, quibus cum ve- narum anasto- mys pugnân- dum. Sunt au- tem adstringen- tia, plantago, balauista, &c.

Glutinantia verò à l. armena, terra sigillata, sang. drac. gummi arab. tragacanth. Sed trochisci Gordanij cum lac- te ouillo recens multo prepinati horum omnium insar esse poterunt. Interim se purgandi & temperandi vicissitudo ser- mel aut bis in hebdomade per catharticum: ut ex diluto vhei cum multo syrup. violaceo, ne labefactata vi reterrice a secretrice reum, excrementa onerentur, & augeantur symptomata. Ut Rec. castia recens extracta Drach. vij. pul- ueru diatragacanth, frig. Drach. j cum saccharo f. bolus.



Vibusdam 2 naturis eodem modo sanguis per vias vri- narias excernitur, quo aliis per nares, 3 venas sedis, aut 4 vomitum. Hoc ipsum præter 5 naturam est, de- bêtque anteuerti sc̄ta vena è brachio dextro. Eiusmodi excretiones sanguinis excitantur ferè inclinante Vere. Veris itaque initio anteuertendum est.

Aliis 6 cruenta est vrina, similisque diluto sanguini ex laxitate atque amplitudine venarum, quæ à caua renibus inferuntur.

Renum quoque infirmitas hoc idem efficit. Scriptum autem ab 7 Hippocrate, *Quicumque sponte sanguinem mingunt, vis à renibus venula rupta est.* Sponte, hoc est, & repentè, & sine manifesta causa.

Rupta verò vena propter humorum multitudinem ac crassitudi- nem, vnde venæ quæ renum ventres subintrant, distumpuntur, aut aliquando aperiuntur. Ex casu, saltu, ictu, aut vehementiore motu idem potest contingere. Rupta vena confertim effluit san- guis: aperta, paulatim. Laxioribus venis emulgentibus, infirma vi renum contentrice aut discretrice, statim à cibo serum sanguinis purum post coctionem cum 8 spongiolo sedimento excernitur.

In infirmitate vasorum feminalium aliquando excernitur sanguis non cum vrina, sed in 9 coitu aliter, quam vesica exulcerata. Hic enim cum vrina sanguis emingitur quibusdam corpusculis im- mixtis. Nec in vesica solum, sed etiam in cole, exulceratio esse potest, Sed vlceris sanies & dolor indicia sunt. In imbecillitate pri- mum cognoscendum est, an à frigido ferèque à calido esse vo- lunt. Quod malum adstringentibus, refrigerantibus atque sup- primentibus corrigi debet: quæ quia propter tardum motum non facilè penetrat ad renes, diureticis, maximè aromatibus, commiscenda sunt. Sed diureticorum minima sit portio. Non enim vt vrinas moueant, sed vt adstringentia ad renes deducant, commiscantur. 10 Materia in sputo sanguinis, in hæmorrhagia è naribus, descripta est, & aliis locis.

Avicennas nihil melius existimat confirmandis renibus lacte ouillo. Datur ieiunis ad 3. vj. quibus aliqui admiscunt boli ar- menæ, aut similis medicamenti 3. j. etiam 3. spicæ, aut cinna- momi.

Ut Rec. castia recens extracta Drach. vij. pul- ueru diatragacanth, frig. Drach. j cum saccharo f. bolus.

℞. lactis

℞. lactis ouilli 3. 4. aquæ millefolii 3. 1. boli armè. 3. 2. spicæ. 3. 6. Aliud.

℞. lapidis hæmatitis 3. r. dissolue in aqua plantaginis 3. 4. Quòd si ardor sentitur in renibus.

℞. aquar. plantaginis & portulacæ ana 3. ij. philonij 3. 1. A- liud.

℞. mucaginis sem. papaueris albi 3. 3. trochiscorum de carabe 3. 3. rasuræ eboris & cornu cerni ana 3. 3. Omnia incorporentur car- ne cydoniorum condita sine speciebus. Dentur auellanæ magni- tudine, duabus horis ante pastum.

Conueniunt radix consolida maioris, gummi arabicum, traga- cant. macerata priùs, deinde feruefacta in vino austerico: colatura bibitur. Maximè vbi solidandum est, & hoc quoque laudatum ab antiquis.

℞. aluminis plumæ 3. r. gummi arabici 3. 3. tragacanthi 3. 2. cum vino adstringente fiant trochisci pondere 3. 2. dentur vt priùs. Ad detersionem vlcerum & consolidationem repetenda sunt, quæ proximo capite. Aliud remedium.

℞. spodij 3. 3. berberorum 3. iij sem. lactucæ 3. v. cum succo cy- doniorum fiant trochisci. Detur 3. r. ex decocto sumach. Puluis sem. lactucæ inspergiur vitello oui manè. In hæmorrhagia vesicæ, 11 cu- rbitula affigi debet. Inunctiones 12 renum, perinæi & pectinis ex oleo rosato, myrtillorum, de cydonijs, aut 13 oleo in quo adstrin- gentia coarctis. Hinc fiunt cerota liquida, quibus cõspergi possunt fantali, bolus arme. cortex thuris, & similia commisceri, acacia, hy- pocistis.

Hic summum peticulum est, vbi grumescit sanguis. Nam hinc sequuntur quæ capite de difficultate meendi dicta sunt. Conan- dū: neque est, vt incidantur grumi oxymelite, artemisiâ, stœchade, assa odorata, conizâ, sem. raphani, coagulo, summatim, ijs, quæ lapides comminuunt, datis ex oximelite. Quibus si nihil efficitur, 14 inciso perinæo, quo modo calculi educi debent, mollienda curatio.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Sanguinis nomine non intelligimus sanguinem purum, exquisitum, synce- rum mingi, sed aliquando serum, aliquando suo sero mixtum, & cum vrina, aliquando cum pure. Ab vlcere id fit, aut læsione vasis alicuius. Sed vlcera intel- liguntur tum ex dolore, tum ex pure & corpusculis simul procedentibus, vt squa- mulis è vesica. Pus ergo cum sanguine exit per vrinam, renibus, vtericibus me- dijs & vesicâ exulcerantis. Nam si in pene exulceratio sit, sine vrinis & pus exit, 11 Sanguinis grumi per febres assati interidum è reni- bus excurrunt. Exigua caruncu- læ è renibus ex- creta.

cato Petros vidimus minimas carunculas, vt non abs re *σπαρρία μικρά* dici deberēt, quas sæpe emingebat, neque reuera erat grumus. Has carunculas præcedit dolor pulsatilis, qui ad lumbos & nothas costas extenditur, & signa exulcerati renis. In concreto sanguine & orobeis vrinis, non præcedit. In vtroque, hepate incolumi, possunt vrinæ naturaliter cætera habere. Si in alijs partibus fuerit exulceratio, ex dolore quoque & simul exeuntibus corpusculis dignoscendum, hoc tanquam generali axiomate notato in his omnibus affectibus, à renibus colorē & sensum quemlibet à lumbis ad nothas costas extendi: ab vteribus per illa obliquè descendere à vesica, in pectine: à vesicæ collo, in perinæo. Potest seorsum pus exire, vt diximus superiore capite. Potest quoque & sanguis solus, aut cum vrina. De quo præcipuè hic agitur. Si ergo vlcus nullum sit, huius cruentæ excretionis causæ multæ esse possunt. Est quidam mictus sanguinis criticus

*Monialis mulier
singulis mensibus
multum sanguinem
emings. Archembaut
Aduocatus per
aluum, vomitū,
vrinam, sanguinem
emings.*

*Sanguis multum
coitu effusus.*

& interuallis quibusdam motus, qualis fuit in Moniali muliere, cuius meminit Musa, quæ singulis mensibus, suppressis mensibus, multum sanguinem emingebat. Archembaut Aduocatus per aluum vomitum, vrinam interuallis sanguinem reddebat ætate virili. Quibusdam inclinante Vere multus emingitur. Id ab Archigene scriptum reperio, quibusdam per circuitus, vt in hæmorrhoidibus, sanguinem multum collectum renibus emingi, vnde subleventur, idque accide- re iuuenibus, qui maiori licentia veneri indulgent. Milesius quidam apud Aurel. *ἡ χροὴν* sanguinem emictum affirmabat esse ex infirmitate seminalium vasorum. Ab Aureliano reprehenditur. Sed cum experientia doceat è renibus per vasa spermatica defluere, & ab his, & à renibus exire certum est. Vidimus, qui à coitu multum sanguinem effunderent, quique non facile reprimeretur, laxatis nimium vasis, & imbecillioribus redditus profuso omni semine. Animaduertendum igitur, num grauitas renum & calor præcesserint, an immodicus coitus, an solita sit excretio. Quod si repente, & nulla causa antecedente profluat, è renibus & vteribus excidit. Neque enim à venis vesicæ id accidere potest duabus de causis. Vna, quia non ita multum sanguinem, vt renum, excipiunt. Altera, quia renum venulæ nudæ sunt, inuestes & expositæ ruptioni. Quod contra fit in venis ad vesicam perreptantibus. Ex illis igitur sanguinem tribus de causis exoriri consentaneum est, vt & in cæteris omnibus hæmorrhagijs: orificij venarum apertione, erosione, ruptione. Apertio fit ob nimiam laxitatem & amplitudinē venarum, quæ ad caua renum pertinent, & ob imbecillitatem retentricis, vel discreticis in renibus. Hæc enim duo sæpe efficiunt vt calfactis, & exercitio commotis cruentæ vrinæ profluant. Sed in laxitate, crassiores. In imbecillitate, tinctura est à sero. A cibo quoque serofus sanguis: post coctionem spongioso sedimento. Aperta enim & hiantia orificia venarum, nec conferim, sed paulatim; non crassum sanguinem, sed tenuem, & quasi percolatum reddunt, præsertim vbi apertio est parua. Maior crassioem reddit. Rupta autem vena *ἀπρόν*, id est, copiosè & repente prodit, estque crassior. In erosione denique *ἢ ἢ ἀταβύσιος ὀλίγον*: vt in anastomosi non sanguis, sed quid *ἀματῶδες*, vt vult Philot. Erosionis causæ sunt, quæcunque acriorem sanguinem reddunt & tenuiorem, aut que exulcerant, vt cantharides, quibus assumptis sanguis mingitur, penis distenditur, & quodammodo æger ad venerem irritatur. Ruptionis causas Gal. facit multitudinem & crassitudinem sanguinis interclusi in venis renum. Hoc etiam fit ictu, casu & vulnere, vt in rustico quodam ense transsoffo vidimus. Inde sæpe nascitur vlcus, nisi occurratur: vt in puero quodam, qui in ludo graui, Britone insultante, sanguinem mixit primum: deinde pus annis sequentibus. Ita alijs multis. Sed vlceris ratio distinguenda, vt aliorum vlcerum, quia putre, callosum, &c. In vniuersum ergo per penem sanguis exit à renibus, vteribus, vasis spermaticis, vesica, aut vesicæ collo. Sine vrina, è collo: cum vrina statim subsidens, & cum dolore in pectine, è vesica: cum dolore in lumbis multus, nec nisi post multum tempus subsidens, è renibus manat. In apertione, serofus: in ruptione, multus & crassus: in erosione, paucus & tenuis. Singulis causis sua debetur curatio ex alijs locis petenda.

IN CAP.

*IN CAPVT LII. DE MICTV
SANGVINIS.*

DVRETI ENARRATIO.

Demictu sanguinis synceri, mixti, atq; serofi, critici, periodici, aut symptomati-
ci, rupta, exesa vel aperta vena.

*Mictu sangui-
ni variu.
Natura ad mi-
ctum sanguinis i-
donea.*

Quibusdam naturis vt sanguineis, in quibus nimia sanguinis abundantia distentæ sunt venæ, aut quibus suppressa est vacuatio consueta, aut qui altero cruentum sunt mutilati, in otio viuunt, & in otio vinum liberaliter bibunt.

Hoc ipsum præter naturam Quoniam materia mitis naturæ effunditur per loca lege Naturæ & ex euentu incommoda, tum etiam quod hæmorrhagiæ causæ, ausus, hæmorrhagiæ, diæstæ non facillè curationem recipiant.

*Mictus sanguinis
causa.*

Inclinante Vere Quo tempore sanguinis dominatu totum corpus tenetur, & ad sanguinis copiam incandescente, calo accidit orgasmus.

Renum quoque infirmitas à vna scilicet ab intemperie nata cum renes laxi sunt qui firmi & solidi esse debent.

Vt adstringentia ad renes vt sunt vehicula ipsorum adstringentium, glutinantium & sarcoticorum.

Auicennas nihil melius existimat Sed Auicennas hoc remedium, nempe lac caprinum, indicante ratione inuentum, experientiaque comprobatum, didicit ex Hippocrate in historia Clorigi cuiusdam nephritici, qui cruenta meiebat ad finem lib. 7. aut 5. Epid. Nam huic dedit lac caprinum Hippocrates, cuius vsu curationem recepit.

Lactis vsu.

℞. mscaginis seminis papaueris albi Vel ℞. aqua nucamentorum salicis ℞. j. sacchari rosati ℞. iij. fiat iulep. Aneur. Singulare est hoc remedium, quod vires habet auxiliaries contra anastomasm, diaurosim & rhixim venarum; Quæ tres sunt causæ omnis hæmorrhagiæ, vndecumque fiat.

Iulep.

*IN CAPVT.] LII. DE MICTV
SANGVINIS.*

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM

ANNOTATIO.

Oruentis mictio, vel *ἄρον αιματώδες*, vrina cruenta, suo ipso ex-
cernendi modo, & materia quæ per loca nec lege naturæ commoda, sed toto genere incommoda terrifica est, & metum affert magnorum malorum, tum partium ratione per quas fertur, tum earum vnde venit, & quibus excipitur. Enimvero sanguis omnis qui in ventriculo effluxit, vel vt supperet vel vt putrescat, vel vt grumescat, necesse est. Sanguis qui fertur, in magnas capacitates, vt in ventriculo ac ipsius cerebri ventriculos, grumescit, vt in apoplecticis sæpe vidimus. Nam auctore Aristotele omnis sanguis, si ceruinum exceperis, effusus grumescit. Omnis sanguis fibras habet quarum ope statim concrefcit. Sanguinis corruptio funesta est, & à grumis sanguinis multi intereunt, affectis scilicet principiis vitæ per sympathiam, aura venenata quæ inde effertur. Quod perspicuum fit in traumate capitis, in quo euentu incidit mors, ex sanguine scilicet qui stillatum fluit intra meningem vbi grumescit, & nisi intra triduum terebrentur, moriuntur: Terrifica est non solum sed id quod sanguis effunditur naturæ familiarissimus, mitis humor & suavis, sed quod effluxum habet per loca naturæ lege incommoda, vel per vesicam, qui funestus est, nisi cito exitum habeat. Quemadmodum multi meiant sanguinem perspicuum est: sed alij purum, alij mixtum. Effunditur

*Cruenta mictio
terrifica.*

*Sanguinis in
ventriculum ef-
fusi calamitas
Cur à grumo
sanguinis multi
intereant.*

*Causa mortis à
traumate.*

*Sanguinis puri
et synceri mi-
ctio.*

Sanguinis diluti & saniosi mictio.

fanguis meiando synceris,meracus,omnis alienę mixtionis expers:aut sanguis dilutus, aut ichor quidem & veluti saniosum quippiam, cuiusmodi apparet in dysenteria hepatica:aut quod ipsius sanguinis speciem referat, sanguis tamen non est. Sanguis meracus effunditur tum a partibus diaphragmate superioribus, tum a toto corpore,tum a renibus,tum ab vrinæ ductibus, tum a vesica.Scitum est illud Hippocratis aphor.75.lib.4

Aquilus partibus sanguis meracus effundatur.

Duo aphorismi Hippocrati de sanguinis mictio. Aπο ταυτομαξια duo apud Hippocratem significat.

Sanguinis mictio periodica ab vniuersis vel particulari plethora.

Historia Hippocratu de sanguinis mictione critica a plethora particulari.

Sanguinis mictio in aethiico constituitur.

Sanguinis mictio per venarum rupturam & diastemum, ea rursusque causam distulio.

Sanguis ichorosus, a quo etiam sudor eruitur. Hippocratu aphorizim de mictione sanguinis. In gonorrhœa facida sanguinis mictio in coactu.

A vesica venula raro sanguinis excernitur.

Purum & sanguinis effusio a vniuersis partibus proficit.

Historia.

Duobus modis autem ταυτομαξια accipitur apud Hippocri. primum quod sua sponte fit,nec medicis ope sine cathartico, siue diuretico,aut quod repente accidit,sine alicuius morbi consecutione. Quo modo in hoc aphorismo vsurpatur ab Hippocri. Illud igitur ruptionem significat a renibus, quando venit απο ταυτομαξια. Dixit autē eo loco Hippocri. non εστιν αμφοτερες. Quinetiā quemadmodum stasis & definitis temporibus periodicę funditur sanguis per hæmorrhoidas, vel cæcas vel patefactas, qui venit a venis rami mesarici quę sparguntur in sphincterē musculum ad faculentis sanguinis expurgationem periodicos : Ita & quibusdam hominibus meiando excernitur sanguis de toto corporis habitu, vel plethora particulari partium vrinæ dicatarum, vt annotauit Hippocri. lib. 4. Epid. de Athemate & quodam, qui ab vrinæ ductibus, vesicę & rerum oppressione per triduum sanguinem profuderunt, & ea oppressione ac molesta defuncti sunt, fuit hic quędam excretio critica quę oppressione sustulit natam a plethora particulari partium vrinæ & renibus dicatarum. Quinetiā symptomaticas in plethora vniuersi corporis. Quando in constitutione athletica venę emulgentes nimia sanguinis abundantia distenduntur, nec potens est vis secretrix renum secernere serum a sanguine, nec continere ad sui nutritionem dicatum, vt solent quando par est analogia excretionis & secretionis, quem tum sibi apponunt, & assimilant, sed in nimia sanguinis abundantia vt diximus, in orgasmō, in plethora athletica, sæpe icu, casu rumpuntur, aperiantur, exeduntur multęntia vasa & fit ρηξις, αιμασματος, διασρραις, & fit hæmorrhagia renum. sic enim vocat Paul. Aegin. Quę tam excernendi modo sic distinguit. In anatomosi funditur sanguis sine sensu, sine molestia, & paulatim; in ruptione cōiectim in exulceratione cum sensu doloris sanguis funditur non vsquequaque purus, sed aliquando purulentus Sic igitur ρηξις, profluuium adfert, αιμασματος stitilicidium, sine sensu doloris; διασρραις purulentum profluuium cum dolore coniunctum. Ergo, sanguis purus criticos effunditur, & symptomaticos, criticos ē toto corpore. Sæpe etiam vt scripsit Aristoteles, fit sanguis ichorosus, vt veluti διαρρηξις, hærescat & effundatur non solum per renes, sed etiam per sudores, & meminit sudoris cruenti per ferositatem ipsius sanguinis. Mixtus etiam excluditur in nephritide, quentiam in vesica. Præterea id docet Hippocrates aphor. 80 libro 4. λωσμεν ερηνεξ δεσμβου, ηε σεαργνελλω χρεη, ηε εδωιν εμπιπεις το σπινθησενν ηε εε τδ αδιναμιο, τασπει τλω κλεις πορνεει. Si quis sanguinem meiat cum dolore ventris & inter scæminei, cum grumo & vrina stitilicidio, circa vesicam labor est. Idem & aphor. 39. libr. 7. addidit ηε πορνινη. In pectine, in scæda colluie, si quis arrigat penem, fit honor auribus, & rem habeat cum muliere, multum sanguinis effundet crassi & sæculenti, quod a ceruice, ad cuius radicem sita est glandula, quę oleum naturale subministrat. Dico igitur si impurus homo qui ex impuro coitu contraxit illam colluie quia exulcerata est glans propter colluie illam, si inquam, cum penem arrigit, quia ferē semper est cum inflammatione coniuncta, & chordasum quandam sentiat, ad ingenium redeat & rem habeat cum muliere, multum sanguinem effundet, quod periculo non vacat. Quidam tamen lenones præscribunt rem habere cum mulieribus, Et dissent ponit quieris qu'il faut prendre du poil de la beste. A vesicę venulis aliquādo sed raro excernitur sãguis, quia est αιμασ ηε αιμασ excarnis & ex sanguis. Pus ergo & sanguis tum a partibus diaphragmate superioribus, tum a toto corpore, tum a partibus emulgentibus vel criticos vel symptomaticos rupta, aperta vel exesa vena effunditur, vt nuper diximus de iuene quod a annos nato 24. qui sauciatus in crure habuit per intestina periodicę dysente-

dysenteriam αιμασ ρηξις. Criticos etiam contingere vidimus in quibusdam, qui cum Venere agnoscere cœpissent & παραξαι, vt loquitur Hippocrates; & hæmorrhagia narium sanguinem debuissent effundere, facta est reuulsio per ipsos pulmones, & sanguis per easdem vias quibus per vomica rupta ad renes deductus est & effusus per vrinas. Hoc autem fiebat per αιμασματος, non sine periculo. Nam quando per nares effunditur, nihil periculi est, quia per loca lege naturæ commoda, neque enim grumescit. Sed quando per vesicam & insignes capacitates effluit, grumescit: grumus autem funelus est, sanguis grumosus venenum est. Hactenus ergo de cruore puro & syncero, qui criticos & symptomaticos effunditur meiando. Sequitur alterum cruentę mixtionis genus, in quo sanguis mixtus est. Effunditur a renibus sanguis dilutus, cum scilicet renes sunt infirmi, nec habent potentiam secernendi, id est, velut emulgenti serum a sanguine, & veluti naturæ ordine perturbato sanguinem cum sero attrahunt, aut attractum non apponunt, sed elabi sinunt, labefactata facultate retentricę & deprauata concoctricę, ac tum sanguis cum vrina effunditur & dicitur υρον αιμασματος. Est sanguis dilutus non meracus ab infirmitate facultatis retentricis, & deprauatione coctricis. Præterea si renes laborant in mitificando sanguine sibi dicato idem illis accidit, quod hepatis imbecillio. Hepar infirmum cum a diuturna intemperie incidit in απονιαν, cuius vis laborat in attrahendo chylo, & conuocando, si attrahere non possit, fit chylosa excretio, si attractum non possit coquere, elabitur chylus, & fit quędam dysenteria hepatica loturę carniū recens maectatarum similis. In renibus idem accidit quod per infirmitatem naturę coctricis & retentricis non habent potentiam assimilandi sanguinem sibi dicatum quem sinunt elabi, vnde fit υρον αιμασματος. Porro etiam quod prætermittit, sæpe serosus sanguis effunditur, non consistentia crassus, qui a lochiorum suppressione cunctatur in vtero, quia mora huius tenuior sanguinis pars exudat in vesicam, & sine vitio renum, aut ipsius vesicę vlcere fit υρον αιμασματος, vt annotauit Hippocrates lib. 1. de mulier. morb. Præterea si hepar officium non facit, vrinæ funduntur cruentę bullis obfite, vt in hydropicis, iudicabine idcirco illius ruborem esse ab inflammatione feri, aut quod mictione bilis saturatę sint? Non, quia hepar hydropicorum duobus modis deprauatum est, aut per impedimentum facultatis hepaticę, aut alienatione sanguificę facultatis, vt in marasmo periphryge, in quo hepar attrahit quidem chylum, qui rudimentum a mesaricis per quas fertur accipit, sed mitificari non potest. Dico igitur venas esse abitas quodam cruore & sanie. & ideo reddi vrinas cruentas, sed bullis obfitas, stabiles & fixas: quod signum est intemperiei frigidę, tales vrinæ veniunt a frigido, actum est, in propinquo mors est; tales vrinæ salutis desperationem adferunt in hydropicis, quia laborat ab exhausto hepar, alienata ipsius facultate sanguificandi. Quando propria substantia renum liquatur, vt hepatis in hepatica dysenteria, excernuntur veluti carunculę (constant enim renes carne solida & densa) & fit quędam renum εσθησθησις. Effunditur etiam in nephritide, abrasione calculi, qui venas exasperatione erodit, & ideo Hippocrates lib. 6. Epid. Inter signa calculi renum vrinas cruentas ponit αιμασματος εσθησθησις. De distinctione sanguinis mixti sic statuendum: Quando æqualiter mixtus affluit, a partibus diaphragmate superioribus, quando inæqualiter a renibus, quando nullo modo mixtus, a vesica venit. Ergo variis modis fertur sanguis, quibusdam fertur per vias vrinarias, vt alijs per nares, alijs per venas sedis, alijs per vomitum, vt in suppressione lochiorum & menstruorum. Nam si vomit mulier, bonis naturę rebus vomit, quamuis locus sit & lege naturę & euentu incommodus; sed duobus propositis malis, declinandum est maius. Menstruus enim sanguis qui anadromen habet & non anagogen, sæpe mulierem ad exitum præcipitat oppressione partium vitę conseruationi dicatarum. Eiusmodi autem excretiones sanguinis excitantur ferē inclinante Vere. Cessat iners sanguis hyeme, in eunte Vere turget: deinde ad copiam accedit orgasmus affecto Vere. Quare pueri non sunt pleuritici, nephritici & hæmorrhoidibus non tentantur? quia sanguis puerorum mitis est & pituitosus, quia etiam assumitur ad nutritionem & incrementum; deinde quia ad sanguinis amplificationem non accedit orgasmus, ac si diceret,

Hæmorrhagia in uenam suppressam mictionem sanguinis affert nonnumquam.

Grumus sanguinis funelus. Sanguinis mixti a renibus effusio. Renum infirmitas.

Idem symptoma in renibus atque in hepate dysenteria hepatica.

In mulieribus sanguinis mictio a lochiorum suppressione. Sanguinis mictio ab hepate in hydropicis.

Sanguinis mictio in hydropicis sumpta.

Renum πνεσθησις.

Sanguinis mictio a calculo.

Sanguinis mixti distulio.

Sanguis per vrias vias fertur.

Verę excretiones sanguinis contiungunt.

Quare pueri non sunt apud Hippocri. pleuritici, nephritici, & hæmorrhoidibus non tentantur.

Non fiunt pleuriticis, nephreticis, ratione causæ fuscipientis, sed fortasse ratione efficientis, quæ à prava diætâ & præpostero vitæ instituto, omnis enim natura, omnis ætas est capax omnium morborum ratione causæ fuscipientis. Vere affecto accedit orgasmus in pueris ad sanguinis amplificationem, vnde hæmorrhagia. Genus vnum *ὑπόσιον ἀμασπρῆς* iam explicauimus, quod est sanguis, qui vrinæ modo per fistulam vrinariam effunditur, causas eius explicauimus. Sequitur alterum genus *ὑπόσιον ἀμασπρῆς* quæ dici potest hæmorrhagia renum. Aliis enim cruenta est vrina sanguine permixta, & talis excretio similis est dysentericæ hepaticæ, quia non est sanguinis synceri & meri excretio, & fit, quia renum vis effecta languet. Nam in multis cadaueribus renes laxos deprehendimus & effertos; sicuti & in quibusdam cor ipsum inuentum est laxissimum & molle. Sic hepar laxum facit dysenteriam hepaticam, quando à vehementia & diuturnitate intemperie incidit in *ἀπώσιον*, Cuius vitio hepar laborat vel concoquendo, vel attrahendo, vel excernendo, vnde chylosæ deiectiones & *πυλωσεις ἐξερυθρῆς*. Sic & renes laxitate quadam fundunt sanguinem, & est *πυρρῶτα ἐξερυθρῆς*, fluxus vrinæ ruber, vt hepaticæ excretio. Ex perspicua autem causarum nephriticæ hæmorrhagiæ remedia debent conuenienter præscribi. Nam anastomosi oppilantia debentur, ruptioni glutinantia, exsioni sarcoïtica. Ab auctore nostro varia proponuntur remedia quæ à nobis explicantur in codicibus vestris & in scriptû auctoris. Atque vt intelligatis quid per spongiosum sedimentum intelligat vester auctor; Hippocrates excrementum spongiosum vocat, velut est *ἀπώσιον ἀφροδῆς* efflorescentia spumosa, quæ fit à flatulento spiritu, vnde venarum esse vires licet colligere. Quemadmodum & videre est in alui excrementis spumosis, quæ frigidam intemperiem & distillationem arguunt ex Hippocrate aphor. 30. lib. 7. aphor. *ὁ κρόσιον ἀφροδῆς τὰ διαχωρίζεται ἐν τῆσ' διαίτησιν, τὰ κρόσιον ἀπὸ τῆσ' κροδῆσ' τῶν κροτῆσιν.* Quibus spumosa sunt excrementa in alui profusio, à capite ea desuunt. Etiam hypostasis in vrinis spumans, quæ fit à crassiore materia agitata à flatulento spiritu. Et quod spuma stabilior & constantior est, tantò peior, ac etiam quod æqualior, tantò peior, quia argumentum est flatulentum spiritum per totum corpus vrinæ se insinuare. In infirmitate vasorum seminalium aliquando excernitur sanguis non cum vrina, sed in coitu. Quod autem ex Auicenna noster auctor præscribit lac ouillum, vel caprinum, Auicennas hanc sententiam vel hoc iudicium, vel hoc remedium iudicante ratione inuentum, & experientia comprobatum didicit à summo præceptore libro quinto Epidem. In Clorigo quodam nephritico, qui cruenta meiebat, ἐγκλάστωσις, nec bibendi finem fecit, donec curatus fuerit, dedit cum aqua ad heminas tres vel cotylas tres. Hoc autem in loco legitur lac *ἀγριον*. Hippocrates autem inter alias lactis peculiare dotes annotauit, quod non solum lenit, glutinat, sed & fluxionem sistit, ac si diceret, pugnat non solum contra causam coniunctam, sed contra antecedentem. Præscribuntur trochisci varij ad erosionem, sed instar omnium trochiscorum exhibeantur trochisci Gordonij. Vbi grumescit sanguis summum est periculum, & si incidentibus medicamentis non cesserit, inciso perinæo molienda curatio est ad vitandam corruptionem & mortem. Si sanguis inter musculos effusus non suppurat, gangrænam facit, si induretur, scirrhum, in capacitate effusus vt in intestina & ventrem (non aluum grumescit. Dixi, non aluum, quia duplex est apud Hippocratem *καλιὰ*, *αἷον*: scilicet *καὶ κατὰ* apud quem cum præpositio hæc *δ*, *τῆς*, *τῶν*, præponitur *καλιῶν*, vertendum est aluus, non venter. Itaque vbi promuntur Hippocrates aphorismo 13. libro primo aphorismorum. *Αἱ καλιῶν χειμῶσι καὶ ἔρῳ θερμῶταται φέσσι* &c. vertendum est Alui ven tres, vt perperam fecerunt omnes interpretes.

Historia.

Ex causarum perspicua remedia præscribida. Quid sit sedimentum vel excrementum spongiosum.

Vrina hypostasis spumans quomodo fiat.

Lac ouillum vel caprillum ad sanguinis mictionem Hippocrates, & post eum Auicennas præscribit.

Lactis dotes apud Hippocratem.

Trochisci Gordonij. Crumi sanguinis curatio.

Καλιὰ apud Hippocratem duplex.

ANTON.

Cruenti mistas causæ sunt externæ, aut internæ. Externæ, ictus, lapsus, casus, Cruenta mictio nis causa, coitus immoderatus. Internæ, sanguinis copia, qualitas vtraque simul; vnde de venarum ruptio, apertio, vel erosio renum, calculus vlcus eorundem, itémque vesicæ, & aliarum partium vreticarum. Quin etiam inter huius generis causas reponunt imbecillitatem renum, qui sanguinem retinere nequeunt, sed cum vrina simul excolati sinunt, lecoris infirmitatem, solennis alicuius vacationis suppressionem. Fernelio interna causa vnica est calculus videlicet, qui per corporis laborem, præsertim per exercitationem validam, veluti equitationem asperitorem, renes totumque venas obtrens, sanguinem ciet. A cuius autem partis vitio fiat, distinguendum dolore affectæ sedis & sanguinis cum vrina permixtione. Trio enim qui excidit sanguis, copiosior est & vrinæ toti, propter longitudinem viæ, exquisitè permixtus, qui mox in fundo matulæ subsidet liquidus & rubicundus. Et qui à vesica defluit, vrinam non æquabiliter perfundit, & in ima matula in grumos cogitur. Adde quod paucus elabitur, propter venarum vesicæ angustias, nisi fortè à sphinctere ceruicis musculo dimanet.

Fernel. cap. 13. lib. 6. Patolog.

Præsentaneum remedium est venæ sectio, vbi plethora huic malo causam præbet, aut cohibita vacuatio. Vbi humorum acrimonia purgatio ex cholagogis, ex hydragogis, cum dilutior & serosior fuerit sanguis.

Exhibendi interim syrui rosac. sic. granar. cydon myrtil. zulap. ros. cum aq. chalyb. plantag. portul. aut decocto adstringente. Valebunt trochisci, de carabe, de terra sigillata. Vbi sanguis à vesica flueret, posteriori coxendici, vel naribus vtiliter cucurbitulæ affiguntur. Quod si à lapsu sic, aut casti, cruentus mictus, linetur affecta pars vnguento ex bol. armen. sang. dracon. terr. sigil. hypocistide, cum oui albumine, vel oleo rosacco & aceto.

HOLLERIVS.

De Diabete & similibus.

CAP. LIII.



Υπνικὸς Græci vocant, qui sæpiùs mingunt. Vitia, quæ in sæpiùs meiendo contingunt, vrinæ 2 multitudo efficit, renum vitium, resolutio vel infirmitas musculi, qui collum vesicæ claudit.

Diabetes proprium est 3 renum vitium. Nascitur primùm humoribus 4 vitiosis substantiæ renum imbibitis. Vnde 5 infatiabilis appetentia potus, vt in canina appetentia infatiabilis ciborum cupiditas, ex vitioso humore, qui stomacho imbibitus est.

Sequitur perpetua renum attractio. Sed cum infirma sit alteratrix & contentrix, quicquid hîc bibitur, statim per vrinam effluit, quo modo in lænteria potus cum cibus.

Hîc ardent 6 viscera, atque aded vniuersum 7 corpus, propterea quod quicquid aquosum est & serosum in venis, vnde videlicet sanguis temperatur, attrahitur in renes & emingitur. Ex quo fit, vt & humores solidarum partium exugant venæ, quod deinceps renibus attrahentibus emingitur. Rara hæc 8 affectio, & in ardoribus nascens, vbi vrina aquæ omnino similis est.

- 1 De profusio vrina vi renum rupta, vbi positi concolor est ipsa vrina.
- 2 Fusa toto corpore materia, aut à capite, aut seri copia.
- 3 Deprouata alteratrice renum facultate & infirma retentrice.
- 4 Ur bile, aut pituita salsa.
- 5 Eo enim humoribus imbutis repentina fit vrina nullo modo colla attractio.
- 6 Ex puerenti & violenta seri attractio.
- 7 Desraudatis sero humoribus.
- 8 Hanc bis tantum vidisse se commemorat. Gal. cap. 3. lib. 6. de loc. ma. aff. 1.

Alius affectus est vesicæ, cum vel defluxione, vel frigore, ictu, casu, ylcere aut aliis eiusmodi causis, nervi, qui vesicæ musculum claudunt, resoluuntur. In qua affectione & noctu & interdum præter voluntatem vrina affluit. Cui & alia affectio vicina est eorum, qui non satis urinam continent, sed stragulas noctu permungunt. Quod vitium familiare senibus & pueris. Senibus quidem propter siccitatem: pueris autem, propter laxitatem & mollietatem.

Curatio.

In ardente febre diabetes 9 incurabilis. In aliis ægrè 10 curari potest, quia non faciliè initio deprehendi potest. Quod si initio deprehenditur, mittendus sanguis est è cubito, sed moderatè.

Deinde vtendum iis est, quæ refrigerant, contemperant, & paulatim vitium renum corrigunt. Vitæ ratio omnino frigida, tum actu, tum potentiâ.

Cataplasmata quoque refrigerantia tum renibus, tum visceribus applicanda. Vomitus eius quod bibitum fuerit.

Sudor excitatus in dolio, vt tantùm exeratur caput.

Conueniunt cibi, lactuca, endiuia, oua forbilia, recens caseus sine sale, lac in quo chalybs, vel calculus fluuiatilis sæpiùs extinctus sit. Pulli gallinarum hordeo mundato, vel quatuor sem. maioribus frigidis infarcti, hordeatum, lac amygdalarum, præparata cum refrigerantibus. Et quia hæc viribus plurimùm detrahitur, 11 suilla caro, vinum crassum, rubrum, aqua frigidissima dilutum, concedi possunt.

12 Farinam oxyrhædino subactam, emplastri modo, & renibus, & hypochondriis applicabis. Vitis & rosarum folia, ea in summa, quæ 13 refrigerant, & adstringendo roborant, renibus applicabis.

Cerata comparabis lumbis & pectini ex rosaceo, subigésque cum lactucæ succo & similibus. Aliquando etiam in maiori ardore expresso succo è foliis papaueris cerota subiges, aut populeum vocatum cerato commiscebis. Erúntque 3. ij. populei ad singulas 3. cerati.

Laudatur & infusio ex oleo in quo vermes terreni fuerint cocti. Mirum est, quod theriaca ex natura sua calida & sicca sitim diabetis extinguit, data interuallis. Leges vltimum problema primi Aphrodisæi. Hunc morbum appellant syphonem, urinæ profluum, intercutem matulæ, diplacum.

In paralyfi, diabete curatio.

Si paralyfis ex luxatione vertebrarum, non faciliè curatur. Alioqui balneis sulphureis, frictionibus asperis, inunctionibus cap. de Paralyfi, dropace & sinapisinis vti oportet, vt vim medicamento-

rum

rum percipiant lumbi, perinæum & pecten.

Quod si urinæ multitudo in 14 causa est, victus 15 ratione exsiccante, iis quæ ad 16 intestina diuertunt, vtendum est. Ad alios vero, quibus infirmitas claudens musculi causa est, conueniunt caro ericij, cerebrum aquilæ, cerebellum, renes, testiculi leporis, pulmo hædi, lingua anseris, galli guttur, vesica suilla, tauri, capræ, ouis, enula, thus, myrobalani, cyperus, coriandrum præparatum, myrrha, mentha, calamentum, galbanum, castoreum, selesi, lac ouillum & caprillum, oleum de ben, de spica, rutaceum, mastichinû.

Vulgare remedium est esus murium. Oleis itaque vel inde comparatis cerotis pecten & perinæum inungenda sunt. Reliqua ex vino odoro, senibus: ex aqua, pueris ebibenda sunt. Laudantur & hæc.

℞. cinnamomi electi 3. j. spicæ nardi 3. β. cyperi, coriandri præparati ana ʒ. j. vesicæ suillæ siccæ, testiculorum leporis siccorum ana ʒ. β. Omnia incorporentur conseruâ enulæ campanæ prius conuassata & subacta. Aliud.

℞. glandium 3. ij. corticis thuris ʒ. i. sem. coriandri præparati, boli arm. arabici ana 3. ij. spicæ, cinnamomi ana 3. j. testiculorum leporis, vesicæ suillæ ana 3. β. misce, fiat puluis, vtatur sæpe.

Laudatur & lac ouillum & caprillum cum modico saccharo, vel cum medicamentis descriptis.

Ne permungant stragulas, vesica tauri vel suis prius madefactâ oleo interiori parte debet è colo suspendi, & ita alligari, vt quicquid meitur, excipiat vesicâ.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

VRina secundum naturam habens quantitate potui respondere debet, aut ab eo paululum distare, & tempore conuenienti excerni. Ob id frequens, aut pauca, aut plurima mictio præter naturam est. Frequens fit tum ob causas superius dictas, tum ob resolutionem musculi orificium vesicæ motu voluntario claudens & aperientis, quæ sæpe fit luxatis vertebris, referturque ad Paralyfim. Pueris quoque molliores nervi, senibus sicciore, vnde permungunt lectum, neque diu urinam continent. Pauca autem fit æstate ob sudorem & exhalationem: vel ob multam & humidam deiectionem, quia materiæ pars, quæ per urinam flueret, ad intestina diuertitur: vel ob resolutionem & exsiccationem, vt ex ardente corpore in febribus: vel ob ascitem. Multa, frequens & copiosa multis de causis contingere potest. Alimento & potu copiosiore: colligatione aut dissolutione totius corporis: intemperie vel renum, vel hepatis, & crisi. Largior ergo potus vini tenuis & calidus, & medicamenta diuretica multas vrinas faciunt. Cruditas quoque multam efficit mictionem & deiectionem, & statim à cibo tractus sine mora succus ab hepate calidiore, aut inanito. Quod si hepar adhuc calidiore intemperie teneatur, robustum tamen sit & valens faciem, quæ est in intestinis, omnem fugit, vnde sicca & pauca remanet, serum autem augetur, sicque fit plurima mictio, & pauca deiectio. Nonnunquam quoque ob imbecillitatem naturæ partes frigidiores alimenta transmutari non possunt, in quibus quoque plus iusto urinæ apparet. In his omnibus nondum veteres diabeticam passionem posuerunt, sed in affectis renibus & vesicæ per consensum. Harum enim partium morbus est *diacritus*, vnde in *diacritis*, id est, pertranseundo,

14 Ex suppressione feri, aut potu largiore, aut potu colligatione.

15 Vt decoctio dicitur iuncta, abstinentia testiculorum.

16 Cuiusmodi sunt cathartica, qua lenendo aut irabendo purgant.

Urinam vnde pueri & senes continent nequeant.

Urina largioris & frequentioris causa.

quòd humor corporis subinde mutet locum, & veluti tantum per renes percolatur potus. Mulcum enim & frequenter mingunt ægri, & statim à potu urinam aquosam & tenuem profundunt. Vnde *ἡ δὲ οὐρὴν ἄμυδα, & διαίτην αἰς ἕσπεριν, διαφανὴς* Græcis etiam dicitur. Habet enim hæc affectio aliquid simile cum leienteria & canina appetentia. Cum illa quidem, quia potus omnis subito per urinas effluit, cum hac verò, quia perpetua sitis, ob inexplebilem cupiditatem attrahendæ urinæ in renibus, & eiusdem retinendæ impotentiam. Si igitur huius vehementioris attractionis causam intelleximus, natura huius morbi perspicua fiet. Tres autem in vniuersum causæ videntur. Calida & sicca renum intemperies: humor biliosus acris, salsus, renibus impactus, quos assidue irritat ad tractionem: & venenum aliquod deleterium. Quibus adde seri tenuitatem & biliosum temperamentum. Ex his igitur sitis ingens excitatur, ob quam æger assidue bibit. Potum hunc auidè renes attrahunt, antequam coquatur in ventriculo, sed propter imbecillitatem non retinent. Hinc etiam urina aquosa & tenuis redditur, licet sit ingens calor, quia breuiore morâ retinetur, quàm ut coctionem & tincturam accipiat. Sunt tamen aliæ huius affectus species dux, colliquatione renum, & torius corporis dissolutione. Huius meminit Aretæus, sitque frequenter in febribus, quam sequitur macies totius corporis. Cum dolore meium ægri, viscera aduri illis videntur, omnia saltidiunt, animo sunt dubio, saliuam habent albam & spumeam, præcordia grauiâ. Increcente morbo calor mordax in visceribus, abdomen corrugatur, venæ intumescunt, fit tabes. Si vel modico tempore à meiendo abstinerint, tument lumbi, testes, & ilia. Rarus affectus, & bis tantum à Galeno visus, à nobis sæpius. Anno 1558. Augusti sine in vico Vetere Templi Consuli du Val, in febre continua non ita ardente, ad sensum lingua scabra, arida, nigra. Quotidie sex pintas (quas vocant Luteiæ) urinæ mingebar, non ita siticulosus, constabat mente. Sub septimum diem obiit. Consuli Quelain nephritico, in febre profluuium urinæ motum, in quo serosa urina ad duas quartas emingebatur, ex quo euasit. Eodem morbo paulò ante eius pater obiit. Alter ab eodem profluuii obiit in vico Sancti Ioannis Bellouacensis. Quibusdam diutius urina suppressa, sequitur urinæ profluuium, aut morbus acutus per crism, qui malignitatem suam in renes deponit, vt ait Aretæus.

In ardente febre raro curatur, sicuti & in colliquatione. In aliis difficile, nisi statim initio deprehendo morbo occurratur. Secatur vena in cubito, sed moderate. Refrigerantur renes & confirmantur. Alimenta crassa, emplastica, minime calida, vnguenta circa renes, inunctio spinæ, opiatæ.

IN CAPVT LIII. DE DIABETE,

& similibus.

DV RETI ENARRATIO.

Vrina multitudo. A liberaliore potu, diureticorum vsu, & colliquamento corporis, vt in febribus colliquantibus.

Renum vitium. Vt in diabete, hoc est in siti naturali & inexplebili renum, vel ab ardore, vel à bile acerrima, qua sunt affecti.

Vnde insatiabilis appetentia potus. Quando scilicet suctio renum consecutione ad ventriculum ipsum peruenit, vbi & nusquam alibi suctionis sensus excitatur, & rei molestæ sensio *ἢ φαρμακῶν*. Cuius sitis explendæ causa liberaliter bibunt diabetici.

Sequitur perpetua renum attractio: è venis scilicet ad explendam sitim naturalem. Nam quædam partes siti laborant naturali, vt de vtero scripsit Hippocrates.

Sed cum infirma sit alteratrix & contentrix, aut certè potius cum alteratrix necessitati attractricis respondere non possit.

Diabete quid commune sit cum leienteria, & cum canina appetentia. Diabeta tres causas.

Gal. c. 3. lib. 6. de loc. mal. sect. 6.

Siti partium naturaliu.

Vrina

Vrina aqua omnino similis est. Quia cruda è venis rapitur, minimèque mitificatur.

Emingitur.) Et sit sanguis, vt ita dicam, *ἡ ἀποδουξὴ*, redigetur in puluerem exsiccatum ob perennem feri attractionem renum. Quòd fit vt & humores solidi partium exugant venæ, quod deinceps renibus attrahentibus emingitur ad colliquationem vsque.

Colligatio à diabete.

IN CAPVT LIII. DE DIABETE.

DV RETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

Quemadmodum Hippocrates lib. 4. aphorismorum post absolutam & singulari artificio descriptam urinæ historiam, quatenus apparet & facit, apparet ad tempus, & quatenus critica est, ac denunciat affectiones venosi generis, earum partium, per quas fertur, & quibus excipitur, extremus fuit illius disparationis aphorismus de urinæ materia, cum inquit *ἕρσις νύκτωρ πολλὴ ἁλοῦμένη, συμπερὶ τὴν οὐρὴν χαρπὴν σημαίει*. Mictio, scilicet *ἡ ἐξουρητικὴ* non *αὐτοματικὴ, ποτὴν πλουσιὰ* facta paruum deiectionem significat. Sic explicasse videmur omnia symptomata partium quæ urinæ secretendæ, colligendæ & ciendæ sunt à natura dicatæ. Superest vt quemadmodum vitia *ἕρσιος* *ὑπερμακτικῆς* in emissionem curantur, & sunt aut dysuria aut stranguria, dicamus de symptomatis *ἕρσιος* *αὐτοματικῆς* quæ sunt in mansione. Vitia in mansione cernuntur, quando urinæ materia vel subsistit diutius, vel celerius & crebrius manat & effluit, quàm ex naturæ legibus præscriptum sit. Etenim *ἕρσις αὐτοματικὴ* est naturaliter constituta, quando vt in ventriculo vacuationem sequitur suctionem sensus suctionis, sicut in appetentia & œconomia naturali bene morata constituimus: Tum demum appetentia excitatur ex animi sententia, & votis ægri, bonis naturæ rebus, quod vacuatio, suctio & suctionis sensus proportionem sibi respondent. Contrà si insignis vacuatio, deprauata suctio & suctionis sensus, eorumque nulla sit proportio, labefactata est œconomia naturalis. Sic quando *ἕρσις* seruat numerum, tempus, copiam & occasionem meiciendi, vt si quis ter die urinam reddere consuevit, nec tardius, nec frequentius reddat, si urina potioni proportionem respondeat, si cocta sit, si ne molestia & pleno meatu effunditur, talis *ἕρσις* est naturaliter constituta & bonis ægri rebus, vt scripsit Hippocrates lib. 2. prorrh. aphor. 14. his verbis. *ἕρσις ἢ χαρπὴ τὸ πᾶν προμακτικὴν ἀναρῶν, καὶ ἴσσην αἰετὶ, καὶ ἀδύνην αἰς μάλιστα, καὶ ἴσσην ἀλίγον παχύτερον, ἢ ὅσον ἰσθῶν.* Urinam iuxta potionis copiam meiere oportet, & semper æqualem, & quam maximè acruatim, & momento paulo crassiorẽm, quàm id quod potu acceptum fuit. Mox subiungit, *Εἰδὲ εἰς ὑδαταδὲς τε καὶ πλείονα τῶν ποσῶν σιδηροῦ πίνεσθαι, σημαίνει μὴ πλείονα ποτὴν αἰετὶ ποτῶν, ἀλλὰ ἀδύνην ποτῶν χαρπῆς, ἢ ἢ ἀνώσσει αἰατοφυλίαν ἢς αἰ τὸ ποτῶν ποτῶν τὸ ἕρσι.* Si verò fuerit aquosa & copiosior, quàm pro eo quòd bibit imperatum est: significat hominem non parere, sed copiosiorẽ potum vsui, aut non posse renutiri. Sed si quis frequentius meiat aut rariùs quàm consuevit, & nulla possit offerri excusatio liberalioris potus aut parcioris (parcius enim meitur si sudores fieri debeant, tum etiam in febribus ardentibus) in vitio sunt partes. Est enim materiæ amplificatum *ὑπερμακτικὸν ἕρσιον*, quod attrahitur à venis, quoniam afferret metum magnorum malorum, vt inflammationis, & hydropis, & aliorum grauissimorum symptomatum, translatione scilicet symptomata, & sunt quibus hæc coniungit hydropici aut *ὑπερμακτικὸν* id est, qui frequentibus meiant quàm consueuerunt. Si igitur urinæ materia non habet *ὑπερμακτικὴν* ad sudores & supprimatur in partibus vnde manat, malum ob causas iam citatas, vt & in febribus ardentibus, si quis parum meiat & multum bibat, malum, quia consumitur omnis urinæ materia, & hoc denunciat inflammationem & vehem.

Vrina Historia artificiosè ab Hippocrate descripta.

ἕρσιος αὐτοματικῆς quæ in mansione consistunt.

ἕρσις αὐτοματικὴ naturaliter constituta.

Appetentia quomodo excitetur.

Mictionis laudabilis ex Hippocrate conditiones, & contraria.

Qua urina paratior denunciet.

mentem ardorem sanguinis, & denunciat ferè *νεφροσι* renum, quorum vires ef-
fectæ languent, non habent potentiam discernendi serum à sanguine. Contra si
quis bibat quantum consuevit, & frequentius meiat, vitium est in mensione,
propterea quod non tantum stabulatur vrinx materia quantum decet, ce-
lerius rapitur quàm oportet. Nam ideo est comparata materia vrinx, vt sit
vehiculum crassiori sanguini ferendo à cauis ad conuexas hepatis partes, &
cum vena caua diuiditur duos insignes trunco, rapitur à renibus, ne vitium concipi-
at in venis & sanguinem corrumpat aut aliò transferatur. Raptam vrinam
renes paululum retinere debent, vt sibi assimilent quod proprium est, deinde ef-
fundant in vesicam, quæ ipsam vrinam continet triplici fibrarum contentione,
donec voluptatem perceperit. Sed cum molesta esse incipit, eius partim *αυρι-
νη*, partim *αυρινη* fit exclusio. Si fortè acciderit vt renes phlogosim conce-
perint, aut imbuti sint bile acriori, siti laborant naturali, siti sine sensione, vt euen-
it in siti in stomacho. Et cum renum omnis functio sit naturalis, siue proprio;
siue vniuersali officio, nulla sensio rei molesta excitatur, antequam accesserit ad
vigorem affectio, atque hinc difficultas & *αδυναμία* curandi, quia vis illa & re-
num attractio rapidior sit in puncto indiuisibili non vt lienteria, nec vt *βελιμη*
in ventriculo quæ prænuntia habent signa antequam inuadant ægros; sed dia-
betes repente fit: incidit rapida vi secretrice renum, nec vllum habet signum præ-
nuntium antequam venerit, & in vigore cõstitit. Scripsit Gal. li. 3. Epid. de quodam
qui repente è potestate mentis excessit. Ille prius habuit diurnam *παροξυσμ* ante-
quam mentis potestate decederet, tandem lumina furoris fuere omnia. Galenus
in comment. Non quæmodò generatio morborum, ita & *αυρινη* impressio,
quæ sit in puncto indiuisibili. At generatio morborum sit partium alteratione,
partim alienatione partium nobilium & obsessarum, vt si quis perturbatione ani-
mi diu delitaret, & repente fit phreneticus, talis insanabilis, propterea quod non
ante apparet, quàm cerebrum affectum sit, non simpliciter alteratum. Id exem-
plo docet. Si quem fortè canis rabiosus momorderit, quo serius ægri sympto-
mata apparent, eò grauius affligunt. Idem & obseruatur in lue Venerea. Habuit
quis vlcus in pudendo, nõ est dubium quin sit prænuntium luis Venereæ, quem-
admodum & canis rabiosi morsus *ὀδοντοφαγία* & febris ardentis, quia serpit illud
virus sensum donec ad solidiores partes pertigerit. Renes ita cacochymia quadam
laborant, quoniam bilis acrior ad eorum substantiam contumacius adhærescit,
& sicut aluus quando natat bile, ita renes siti inexplibili tenentur, ad quam ex-
tinguendam summa vi trahunt serum è venis antequam mitificatum fuerit, & at-
trahendi finem non faciunt, donec venæ ab exhausto laborent. Venæ ab exha-
usto laborantes, quæ sunt hepati, *πυκνὴ* exhauriunt hepar: hepar donec venerit
ad vitale principium per venas communes rapit ab aluo; aluus ab exhausto labo-
rans facit sitim: tunc liberaliter bibitur, & fit sitis animalis. Nam vt sitim suam
naturalem renes extinguant, rapiunt gratiosum humorem, *ινυδα* à venis, venæ
ab hepate, hepar à vicinis partibus, inde venit ad ventriculum, vbi sedes, est sitis
& appetentiæ focus. Vnde qui in febre ardente non sitiunt, vel in his est resoluta
pars sitis sensifica, aluus scilicet, aut mente laborant. Renes sitibundi qui sero
priori non potuerunt sitim sedare, rapiunt portionem quæ ab aluo in intestina
deturbari solet, & fit tunc vrina potioni concolor, & est excretio *αματῆλας*. Hæc
igitur comparatione demonstramus. Qualis est in aluo lienteria in superiore o-
rnitio ventriculi *βελιμη* & canina appetentia, talis in renibus est diabetes. Sed
hoc interest, quod neque *βελιμη* repente fit, quin prænuntiam habuerit can-
inam appetentiam, neque lienteria, quin intemperiem alui, vel oxyregmiam
prænuntiam quoque habuerit. In renibus autem nullius rei moleste sensio per-
cipitur, donec ad vigorem peruenerit, quando est sitis renum inexplibilis, quæ
excitat sitim inexplibilem alui. Non enim fit vitio ventriculi, vt scripsit Gale-
nus, non intestinorum, vt lienteria. Nam si quis dicat liberaliore potu excitari
diabetem, errat. Si quis enim bibat liberaliore potu excludit, aut si subsistit,
fit hydrops. Et si quis dicat; Multum bilis generat, copiosius, frequen-
tius meiat; ergo diabete laborat; Nego sequi: Nam generatio morbi sit
vt sit in renibus ipsi symptoma renum malè affectorum ab intemperie calida,
à vitio

Frequentioris
mitis causa.

Officium feri ex
quo vrina.

Vrina genera-
tio.

Sitis renum na-
turalis.

Diabetes cala-
mitas.

Historia.

Morborum ge-
neratio & im-
pressio.

Quomodo in re-
nibus diabetes
nascatur.

Diabetes à lien-
teria & bulimia
distinctio.

Renum cacochy-
mia & vniuersi
affectus.

à vitio bilis malignæ contumaciter ad renes adhærescentis, & est icterus, vt ita
dicam, renum, quando renes natura rubicundi & densi fiunt icterioideis, subfla-
ui & macilentis. Excitatur ab illa cacochymia sitis inexplibilis naturalis in reni-
bus qui serum attrahunt à trunco inferiore venæ cauæ rapidè. Neque tamen
diabaticus dicendus est, quia liberaliter bibit, sed ideo liberaliter bibit, quia dia-
beticus est. Idcirco errant toto cœlo qui interdicunt potionem. Nam omnis dia-
beticus est. Idcirco errant toto cœlo qui interdicunt potionem. Nam omnis dia-
beticus liberaliter bibere debet. Cæterum quis huius nominis auctor fuerit her-
metice non inuenio, cum tamen citetur à Galen. lib. 6. de locis malè affectis, nec me-
mini me legisse apud Hippocratem Aristoteles lib. 3. de partibus animal. *αυρινη*
nominat; Hippocrates *αυρινη* vocat, ac capite de vrinis, vbi explicatur
quæ ad vrina pertinent, ad finem coaccor. progno. de vrinx signis loquens: Mala
est, inquit, vrina cuius cita exclusio fit à potione. Intellige autem si vrina sit tracta
non missa, vt si quis liberaliter vinum album biberit, cogaturque è mensa reced-
dere, hæc vrina missa est non tracta, quamuis diuretica facultate renes possint
excitari. Deinde scripsit quod vrina potioni est concolor, vnde superius annota-
uimus triplicem vrinx materiam. Paulus Aegineta, Aërius, cæteri que recentiores
Græci Medici dicunt diabetem esse *παχέα ἢ ποικίλων διαβῶν*, citam esse rerum
quæ bibuntur emissionem, quæ apparent tales quales ingestæ sunt. Diabetes igitur
tur nomen habet *παρὰ τὴν διαβῶν, τὸν ἀντὶ*. Quod à transitu nomen habet diabetes
est, vnde diabetes dicitur. Id quod infundibulum vocamus, Gallicè, *vn entonnoir*.
Diabetes ergo sitis est renum inexplibilis. Sitis autem omnino duæ sunt causæ,
aut coniunctæ aut simplices, siccitas, calor, aut vtraque. Est præterea duplex si-
tis, Naturalis & animalis. Naturalis quæ sponte sua fit, & nullam molesta rei
sensionem excitat in phantasia, vt docuimus in lib. de morb. mulier. ex Hippo-
crate, cum vterus exaruit, propterea que à siccitate leuis factus est; inde etiam suffo-
sitibundus, quia non fruitur gratioso humore defraudatus femine virili; vnde
inquam sit sicciior & leuior, si nanciscatur *ἰσχυροτέρα*, id est loci amplitudinem, vt
solet quando rectum intestinum collabitur ab alui profluuiio, conuertit cursum
ad hepar & ei adiacet, donec saturatus redeat in pristinum locum. (Vnde fit suf-
focatio vteri opprimentis partes respirationi dicatas) & hæc sitis est naturalis;
vt prata dicuntur scire, non siti animali, sed naturali. Neque enim sensionem rei
moleste sentiunt. In diabete ergo est sitis renum naturalis inexplibilis: Nam
nisi sitirent, non esset illis curæ serum attrahere, quod ad perfuendam volu-
ptatem attrahunt. Omnibus enim partibus est in sita quadam facultas peculia-
ris & vernacula, qua quod sibi familiare est & gratum attrahunt, noxium pel-
lunt. In diabete autem, vt iam diximus, maxima est calamitas, quoniam non
ante percipitur alienatio, quàm illa siti, indeque pauci conualescunt, quia libe-
raliore potione obruitur calor natiuus. Quosdam commemorat auctor noster à
se sanatos: sed respondeo, quia bene bibebant antea diabetici, sed non quia dia-
beticis, erant bibaces. Non omnis potior insignis est diabeticus, sed omnis diabeti-
cus est potior insignis. Nemo diabeticus conualuit, sed multi *αυρινη* conualescunt.
Præterea diabetes alio nomine *δυσβαρ* nominatur à siti inexplibili animali &
naturali. Diureticis medicamentis serum à sanguine fecerimentibus fit vrinx am-
plificatio, quæ quo maior, & maior quoque est vrinx reddendæ necessitas. Hæc
vrinx amplitudo fit vel à colliquante febre, aut alia quauis colliquatione, aut
liberaliore potu, aut diureticorum vsu. Sed tamen hæc non faciunt diabetem.
Neque enim frequentius meiat quia diabeticus est, sed quia aut liberaliter bibat,
aut diureticis vtatur, aut colliquatione vexetur: sed liberaliter bibit quia diabeti-
cus est, non autem retro commeat. Non omnis *αυρινη* est *δυσβαρ*, sed omnis
δυσβαρ est *αυρινη*. Diabetes habet aliam hypaxim. Etenim renum phleg-
masia, vel alienatio temperamenti, vel impressio bilis acerrimæ faciunt, vt si-
tiant vehementius quàm consueuerint. Sic renes & ventriculus mutuas tra-
dunt operas in perniciem ægri; plus enim quàm par sit necessitati commodi-
tas, attrahit ventriculus. Galenus tamen affirmat se vidisse duos diabeticos
qui conualuerint; sed nego fuisse verè diabeticos. Cæterum infirmitas mu-
sculi qui collum vesicæ claudit, non facit vrinx amplificationem, vt vult noster
auctor, sed necessitatem meiciandi. Non enim quod laborat paralyti musculus

Cur in diabete
sit bibendum.

Diabetes varia
nemina.

Vrina tracta nõ
missa.

Quid diabetes
& unde dictus.

Sitis dua causa.
Sitis duplex.
Sitis naturalis.

Naturalis vteri
sitis, vnde suffo-
catio hysterica.

Quomodo prata
sitiant.
Cur à diabete
pauci conuale-
scant.

Diabetes alio no-
mine Dysbaer
appellatur.

Amplificatio
vrinx causa.

Quibus de causis
renes vubemen-
tium sitiunt.

Historia.
A sphinctere non
fit vrina ampli-
ficatio.

Excretio à re-
apertis fit duo-
bus modis.
Diabetes aliorū
morborum suc-
cessione.

Renum alteratio
insanabili.
Qua maia à
diabete nascan-
tur.
Diabetes ab a-
nimalculo.
Historia de se-
iplo.
Curatio diabete,
et qua potio esse
debeat.

Vomitus.

Curbibatur.

Epithema.

Theriaca.

Qua medicamē-
ta theriaces com-
positionem ingre-
diantur, et cur
ad diabetem pra-
scribatur.

sphincter, maiore copia urinae reddimus, sed quia continenter meimus & affi-
dua est meicendi necessitas, sua claustra laxat, quæ excretio voluntatis imperio.
Duobus autem modis à *œsopetis* excernimus, aut quia mens ægrotat, aut quia in
vicio sunt instrumenta quæ *urinae* inseruiunt. Diabetes etiam alterius morbi suc-
cessione potest accidere. Ut enim rupta pulmonis vomica pus eructat per me-
atus ad renes pertinentem, ubi stabulatur, nec exitum habet, tunc illa mora vlcus
creat, aut substantiam eorum immutat. Ita crassior bilis quæ exudat ab hepate
potest renibus adhærescere, & eorum temperamentum & complexionem muta-
re, ac illam sitim inexplebilem excitare qua venas exhauriunt, venæ hepar, he-
par ventriculum, in quo excitato suctionis sensu, & rei molestæ, sicut laborat ven-
tricular ac liberaliter bibitur, bibendi & meicendi sine intermissione est vicissi-
tudo. Renum affectio facile emendari non potest: Si enim alterata est renum
substantia, tandem alienationem inducit: Substantiæ autem partis alienatio est
insanabilis. Renes alterati vel ardore, vel adhæsu bilis acerrimæ, ex rubris flui-
facti, impressa ubi sunt in iis vestigia, nulla ratione tolli possunt. A diabete ma-
lorum foetura & ilias venit, lienteria, marasmus & exhaustio fontis nectaris vi-
uifici. Fit quoque diabetes ab animalculo renibus incluso, qui renes titillando
excitat attractioni, ut expertus sum in meipso, qui animalculum quod mille-
pedem referebat, in renibus conclusum habebam, unde maior attractio quam so-
lebat, & cum peruenisset suctioni illa ad ventriculum, liberalius bibebam, sed
Dei misericordia excreto animalculo quieuit. In diabete liberaliter est bibend-
um, nec genium defraudare oportet aqua quam frigidissima. Si vino vtendum
sit, sit paulo austeriusculum & quam frigidissimum. Vomitus quoque profuerit:
Quia qui liberaliter bibunt ferè distenduntur, & potionem illam lien calefa-
ctus ad se rapit, ac hydropem creat, nisi per urinas excernatur, aut per vomitum
reiciatur. Bibitur autem ad explendam sitim ventriculi & ad suppeditandum
serum sanguini, ne exarescat, & eius expeditio fiat anadosis, Renibus & hypo-
chondriis applicare oportet succum portulacæ cum aceto in modum epithema-
tis. Nam omnium rerum, quas, ut ita dicam, ad epithemandum parauit natura
nullam præstantiorem creauit, hoc epithemate, nec etiam præstantius quic-
quam expertus est Hippocrates. Theriaca præscribitur non ad diabetem, sed ad
impressionem malignam tollendam. Est genus serpentis quoddam, quod à siti
nomen habet *Aspis*: morfu illius serpentis homines inexplebili siti laborant, bi-
bendi finem non faciunt, liberaliore tamen potu distenti tandem intereunt, ac
tum theriaca exhibetur, non tam ad extinctionem sitis, quam ad venenatam
qualitatem à morfu serpentis impressam: Sic & in diabete. Studet tamen A-
phrodisæus lib. i. probl. vlt. causam reddere cur morfu dipsaci theriaca curet. Et
enim cum sitis sit à calore & siccitate, quæ à contrariis ad temperiem reuocari
debet, calida quoque & sicca sit theriaca (excepto opio, cuius decem tantum
grana tota compositio recipit, & cuius vis à facultatibus multiplicibus aliorum
medicamentorum infringitur) quomodo præscribitur? Propterea quod in the-
riaca multa sunt medicamenta quæ partibus quarum ope corpus nostrum admi-
nistratur, suam dicarunt operam, ut gentiana cerebro, dictamum cordi, hyssopum
pulmonibus, cetera Lieni, eupatorium hepatis, fœli Massiliense vesicæ.
His partes confirmantur, & vnà velut agmine facto hostem naturæ oppugnant:
quo expugnato & recreatis partibus sitim ex euentu sedant. Explicata ergo est
calamitosa vis illius symptomatis, quod diabetem veteres nominarunt. Ac quo-
niam quæ ab auctore nostro scribuntur facilia sunt, pauca in eius scriptum an-
notauimus

ANT.

ANT. VALETII EXERC. LIII.

Diabetes proprium est symptomata renum, in quibus calor ingens, aut
dimpactus humor ardentissimus, trahendi ex omnibus partibus feri vira
vehementer atque continenter vrget, quod tamen præ recenteris facul-
tatis imbecillitate, & alteratricis deprauatione continuo prolabitur in vesti-
cam, indeque excernitur. Hinc inexplebilis sitis, quæ nimio crucia-
tu clamorem ægrotanti excitat. Per initia diabete, viribus adhuc inte-
gris, missio sanguinis è cubito reuellendo & ardorem temperando maximopere
confert. Dein vero vitia sunt vretica frigida ad eum, qui renibus est imbibitus,
detergendum & expurgandum humorem, quorum materia ex capite de urinae
ardore petenda. Refrænabuntur quoque humores, & cohibebitur sitis, syrupis
de agresta, de oxalide granatorum, in decocto refrigerantium & adstringentium
dissolutis. Caco-chymum si fuerit corpus, purgabitur cassia, myrobalanis, tama-
rindis, syrup. laxatiuo rosar. pallidar. Interea topica instituentur. Hepati quidem
rale epithema.

*R. aque cichor. endiu. plantag. solan. ros. an. ʒ. 2. santal. citr. puluerati ʒ. 2. aceti ʒ. i.
f. miscella, qua imbuta lintea hepatis applicentur.*

Renēs verò inungentur oleo rosar. cydon. myrtill. addito paucō populeo, aut
cerato refrigerante Galen. vel fiet cataplasma ex farina hordeacea cum succo
plantag. adiecto, si velis puluere malicorij, balauftij, sumach, vel capuræ modi-
co. Sanabitur eodem modo inuoluntarius mictus, seu urinae incontinentia, quæ
ab hepatis & renum calida fuerit intemperie. Quod si sit à resoluto sphinctere
ceruicis vesicæ, atque iis neruis paralyti affectis, qui è lumbis in eum musculum
inseruntur, potiores erunt infusūs & fomenta ex saluiaz, iuz arthriticæ, rutæ cor-
tic. querc. mesp. pin. nuc. cupress. rosar. rub. decocto ex vino austero facto, adiecto
sub finem alumine.

HOLLERIVS.

De Vermibus. CAP. LIIII.

VERMIVM tria sunt genera. Ascarides infirma parte re-
sti intestini adultioribus pueris familiares. Rotundi, qui
pueris superiore ferè intestino generantur. Latus vermis
per totum intestinum aliquando extenditur, raro admo-
dum, & paucis gentibus generatur: nunquam Atheniensibus, Thra-
cibus, ut scribit Theophrastus. De eo tum antea, cap. de canina ap-
petentia. Horum omnium generatio, putris materia & calor.
Signa 2 ex Paulo & Aëtio colligenda sunt. Verminam hunc mor-
bum, & verminationem appellarunt, non solum hominibus, sed
iumentis familiarem.

In genere conueniunt, quæ enecant vermes & excludunt, acria,
amara, quæ vias lubricant, quæ à proprietate hoc efficiunt.

In ascaridibus, quia infimo intestino hærent, glandibus potiùs

vermiculorum, qui cucurbita semen referunt, excretio. Ascaridum verò, ani pruritus, senesius prolapsus.

vtendum est, quàm potionibus. Fiunt glandulæ ex carne falsa, filo appensa: fiunt ex lardo priùs in aqua frigida macerato. Item ex melle, mixta aloë, & iis, quæ interficiunt vermes: qualia sunt coriandri semen & caulium, decoctum thymi, allium, absinthium, hyssopus, mentha, bouis astragalus vstus, vermes terreni vsti, chamæmelum, zedoaria, absinth. fantonicum, myrrha, puluis contra vermes, securidacæ semen, succus portulacæ & endiuia, oleum omphacinum, medulla cerui, folia persicorum, rutæ, rasura eboris, vnicornis, rhabarbarum, cornu ceruinum. Superstitiosum est, quod scribit Scribonius, oportere è cornu cerui scobem fieri lima lignea: nam aliter iuuare potest. Plurimum laudatur decoctio sebesten. Alia quoque, quæcunque qualitate aliqua 3 vniuersali vermes interficiunt.

3. Vt decoctum graminis cum rasura cornu ceruini, pueri poterit prescribi. Vel hic puluisculus. Rec. absinthij Sant. Vnc. s. rhei e. lassi. Drach. 2. rasura cerui Drach. i. f. puluisculus. cap. ad Drac. i. cum iu. sculo capi.

4. Dū hac fiunt, cataplasma ex aloë, absinth. Sant. & felle fieri poterit, vmbilico admoventi.

℞. decocti sebesten ʒ. 3. cornu. cerui ʒ. i. menthæ siccæ & piperis triti ana ʒ. 2. Latos etiam expellit rhabarbari ʒ. i. aquæ graminis aut absinthij ʒ. 2. spicæ nardi Gr. 4. Clysteres ex vini ʒ. i. olei absinthij ʒ. 4. pulueris hieræ ʒ. 2. Poterit etiam adiici ʒ. i. mellis, & ʒ. i. salis. Nam & sal deglutitum ascendentes vermes ad stomachum deorsum pellit.

Videndum tamen, ne odiosa vermibus per sedem injiciamus, cum ad superiora eorum motus est. Tum 4 enim iucunda potius, vt mellita & dulcia, injicienda sunt, aut eiusmodi glandulæ subiiciendæ. Bibendæ verò, quæ eosdem vermes deorsum pellant. Nam aliquando ad ventrem vsque ascendunt, & stomachum lancinant, vnde syncope, conuulsio, mors.

Emplastrâ & cerota ex cerato facta è tribus partibus olei absinthij, amygdalarum amararum, nucleorum persici, & vna ceræ amaræ. Deinde vbi refrixerint, subigi debent ex succo amaro, vt absinthij. Adjiciendum quoque aliquod genus fellis. Nam fel insigni amaro enecat vermes, ex quo & glandulas felle illinimus. Medullâ cerui venter, lumbi & perinæum inungi possunt. Mirum est, quod contigit aliquando vermes per inguina prorupisse, viâ exedendo facta. Aliis per vmbilicum.

Nonnullis quoque contingit, vt multitudo vermium tunicam sibi contexerit extensam toto intestino, & omnino similem veri intestini.

Vbi coniunctus est alui fluor, eligenda sunt, quæ præterquam quod vermes enecant, etiam alui fluxionem retineant, quale est rhab. & plantago.

Et quia

Et quia pueri ferè vermibus infestantur, refugiunt autem quæcunque amara sunt, diductis dentibus, clysterio, aut curuata fistulæ medicamenta in œsophagum infundenda sunt.

Fiunt clysteria ex muria, aqua oliuarum, centaury, absinthij decocto. Sed vbi vermes exclusi sunt, roborandum intestinum, instituenda vitæ ratio, ne in posterum regenerentur.

Theriaca & mithridatium, si nulla febris, vermes enecant & excludunt.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

EX multis humani corporis partibus rejiciuntur vermes, ventriculo, intestinis, vesica, vtero, dentibus, vlceribus. Puella quædam quæ in laterna ad portas D. Jacobi decumbens, album vermem, latum, palmo maiorem, satis crassum reiecit per nares nulla tussi, nullo vomitu antecedente 9. Aprilis, anno 1553. In quodam è renibus longi, præcedente magno dolore lumborum, per yrinam reiecti sunt, in aliis duobus parui. Musa Aphor. 49. lib. 4. scribit quendam tussi expulisse vermem, nescio an à ventriculo, an à pulmonibus. De generibus vermium, materia, generationis modo in intestinis, non eadem est omnium sententia. Vulgò tria genera faciunt, ἄλυσθαι, σπυγύλας, id est, teretes & rotundos, qui in superioribus & gracilibus intestinis nascuntur, ventriculum subeunt, & per os sæpe, aut nares rejiciuntur. ἑμπίδους, πλάττιας, id est, latos, & longos, qui aliquando per tota intestina extenduntur, à quibus oriuntur cucurbitui, quod semina cucurbitæ referant. Tertium genus ascaridum, qui exigui sunt, teretes, vermibus cascii similes, & in recto intestino continentur. Alij præter latos quartum longissimum adjiciunt, eumque tineam nominant, quanquam sub latis comprehendi potest. Cucurbituos etiam à latis separant, quod neque illius tinea: fetus esse possint, neque partes animalis, cum ipsi sint animalia. Sicque in vniuersum erunt, rotundi in superioribus intestinis, tinea, longi, lati, cucurbitui extensi per intestina, & ascarides iuxta anum. In qua diuisione, cum ex rei natura sumpta non sit, & membra simul permisceri queant, nihil mirum confusionem reperiri, & controuersiam. Expertia tamen omnia facilia. Constat enim longos & rotundos in superioribus intestinis contineri & per os reïci, Anno 1553. in Collegio D. Barbaræ puer annos 12. natus interuallis vomere solebat longos vermes albos, è ventriculo. Sentiebat morum, morsum & commotionem. Dum vrgebat, sitiebat, angebatur. Nutritus fuerat lacte, & fructibus. Tineam vocatum vermem Arelatæ vidit F. Valeriola longitudine, si bene memini, nouem pedum, aut etiam amplius: cuius vir ille doctissimus in suis obseruationibus copiosè meminit, & quæ ad eius generationem intelligendam pertinent, accuratè docuit. Cucurbituos quoque vermes certum est, vt iam quinque genera inter se vel loco, vel figura, vel magnitudine distincta constitui eadem ratione possint. Ascarides quibusdam quasi sacculo inclusi & membrana inuoluti latitant in fæcibus. Quod ad materiam pertinet, nonnulli ex Hippocrate 4. de morbis ab vtero seminaria accipi volunt. Generari enim in vtero matris, quoniam tunc fetus non expurgatur à fæce. Non apparere autem, nisi ad id tempus, quo infans incipit vesci cibo, cum ob benignius lactis nutrimentum, tum quod humidiora, & minus calida sint illorum corpora. Quod certè principium longius peritum videtur, cum in grandioribus, atque adeo senibus frequenter, vt in pueris, nascantur. Musa scribit senem annorum 82. in extremis positum accidentibus, quæ vermiculosis pueris accidunt, & cum graui halitu, qualis pueris esse solet, plures 500. excreuisse medicamento è scordio, & corallina. Rusticæ cuidam mulieri plures prodierunt, cum antè incredibili palpitatione & fluctuatione ventris laborasset inde asturgentis & tumentis, vt in grauidis consuevit, robusto foetu. Græci alios à *Aëtio Tetra-*

Vermis lateris
ribus cicellus.

Vermes longi
renibus reiecti.

Vermium gene-
ra tria.

Vermes longi per
interualla è ven-
triculo excludi.

Vermes an ab
vtero sua ducant
seminaria.

bile, alios à pituita, quosdam à melancholia generari volunt. Aëtius latum ver-

mem, siue tinea, nihil aliud esse vult, quam mutationem membranae interioris tenuium intestinorum in corpus quoddam viuum animatum, mobile. Quae omnia parum probabilia videntur. Bilis enim & melancholia humores sunt tota natura ad hanc generationem ineptissimi, nisi temperentur ab aliquo alio longè superante. Et Galenus tanquam admirandum proponit in dysenteria, hominem abrafa interiorè tunica intestinorum viuere posse, cum tamen expulsis huiusmodi latis vermibus aegri longè melius habeant. Rationi magis consentaneum & experientiae, vel ex chylo succo, vel pituita ortum habere, quae tamen aliquando aliis humoribus tingi potest. Hoc intelligitur ex cruditate & alimentis eorum, in quibus reperiuntur. Deinde facile in gluten resoluuntur, & secti rursus vniuntur. Neque alius generationis modus videtur, quam per corruptionem & putredinem, in qua natura, id quod benignius est, calore visifico tanquam opifice, efformat in animal, qualecunque possit effingi, vt Arist. docet in Meteoris. Id perspicuum est ex foetore excrementorum, & halitu. Varia inducunt symptomata. Nam chylum consumendo corpus minuunt: in ventriculo vomitum, famem, syncopem mordendo, instimulant & aliquando iugulare videntur. In recto intestino pruritus excitant & tenesmus. In ventre medio fluorem alui, lienteriam, ventris inflationem. In omnibus aliquando febres quotidianis similes, inordinatae & horrificae, & si arrodant intestina, saepe interficiunt. Haec eadem vermium signa sunt, sicuti anhelitus foetens, tussicula inanis & sicca. Cum clamore expurgantur aegri, arctius dormiunt, strident quodammodo dentibus, morsus, nausea, fastidium, & similia. Latus raro generatur, & paucis gentibus nunquam Atheniensibus, vt dictum est. In intestinis obiectum rapit alimentum, vt alio statim opus sit. Inde erosio, fames canina, gracillitas, imbecillitas, sine manifesta occasione. Certissimum signum esse volunt, in recrementis similia quaedam cucurbitae seminibus reiecta. In omnibus nihil certius, quam si vermes aliqui reiecti sint.

Ascarides glandibus siue suppositoriis: rotundi potionibus: vtrisque lati curantur, ex materia, vt est scopus necandi, alliciendi, purgandi. Conueniunt syrups, topica supra vmbilicum, cataplasmata, vnguenta, inunctiones, clysteres, & similia.

In cap. 54. De Vermibus. In scriptum auctoris nihil annotavit Duran.

IN CAPVT LIIII. DE VERMIBVS.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM ANNOTATIO.

Vermium generum in corpore nostro excreta.

Historia.

In quibus corporibus generantur.

Nascuntur etiam in corporibus nostris monstra, vermes, millepedes, scorpionnes, quemadmodum nuper existere diximus lapidum fodinas in corporibus nostris, non ad instruendam corporis adificationem, sed ad destruendam totius corporis fabricationem: Sic etiam nascuntur in corporibus nostris multa *ἀπρόσφορα*, quae toto genere pugnant cum ipsa natura. Dissectis cadaueribus apparuerunt vermes in dura meninge, vt memini me vidisse abhinc 25. annis in filia cuiusdam medici celeberrimi, cuius dissecto cranio vermis quidam niger, pilosus, in dura meninge fuit, qui acerbissimis doloribus puellam agitabat, quibus tandem interijt. Sed maximam partem in intestinis vermes nascuntur, quamuis etiam in auribus, naribus, à purulenta materia, vt in ossibus purulentis & putridis accidere potest, quae capacia sunt omnium putredinis affectionum, carnis euenire possunt, ex Hippocrate proprie non dicuntur vermes, sed *σκώληκες*. Theophrastus

lib. 5. de histor. plantar. dicit in quaque arborum specie nasci vermem *σκώληκα σκώληκος*. Alius enim est vermis pyri, alius pruni, alius item mali armenici, & distinguuntur Singularum *ἀπρόσφορα* proprietate quadam, quod vermis alterius arboris, etiam si ad punctum temporis *βοτανικὸν* indiuisibile in alteram feratur, durare non potest. Est enim consentaneum vt ex quibus constamus, iisdem nutriamur. Sic igitur *σκώληκες* primi erunt *ἀπρόσφορα* pyro, nulla poterit esse horum confociatio, eiusmodi vermes erodendo arbores interimunt. Lege de Iona in sacra pagina, qui cum Ninuuitis propter impendentem ciuitatis excisionem penitentiam praedicaret, suborta est hedera, vt quidam legunt, sed quoniam in Asia non nascitur, alij cucurbitam legendum putant: suborta igitur cucurbita, quae per aliquot dies in vigore perdurauit, sed tandem à verme intus generato contabuit, argumentum certissimum futurae calamitatis. Sic etiam Theophrastus ex Aristotele scripsit sub niuibus nasci vermes, *Sub niuibus uermes*, vt & plantas mulcas: Et equi in agris niue obstitis vngula quaerunt granum & mes nascuntur. Itaque *σκώληκες* vocant vel qui nascuntur in plantarum radicibus & in arboribus. Lumbrici dicuntur vermes terrae, qui terrae colorem referunt, unde oriuntur. Etenim ex papilionibus Erucae sunt quae talem referunt colorem, qualem ex partibus sumpserunt vnde manantur. Sicut ex simo & stercorebus gignuntur scarabaei fuci (Gall. *Bourjons*) proprietate enim quadam inexplicabili ex carnis assuum quaeque materia putris gignit animalculum. Ex cornibus arietum asparagi nascuntur, vt & Plutarchus in vita Clazomenij narrat de quodam, in cuius gula fracta nati sunt serpentes: a quo ob id colligit propensionem quandam esse ad serpentum generationem in ijs qui fractam habent gulam. Quid dicam de phitriasi, qua multi intereunt? Sylla dictator interijt, & Herodes phitriasi, ob ortis & natis serpentibus interijt, esse fertur inquit Plinius, vbi vertit *ἑρπύλλω*, serpente, cum vertere debuisset pediculum vt reprehenditur à viro doctissimo Iano Cornario in Comment. quos edidit in doctissimos libr. Galen. de composit. medic. *καὶ τῶν*. Et nascuntur pediculi in interiore cute, vt in epidemide sursum pediculi. Capitis pediculi sunt nigricantes dorsi albi Gall. *Πουζ de musnier*. Qui aliopecia, aut ophiassi, aut achore laborant, non habent pediculos: quod si pediculi superuenerint, signum est aduentantis & iam restitutae pristinae valetudinis: a choreos autem vocant, qui proprie sunt furfures aut sordes, nos tinea vocamus conferat. Non nascuntur igitur pediculi in capite tineoso (liceat mihi hoc verbo vti doctrix gratia) ex quo pediculosum esse incipit, tinea, id est sorde illa crustacea & alba quae contumaciter capiti adhaerescit, defungitur. Sed ferè vt dictum est in intestinis nascuntur vermes: Nascuntur autem à pituita putri, cocta, qualis est pituita ouorum sorbilibium: albumen oui crudum est: albumen oui glutinosum est in ouo crudo: in ouo cocto, id est, sorbili est albumen veluti purulentum, quod facile dispargitur & dissipatur, vt mucus narium crudus, albumen oui crudi refert, sic coctus cocti, quemadmodum ex pituita vel non purulenta, sed & quodammodo mitificata nascuntur vermes, & per caloris natui perennem agitationem & motum fit *ἐπιπέχια*, perfectio, vt saepe in simo putri illustrato Solis splendore, radijs solaribus, obseruatis quadam motus circularis perennitate, quae ante non cessabit nec quiescet illa *ἐπιπέχια* donec adepta sit *ἐπιπέχια*, quae est rei institutae perfectio, *ἐπιπέχια* autem motus perennitas, quae facere studet vt id sit, quod faciendum constituit. Sic ab excremento chyloso in edacitate, in crapula, maximeque in pueris edacibus virtute caloris natui & spiritus agitatur materia chylosa, & agitari non desinit, nec illa *ἐπιπέχια*, quiescit, donec facta fuerit *ἐπιπέχια*, id est donec genitum sit animalculum, cuius generationem & perfectionem susceperat. Quod materiam retinet eius vnde causam principiumque ducit. Nam si exprimatur lumbricus, exprimeretur quidam succus chylosus, Ex bile gigni non possunt vermes, illos enim potius expellit irritatio intestino. Ex bile non generatur vermes. Ara bile non gignuntur vermes. Lumbrici morbi morbi causa, quoniam tandem pars solutione continui laborat. Aduertendum

Historia sacra.

Sub niuibus uermes.

Lumbrici. Papiliones. Eruca. Scarabaei fuci. Ex cornibus arietum asparagi.

Historia.

Phitriasi. Historia. Pliny error. Iani Cornarij laus.

Ubi nascuntur pediculi.

Varia pediculorum genera.

Quibus pediculorum generatio conferat.

Materia uermium.

Quid est tinea.

Quid est scabie.

Ex bile non generatur vermes.

Ara bile non gignuntur vermes.

Lumbrici morbi causa.

A qua pituita generentur vermes.

tamen est, quod nec ab omni humore pituitoso & crudo, ab omni humore albumineo, & vt Praxagoras vocat, vitreo, non à concreta pituita, nec à salsa & puri pascuntur vermes, sed à pituita purulenta dulci, quæ coctione mitificata est, vt mitificatur oui albumen & quodammodo fit purulentum & τρωχιδωδης, à tali inquam materia nascuntur vermes. Quamuis Aristoteles lib. de generat. animal. & veteres dixerint ex pituita nasci, nolite animo complecti omnes pituitæ species, sed ex ea pituita dulci, quæ qui abundant, facile incediam ferunt & patiuntur. Nam quæ fit à concrectione vt gypsea, nec albuminea seu vitrea, flatulenta, aquea, hæc non gignit vermes, sed purulenta quædam materia mitificata, quæque exitum non habet. Pituita materia est chylosum excrementum quale est in pueris multum propter αειραζαν, edacitatem. Hæc sunt causæ efficientes materiales & formales vermium. Finales ad agri perniciem comparatæ sunt. Hippocrates dixit saluberrimum esse vermes exire, eunte scilicet ad iudicationem morbo, vt diximus in aluinorum symptomatum explicatione. Qui in eunte morbo vermes excludit, cruditatem denuntiant qui mortuos, corruptionem, qui sine fæcibus, interceptionem œconomix naturalis, & quod plures, eò maiorem corruptionem arguunt. Sed si pauci, editis iam pepasini signis, deuisio hoste & de morbo iam triumphante natura, excernuntur bonis ægri rebus. Mixtio stercoreum cum vermibus, virtutem caloris natui, & bonitatem materix denotat. Bonum est ergo vermes albos, viuos, non versicolores eunte ad iudicationem morbo excludi. Quod ad vermium distinctionem attinet, magnitudine, figura, & loco distinguuntur. Sed est alia distinctio essentialis, quod non omnibus partibus sint ενπερισφυτως, vermes, quod qui sunt in tenuibus intestinis, non sunt ενπερισφυτως crassis, nec qui in crassis aut ano, tenuibus. Moritur ascaris in tenui intestino, quoniam illi non est ενπερισφυτως. Superiorum nati vermes ab excremento chyloso vocantur ενωδης, στρογγυλοι, lumbrici rotundi, aphor. 26. lib. 3. aphor. In ano ascarides vocantur ενωδης, στρογγυλοι, lumbrici rotundi, aphor. 26. lib. 3. aphor. In ano ascarides vocantur ενωδης, στρογγυλοι, lumbrici rotundi, aphor. 26. lib. 3. aphor. In ano ascarides vocantur ενωδης, στρογγυλοι, lumbrici rotundi, aphor. 26. lib. 3. aphor.

Vermium causa finalis. Vermium exclusio quid signifi- ficet.

Vermium distinctio à quibus petatur. Ascarides, & lumbrices.

στρογγυλοι.

τρωχιδωδης. Historia.

Vermis latius in infantibus non sum editus. Cur autumno vermes generantur.

Ricini. In morbo pituitosissimo.

Dieta. Thibistis dicta. Diœtæ.

Cum phthisice pugnet ad an. s.

mes ab Hippocrate ενωδης κατ' εζηχων in lib. ενωδης χυμων, vbi clysterum commoditates & utilitates commemorat. Valent, inquit, ad incendium intestinorum, ad humores alienos excludendos, ad vlcus, vt ad dysenteriam, valent ad ενωδης vermes ferinos excludendos. Quorum autumno facilis est generatio, propter victus rationem à fructibus crudis & aliis cibis cruditatem gignentibus; & idcirco autumnus dicitur ενωδης, id est ferinus. Igitur lumbrici rotundi gignuntur in tenuibus intestinis; lati toto intestinorum anfractu, in quorum generatione interior tunica dicitur suscepisse mutationem ad animalis formam; Ascarides in ano. Diximus vermes gigni à pituita non omni, sed putri non à sanguine quia grumescit, non à bile vt nec ab igne, nec à melancholico humore, quia igni fouendo ineptus est humor melancholicus. Vermium signa ex Paulo & Aetio colligenda sunt, ex Hippocr. in Coac. animaduer. & Aristotele lib. 3. de histor. animal. Ex coacis signa in codicibus vestris notauimus. Nam quæ sunt propinqua atque communia, ea primùm maximè que affici solent, καρδιωδης & σωματικη nascitur. Ex Coacis aphor. 305. καρδιωδης κατ' ενωδης ενωδης κατ' ενωδης. Oris ventriculi dolores cum tormine, ventris animalcula erumpere faciunt. Nascuntur in tenuibus intestinis & irrepunt in ventriculum eò pellecti, suauitate cibi mitis & lactei, presertim iis qui lacte vtuntur. Est enim lac vermibus alimentum, ενωδης φουως, vt serpentes inexplicabili quadam tenentur cupiditate lactis, vt videre licet in iis, qui dormientes dicuntur deglutire serpentes, hi enim pedibus suspenduntur & ori hianti calentes lactis vaporem subiiciunt, quod se serpentes suauitate allecti conferunt & excluduntur. Atque ita medici prudentes vt educant vermes è superioribus partibus in inferiores clysteribus è lacte, vitellis ouorum & saccharo rubro iniectis, per os absinthio exhibito, quod terti est & amari saporis, ita vt dum amara fugiunt, ad lac se conferunt & in locum alienum transportantur atque ibi moriuntur. Vitanda ergo sunt dulcia per os assumpta: eò enim perreptant & ventriculi orificium erodunt, vnde aliquando erosio illa delirium excitat. Ergo cardiogramum excitat, qui in nullam aliam humani corporis partem cadit, quam in orificium ventriculi. Syncope stomachica, cardiaca etiam per sympathiam stomachi orificio affecto, in qua fit præceps virium omnium lapsus, dissipatione vitalis spiritus, corde in sympathiam stomachi malè affecto. Pruritus narium signum est vermium stibulantium. Id accidit continuatè interioris tunicæ intestinorum. Tussicula sicca excitatur, qua nihil excernitur, certumque est vermium signum: excitatur enim per sympathiam diaphragmatis. Diaphragma enim trahitur in sympathiam ipsius orificij alui, & excitatur ad exclusionem eius quod falsò videtur esse molestum. Suffusio ruboris in facie fugax cum vicissitudine caloris, tormina in aluo & systrophe, dentium stridor pueris dormientibus. Hæc signa sunt vermium in aluo puerorum stibulantium. Lati canina appetentia & bulimos, & vermicolorum qui cucurbitæ semina referunt excretio, ex Aristotele. Nam latus vermis qui à similitudine fasciæ nomen habet, & τρωχιδωδης dicitur, nasci creditur ex mutatione interioris intestinorum tunicæ in animalculum: Nasci autem creditur in pueris adhuc in aluo existentibus, vt iam iam diximus ex Hippocrate lib. 4. de morb. Edacissimus est hic vermis, & voracissimus genium defraudat ipsius ægri, & quantum ipse capit, tantum ipse vermis absument. Hinc fit vt si icinet, multum offenditur cardiogramo & syncope, quoniam edacitas illius vermis lati efficit vt eger atrophia laboret, & excitatur canina appetentia falsò dicta, quia appetentia canina hyperaxim habet in suctionis sensu, inensione sine necessitate edendi, quæ quia accidit aut ab intemperie frigida, aut à melancholici humoris affluxu, hanc scripsit Hippocrates meri potione solui, quia calor corrigit illam intemperiem frigidam, melancholicum humorem dissipat, aut humorem quemuis impactum deturbat. Est autem calamitosum ac funestum hoc symptoma, quod eam caninam appetentiam falsò dictam sequitur, bulimus quod dum ventriculus sustinet explere famem illam, quæ perennis est in suctione illius vermis, non potest necessitati satisfacere ventriculus. Itaque oppressione fatiscit, & tandem facultas appetendi labefactatur & fit bulimus, quæ affectio nihil aliud est, quam καρδιωδης ενωδης, casus appetentiæ, cum scilicet non solum alterata est ipsius

Clysterum commo- ditates.

Locum vermium.

A sanguine vermes non nasci, nec à bile pauca aut nigra.

Signa vermium vbi explicantur & quæ sint.

Deglutio serpentina lacte curata.

Vermium curatio.

Clysteres. Potiones.

Delirium à vermium.

Cardiogram. Syncope. Pruritus narium. Tussicula sicca.

Fasciæ rubor. Tormina. Dentium stridor.

Lati vermis signa & generatio.

Cur meri vini potu canina appetentia curatur.

Canina appetentia funesta. Quid bulimus.

Appetentia vs. *απαισις.*

appetentia sedes, sed *απαισις*. Si quis per niues iter faciat, primum cynorexia laboravit ab intemperie frigida, quæ osculum ventriculi corripitur constringendo sese: Sed si longum iter conficiat, alienationem suscipiet alienatio, & *απαισις*, mortificatio, vt ita dicam, orificium ventriculi corripit, & cum appetentia sit in suctionis sensu, quæ in osculo ventriculi tantum percipitur nusquam alibi, non percipietur ille suctionis sensus, si illius partis sit *απαισις*, vt contigit ab edacitate nimia, quando non est par necessitati commoditas, & ab intemperie frigidissima, cum scilicet frigoris vehementia superat antiperistaltim, ab edacitate quidem in his præsertim qui se præter consuetudinem pleniori cibo indulgunt: molestior enim mutatio est ab otio ad negotium, quam à negotio ad otium. Naturam bulimi familiarissimo exemplo demonstrat summus præceptor, cum inquit, *ἡδὴν βάρβρον*, aqua vorax, id est, aqua frigida constringendo ventriculi orificium excitat uocacionem: Excitat enim appetentia sine suctione & vacuacione, (*Gallie soleo uocare, fam sans appetit*) id est, suctionis sensu maior quam ipsa sit ductio, deinde addit *ἀχρηστία βάρβρον*, vigilia est vorax, quia fit magna dissipatio nostræ triplicis substantiæ, propter perennem attractionem & perennem quoque dissipationem. Corpus enim nostrum est *ἄπυρον*, id est, inspirabile, quia fit attractio perennis. & *ἄπυρον*, expirabile, propter assiduum dissipationem, quæ continenter expirat. *Ἰλακωντες οὐδὲν*, inquit Hippocrates, *Καρνὲς τραβένδι φακουλταε sunt prædita*, in quibus tamen nullus suctionis sensus percipitur, sed in solo orificio ventriculi, quo tandem peruenit, idoneo cibo partibus defraudatis per inediam. Attrahunt enim corporis partes tantam cibi copiam in suæ dissipationis restaurationem, quantam opus est. Quæ si deficiat vicinarum partium dispendio id percipiunt, quæ exhaustæ ab aliis quoque eodem modo sibi consulunt, donec quasi continuitate quadam & suctionis, & quasi gradatim incedentis ad orificium ventriculi ventum sit, vbi sola & vnica appetentiæ sedes. Nulla est pars corporis humani, quæ non patiatur dissipationem triplicis substantiæ, & propterea eiusdem instaurationem indiget. Ascarides sunt aspectabiles in ano, vt ricini in ano iumentorum, & semen ricini referunt. Horum tamen signa sunt si interiores sint, ani pruritus, tenesimus, prolapsus. Ergo demonstratum est distentia alio vermibus per synathrisimum bonum esse vermibus ferri alium, sed non quotiescunque vermibus fertur alius, est salutare, vt patet ex histo. 1. lib. 1. Epid. de eo, qui luculenter cœnatus febricitare cepit: nam talem interiisse legimus. Sed bonum est excludi vermes eunte ad iudicationem morbo ex aphor. 628. Coac. progn. vbi alui excretionem naturaliter constitutam describit his verbis: *διαχωρίζου κατὰ τὴν ἐξέλιπον, μελλοῦσιν εὐαστικῶς, &c.* Alui exgestio optima est mollis, coherens atque compacta, substantia, non valde graueolens, prodians hora consuetâ, cibi inc estu proportionē respondens, crassefens eunte ad iudicationem morbo. Vtile etiam est lumbricos rotundos exire simul tendente ad iudicationem morbo. Si ineunte morbo soli excernantur, naturam opprimi morbificis causis & cruditate esse denunciant, si mortui, corruptionem partis, nisi forte vi medicamentorum acrium & amarorum intendant, inter quæ nullum præstantius inueni remedium, quam decoctum scordij. Memini me extraxisse ab hinc 25. annis scordij decocto pedales vermes maxima quantitate. Itaque sicut vermes rotundi sunt *δυσέρωνται* consociales tenuibus intestinis, sic *ἀσκαρίδωνται*, colo intestino, vbi stercore (sit hōnos auribus) stabulatur. Non enim stercore nutriuntur, sed chyloso excremento non quauis in parte, sed tantum in tenuibus intestinis vbi generantur, si in colon ferantur, illi erunt *ἀπρόσφουται*, ac illic moriuntur. Constat irritari, pungi intestinum, date scordium per os, iniicite clysterem lactis, fugient scordium tanquam aduersum, & lactis vapore tanquam re grata & suauiter trahentur in colūm intestinum, vbi moriuntur. Rapite suauitate lactis in alia intestina vermes per clysteres, fugate amaritudine per os, in quibus duobus tota vermium curandorum ratio consistit. In ascaridibus, quia intestino infimo hærent, glandibus ex melle & hiera picra potius vtendum est quam potionibus, quod earum potionum amaritudo eò peruenire non potest. Omnia amara sunt præstantissima, quia putredini resistunt, vt hoc:

Cur aqua vitæ. Vigilia cur vorax.

Triplicis substantie dissipatio. Carnes attrahunt.

Ascaridum signa. Vermium excludio.

Historia. Deiectionum naturaliter constituta.

Decoctum scordij. Vermium numerus.

In quibus vermium curandorum ratio consistit.

Ascaridum cura.

R. rhabarb. elect. absinth. fantonici, rasur. corn. cerui ana ʒ.ij. Detur ead ʒ.ij. cum decocto scordij, quod vt experti sumus, omnium principatum tenet, neque theriaca aliud medicamentum recipit, quod putredini magis resistat. Rhabarbarum purgat chylosum excrementum & tollit materiam, vnde nutritur vermis, vnde moritur, amaritudine quoque sua enecat. Mortui vermes qui feruntur in morbis, sinistri iudicij metum afferunt. Viui vermes optimi sunt iudicij, si cum excrementis excludantur, vt ex 2. progn. didicimus. *Ἐπιπέδιον δὲ ἐξ ἰμίδος ἑσπέρυδας διαβήναι μὲν τὸ διαχωρίζουσας ἀπὸς ἑλίκων ἄνεως τῆς νόσου. Sed & lumbricos teretes & rotundos morbo viam ad iudicationem affectante optimum est & conducit excludi simul cum excrementis.* Conuenit & hæc purgatio.

R. rhei elect. ʒ.ij. pul. aloës ʒ.ij. macerentur syrupo de absint. vtatur semel in hebdo. mada. Sic excluduntur vermes, & eorum generatio prohibetur. Purgatio autem commodior est, vbi in superiore intestino vermes sunt laei, quorum focus denunciatur cardiogmo, syncope, sufficula sicca, suffusione ruboris.

Expellunt vermes clysteres ex vini *ʒ. j. olei absinth. ʒ. iij. pulueris hiera picra g. clysteres. iij.* ex vino, inquam, si sint ascarides, aut latus vermis. Nā ad lumbricos tenuium intestinorum profuerit iniicere clysteres ex lacte & saccharo, vt euocentur vermes suauitate illa ex consociali loco ad alienum, vbi facile moriuntur & excluduntur. Nam vermis in consociali loco nutritur ex iisdem, ex quibus constat. Detur lac vt pueris, perreptabit ad ventriculum ipsum, vnde fit vt conuellantur sæpe & a syncope moriantur. Exhibeatur autem per os decoctum scordij cum hiera picra vel pul. absinth. fanton. aut etiam dilutum rhei in decocto absinthij, & iniicatur clyster ex lacte, aut quouis alio eorum quæ inter dulcia annumerantur, vt impulsis superioris medicamenti amaritudine, & inferioris suauitate allecti in locum alienum euocentur, vbi moriantur: aliena enim alieno loco contineri & conseruari non possunt. Pueris imponimus vmbilico cataplasmata ex absinthio vulgari, non Romano, quia mitius est abrotano, ruta: absinthium tamen sufficit, aut ruta torrefacta. Præterea quidam capam excavatam replent pilulis Ruffi & theriaca, & auctor de Theriaca ad Pisonem dixit, nihil æquè prodesse ad illam molestiam, atque theriaca prodest. Theriaca & mithridatium, si nulla febris, vermes enecant & excludunt. Eodem libro sunt alexiteria lati vermis. Sed vbi vermes exclusi sunt, roborandum intestinum, instituenda vitæ ratio, ne in posterum regenerentur. Vitanda cruditas & nimia humoris superuacancie abundantia. Si cruditas sit, epicrasticos excludenda pilulis de hiera picra.

Rhabarbari vermes. Mortui vermes quid denotent.

Purgatio.

Clysteres.

Cataplasma. Pilula ruffi. Theriaca. Mithridatium. Ad vermium præcautionem. Pilula de hiera.

ANTON. VALETII EXERC. LIV.

Omnium trium generum vermium origo, lubricorum, teretum & ascaridum, ex cruda, crassa, pituitosaque materia putredini accommodata existit vehementi calore intestinorum accedente. Teretes & longi, etsi descendant atque ascendant, in ileo plerumque gignuntur, in colo lati, ascarides, teretes & breues, in fine recti intestini. Habent vermes interdum morbi rationem, vt cum quidam toto genere præter naturam, quod est auferendum, adest, nonnunquam causæ, quam morbi excipiunt, febres, epilepsia consentiente cerebro, spasmi, vertigines, dentium stridores, alias signi solius, quatenus considerantur, vt excrementa. Sic quando in initiis febrium eiciuntur, malum indicant, putridæ, scilicet materiæ multitudinem; sicut & in vigore symptomatice expulsi, eius malignitatem. In declinatione autem, quum critica comitatur excretio, sanitatis spem portendent. Vermium malignitas ex colore dignoscenda. Qui vnus sunt coloris, vt albi, minus censentur mali, qui versicolores deteriores, quia putredinem arguunt maiorem. Varia sunt vermium signa. Turbatur somnus, & vociferatio editur, ab excitatis à vermibus malignis vaporibus cerebrum petentibus. Pueri (qui propter lactis usum & edacitatem in hunc affectum crebrius incurrunt) dormientes quasi cibum, vel lac ore trahunt, quia vermes humiditatem exungunt. Tussis adest sicca, propter partium spiritalium consensum cum naturalibus, à quibus putridi vapores atolluntur: qui cum lædunt os ventriculi, singultum mouent, cum

Gal comment. ad aphor. 26. lib. 3. Aph.

Vermes quam variè considerentur.

Vermium malignitatis ex colore dignoscitur.

Vermium signa.

Gal. sub finem li. 4. Meth.

caput conscendunt, narium pruritur, ruborem genarum, oculorum suffusio- nem leuem. Vermes, siquidem febris absit, imprinis necandi sunt, quod viui in- testinis adherentes resistunt, ac mortui cum facibus exciendantur. Vulgaris est vsus rhei infusi in aqu. gram. cichor. absinth. cardui, portul. vel plantaginis, si alui profluuium accefferit, cui expresso adiciatur syr. de portul. vel de absinth. Vel,


R. rad. gram. & cichor. ana ʒ. s. rad. petros. ʒ. 2. sebesen ʒ. 2. f. decoct. ad lb. s. in qua infunde summit. absinth. Rom. & fumar. ana p. 1. Deinde è colatura cum sac- charo sufficienti f. syr. up. Detur ʒ. 1. s. cum ʒ. 2. aq. portul. in quibus ponatur corn. ceru. prepar. pulu. er. contra vermes ana ʒ. s.

Diuitibus rasura vnicornis imperatur. Vermes verò vt ad superiora intestina, & ventriculum non perrepent, allicium tur dulcibus clysteribus, ex lacte, oleo non addito, eo enim fugantur. Interea extrinsecus, vt vmbilico, linimenta, em- plastra, ex amaris comparata admouentur.

R. ol. rutac. amygd. amar. & absinth. ana ʒ. s. myrrh. aloës ana ʒ. s. f. litus pro umbi- lico. Vel,

R. aloës elect. ʒ. s. flor. tanacet. puluerator ʒ. 2. mithridar. ʒ. 1. cum oleo amygd. a- mar. & felle bubulo, addita cera & farin. lupinor. f. emplastr.

Vel felle bubulo, addita interioris pilul. communium malaxatur cum oleo ruta- ceo & felle bubulo, & super alutam extensa vmbilico adhibetur: sed aduerten- dum, vt si febris adsit, minus amara vsurpentur, vt si ex farinæ hord. & lupin. ana ʒ. 6. succ. limon. & portul. ana ʒ. s. aceti ʒ. 1. cum oleo amygd. amar. cataplasma fingatur.



HOLLERIVS.

De Hamorrhoidibus. CAP. LV.

1 De sanquinis aut humoru melancholicis fluxu, qui fit per vias ad pedicem per- tingentes, qua ab ea offensione no- men habent.

2 Cacoehymiam purgando, aut plethoram de- plendo.

3 Melancholica per mesentericas venas.

4 Per venâ hy- pogastriacam qua musculi intestini recti, ceruicibus vesicae ac vteri sanguinè imperit, atque etiam pu- dendo.

5 Vt in grauidis, in nimia sangui- nis abundantia, mulieris, quibus suppressi sunt me- ses, aliquo etiam mēstro mutili.

6 A rami illius trunci interiori venacana.



AMORRHOIDES vniuersum 2 corpus vacuant, ali- quando 3 cacoehymia, aliquando 4 puro sanguine, quique 5 sola quantitate peccat. It autem per venas, quæ à 6 vena caua explantata vtero, pudendis & sedi implantantur. Hoc enim verisimilius est, quàm per venam, quæ à portis hepatis in extremum rectum intestinum porrigitur. Ne- que admodum verisimile hamorrhoidum materiam per venam à liene repurgari. Ramus enim venæ, quæ à medio liene descendit, definit in omentum. Hæc vacuatio in genere præter naturam est. I- deoque periculosa, propterea que non faciēda eius consuetudo. Quibusdam tamen naturis fit naturali consuetudine, & incolumis valetudinis causa est. Tale est, quod scribit Hippocrates, 7 Atra- bile vexatis, & renum passionibus, hamorrhoides superuenientes bonum.

Præterea quodd quartana, melancholia, angina, pleuritide & aliis eiusmodi grauioribus 8 morbis hominem vindicant. 6. Epid. Sa- lutaris quoque hæc vacuatio epilepticis, & iis, quibus tubercula & maligna vlcera oriri solent. Fluunt tamen hamorrhoides ali-

7 Aphor. 11 lib. 6. Aphor. 8. Sect. 1. lib. 6. & ad finem lib. de humoribus.

quando

quando 9 immodicè. Oportet enim ea fluxione corpus 10 le- uari, non infirmari. Atque vbi de commouendis hamorrhoidibus consilium est, peculiaris natura ægri primùm interroganda est, an ex consuetudine, & statis interuallis soleat eo modo repurgari. Sūt enim quibus periodicè fluunt. Mulieribus, 11 viduis, 12 senibus, & quibus aliter supprimuntur menses; sanguis interim diuertit à venis vteri ad sedis venas: & ita per periodos sese repurgant. Præter ea interrogandus est æger, num sit opportunus grauioribus illis morbis, quos diximus. Hæc enim efficiunt consilium excitandæ huius purgationis.

Excitantur autem aliquando 13 purgationibus, quæ cacoehy- miæ conueniant. Nonnunquam phlebotomo è malleolo, vel iis venis, quæ superiore parte pedis eminent: cucurbitulis item cruri- bus admotis & sedi. Leuissima via est per sanguisugas.

Ferro etiam aperiuntur, vbiurgent, quas mariscas appellant. Tum etiam medicamentis, vt oleo è nucleis persicorum, aut in- quo res 14 acres & amaræ coctæ sūt. Aut vnguento.

U. pinguedinis lardi erasæ ex parte pinguiissima ʒ. j. olei irini, rutacei, aut similium ʒ. iij. Fiat veluti vnguentum molle, quod su- bigatur ex succo capæ rubræ. Eadem capæ aceto macerata, contusa, & imposta. Verùm vbi dolor est, cum butyro subigimus, oui vi- tello, vel rosaceo. Pulpa colocynthidis conuenienti oleo immergi- tur, ano alligatur: quinque horarum spatio aperit.

Collyria, suppositoria ex radice cyclaminis, ex radice caulium induntur. Fortiora, si taurino felle illinuntur. Fellis genera, maxi- mè flaua, sed illinuntur, vel gossipio excepta induntur. Pallida verò mitiora sūt. Fortè hoc est.

U. stercoris columbini in puluerem redacti ʒ. iij. inspergantur vnguento molli facto ex pinguedinis lardi ʒ. j. olei, in quo matrica- ria coctarit ʒ. s. salis ʒ. ij. omnia misceantur in mortario.

Celerius agent medicamenta, si antè conficeretur sedes ex fo- liis ficus parietariæ, aut aliis asperioribus, vt linteo cannabino, vel detrito panno.

Fotus quoque ex cyclamino, centaurio, abrotano, matricaria, bryonia, radice enulæ, ireos, absinthij, & similium. Reliqua mate- ria cap de commouendis mensibus dicitur.

Sed aliquando latent 15 hamorrhoides: qua in re placuit Anti- quis vt sedes euertetur Inuitatum nec ita tutum remediū no- stris temporibus. Euertitur sedes, quòd facilius remedia applicentur.

U. piperis niri ana ʒ. j. laugatis locum attingito. Vt licet & sale gemmæ, & pul seriphij, & felle, absinthij 16 succo, & mari- cariæ. Postea verò reponenda sedes ex iis, quæ capite proprio di- centur. At verò vbi iam immodicè fluunt, sistere oportet. Siftun- tur autem, vbi odiosæ sūt. Atque vbi grauius aliquod malum non metuitur, ad eam rem vena 17 cubiti secatur, aut extremæ ma- nus. Cucurbitule hypochondriis, lumbis ac scapulis affiguntur. Reliqua curatio 18 potionibus, topicis remediis, Chirurgiâ perfir- tur.

9 Unde cache- xiam adferunt, incipit hydrop. 10 Quod erat a- loqui enisura humoris melan- cholicæ proveni- aut suppressi san- guinis plethora. 11 Quæ fuerant olim restibus sa- cunditati, hoc est, singula an- ni pariebant. 12 Melancholicæ olim biliosis: quo- rum corpora bi- losa iam perspi- ratione carentia sūt melancholica. 13 Ex decocto fo- liculorum senna- & cassia, diluto rhei & diapha- nico, maxime verò aloës usu. 14 Vt persicaria, myrsiphyllum, apparine, & præ- sertim rubia mi- nor. 15 Neque sub a- spectum veniunt, sine sistendi, sine euendi consilium sit sine symptoma corrigendi. 16 Nulli esu- la lacte vni- tur. 17 Tem ad re- uersionem humo- ris fluentia, tæ- etiam ad prohi- bendam seculei sanguinis genera- tionem. 18 Alterantibus vacuatis & sistentibus. Præter hæc absintidum erit vna, vt or- gasmus insitua- tur.

citur. Quod autem ad Chirurgiam attinet, meminisse oportet, a-
num maximè ea parte, qua sphincter est, partim neruosa substan-
tia, partim neruoso circulo constare.

Neruosa substantia neque acria & mordacia medicamenta, ne-
que vitionem aut incisionem, sine conuulsionis periculo, perferre
potest. Exterior musculus recti terminus ignobilis & carnosus, qui
vocalur podex, ea remedia perferre potest. Quod autem scriptum
est ab Hippocr. quòdque ad consilium sistendi hæmorrhoides per-
tinet. A diuturnis sanato hæmorrhoidibus, si vna non seruatur, pe-
riculū est, ne intercus, aut tabes subsequatur, ita intelligere oportet.
Medico sananti hæmorrhoidas, id est, dum sanguinem mittit,
affigit cucurbitulas, topica & reliqua remedia adhibet, rectam vite
rationem instituit, vna quidem eo tempore relinquenda hæmor-
rhois, vt paulatim non temerè ac præcipitanter fluxum cohibeat.
Vbi verè persanauit, nulla relinquenda est.

Potiones conueniunt, quæ partim cap. de sputo sang. partim cap.
de profluuiis alui & mictu sanguinis descriptæ sunt, & describen-
tur cap. de suppressendis mensibus. Sed quia in hæmorrhoidibus
ferè cruciat dolor, his vtendum est.

*Symptomatum
correctio.*

℞. olei violarum ℥. iij. mucag. sem. psyllij ℥. ij. misce, vngatur se-
dcs. Aliud.

℞. olei violarum ℥. iij. cerussæ lotæ ℥. vj. ceræ albæ quod sufficit.
Aliquando vitellum oui cum rosaceo, aut violato oleo subigimus.
Nonnunquam albumen commiscemus, vbi maior ardor est. Simi-
liter & 19 micam panis albillimi ex supradiçtis oleis subactam
emplastri modo apponimus. Conueniunt & mucag. portulacæ, la-
ctuca, sed maximè psyllij. Fiunt quoque sacculi ex rebus anodynis.
Fiunt fofus ex iisdem, atque vbi dolor vrit grauius.

*19 Violaria in
lacte cocta ad
pulis consistentia
miscet dolorem
sedat si cum tan-
tulo, olei rosacei
admoueat.*

℞. olei violati ℥. ij. populei ℥. ij. Cum ovo integro fiat vnguen-
tum. Quòd si res vrgeat, opij ꝑ. commiscere potest. Postremò vi-
dendum, ne adstringentibus immodicè nimium resiccatus podex
non præstet officium. Itaque fomentis humectantibus corrigend-
um vitium est. Similiter cum nimium podex refrigit refrigeran-
tibus medicamentis & narcoticis, temperandus est.

Potest sisti hæmorrhoides siccantibus, causticis, volsella præhensis,
& vinculo interceptis venis.

Laudatur farina volatilis, araneorum tela, & alia in fluxu sangui-
nis numerata. V runt, & vt loquuntur, mortificant ex puluere radi-
cis caulium torrefactæ, & stercore canino similiter cremato, facc
arida vini adstringentis cremata, adiecta tertia parte vitrioli Ro-
mani.

Extremum est arrhenicum rubrum, cum æqua parte aluminis
plumæ. Oportebit autem, priusquam hæc admoueas, sedem made-
facere vino adstringente.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Per anum effluit sanguis multis modis, vt per intestinorum fluxum, hæmor-
rhoidas, *σύνουσι*, siue ficum, & Thymum siue Mariscam. In quibus multi sæpe
falluntur, qui sine distinctione, statim fluxu aliquo in ano, aut tumore apparen-
te, hæmorrhoidas esse putant, cum plurimum hi omnes affectus inter se diffe-
rant, & natura, & curatione. Thymus à veteribus describitur tuberculum carno-
sum, quasi verruca eminens ad cutem, tenue, supra lauius, subrubrum, in summo
perasperum, oblongum, florem thymi referens, vnde nomen habet. Facile findit-
ur & cruentatur, modò que vnus, modò plures nascuntur in pedibus, talis, pal-
mis, mediis femoribus, glande, præputio, facie, & sæpe in ano. Alij sunt sine dolo-
re carnosus, asperus, candidus, aut subrubri. Alij cum dolore punctorio duriores, aspe-
riorcs, maiores, fæculenti, liuidi qui non facile curantur, nisi tora parte excisa, cui
innascuntur. Sycosis idem significat, nisi quòd minor est quantitate & magnitu-
dine, vt scribit Aëtius.

*Aëtii tetrab. 4.
Ser. 2 c. 4.*

De quibus sic Iuuenal. Satyr. 2.

Caduntur tumida, Medico ridente, marisca.

Falluntur ergo, qui mariscas cum hæmorrhoidibus confundunt. Illæ enim ge-
nerantur ex præpostera venere, immòdica equitatione, vel attritione qualibet
in ea parte facta. Hæmorrhoides verò (nomine pro affectu sumpto, siquidem par-
tem affectam quandoque significat) nihil aliud est, quàm profluuium sanguinis
per venas ani, aut in illis tumor ab influente sanguine. Quæ affectio vt distin-
guatur à fluxu sanguinis antea descripto superioribus capitibus, obseruanda est
hæc methodus, omnium fluxionum causis inuestigandis acq̃oimmodissima, siue
naturales sint, siue præter naturam. Tria enim sunt in genere, in quibus causam
inuenies. Virtus quæ mittit instrumenta seu viæ fluxionum, vnde, quæ, & quò
mittuntur: postremò materia fluens. Virtus quadruplex attractrix, retentrix, con-
coctrix & expultrix. In materia notanda mixtio, consistentia, quantitas, qualitas.

*Mariscarum &
hæmorrhoidum
generatio.*

Primum igitur per quam viam sanguis fluat, obseruandum, an per intestina, an
per venas ani. Hoc cum ex causis antecedentibus & sensu, tum ex mixtione con-
iiciendum. Nam simul cum recrementis reiectus, & cum illis mixtus ab intesti-
nis prodit: siue recrementis, ab ano. Illic causa est vel in sanguinis multitudine
aut acrimonia, vel in virtute siue non retineat ob imbecillitatem, siue exernat
ob copiam: vel in via, vt vlcere aliquo in intestinis. De quibus omnibus dictum
est superius. Si à venis ani (simul cum arteriis ab vtrisque enim fiunt) hæmor-
rhoides erunt. Itaque videndum initio, vt fluxionis natura & origo exactè intel-
ligatur, vnde venæ illæ oriuntur, quæ progrediantur, & vbi terminentur. Vna est
insignis, quæ à ramo splenico venæ portæ per mesaræum circa colum & intesti-
num rectum extensa terminatur in musculis ani & intestino interiore, cui circa
lumbos occurrit arteria. In eundem locum, sed vterius ad cutim vsque à vena
caua, tres cum suis arteriis, à duabus illis & ramulo venæ sacre dictæ Sylvio. Si
per has effluit sanguis, quia exteriores sunt, hæmorrhoides apertæ dicuntur, si-
ue externæ, in quibus necesse est hepar, renes, & totum illud venosum genus à
vena caua magis expurgari, proindeque sanguinem magis coctum esse, quàm qui
fluit à venis mesaraicis, in quibus adhuc rudis est & splendidus; licet ater sit &
crassus, quem lien, & mesaræum maximè hac via expurgant. Nam hepar sangui-
nem coctum per venam cauam distribuit. Mesaraicæ verò fugiunt à ventriculo,
& omnibus intestinis, atque ad hepar succum mittunt, plurimumque seri conti-
nent. Lien autem sanguinem fæculentum exonerat in ramum splenicum. A quo
descendit per mesaraicum ramum, vnde primus ramus, cui descendendo occur-
rit, hæmorrhoidalis est: paulò infra, venæ mesaraicæ. Si igitur per venam à mes-
araico ramo, qui à splenico oritur, fiat ille fluor hæmorrhoides internæ erunt,
quòd intus lateant, nec oculis cerni possint, nisi descendente ano, aut immisso
speculo. Vtræque rursus diuiduntur in cæcas, & apertas. Cæcæ sunt, quæ tument
cum maximo dolore, nec sanguinem reddunt. Quanquam non ignoro cæcas et-
iam dici illas interiores, quia non videntur. Apertæ verò, in quibus est sanguinis

*Fluxionum om-
nium cause quæ
possi dignisci.*

*Sanguinis per in-
testina reiecti si-
gna.*

*Hæmorrhoides
cæcæ.*

*Hæmorrhoides
internæ.*

Inflammationis in hamorrhoidibus nota. profusio. Rursus vel sine inflammatione sunt, vel cum inflammatione. Inflammationis signa sunt calor, rubor, tensio, renixus, febris. In cæcis grauissimus dolor, quia partes illæ acutior sunt sensu. Sphincter enim neruosa quædam substantia est, quæ neque vitionem, neque sectionem facillè ferre potest sine conuulsione. Deinde habent è vicino ossè sacro ductos nervos, & extremæ partes sunt: quales acerrimum habent sensum, neque sine periculo offenduntur. Indicio est è pollice pedis subita mors apud Hippocr. 1. Epid. & læsis extremis digitis dolor grauissimus & oculis, & pudendis, & sedi. Rectitudo quoque & tenuitas neruorum plurimum facit ad doloris sensum. Quæ omnia indicant, non sine causa, plenioribus vasis, & distenta membrana sedis, quæ orificiis venarum prætenditur, à plenitudine, aut inflammatione acutissimum dolorem excitari, qui sæpe ad se totam curationem traducit. Ex his etiam perspicuum est, non solum propter crassum & sæculentum sanguinem, sed etiam purissimum, hæmorrhoidas fieri, licet Gal. in Aphor. contrà sentire videatur. Si igitur sanguis, qui effluit, redundet & vitiosus sit, magna ex hæmorrhoidibus commoda consequitur, quæ numerantur ab Hipp. Incipientem melancholiam prohibent, factam sanant, quòd ferè is humor crassior & nigrior per has venas vacuetur, quanquam & alius. Vaticibus, lieni indurato, arthritidi, nephritidi remedio sunt. Quibus (inquit Hippoc. sect. 6. Epid. 3.) hæmorrhoides, ij neque pleuritide, neque peripneumoniâ, neque phagedænâ, neque furunculis, neque thernynthis, fortasse neque leprâ, neque alphis corripuntur. Sed non solum his, quæ dicit Hippocr. profunt, verum etiam vteri, vesicæ & pudendi affectibus. Ex eadem enim diuisione hæc omnia venas habent. E viduis quibusdam loco mensum fluunt hæmorrhoides. In grauidis quoque notauit hæmorrhoidas vtiliter fluere in duabus mulieribus nobilissimis iam quatuor menses in vtero habentibus: in quibus partus tempestiuus consequutus est, & saluberrimè adoleuit. Erat autem frequens & multus fluxus, sanguis ferè dilutus, qui vbi subsistebat, grauius habebant. Agrè excluso leuabantur. Quibusdam etiam familiis consuetæ sunt. Cuidam nobili in æde Ambrosij Paræi Chirurgi decumbenti, qui me ad consilium adhibuit, cum in grauissimo renum dolore emingeret pus, sanguinem & crassam pituitam, natura remedium ostendente, quia tumebat hæmorrhoidis, & aliis remediis non ce-
debat dolor, eo statim tempore iussi aperiri hæmorrhoidem, vnde incredibili celeritate dolor conquieuit. Sed hæc omnia intelligenda de natura superflua exonerante, & si ægri leuiter ferant. Nam quæ ab infirmitate viscerum & intemperie, vnde sanguis vel acrior, vel serosior generatur, vel quæ à laxatione & hiatu venarum ortum habent, aut immodicè fluunt, in his celeriter tolli debet totius mali or go. Alioqui intemptiuè cohibita deteriora longè & periculosa vitia inuehant. Nam suppressus sanguis ad hepar, hinc aliquando ad pulmonem, e cerebri, latus, aut in corpus diffunditur, vel aliqua parte consistit, vnde morbi illi omnes superius relati oriuntur, & si qua adhuc grauiora dici possunt. Paucis enim grauioribus annotatis morbis alios intelligit Hippocrates, vt epilepsiam, & similes. Non immeritò igitur quæstiones illæ duxerunt, an prouocanda sint, an sistenda. Et si sistere consilium sit, an vna relinquenda, vt Hipp. præcipit in Aphorismis. De quibus remota omni disputatione ab hoc loco aliena sic breuiter censemus. Assuetis & grauioribus morbis laborantibus, aut opportunis, aperiri posse. Quibusdam familiis consuetas esse, in quibus individuui ratio habenda. Et quia ante pubertatem nõ fluunt, vt est author Hippocrates, impetatas quoque naturæ considerandus. Alioqui non est faciendum consuetudo. Aperienda igitur non sunt si non tumeant, & si nunquam fluxerint. Quod ad alteram quæstionem pertinet. Curati (inquit Hippoc. 6. Epid.) importunè multi subito his morbis correpti sunt, & grauissimè. Galenus importunè curatos interpretatur, qui neque phlebotomiâ, neque medicamento subducente per interualla exhibitò, vel exercitationibus vacuantur, qui item neque vnam ex ipsis relinquunt, sed omnes in vniuersum tollunt. Vbi Galenus videtur sentire omnes quidè tolli posse, sed non ad eas. Deinde oportere & vacuare corpus, phlebotomiâ, medicamento, exercitio: alioqui vnam relinquendam. Quare vbi hæc remedia adhibita fuerint, & per interualla, nulla relinquenda videtur, præsertim cum ea purgatio

Hamorrhoides fluentes mensum loco.

Sanguinem & pus mingenti hamorrhoidi aperta salutis fuit.

Hamorrhoides quanto prouocanda, aut sistenda.

purgatio non sit naturalis, & optima victus ratione declinari queat. In recentibus quoque metu grauioris mali vna seruari potest. Multis percurantur. Sed experientia docet, nisi purgentur, & sanguis detrahatur, nescio qua melancholia & obsecnis omnibus vexari. An autem vna relinquenda sit; quæ statim periodis est arbitrio ægri relinquendum nisi quis à phlebotomia, purgatione, exercitiis detertius habeat, aut hæc leuiter ferens, grauius ferat hæmorrhoidem. Relinquere autem vnam apud Hipp. nihil aliud est, quàm non secare, non vrere, non conserere, siccare, putrefacere. Nam liber est de hæmorrhoidibus, vni omnes vrut, secat, curat, conseruit, putrefacit, siccatur. Vrut autem non adhibito venæ ferro, sed tantum admoto, vt affetur, & siccetur. Quod igitur Aëtius nullam seruandam scripsit, Paulus contrà, non solum in diuturnis, sed vbi stillicidij modo effluit sanguis, cæteris oclusis, vnam relinquendam præcipit. Seruari duobus modis interpretari poteris, vel neglecta artificiosa curatione, vel adhibita. Si negligatur, vna seruanda est: si adhibeatur, nulla. Rursus sistendi consilium duplex. Alterum dum fluentes sistimus: alterum, dum fluxuras animaduertimus. In illis immoderatum fluxum adstringi debere non est dubium. Cæterum externæ facillè deprehenduntur ex tumore. Internæ verò ex pondere circa sedem, egerendi difficultate, & clysteres aut glandes immittendi, sanguine alius excrementis non permixto, & consueta purgatione, atque indiuidui natura.

Multi sunt igitur curationis scopi. Tumentes aperiendæ: fluentes compescendæ: dolor mitigandus, & inflammatio tollenda. Quæ omnia propriis remediis perficiuntur. In omnibus, partis affectæ habita ratione, ab omnibus acribus & mordentibus abstinendum. Cauendum à cancro, aut fistula: quæ vehementioribus medicamentis facillè inducuntur. Nam cuniculi quidam sæpe latent, in quibus pus. Vnde longiores sinus in fistulas abeunt. Videndum etiam, ne nimium adstringamus, aut refrigeremus podicem. Hinc sequitur ani prolapsus, vel resolutio: illinc non præstat officium, & alius nimium resiccatur. Itaque post vsum horum corrigi vitium debet, si quod illud sit. Vbi remediis non est locus, Chirurgia opus est ligatis, vtiis, tabefactis venis. Sed reuera in hæmorrhoidibus diuturnis, in varicibus, & reliquis in fluxionibus & collectionibus iam inueteratis omnino periculosa sectio, quæ vel moriuntur, vel in aliquid grauissimum dolorem incidunt, priore peiore. Purgato corpore fotus conuenit cum vino adstringente, decoctione ros. centinod. plantaginis, scoria ferri, & similibus. Topica adhibentur & sedi, & ossi sacro.

I. N. C. A. P. V. T. L. V. D. E. H. A. E. M. O. R. R. H. O. I. D. I. B. U. S.

D. V. R. E. T. I. E. N. A. R. R. A. T. I. O.

Hoc enim verisimilius. Imò propriè & ægri hæmorrhoides nominantur venulæ quinque in anum immixtæ è ramo mesenterico, quæ à sympto-
mate ipso, id est, ab effluxu sanguinis nomen habent, vt hæc veræ sunt hæmorrhoides, nec alias agnouit Galenus comment. ad aphor. 11. & 12. lib. 6.

Hæc vacuatio in genere præter naturam est. Materie vitio in feritate, in nimia abundantia, tum etiam solutione continui ipsarum venarum per anastomosis, diaurosim, vel rhixim.

Salutaris quoque hæc vacuatio epilepticis. Ab humore melancholico correptis, quæ epileptici sunt melancholici & contrà per aphor. 44. sect. 8. lib. 6. Epid.

Et maligna vlcera oriri solent. Diffusione bilis atræ, aut melancholici humoris in musculosum genus.

Hamorrhoidum significatio. Quibus hamorrhoides profunt.

fluunt tamen hemorrhoides. Acrimonia materix fluentis, aut rupta valis.

Peculiaris natura egri. In habitu, temperamento & humoris dominatu. Ad legem dicitur in victus ratione, & vitæ instituto.

IN CAPVT LV. DE HÆMORRHOÏDIBUS.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM

ANNOTATIO.

Hæmorrhoidū significatio duplex. Quid hæmorrhoidū hoc loco significet. Hæmorrhoides duplices. Quomodo fiant hæmorrhoides.

Hæmorrhoidis nomen est ipsius venæ ani, quæ ab eo symptomate nomen habet, tum ipsius symptomatis, lib. de atra bile. Hoc loco hæmorrhoidis tantum symptoma significat, nempe sanguinis puri, aut melancholici atrabilarij fluxum per venas ani vel sphincteris musculi, quæ ad anum vsque perueniunt, & quinque orificiis distinctæ sunt à vena mesenterica, quæ pars vna trunci venæ portæ, vel hæmorrhoides significant fluxum sanguinis puri aperta vena, quæ ab hypogastrica fertur ad musculos leuatores ani, & sanguis ille veniens à vena crurali coctus & mitificatus est: At alter qui fertur per mesentericas venas est faeculentus. Venulæ ani erosione pituitæ falsæ aut atræ bilis concalescunt, concalescunt & euocant sanguinem à vicinis, inde per synathuismum *ἑκκατηζῆνται*, ei aculantur sanguinem, inquit Hippocrates lib. de hæmorrhoidibus. Vbi docet fieri hæmorrhoides attractione, non autem decubitu aut orgasmo. Idem lib. 5. Epid. de Endemo, qui ab hæmorrhoidibus suppressis carcinomate magno interiit, qui purgantibus leuabatur. Constat sanguinem fundi per anastomosis ex multis ductibus, vt ab vtero, è naribus, ex hæmorrhoidibus ipsis. Præterea cum in Coac. animad. aphor. 521. legitur: *να ἢ πρὸς ἡβῆν ἐ γίνεται νοσήματα, ἀκαθάρτου καὶ ἀκαθάρτου, καὶ ποταμῶν, καὶ νηοῦ, καὶ ποταμῶν, καὶ πρὸς ἀπὸ κνήμιν. ἢ ἐ μέρτερε, καὶ μὴ μὴ σμάρτυος, ἀλλὰ μὴ συζυγῶν, καὶ πρὸς τοιαύτῃ, ἀμφοῖν, &c.* Ante pubertatem hi morbi non sunt, peripneumonia, pleuritides, podagra, nephritis, varix circa tibiā, fluxus sanguineus, cancer non congenitus, vitiligo, leuce dicta non à natura insita, defluxus medullæ spinalis, hæmorrhoides, &c. Hæmorrhoidi nominat, quia pueri non possunt hæmorrhoidibus laborare, vel ad expurgandam cacochymiam melancholici humoris aut atræ bilis, aut plethoram, quoniam non sunt plethorici, neque plus habent sanguinis, qui non absumatur ad incrementum, & hoc in aphorismo, vt & hoc loco nomen hæmorrhoidis pro symptomate vsurpatur. Sunt autem hæmorrhoides quæ in occulto latent: Sunt etiam aspectabiles. Propriè hæmorrhoidis fluxus est sanguinis, qui inoffenso cursu, sine dolore & offensionis symptomate fertur. Sed si incaluerit vena à pituita falsa, vel à bile atra, sanguinem attrahit à vicino & intumescit, ac tumor apparet in ano, qui tumor à re cuius similitudinem effungit, nomen habet. Est tumor verrucalis, figuram verrucæ referens, inquit Auicennas. Græci vocant *σώκασιν. ficum*, aut *θύμον*, quia thymi florem refert, condyloma quoque vocatur. Nam sæpe apparent in ano, quæ pruni similitudinem effungunt. Nonnunquam & phlegmone apparet sicut & carcinoma. Thymus, ficus, marisca, vna, condyloma prunum, non sunt hæmorrhoides, sed hæmorrhoidum venarum symptomata, hæmorrhoidum venarum sanguine oppressarum calamitates, quando exitum non habent: Nam distenduntur venæ ani, & cum distenduntur & suo loco mouentur, acerbissimi dolores excitantur; propterea quod solutio continui est rerum omnium naturæ aduersissima. Naturæ integritas in solutione consistit: naturæ summa calamitas in solutione continui. Nam solutio continui mutatur ens ipsius partis, vt non sit id quod prius erat. Et vt docuimus ex Hippocrate lib. de loc. in homine circuli definiti principium non est,

Ante pubertatem hæmorrhoides non sunt.

Hæmorrhoides duplices. Quid hæmorrhoidis propriè.

Tumor verrucalis. ὄγκος, ὄγκος, condyloma & alia hæmorrhoidū nomina.

Hæmorrhoidum acerbissimi dolores.

Solutio continui calamitas.

non est, neque finis; sic in circumscriptione corporis humani non est principium neque finis. Nam si vel minimum *δυσίμια* siue latum vnguem pars suo loco moueatur, intolerabilis dolor excitatur, Omnis quies in vnguate consistit, omnis labor in solutione continui. Sæpe multos animaduerti, qui ab hæmorrhoidibus im-miseri corditer cruciabantur, qui nec fotu, nullo hapsu, nullo cataplasmate, nullo denique *ἀσυνδρονῶν* mitescebat dolor prius quàm pars restitueretur suo loco, & vt accidit in prolapsu ani. Nam vel suspensio ipsa facit dolorem, inquit Hippocrates. Hæmorrhoidibus grauidæ plerumque laborant, quando plus ha-bent sanguinis quàm à foetu possit absumi: Melancholicus etiam sanguis purga-tur per venam hæmorrhoidem, quæ pars est trunci venæ portæ. Nonnunquam natura ad deplendam aliquam partem eò sanguinem deturbat, vt per eas venas riuolosè aliquando effundatur, vt in nimia sanguinis melancholici abundantia. Atque vt plethoram deplendo hæmorrhoides salubritati accomodatæ sunt, & deplendo cacochymiam vindicant à multis malis, ita si liberalius fundatur san-guis, aut supprimantur & repente sistantur, inde venit malorum foetura & ilias. Nam ex profusione nimia per hæmorrhoides venit hydrops, eamque ob causam vult sisti Hippocrates vna hiante. Ita etiam quæ inconsideratè sistuntur, careino-mata faciunt in ano: quod Eudemo contigisse legimus, aut per anadromen, quæ non habuit anagogen facit hydropem ex euentu, aut phthisim & per palindro-men ad superiores partes hepatis intumescit, scirrhum concipit, scirrho concepto fit *δυστυχία τῆς ἀμφοτέρων ἕξου*, in quo hydropis omnis natura consistit, vel cum hepatis refrigeratu ab humore melancholico ac intemperie frigida vnde alienatur hepatis facultas sanguifica. Prætermitto doloris acerbitatem quæ facit infirmitatem, quæ sibi humorum corruptionem adiungit. Proinde sunt salutares ex euen-tu. Sed præfaret hæmorrhoidibus neminem esse obnoxium. Aristoteles refert mu-lieres quibus menstrua bene respondent non fieri varicosas, nec hæmorrhagia-lis, nec hæmorrhoidales. Etenim est duplex faculenti sanguinis *δυστασις* apud Hippocrat. Vna *κατ' ἐξου*, altera *κατὰ τὴν δύστασιν* vel *δυστασιν κατ' ἐξου* *δυστασις* fit per hæmorrhoides. Funditur enim sanguis fluxu aspectabili & fit *ἑκκατηζῆσις* per ei-a-culationem fit & *κατὰ τὴν δύστασιν*, materix decubitum ab vna parte in aliam ortis varicibus. Præterea scripsit Hippocrates aphor. n. lib. 6. *ποῖσι μαλαχολοίη καὶ τοῖσι ποσῆσι. ἢ φρενικῆσι ἀμφοῖν δὲ, ἢ πρὸς τὴν ἀγαστῆν*: Melancholicis & nephriticis hæmorrhoides superuenire, bonum. Varices quoque salutaret. Sed hæmorrhoides per *δυστασιν* *κατ' ἐξου* varices verò *κατὰ τὴν δύστασιν* sunt salutares per expurgationem humoris quin vitio est. Galenus tantum agnouit hæmorrhoides à cacochymia, Cum dixit Hippoc. aphor. 12. lib. 6. *Si sanato diuturnis hæmorrhoidibus vna non seruetur periculum est, ne hydrops aut phthisis superueniant.* Sanantur autem manu chirurgi-ca, vt & de fistulis diximus. Quo tamen modo hic non intelligendum est, sed vt illud aphor. 58. lib. 6. aphor. *Cancros occultos omnes melius est non curare: curati. n. cito pereunt, bene dixit, Non. n. dixit, Manu chirurgica, cataplasmatibus suppurratum pro-uocare, sed consideratè operam dare purgationibus, diætā præscribere quæ im-pediat atræ bilis prouentum, illud est consideratè mederi, & hoc modo intelligē-dus Hipp. prius citato aphor. de diuturnis hæmorrhoidibus, alioquin sanatur hæ-morrhoides manu chirurgica. Memini vidisse me ab hinc 16. annis in Episcopo qui mariscam habebat, quæ colore & consistentia cutim naturaliter constitutam referebat. Quidam pericissimi chirurgi suaserunt vt constringeretur accuratè, vt excideret. Negabam esse faciendum. Num vt dubia salus certa desperatione potior est, nulla salus inde mihi videbatur sperabilis, ac dicebam multas calamitates posse accidere Lino contracta est vt moreretur & excideret: Ecce doloris nata est acerbitas, ac in consulsionem incidit. Illud est manu chirurgica curare, sed nō est sanare. Dixit autem Hippocrates diuturnas hæmorrhoidas sanare, quod eo loco diuturnitas significat perennem in illam partem affluxum. In quarum curatio-nis spectanda sunt. Primum enim debemus considerare conditionem partis, vn-de venit ille affluxus & earum per quas fertur, deinde vbi cōsistit, postremo cōdi-tionē humoris. Homo autem aut iure gentilitio est hæmorrhoidalis, aut cum est ne-vitiū lienis nō potētis discernere melancholicū humorem ab hebate, aut cū hepatis ipsū lienem nimis eiusdem humoris abūdantia opprimit, & illud est quod Hip-*

Histeria.

Hæmorrhoidibus grauida mulieres cur nonnunquam laborent.

Hæmorrhoides critica.

Hæmorrhoidum symptomatica. tum calamitas.

Hæmorrhoidum incommoda profusio.

Hæmorrhoidum suppressio.

Qua mulieres hæmorrhoidales non fiant.

Faculenti sanguinis duplex a-

Hæmorrhoidum & varicum ge-

Melancholicis & nephriticis hæmorrhoides bo-

na.

Hæmorrhoidum sanatio quomodo perfici debeat.

Historia.

Quid diuturnitas in hæmorrhoidibus denotet.

Tria in hæmorrhoidum curatio-nem consideranda.

Hæmorrhoidum cura.

procrates diuturnitatem vocat, in qua, vt dixi, prohibenda, conseruandum robur & conditio partium mittentium, tum instrumentorum, & emendandum vitium humoris. Præterea per sanationem chirurgicam non prohibetur generatio sæcis (melancholicus enim humor in sanguine est vt sæx in vino) nec excitatur vis attrahendi lienis, aut virtus eius non potest respondere hepatis, & hepar lieni nimia humoris abundantia faceffit negotium. Itaque non supprimitur affluxus cum ad eam partem ventum est, vnde condylomata, carcinomata excitantur, si sæculentus sanguis, si bilis atra, si pituita salsa cõ affluerint, incalescunt venæ & omnia ea symptomata excitant. Si palindromen habeat superiores partes eas labefactat, quoniam in vitio est materia corruptione substantiæ propriæ calamitior. In pulmonibus facit phthisim, in hepate hydropem, propterea Hippocrates dicebat bonum esse in illa necessitate vnam semper hiare, cum tamen melius sit eam necessitatem non habere: in qua tamen bonum est, vt ex Hippocrate lib. 1. de humorib. sect. 2. & sect. 3. lib. 1. Epid. §. 1. qui habent (ἰχθυόσιν, qui habentur) hæmorrhoides neque pleuritide, neque peripneumonia, neque) addit Galenus) epilepsia, neque apoplexia crucientur, quia expurgantur illo humore, qui eas partes infestat, tum etiam quod addit, raro accidit vt duæ partes tam sibi sint impares, vt simul laborent. Est *ἰχθυόσιν* humor in hæmorrhoidibus: Propterea neque mania, neque pleuritide, neque peripneumonia infestat, & contra. Vindicatur ab illis morborum generatio, ita eorum malorum si inconsideratè sistantur, consecutionem adferunt. Diximus mulieres, quibus menstrua bene respondent, hæmorrhoidibus non laborare neque varicibus. Sed in grandiori sætu sunt vari. cosæ & bonum est, propterea quod variocosæ sunt ob cacochymiam quæ per varices expurgatur. Melancholicis contingunt hæmorrhoides, in sædo colore, in sanguinis sæculenti abundantia nimia. Quibusdam enim peculiari hepatis affectione, mole, magnitudine, laxitate gignitur sanguis sæculentus, ex quo sunt hæmorrhoides. Itaque bene dixit Hippocrates, quod melancholicis bonæ sunt. Non enim vertendum est, vt interpretes fecerunt, *Atra bile vexatis*, quia multum interest inter vtrumque. Nam qui vexantur atra bile, phanatici sunt. Deinde dixit bonas esse nephriticis, non vt interpretantur, renum passionibus, non quod vacuatione simplici tollatur affectio, sed purgatione, qua generatio prohibetur. Sunt item hæmorrhoides epileptici salutare ab humore melancholici sunt epileptici, & epileptici & epileptici melancholici, quod sit diuersa ratione partis, in quam mouetur humor. Si enim humor fertur in mentem sunt melancholici, si in corpus, sunt epileptici: non tamé ideo quod curent epilepticos, putandum est pueris esse salutare, qui sæpius epilepsia laborant. Est enim puerilis morbus epilepsia propter nimiam humoris abundantiam, qua sunt repleti, ex qua humoris abundantia, vapores in cerebrum elati ac illic crassefcentes in cluui incutiunt membranas dum exitum sibi querunt & epilepsiam faciunt. Non sanantur igitur pueri epileptici hæmorrhoidibus, quas non habent, sed tandem epilepsiam melancholicam sanant aphor. 44. sect. 4. lib. 6. Epid. Cum autem de commouendis hæmorrhoidibus consilium est, interroganda est ægri peculiaris natura in habitu, temperamento, & humoris dominatu. adde etiam legem diætæ in victus ratione & vitæ instituto, quæ sunt annexa peculiari naturæ. Quæ naturæ duplex consideranda: aut enim est communis, aut particularis. Commune est omnium bis capiendis cibum in die, aluum intumescere, bis coquere. Commune vitium est si quis bis die cibum sumperit, aluum sicari. Proprium est pituitosum natura esse in edicæ patientissimum. Corporis raritas, siccitas interiorum. Est homo *ἰσχυρότατος*, κατὰ πῦρ, & ἰσχυρότατος. Mulieribus viduis nonnunquam accidunt hæmorrhoides. Hippocrates lib. 1. *ἰσχυρότατος*. Scripsit quod mulieri restibus sæcunditatis non tam est molestia menstruorum suppressio quàm infructuositas. Nam mulier quæ vterum gerit per nouem menses experitur menstruosæ materiæ suppressionem. Ego facta sunt meabiliora vasa. Causa autem meabilitatis est, quia est amplificatio caloris natui, parit, sunt *ἰσχυρά* vasa, liberè ac liberaliter funditur sanguis, nec tantam percipit molestiam. At contra accidit de Phaëtusa quæ non potuit *ἰσχυρότατος* i. mulierascere, cui propter ingentem mœrorem suppressa menstrua, vnde nata baiba, & vox virilis superuenit, sed tamen interijt. Melancholici

Hæmorrhoidum iucessiones.

A quibus morbu hæmorrhoides vindicent, & quæ inducant.

Hæmorrhoidum generatio a sæculento sanguine. Melancholicorum ab atrabilis distinctio.

Melancholici sunt epileptici & contra. Epilepsia puero hæmorrhoidibus non sanatur.

In hæmorrhoidibus commouendus, standus. Natura duplex, communis & particularis.

Viduarum hæmorrhoides. Cur mulieres sæcunda menses suppressum scilicet ferant quam steriles. Historia.

lancholici sunt homines, quia ætate crassefunt venæ. Hos iubet Hippocrates purgare, *ad ἰσχυρότατος*. Gallicè, *à bon escient*. Omnes ferè morbi à vacuatione causa coniunctæ, aut particularis naturæ correctione mitefcunt, vnde quibusdam sunt excitandæ hæmorrhoides. Dixit Hippocrates nasci hyeme média tertianas excitandæ propter suppressionem humoris biliosi redundantis in peculiari natura. Duplex est causa generationis morborum epidemiorum apud Hippocratem, inclementia cæli, aut suppressio excrementi, quod in cuiusque peculiari natura recedunt adferunt. Menstrua non respondent, secare venam poplitis oportebit. Si quis vel insania, vel melancholia corripitur, quibus non correptus fuerat dum erat hæmorrhoidalis, reuocetur humor per eas partes, quas ferri & excludi solebat, ducantur hæmorrhoides. Filia Brusqueti laborabat tinea, habebat achores in capite, ex quarum suppressione incidit in tremore corporis. Ego & Holterius ad mouimus beatam rubram calefactam, cuius calore exudauit humor suppressus, & quieuit tremor. Cuidam mulieri quæ prætumidas venas quinque anni habebat, admotæ sunt cucurbitulæ, quarum vi tres pintas profudit sanguinis, ferè incidit in hydropem. Quamobrem non aperiuntur sine periculo, ob eamque causam non sunt inconsultè aperienda. Sic soleo consulere iis qui ex ephæbis excesserunt, quibus, sæpè hæmorrhagiæ solent incidere, in quibus si anadromen nõ habeat sanguis per nares effluxurus, effundetur in faciem & in cerebrum. Varij modi excitandarum hæmorrhoidum ab auctore nostro recensentur vt per sanguifugas quæ leuissima via est, modò venæ nimium non distendantur, tum aperiuntur etiam medicamentis, vt oleo è nucleis persicorum, in quo coctæ sint res acres vt filia ficulnæ, cæpa repleta theriaca, aut mithridatio, aut sola cæpa, aut scordium, allium, chelidonium, philanthropos si contundatur, & cum momento salis admoueat. Fella quoque cient hæmorrhoides, & exudatione illa (Gallicè *suinte*) vacuata tantilla portione humoris morbifici liberantur subito dolore, sed si sistantur, in grauiā incidunt symptomata. Aloë quomodo aloë vena recludat, & sanguinem fiat. Sanguinis detrahitio. Quomodo aloë vena recludat, & sanguinem fiat. Sanguinis detrahitio. Quomodo aloë vena recludat, & sanguinem fiat. Sanguinis detrahitio.

Melancholici ad corripus purgandi.

Duplex causa generationis morborum epidemiorum.

Historia.

Historia.

Hæmorrhoides non sunt inconsultè aperienda. Excitandarum hæmorrhoidum varij modi.

Quomodo aloë vena recludat, & sanguinem fiat. Sanguinis detrahitio.

Hæmorrhoidum curatio scopi. Remediorum genera.

Quando hæmorrhoides sint aperienda. Fotus. Litus. Cataplasma.

Infectus. Sacculi. Fluxionis causa.

Hæmorrhoidum aperiatio. Curatio chirurgica.

Vil. u. ratio.

amotionem causâ coniunctâ. Imperabitur abstinentia rerum meabilium, sicut ferorum, piperatorum, & vsu ciborum omnis alienæ qualitatæ expertum recreandi sunt egri, vt hordeato, iusculo cruris vitulini saporato herbis medicatis, vt ichorio, oxalide, lactuca, portulaca. Syrupis lenientibus vtendum, vt violato, tum sistentibus, vt syrupo de nenuph. cum pil. de cynogl. eum sistere oportet profluuiû. Lactis quoque vsus probatur, & vt sæpe monuimus lac bubulum, a sininum, non solum partem consolatur, sed etiam effluxum humoris sistit, nec magis est paregoricon quam *ισχυμαδ*. Denique omni ratione lenire oportet medicamenti causam detrahentibus, humoris acrimoniam infrigentibus, partem dolore obsessa stupefacientibus. Sanè hæmorrhoidum fluxus toto genere est contra naturam, & qui moderato cultu & diætâ vtitur non debet habere hæmorrhoidas. Mulier menstrualis est aliquando hæmorrhoidalibus ab otio. Sed quibus debent hæmorrhoides aperiri: Debent ijs aperiri qui cû hæmorrhoidibus essent, erant expertes melancholiæ, insaniz, nephritidis, & aliorû morborum, & suppressis hæmorrhoidibus facti sunt melancholici, infani & nephritici. Et qui ab earû suppressione incidit in epilepsia, hunc melancholicû epilepticû vocat Auicennas. Quod si est epilepticus à suppressione hæmorrhoidum aperiantur. Itaque vbi suspicio est suppressi excrementi cuiusque peculiaris naturæ, aut vacuationis solitæ, ducendæ sunt, vt humor qui refluxum ad superiora habet, per loca consueta, quorum aditus præclusus fuerat denuò effundatur, vt si hæmorrhoides sit epilepticus. Obnoxij sunt hæmorrhoidibus quos Hipp. *ιπουδερξωδεις μηδνας Gallicæ, βαζανες*, tum etiam hoc homo & gentilitio more melancholicus est & diætâ vitio. vescitur pulce leporina, viuît in otio, bibit vinum crassum, talis erit hæmorrhoidicus. Cæterum non est bonum vt vel sistatur, nisi prius vena secta, primùm è basilica ad causâ antecedentis deriuationem, deinde è saphæia ad coniunctâ amotionem, purgatione & diætâ mutatione; hoc pacto sisti possunt. Nam morbi nati à diætâ vitio mutatione diætâ sanescunt. In illa tamè praua diætâ sisti non debent. Cum aperiantur rapidè sanguis erumpit, & *εξαντιζηται*, vt educto epistomio è dolio effunditur vinum. Duo sunt autem genera cæcarum: Cæcæ aspectabiles vt verrucæ, quæ sunt hæmorrhoides quæ non bene fluunt: Inaspectabiles, quæ in musculos ani leuatores desinunt. Memini me medicinam fecisse monacho cuidam, qui factus fuerat *αποχλωδεις* ex profusione sanguinis, vnde ferè in hydropem inciderat, erant illi inaspectabiles, iussi insideret in puluina ex centinodia, quæ mirificè valet: ex præscripto Hipp. dedi vinum subausterum, quicuit profluuium, & sanatus est. Nam Hippocrati ad hæmorrhagiam cum rubore coniunctam nocet vini vsus, sed hæmorrhagiæ cum pallore prodest. Itaque inhiendæ sunt mutatione diætâ, purgatione, sanguinis detractione, synathrismo. Diuturnæ manu chirurgica. Quia tria considerari debent in hæmorrhoidibus, pars quæ excludit, generatio perennis, qua, quorum, & quò, postremò pars obsessa. Syrupus violatus prohibet generationem melancholici humoris, & tollit hæmorrhoidas, ac cursum naturæ reuocat, quod facilè tamen non fit: vt in diuturnioribus vlcibus, quæ non debent temerè cicatrice obduci, quia non potest facile ab instituto cursu natura reuocari. Igitur & sistendæ sunt, quibus liberaliter fluunt, metu hydropis, cachexiæ, & eiusmodi grauissimorum symptomatum, ita tamen vt vna superfit, quamuis sublata sit generationis perennitas. Multa reperies apud Auicennam quæ vim habere dicuntur ad hæmorrhoidum curationem; Quæ si lateant, vellellis docet esse curandas: sed tutum non est prætar diutius eas exudantes habere quam forcipibus excindere: *Il vaui mieux souuent moucher son enfant, que luy arracher le nez*, vt nuper narraui de eo cui sycosis triangularis constricta fuit in conuulsionem incidit & penis intolerabilem dolorem. Curatio ergo hæmorrhoidum est auspicanda à doloris sedatione: Dolor enim non habet aures. Id fiet paregoricis medicamentis, quæ sunt trium generum, & partibus obsessis suam dicarunt operam, infringuntque humoris morbifici acrimoniam. Quædam sunt primo gradu calida, vt lac, aqua tepida, *ιγυδισμα*. Sunt paregorica ex euentu narcotica sumpta & admota, vt philonium dissolutum in lacte, sarcocolla, opium, pilulæ de cynoglossio. Sunt hæc paregorica narcotica, quæ stupefaciendo partem obsessam faciunt vt tanta reimmolestæ sensio non percipiatur. Sed inter cætera commendatur semen hyoscyami,

Quibus sint hæmorrhoides apte curanda.

ιπουδερξωδεις, hæmorrhoidibus obnoxij.
Quomodo sisti debeant hæmorrhoides.

Hæmorrhoidum cæcarum duo genera.
Historia.

Ad hæmorrhagiam quando vitium conueniat.

Tria in hæmorrhoidibus consideranda.
Syrupus violatus.

Vellellorum vsus non tutus.

Historia.

Vnde curatio hæmorrhoidum sit auspicanda.
Paregorica trium generum.

mi, mucilago seminis hyoscyami extracta in aqua plantaginis, folia hyoscyami admoventur: maceratur semen hyoscyami in lacte calido, excipitur & apponitur. Fiunt & suffitus, vt si in lacte fuerit illud semen. Et cataplasmata sunt excellentissima, si folia hyoscyami cocta in lacte parti admoventur, etiam contra arthritidas. Sed inter omnia primùm studeamus, vt partem suo pristino loco restituamus, Nam hæc partis restitutio dolorem sedat, vt in Michaële Hospitalio Galliæ Cancellario hæmorrhoidibus diuturnis vexato sæpe experti sumus. Tertiû paregoricum improprie dictum est id, quod amouet causam, vt sanguinis detractione è maleolo ad causâ coniunctâ amotionem.

Hyoscyami vsus varius.
Historia.
Sanguinis detractio.

ANTON. VALETII EXERC. LV.

Hæmorrhoides aliæ sunt internæ, externæ aliæ. Illæ à splenico ramo & mesenterio; hæc potius à venæ causæ propaginis ipsi sedi explanatis fiunt. Internarum sanguis parcior & aquosior, crassior externarum. Sunt item aliæ vis similes, rugosæ, proptereaque dictæ vulgo mortales, quod moris similes conspiciantur. Corpus alias cacochymia expurgant, præsertim melancholica, aliquando plethoram deplent. Prorruptionis sanguinis ab hæmorrhoidibus commoditates vide apud Gal. cap. 7. libr. de venæ sectione aduersus Erasistratæos, comm in sent. 8. sect. 6. lib. 6. Epid. & in 37. sent. sect. 3. lib. eiusdem. Suppresarum verò incommoda comm. in sent. 39. Prorrhetic. 3. Prima curatio est, molestus dolor sæpe leniatur: secunda, si sistantur, & mali grauioris metum afferant, & aperiantur: tertia si immodicè fluant, vt cohibeantur. Sola quippe vacuatio optima censetur, quæ quod graue, infensumque est, velut onus inutile, deponit citra corporis infirmitatem, & virium iacturam. Sed labitur itaque dolor alio molliore facta, vt minore cum expressione & conatu facces reiciantur, quæ alioqui duræ hæmorrhoidas exasperant, fluxionem videlicet dolorifica duritie ingeminando. Et quia inflammatio sæpe adiungitur, conuenientissimum hoc erit remedium.

Gal. commen. in sent. 25. sect. 5. lib. 6. Epidem.

Gal. ad finem lib. differ. symptom.

℞. mucag. seminis psyllij ʒ. ʒ. unguenti populei ʒ. 2. misce pro linimento: quo pannus mollis. aut gossipium imbutum, in anum inditur.

Quod si tentio sine inflammatione sit, satis erit bombycem imbuerè linimento ex mucaginibus alth. lini & sænuigr. vel oleo viol. aur simil. Deinde aperiantur hæmorrhoides infinitis prope artibus ab Hollerio traditis. Vulgo tumentes venas inungunt sanguine gallinæ, aut columbi: mox hirudines præparatas affigunt, quæ si satis sanguinis non exhauriant, sanguinem fluere sinunt. Quod si per se sistatur, ægrum iubent in aqua tepida insidere. Contra verò si per apertas hæmorrhoidas fiat profusior sanguinis proruptio, à qua periculum tabis, aut cachexiæ impendat, auertetur sanguinis secta dextra basilica, largo sanguine ducto, si multus substiterit, affixis dextro hypochondrio & interscapulio cucurbitulis, &c. Vbi tenuitas sanguinis & acrimonia in suspicionem venit, syrup. incrasantes, refrigerantes & ora vasorum occultentes vsui erunt. Turissimum etiam erit thei electi in aqu. cichor. plantag. rosar. aut solani cum pauco cinnam. crassiuscule conuassato infusi fortem expressionem exhibere, adiecto syrupo aliquo adstringente, aut si magna fuerit cum sanguine feri copia, syrup. laxat. ros. pallid. facit & huc maximè hic potus.

℞. sacch. ros. ʒ. 2. bol. arm. elota in aqu. ros. ʒ. 2. syr. myrtill. ʒ. 1. aq. ros. ʒ. 2. f. potus.

Foris sedi admoventur ad sistendum fluxum eadem ferme quæ in ani proci-dentia.

HOLLERIVS.

De exitu 1 ani. CAPVT 56.

De vltima recti
intestini partu
prolapsu.2 Ductarum à
peritonæo, atque
etiam à ligamen-
tu lumborum &
offi sacri.3 Quæ vel ab ob-
structione, vel
compressione fit.4 Dolore etiam
& pulsu5 Ad reuollen-
dum & inhiben-
dum fluxum.6 Ad amotio-
nem materia
coniuncta.7 Quæ parte is-
chium cum offe
sacro connectitur.8 Et ad fouen-
dum, empla-
stra, dropaces.De his vide
Hippocratem ad
suam libelli de
fiat.

Nus totum rectum intestinum est, aut extrema laxitas eius. Excidit hæc infirmis musculis obliquis, qui sedem sursum reuellunt, & laxitate 2 membranarum, quibus offi sacro & lumbis colligatur. Nerui etiam 3 resolutio-
ne, qui ab extrema spina ad sedem porrigitur. Itaque primum ani-
maduertendum, num quæ inflammatio adsit, quod tumore, rubore,
calore & 4 duritie intelliges. Hæc 5 sanguinem è brachio detrahes;
deinde etiam è 6 malleolo. Si fuerit opus, materiam inflammationis
resoluentibus medicamentis & laxantibus digeres, admixta etiam
parte eorum, quæ repercutiant & corroborent.

Topica remedia frustra sunt adhibita sedi, si à læso neruo vitium
est. Tuncque applicanda extremitati spinæ, vbi 7 coxa est: redeun-
dumque ad genus 8 curationis, quod cap. de Paralyfi dictum est. Si
verò infirmitas est eorum obliquorum musculorum, & corpus cras-
sis ac viscidis humoribus abundat, purgatione primum vtendum
est ex hiera simpl. aga. hiera diacolocoynt. & similibus: tum si qua sor-
des ano inhæsit, detergenda priùs hydromelite vrina propria, deco-
cto betæ, muria, marina aqua.

Postea verò fatus conueniet sæpe repetitus ex vino austero, in
quo acacia, hypocistis, myrtus, malicorium, rosæ, scoria ferri, &
alia eiusmodi adstringentia cocta sint, adhibita ratione, quæ iubet
mollioribus mitiora, durioribus fortiora remedia esse adhiben-
da.

A fotu vnctiones, insersiones puluerum, infersiones & balnea
vsurpanda sunt. Quanquam inunctiones & olea, quæque lubrica
sunt omnia non sine ratione quidam reiciunt, alii admittunt, quia
firmius inhærent. Laudabit oleum nardinum, costinum, laurinum,
masticinum, rosaceum, quæ vbi iuncta fuerint, puluis ex arida pice
trita, seta porcina, vsta galla, simo canino, cornu cerui, carabe, fan-
guine draconis, mastiche, corallo & similibus.

Suffitus è bdellio, pice arida, pinea, Colophonia, exuuo serpentis,
lapide molari candente consperso aceto, in quo porri folia coxe-
rint, vino austero nigro, in quo aliquid adstringentium ferbuerit,
infersiones in aqua sulphurea, marina, bituminosa, aluminosa, & si-
milibus. Puluis.

℞. sang. draco. malicorij ana ʒ. j. gallæ, bituminis ana ʒ. 2. subtilif-
simè trita & cribrata inspergantur. Alius.

℞. carabe, cornu. cerui vsti, coralli, balaustiorum, thuris albi ʒ
antimonij, acaciæ ana ʒ. ʒ. tria inspergantur, aut incorporentur vi-
tello.

tello oui, & modico petrolei, Vitellum oui vsurpamus, vt in eo pul-
ueres incorporentur, quia non, vt oleum, sordes relinquit.

Emplastra sunt ex ammoniaco, bdellio, malaxatis cum oleo nar-
dino, & similibus conspersis puluisculis, quæ adstringant: offi sacro,
perinæo & sedi apponi debent, & ne concidant, fasciis contineri.
Tempus remediorum, vbi iam ægri deiecerint, & abluta sedes repo-
sita fuerit.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

RECTUM intestinum Græcis ἀνωροσφίον dicitur, Hippocrati ἀνωρ, Aph. 58. libr. ^{Alexand.}
5. vt interpretatur Philoth. Prius nomen illi inditum est, quod cum alia ^{Aphrodif. lib.}
intestina flexuosa sint, recta lineâ sine gyris in anum siue podicem deducatur: ^{1. Probl.}
posterior verò, quod vel aliis imperet, vel aliorum sit principium. Excrementa enim
excipit, & foras agit, adiutum septo transuerso, & musculis abdominis propellen-
tibus. Opus igitur habuit musculo, à quo, tanquam crumena, constringeretur,
ne ante tempus excrementa effluerent, quem Græci σφιγκτηρα vocant ἀνωρ
σφιγκτηρα, id est, constringendo. Quæ est illius propria actio, non autem excretio,
vt multi voluerunt. Deinde altero (qui geminus est, vel etiam tergeminus) obli-
què supra rotundum sito, quo sursum reuelligitur, Adiectæ sunt membranæ, ad
maiorem firmitatem, quibus alligatur offi sacro & lumbis. In hac parte morbofi
affectus plurimi oriuntur. Si excrementa nobis inuitis egrediantur, resolutio
est sphincteris. Si verò extra anum prolabatur intestinum rectum, neque sur-
sum retrahi possit, nisi manu procurdatur: necesse est causam esse in musculis, aut
neruis sursum reuellentibus, vel membranis alligantibus. Id autem fit laxa-
tis illis nervosis corporibus, vel imbecillioribus redditis, vel intumescente &
inflato intestino. Si resoluantur nerui, causæ ex capite de Paralyfi exquirendæ
sunt, topicæque offi sacro imponenda. Imbecilliore redduntur aliquando
ob nimiam molliem & humiditatem, vt in pueris, vel frigus à quacunque
causa externa, vel aliquam aliam intemperiem, aut humorem madefacientem.
Aliquando verò ob magnam aliquam contentionem in reddendis excrementis
durioribus, aut acrioribus, vt in dysenteria, vel tenesmo. Inflatur autem à quo-
libet tumore, sed præcipuè inflammatione, quam sequitur dolor, febris, perpe-
tua irritatio ad excretionem, stillicidium vrinæ. Fieri scribit Hippocr. de fistulis
à pituita ex corpore in intestinum rectum decumbente. Quanquam in contex-
tu Græco habetur ἀνωρ ἀλίγνατος. Certum autem est phlegma. Hippocrati
aliquando inflammationem dici, vt in Prognosticis. Nec dubium, quin ab a-
liis etiam humoribus, præsertim à sanguine, fieri possit. Mirum est, quod
nobili cuidam mulieri contigit anno 1559. Nihil excluderetur stercoris
dolor ingens in ano, qui nullis remediis cedebat. De causa disputabatur.
Nihil è speculo immisso apparuit interiore recto intestino. Tandem summa
vi, & eo dolore, qui in partu difficili excitatur, rotundum globum tophaceum è
cæco intestino deiecit. Hernia laborabat. Erat is globus tunica inuolutus, suberis
substantiâ.

Non eadem omnibus curatio. Frustra adhibentur remedia ano, si spinæ vi-
tio resolutus sit neruus. Inflammatio curanda, vt cæteræ, indicatione sumpta à
parte.

GG iiii

IN CAPVT XLVI. DE
EXITV. ANI.

DVRETI ENARRATIO.

De prolapsu ani cum suo loco excidit atque suspenditur & sub aspectum venit, idque sua sponte (Anus) seu potius sedes, vt vocat Hippocrates.

IN CAPVT LVI. DE
EXITV. ANI.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM
ANNOTATIO.

Cur prolapsus ani molestissimus & calamitosissimus.

Hippocrati sententia de ani prolapsu. Causa prolapsus ani.

Causa prolapsus ani. Quid sit anus. Quid ani prolapsus significet.

Quid apud Pueris calculosis cur prolapsus sedes.

Quid apud Hip. peratis.

Ani prolapsus cum hamorrhagia vel chore cur per mol. ano.

Ani prolapsus molestissimus & calamitosissimus est tum propter solutionem continui, tum propter laxitatem musculorum, qui sunt ani leuatores, & diuulsionem vasorum insignium, quæ eò ferunt. Est calamitosus etiam propter aeris appulsu, cuius vim vix ægrè experitur intestinum, vnde multa in anum accidere symptomata solent. De ani prolapsu sic philosophatur Hippocrates aphor. 43. lib. 2. *προηρ. εἰς τὴν ἐκτὴν πύλιναν: Sedes autem perueruntur, inquit, procidunt, præcumbunt, suo loco excidunt. Quomodo? ἀπὸ αἵματος, ἢ ἀπὸ διαίτης καὶ ἐκ τῶν ἀμφοτέρων, ἢ ἰσχυρῶς ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ἢ ἀπὸ τοῦ γυναικὸς, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς ἰσχυρῶς. Pueris etiam calculosis & ijs qui dysenteria longa & meraca vexantur, & senibus quibus nimia glutinosa humoris copia & mucoris obsessus est anus, sedes prolabitur. Hæ sunt igitur tres causæ prolapsus sedis, hæmorrhoids cum diarrhæa coniuncta, lapsus in pueris cum dysenteria coniunctus, mucor in ano adhærescens in senibus. Est anus extrema intestini ora, non totum rectum instinum. Malo autem legere sedem quàm anum, quia Hippocrates multa scripsit de sedis prolapsu. Ani prolapsus est prænuncius canceri aut fistulæ, quoniam appulsu aeris, suspensione quæ dolorem facit, perenni affluxu materiæ, quæ fistulam facit, accedit difficultas curationis, calamitosus est. Dicitur ἀπὸ τῆς ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ἢ ἀπὸ τοῦ γυναικὸς, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς ἰσχυρῶς, id est sedis inflammatio facit stranguriam, inflammatio recti intestini non semper facit stranguriam. Pueris calculosis & micturientibus prolabitur sedes excitata stranguria duplici sympathia, & vicinia partium, & communicatione vasorum, & quod pituita falsa ex ano in vesicam exudat, & tunc ea affectione laborat, vt nunquam vesica quiescat, quin teneimus quieuerit. Hoc autem loco anus erit extremum quàm instinum. Gallicè, l'anneau, εἰς τὴν πύλιναν. Nam apud Hippocratem lib. de fistul. ad finem legitur ἀπὸ τῆς ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ἢ ἀπὸ τοῦ γυναικὸς, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς ἰσχυρῶς de sedis prolapsu. εἰς τὴν πύλιναν autem apud Hippocratem impressum est veli vestigium. Gallicè, liasieste du coup, lib. de vulner. capitis. Quando prolabitur anus vel cum hæmorrhagia, vel cum ichore, tum ille prolapsus est permolestus, quia qui eo prolapsu laborat, neque sedere, neque libere progredi potest; tumet, inflammatur cum rubore, dolore, calore & renixu, & aeris appulsu faci è corrumpitur, concipit cancerum fistulam facit. Adde quod tollitur motus*

motus intestinorum peristalticus, labefactatur œconomia naturalis, tum vitio concepto sic sympathia per simplicem communicationem, tum societate, deinde etiam per propagationem causæ morbificæ ab inferioribus partibus cum superioribus. Etenim quæ austera sunt, sua acerbitate molesta sunt, quæ amara, mordacitate. Deinde semper sic exclusio excrementi aut ichoris per eam partem, estque veluti sentina & clara totius corporis, tum quod loco non possunt adhiberi remedia propter perennem affluxum. Quocirca adhibenda sunt quæ sine motu deficiant, vt sunt metallica descripta ex Andromacho apud Galenum lib. 10. εἰς τὴν πύλιναν. Difficilis inquam prolapsus sedis est curatio, quia quæ symptomatistudent cum parte pugnant. Pondere anus prolabitur, atque illius ponderis & grauitatis multæ sunt causæ. Aut enim est primigenia, aut aliunde venit. Si anus alieno vitio laborat, non suoapte, non concipit has calamitates, quas dixi, carcinoma, fistulam: vt si duo musculi leuatores ani sint paralytici, prolabitur, quia illi duo musculi suo loco non continentur. Tum etiam in pueris & hominibus calculosis per sympathiam vicinæ sæpe laborat anus, neque vnquam mēiunt quin egestantur, neque egerunt quin micturiant compressione. Sed si suoapte vitio, vt mucoris pituitosi salis, sanguinis affluxu, qui inflammationem parit, tum etiam in dysenteria meraca sæpe suoapte vitio laborat, & sæpe tanta est sedis grauitas, vt contineri non possit, neque à neruis offis sacri, neque à membranis, quæ continent, neque à musculis leuatoriis. Cum autem prolabitur intolerabilis dolor excitatur, atque ob id diuinus præceptor vult restitui, & quoniam restitutus anus non facile coeretur, vult restitutum suo loco contineri zona qua lumbi cingantur, & fascia quæ parte postica zonæ confuta: fascia inquam, lata tres vel quatuor digitos, adducitur inter interfœminum & anum, & antica zonæ parte confuitur. Superponitur autem spongia imbuta vino, in quo maduerit alumen, & hoc mihi inter omnia remedia præstantissimum videtur remedium vt manu chirurgica restitutus anus illa fascia coerceatur, ex lib. de fistul. ad finem: vel illinitur linimento ex vng. pomphol. quod mirificam vim habet deficiendi ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, sine motu. Agerimè autem, vt iam dixi, anus continetur, vt homines cum emarcuerint: cum caro sit μὲν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς genii defraudatione, iis facile luxantur ossa, & restituta non facile continentur; vt & bobus accidit Vere nouo, cum incipiunt ingemere aratro; quia tota hyeme malè fuerunt pasti, vnde facta est caro μὲν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ac facile tunc armi concidunt. Cæterum nihil separatum facit, idcirco semen nec sanguis maternus non sunt principia. In vtriusque parentis semine continentur animalitatis nostræ principia. Cæterum in ani prolapsu videndum est diligenter an inflammatio adsit, cui quatuor semper assident: Duo quæ temperamenti alterationem sequuntur, vnum quod inflammationem habitus, aliud vtrumque. Calor & rubor alterati est temperamentis, immutatus habitus tumor, renixus signum est vtriusque commune. Quod si opus fuerit materiam inflammationis medicamentis resoluentibus & laxantibus digerere. Omnis enim inflammatio diaphoresi, vel suppurato curationem recipit, sed potior digestio. Topica remedia frustra sunt adhibita sedi si à neruo vitium est, ab ictu, lapsu & casu. Galenus origini neruorum non parti adhibuit remedium. In infirmitate quoque musculorum possunt in summa contineant egerendi resoluti musculi, quæ est cum corpus crassis ac viscidis humoribus abundat. Ac tunc cum deterfioni operam dederis, conueniet fons ex vino austero, in quo adstringentia cocta sint. Temerè faciunt qui in hernia puerorum priusquam cæcum intestinum repulerint folum adhibent ex adstringentibus, quia constringitur & facilius prolabitur in serotum. Sed illa apophysis restitui debet, restituta contineri, & deinceps admoveantur fons & balaustijs, malicorio, & alijs eiusmodi, vt constringatur foramen per quod viam inueniebat. Interea crescet intesti-

Cur ani prolapsus curatus sit difficilis.

Ponderis & grauitatis ani multæ causæ.

Ani prolapsus restituitur.

Linim.

Cur serius cultæ arbores quàm incultæ fructus ferant.

Inflammationis signa. Inflammationis curatio.

Topicornum distillatio.

Fons. Fons adhibendus postquam in hernia puerorum, & in ani prolapsu.

num nec poterit amplius elabi: Sic & in prolapsu ani, si causa videatur appulsus pituitæ acris & adhærescentis, cauendum est ne adhibeantur adstringentia, sed primum detergendum, deinde ad adstringentia veniendum, ut vidimus in teaeismo, quæ reperenda sunt. Quæcunque ab auctore ad curationem præscribuntur ex Hippocrate lib. de fistul. & Auicenna desumpta sunt.

ANTON. VALETII EXERCIT. LVI.

Uteri proci-
denti causa &
in eadem curatio.

Procidit anus vel ab externa causa, ut ictu, lapsu, casu, nimioque egerendi conatu, velut in tenesimo, vel ab interna, ut frigida humida intemperie, calida humida, musculos resolvente, aut ab aliquo præter naturam humore. Hic affectus ut curetur, sordes imprimis, si quæ adhæreant, hydromelite, vel decocto bétonicæ detergendæ, deinde sedes sic fouenda.

R. ros. rub. myrrill. sumach. cortic. granat. balaustior. cupul. gland. gall. nucum. cupressi ana. ʒ. ʒ. Contusa omnia bulliant in insufficienti quantitate vini austeri. Eo decocto foveatur anus proci-dens, postea exsicce-tur, & oleis sequentibus linatur R. ol. myrr. rosar. & cydon. ana ʒ. ʒ. misce.

Postremo sequenti puluere aspergatur, ac demum reponatur.

R. corti. granat. ros. rub. balaust. myrrill. cupul. gland. ana ʒ. i. f. omnium puluis, utendum, ut distinetur.

Intestinum verò sic repositum denuo fouebitur decocto præscripto, ægra quiescente, altis & iunctis clunibus. De conueniendi deligatione ani ex Hippocrate, Gale. & Heliodoro vide Cornel. Cels. libr. 6. cap. de condylomate. Hippocrate li. de fistulis vitur zona, à qua deducta fascia per dorsum recta ano subinducitur, & superadductæ zonæ ad umbilicum religatur: sed prius reponit anum, fouet decocto adstringente, tegit molli spongia, vel linteo in decocto insuceato. Vbi deiciendi cupiditas vrget, angustissimis asseribus ani latera in-nitantur: aut si puer est, femur pedibus insideat, vtrinque extensis cruribus deiciat. Si dolor acceperit, sedabitur, ut in hæmorrhoidibus.

HOLLERIVS.

De exitu matricis. CAP. 57.

- 1 Quibus uterum coalescit, adiungitur, mouetur, nutritur.
- 2 Quod frigus utero bellum indixerit.
- 3 Tum in corpore uteri, tum in acetabulo ipsi.
- 4 Unde grauior factum, vinculo suo loco contineri non potest.
- 5 Ut mulieribus lotricibus.
- 6 Quo tempore uteri pars utraque hiat.
- 7 Accedit & coeundi libido, cum scilicet uterum defraudatur, & appetitum non explet.
- 8 Arist. cap. 2. lib. 7. histor. Anim. 7 Ut Aëim. 8 Ut Auicenna.

Relaxatis i vinculis, refrigerato 2 utero, collecta 3 mucosa substantia uterus excidit, senibus magis, & iis, quæ ex instituto vitæ 4 nudos pedes in frigida continent, aut diutius in frigido lapide sedent, vel aërem frigidiorum excipiunt, maximè in puerperio, & 5 tempore menstruorum. Casu, ictu, resolutione quoque decidit. In vehementi motu eo modo, quo vrina & stercora præter voluntatem effluunt, ita etiam uterus 6 delabitur.

Totum uterum decidere posse quidam 7 è Græcis negant: contra quos 8 Arabum authoritas & experientia facit. Tumque despe-

rata

rata res est, ut cum inueterauit malum, quod ætate senili non facile curari potest.

Initio animaduertendum, num retenta vrina, 9 aut stercus. Primum enim excludere oportet. Uterus enim in medio positus, & compressus magis expellitur, nec facile reponitur.

Aptè collocanda mulier est, sublatis coxis inuicem dilatatis, re-flexis poplitibus. Arque eo modo, quo in sede diximus, detergendum, abluendum, fouendum, pessuli quoque è lana molli inuoluta linteolo fingendi sunt. In ea lana 10 pulueres misceri possunt, qui uterum confirment.

Pessulus factus pro ratione ætatis immergendus est vino, in quo 11 adstringentia coxerint: & ita insinuandus pudendo, prius reposito 12 utero.

Pectinem quoque & lumbos lanâ, bombace, aut spongiis imbutis oxycrato contegemus, & ne concidant, alligabimus.

Cucurbitulæ cum multa 13 flamma umbilico & summi, atque etiam ilibus affigendæ sunt, sæpiusque repetendæ. Arque inter uallis cucurbitularum 14 emplastrum supra umbilicum & lumbos affigendum est.

℥. galbani ʒ. j. ʒ. myrrhæ, thuris albi ana ʒ. ij. terebinthinæ ʒ. ʒ. fem. lauendulæ ʒ. j. moschi ʒ. ʒ. incorporentur, & extendantur in aluta.

Pessarium, pessulus, priapismus.

℥. assæ foetidæ myrrhæ, thuris albi, mastichis an. quod sufficit pro ætate, & ratione mulieris.

Fiat pessarium malaxatum cum oleo laurino, vel de liliis, addendo ʒ. j. ʒ. lauendulæ, & baccarum lauri ʒ. ʒ.

Naribus odora, utero foetida admouendâ, pannis lineis inuoluen-dæ partes pudendæ & vicinæ, perfumigatis cum myrrha & thure. Suffumigia & incesiones, ut prius.

Sed hîc peculiariter ex lauendula, bistorta, foliis & baccis lauri, adiecta portiuncula myrrhæ, thuris cum cortice, & mastichis.

Si putruit uteri pars, quæ decidit, placuit. Græcis & Arabibus, ut quicquid corruptum sit, amputetur.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Vterus vinculis vndiquaque alligatur antè, retrò, superius, inferius: dextra, sinistra: obliquè ad collum & inguinâ. Ossi pubis, ilion, & sacro per tunicam à peritonæo, dextra & sinistra parte annectitur: magnis vasibus per arterias & venas, præsertim spermaticas & apophysim peritonæi: spinali medullâ per nervos: recto intestino per fibras quasdam reuues; vesticæ per alias, sed plures & laxiores: ossi pubis per vincula laxa: Omnia membranæ peritonæi præter vasa. Hinc maximè uteri consensus cum vniuerso corpore. Plato tanquam animal vorax moueri putat modò deorsum ad semen excipiendum, modò sursum, fugâ malè olentium, aut alia causa. Medici verò naturaliter

9 Ut si in crasso intestino stineri confixione obauerit.

10 Ex balaustior, radice cyperis, nucis cupressi, rosi.

11 Ut bacca, corticæ & folia rosa canina fol. rubi, hypocistis, balawstia.

12 Ut repositum suo loco continetur. Hinc simpharam figura ovali, cera obductam, filoque appensam in muliebrem sinum (si usque quaque sit prolapsus uterius) immittere, & subigaculis retinere docuerit.

13 Ut maiore vis sursum attrahâs uterum prolapsum.

14 Quod vim habeat confirmâdi & confirmandi: cuiusmodi est emplastra ruptura. vng. comitis, emplastr. de mastiche, rubrum desiccatum cum radice cyperi.

Uteri maximè consensus cura vniuerso corpore.

quidem excipiendo semen, hiare, deinde constringi volunt, sursum autem non moueri, nisi vasis plenis reucllatur, aut infletur, vt in suffocatione: deorsum vero, cum peritonæum aut vincula à peritonæo relaxatur, vel rumpuntur, vel fundum inuertitur, vnde vteri procidentia. Contorquetur etiam interdum vt ob abscessum, vel inflammationem, vel vim aliquam illatam, vel post partum. Videre etiam liceat multas, quæ cum vtero gestant, dolore cœxæ affectis ligamentis laborent, sic vt edito fœtu dolor maneat, vnde claudicant, cuius meminit Galenus 6. de locis affectis. Sunt igitur tres affectus vteri præcipui ex deprauato motu, vnde infinita & admiranda symptomata consequuntur, suffocatio, contorsio & procidentia. Hic de postremo tantum agitur, in quo aliquando collum aliquando fundum in vuluam procidit. Vbi collum excidit, videtur veluti, glans viri rubens, quæ se ostendit in ore pudendi cum suo foramine. Fundum autem cum precipit, inuertitur. Quæ omnia ratione diligenter distinguenda sunt. Causæ igitur sunt, relaxatio aut ruptio aliquando vinculorum ad ossa pubis: nonnunquam peritonæi. Relatio fit ab humiditate, aut difficili partu, aut rupto peritonæo, aut tensis inferioribus ligamentis. Quod fieri tamen non posse existimo. Sic enim traheretur ad ossa pubis potius. Aristoteles 7. de natura animalium scribit quibusdâ desiderio coitus, aut longiore veneris abstinentia vterum excidere, quibus coitus & conceptus remediū est. Sæpius fit casu, ictu, vehementi meru, morâ in aqua frigida, vt in lotricibus, difficili partu, magno conatu in reddendis excrementis. Ob rupturam perinæi, aut difficilem partum, vix curatur, aut nunquam.

Si fundum procidat, sublatis curibus facillè redit: si vincula, declinet in latus, vnde dilabuntur. Puellæ cuidam (quod à nobis annotatum est) tremor sinistra parte in facie & thorace, non inferioribus partibus. Decumbenti in sinistram mouebatur; quæ scēbat reuolutæ in dextram. Manè & vespere mouebatur. Ardebat similiter & frigebat. Suppressi menses annis ferè tribus, facies saturato rubore, tenesmus dolor stomachi, lien inflatus. Si ab humiditate fiat relaxatio, rescicantibus & adstringentibus vtendum. Vacua in repellendo debent esse intestina & vesica. Conueniunt fœtus, inunctiones, pessaria, odores fœtidi, fumigia, emplastra, cataplasmata, vnguenta, cucurbitulæ admotæ lumbis & vmbilico. Extremum remediū est zona Hippocratis, quæ à cingulo zonam habeat à parte posteriore per perinæam adductam in anteriorem partem ad idem cingulum. Iuxta pubem arctè colligatur. Alij è subere ouales formas inductas cera, & quasi pediculo alligatas, immittunt in signum pudendi, atque alligant coxis. Inunguntur oleis & vnguentis adstringentibus.

Vterum gestans nonnullas vnde de claudicare contingat.

Vteri prolapsus & peruersio multis ex.

In quibus partibus id dixerunt reperitur.

Vteri connexio.

IN CAPVT. LVII. DE EXITV MATRICIS.

DVRETI ENARRATIO.

DE exitu matricis) cum scilicet vteri fundum in ceruicem illabatur, vel ipsū foras prolabitur, vel osculum eius: aut etiam quando peruertitur dextrorsum, sinistrorsum, antrorsum, retrosum, sursum, deorsum, vel exitu matricis etiam interpretemur peruersionem, quanquam hæc aliquo modo differunt, ergo de exitu matricis. Quando prolabitur foras, pendetque è sinu pudoris, scroti virilis modo.

Relaxatis vinculis. Vel etiam disruptis, quibus per *διχοον* coalescit, quo duo sinus vteri connectuntur, vt in scroto & lingua, neque alibi ligamentum illud *διχοον* reperitur quam in lingua, scroto, & vtero. Hoc nomen *διχοον* Aristoteles desumpsit. ex Hippocrate in Coac. Pendet igitur, *relaxatis vinculis*, scilicet peritonæo, laxatis venis & arteriis spermaticis, quibus appenditur aortæ, & trunco venæ cœxæ, vinculis quæ accipit à vesica, vel fibris quibus connectitur cum vesica & intestinis ipsis.

Refrigeratio

Refrigeratio vtero. Rigor enim in lumbis qui frustra fit, prolapsum facit. Propterea docebat Hippocrates aluina symptomata & lumborum dolores iamiam futuram obortionem prænuntiare, aluina symptomata genium defraudando pueri, lumborum dolores, quia ijs laxantur vincula. Nam & fœtus cum vinculis, & vincula cum lumbis connectuntur.

Cur aluina Symptomata & lumborum dolores abortionem prænuntiant.

Quibus vteri prolapsus fit familiariter.

Collecta mucosa substantia vterus excidit. Suapte vitio non alieno, quoniam vinculis suo loco contineri non potest, facilius est continere vnciam quam libram, & quæ vincula vtero continendo dicata sunt naturaliter constituto in substantia, figura, magnitudine & situ, ita & malè affectum continere non possunt, Senibus autem magis id euenire solet, & ijs quæ pedes nudos.

In frigida continent. Vt sunt lotrices, quæ diu pedes nudos habent in frigida, ac tanquam pisces in aquis degunt.

Vteri prolapsus causa.

In puerperio & tempore menstruorum. Quo tempore vteri pars vtraque hiat. Nam mulier quæ peperit in loco frigidiore, patefacto scilicet osculo, quod refert glandem virilem, non vacat periculo.

Menstruorum. Adde, si mulier puerperialis, quæ in aère frigido peperit, cum marito rem habeat, sternutandi etiam finem non faciat, naribus compressis. Tanta est enim corporis compressio à sternutatione, vt nihil aequè valeat ad corium, id est, secundinam excludendam, vt præscriptum est ad Hippocrate aphor. 49. lib. 5. Et cum dixit aphor. 35. huius libri, *γυναικὶ ὅσοι ὀστερικὰ ἐνοχλοῦν ἢ δυσκοῦν πρὸς ἀνθρώπου, ἔχουσιν.* Mulieri quæ vterinis infestatur, aut difficulter parit, sternutamentum superueniens, bonum. Hic per *ὀστερικὰ* hystericam passionem intelligendum omnes docti interpretantur. Nam si intelligeres omnia alia pathemata vteri, puta erysipelas, inflammationem, tantum abest vt sternutamentum adiunares, quim magis læderet ægrum. Nam inquit Hippocrates lib. 1. *ὅτι γυναικὸς πρὸς ἀνθρώπου, ὅσοι ὀστερικὰ, ἔχουσιν,* omnis causa antecedens & ea quæ fit decubitu materiæ à parte quæ continet in eam quæ continetur, tum attractione, dolore, ictu etiam, casu, lapsu facit prolapsum. Quinetiam liberalior vini vsus mulieri abstinentiæ abortionem facit. In capite de singultu annotauimus sternutamento singultum cessare.

Sternutamenti vires.

Explicatio aphorismi Hippocratis. Quid per ὀστερικὸν πρὸς ἀνθρώπου, ἔχουσιν, intelligat.

Delabitur. Accedit & coeundi libido, cum scilicet defraudatur, & appetitum ac libidinem non explet.

Totum vterum posse prolabi quidam à Græcis negant. Vt Paulus Ægineta & Ætius;

Auctoritas Arabum. Minimè verò, sed ipsius Hippocratis, qui duplicem facit prolapsum, vnum interiore, alterum exteriori, Ac de vteri prolapsu ita scripsit, *ἢ ἀπὸ τῆς πύλης τοῦ σπέρματος.* &c. vt supra annotauimus.

Quis prolapsus vteri fit insanabilis.

Desperata res est. Si suapte vitio prolapsus fuerit non alieno; alieno etiam, si diu scroto modo suspensus fuerit è sinu pudoris, nec citò in pristinum locum restitutus.

Initio animaduertendum num retenta vrina. Sæpe enim vrina retinetur sympathia vesicæ & intestini, propterea quòd vteri prolapsu, dolor inuadit in imum ventrem, bubones & lumbos, & sic vrina stercoisque supprimuntur, quia vterus tenibus ac laxioribus villis connexus est cum vesica & recto intestino. Si in ceruicem tantum prolabitur stranguriam facit, quia vesica opprimitur vteri appulsu, cui incubat & constricta fit, vt vrina guttatim effluat, vt stillare solet mulieribus grauidis quibusdam, quarum vesica attingit fundum vteri. In prolapsu aspestabili trahitur in sympathiam rectum intestinum & vesica, sicque scæces & vrina omnino supprimuntur.

Stercoris & vrinae ab vteri prolapsu suppressio aut stranguria.

Primum enim excludere oportet. Restituito vtero non sunt clysteres iniiciendi ex Hippocrate, sed ante vnus aut alter clyster subiiciendus est, ne collectione scæcum in vterus resistat. Restituito autem clysteribus abstinentium.

Nec facile reponitur. Si enim vesica sit distenta & nimia humoris copia repleta loco non cedit; item nec intestinum stercore tumidum cedit. Cedant autem oportet vt restituantur & reponatur vterus. Nullus enim esset locus excipiendo vtero, ac propterea, vt cedant erit alius & vrina prouocanda.

Vteri restitutio.

Reflexis poplitibus. ut vult Hippocrates, lectum à pedibus ad puluinum sternere oportet, vt in regione pedum altior sit quàm capitis. Deinde mulier supina iaceat, tollat tibias & fœmora quantum poterit diducat, non autem decussatim componat. Nam dum restituitur, diducenda sunt crura; dum restitutus est, decussatim reponenda.

Detergendum. Abluenda fordes & glutinosus humor, qui contumaciter ad vterum adhærescit.

Abluendum. Sphigmate illo Hippocratis paregorico, nempe ramentis myrti & loti maceratis in vino austero.

Fouendum.) Decocto interioris corticis mali punici in vino austero & nigro, & oïta uilano.

Pessuli. Restituto scilicet vtero, & in pristinum locum reposito. Sed & recentiores chirurgi ex doctrina Hippocratis ad imitationem priapiscotorum illorum, quæ ex lana & tela & pulueribus adstringentibus fingebar Hippocrates, finxerunt veluti sphæras quasdam è subere obductas cera, quas per sinum pudoris immittunt in ceruicem, vt restitutum vterum in suo loco contineant & cruribus alligantur. Hoc enim modo cum incedunt mulieres non potest prolabi: Qui si sæpius procidat, desperatio est sanitatis vt in capite de hernia dicemus.

Confirmat. Vt ex balaustris, cortice interiore mali granati, & cæteris eiusmodi, quoniam vteri natura frigidior gaudet rebus calidioribus. Admiscenda tamen non sunt aromatica, vt cyperus, quia foras extrahunt.

Immergendus vino. Nigro austero.

Coxerint. Illa quæ vocat Hippocrates ἡ γυμνατὰ περιτομικὰ. Sunt autem illa balaustria, cortex interior mali granati, ramenta myrti & loti.

Præ reposito vtero. Nam si admoueas illa adstringentia antequam reponatur, sit contumacior vterus. Oportet igitur vacuata vesica & intestinis, ne partes illæ nimio humore aut excrementorum copia repletæ non cedant vtero reponendo, adstringentibus vt in suum locum reposito: atque citò id præstandum.

Pectinem. Qui cum vtero connectitur per alteram tunicam à peritonæo natam.

Cucurbitula affigenda cum multa flamma sumini) Id est regioni mammarum. Sumen enim in mulieribus ea pars est regionis mammarum, quæ in vaccis mamma nominatur, & palati gratia paratur. Cucurbitula igitur admouetur cum maxima flamma, vt maiore fuga vacui vehementiorum vterum procedentem sursum attrahat per sympathiam propriarum venarum. Sed affigendam præcipit Hippocrates vmbilico & oportet illam diutius hæere, vt diutius quoque attrahat, & amotam denuò admouere, sæpiusque repetendam sine scarificatione. Nam apud Hippocratem cucurbitularum in vfu duo sunt genera. Sunt enim κούρα, laues, id est, sine scarificatione. Sunt & κούρα τῆς ὑπερβίτης cum scarificatione, cuius nullus hic vsus est. Emplastrum supra vmbilicum.

Admouendum est, Quale hoc est.

Re. emplastri contra ruptur. unguenti rub. desicc. mastiches an. ʒ. ij. puluis terra lemmia, bol. armen. radi. cypiri, an. ʒ. j. malaxentur oleo myrtino cum cera quantum sufficit, apponatur vmbilico. Etiam lumbis & partibus, quibuscumq; peritonæum cum vtero connectitur. Galbanum reijciendum est. Valer ad tormina vteri, ad discutendos flatu in hysterica suffocatione. Sed hic non habet locum. Præceptum illud est Hippocratis, πρὸς τὴν τῆς ὑπερβίτης, πρὸς τὸν ἰσθμὸν κινηθῆναι. Si naribus admoueas graeolentia, vterus prolabatur; si suaue olentia, vernacula sua facultate feretur ad illam suauiatatem. Itaque admoue fœtida sinui pudoris, naribus verò ὑπερβίτη. In suffocatione admouemus graeolentia naribus, & grati odoris sinui pudoris, Si ergo pectini galbanum admoueas aut assam fœtidam & similia, proderunt, sin autem naribus, nocent, vt si admoueatur supra vmbilicum, Quod vult Holle-

Hygie paregoricum.

Fouus.

Pessuli.

Aromaticorum vsus in vteri prolapsu non tutus.

Cucurbitula. Quid sumen.

Cucurbitularum duo genera.

Emplastrum.

Galbani vsus non prodest sed nocet in vteri pro apsu admouentium naribus.

rius. Naribus igitur odora, vtero fœtida admouenda; Quoniam, vt iam dictum est, vterus infra & vernacula facultate cursum inflectit ad odora, & graeolentia fugit.

Si putruit pars qua decidit. id est, si vel suoapte vitio prociderit vel alieno, diuque è sinu pudoris pependerit, & appulso aëris computruerit.

Gracis, vt Paulo Aeginetæ.

Amputeur. exemplo omenti, quod prolapsum excinditur, quia putrescit. Si igitur mulier chirurgo morem gerat, supina iaceat & restituaatur vterus vacuato intestino & vesica, admota cucurbitula teneatur, emplastro adstringente. Præter hæc, inquit summus præceptor, ἀναδύσσει ὄψις ἰσθμῶν.

Ligare è lumbis oportet. Ratio autem deligandi vteri è lumbis petenda est ex libro de fistul. vbi de ani prolapsu agit. Vult zonâ lumbos cingi, postica ex parte illius zonæ ducenda est fascia asfuta zonæ per interfœmineum, & sinum pudoris ad vmbilicum vsque: & hæc zona continebit vterum suo loco. Immittuntur pessuli & priapiscota descripta, & emplastra adhibebitis & inguibus & lumbis, & vt melius contineatur, zona alligabitur. Quod si morem gerere noluerit mulier, nec chirurgi præceptis obtemperare, in scalam vult suspendi & contineri per 24. horas, in totum abstinere cibo, parca manu bibi, & eo modo vult restitui. Sed si ita se comparet vt suscipiat & excipiat quæ à chirurgo præscribuntur, & citò restituaatur, facile sanabitur, & excidi debet & rescari ad vitium. Illa præcisio non est lethalis. Neque enim vterus pars, ad vitam tuendam necessaria, demonstrauimus initio capitis ex triplici natura scopo in fabricatione corporis.

Vteri amputatio.

Fascia ad vteri prolapsum. Vteri in locum restituito.

Vteri excisio non est lethalis.

IN CAPVT. LVII. DE EXITV MATRICIS.

DVRETI IN SVAMENARRATIONEM Annotatio.

Triplex omnino fuit naturæ scopus in vniuersi corporis fabricatione. Primus scopus in corporis humani fabricatione. Secundus naturæ scopus. Tertius. Earum partium, quibus seipsi homines, vitam corpûsque tuerentur, & in quarum virtute & facultate ipsius vitæ & animalitas quoque ipsa scid; ἡ ἑμὴ ὑπαρaxis, consistunt. Sunt autem, Cor, hepar, & cerebrum, & illarum partium προκίματα. Hæparatis προκίματα sunt venæ, quibus sanguis & comæatus singulis corporis partibus subministratur: Sunt & ventriculus; liens; & intestina: Denique partes omnes quæ coctioni, distributioni & excretioni inseruiunt. προκίματα sunt arteriæ, diaphragma, pulmones. Cerebri προκίματα sunt spinalis medulla, nerui. Atque illarum oartium symptomata explicauimus κατὰ μέρος, κατὰ μέρος, καὶ ἡμετέρας; tum thoracis. Alter naturæ scopus fuit earum partium, quibus melioris vitæ conditio, Sicut oculi, nares, aures, palatum: manus ad varios vsus comparatæ. Hæ ad melioris vitæ conditionem plurimum adferunt adiumenti. Tertius fuit earum partium, quæ procreationi dicatæ sunt, & quodammodo consecratæ ad speciei perpetuitatem & immortalitatem. Hæ sunt mulierum naturalia, & virorum genitalia. Absoluta igitur morborum & symptomatum doctrina earum partium in quibus scid; & ἑμὴ consistit, sequitur vt de morbis, & symptomatis quæ mulieribus ratione naturalium partium procreationi dicatarum, & viris ratione genitalium accidunt, hoc loco dicamus. Primum dicemus de vtero, & antequam ad symptomatum naturam, causam, & curationem accedamus, quia omnia quæ sunt de medendo, semper habent ante oculos, id quod naturaliter est constitutum, prius vteri naturam, vsum, vsum ad actionem, & ab actione explicemus, vt ex perspicentia qualitatatis, figuræ, situs, quantum à naturali statu deflexerit, intelligamus. Enimvero ita comparata est ratio vteri, vt per se nihil ad generationem possit

Triplex natura scopus in corporis humani fabricatione. Hippocratis προκίματα.

Cerebre προκίματα. Secundus naturæ scopus.

Tertius.

Qua in vtero consideranda.

Vteri natura.

efficere. Oportet enim societatem iniri inter ea, quorum alterum sine altero existere nequit ex Aristotele. Genitalia virilia, muliebria naturalia sese sepe appetunt libidinis explendæ causa, & procreationis procurandæ. Quæ libido in brutis nunquam expletur, & coeunt, vt coeant: vt ganeones bibunt, vt bibant, non vt sitim testinguant. Sic & qui estræni cupiditate coeundi stimulantur, coeunt vt coeant, at viri prudentes coeunt ne coeant. Homo natura duce, ad foemina, foemina ad hominem viam affectat, sobolis procreandæ causa & ad explendam libidinem. Libidinem vir explet, quando depletur, foemina verò, cum repletur: sicque mutuas sibi tradunt operas ad libidinis expletionem, sobolis procreationem. Itaque verus est à natura comparatus, vt semen excipiat, exceptum concipiat, conceptum nutriat, foueat, perficiat, & ad legitimum tempus contineat. Semen virile nulli parti est confociale præterquam vtero, nullam habet sui *ουλακία*, custodiam, quam in eodem ipso: sed nec hanc haberet, nisi ei accideret, quod omnibus seminibus accidere scribit Theophrastus, quod *συνπροπίπτει η̄ τριφύ τῶν σπέρματι, unde editur cum ipso semine nutrimentum*, vt in amygdalis cernere est, ex quibus si comprimantur, exudat tenuis quidam & pinguis humor, quo nutrimentum vice fruuntur. Sic & in vtero semen muliebri est virili semini nutrimentum, & sit quædam *συνωνία* duorum seminum, ad typosim construendam. Hic vsus est vteri: ager est fecundissimus, aruum procreationis. Quod multi dicunt foeminas esse *ζωα μαρμαίνα*, animalia mutila, & quod studeant inire, vt perficiantur, aberrant toto celo. Sunt quidem mulieres vacuæ, animalia imperfecta, respectu grauidarum. Non enim solum sibi natae sunt, sed ad gerendum & pariendum foetum ad legitimum naturæ tempus dicatae, atque ob id instrumentis idoneis ad omnes functiones ad ea necessarias ob eundas ornatae. Non quod idcirco sint viris calidiores, vt quidam obiciunt ex Hippocrate lib. i. de morb. Nam illud Hippocratis non est, & vt in illius libri explicatione monuimus, à librario est interiectum, quod sciolus quidam ad marginem annotauerat: Cum verò Hippocrates ait *τῶν γυναικῶν ἀρμαρμαίνας καὶ ἀπλάττωτες ἢ ἢ τὸν ἀδρα*, mulieri carnem esse rariorem & teneriorem quam viro, ad situm, non autem ad substantiam referendum est, vt in telæ textura, quò fila propius adsunt, densior fit, & quò longius absunt, rarior & laxior. Debet igitur ad situm, non ad substantiam referri, quæ in viris densior est & compactior ratione situs. Is igitur est vteri vsus ab actione & ad actionem, vt excipiat, concipiat, gerat, & nutriat foetum. Quod si in vitio sit & ab hac naturali œconomia deflexerit, & temperamento, complexione, & peruersione in vitio sit, vt osculum, aut ipsius corpus inuersum, aut in quamuis partem conuersum, si calida, sicca, frigida, humida intemperie laborat, vt excipere & concipere non possit, mulier est sterilis ac si excipere, concipere verò non possit propter glutinosum humorem vasorum osculis impactum, vt comneatus alendo foetui suppeditari non possit, propter extremam tenuitatem defraudatione comneatus, aut si nimio adipe sit mulier referta & eufarca, & proinde vterus plenus mucore, si concepit foetum, excludit ante tempus. Nam vt diximus lib. i. de morb. mulier. Quicquid & nutriendi oportunitatem admittit, abortionem facit vt alui profluuii laxatur intestinum, defraudatur foetus & foetæ genium. Sed si ita sit, comparata vteri natura, vt quod exceptit concipiat, conceptum alat, nutriat, & perficiat, sit *τὸν*, partus, & editur foetus vitalis. Quoniam verò prima disputatio est de symptomatis hysteriis, de peruersione situs vteri, quam hic noster autor proponit, idcirco de naturali vteri situ, collocaione & cum aliis partibus connexionem nobis dicendum est. Vterus igitur, cuius *ἵχθυς*, id est, *virius in substantia*, & *δυναμὴς facultas in officio* explicata est, (quoties enim legetis apud Aristotelem & Hippocratem *ἵχθυς ἢ δυναμὴς*, intelligite illam de substantia, hanc verò de officio, vt hepar *ἵχθυς* habet sanguificandi, non autem *δυναμὴς*.) Vterus inquam consistat membrana ex duabus veluti dimidiis coagmentata, quæ hyparximum eius constituit. Et membranam esse oportuit, vt & ventriculium, vt cogereur & explicaretur, ex foetus sententia. Membrana illa villos habet rectos, ad seminis attractionem; nam ad se pellicit semen virile, quando defunctus est purgatione mensuali. Attrahunt enim venæ, semen virile & sugunt, & ad id cõmune officium multos habet villos communes, vt excipiat & concipiat, obliquos & transuersos,

Libidinis expletur da & procreationis procurandæ modus & appetitus.

Vteri vsus.

Semini virilis cum muliebri semine conformationis.

Vterus ager natura.

Quomodo femina animalia imperfecta dicantur.

Mulieres non sunt viris calidiores.

Quomodo mulieris caro rarior ac tenerior quam viro.

Vteri vitia.

Sterilitatis causa.

Fecunditatis causa & partus vitalis.

Quid ἵχθυς, quid δ δυναμὴς.

Vteri compositio.

Cur vterus ex membranis constit.

Vteri villi.

& transuersos, quibus contineat. Præter tunicam propriam, accipit alteram à peritonæo, quæ est hypogastrio propinqua, in qua est collocatus vterus, tãquam in propria sede & regione naturali. Hæc tunica communis quam à peritonæo accipit in viduis, sterilibus, virginibus, parere desinentibus crassa est vel digitum vnum, at in parientibus aut qui recens foedum ediderunt tenuis est, quinimo tenuior papyro, qui colligit sese ad exclusionem rei molestæ, quæ ante fuit grata, id est foetus. Hæc *δυναμὴς* non potest cadere in aliud partis genus, quàm in membranam. Optimo igitur iure vterus membrana fuit à natura fabricatus. Ad officium quoque commune & proprium accipit venas & arterias binas ab vtraque parte. Dextra quidem à trunco venæ cauæ, sinistra à renali. Itaque semen dextræ partis meliorem habet materiam ad maris generationem: & sinistra, quia seriosior & aquosior, ad foemina procreationem. Quæ tamen aliquando inuerruntur, vt sæpe obseruauimus, vnde ille locus emendari potest Hippocratis aphor. 48. lib. 5. *Si in dextrum latus vergeat, mares, si in sinistrum, foeminas significari.* Verum si mulier progrediatur crure sinistro, manu sinistra vtatur, ratum habere venam nasci sinistra parte, è trunco venæ cauæ, dextra, à renali. Feruntur hæc venæ ad propriam ipsius vteri substantiam, sed antequam eò perueniant, testibus muliebribus ramulos imperantur. Itaque ex hoc potestis intelligere semen muliebri non habere parem *δυναμὴς* atque virile, quæ absumitur in testibus. Robustior enim virtus coacta, infirmior dissipata. Itaut philosophi non immerito quæsiuerint, num quæ emacruerunt, fecundiores sint pinguioribus. Quod verum esse contingit, quia plus illæ habent seminalis materiæ quàm succi albilis, hæc verò plus succi albilis, quàm feminalis materiæ. Vasa igitur spermatica feruntur in fundum vteri & faciunt cotyledones, quibus adnascuntur vasa chorij quibus alitur foetus. A quibusdam recentioribus scimus negari cotyledones, & Hippocratem ignorantia arguunt ac experientia repugnant. Sunt autem parte dextra & sinistra. Si coeant omnes ad systalam vasorum vmbilicalium, conceptio fieri non potest, nec purgari menstruo sanguine. Sed si dextra parte concipitur foetus & integra maneant sinistra vasa, potest esse menstrualis toto gestationis tempore. Præterea vterus habet quasdam apophyses quæ cornua dicuntur, quibus cum lumbis connectitur. Habet etiam alias ab hypogastrica, & neruos à sexta coniugatione, & ab infima spinali medulla seu ossis sacro. Habet duos neruos ab intercostali sexta coniugationis, quorum alter sensum, alter motum imperit. Figura vteri refert vesicam, & habet vt & vesica ligamentum quod Aristoteles ex Hippocrate *διγγον* vocat, quo duo eius sinus distinguuntur. Plures sinus duobus non habet vterus. Valeant igitur qui auctoritate Plinij & aliorum plures esse contendunt. Legibus enim naturæ, non exemplis concertandum hic est. Itaque naturaliter non potest vterus plures foetus concipere & gerere quàm binos: si quid superuenit, sunt naturæ *παρὰ φύσιν, excessus, des excess de nature.* Dextro sinu ferè concipit marem, sinistro foemina, vtroque gemellos & gemellas, aut gemellum & gemellam concipere potest. Quod ad situm attinet, est in hypogastrio collocatus. Partes vteri sunt corpus, ceruix, pudendum. Corpus vteri rotundum est, si apophyses exceperis. Os eius similitudinem effingit glandis virilis & in sterilibus, in virginibus & senibus, ac durum & densum est: in parturientibus laxatur & amplificatur illud vteri osculum, vt fundum vteri æquare videatur, quod admirabile est. Per illud os excipit semen virile & concipit & fouet, ad perfrueudas voluptates, & vbi concepit, conuiet atque ita coarctatur, vt ne acus quædam tenuissima immitti possit. Cartilaginea est vteri ceruix vel membrana, sed in viduis & senibus ranta est eius densitas, vt asperam arteriam referat. Ad sinum pudoris definit, vbi sunt quædam membranulæ, quibus à frigore & aëris iniuriis vindicatur, quæ nymphæ nominantur. Non autem est membrana, vt quibusdam visum est, quæ osculo ipsi opposita sit; quæ enim ferrentur menses, sed vt præputium est in glande virili, sic osculum illud in sinu pudoris vestitur nympha. Cæterum, quod prætermisum est. Quibus hiat vteri os, is semen corruptur. Est autem admirabile vteri connexio cum aliis partibus, quas in suæ affectionis sympathiam trahit si quando malè afficiatur. Nam secunda tunica, quam diximus nasci à peritonæo connectitur parte anteriore cum ossis sa-

Vteri stroma. Vteri membrana communis.

Vteri vena & arteria. Marium & foeminarum procreatio. Emendatio loci Hippocratis. Observatio notanda.

Testes muliebres. Semen virile robustius muliebri. Quæ emacruerunt fecundiores pinguioribus.

Vteri spermatica vasa & cotyledones.

Gestationis tempore quomodo mulier esse possit menstrualis. Vteri cornua.

Vteri figura. Vteri diuergentia. Vteri sinus.

Quot foetus vtero naturaliter gerere possint. Maris coceptio. Foemina conceptio.

Vteri partes. Vteri corpus. Vteri os.

Orii vteri vsus.

Vteri ceruix. Sinus pudoris.

Nympha.

Vteri connexio cum aliis partibus.

Quæ partes in vteri sympathiam rapiuntur.

cro & lumbis, dextra & sinistra cum ilibus ipsis : atque hoc est stabilimentum vteri. Conneclitur etiam aëris ossis sacri, nervo intercostali sexta coniugationis cum cerebro ipso, cum vasis spermaticis. Quinetiam quædam filamenta accipit ab intestinis & ipsa vesica. Nec solum trahit has vicinas partes in suæ affectionis sympathiam, sed & communes, *Cors, cerebrum, & hepar.* Recto quoque intestino incubat, vti subiacet vesicæ, propiusque abest ab intestino quam vesica, longius ab ipso umbilico, & protenditur ad sinum vsque pudoris & super collo vteri videtur esse constituta, mediâque est inter fundum vteri, & sinum pudoris. Vterus sæpe suo loco, sua sponte & aliena mouetur. Moueri non potest citra calamitatem partium vicinarum. Sponte sua mouetur sursum in suffocatione hysterica, impeditis respirandi instrumentis. Quoquomodo peruertatur; infra, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, ante, ponè, calamitosum est. In sedem, in lumbos, in inguina excidit, inchoato prolapsu : perfecto prolapsu, rectè fertur ad sinum pudoris.

Vteri sum.

Vteri motu duplex.

Vteri peruersio varia.

Cur vteri prolapsus periculosus.

Sympathia modi.

Cur vterum prolapsu facillimè corruptatur. Epilepsia corruptio. Mulieres à partu sui curam negligentes. Ex vteri prolapsu symptomata.

In suffocatione hysterica vteri motu.

Galeni vterorum error in suffocationis hysterica causa.

Vterum animal corruptibile. Causa prolapsus vteri aut eius motu in vterum partem.

Sequitur vt patefacta matricis natura, eius collocacone, connexion & situ, de symptomatis quæ in ipsam matricem incidunt, hoc loco dicendum sit: Quorum primum, eorum quæ ab auctore explicantur, est prolapsus matricis, qui cum perarò accidere soleat, tamen cum incidit, calamitosus est, tum ratione vteri, qui suo prolapsu facillè corruptitur, gangrænam concipit, & cancrum ipsum, tum quia trahit in sui sympathiam & contagionem partes propinquas, communes, atque adeo totum corpus. Nam vt scribit Hippocrates libr. 1. *αὐτὴ γυναικῶν.* Vterus vicinia & communicatione officij trahit in suæ affectionis sympathiam partes omnes, quarum potentia corpus administratur, vt hepar, cor, & cerebrum. Quod fit generis similitudine, officij communicatione, & operis societate. Qui modi sympathiæ à Galeno explicantur ad hist. 1. libr. 3. Epid. de Pithione, & ad aphor. 1. lib. 6. Epid. Vterus igitur quando prolabitur, facillimè corruptitur, quia nunquam expertus est appulsum aëris frigidioris, tum quia suo loco non continetur: Item epiloon quando excidit, corruptatur necesse est. Aliena enim alieno loco contineri non possunt, vt nuper docebamus de vermibus. Corruptur ergo facillè vterus, quia nunquam expertus est vim & naturam aëris vindicatus ab ea quæ osculo apposita membranula, vnde scæuis symptomatis cruciantur à partu, quæ negligenter sui curam habent, eaque sunt symptomata ab aëris appulso. Adde quod non potest prolabi sine affectione ligamentorum, cum genere venoso, rachi & cerebro. Fit distentio aut solutio continui vinculorum & ligamentorum quibus connectitur. Huc accedit quòd omnis purgatio naturalis intercipitur, vnde nouum corruptionis genus, vnde & anadrome materiæ ad partes superiores, quæ si anagogen non habeat per os, per nares, excitat symptomata partium obsessarum & humoris morbifici propria. Sed quot modis vterus prociat iam explicemus. In suffocatione hysterica docet Hippocrates libr. 1. *αὐτὴ γυναικῶν.* vterum sua sponte moueri in vidais & mulieribus quæ castè viuunt, quando vterus suo defraudatus genio & femine virili, exarscit & fit lenior: Si fortè incidit diarrhæa, collapsio recto intestino cui incubat, in illa loci amplitudine ad fontem humoris, id est, hepar cursum inflectit, vnde non discedit priusquam saturatus fuerit, ac tum redit in pristinum locum. Sic philosophatur Hippocrates, non autem Galenus & recentiores, qui ad vasorum nimiam repletionem referunt, quòd fit vt incurtentur vasa, & sursum vterum attollant. Illud autem docet falsum experientia. Nam simul atque quidpiam tetri odoris naribus admouetur, & sua uolentia sinui pudoris, redit in pristinum locum. Est enim vterus, vt ait Plato, *ζῶον ἐπιτυμνικόν,* ac mouetur *ὀδύρατος;* id est sua sponte. Non ergo trahitur à venis nimium repletis, non ab arteriis aut vinculis, sed sua sponte. Sed illud scire oportet quòd omnis causa procatartica (quam *αὐτοσφρασί* docet Hippocrates libr. 2. *αὐτὴ γυναικῶν.* vbi id docet) sufficiens est commouendo vtero. Omni, inquit, de causa vterus mole afficitur, & facillè commouetur, locum mutat, quæ loci mutatio calamitosa est.

Itaque vterus & saltu, casu, ictu, lapsu, clamore, vociferatione, diarrhæa, tenesmo, dysenteria, cursu concitato sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, ante, ponè loco mouetur: rigore pedum, rigore lumborum, catarrhi prolapsu in illam partem: Denique omni relaxatione vterus suo loco mouetur. Scripsit Hippocrates aphor. 47. lib. 5. aphor. *ὡς ὄσπρι ἐν τῷ ἰχθίῳ ἐγκλειψὴ διασπασθῶν, αἰὲν ἄγρηται.* *Explicatio aphorismi Hippocratis de vteri motu.* Si vterus in coxam prociiderit, suppuratur, & fit *ἰμμοτον*, id est vlcus insanabile: Non vt dixit Galeus in commentario (quod pace præceptoris dixerim) quod linamentis curatur. Sed hoc *ἰμμοτον* non significat, sed vlcus insanabile, quod cutim contra se afficit & cicatrice obduci non potest, vt in lib. *αὐτὴ γυναικῶν.* *ἰμμοτον.* cum exulceratis renibus pus extrorsum & introrsum effluit.

Explicatio aphorismi Hippocratis de vteri motu. Quid sit vlcus insanabile.

Hinc explicandus ille locus ex Hippocrate libr. 2. *αὐτὴ γυναικῶν.* quod in quamcumque partem appellit vterus, suppuratum & expuratum facit & *ἰμμοτον*, nam alieno in loco corrumpitur. Tanta vis est situs & collocationis, vt si partes suo loco deflectant, vel latum vnguem, sæuos dolores excitent, vti iam, sapius diximus. Cum autem vterus omni de causa facillimè locum mutet & commoueat, quæramus quot modis & in quot partes, & in quas locum mutet, & quæ symptomata esse soleant. Primum, inquit Hippocrates, vterus in sedem peruertitur, quando conuertitur in illa *διόρθωσις*, id est, amplitudine recti intestini quod accidere consuevit, si diarrhæa aut dysenteria collabatur, vti collabi solet. Rectum autem intestinum tumidum, est eius *διόρθωσις*: vt mediocris & moderata repletio alui *μέτρον ἀληθινὸν τῆς κινήσεως* est *διόρθωσις* *ἢ ἀλδύριον*. Si ergo prolabitur rectum intestinum, fit prolapsus vteri, inde dolor & suppressio scæcis, vnde multorum symptomatum foetura & ilias. Vterus quando peruertitur trahit ad se & veluti conuellit vincula illa, quibus lumbis, inguinibus, & pectini connectitur, inde in his acerbissimus doloris excitatur sensus, & tensione illorum vinculorum dolent lumbi, inguina, pecten, cæteræque partes propinquæ, atque communes, tum etiam sistantur menses. Nam inter symptomata peruersionis vteri Hippocrates commemorat mensum suppressionem. Vterus à partu sæpe prolabitur in vtrumque bubonem dextrum & sinistrum, & cum in lumbos peruertitur, vrinæ sæpe supprimitur per interceptionem *ἰμμοτον*. Quæ sunt symptomata vrinæ suppressæ, & à vesica & in vesica ægrum ad exitum præcipitant. Si prolabitur in bubones vterus, lumbi scæuis doloribus cruciantur. Peruersio vteri in dextrum inguen non affert paralysem cruris *κατὰ ἰξῶν*: sed tantum stuporem, in sinistrum verò non solum stuporem inducit, sed & paralysem & *ἀκνησίου* excipit, sicque mulier claudicat: Quia mulier non fit *ἀμφοτελής* nec *ἀμφοτελής* per aphor. 43. lib. 7. Quibus de causis mulier non fit *ἀμφοτελής* nec *ἀμφοτελής*. Cur à prolapsu vteri in inguen sinistra sit cruris sinistra paralytis. Cur morbi sinistrae partu sine grauioribus morbis dextra. Ori vteri peruersio & prolapsus.

Vteri in variis partes peruersio.

Vteri peruersionis symptomata.

Mensum suppressio ab vteri peruersione. Vteri prolapsus in bubones. & inguina.

Quibus de causis mulier non fit amphotelys nec amphotelys.

Cur à prolapsu vteri in inguen sinistra sit cruris sinistra paralytis. Cur morbi sinistrae partu sine grauioribus morbis dextra.

Ori vteri peruersio & prolapsus.

Qua pari musculorum contentione suo loco continentur. Ligamentorum vteri relaxatio.

Vteri prolapsu vel est aspectabilis vel inaspectabilis. Nam sæpe vterus laxatis vinculis per quæ coalescit, sustinetur, nutritur, fundum sæpe vteri prolabitur in ipsam ceruicem quæ rigida est & parula. Et ipse prolapsus vteri non est aspectabilis, sed ex relatione & tactu percipitur. Sæpe etiam minori ex causa laxatis vinculis ab humoris nimia abundantia, vti iam diximus, à clamore, ista, casu, lapsu, solutione, rigore pedum & lumborum, diarrhæa diuturna, vt docet Hippocrates, tenesmo, dysenteria, cum madefacti fuerint, excidit & prolabitur vterus per collum in sinum pudoris, & refert scrotum viri, vt ait Galenus, cui vterus proportionem respondet, & habet *τὸ δίκτυον*. Atque prolapsus, frigidioris aëris impulsu, intumescit ad magnitudinem oui anserini, sæpe etiam oui struthiocameli, quod raro accidit. Existunt etiam multæ mulieres, quibus post menstrualem purgationem prolabitur vterus in alterutram partem, vnde rectè sapientes medici consulant, vt rem statim post fluxum menstruum cum suo marito habeant. Nonnunquam etiam in mulieribus viduis collum vteri calore concitatum, quando scilicet orgasmus & gargalismo incaluit, foras viam affectat, & solum os prolabitur, vt auram frigidam capret, vt scripsit summus præceptor. Hæ sunt differentia & species peruersionis hysterica & suffocationis. Ex quarum perspicentia remedia præscribentur. Auctor noster annotauit ex Paulo Ægineta in totum non posse prolabi matricem. Hoc enim *ἀδύνατον* esse scribit Paulus. Nec pudet eum visum scribere contra auctoritatem summi præceptoris. Neque enim ille auctor est, sed simia Galeni, ex quo omnia transcripsit, vt & Aëtius. Hic non agitur de peruersione vteri, quæ sit dextrorsum, sinistrorsum, in sedem, in lumbos, in inguina. Nam peruersione vteri mulieres laborant, quando distorquetur vel colabitur matrix, & sistuntur menses, quæ quomodo veniant, superius est demonstratum. De quibus accuratissime scripsit Hippocrates lib. 2. *ἀπὲ γυναικῶν*. Illud igitur scire oportet tanquam certissimum, prolapsum vteri qui suo vitio fit, insanabile esse. Exit autem foras & pendet scroti modo è sinu pudoris suo opte vitio, cum scilicet grauitate & pondere vterus, vt ita dicam, inebriatus est mucore, & sanguine corrupto, qui laxat vel rumpit vincula, quibus connectitur cum osse pubis, osse sacro & lumbis, & nonnunquam apparet maior (vt supra attigimus) ouo anserino aut struthiocameli: quæ magnitudo indicat vitio suo prolapsum vterum. Non enim maior est vterus sicu, vt ita dicam, pingui in puellis & sterilibus, & iis quæ paulò ante non pepererunt, nec maior est illa figura ouali horologii, quod collo appenditur. Talis ergo prolapsus est insanabilis, & metu gangrænae nō malum serpat ad partes, quarum officio vita carere nequit, rescari debet & ferri potest superstitè vita mulieris, vt scripsit Paulus Ægineta & recentiores quoque medici, in primis præceptor noster doctissimus Sylius ad finem lib. de mensib. mulier. de vteri prolapsu philosophans. Sed miror & valde commoueor tantum virum non explicasse ea quæ docuit Hippocrates lib. 1. *ἀπὲ γυναικῶν*. Nemo est qui attigerit præter Auicennam. Sed & illum locum male interpretatur. Cum vult Hippocrates vt in vteri prolapsu suo loco reponatur vterus, deinde alligentur crura *ἰσχυρά, id est, decussatim, Gallicè, en croix* S. André. Auicennas ergo ex Hippocrate multa annotauit, sed in verborum interpretatione lapsus est, cum de crurum collocatione mulieris vteri prolapsu laborantis agit. Vult enim in scalam meliùter collocari, caput in terram spectare, & pedes in altum attolli, & restituto vtero crura vult *ἰσχυρά* ligari, vt melius contineatur vterus, & constringantur partes illæ, vt in pristinum locum restituantur & in eo contineatur. Frustra enim in locum naturale restituitur, nisi in eo contineatur. Quicumque autem de vteri prolapsu scripserunt, ne iota quidem ex Hippocrate attigerunt. Et miror olim tantam fuisse illius viri solitudinem, vt à nemine legeretur, aut lectus si sit, intellectus non fuerit. Ergo de prolapsu matricis illud sit ratum & persuasum cuique quod matrix prolabitur vel in aspectabili prolapsu, vel in aspectabili. In aspectabili quidem quando non excedit ceruicem ipsam, sed in ipsa ceruice cunctatur; aspectabili verò quando vel osculum vteri, vel eius fundum foras prominat. Et osculum quidem peruertitur & è sinu pudoris apparet velur glans virilis, quod accidere solet mulieribus libidinosi ex Aristotele, quia pars illa *ἀνδρῶν* foras viam affectat, vt:

Vteri scroti vi proportionem respondet. *Vteri prolapsu* post mensuram purgationem.

Pauli Ægineta error.

Qui vteri prolapsu sit insanabilis.

Vteri magnitudo naturalis.

Vteri restitio vita superstitè.

Prolapsu vteri interpretatio a Hipp.

Prolapsu vteri aspectabilis & inaspectabilis.

Prolapsu vteri aspectabilis & inaspectabilis.

refrigeretur. Illud autem sciendum est, quod osculum vteri naturaliter constitutum planè refert glandem virilem, itaut miraculo apponi debeat, quod in partu æqualis fiat amplitudo eius osculi, fundi & ceruicis vteri. Quando prolabitur in partu pudoris nulla est substantia, figura, sed sola situs mutatio. Fundum verò vteri inuertitur, vt si chiroteca inuenteretur, nec sine inuersione prolabi potest. Inuertitur proprio vitio vel alieno. Nam vt in hypogastrio solet perueriti, in quo tanquam in ergastulo continetur, solet, inquam, perueriti resolutione alterius partis, dextrorsum, sinistrorsum, sursum, deorsum, antrorsum, retrorsum, vnaque osculum eius, vnde sterilitas, fluoris menstrui interceptio & medicamentum. Sic & inuertitur laxatis vinculis vel ruptis, quibus continetur, & foras cursum inflectit, vel suo vel alieno vitio. Atque vt ex Hippocrate annotauimus, quando alieno vitio prolabitur, pendet è sinu pudoris scroti modo; quando verò proprio vitio, æquat magnitudine ouum anserinum, vel struthio cameli. Atque hic prolapsus est insanabilis, vt ille sanabilis si citò vterus restituantur. Quod si citò non restituantur & diutius foris remaneat, non est amplius sollicitus redire in pristinum locum. Dixit enim Hippocrates, quod *ἀπὲ γυναικῶν ἕσθαι ἐν δίκτυον ἀπὲ γυναικῶν*. Non est illis animus, scilicet matricibus (Loquitur enim in plurali numero, & vt si ab electione mouerentur) redire in naturalem locum. Et si impulsu aëris offendantur vteri, ad extremum vitæ diem sterilefcunt, id est, steriles fiunt. Quemadmodum etiam prolapsu ipsius osculi, Si prolabatur & frigidum aërem excipiat, in perpetuum fit sterilis, & sic laborat. Sed si statim restituantur, & restitutus contineatur, sperabilis est vteri sanatio: Sed si diutius pependerit & aëris impulsu expertus fuerit, idem illi accidit quod membranæ cerebri, quæ ambientis aëris impulsu putrescunt. Nulla est membrana aëri confocialis, aër est *ἀπὲ γυναικῶν* omnibus membranæ, & omnis membrana quæ exponitur aëri, cuius appulsu nunquam experta fuerat, facillimè putrescit. Propterea Hippocrates Modiolus caluarie adiuuendi ratio.

Vteri prolapsu corruptio ab aëre.

Membrana aëre corruptio.

Vesica ab aëre corruptio.

In vteri prolapsu adhibenda.

Causa prolapsu vteri ex Hippocrate.

Quid vteri prolapsu.

Quid vteri prolapsu.

Vterus procidit prava fœtus extractione, violenta secundinæ depulsiōe, spiritus cohibitione, immensi oneris subliatione, plaga, partuum frequentia, animi affectibus, vel resolutione ligamentorum & musculorum vterum sustinentium. Quod ex vtero propendet, ouo simile existit. Vterus antequam repōnatur, & alius elytere subducitur, & excluditur vrina, vt potentior sit ipsi vtero locus. Dein fouetur eodem decocto vterus, eodem item puluere aspergitur, quo prolapsa anus: tum verò obstricri manibus oleo mastich. aut ros. vel butyro inunctis sua statione locatur. Interim cucurbitula magna vmbilico sæpe admouetur: vel singulæ cucurbitæ singulis vmbilici lateribus affiguntur: p. e. ten. lumbi, os sacrum, lana, vel gossipio, aut spongiis, oxycrato madidis conteguntur, superducis fasciis. Denique emplastrum de galbano dorso, vmbilico adhibetur.

Curatio.



HOLLERIVS.

De i sistendis mensibus. CAP. LVIII.

1 Cum scilicet fluunt immodice, & præter modum peculiaris naturæ, a. at. data.

2 Quæ commode natura sit, & à natura suscipitur.

3 Vt si bis in mē se repetat.

4 Cum puella ad iustam magnitudinem & modum peruenere.

5 Vt salacibus mulieribus, quæ sero abundant.

6 Vt si mulier sit habitior, corpus habeat minus perspirabile glabrum, cutim albam, capillos nigros & rectos, oculos quoque nigros, vocem acutam, & si ira eunda.

7 Quæ triplex est: sanguinis copia & qualitas vasorum laxitas, facultatū retentio in similitudine.

8 Aut etiam frigidior mixtione feri.

9 Ad reuulsione & plethoram depandam.

10 Immoderate scilicet fluxu, vt venam secare iustum non sit.

11 Ad reuulsione abscuram.

MENSIS 2 naturalis est purgatio, nisi vel quantitate excedat, vel 3 præter stas periodos effluat. Decimo 4 quarto anno excitatur, nonnullis 12. rarissimè 7. Desinit verò 49. aut paulò post, alioqui ad 60. producitur. Aliis singulis mensibus, nonnullis vno mense aut pluribus intermissis, quibusdam sæpius vno 5 mense redit. Iunioribus ad lunæ pleniluniam, aliis ferè decrescente luna, tribus, 4. 5. 6. 7. diebus, eò plus minùsve. Maiorem copiam efficiunt, ratio vitæ plenior, otium, temperamentum 6 frigidius, tenuitas sanguinis, vel acrimonia, amplitudo vasorum, quæ plurima & maxima ad vterum perueniunt. Subsistere debent in totum grauidis, puerperiis, lactantibus.

Vt sistas, primùm animaduerte 7 causam immoderati fluxus, colore sanguinis fluentis. Si linteolo excipias, animaduertes. Calida enim menstrua, vbi sanguis calidior est: florida atque rubentia, vbi sanguinis copia in causa est: subalbida, vbi sanguis 8 frigidior est. Rubentibus itaque mensuris, si quidem corporis plenitudo est, 9 venam è cubito secato. Si verò magna pars plenitudinis iam 10 depleta est, aut alioqui non redundat in reliquo corpore sanguis, cucurbitulas satis amplas cum multa flamma sub mammis affigito: vinculis brachiorum vtitor, 11 frictionibus manuum & calactionibus. In vsu phlebotomiæ & reliquorum, interrogabis primùm, qua parte vteri maior grauitas sit. Si dextra parte, basilicam dextram secabis, dextram manum ligabis, fricabis, calfacies. Sub dextra mamma cucurbitulam affiges.

Si verò cacochymia est, biliosum sanguinem rhabarbari 3. i. s. aut hierâ picra repurgabis. Si pituita, eadem hierâ aut rhabarbaro vtêris, sed addito agarico. Sed ferè vbi nulla plenitudo, aut manifesta

festa cacochymia, cucurbitula sub mammis, aut in humeris appositâ, vincula manuum, remedia quæ sanguinem sistunt, satis esse possunt.

In laxitate meatuum, adstringentibus: in tenuitate, incrassantibus vtendum est. Conuenit inter Græcos & Arabes succum plantaginis efficacissimè menses sistere. Memini (inquit Gal.) cum quatuor diebus iugiter sanguis fluxisset, nec sisti posset, cyatho vno succi plantaginis constitisse. Recentiores 12 aqua plantaginis vtuntur. In aqua melius fuerit aliquid dissoluere eorum, quæ sanguinem sistunt, vt 3. j. trochiscorum de carabe, de spodio, de terra sigillata, & eorum, quæ iam antea sæpè enumerata sunt.

Loco pessulorum (quoniam mulieres non facillè admittunt pessulos) lana vel gossipium, aut mollius linteolum succo adstringente, vt plantaginis, insuccatur, & ita inditur genitalibus. Mulieres fingunt è peruinca, quæ iniiciunt cruribus. Laudant vngulas asini, pelles anguillarum, pelliculas interiores nucis auellanæ, quæ cum succo cydoniorum coguntur in pilulas, aut diluuntur in succo conuenienti.

Pessuli, si finguntur, teretes sint ac rotundi ad instar digiti è lana, bombace, aut conferto linamento, quibus medicamenta adstringentia excipiuntur. Deinde conuoluantur, vel serico raro, vel lino linteolo. Pendant è filo, vt cum opus fuerit, retrahantur. Vtuntur epithematibus lumborum 13 & crurum posteriorum, ex aqua plantaginis, sumach, vino rubro adstringente, & similibus.

℥. scorix ferri cremata, & in aceto extincta, deinde puluerata, lapidis hæmatitis triti ana ʒ. ij. syrupi myrtillorum & ros. ana ʒ. s. aquæ plantaginis ʒ. ij. Fiat potus.

℥. trochiscor. ambræ citrinæ puluerata ʒ. j. datur cum vino adstringente diluto & modica aqua plantaginis.

℥. sanguinis draconis, boli armenæ, ambræ citrinæ, coralli rubri ana ʒ. j. Fiat puluis, datur ex aqua plantaginis.

℥. boli armenæ ʒ. ij. coque in vino subtili subaustero ad ʒ. ij. colatura bibatur. Opiata.

℥. 14. conferuæ veteris ros. ʒ. ij. sem. plantaginis ʒ. ij. sanguinis dracon. boli armenæ ana ʒ. iij. ambræ citrinæ, coralli rubri ana ʒ. j. cum syrupo de myrtillis fiat opiata. Datur castanæ magnitudo ferè & manè ante cibum.

Laudant puluerem è peccunculis, quæ è Compostella & mari asportantur. Iaspis, onix, id est, corallina, hæmatites; corallus ruber prodesse creduntur, siue in puluerem redacta vsurpentur, vel è collo pendent, manui alligentur, aut supponantur mammis, distillatum è conferua consolidæ maioris & limacibus ana quod sufficit. Aliquando ad stupefacientia deueniendum est, vt,

At felicitus aqua nucamentorum salicis, succo radic. vrisca alba, succo burse pastoris, atque lanccola. Vi.

Rec. succorum depuratorum lanccola, bursa pastoris. rad. vrisca. al. Vnc. ij. sac. q. f. s. syrupo.

Ad regionem venarum spermaticarum qua ad fundum vteri feruntur. Eisdem etiam partibus emplastra admoventur è bolo, empl. contra rupturam vnguentum Comitissa.

Huic addet symphiti & nepharæ conferuam.

℞. philonij ʒ. j. boli armenæ ʒ. j. cum vino stiptico fiat potus. Ablutiones ex vino austero, in quo saluia coxerit, aut aliquid ex materia adstringente. Inunctiones ex oleo rosarum, melino, vel in quo adstringentia coxerint, vnde & alia remedia ex aliis locis.

De prouocatione mēstruorum.

15 *Ut anno 45. 50. aliu seruis, aliu celerius.*

16 *Ut in nutricibus, quod per vnam est gastrica atque mamma riam sanguis fiat ut appropos ad laetam generationem.*

17 *Quod nulla sint in his reliqua partium sanguinearum alimēti.*

18 *Ut in mulieribus bene carnosae & propterea sine incommodo valeant sudare non menstrualibus.*

19 *Hippoc. lib. 7. li. 9. Ut vnde dicitur.*

20 *E malleolo.*

21 *Hipp. lib. de carnibus.*

22 *Lib. de curad. ratione per sanguinis, et vnde dicitur de tremore.*

23 *Ut matricaria, petas, hysso pta.*

24 *Ut Rec. de cocis pulg. & calamenti, li. 2. quibus adde mellis vnc ij. hyeme: affate vnc ij. f. melior.*

25 *Ut Rec. de fere Drac j. dissolue in vino albo: fiat potus.*

Mirificè confert de ciendis mēstru. Caterum ad obstruēta liberanda, & materiam preparandam sic imperabit.

R. c. sabana, fol. M. j. cuius decocti. adde syrup. de radicibus, aut capill. ven. vnc. ij. propinietur.

Resistunt menses 15 aetate, conceptu, 16 lactatione, & his prouocari non debent. Sunt quibus praeter calidius & siccus temperamentum, praeter frugaliorem vitam, exercitia maiora, vacuationes tum manifestas, tum insensiles, vt sanguinis vacuationem per nates, phlebotomias frequentes, & alia eiusmodi. Item in iis, 17 quae à longo morbo se confirmant. Aliis propter pinguedinem, in qua totus sanguis conuertitur. Nonnullis propter gracilitatem & copiam sanguinis. Neque his commouendus mensis, vt nec bene carnositas: siquidem castitate mēstruorum nihil offenduntur. Vnicum tamen est, 18 quod excipi debet ratio generationis. Nam vt mulier suppressa purgatione, nihil laedatur, quia tamen sine mēstruo sanguine 19 generatio esse non potest, oportet quiddam naturam assuefacere, vt sanguinem in vterum deriuet. Nam in multis conceptum adiuuat bis aut ter detractus 20 sanguis in anno, sed iis maximè, quibus praecopia sanguinis mēstrua resistunt. Huius rei author est 21 Hippocrates. Frequentissimum est, vt vel crassiore sanguine, vel alio, qui interceptis vteri venis resistent menses: qua in re consilium est 22 Galeni, vt vena malleoli aperiat. Tria vascula detrahuntur aliquot post diebus, duobus, tribusve. Balneum imperetur, in quo chamæmeli flores, origanum, maiorana, artemisia, folia lauri, coniza, baccæ iuniperi & lauri, 23 aliæque eiusmodi coxerint. Satis à balneo 24 melicratum propinandum è pulegio, calamento, & eiusmodi. Alioqui nostro more syrupus de hysso, prassio, calamento, de bizantiis, de duabus radicibus, aut quinque radicibus ad ʒ. j. β. cum aqua culcutæ, decocto cinnamomi, aut cassiæ liquore ad ʒ. iij. propinabitur. Quod si fortius uolueris, castorei ʒ. j. aut eo plus adiciēs. Hac arte semper expertus est Galenus moueri menses, vt nihil inde mulier laederetur Cucurbitulæ pubi, inguini, interiori femori affigi debent. Purgationes conueniunt ex hiera picra, quæ hoc modo parari debet.

℞. 25 aloës succotrin. ʒ. ij. spicæ, cassiæ lignæ, cinnamomi, xylo-aloës, radicis gentianæ, mastichis, asari, cubebarum ana Gr. ʒ. aut Gra. 6. Omnia puluerifata incorporentur cum modico conseruæ anthos, aut borraginis, propinentur cum vino albo tenui. Secretum est quarundam mulierum, vt i conserua borraginis dissoluta in vino albo tenui. Potest & pulueri hieræ aliquid agaricis commiseri. Laudantur & pilulæ elephanginæ, mastichinæ & similes. Laudatur quoque hæc purgatio.

℞. Cassiæ

℞. Cassiæ fistulæ ʒ. 10. pul. liquiritiæ ʒ. 2. croci Gr. ʒ. mellis anthofati ʒ. 3. dissolue in decocto cicerum rubrorum. Vacuato & bene purgato corpore, aliis remediis vtendum est. Suffius 26 aromatum muliebria ducit. Fiunt autem cum baccis lauri, iuniperi, siccis herbis odoratis, cassia lignea, & aliis eiusmodi.

Infectiones, vt prius. Vbi biliosi & pingues humores sunt, petroselino, porro, apio, alliis, smyrnio, styrace, melanthio, fœniculo, & pessulos. Laudatur & oleum de ben, de nuce moschata, laurinum, de iunipero. Sunt qui genistæ floribus ad dimidium vas impleant, oleum chamæmelinum superfundant, fideliter obturatum vas fimo sepeliunt, aut reponunt in furno calido, sinuntque efferuescere: quo oleo inguina inungunt, & pessulos madefaciunt.

Optimum est imperare decoctionem cicerum rubrorum coctorum cum radicibus petroselini, vt cum modico butyro iusculum paretur, cui, vt ferè consuetudo, puluerem cinnamomi, & tantillum croci insperges.

Laudantur aquæ absinthij, cuscute, pulegij, calamenti, menthastrij, rubiæ tinctorum, sabinae. Vinum album tenue, colatum per manicam Hippocratis cum saccharo in aqua anthos dissoluto, & tantillo cinnamomi.

Hermodyctylos scribit Mesuæus non habere par remedium in mouendis mēstruis, & fœtu mortuo.

Fortes quoque sunt trochisci de myrrha.

℞. 27 myrrhæ electæ ʒ. 1. lupinorum optimè tritorum ʒ. ʒ. 5. foliorum ruthæ, menthastrij, pulegij, cumini, rubiæ tinctorum, serapini, opopanacis ana ʒ. β. Formentur trochisci pondere ʒ. 2. Detur vltimus manè cum aqua, in qua iuniperi semen coxerit. Vel.

℞. myrrhæ ʒ. 2. affæ fœtidæ ʒ. β. cinnamomi Gra. 10. croci Gra. 2. cum aqua rubiæ fiant pilulæ. Fœniculi radix, melanthium, quod quidem præstantissimum est. Alijdant trypheræ sine opio ʒ. 1. cum decoct. cinnamomi. Eodem modo mithridatium dari potest. In summa omnia, quæ magis calfaciunt, & siccant minùs.

Pessulus.

℞. olei moschati, vel alterius conuenientis ʒ. 2. pulueris gentianæ ʒ. 2. misce cum bombace moschato in eo madefacto, fiat pessulus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Mulierum purgamenta per vterum quædam sunt multum inter se differentia, quæ tamen similitudine sæpè fallunt, vt species quædam hæmorrhoidum, & spermatis corruptela, muliebris purgatio, & mēstrua. Nam ex ramo

26 *Aphor. 28. lib. 5. Sunt autem suffius aromatum caute per infusionem adhibendum administrandi.*

Hic enim plerumque siccæ ventriculi in temperies contrahitur, imo vasa & cotyledones aduruntur.

27 *Conserua borraginis in vino albo dissoluta mirificè mēstrua & lechia cist.*

Mulierum purgamenta per vterum vniuersa

illo venæ cauæ duæ sunt propagines, quarum vna Syluis epigastrica dicta, sursum ascendit per musculos rectos, ac mammariæ occurrit. Paulò supra altera propago ceruicis vuluæ & ori inseritur, sicuti & sedi hæmorrhoids, vnde fit consensus vteri. cum mammis ob viciniam, sursum ac deorsum fluente sanguine ex vtero in mammas, & contrà. Ab hac propagine posteriore interdum fluit crassior sanguis non aliter, quàm per hæmorrhoidas. Aiunt Virgines & grauidas hac via aliquando purgari. Quod certè in grauidis magis necessarium videtur post aliquod tempus, ob arctam illam colli vteri adstrictionem, quasi nodulis quibusdam accuratè & artificiosè à natura instructam, vt ne vix quidem specillum emitti possit, & ob acetabula, è quibus sanguis destinatur alendo foetui. In virginibus non tanta adstrictio. Quæ igitur fluxio fit ex iis venis, eam ad menstruam purgationem vulgò referunt, cum tamen & partus, & vasorum, & sanguinis fluentibus natura diligenter perspecta, hæmorrhoidum potiùs species quædam appellari debere videatur. Non enim nisi solo situ differunt, nisi dicas in grauidis veram esse purgationem menstruam regurgitante illuc sanguine, qui in capacitatem vteri per venas è seminariis vasibus expurgari debet. Sed cum hoc non sit omnino secundum naturam & exiis quæ rarò contingunt, id etiam cæteris, quæ vterum non gerunt, haudquaquam conueniat, nec ita certis & mensuris interuallis fiat, minus id videtur consentaneum rationi.

Menstrua purgatio in grauidis duplici fit modo. Non ignoramus tamen veram purgationem menstruam in grauidis fieri posse, sed diuerso modo, eoque duplici. Vno, primo mense per vteri capacitatem, quia adhuc os illius non ita constrictum est, cum etiam fiat superfœtatio. Altero, per alterum ramum spermaticæ iuxta hederiformem quæ ad latera vteri descendit, & hypogastricæ occurrit. Sed vnicuique liberum sit vocare vt liberit, curationem tamen eandem non habere perspicuum est. Curatur enim fluxus huiusmodi eadem ratione, quia hæmorrhoides, præsertim quod attinet ad venæ sectionem. Nam recentis mensuris vena cruris secatur, hæmorrhoidibus suppressis interdum vena cubiti. Quod hic quoque obseruandum est. Proinde hi affectus distinctione opus habent: *ἀρχία* quoque distinguenda, tum quòd edito foetu tantum prodeant, tum quòd comprehendant quicquid post foetum & secundas exit à puerperio.

Sæpè etiam à spermatis corruptela salacibus, venere abstinentibus, viduis & similibus redditur humor quidam crassus, & veluti seminalis in vtero corruptus, vel sanguis grumofus, qui ad menstruam purgationem nullo modo referri debet. Quarta fluxio est illa, quam vocant muliebrem purgationem, quæ quibusdam quotidie, aliis post mensium purgationem, nonnullis inter duas purgationes contingit, vel à toto corpore, vel affectibus vteri. In hac excernuntur quædam excrementa ferosa, & veluti ichores sine dolore, & in maiore quantitate, quàm pus ab vlcere. Quæ colore intelligimus modò ab hoc, modò ab illo humore vitioso separari. Nunquam enim fit absque cacochymia. Ponamus igitur præter has quatuor affectiones. Menses propriè dicti, quos Græci *καταμήνια* vocant, cum sanguis ille generationi & alendo foetui destinatus à natura raris statisque diebus semel in mense excernitur per venulas è vasibus seminariis in vteri capacitatem, non quòd ab vtero trahatur, sed quia illuc mittitur siue lunæ cursu, siue alia quapiam providentia moderante. Vnde non sine ratione multi contendunt neque præter naturam esse, neque excrementitium, nisi sola quantitate.

Menstrua non est vitiosa. Nam si qua in eo maleficia reperiantur, quæ Plinius recenset, ea corruptioni illius, & diuturniori in vtero moræ, cum è vasibus propriis excidit, accepta referri debeat, aut mixtioni vitiosi alicuius succi. Quod fatius est, quàm duas illius partes constituere puriore beneficam, & sæculentam veneficam. Neque enim probabile est hominem veneno concipi, conceptum veneno conseruari in vtero: in lucem editum eodem ali, nisi iam dicere velis infantis corpus aut totum, aut magna ex parte venenum esse.

Sanz igitur mulieri (inquit Hippocrates r. de Morbis mul.) sanguis mensruus exit interuallis victimæ iugularæ sanguini similis, rubens. Effluit autem duarum heuinarum Articarum mensura. Quæ non, vt Fuchsius Aphorismo 30. lib. I.

30. lib. I. olei mensura æstimanda est, sed sanguinis, vt redeat circiter ad tres semimixtariolos Luterianos, natura tamen, ætate, & similibus perpenfis. Id autem absoluitur duobus aut tribus diebus. Excessus & defectus in vitiò est. Illinc tenues fiunt, sætus emarcescit, aut parum vitalis est. Hinc si videlicet, minus quàm tribus vel duobus diebus, & pauci, crassæ fiunt, nec facillè concipiunt. Quæ plus habent sanguinis ad quinque, septem: quæ sanguinem crassum aut venas exiles, ad plures etiam purgantur. Initio verò & sine pauciores & tenuiores: inter media purgatione plures & crassiores, præsertim vbi multi fluunt.

Menstruum excessus & defectus in vitiò est.

Aristoteles cap. 2. 7. de histor. animalium moueri scribit decremento lunæ, & hæc crescente colligi, vnde cauillo sexum foemineum lunæ tribuunt. Aliter tamen sæpe experimur. Idem quoque voluit mulieres quædam esse, quæ concipiant, etiam si non fluant menses, quibus non plus est sanguinis, quàm aliis restat à purgatione. Sed haud scio, an id ex principiis Galeni admitti queat. Constat tamen multas concepisse antequam passæ essent menstrua. Naturalis purgatio cessat 45. aut 60. ætatis anno experientia & iusta ratione. Incipit 13. 14. quo tempore cessat incrementum, & in quibusdam 20. ob pituitam, & sanguinis paucitatem. Ex his intelliguntur, quot modis menses præter naturam esse possint. Vel enim omnià supprimuntur, vel immodicè fluunt, vel tempore non conuenienti. Sanguis autem peccat in qualitate, quantitate aut consistentia. In quibus omnibus peruestiganda causa, & an ob id morbosæ viuant. Nam aliis debetur curatio, aliis præcautio, aliis conseruatio vt pro ratione quadam peculiaris temperamentis, aut causæ morbificæ semel in mense multis, aliis, sæpiùs, quibusdam vno mense intermisso, nonnullis tertio quoque mense prodeunt. Supprimuntur, quia vel sanguis absumitur, vel retinetur. Illud fit aliquando in sicciore temperamento & calidiore, in pinguibus ob pauci sanguinis in pinguedinem conuersionem, venarum angustiam, vnde etiam non concipiunt, aut imbecillos pariunt. Id etiam fit in longo morbo consumptis, lactantibus auidiores pueros, virginibus, exercitio multo vteribus, sanguine in nutritionem conuerso. In quibus frustra natura repugnamus mouendis mensibus. Retinentur autem euersione vteri & distortionem osculi interioris, in quibus quoque frustra mouemus menses: aut obstructione, quia sanguis crassior, aut acetabula mucò plena, aut condensata substantia. Mœrore quoque supprimi etiam, quæ iam fluunt, & præ doloribus, certum est. Tunc sanguis ferè tertio mense incipit regurgitare in hepar, caput, pulmonem, totum denique corpus, vnde sequuntur idem ferè morbi, quos de hæmorrhoidibus diximus, vteri suffocatio, difficilis spiratio, vel ob plenitudinem venarum, vel oppresso corde ab humore in pericardio. Si diutius, quàm par sit, suppressionem mensium ferant, vix curantur obductis & induratis meatibus. Immodicè fluentium signum certissimum est imbecillitas virium. Hoc fit, vt cæteræ fluxiones, nimia vasorum laxitate, erosionem ab acriore sanguine, imbecillitate partium, causa externa, in arboribus fractis vasibus, aut obstetricis vnguibus irritato vtero in partu, aut natura imbecilliore reddita ob violentiam, & similibus cæterorum fluxionum signis, exquirenda sunt. Sanguis qualitate peccat, si malè coloratus sit, quia, vt vult Hippocrates colore similis non est sanguini recens mactati animalis. Albi, saniosi, loturæ carniū similis, à pituita: pallidi, flauis & acres à bile: nigri, crassi, pauci à melancholia. Iam atra bilis est, cum, veluti acetum, terram effusi rodunt, fermentant, & grauiter exulcerant. Alij carbunculo similes, caliginosi, acres, turbati, salsi, purulenti. Quò magis à naturali constitutione recesserunt, eò periculosiores. Fluxus albus proeuctis magis rubens iunioribus: fuluisque virisque. Aristoteles vult puellis albos fieri, vnde extenuantur, præsertim si viciū humidiorè vrantur, sicutè incrementum prohibetur. Alio loco saniosas purgationes & humidiores puellis: senibus paucas, nigras, quæ facillè conuascant, media ætate medias. In quo non videtur consentire cum Hippocrate. Vt autè ex sanguinis colore humor peccans internoscatur exactè, Hippocrates iubet substracta arenâ in sole superfundi menses, aut linteo excipi & sicari. Nam biliosi pallidum: pituitosi mucosum, grumofum, pelliculosum, albidum colorem relinquunt. A melancholia nigri,

Mulieres quæ concipiunt quamuis menses non profundunt.

Menstruum naturalis purgatio quando cessat.

Menstruum reuersionis causa.

Menstruum immodicè fluentium signum certissimum.

valde splendidi, paucissimi. Sed antea facta vita, temperamentum corporis, ætas, omnia consideranda. Tardiores crassiore materia, pauciores densatione & præclusionone acetabulorum, osculi vteri: è contrario, plures. Sed & frequenti coitu copiosiores fiunt. In omnibus colores fœdi. Quod tamen vitium aliquando simplex est suppressis mensibus: aliquando affectis visceribus & corpore: nonnunquam malo naturam contracto ante tempus mensium. Quod ad curationem ab ægra sciscitari oportet.

In cachexia sanguis generandus: in obstructione medicamenta aperientia, sanguis ad vterum trahendus cucurbitulis circa emunctoria. Sanguinis missio ex telo, poplite, ligaturæ in coxis, frictions, linimenta, suffitus, vnguenta, syrapi aperientes, incidentes, attenuantes, pessaria nuptis, omnia tempore quo fluxuri sunt. Hoc præcepto perpetuo obseruato, in omnibus morbis, qui fiunt per consensum, partem primario affectam primo loco curandum esse, & causam sine qua non remouendam. In locum missionis sanguinis succedit catharticum: sit enim assatum & plus è corde educit, vnde virium maior deiectio. Sed longè vitiosior. Vomitu & narium profusione leuantur à natura. An id medico imitandum? Ad redundantem sanguinem respicienti licet: ad menses mouendos, minime. Nisi suppressis mensibus oriatur morbus, qui venæ sectionem requirat è superioribus. Tunc vena secatur è cubito. Vt enim natura viis interclusis per oppositas partes, aliquando per vicinas multitudinem vacuat: ita licebit aperto cubito multitudinem tollere, & morbo mederi, malleolo secto, sanguinem trahere. Neque naturæ imitator semper esse debet medicus, sed minister, in quibus ipsa nihil potest, vt cucurbitulis affigendis, ligaturis, venæ sectione. Natura verò id quod commodius est, sequi solet in iis quæ potest. Cum itaque viæ per venas brachij apertas non pateant, alias, quas sequi potest, aperit. Contraria omnia fiunt in sistendo. Reuulsio sanguinis missione è mediana: cucurbitulæ in circuitu mammarum, ligaturæ in brachijs potius, quam digitis, quia per plures venas fit attractio, & iter breuius.

Medicus non semper natura imitator.

IN CAPVT LVIII. DE SISTENDIS MENSIBUS.

DVRETI ENARRATIO.

De sistendis mensibus. Metu cachexiæ, syncopes, hydropis, tum etiam cancri & vlceris matricis.

Cur sistendi menses. Quis mensis, & cur sic distus. Cur mensis flos etiã nominetur. Menstruorum purgatio naturalis. Quomodo menstrua fiunt & qua primùm vena vacueniur.

Mensis. hæmorrhagia hysterica, quæ à menstruali periodo nomen habet, diciturque mensis, quia singulis mensibus venit: Dicitur etiam flos, quia vt flores in arboribus fructus futuros denunciant. Sic mulieres menstruales sunt fructus capaces, & exacta menstruali purgatione ad concipiendum aptæ sunt.

Naturalis purgatio. naturæ expurgantis se sanguine superuacaneo: Nam menstrua nihil aliud sunt quam excrementa partium sanguinearum, vt semen spermaticarum partium. Hippocrates lib. i. de morb. mul. docet carnes mulierum esse laxiores, quæ inebriatæ, & saturatæ nimia humoris abundantia in corpore minus perspirabili repentina tempestatum mutatione, caloris & frigoris vicissitudine, commouentur, atque ita quod in habitu corporis stabulatur, propellunt in vasa vtero propinqua & communia. Quamuis autem prima huius fluxionis causa sit ab habitu corporis, primùm tamen deplentur venæ illæ, quæ sunt circa locos mulierum, vt cum lapis conijcitur in flumen sit circuitus æqualis, deinde secundus, tertius, quartus, quintus, donec ad ripam fluminis ventum sit. Sic cientur *αυτοπαραχρημα* à carnibus inebriatis, & mouent illa quæ in propinquo, donec ventum sit ad ea quæ sunt in vtero. Propinquæ

pinquæ sunt vena hypogastrica, & arteria hypogastrica epigastrica quæ occurrit venæ mammariæ, & sese mutuis oculis amplectuntur.

Quantitate excedat. vel impuritate, & alienæ materiæ mixtione, & corruptione fit molesta. Impuritas enim menstruorum, inter vitia menstruorum annumeratur. Si, inquam, excedat excessu vel defectu, vt sit parcior vel copiosior fluxus.

Menstruorum impuritas.

Decimo quarto. cum scilicet virgines ad iustam magnitudinem auctæ fuerint incrementis: Non enim natura est infiniti appetens, est præstitutum incrementi tempus. Crescunt, id est, augentur carnibus: Cresco autem dicitur *αυτοπαραχρημα*, quod verbum Græcum est, crescunt autem propriè animalia. Desinunt autem menstrua fluere ferè omnibus anno 50. perrarò ad 56. vel 60. perducuntur.

Quo ætatis anno menses fluere incipient. Quo ætatis anno menses desiciant.

Iunioribus ad Luna plenilunia. vnde vulgatum illud.

Quo mensi tempore purgatio menstrua continet.

Luna vetus veteres, iuuenes noua Luna repurgat.

Sed tamen id ratione Lunæ non omnibus accidit, sed peculiari complexionem, habitu corporis & humoris dominatu: Quibusdam silente luna sistuntur, plenilunio replentur vasa, vt manifestum apparet in ossium medullis: Nonnullis mutatione, nonnullis plethora itatis temporibus cientur menses. Anno tavit autem Hippocrates naturaliter debere cieri aut 3.4.5.7. diebus, Quod longissimum est.

Tempus menstrua purgationis.

Eo plus, minusve. Viragines per biduum, mediocres per triduum, aquescentes per 5. aut 7. dies. Non agnouit Hippocrates 7. sed 5. ad summum. lib. i. de morb. mulier.

Vi sistas. Metu symptomatum supra commemoratorum. **Causam.** quæ triplex est supra explicata. **Animaduertes.** vt docet Hippocrates lib. i. de morb. mulier. **Venam secato.** reuulsio illa sistit.

Cucurbitula ad sistendos menses.

Affixio ad reuulsionem inaspectabilem ex doctrina Hippocratis aphor. 50. lib. 5. **Mulieris velis menstrua cohibere, cucurbitulam quam maximam ad mammam appone.** fit reuulsio propter vaforum communionem.

Vinculus dolorificis, quibus reuocatio fit infernè sursum. **Frictionibus manuum & calfactionibus.** Sunt hæc remedia solemnità veteribus præscripta.

Phlebotomia. in plethora, orgasmo, & sanguinis incendio. **Qua parte vteri maior grauitas sit.** Nam sanguinis affluxu nonnunquam tument loci, indeque humoris affluxu tumet vterus & grauitatem perferent nunc in dextra, nunc in sinistra parte.

Vincula. Frictiones. Phlebotomia. Euacuatio omnis debet fieri rari.

Si dextra parte, basilicam dextram secabis. fricabis, affiges vt obseruetur *ἕξις*. In euacuatione quæ fit sponte naturæ, & ea quæ fit ope Medici ad imitationem naturæ opus est vt obseruetur *ἕξις*, cui quæ contraria est, contra naturam est, vt si fluat sanguis è sinistra nare cum distentum est hypochondrium dextrum, vnde scripsit Hippocrates in Coac. *ἡ ἀριστερὴ αὐτοπαραχρημα, ἕξις.*

Si verò caochymia est, ad expurgandum serum biliosum, quo diluitur sanguis, & nimium dilutus effluit,

Rhab. 3. i. aut hiera picra repurgabis. potior tamen huius rhei hoc modo.

R. Syr. de cichor. compos. cum rheo ʒ i. B. syrapi rosar. pallid. laxatiui ʒ i. cum aqua Potag. plantag. fiat dosis, vt expurgetur biliosus humor.

Si pisuita, quæ cernuntur in sanguinis effluxi colore. **Eadem hiera aut rhabarbaro,** sed melius hiera, nisi fortè aloës triplum nos ab eius vsu auocet. Nam aloë recludit vasa.

Aloë recludit vasa.

Vbi nulla plenitudo. Cuius vacuitas cernitur in colore, caractere, & mole faciei, totiúsque corporis.

In laxitate mentium. quæ accidit ab intemperantia, ab ictu, casu, lapsu, saltu,

curfu , ab vteri etiam vitio, in quo humor acris aperit officia vasorum : Nam in meatuum laxitate nullum est ipsius sanguinis vitium.

Tulep. *Recentiores aqua plantaginis.* Sed potius, *re. aqua nucamentorum salicis lib. 1. sacchari rosati 3. 4. fiat tulep.* Deinde etiam mulier iaceat non in stramine, sed in polygono maiore, quam herbam S. Innocentij vocant & centinodiam. Hæc enim herba mirificam habet vim sistendi fluxum sanguinis, vt expertus sum in quodam hæmorrhoidico: Curavi vt federet in sacculo illius herbæ, incredibile est quantum profuerit. Sunt infinitæ remediorum formulæ apud Aët. cap. 63. libr. 16. Et Syllius edidit 1 bellum doctissimum de sistendis mensibus, in quo multa exceptit remedia potissimum ex Auicenna & Aëtio. Sed hæc distinctiones auctoris optimæ sunt, & remedia quoque optima. Injicienda quoque in yterum est aqua prædicta nucamentorum salicis, sicut & bibenda cum saccharo rosato, vt iam dictum est.

Trochisci de carabe. *Vt 3. 1. trochiscorum de carabe.* Qui trochisci principatum obtinent inter adstringentia & sanguinem sistentia, itémque trochisci Gordonij, qui constant ex seminibus frigidis & terra sigillata ac aliis eiusmodi aqua plantaginis exceptis.

Gospium. *Loco pessulorum, lana vel gospium, vel re. succorum lanceola, bursa pastor, nucamentor sal. ana 33. vel 4. sanguinis draco. boli arm. ana 3. 2. Dissoluantur & in his succis sæpius maceretur gospium car. non quater aut quinque resicatorum, & subinde maceratum immittatur in sinum pudoris vsque ad cervicem ipsius vteri.* Mirificè valet ad claudendam anastomosim. Mulieres ad eundem vsum fiunt pessaria ex camedaphne.

Epithema. *Ferri cremata & in aceto, &c.* Hæc solum adhibentur in laxitate vasorum, non in vitio sanguinis, quod nullum est. Epithema ex succo plantaginis cæteris omnibus præposuit Hippocrates. Laudant distillatum è conferva consolidæ maioris, & è limacibus ana quantum sufficit. Limaces rubri qui in cellis vinariis inveniuntur, & salua illorum limacum sistendo sanguini mirificè valent.

Distillatum.
Limaces rubri.

IN CAP. LVIII. DE SISTENDIS MENSIBUS.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM ANNOTATIO.

Inter foeminarum genera mulier præ cæteris, si modò naturaliter sit constituta, benèque valeat natura & valetudinis cura *τῆ φύσεως ὑγιανειν* vt loquitur Aristoteles, est menstrualis, illique menstrua bene respondent in qualitate, copia, tempore & excernendi modo. Nec solum ille menstruorum fluxus mirificos adfert mulieri menstrualis sanitatis fructus, sed eam facit restibilis prolis parentem: tum etiam fœtum gerit septimestrem, vel nouem mensium, aut vitulum, aut gemellos, & in offenso cursu fœtum gestat in vtero ad legitimum patiendi tempus, & parturiendo feliciter parit: fœtus vitalis lacte materno nutritur. Denique mirificæ sunt vtilitates ad valetudinem conquirendam quibus bene respondent. Sed quænam debet esse menstruorum qualitas? vt scilicet colore & consistentia referant sanguinem victimæ iugularæ, vt annotauit Hippocrates lib. 1. de morb. mul. Sanguis autem victimæ iugularæ floridus est & purpureus. Nam mixtione sanguinis venarum & arteriarum talis apparet. Nec audiendi sunt ij, inter quos est Plinius, qui dicunt contactu sanguinis menstrui terram sterilem, inuitu mulieris menstrualis specula inficis, herbas sanguinis illius contactu marcescere. Nam menstrua eiusmodi non sunt naturaliter constituta, sed in vitio propriæ substantiæ, vel mixtione alienæ

Inter feminas sola mulier menstrualis
Menstrui fluxus commoditate.
Menstruorum qualitas naturalis.

Error Plinij de menstrui angustia.
Vide Bernet. cap. 7 lib 7. physilog.

alienæ materiæ. Victimam nominauit Hippocrates quia olim non offerebantur victimæ, nisi solidæ & succi plenæ. Qualis est autem dysenteria cruenta in viris altero crure mutilis, talis est menstruorum fluxus in mulieribus viciis. Quas vocat Aristoteles animalia mutila *τετραποδία*, respectu grauidarum. Ergo menstrua naturaliter constituta qualitate in vicio non sunt: nam si sint *ἀγνα* mixtione aliorum humorum, aut vitio substantiæ, purgationem necessariam esse docent. Quod ad copiam attinet vt est mulierum natura in vitæ instituto & victus ratione, in complexionem, temperamento, in habitu corporis, vtque reliqua in iis se habent, ita varia est menstruorum copia & quantitas, ac diutius & liberalius vel parcius fluunt menstrua. Non est æquum mulierem grauidam esse menstrualem, cui si menstrua fluant, non potest fœtum edere sanum aut vitalem, nec nutrices æquum est menstruales esse, quæ bono lacte non possunt recreare fœtum, sed suo genio infans defraudatur, & tales existunt libidinosæ. Nam pruritu libidinis explendæ causa foras viam affectat vterus & ciet menstrua. Nec verò menstruorum fluxus expectari debet in muliere quæ nuper febre ardente laborauit, aut aliquo alio morbo graui defuncta est, nec æquum est illi menstrua prouocare. Nam menstrualis materia nihil aliud est quàm superuacaneus sanguis, & excrementum benignum atque vtile partium sanguinearum: Talis autem materia in eiusmodi muliere vi morbi & caloris præter naturam assumpta est. At menstruales esse debent quæ puberes sunt decimo sexto aut decimo septimo ætatis anno, cum ad iustam magnitudinem nondum peruenerunt: Vt adolescentes, cum ex ephæbis excesserunt, & *τεταξίτη*, Venerem agnoscere & vocem asperiores edere cœperunt, sanguinem è naribus liberaliter profundunt. Quod si pueri profundunt, non sunt diuturnioris vitæ, vt nec mulieres quæ ante decimum quartum ætatis annum sunt menstruales, quia pars unius generis defraudatur ante tempus Hippocr. lib 1. *αἰ γυναικ.* Certam quantitatem fluxus menstrualis definiuit, coryllas, nostro more ad 3. xvj. & 3. iij. Sed ex vtriusque sexus distinctione iudicandum est, quæ triplex est apud Hippocratem eo in libro. Viragines nascuntur cum virile semen mulieris est potens virilis seminis virtute & copia. Hæc ad naturam viri proximè accedunt. Quod si ad complexionem & temperamentum viraginis accesserit diætæ austera, vt in labore corporis ætatem conficiat, mirum videri non debet si virago eiusmodi menstrualis non sit. Quod si tali diætæ non vtatur, menstrualis est ad duos dies & non vltra. Mulieri *ὕδατος ἰσχυρῆς*, Galienè *fluente*, fluunt menses ad septimum diem, vt mediocri ad quintum, & viragini ad secundum. Sanctissimus Moses in Leuitico fluxus menstrualis periodum particularem septem dierum statuit. Sed tamen Hippocrates in ea regione non agnouit periodum particularem fluxus menstrualis materiæ supra quintum diem. Aberrauit toto caelo Aristoteles, quod pace tanti viri dixerim, cum fœtum sanguine menstrualis nutriri dixit: Qui tota aberrauit via quoties discessit à doctrina Hippocr. Sed vt iam dixi Hippocr. in ea regione non agnouit periodum particularem supra quintum diem, propterea scripsi lib. de morb. mulier. quod puerperæ quæ sunt puerperales, id est, quibus puerperia non funduntur ex animi sententia intra quadragesimum diem intereunt. Vt enim puerperæ leuantur, & leuationis accessionem habent in dies, quando eis lochia ex animi sententia fluunt, sic si ea supprimantur, in dies damnis augentur accessione symptomatum, & oppressionem partium, quarum vitio vita carere nequit, adeo vt si mulier vacua solebat esse menstrualis per tres dies, intra viceesimum septimum diem intereat si lochia non respondeant, vt quæ solebat esse menstrualis per quatuor dies, intra 36. diem à partu moritur: Denique intra 45. quæ vacua quinque dies erat menstrualis. Lochia enim proportionem respondent periodo particulari naturali, qua periodo naturali mulieri vacuæ fundebantur menstrua. Duplex autem periodus est fluxus menstruorum, vniuersalis & particularis. Vniuersalis, intermissio fluxus est: Nam quæ per quinque dies sunt menstruales, viginti quinque dierum habent intermissionem, quæ tres dies, viginti septem, quæ duos dies, viginti nouem vt viragines. Sed mirum videri debet quomodo mulieribus sun-

**Mulieres infu-
tuose animalia
mutila.**

**Menstrua natu-
raliter constitu-
ta, qualitate in
vicio non sunt.**

**Menstruorum
quantitas.**
**Mulier gr. non
debet esse men-
strualis.**
**Nutrix non de-
bet esse men-
strualis.**

**Mulier quæ
morbo graui la-
bora it non est
menstrualis.**
**Quid sit materia
menstrualis.**
**Quæ mulieres
debeant esse
menstruales.**

**Quantitas men-
struorum ex Hip-
pocrate ex distin-
ctione mulierum.**
**Viraginum ge-
neratio.**

**Cur virago non
sit menstrualis
aut esse possit.**

**Mulieres agnos-
sa, & carum
menstrua.**
**Mulier medio-
cru.**

**M. si præceptum
Aristotelis verum
de sanguine
menstruo.**
**A puerperarum
suppressione
mors.**

**Lochiorum ratio
mensis in cella.
110.**
**Duplex perio-
dus fluxus men-
struorum.**

Quid sint yuwa-
xia, i. mulie-
bria, & quid
significant.
Historia.

dantur. Muliebria autem seu yuwa^αia significant & materiam ipsam, & par-
tes ipsas quæ procreationi dicatæ sunt, omnisque affectiones quæ in mulie-
rem cadere possunt, à mensium suppressione vel profuuiò. Vnde Hippocrates
aphor. 28. lib. 5. aphor. yuwa^αia^α d' yuwa^α i' è' à p'p'ia^α p'p'ia. *Sufficit aromatum mu-*
liebria dicit. Vbi pro materia vsurpauit, & pro morbis, lib. 2. d' yuwa^αia^α, id est,
de morbis mulierum, & ad finem sect. 8. lib. 1. Epid. vbi meminit cuiusdam Phaë-
tusæ cui stererunt menses præ dolore mariti exilio damnati, hinc barba erupit,
vocem habebat virilem, quæ nulla arte potuit yuwa^αia^α d' yuwa^α, remulierasferre, id est,
muliebria habere, non vt inepte quidam interpretantur effæminari. Nam post

Quid sit yuwa-
ia d' yuwa^α.

Materia men-
stralis in yuwa^α
conuersio.
Historia.

suppressionem sex mensium non potest mulier yuwa^αia^α d' yuwa^α in naturam mulie-
brem redire. Sed tamen quædam existunt mulieres, quæ non sunt menstrua-
les, & tamen muniis ad vitam necessariis, secundaque valetudine fruuntur. In
ijs tota menstrualis materæ hyparxis vertitur in è'p'ia^α, atque his vena bis an-
no secunda est. Quod factitauimus in nobili muliere in vico straminis, quæ à
mensium suppressione videbatur grauidi iudicio quorundam, nonnulli molam
iudicabant. Sed totum imbutum corpus habebat sanguine illo in è'p'ia^α con-
uerso. Corpus erat solidum & succi plenum. Iussimus vt bis anno venam se-
cetur, quia vt bobus & equis menstrualis materia absumitur in pilos, sic in mu-
lieribus in è'p'ia^α. Sed mirum est cur mulieres menstrua habeant, & cur menses
appellentur. Hippocrates lib. 2. d' yuwa^αia^α causam non explicat cur hic fluxus
sit menstrualis, sed monet lectorem vt legat librum, id est de natura pueri. Ex
quo perspicuum est, vt qui librum de natura pueri scripsit, idem eum de morbis
mul. scriperit. Hippocratis autem esse librum de morbis mulier. Galenus bis
annotauit in aphorismos his verbis, è'p'ia^α è' yuwa^α d' yuwa^α. Dicit mulieres natura viris
frigidiores, non habere corpus διαφανήσαν perspirabile, sed δυσδιαφανήσαν, den-
sum & succi plenum, ex quo nihil exudat, initio libri, de mor. mulier. vbi mul-
tos locos emendauimus, & sine quorum correctione intelligi non potest. Est
inquit, σχιδέτης, ισχυρότης (non εριπύτη) πυκνότης & ε'πειρ-λόγιος (non autem
ε'μυσι- vt corrupte legebatur.) Nam quæ steriles sunt, suppressionem facilius
fuerunt. Virorum corpus magis est perspirabile, διαφάνησαν quàm mulierum.
Vidi ipse mulierem quinque per horas tripudiantem, quæ non incaluit. Et quia
corpus mulierum cum sit densius deest aliquid & si tum supprimatur sanguis,
incalescit magis & feruet, ac proinde mulieres esse calidiores viris adiecit libra-
rius, quam sententiam sciolus quidam in margine annotauit. Mulierum igitur
scribit esse habitum corporis densiorem, minimum perspirabilem (iudicio est
pilus quo caret, glabræ sunt) densum esse, inquam, & succi plenum, è corpo-
re nihil exudare, vt solet è corporibus virorum. Galenus autem in explicatione
huius loci part. 78. histor. 3. vniuersal. lib. 1. Epid. quo loco recenset omnia signa
frigidioris temperamenti, quæ sunt & apparent in mulieribus, ipsas dixit esse è'p'ia^α.

Historia.

Habitus corporis
mulierum.

Cur mulieres
sint iracunda.

Quæ, iracundias, propter suppressionem bilis & fuliginis congenitæ non adua-
scentis. Cum igitur mulieris sit corpus minimum perspirabile, & tam tum e-
bibat de superuacaneo humore, quantum lana depexa subdio posita ebibit ro-
ris comparatione panni accuratè contexti, postridie enim plus exprimetur hu-
moris è lana depexa quàm ex panno curatè contexto, ex lib. de morb. mulier.
His ita constitutis inebriatum corpus mulieris natura frigidius, mutatione tem-
peratum simili affectione cietur, concutitur, & ex ea concussione fit propha-
sis, menstrualis purgatio. Quemadmodum autem ex Hippocrate sect. 5. aphor.
& lib. 2. Epid. rigores qui incipiunt mulieribus ab oße sacro, lumbis ad cap. vs-
que, si non frustra fiant, euacuationem humorum vitiosorum efficiunt: Sin au-
tem frustra fiant, oppressionem faciunt. Sic menstrualis illa concussio si fru-
stra fiat, innumerorum malorum est causa: Si non frustra, mulierem ab infini-
tatis malis vindicat ac qualis est hæmorrhagia in viris, talis menstrualis purga-
tio in vtero & mulieribus. Sic enim Dei imperio natura comparatum est, vt quia
procreandis liberis nata est mulier, nusquam alibi experiat hæmorrhagiã quàm
per vterum, vt omnis sanguis ad eum feratur ad fœtus procreationem & nutritio-
nem. Aristoteles ideo scripsit cap. 4. lib. 4. de histor. animal. quòd mulier men-
strualis cui bene menstrua respondent neque habet i'çia^α, neque hæmorrhoidas,
neque hæmorrhagiam, per i'çia^α varices intelligit. Si verò habeatur ratio ipsius
mulieris, vterus non est locus naturæ lege commodus ad exclusionem sanguinis,
quia sanguis in ventrem quemlibet effusus grumescere potest, grumus autem
sanguinis pestifer est, vnde malorum fœtura & ilias. Tamen eò desinuit natu-
ra cursum sanguinis, quoniam ibi fœtũ concipi & nutriri oportebat, & hac ra-
tione locus est commodus. Agnuit igitur Hipp. causam menstrualis profuuii
concussione corporis, quæ fit à tempestatũ mutatione, cũ distenta sunt vasa ni-
mia sanguinis abundantia, & habitus inebriatus est humore superuacaneo. Cum
mulier snore menstrualis est defuncta, ad concipiendum apta est. Multæ veniūt
inde oportunitates, scilicet profuuiò menstrualis, ad semen virile excipiendũ,
conceptum cõcipiendum, conceptũ, fouẽdum, nutriendum, perficiendũ, & ad legiti-
mum naturæ tempus gestandum & excludendum. Mulier enim cui bene men-
strua respondet, hiantes habet cotyledones, qui exhausti virile semen pellectum
avidissimè rapiunt & fouent: Tunc mulier gaudet, sit honos auribus, cõplexu vi-
rili, & excitatur ad persuendas voluptates, libidinosè coit, in coitu semen ex-
cernit, & in puncto temporis indiuisibili vtrumque semẽ æquabiliter mutuo cõ-
plexu se fouet, quod semen virile nõ habet sui φυλακῆς custodiã præterquam in
vtero, vt plantarum semina & animalium αυτόκων, quæ seruantur ad secundũ aut
tertium mensem; Et si extra vterum haberet, esset ουλακή momentanea, quod ta-
men seminibus plantarũ accidere solet, quòd αλωποπιπλάη η τροφή τῆ σπέρματι, a-
deo vt Theophrastus partus plantarum dixerit esse semen, & verum est vt ex Ge-
nes. cap. 1. patet, cũ inquit summus opifex: Vnaquæq; arbor semen suæ speciei
ferat & quercus prima fuit glande, gallina ovo, quæ partus sunt & semina eorũ.
Cum igitur homo cum muliere rem habet semen effundit, si mulier pariter se-
men effundat, vt effundit contra opinionem Aristotelis, qui ex duobus entibus
vnum posse fieri negat: Si igitur vterque semen effundat, & mutuis amplexibus
se foueat, conceptio fit. Nam in semine vtriusque parentis est μοίρα πρῶτον ἂν φα-
νταίς portio vitæ & interitus, vt nulla accedere ad aliud possit. Dico semen viri-
le esse ε'p'ia^α feminis mulieris, si ab eo vincatur, & semen muliebri virilis, si ab eo
superetur. E semine muliebri nascetur mulier, & fouetur femine virili tantum
veluti alimento. Quòd si ab vtroq; parente virile semen excernatur, quod ex eo
nascetur viri illustres, & ad omnes res magnas idonei, magnanimi. Quòd si semẽ
virile copia & virtute sit potens, qui nascetur erunt viri illustres, sed cum supe-
rioribus non conferendi. At si semen muliebri superet virile, nascetur αὐδῶ-
γῶσι, effæminati. Videtis igitur, quod eandem habet potentiam semen mulieris
& viri, & oriri nos à semine vtriusque parentis calore & spiritu p̄diero. Quæ
duo agnuit nostræ generationis & nutritionis principia Hipp. qui aquam & i-
gnem omnium rerum principia facit. Ignis propriũ est omnia per omnia moue-
re, aquæ omnia per omnia nutrire. Ergo alterum è seminibus quod vincit, ha-
bet rationem ignis, quod vincitur aquæ, & proinde nutrimentum est alterius, ex
Theophrasto, Nutrimentum cum semine veluti quodam partu editur. Ergo ni-
hil potest gigni sine vtriusque semine donec perfecta fuerit typosis: Tunc enim
suppeditat sanguis maternus ad fœtus nutritionem & incrementum. Sed A-
ristoteles enis agnuit semen virile, ens semen muliebri agnoui, putauitque
species non posse misceri. Doctissimus Scaliger in explicatione illius loci attu-
lit sententiam Hipp. qui negat animam animæ posse misceri, demens est. Si igitur
sit bene morata & complexione, & temperamento, & habitu, & humorum
mediocritate, bene respondebunt menstrua, & beneficio illius fluxus non solum
integra fruere valetudine, sed fiet restibilis prolis parens & fœcunda. Contra
si in vitio sit vel qualitate, vel copia, tempore & excernendi modo, si suppri-
mantur si immodicè fluant, ab vtero & in vtero morbi contingunt. Quem-
admodum menstrua sint naturaliter constituta, & sponte naturæ fiat hæmor-
rhagia hysterica, quæ à menstrualis periodo nomen habet, & mensis dicitur,
ex Hippocrate, vt dictum est. Sequitur vt perspecta naturali menstruorum
constitutione in qualitate, copia, tempore & excernendi modo, hoc loco
dicendum sit de eorundem vitijs. Sanè menstrua naturaliter constituta in causa,
qualitate referunt sanguinem victimæ recens inactatæ. Ergo si impura sint

Cur mulier sol-
per vterum hæ-
morrhagiã pa-
tiantur.
Quibus morbis
mulier men-
strualis non cor-
ripitur ex Ari-
stotele.

Cur per vterum
fiat menstruorum
profusio.

Menstruorũ cau-
sa ex Hippocrate

Quo tempore cõ-
ceptio fiat como-
dus.

Semen extra ute-
rum corrumpitur
Plantarum semẽ
& illarum par-
tus.

Gallina ouo prior
quercus glande

Aristotelis error.
de semine.

Conceptio.
Viri & mulieris
semen.

Conceptus varij
pro diuersa semi-
nis natura.
Generatiõis &
nutritionis nẽstra
principia ex Hip-
pocrate.

Generatio quo-
modo p̄ficiatur.
Aristotelis error
de seminum mix-
tione.

A suppressione
merisium aut pro-
fusione morbi ab
vtero & in ute-
ro.

Ανωξιζαλ. αὐσιος.

Menstruorum vi-
tia & horum
causa.

menstrua, vel corruptione propria substantiæ, vel mixtione alienæ materiæ, hæc vitia denuntiant partium vnde manant & partibus ipsis per quas influunt, calamitosa sunt. Vitia lienis, hepatis totiusque adeo corporis renuntiant. Deinde si mixtione alienæ materiæ in vitio sint, vt feri vel catarrhi, sint ægra decolorata, carnium recens mastatarum loturæ similia, qualia apparent in virginibus quæ ictero nigro, id est, fœdis coloribus laborant. Estque menstruus sanguis ἔργον μετρωστέον atque talia menstrua vel corruptione propria, substantiæ sunt flaua, subuiridis, vel alienæ materiæ mixtione ἄχρη, tum propter caloris natium infirmitatem, tum diætæ liberalioris vitio, vt in mulieribus quæ ter aut quater aut quinquies cibum capiunt, & se pomatio, piratio, vel zyto, vel aqua se inuitat, non potis est menstrua illa naturaliter constituta esse, atque denuntiant vitium partium vnde manant, vbi fit sanguis, per quas fluunt, & in quas illabuntur, vlcera in ipso vtero sæpe excitare solent. Nec potis est semen virile excipere, & concipere, & conceptum ad legitimum pariendi tempus gestare. Propterea, vt ait Hipp. lib. μετρωστέον, nihil amplius mulieri ad concipiendum profici potest, quàm si fuerit menstrualis purgatio legitima in qualitate, copia, tempore & excernendi modo. Si hoc egeris, nihil amplius præstare potes, si hoc exceperis, quod cum fluxu menstruo defuncta fuerit, os vteri prælabatur, aut conuincat, ac talibus vult summus præceptor iniri affectis non confectis mensibus. Mulieres quibus menstrua sunt ἀχρη non iisdem periodis particulari aut vniuersali fluentia, purgandas esse docet aphor. 36. lib. 5. aphor. his verbis: γυναικὶ τὰς καταμήνιους ἀχρη, ἢ ἢ τὰ αὐτὰ ἀεὶ γίνεται, καὶ ἀποστρέφεται δὲ αὐτῆς οὐκ ἔστιν. Mulieri menses decolores, nec eodem semper modo & tempore procedentes, purgationem indicant esse necessariam. Ex colore docet Hipp. rationem colligendi cuiusnam sint humoris in menstrua. Iubet subiici telam super spodio aut cineribus, aut sabulo tenuissimo, & effundi menses in illum pannum lacerum, & vt erit color fluxus, aut niger, flauus subuiridis, albus, ita de humore qui in vitio est, certo statuere poteris, & melanagogis, aut cholagogis, aut phlegmagogis purgationi operam dare possis ex lib. 1. μετρωστέον. Nam si alba sint, quando pituita, cuius dominatu corpus tenetur, neque per os, neque per nares, neque per vrinas, neque per aluum expurgatur, sed ad vterum cursum inflectit, acetabula replentur, phlegmagogis vtendum est. Et sæpe his laborant mulieres suo commodo. Nam vt scripsit Aristoteles capite quarto lib. 3. de animalium procreatione. Sana reddit corpora profusus alborum menstruorum si modicè fiat: Sic enim ab incrementis liberatur corpus quæ ægrotandi sunt causæ. Sed si liberalius fundantur, venit hinc hydrops cachexia, marcor totius corporis; & quibus supprimuntur non sunt ad gerendum, nec concipiendum oportuæ.

Menstruorum fluxus ad conceptionem præparans.

Experimentum Hipp ad colligendum menstruorum vitium.

Menstruorum alborum fluxus.

Vitia menstruorum copia.

Quibus mulieribus grauidæ menstrua ferantur, & quibus ferri non debeant.

Abortum causa.

Conceptionis tempus.

Præterea quantitate, si mulieribus aquescens per vnum diem ferantur, si viraginibus per quinque dies, si mediocribus per septem dies fundantur, in vitio sunt. Dicit autem solet mulierem grauidam, si menstrualis sit, non posse edere foetum vitalem, atqui multis feruntur. At quibus? & quæ ratio? Primum ante quadragesimum quintum diem si mulier foeminam conceperit, vel ante trigessimum quintum, si marem, non est absurdum menstrua fluere, propterea quod si mascula fuerit, ante tricesimum quintum diem non habet opus commeatu, & si foemina ante quadragesimum quintum. Propterea si mulieres quæ multum emacuerunt, conceperint, abortient secundo mense, quia tum foetus eget alimento. Mulier ergo quæ multum emacruit abortionem facit intra secundum grauiditatis mensem, quia illo tempore nec ante foetus alimentum capeffit, & simulatque capeffere cœpit, defraudatus genio moritur, quia non suppetit commeatu ad nutritionem propter foetæ maciem. Sed ante tricesimum quintum diem si mas, & quadragesimum quintum si foemina vtero gestetur, possunt fluere menstrua grauidæ ipsius commodo, & sine foetus offensione, quoniam non est opus commeatu. Nam ad tricesimum quintum aut quadragesimum quintum diem alterutrum semen quod superat alterum, fruitur & vitur alimenti vicè eo quod vincitur. Sed vt perfecta est typosis, sanguis maternus subministratur.

Perfecta.

Perfecta est typosis 35. die, mouebitur 70. nec ante. Nam quod nonnulli dicunt in septimanis sex moueri, errant toto cælo. Nec agnouit Hippocrates motum foetus ante tertium mensem: Propterea dixit aphor. 1. lib. 4. aphor. Vtero gerentes sunt medicanda, si materia surget, quarto mense & vsque ad septimum, sed has minus. Dixit quarto mense, quia si foetus habuerit suam typosim 45. die, motum habebit 4. mense. Terna multiplicatione perfectus foetus in lucem editur. Existunt multæ mulieres quæ toto grauiditatis tempore sunt menstruales ex doctrina Hippocratis; qui autem id fit, quod illabatur sanguis: an in osculum, an in vmbilicum foetus. Nam ex mutuo nexu & complexione omnium venarum hystericarum conficiuntur duo vasa vmbilicalia, quorum alterum in dorsale cauum, alterum in cauum hepatis defertur. Si ergo è venis vmbilicabilibus & arteriis in caua hepatis & cot definentibus in vteri venas refundantur, fit sanguinis menstrualis profusio. Atque ex Hippocratis doctrina quomodo id fiat, didicimus. Existunt mulieres quæ alterutro matricis sinus concipiunt, altero vacuo, & alterutrus sinus venæ & arteriæ faciunt vasa vmbilicalia superflite alterius sinus vacuitate, per quam patefactis coryledonibus menstrualibus materia effluit, quod in illustrissima quadam principe obseruauimus, quæ peperit filiam. A partu substiterunt lochia in summa desperatione salutis, quoniam non potest mulier puerpera bene valere, nisi sit puerperialis ad 40. diem. Eodem dierum numero fluunt à partu puerperia, quæ à conceptione menstrua: Sed si marem conceperit, ad 35. diem potest esse menstrualis, si foeminam ad 45. quia maris celerior & perfectior est typosis. Hoc theorema Hippocratis Aristoteles totum peruerit, & dixit de foemina quod de mare dici debuerat, & contrà. Substitere illust. principi lochia, vocauit me, quo loco essent res quærît; Summam animaduerti libertatem spirandi, fontium inibat ex facili, suauiter dormiebat, quæ fiebant, quæ apparebant, naturaliter erant constituta: quæ siui quomodo habuisset in grauiditate: Dixit se toto grauiditatis tempore menstrua fuisse: Nō es, dixi, puerperialis, quia sanguinis menstrui nihil est reliqui. Purgatio enim puerperialis nihil est aliud, quàm reliquiæ suppressæ materiæ menstrualis, quæ tandem putrescit nisi exitum habuerit. Mulier ergo quæ toto grauiditatis tempore fuit menstrualis, non debet esse puerperialis; quæ verò non fuerunt menstruales, sed in totum substiterunt menstrua, ante 40. diem non defunguntur puerperijs, sed non potis est foetum esse sanum iis quibus fluunt menstrua toto gestationis tempore propter aeris appulsum per vteri dehiscens osculum. Ergo probare possum ex Hippocrate foeminam non posse vitalem edi septimo mense, vt dixit Paulus Iurisconsultus propter auctoritatem summi Hippocratis. Quod enim scripsit Hippocrates, de mare tantum est intelligendum. Et hoc pertinet ad id quod supra positum est de Aristotelis errore. Sanctissimus Moses iussit vt puerperæ decumberent ad 40. diem, antequam cum viris coirent, quia eo vsque feruntur reliquiæ menstrualis materiæ toto grauiditatis tempore suppressæ. Menstrua igitur sunt in vitio, quantitate & tempore, quando liberalius quàm par sit funduntur, nec minus terrificata est eiusmodi profusio quam suppressis, ex lib. 5. aphor. Si menstrua plura fiant, morbi accidunt non vtero, nō ab vtero, sed per se, tum ex euentu, vt hydrops, hypochondriorum tensio, faciei defœciatio, mutatio characteris & molis, suffusæ flauo colore apparent: tum vteri labor & defatigatio. Qui in morbis acutis sanguinem liberaliter profundunt, iis alui humectantur duabus de causis, propter caloris natium paupertatem, & ventriculi ignauiam, quia à diuturna officii sui vacuitate, ad munia obeunda ignauior factus est: ac tunc non est par necessitas commoditas. Sic mulieribus quibus funduntur sæpius menstrua, bis terte mense, alui humectantur & afficiuntur symptomatis supra commemoratis, suffusæ flauo colore apparent, quia bilis dominatu tenentur. Et illud scire debetis, quod aliquando defertur in caput, vt cephalalgico accidisse scripsit Hippocrates, ei detractum sanguinem & interiisse. Sanguis enim frenum est bilis, quæ consortio sanguinis destituta huc illuc in quasque partes orgasmo impellitur, in libera sanguinis detractioe retentrix facultas resoluitur, qua dissoluta fit oppressio cuiusuis partis. Si in motu sit sanguis reuellite, si sit plethoricus, deplete. Sanguinis liberaliore detractioe exhauritur ἀχρη, & οὐπιον, vitale principium, quibus vita hominis sustentatur, & consistit

Quomodo mulieribus grauidæ ferri possint menstrua.

Historia.

Aristotelis error de conceptionis tempore.

Quid sint lochia

Cur mulier gestationis tempora menstrualis sanum satum non edat. Foetus non potest septimo mense edi vitalem. Moses decretum de puerperijs.

Morbi suppressionis menstruorum succedant.

Cur à sanguinis profusione alui humectantur.

Sanguinis detractio liberalior mala. Sanguinis bilis sanum. ἀχρη, & οὐπιον.

in partibus solidis ex semine vtriusque parentis in complexione & temperamento partium singularum. Sed illud vitale principium continenter dissipatur, non potest consistere ad punctum temporis, sed facile resoluetur & tenues vane-
 Sect in auras, nisi reficiatur *σπιση*, id est nectare viuifico. (Gallicè *le sene*.) Nam vt arbores viuunt proprio succo tota tempestate hyemali, sic & Vere nouo fit syr-
 rhoë. Quod si partes viuaces desituantur nectare illo, viuacitatem suam amittent: ap pulsa nectaris viuifici fiunt viuifica. Differt autem viuax, à viuifico. Syrrhoë est caloris cum sanguine & spiritu effusio in habitum corporis. Fons eius est cor, nec ante in lucem editur fœtus, nisi perfectum sit cor, quod systole & diastole animal sustentat, quia per diastolem attrahit sanguinem & aërem quo viuimus, per systolem exprimit sanguinem è dextro ventriculo in sinistrum; vbi fit spirituum generatio, è sinistro per diastolem effunditur spiritus per totum corporis habitum. Itaque videte ne nimia sanguinis detractioe syrrhoem illam intercipiatis. Sanè terrificata est omnis profusio sanguinis, quoniam nihil naturæ potest esse *εὐμεγέθων* præter sanguinem & spiritum, quem ducendo viuimus. Ac primū in ea sanguinis profusione exhaurit arca liberalitatis, promptuarium scilicet caloris, sanguinis & spiritus vitalis cor. Sanguinis ergo effusione partes corporis que non plus habent caloris quàm sanguinis refrigerantur, indè que ea incidunt symptomata quæ commemorat Gal. lib. 6. de partib. malè affectis. Per magni interest autem, scire, quando præter naturam & contra naturæ leges funditur sanguis. Nam sæpenumero ciemus sanguinem, quando profluuium votis Medici non respondet, menstrua parciora cientur. Hæmorrhagia critica si sit impar causæ morbificæ lotionem capitis aqua calida cietur, vt in Metone factum est apud Hippocratem. Interdicendum tamen est balneo, cum in propinquo est hæmorrhagia, si impar sit materię morbificæ. Sed & cietur hæmorrhagia iuuenum, quando Venerem agnoscere cœperunt, & voeem asperioem edere. Contra hæmorrhagia eorum qui sunt *εὐπροσπορεύωντες*, vt loquitur Hippocrates (Gallicè *bazannez*) suspecta est. Sic non potest mulier adulta secunda valetudine frui, nisi menstrua illi bene respondeant, & habeantur si subsisterint, rationem peculiaris naturæ, cuiusque in complexione, temperamento, habitus & ætatis, in diætâ, in vitæ ratione & vitæ instituto. Nam quæ indulgent genio, liberaliter se cibo & potu inuitant, vitæ cursum in otio transigunt. consentaneum est vt plus superuacani habeant sanguinis, quàm quæ defraudat genium, & in laboribus vitæ cursum conficit, sicut inquit Virgilius lib. 8. Æneid.

Vitale principium.
 Nectare viuifico.
 Viuax à viuifico differt.

Quid syrrhoë.
 Cordu vsu.
 Cordu diastole & systole.

Omnia profusio sanguinis terrifi-
 ca.

Quomodo sanguis natura lege fundatur.

In menstruum provocacione quæ sint medico consideranda.

— Cuius scemina primum
 Cui tolerare colo vitam, tenuisque Minerva:
 Impositum cinerem, & sopitos suscitât ignes
 Noctem addens operi, famulasque ad lumina longo
 Exerces penso, castum vt seruare cubile
 Coniugis, & possit paruos educere natos.

Mulier ergo quæ noctem dat operi, tolerat colo vitam, tenuique Minerva, non æquum est vt ei tam liberaliter fluant menstrua. Non est *εὐπρω*, absurdum, nec iniquum ei quæ cibo & potu se inuitat, & vinum generosum bibit, liberaliter fluant. Et mulier abstemia aut quæ multa aqua diluit vinum, si conceperit & in ipsa grauiditate liberalius vinum biberit, abortiet, ex Hipp. lib. 1. *επι γυναικ*, atque adeo leui quauis prophasi abortio excitatur. Mirum videri non debet si virago vltra vnum diem aut biduum non sit menstrualis; medioeris si habeat menstrua ad triduum; aquescens si quinque aut septem dies. Atque hæc distinctio maioris & minoris debet peti ex cuiusque peculiari natura in complexione, temperamento, habitu, ætate humorum dominatu, & vitæ instituto. Adde quod mulier prolis parens largiore manu fundit menstrua, quàm sterilis quæ nunquam partum est experta. Itaque si contra naturam profundantur menstrua, quærendæ sunt causæ profluuij. Omnes igitur causæ menstrualis fluxus immodici ad tres causas continentes referuntur, ad qualitatem & copiam sanguinis, vasorum laxitatem, & re-
 tentricis facultatis imbecillitatem, non expultricis robur addas, quod accusari non debet. Sunt enim hæc distinctiones magis dialecticæ quàm physicæ. Nego expul-

Abortum à liberaliore vini potu.

Tres causa continentes fluxus menstrualium.

puericis facultatis robore ferrimēstrua contra naturam. Si enim locum habet in superuacaneis humoribus, qui permolesti sunt in toto corporis habitu, aut parte quapiam singulari, vt in singultu, ruffi, sternutamento. Omnis enim pars officialis concutit se ad excutiendum quod sibi molestum est. Sed si caro concutereur ad sanguinis excretionem, quemadmodum nervus in rigore critico, singulis momentis homines rigerent. Hominibus cunctis quia inter panniculum carnosum & cutem interiectus est adeps, ideo cutis immotis artubus moueri non potest nisi in fronte, ob musculum latum, & quibusdam in auribus. In rigore autem critico, concutitur *αεραεπιπρασ* totum corpus concussione panniculi carnosus ad exclusionem materię, quæ molesta est. Genus carnosum cuius excrementum dicimus esse menstrua concutitur ad excludendum sanguinem, & primum ea oppressione per commotionem liberatæ sunt carnes, redeunt ad pristinam complexioneem & temperamentum; nec ante excitantur ad exclusionem sanguinis, quàm oppressæ fuerint. Non potest igitur accusari expultricis robur, sed retertricis imbecillitas & resolutio in partibus carnosis. Nam illud scire debetis ex Hippocrate, quod annotauit Galenus, Verendum esse de omni hæmorrhagia meru facultatis retertricis, quæ ab hac effœta languescet, & sic humorum dominatu corpus dominatu tenebitur. Itaque sanguis immodicè fluit, quãdò vltra quinque dies, quando erumpit magna vi, quando ad statâ tempora non fluit, quando etiam sæpius, vt bis aut ter in mense, aut quando continenter, & tunc est *εὐε γυναικ*, id est muliebris fluxus. Tria enim sunt apud Hippocratem muliebra profluua *επαρρηια, mensτρα, λοχια, puerperia, ης γυναικ* fluor muliebris. Et hæc in viros non cadunt. Fluxus muliebris est purgatio toto genere contra naturam, quia sanguis in vitio est quantitate, qualitate, vel alienæ materię mixtione, facultatis retertricis infirmitate, laxitate vasorum. Hic tamen agimus de distinctione menstruorum & puerperiorum, quæ sunt propria mulierum hæmorrhagiæ. Sanguinis itaque copia facit illud profluuiū menstruale. Rubet sanguis? Distenta sunt vasa? sanguinem mitte. Soleo sæpe dicere, & crebris vsurpare sermonibus; quod dum menstrua quiescunt, si vena fecetur cientur, atque ideo vereor de sanguinis detractioe in grauidis mulieribus, non quod fœtus suo defraudetur genio, sed quia sanguis fertur ad vterum, vnde citatis mensibus contingit abortus. At si menstrualis mulieri sanguinem detrahas menstrua lem profusioneem sistes. Sed hæc ad scriptum auctoris explicemus.

Facultas expultricis robore non seruantur menstrua contra naturam.
 Cur hominibus cunctis immotis artubus non moueantur nisi in fronte & auribus.

Menstruali materia est generis carnosissimi excrementum.

Signa fluxus sanguinis immodici

Tria profluua muliebra.

Sanguinis detractio menses suppressos ciet & immodicè fluentes sistit.

DE PROVOCATIONE MENSTRUORVM
 quæ est pars altera cap. 58.

DVRETI ENARRATIO.

Resistunt menses atate. Vt 50 ætatis anno, multis 40. & 45. quibus in *εὐσπλα*, id est, bonum habitum absumitur menstrualis materia mitis & suavis.
 Conceptu. Grauidis mulieribus, Quibus si fluant, non potis est fœtum esse sanum.
 Lactatione. Nutricibus. Nam menstrualis materia conuertitur in lac, & lac nihil aliud est quàm sanguis bis coctus, & his menstrua prouocari non debent, quia à suppressione non ægrotant.
 Vnicum tamen est, quod. Ac si diceret, Mulier habitior à menstruorum suppressione non offendetur, nec morbi ab vtero & in vtero contingent.
 Ratio generationis. Sed si mater esse velit, excipere, concipere, fouere, & ad legitimum pariendi tempus gerere, vt sit menstrualis necesse est.

Quo atati anno menses deficiant

Quibus menses fueri non debeant

Menstrua purgatio ad conceptum.

Quia vero biliosus est, vt plurimum sanguis, syrup. zulapiis, opiatis temperandus. Vt,

R. aqu. ros. & plantag. ana ʒ. 2. syrup. myrtill. ʒ. 1. trochisc. de carab. ʒ. 1. f. ʒulap. Vel R. aqu. ros. & arnogloss. ana ʒ. 1. diacod. sine speciebus ʒ. 1. f. potio. Detur hora somni.

Opiatæ hunc in modum concinnantur.

R. conseru. ros. viol. & symphyti ana ʒ. 2. B. sem. portul. plantag. corall. rub. ana ʒ. B. bol. arm. rasur. ebor. & corn. cerui vsti ana ʒ. 1. cum syrup. myrtill. aut ros. siccat. f. opiata.

Huc quoque facient myrobolan. conditæ grana quoque berberis condita. Vbi suspirio fuerit calidioris hepatis copiosiore & calidiorum sanguinem generantis, ad mouebitur epithema, ex aquis refrigerantibus pulueribus trium santal. ros. rub. & boli armenæ pauca caphura addita. Iuuabit etiam emplastra adstringentia lumbis & pubi instituere. Vt,

R. emplastr. contr. ruptur. & vnguent. Comitiss. ana ʒ. 2. cum oleo myrtill. f. emplastr. pro lumbis & pube.

Erunt & ex vsu iniectiones in vterum, qualis hæc esse potest.

R. plantag. absinth. thaps. barb. ros. rub. ana M. 1. balaustior. calic. gland. querc. ana p. 1. f. decoctio. In ʒ. 3. colatura dissolue pulue. massich. & trochisc. de carab. vel de terra sigillat. ana ʒ. 1. f. clyster metrenchytes.

Vel ad eundem scopum comparantur pessuli è pulueribus corall. rub. hæmatit. sang. dracon. bol. armen. linamento, gossipio, aut re quapiam tali, in vnguentum commodum demersa, excipiendi, deinde panno tenui integendi, vt in vterum indantur. Vulgatis puluer. quantitas est ʒ. B. Paratu facilius erit pessarium ex semimanipulo conuenientis herbæ leuiter trite, & vt ante tereti linteo inuolutæ. Interim si fractæ appareant vires, roborabuntur stillatitiis instauratis. Vt,

R. conseru. antisig. ros. ʒ. 3. conseru. symphyti. & carn. cydon. ana ʒ. 2. granor. berber. p. 2. semin. portul. acesos. citr. card. pap. alb. ana ʒ. 2. specie. diamarg. diarrho. Abba. & triasantal. ana ʒ. 3. aqu. plantag. arnogloss. portul. & ros. ana ʒ. 4. decocti vnius capi cum multa oxalide alterati ʒ. 2. adde carn. pullor. 2. vel perdiculor. cum mica panis alb. f. distillatio lento igne in alembico, vel diplomate. R. pradiet. distillat. ʒ. B. sacchar. ros. ʒ. 2. cinnamom. ʒ. B. trajectur per manicam Hippocrati.

Suppressionum mensium causa Galen. comm. 2. lib. de Humorib.

Accidit etiam, vt supprimantur menses, quorum secundum naturam eruptio, vt melioribus sit naturæ rebus, ita retentio præter naturam maximo est detrimentum. Suppressionis illius causam triplicem assignat Galenus: priorem quidem partium expurgantium imbecillitatem: angustiam vasorum alteram: tertiam vitium sanguinis, crassius, lentius, multi, pauci. Quibus addi potest vitium corporis totius à diuturna exercitatione, morbo præcedente, tenui victu, aut per alias vias reuulsione & deriuatione facta. Imbecillitatis parens est intemperies, angustia obstructionis, vel tumor præter naturam ab humorum defluxione, obstructionis crassities, aut tenacitas humoris, aut cum aliquid, velut germen, vasi adnatum est. Cum autem tot sint *causæ*, quot morborum idæ, cognito per suas causas morbo, non difficile fuerit indicationes curatiuas, atque medicamentorum cuporiam venari. Sed imprimis aduertendum, quibus cieri menses debeant, quibus minimè. Non enim ante tempus à natura definitum, vt ante annum 14. aut circiter, & post 45. aut circiter, citantur, non iis quæ vtero gestant, aut quæ latent, non quibus laboriosa vitæ ratio inica, & quæ à suppressione nihil mali perferunt, non tenuiter viuentibus, præpinguibus à morbo diuturno conualescentibus, nec ante solitum tempus, quo natura ad excretionem sese componere consuevit. Tum vero prouocantur potissimum, cum grauiam inducunt incommoda, tabem, fædos colores, lipothymiam, vertiginem, deiectam appetentiam, dyspnoeam, hydropem, articularum cruciatum dorsii, & lumborum dolorificam

Menstrua quomodo & quibus mouenda. Menstrua suppressa quam grauiam inferant incommoda.

cam grauitatem, quæ nephritidem, ventris termina, & colicum ementitur effectum. Initio igitur, post alium clystere aut cathartico solutam, secabitur cubiti vena in pleihora, aut obstructione vasorum, ne fluor sequatur largior, quam vt fisti possit, si in poplite vel talo sece tur: vel vt imminuat & reuellatur sanguis qui copia sua obstructionem fouet. Ad prouocationem & vacuationem tam deinde in vtroque poplite, vel malleolo, vena aperietur. Reliqua autem materia ad faciliorem euocationem apparabitur zulapiis, apozematis. Vt,

R. radic. comm. aper. in aceto temperatar. ana ʒ. 1. radic. rub. tint. ʒ. B. sabina, nepeta, puleg. absinth. menth. byssop. artemis. ana M. B. semin. petro. fœnic. apij ana ʒ. 1. semin. endiu. portul. cucurb. melon. ana ʒ. 1. B. flor. cardiac. genis. & anib. ana p. B. fiat decoct. ad ʒ. 1. In colatura pro dosib. ʒ. 3. dissol. syrup. de artemis. capit. ven. & de quinque radic. ana ʒ. 1. f. apozema clarum, conditum cinnam.

Ex iisdem syrupis & similibus cum aquis apij, fœnic. aut cicer. rubrorum decocto dissolutis zulapia parantur. Purgatio sequetur.

R. polypod. quern. gram. petro. rub. tint. ana ʒ. 2. cichor. cum toto, agrimon. ana M. 1. semin. anis. fœnicul. apij ana ʒ. 1. flor. cardiac. ana p. 2. f. decoctio, addendo sub finem follicul. senna mundat. ʒ. 3. In colatura infunde rhei elect. ʒ. 1. B. agar. troch. ʒ. 2. cinnamom. ʒ. 1. In expressione dissol. syrup. laxatiui ros. pallid. ʒ. 6. f. potio.


Instante iam iam menstruorum tempore balneum vtiliter imperabitur, ex origano, calamen. artemi. matricar. parietar. florib. chamæm. melil. Vel decocto eorundem fouebitur imus venter, ilia & lumbi, adhibito deinde litu ex oleo liiaceo, aut irino. Repetenda quoque venæ sectio in malleolo altero, aut vtroque, cucurbitulæ interiori crurum parti affigendæ. Iniectiones in vterum, aut etiam pessaria huc reuocanda.

R. succ. mercuria. depurati, vel decoctio rub. tint. ering. vel cyclam. vel radic. comm. aperitiuar. vel salvia. matric. nepeta ʒ. 3. pulu. melanthi. ʒ. 2. f. iniectio in vterum.

Talis autem acrior iniectio virginibus viros non expertis instituenda non est, sed potius secessus, aut suffusus. Pessarium verò sit huiusmodi.

R. radic. ireos. cyclam. ana ʒ. 1. myrrh. elect. castor. ana ʒ. 2. sem. rut. melanth. ana ʒ. B. Ex his omnibus fit puluis, ex quo terebinthina excepto fingitur pessus.

Ex semimanipulo mercurialis parum trit. & hier. simplic. & mithridat. ana ʒ. B. granis aliquot moschi additis f. etiam pess. Non omittenda cardiaca ad vires reficiendas capienda, conseru. bugloss. melyss. borrag. cort. citr. cond. ther. ver. mithridat. aut ex his & specie. diamarg. trochisc. de myrrh. rasur. eboris & cornu cerui cum syrupo limon. fingenda condita: Cæterum fluor muliebris, qui ferè pituitosus & serosus, purgantibus, sudores mouentibus, aut vrinas, sanescit. Lochia verò seu purgamenta à partu, eandem quam menstrua, possunt curatio-



HOLLERIVS.

De vteri i præfocatione. CAP. LIX.

1 De suffocatione hysterica, quam alij strangulationem appellant.



VLTA ad hanc rem ex capite 5. libr. 6. de locis affectis, & Aëtio colligenda sunt. Vocatus in paroxysmo primùm & 2 viuatur mulier, cognoscendum est. Nam sæpe fit, vt grauiore 3 accessione intereant, aut non aliter iaceant, quàm mortuæ.

2 Interdum enim mortua femina videtur, quod spiritum non ducat.

3 Ab impeditis respirandi instrumentis.

4 Vt helleboro & pyrethro naribus admotis, aut immisso puluere, aut etiam penna.

5 Et eius corruptione hysterica fit suffocatio, sublato respiratio- nis usu, propter oppressionem diaphragmatis.

6 Ut excitentur spiritus, & excitetur humor ad excretionem.

7 Ut in sinum pudorù immittantur, & vteri ceruicem.

8 Nisi mulier sit epileptica obnoxia.

℞. alyptæ moschatae ℥. ij. ligni aloës, caryophyl. ana ℥. ℞. aut ℥. j. moschi, ambræ ana Gra. 3. excipiantur oleo de spica. Aliud.

℞. galliæ moschatae 3. ij. cinnamomi, folij, macis, caryophyl. ana ℥. j. ambræ, moschi ana Gr. 3. labdani, styracis ana q. s. cum aqua rosata moschata fiat veluti suppositorium, quod indatur genitalibus. Pulueres eiusmodi aliquando inspergimus oleo costino, de spica, laurino, de lilio, vt inde intinctis digitis 9 obstetrix affricet os vteri in virginibus: in aliis etiam interiora. Et vt à paroxysmo excitentur, vellicandæ aures, nares, sed maximè pili, qui pudendis adnascuntur. Aliquando etiam piper, zinziber, sal gemmæ, & alia eiusmodi pudendis immittuntur, vt naturam irritent ad excretionem. Et quia magna ex parte plenæ sunt ventorum, glandulis, clysteribus, vnctionibus, quæ flatus discutiant, vtendum erit ex capite de colico dolore.

Excitatis à paroxysmo nullum remedium melius marito. Alioqui si retenti menses in causa sint, mouere oportebit ex proximo capite. Et si humor crassus, purgationes conueniunt. Imperabis

rabis igitur hieræ diacol. ℥. 4. aut infusionem 3. r. 8. agarici trochisc. vel 3. 2. pulueris hieræ picræ. Alioqui.

℞. terebinthinæ lotæ in aqua matricariæ 3. s. femin. dauci, agni casti, cinnamomi ana Gr. 8. cum modico conferuæ anthos, fiat bolus. Aliud.

℞. terebinthinæ 3. 3. agarici trochiscati ℥. 2. seminis dauci, cannabis, ligni aloës ana Gr. 8. cum eadem conferua fiat bolus.

Remedia hystericæ suffocationi qua fit à feminis corruptione, dicata.

Purgationes per interualla repetendæ sunt, sed paulatim immutato modo. Laudatur castoreum per interualla datum. Hoc autem variis modis vtuntur. Nam in paroxysmo dissoluimus in aceto acerrimo, & naribus admouemus, vel eius ℥. 2. aut 3. r. exhibemus cum aqua distillationis radicum dauci vel arthemisiæ q. s. Acetum scylliticum, vel in quo pulegium, calementum, thymum, origanum, coniza coxerint, naribus admotum, vel etiam potum adiuvat, etiam si vterum lardere videatur.

Laudatur ab antiquis succus & semen plantaginis. Cinnamomum, lignum aloës, semen dauci, cannabis, rutæ, agni casti, radix nymphææ, & quæ semen extinguunt. Vomitus, sternutatio, cucurbitulæ, primùm quidem inguinibus & coxis, deinde ilibus cum multa flamma affixæ. Hypochondria quoque fasciis deligata & constricta. Glomeres sili anethino feruenti, inculcati & calidi alternatim appressi pectini. Laudatur puluis conchulæ, seu blattæ byzantiæ, & pectunculorum.

Post alia quoque remedia dropaces & sinapismi extremæ spinæ & ventri appositi. Balnea naturalia, frequens coitus, vnctio ex oleo dulci, in quo semen agni casti, cinnamom. confracta omnia coxerint, vt eo fumen & lumbi inungantur. Adiciatur aliquando pyrethrum, piper & similia. Sed ineunda ratio habitus corporis, temporis, anni, & reliquorum. Similiter clementer agendum est cum prægnantibus.

Quod ad phlebotomiam attinet, id suspectum remedium est, nisi cum suppressi sint menses. Tùmque eo modo, quo in mouendis menses. Si quidem nigella mulier est, malleoli venam phlebotomia aperies: sin alba & mollis, vel scarificatu, vel sanguifugis vtêris.

10 Nunquam enim venam scabam in suffocatione hysterica à feminis cutu- pitione,

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Υστερησις, Græcis dicitur vteri suffocatio, cum vterus sursum ascendit, vel quia inflatur & intumescit, vel quia plenis venis, quæ ad vterum pertinent, reuellitur: in qua passione, sine motu, sine sensu quasi mortuæ iacent, frequentiusque viduis & malè purgatis ac sterilibus accidit & iuueculis ad venæm proliuiores. Vnum commune symptoma est, defectus respirationis, non quod strangulentur, vt inquit Galenus, quia nihil est quod spirationem interceptat, sed quia ita inflatus vterus primùm intestina, deinde mutuo contactu ventriculorum & diaphragma comprimit adeo, vt dilatari nequeant. Atque ob id non loquuntur, quia aeris factis non attrahitur, aut extra propellitur. Alij id referunt ad

frigiditatem humidi & frigidi seminis totum corpus refrigerantis, vt sic transpiratione per poros illis sufficiat. Quanquam in nonnullis hæc constant, & ratio, pulsus languidus, exiguus, & aliquando nullus. Sed quia vterus maximum cum corde per arterias habet consensum, cum cerebro verò per spinæ membranas & nervos, horum membrorum actiones variè leguntur, admirandâque subsequuntur symptomata, præsertim sublato tetro vapore sursum ex causa coniuncta ipsius affectus. Cum accessio imminet, torpor mentis pigritia, crurum imbecillitas, pallor quidam faciei. Hinc sopor grauis, mentis desipientia, sensuum interceptio a quibus, crurum contractio & similia. Quibusdam risus, aliis lachrymæ, aliis vtrumque, vt D. de Rochepot: quæ cum varicosa esset, eo affectu corripiebatur cum delirio, risu, lachrymis, contractione oculorum. Alteri risus, deinde perturbatio mentis: hinc lachrymæ, à quibus etiam monitæ non cessant. Sed nihil admirabilius, quàm quod duabus filiabus Præsidis Rhotomagensis contingere solebat in motu sursum vteri, quo interuallis laborabant. Risu enim longo ad horam, & horas duas imminente paroxysmo capiebantur, quem neque metu iniecto, neque hortatu, neque aliis artibus poterant compescere. Parentibus interrogatæ & obiurgatæ respondebant se non posse continere risum. Aliis prius lachrymæ, deinde risus mouetur in eodem affectu. Sunt quæ magnam ducunt respirationem, in quibus necesse est nullam fieri compressionem stomachi & cordis, sed materiam aliò ferri. Inclinante accessione humiditas quodam redit morbus, hyeme præsertim & Autumno. Causæ sunt refrigeratio vteri, spermatis corruptela, humor quidam crassus, & veluti feminalis in vtero corruptus, grumus, menses suppressi, læuigatus & nimium vacuatus vterus. Sic enim ad loca humida sese conuertit, & è capite, ac reliquo corpore inmodico labore siccatus trahit. Id quoque grauidis fieri potest inopiâ alimenti sicciore facti vtero, & concalfacto labore. Eodem modo è defluxione pituitæ à capite in præcordia, & impedita respiratione, vtero ad humiditatem concurrente. In remediis hæc omnes causæ distinguendæ. Alij aiunt vacuato vtero, vt per immodicam mensium fluxionem, aëre vterum repleri, & ita inflari coniuente collo. Gratis etiam odoribus ad nares quibusdam ascendit.

Præfocatio vteri cessatione mensium naturali 45 anno, vel 50. vel cessat, vel ingrauescens interficit. Discernitur primùm à syncope, pulsu, sudore, pallore, odoribus adnotis. Nam hinc pulsus est aliquis, licet languidus, sudor frigidus nullus, minor pallor, & odorata nocent, nisi admoveantur inferioribus. In syncope contraria omnia. A Catalepsi verò, quia rigor nullus, aut refrigeratio, qualis in corpore gelu concreto, nec oculi aperti, & similia. Ab apoplexia, sensu. Sentiunt enim, cum punguntur, licet obrusè. Ab epilepsia, quia corpus non concutitur. A flatibus fieri intelligimus, cum venter intumuit.

Remedia sunt, odores fœtidi sursum admoti, vt bituminis, castorei, galbani, picis liquidæ, pilorum combustorum, rursus, cæparum, alliorum: grati verò deorsum, vtero, vel ad coxas, ligaturæ dolorificæ in inferioribus partibus cucurbitulæ in inguinibus, pessaria trahentia, emplastrum ceroneum. Vbi frigiditas & inde dolor, confectio hiriarum, quæ etiam conceptum iuuat pretiosissimum suffumigium.

IN CAPVT LIX. DE VTERI

præfocatione.

DVRETI ENARRATIO.

DE vteri præfocatione. id est, de suffocatione fugaci, quæ fit vteri vitio, vel impeditis respirandi instrumentis, vel dissipato respiratoris vsu. Neque enim vterus ipse est suffocationis capax, vel strangulationis: sed suo vitio, suffocationem facit.

An viuat mulier. Nam quædam intereunt, infirmiores scilicet. **Sternutatorius de vtra.** Imò illis morbus ipse, & causa morbi, debent excludi.

Gravior olentia. Non sine cautione, & delectu graueolentia, naribus admoueri debent in suffocatione hysterica, quia spiritus corporis inficiunt, & humores reddunt contumaciores, vt docet Aphrodisæus probl. 60. sect. 2. Primum igitur non valent ad eam suffocationem, quæ ex suppressione menstruorum, principia causâque ducit, sue fiat per corruptionem, succrescente semper noua materia, siue per contractionem vinculorum nimium repletorum, à quibus vterus sursum trahitur, vel etiam in dextram, aut sinistram partem peruertitur. Deinde ista graueolentia naribus admota, non modò nihil profunt, sed etiam nocent in suffocatione, quæ à seminis corruptione accidit, & frequentissima est. In vno tantum suffocationis genere vitia sunt, quando scilicet vterus ad hepar sua sponte mouetur, eique adhærescit. Tunc enim si naribus admoueris quæ sunt fœdi odoris, vterus statim in suum naturalem locum descendet, & suffocatio ipsa quiescet: quoniam ille, insita quadam facultate vernacula, fugit ea quæ sunt fœdi odoris, & ad adueta, bene ac suauius olentia, cursum inflectit. Et idcirco, in hac eadem suffocatione, res grati odoris, naturalibus mulierum sunt admouenda, vt graueolentia naribus.

Digitus obstetricis. Sed hoc fieri non potest. Nam digitus obstetricis non potest perungere vltra osculum vteri, quia ab extremo pudendi, ad hoc vsque osculum, longitudo nouem aut decem digitorum est, aut certè paulò minor.

Nullum remedium. Itaque virginibus hysterice suadendum est, vt nubant in Christo. Ego nuper vocatus sum nocte media ad curationem mulieris, quæ ab hysterica suffocatione laborabat, & conciderat quasi mortua: Eam inueni frigidiorum marmorum, pulsus erat paruus, maritus aderat, de vxoris salute valde sollicitus. Bene est, dixi: iussi vt rem cum vxore sua haberet, rem habuit indeque statim conualuit. Opiata ex cortice citri conditi, myrobalanorum, cortice arantiorum condito. Excipiuntur cum syrupo de conseruatione myrobalanorum, addendo tantillum cinnamomi, valet maximè ad virtutem seipitum vteri, & corruptionem seminis. Sed cum agitur de humore expurgando, iubet Hippocrates semper miscere quæ partibus student, & ipsis suam dicarunt operam.

Si retenti menses. In hac menstruorum suppressione quæ suffocationem parit, primum remedium est detrahitio sanguinis è malleolo, quam non exigit, imò verò repudiat, vt periculosam, suffocatio hysterica quæ fit à semine corrupto, aut proprio vteri motu, qui sua sponte suscipitur.

Imperabis igitur biera. Vel hoc modo.

R. hiera picra Gal. ʒ. j. castorei ʒ. j. malaxentur aqua maritima, vel hyssopi, in qua maduerint agarici ʒ. ij. fiant pilula exhibeantur mulier. hysterica quæ à suppressione mensium laborat. Hoc remedium nullum præstantius excogitari potest. Valent quoque ad eandem suffocationem olea quædam, arte extracta, è vino exhibita, vt oleum de cinnamomo, iuniperinum, oleum caryophylli, oleum cinnamomi quod principatum obtinet. Sed & aquæ stillatitiæ nonnullæ plurimum commendantur. Et vina stillatitia conficiuntur ex ʒ. viij. vini, melle, caryophyllis, macere, & in balneo Mariæ distillantur, mirificam hæc vim habent reuocandi vterum in pristinum locum.

Acetum scylliticum. Alexander Aphrodisæus negat exhibendum esse acetum in suffocatione hysterica, idque iure optimo. Nam & si acetum valet ad materiam suppressæ, & obstruentis contumaciam; sicque pugnat cum causa morbi, tamen affectæ parti, vt pote vtero, est inimicum. Itaque dixit Hippocrates lib. de viét. rat. in morb. acut. vbi agit de oxymelite. Acetum, mulieribus, quàm viris, magis esse noxium. Est enim, inquit, id est, Dorem in vtero excitat. Cuius rei rationem reddit Aphrodisæus: quia scilicet acetum, omni membranæ bellum indixit. Est autem vterus membranæ

Vteri affecti via
via symptomata,
ob partium, quibus
cum consensu,
sympathiam.

Suffocationis hysterica causa.

Suffocatio vteri
quando cessat.

Graueolentium
vsus in vteri
suffocatione pe-
riculosam, præter-
quam in ea qua
fit motu vteri ad
hepar.

Longitudo ceruicis
vteri.

Nuptia virginis:
hinc.

Historia.

Opiata.

Lib. 1. de morb. mul.

Sanguinis detrahitio.

Aqua stillatitia:
Vina stillatitia.

Causa suffocationis
hysterica.

Sequamur ergo summum præceptorem, nec ageto utamur in hysterica suffocatione, minimè que omnium aceto scyllitico, quod acerrimum est, & idcirco maximam vterum lædendi vim habet: quamvis hoc ipsum ab Hollerio præscribatur. Debemus enim magis vereri de offensione partis affectæ, quàm aceti virtuti, ad contumaciam obstructentis humoris, confidere. Sed ut seminis copia inhibeat, virgo non vescatur piperatis, falsis, condimentis, non utatur vino generoso: sed parcè atque duriter vivat, lana & tela victum quærans, noctes addat operi: Aromatum vsus tutus non est, etiam si extinguant semen, quibus spumat sanguis ex qua spuma, nascitur semen. *Ruta viris semen minuit, mulieribus auget.*

Vomitus. Non video cur vomitum præscribat noster auctor, quo reuocatur sursum vterus.

Copstricta fasciis. Ut exprimatur deorsum venenata aura sicut epileptici qui appulsu venenatæ auræ simulatque præsentit, arctissimis vinculis constringunt sese; ferro candente aperiunt, vt excludatur illa aura venenata.

Cum suppressi sunt menses. In hac menstruorum suppressione tent in occulto, vsque ad secundum mensem: Deinde, cum hæc exitum non habeant, & noua materia succrescat, fit duplex hysterica suffocationis causa, nempe corruptio, & vinculorum vteri, à perenni materiæ affluxu, repletio atque conuulsio.

IN CAPVT LIX. DE VTERI præfocatione.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM ANNOTATIO.

Morborum vteri causa.

Vteri suffocatio ab Hippocrate dicta vsque ad p. 305.

Corruptio textus Hippocrati. Suffocationis causis quibus modis suffocatio accidat. Mors à suffocatione.

Suffocatio funesta & vitiis vteri.

Hactenus de materia muliebri diximus. Sequitur vt explicemus ea symptomata, quæ cadunt in partes mulierum naturales, hoc est, in vterum ipsum, vel ipsius vitio, vel materiæ quæ ad vterum illabatur ac influit, aut quæ in toto corpore continetur. Inter hæc symptomata principatum obtinet vteri suffocatio, quam nonnulli impropiè strangulationem vocant. Itaque Hippoc. aphor. lib. 5. *ὁ βροχλῶν* nominavit hoc symptoma *ὁ βροχλῶν πῶθ*, quasi dicat affecionem vteri. Neque enim *ὁ βροχλῶν* nomine intelligit quodlibet vteri symptoma, cum illius remedium sternutamentum esse dicat. Nam si fortè erysipelate, inflammatione, scirho, vlcere obsessus esset vterus, mulier salutariter non sternutaret, nec valetudinis commodo, sed damnis augeretur: Salutariter autem sternutat, quando vteri suffocatione laborat. Quinetiam idem Hippocrates in Coac. animaduert. aphorism. 367. eadem significatione *ὁ βροχλῶν* appellauit suffocationes quæ ab vtero fiunt, cum dixit: *ὁ βροχλῶν ἀποβῆσθαι δι' ἄνευ*, id est, *Qua in hysterica suffocatione incidunt conuulsiones sine febre* (legendum enim *ἀποβῆσθαι* non *ἀνεβῆσθαι*) *leues sunt & fugaces, & facile soluantur.* Est autem suffocatio omnis planè terrificata, qua propius à morte nihil abest. Ea fit multis modis. Primum sublato respirationis vsu, vt in syncope, maximè que in tempestate pestifera multi suffocati in puncto temporis intereunt. *Qui sæpe & multum exoluuntur sine causa manifesta, repente intereunt.* Homines *ἀποβῆσθαι* per extinctionem caloris natiui, & spiritus animalis infirmitatem, intereunt, & qui conualuerit Hippocrates vidit neminem. Quando igitur vel supprimitur necsar viuificum, id est spiritus, sanguis, & calor natiuus, vel exitum habere non potest propter obstructionem, vel tanta est eius paucitas, vt in habitum corporis diffundi non possit, vel dissipatur, homines moriuntur suffocatione. Deinde etiam multi suffocantur vitio instrumentorum respirationi dicatorum, mouentium quidem vt in apoplexia, excipientium vt in asthma, peripneumonia, pleuritide: deducentium verò, vt in vera synanche seu angina ab inflammatione laryngis, ob quam spiritus duci non potest,

potest, nec fulgore excludi. Est hæc suffocatio proprie *πῶθ*, id est, strangulatio dicitur. Vt paucis complectar agnouit noster Hippocrates aphor. 41. 42. & 43. lib. 2. *Tria morborum genera à quibus suffocati homines moriuntur, sublata ea actione, id est respiratione, per quam est vita, nempe apoplexiam, syncope, & anginam.* Existit itne ergo aliqua in vtero malè affecto causa, quæ tanta affectionis, vt potest suffocationis consecutionem afferre possit? Equidem id experientia satis est comprobatum, vt nulla demonstratione egeat, Galenus cap. 5. lib. 6. de partibus malè affectis, hanc affectionem *ἀποβῆσθαι*, id est, *respirationis ab vtero priuationem* dici debere, *πῶθ* verò, id est suffocationem impropiè vocari scribit, vbi de ea copiosissimè agit. Ego verò quantum animo complecti possum ex omni doctrina Hippocratis, reperio suffocationis hystericae duas esse omnino causas continentes; Vnam quidem impedimentum instrumenti respiratorij, alteram autem dissipationem vsus respirationis ad tempus. Et vt clarus dicam, omnis hysterica suffocatio fit aut impeditis respirationis instrumentis, aut sublato ad tempus respirationis vsu. Sed quomodo impediuntur respirandi instrumenta? Duobus modis, præsertim diaphragma. Primum quia vterus sursum trahitur contractione ligamentorum & vasorum spermaticorum, quæ nimia humoris abundantia distenta atque repleta, breuiora quàm ante fiunt, vt accidit à diuturna menstruorum suppressione. Hinc enim vterus per oppressionem diaphragmatis suffocationem facit non suo, sed vinculorum vitio. Sed & Auicennas agnouit nasci à frigida intemperie vteri, quæ per duplicem sympathiam, communicationem & operis societatem, & propagationem causæ morbificæ cor ipsum refrigerat, quo refrigerato tanta est caloris natiui paucitas, vt sola perspiratione contentus maneat. Illas causas Galenus & Auicennas agnouit. Secundo modo opprimitur ipsum diaphragma, quando vterus sua sponte mouetur ad hepar, eique adiacet, vt fruatur humore gratioso quem concupiscit. Quem motum Hippocrates non solum in vacuis aut viduis, sed etiam in grauidis agnouit lib. 1. *ὁ βροχλῶν* vbi sic philosophatur: Si mulier vidua iam multos in viduitate annos exegerit, & continentiam seruauit, parcè vixerit, si menstrua non illabantur, nec bene respondeant, in qualitate, copia, tempore & excernendi modo, vterus & sciccior fit, & leuior, & minor, & vt sitim inexplebilem expleat, si fieri possit, si fortè incidere alui profluuium, quo collabatur rectum intestinum, quo sustentatur. *μπερὶ τὸ πῶθ* quemadmodum *τὸς κοιλίης*, hepatis & lienis, hepar enim & lien suo loco continentur moderata alui repletione; collapsa, sunt *μπερὶ τὸ πῶθ*. Ergo si diarrhæa rectum intestinum collabatur, in illa *διρρηχία*, loci amplitudine vterus sitibundus suo defraudatus genio non irrigatus, nec femine virili, nec menstruali sanguine, quia nullus illabatur, in amplitudinem illam conuertitur, & inde cursum inflectit ad *ικμύλον*, ad fontem gratiosi humoris, & ei adiacet, & dum adiacet, oppressione diaphragmatis & partium respirationis inseruientium suffocationem facit, ac nisi quamprimum in pristinum locum deflectat, mulier suffocatur. Nam quod negat Galenus loco citato vterum sua sponte posse moueri, ignoscet mihi, certè malè sentit, & si liberè loqui liceat, aut non meminit illius loci, aut certè non intellexit. Non potest negare Hippocratis esse librum illum, quod ipse duobus locis testatur in aphor. *αἰπὸς*, inquit, *γῆρας*. Indicat id ipsum curatio & experientia, qua vitur Hippocrates lib. 1. *ὁ βροχλῶν*. Nam simulatque admoventur graueolentia naribus, olfacta rerum graueolentium locum extemplò mutat, & suaueolentium pessariorum suffitu, quæ sinui pudoris admoventur, ad quæ cursum inflectit. Nam si conuulsione moueretur, & alieni vitij causa, an causa illa tolleretur? Alexander Aphrod. probl. 46. necesse esse attenuare & præparare materiam, recreare spiritus, ipsam quoque vteri naturam recreare, & graueolentia contraria efficere. Materiam enim in crassam & contumaciorem reddunt, spiritus tetro odore perturbant & dissipant, vterique effætam naturam reddant. Non est igitur dubium, quin suffocatio accidat, cum vterus hepati adiacet. Nam est vterus hepatis *ἀποβῆσθαι*. Et quamquam Galeni opinio sit, quod omnis cibus & potus est *ἀποβῆσθαι* ventriculo; multum tamen interest inter cibi & potus repletionem & appulsu vteri, Nam aliena

Quid πῶθ. Tria morborum genera à quibus homines suffocati intereunt.

Suffocatio ab vtero.

Dua cause suffocationis hystericae.

Duobus modis impediuntur respirandi instrumenta.

Hippocratis dogma de suffocatione hysterica.

Galeni error de vteri motu. Vterum sua sponte posse moueri.

Alexandri Aphrodisi sententia de curatione hystericae suffocationis.

legendum ἀποβῆσθαι.

alieno in loco contineri bonis naturæ rebus non possunt. Itaque à cibus stomachum replentibus aut à foetu vterum distendente non fit suffocatio, quia hæc suo loco continentur, nec iis partibus quibus continentur, sunt *αεριοφυται*. Altera est suffocatio hysterica, quæ fit sublato aliquod ad tempus respirationis vsu. Unde tollitur? Quinam est vsus? Temperatio caloris qui in sinistro cordis ventriculo continetur, ad cuius vsus opportunitates tria instrumenta dicata sunt, mouentia, excipientia, deducentia, ad temperationem, nutritionem & expurgationem necitatis viuifici, quo partes omnes sunt viuaces. Si igitur dissipetur & exoluetur, si nullus respirationis vsus, nulla erit respirandi necessitas. Itaque aliquando refrigerantur mulieres, vt more serpentina, apum, scarabæorum sola *διαπνοή* *transpiratione*, contentæ viuunt ad tempus, adeo vt falsum sit illud theoremata: Quando quid viuunt respirat; sed verum est; quando quid respirat viuunt. Hæc autem affectio ab vtero contingit duabus de causis. Prior est menstruum pressoriam corruptio, quæ vterum refrigerat, & ex euentu totum corpus habitum, quia qualis est vterus, tale est vniuersum corpus. Hoc igitur supra modum refrigeratum in respirando non laborat, quia refrigeratione non eget, sed sola transpiratione contentum viuunt. Rarò tamen ab hac causa accidit suffocatio hysterica, tuncque tantum cum menstrua diutius suppressa fuerint: ita vt superueniente perenni nouæ materiæ succrescentis affluxu *αεριοφυται* non excludantur, sed corruptantur. Dixi id rarò accidere ex Gal. loco iam citato, quia sunt multæ virgines & viduæ menstruales, quæ tamen hystericae sunt, & multæ nuptæ non sunt hystericae, etiam si mensium suppressione laborent. Quomobrem sapius gignitur hysterica suffocatio à posteriore causa, quæ est seminis corruptio, viduis, iuuenibus, & libidinosis mulieribus familiaris, si viri complexu defraudentur. Est autem semen in vtero corruptum venenum in muliebri corpore genitum; quod calorem innatum ita dissoluit, vt ad eius temperationem respiratione nihil opus sit, sed per solam transpirationem superflus maneat. Itaque ab hac suffocatione multæ etiam pro mortuis elatae, quæ tamen adhuc viuunt, sola transpiratione contentæ. Sed vt est varia feminis muliebris corruptio, ita varia excitat symptomata. Primum in corde palpitationem parit, deinde syncopem, in alio cruditatem, in diaphragmate difficultatem spirandi, in ceruice quasi strangulationem, in cerebro epilepsiam, maniam, insaniam; in toto corporis habitu summam perfrigerationem. Multæ etiam quasi apoplecticæ concidunt: aliæ epilepticæ esse videntur ob conuulsiones illas, quas dixit Hippocrates in *Coac. animad.* esse momentaneas & fugaces, vt initio exposuimus, quoniam partes quæ conuellantur, suæ conuulsionis causam intra se non continent, & si tollatur hysterica suffocationis causa, nempe seminis corruptio, statim conuulsio cessabit. Varia igitur ab eadem causa excitantur symptomata. Etenim quemadmodum ab eodem vino si quatuor homines inebrientur, diuersa ebrietatis symptomata apparebunt, & sient, vt alij rideant; alij fleant, alij furoris perciti sint æstu, alij dormiant. Propterea in scholiis annotauit author noster de *D. de Roebepoz*, quam sæpe vnà cum eo, & sæpe solus vidi, quæ hysterica suffocatione laborabat, non concidebat, sed continenter flebat. De matre Samuelis legitur cum esset sterilis & precibus vellet à Deo obtinere vt filium conderet, vt flendi finem non faceret, summus Pontifex ebriam vocauit. Non sum, inquit, filia Helix. Itaque vt est peculiare temperamentum & partium excipientium complexio, sic variorum symptomatum adferunt consecutio ab eadem causa. Vt feruine nihil melius est vtero, ita corrupto nihil deterius: ac quemadmodum mulieres, sic & viri, inquit Galenus loco sæpe citato, ex retentione seminis in varia incidunt, grauiorque symptomata. Sed tamen idem scripsit comment. in lib. Epid. Venerem ad salubriter viuendum non esse viris necessariam (quod colligitur ex comment. ad sent. 4. sect. 3 lib. 3 Epid. sub finem.) Num ergo viris ad sanitatem tuendam esse necessarius Veneris vsus? Respondeo, illis ad salubriter viuendum Veneris vsu plurimum conferre: quibus maior pars succi alibilis illabitur ad partes generationi dicatas, & in semen conuertitur, vt minus superfit ad nutritionem corporis. Querit Theophrastus, quid causæ sit, quamobrem arbores exsuccæ, strigosa & rhagadiis obstitæ melius fructificent quam succulentæ, (Gal.

Respirationis vsu.

Respirationis instrumenta tripla.

Quomodo tollatur respiratio vsu.

Sola transpiratio hysterica mulieribus sufficit.

Vteri suffocatio à menstruum suppressione.

Suffocatio hysterica à seminis corruptione, & quibus sit familiaris.

Seminis corrupti calamitas, & quæ mala ab eo conuincant.

Ab eodem vino varia symptomata pro varia ebrietate naturæ. Historia.

Viris à retentione seminis quod id perianur.

Ad salubriter viuendum Veneris vsu sit viris.

licè, arbores de bello venue, quæ *δύσμοι*, quia *ζωή* est plantarum, *βίος* animalium, non simplex vita sed animalitas, hæc succulentas arbores nominamus *ουτά δύσμοι*, animalia *ζωά δύσμοι*. Querit ergo Theophrastus cur melius fructificent illæ strigosa arbores, sicut existunt multæ mulieres valde macilentæ, gibbosæ & gibbo antiquo & gibbo postico *κρησσοί, λερδαροί* laborant, quæ concipiunt, gerunt, pariant liberos præstantissima forma, vt videre est in illustrissima principe D. de Ferrare, quæ filiam habet formosissimam D. de Nemours, quas honoris causa nominatio: Rationem reddit Theophrastus. Idem est, inquit, succus nutritionis & generationis: & nutritio quædam generatio est, nec vlla nutritio, nisi generatio suscipiens vtro maior se conuerterit, inde aut generatio aut nutritio perfecta, & pars minor supererit ad nutritionem, si maior ad generationem secesserit & contrà: & quantum vni additur, tantum alteri detrahitur. Sic multæ mulieres macilentæ foecundissimæ esse possunt. Minimè autem necessaria Venus est illis viris, qui materiam spermaticam in nutritionem conuertunt, & ex ea sibi *εξω* comparant: Nec iis etiam qui in labore corporis vitam agunt, studiis literarum incumbunt, vinum bibunt dilutissimum & parca manu, denique tenuiter viuunt: Vtique enim sine vilo valetudinis incommodo Veneris vsu carere possunt. At mulier quæuis, quia in otio degit, & corpus habet *δυσδιασπαστο* si Venerem non exerceat, salubriter viuere nequit.

ANTON. VALETII EXERC. LIX.

Præfocatio ab vtero vehemens est totius corporis refrigeratio, cui causa continens vapor malignus ab vtero sublatus. Materia, ex qua effertur vapor, semen, vel menstruum, putre suppressum, mola, humores prauis, vteri abscessus. Pro magnitudine causæ, & partium vtero consentientium læsione varia insurgunt symptomata. Hinc ægra nonnunquam sensu & motu priuatur, sine euidenti respiratione & pulsu, alias illæsa ratione manente, animi deliquio concidit, & respirat difficulter, alias conuellantur haud aliter membra, atque in epilepsia. Paroxysmus primum tollendus: deinde, vt ne recurrat, prouidendum. Et quia vapor teter mali huius auctor sursum contendit, & vteri distensio à repletio vasis compressionem diaphragmatis, à qua præfocatio, molitur, vsurpanda sunt, quæ spiritum vitalem, animalémque vehementer moucant, atque vterum ipsum deorsum pellant. Itaque frictions sunt extremarum partium, plantarum pedum, manuum, ex sale gemmæ in aceto dissoluto, coxarum ligaturæ dolorificæ; cucurbitulæ inguini, illis, lumbis, pubi carnosæ tibiæ parti aptantur. Fumus rerum graueolentium naribus captus, expultricem facultatem stimulando præfenti est remedio. Vnde & sternutatoria è castoreo puluerato, aut helleboro, in nares indito, quam citissime opitulantur. Alio cocto & expresso additur tantillum aloes, eo imbuitur vmbilicus magno successu, quorundam opinione. His accedent propiora remedia, linimenta in collum vteri indita, si mulier virum iam sit experta, suffitus aromatum: si virgo sit. Linimentum erit ex olei mulchari & nardini ana ʒi. nuc. mosch. styrac. calaminth. & ligni aloes ana ʒ. ʒ. cera addita pauca. Suffitus ex pulueribus aromaticis, benzoini, calam. arom. maioran. & simil. in trochiscos ex aqua artemisæ compactis. Vbi, ægra paroxysmis liberata, cardiacis recreabitur: tum vero emplastrum de galbano cum pauco moscho vmbilico apponetur. Cæterum quia dæmonij hoc genus (vt dici solet) non nisi ieiunio multo eiicitur, viandus erit vsus ouorum, carniū, vini, & eorum quæ multum nutriunt, & semen augent.

Cur arbores exsuccæ fructificent melius succulentæ. Historia. Nutritionis & generationis idem succus. Quibus Venus non sit necessaria.

Hippoc. lib. 1. de morbis mulier. ad finem lib. de loc. in hom. & Gal. cap. 5. lib. 6. de loc. affect. Suffocationis hysterica curatio.

HOLLERIVS.

Ad Rhagadas. CAP. LX.

1. Vt ha partes
dehiscant per
inde ac callosa
Aquilonia tem
pestate manu.
2. Ad infringenda
sanctiacri
moniam, & vl
cus detergentu.
3. Vel unguento
diapompholigos
item ex cerussa,
pompholyge, ad
pe suislo & aqua
plantaginu.

RHAGADES vlcera sunt i ani & vteri deducta in fissuras. Sed alia humida & saniosa, alia callosa, nonnulla cancrofa & feruida. Saniosa primùm 2 ablues sero lactis, malfa: deinde consolidabis tetrapharmaco in rosaceo dissoluto, medicamentis è lithargyro 3 chalcitide, & metallis. Callosa remollies cæsypho humida, radice lilij, iride Illyrica, quam excipiet terebinthina. Alioqui vitellum oui assum cum lacte muliebri subactum impones. Vbi feruet & cancri suspicio.

℞. cerussa lothæ, tuthiæ præparatæ & pulueratæ partes æqual. misce. Aliud.

℞. succi portulacæ, lactucæ, plantaginis, psyllij, horum vnus 3.
3. Agitentur in plumbeo mortario pistillo plumbeo ad crassitudinem. Aliud.

Valebit etiam ceratum rosaceum Galeni cum succo solatri, vnguentum de cerussa, de plumbo, quibus tuthia lota & infriata commisceri debet.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

P Rhagades fissuræ, vel rimæ, quibus partes musculosæ veluti proscinduntur, vltima quandoque & manus ex vehementi frigore. Nascuntur ex difficili partu, & violento coitu: in ano ex vi aliqua. Aliquando in causa est humoris acris affluxus, aut condylomatatum inflammatio & distensio rupta cute. Hæc vlcera vel saniosa sunt, vel callosa, vel cancrofa.

Conueniunt, diapompholigos Nicolai mollitum liquido cerato rosaceo, vbi callus est, mucagine & adipibus emollientibus: si calor est, vitellus oui succus cancrorum, plantaginis, clymeni, vnguentum, de cerussa, de plumbo, lithargyro, & similia.

In caput. 60. nihil.

IN CAPVT LX. AD

RHAGADAS.

DVRETIENARRATIO.

Rhagades sunt vlcuscula quædam & velut fissuræ quædam, quales apparent tempestate aquilonia in pedibus & manibus, sicut in lue Venerea cernuntur. Sed hæc opem potius Chirurgicam exposcunt, quia aspectabilia & tractabilia sunt. Cætera vide apud auctorem.

ANT.

ANT. VALETII EXERC. LX.

HOLLERIVS.

De mola. CAP. LXL

MOLA cruditas quædam est, & i coagulatio materiæ, quæ naturalis calor conformare non potest, vixque 2 curatur. Utendum tamen est primùm quidem mollientibus, ex capite de scirrho: deinde iis, quæ partum ejiciunt, & fœtum mortuum excludunt, quales sunt trochisci de myrrha, hermodactyli, & alia eiusmodi. Deinde opus erit manu chirurgica: vt nonnunquam speculum matricis adhibetur.

*Rudior, indi
gestaque moles
in utero ex se
minis vitio, siue
effœtari, &
sanguinis men
strui largiore af
fluxu concepta.
Hippoc lib. de
Sierilibus.
2 Aristot. cap.
7. li. 4. de gener
animal.*

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

EA est naturæ providentia, vt calor opifex & formator eorum quæ generantur, nunquam sit otiosus, sed quamlibet materiam in opus aliquod miro artificio ducat, qualecunque tandem sit. Sic Aristoteles in putredine vermes generari scribit, cum humidum substantificum, in quo calor insitus est, dissoluitur, & extra, calore externo illectum, effluit. Tum enim calor in exitu, ne proprio subiecto deserto, intereat: quicquid est benignioris materiæ colligit, eamque effingit in animalculum aliquod, in quo conseruari queat, pro quantitate & qualitate illius materiæ, ex qua nihil maius efficere potest. Quod si eam quasi pro arbitrio tractare non possit, quia aut copiosior, aut minore copia, aut ex diuersis generibus constans, minusque sequax, monstrum generat, siquidem aliquid perfectius non licet. Sin inepta omnino sit, aut herbam, aut aliquid adhuc rudius efformabit, inducta quàm maxima fieri poterit, perfectione. Naturæ enim, quæ in perpetua indiuidui successione continuatur, longè satius est creare aliquid, quam nihil. Hoc idem nostra quidem sententia in vtero generationi à natura destinato fit, à spiritu illo gignituo & calore, quem non sine ratione sui domicilij architectum veteres philosophi appellarunt. Materiam enim conuenientem & tractabilem si repererit ex vtriusque sexus semine, fœtum pulcherrimum ad vtriusque exemplar diuinitus fabricatur, aut vni magis, quam alteri similem, pro ratione materiæ & viribus imaginatricis facultatis, tanquam optimi moderatores. Si verò ipse imbecillior sit, materia autem subiecta qualitate, quantitate, consistentia, aut mixtione alicuius extranei, vt sanguinis crassi, aut alterius succi vitiosius ineptior ad tantam perfectionem, aliquid tamen, ne nihil, generat, sicut

KK ij

animatum, siue rude & expers vitæ. Vidimus mulierem, quæ cum nouem mensium spatio vterum gestasset, omnibus, quæ in legitimo partu euenire solent, mirificè respondentibus, tandem nihil aliud præter animalia quædam ranis haud absimilia cum multis purgationibus cruentis & corruptis in lucem edidit: aliam, cui carneæ moles informis exiit cum foetu veluti superfœtatione quadam.

F. Valeriola multas protulit & admirandas in huiusmodi partibus observationes, maximèque curationem de mola, cui partus quatuor mensium erat alligatus, cum ipsa iam pro vtero foetu nouem menses in vtero lactitasset. Qui quia materiam hanc copiosissimè & doctissimè tractat, longiori demonstrationi supersedendum putamus, summam generationis tantùm complexi.

Mola sine coitu non concipitur.

Primum carnem informem, & tanquam exiguum quoddam chaos non eodem modo, quo vermes, in vtero generari à calore tantùm coequentem, & humore crasso ac viscido, sed ex semine & viri, & mulieris efformari à spiritu illo gignitui, indicio sunt membranæ, quibus aliquando integitur, ligamenta, superfœtatio foetu alligato, incrementum, motus quidam tremulus cum tumore vteri. Quæ omnia concepti foetus speciem per initia exhibent. Neque vniquam quisquam sine coitu concipi obseruauit. Causa igitur efficiens erit spiritus ille, qui opificis vices gerit: materia, semen cum multo crasso & spisso sanguine menstruo concreto & indurato: vel (vt ait Hippocrates lib. de Sterilibus) morbosum semen viri & modicum, cum mensium copia: forma, modò perfectior & animata (nam & animalia illa speciem quandam molæ, quòd eodem modo, illudè que de causis generentur, esse putamus) modò rudior & expers vitæ; licet augeatur & increseat.

Galenus scribit foetum ita informari in vtero, vt primum viuat tãquam planta: deinde vt brutum: postremò vt homo: non quòd tot simul formæ in homine contineantur, tanquam Geryone quodam, sed quia cum quatuor sint naturæ perfectiones, esse nimirum, vt in elementis: viuere, vt in plantis, sentire vt in animalibus, & intelligere, vt in homine, posteriores prioribus continentur, vt numeri minores maioribus. Vt enim vnitas non est binarius, neque binarius est ternarius: binarius tamen continet vnitatem, & ternarius binarium: ita quod essentiam duntaxat habet, necesse non est vt viuat, neque quod viuuit, vt sentiat, aut quod sentiat, intelligat. Quod tamen intelligit & sentit vt homo, necessariò & in rerum natura coheret, & viuuit. Atque hæc vera ratio est cur veteribus homo *μητέρας* dicatur. Eius enim forma cæterarum omnium perfectionem complectitur, siquidem essentiam cum elementis, vitam cum plantis, sensum cum animalibus, intelligentiam cum formis diuinis habet communem. Cum igitur natura ita progreditur, non vt ex specie aliam speciem procreet, vt ex planta hominem, sed formam perficiat gradatim ascendendo, haud absurdum fortasse fuerit, neque à Galeni sententia alienum in hac portentosa generatione idem fieri. Primum enim rudis, quædam moles gignitur, in qua si natura vitio materiæ, quasi in itinere, intercipiatur, consistit, neque aliud quicquam addit. Sin vterius nullo vitio repugnante progreditur, paulatim perficit, vt iam videatur stipes, deinde animal. Cuius pro materiæ quantitate & temperamento variè figura immutatur, & corporis effigies. Hinc fortasse ex molis aliæ rudiores, aliæ propius ad legitimum foetum accedentes, aliæ variis animalium imperfectorum figuris effictæ conspiciuntur. Finis autem semper est generatio humanæ naturæ, ad quam perfectionem diuina facultas corporis nostri architectatrix, vteri vitio, colluue humorum, materiæ ineptitudine, & caloris imbecillitate præpedita, peruenire non potuit, nonnunquam etiam alterato optimo semine ab aëre externo, aut vteri intemperie, vt frigore. Locus generationis huius præter vterum nullus est. Tempus & reliqua ferè omnia, vt in legitimo partu. Hinc fit, vt in principio à vero partu distingui non possit. Menses supprimuntur, vterus extollitur, nausea & vomitiones incurrunt, motus in vtero tremulus percipitur, siue sit à mola, siue ab vtero veluti inutile pondus excutere contendente. Quòd si animatum sit, quicquid illud est, difficilius adhuc internoscitur. Certissima signa sunt, primum si tempus legitimi partus excesserit. Nam aliquando gestatur mola decem, duodecim

Homo cur μητέρας dicatur.

Mola concepta certissima signa.

duodecim & plures menses: aliquando toto vitæ spatio, sæpe foras expellitur primis mensibus. Deinde si motus instar lapidis percipiatur à latere in latus, non qualis inest foetui, qui calcitrat circumuoluitur, neque eo tempore, vt mense 3. in maribus, 4. in foeminis. Præterea sanguis menstruus, qui in vterum delabitur, in alimentum non ita absorbetur, sed corrumpitur, vnde vterum peius affici necesse est, & per consensum corpus vniuersum. Hinc ventris tumor maior & tensio, color foedior, appetentia magis deiecta, grauitas difficilior, quàm in vera imprægnatione. Sed nihil adhuc certius, quàm si mammæ tumeant sine lacte. Si initio deprehendatur, non expectandum tempus partus. Sic enim sæpe incurabilis est, aut onere grauata naturam propulsatur, sed exeundo interficit, aut dolores acerbissimos, symptomataque periculosa inuehit. Quibus Perpiniani visa est mulier nobilis interuisse, cum molam gestasset duodecim mensibus.

Curatur sanguinis missione, laxatis partibus fotu, medicamentis aperientibus, & iis omnibus, quæ abortum prouocant. Alioqui Chirurgia est opus, videndumque an insideat ori vteri, an superiore parte, vel ad latera, vt remedia adaptes. Si vel ante, vel post veram imprægnationem oriatur, foetum necat.

IN CAPVT LXI. DE MOLA.

DVRETI ENARRATIO.

DE mola.] Vulgò dicta non propriè, sed sic sanè nominatur. Satis enim est si molæ ipsius naturam intelligamus, quam pauci intellexerunt, si Hippocratem & Aristotelem exceperis, & Paulus Aegineta malè illam de finiuit, Tumorem in scirrhum induratum: Nam mola nihil habet scirrhii.

Pauli Aegineta error de mola. Quid mola eius causa.

Mola.] Hoc est carneæ moles nullis distincta partibus, ex crudo humore & imbecillo semine in muliebri vtero concepta. Hæc enim *ἐκ συστάσεως ἰνυραίου*, id est ex humore qui non facillè coquitur, complexionem suam habet, vt ait Aristoteles cap. 7. lib. 4. de generat. animal. Quem locum ex Hippocratis libris *ἀπὸ γυναικῶν*, desumpsit, vbi omnis molæ natura & causa explicatur. Dixi autem molem carneam nullis distinctam partibus, propterea quod tota mola est *ἰσομήρης*, id est, similis. Non enim vt in animalibus vnaquæque pars suam habet *ἑσπερίαν*, id est, propriam circumscriptionem, à qua *ἴσθι*, id est, vnum dicitur sciri & totum animal. Non sic, inquam, mola in plures partes diuisa, eius pars quæque, seu frustum vnius nomen recipiet, vt etiam mola vocetur, sed sola mola tota vnum dici poterit, quia sola propria habet circumscriptionem, non autem eius frusta, quippe quæ sunt corporis similis partes.

Tota mola ἰσομήρης.

Mola cruditas quædam est.] Altera scilicet cruditatis seu *ἀσπίας* species, quam Aristoteles *μολυσσι* vocat; estque *μολυσσι* nihil aliud, quàm cessatio & quies rei celeriter primùm mutata & mota; Deinde verò refrigerata: vel est interceptio caloris & repentini motus frigoris superuentu.

Mola cruditas altera species. Μολυσσις quid.

Quam naturalis calor.] Quia menstrualis materia ante typosim illabitur, aut in vtero natat.

Vixque curatur.] Præsertim viuens: Nam mortua quam vterus suo complexu non fouet, cum sanguinis profluuiò sæpe paulò post excluditur.

Mollientibus ex capite de scirrho.] Scirrhus tamen non est, nec omnino conueniunt mollientia.

IN CAP. LXI. DE MOLA.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

Quemadmodum in terræ frugibus & arborum baccis ex inchoata maturitate, aquilonia tempestate, & frigoris appulsi, niuis, venti, pruinae fit repentina cruditas, quam veteres *μολώσις* nominarunt. Sic in mulierum vtero loco embryonis, qui est verus vteri fructus, qui que maturitatem & perfectionem consequitur, virtute ignis, hoc est, spiritus proficisci, & bonitate aquæ, seu spermaticæ materię, in qua spiritus ille continetur, qui propagatione & distinctione membrorum perfectionem consequitur, quoniam semen habet *πρωτογενή*, vim prolificam, quæ sui ipsius domicilij est architecta: Loco, inquam embryonis sit *μολώσις*, quam *ἀσπίς* seu cruditatis alteram speciem facit Aristoteles cap. 2. lib. 2. Meteor. Interpretres quidam inquisitionem vocant & infectionem, sed malè. Doctissimus vir Julius Scaliger in lib. 5. Theophrasti, de causis plantarum verè dixit *μολώσις* cruditatem esse quæ superuenit inchoatæ coctioni, fitque frigore non à calore. Hic tamen non legerat descriptiones duas seu acceptiones nominis huius *μολώσις*, quæ sunt apud Hippocratem, prior est initio sect. 2. lib. 2. Epid. in historia fratris vxoris Aristæi, vbi ait: Hinc post crism sequenti die abortivam esse parotidem ad aurem sinistram, postridie ad dextram, sed hęc minorem & insuper tepefcentem. Deinde subiungit: *ταυτὰ (οὐδ' ἄρ' ἔστιν) κριπύων. Ἐν κριπύων ἀπὸ τῆς ἄσπιδος*, id est, hi tumores in sua cruditate manserunt omnia pepasini expertes, & non supputauerunt. Hic *κριπύων* hoc verbo *μολώσις* vsus est parotides crudas significans. Sic enim hunc locum explicat Galenus ad finem commentarij ad part. penult. sect. 2. lib. 6. Epid. vbi ait verbum illud *κριπύων* *ἔστιν* indicare id quod à celeri motu transmutationeque definit ac refrigeratur. Alter Hippocratis locus est in hac particula lib. 6. Epid. proximè citata, in qua Hippocrates de mare in vtero concepto loquens, vt interpretatur Galenus; ait illum citius, quàm foeminam concrefcere atque constitui, hoc est typosim assequi & motum atque perfectionem suarum partium. Nam ante demonstratum est typosim maris fieri intra 35. diem grauiditatis, foeminæ verò intra 45. tantum, & illum septimo mense perfectum in lucem edi posse, hanc verò non ante nonum mensem: Præterea marem moueri tertio mense, foeminam verò quarto. At vbi ex vtero prodijt in lucem *ἐμολύθη*, inquit Hippocrates, hoc est, non inquinatus est, vt vertit interpres, sed cessat & quiescit ab eo celeri motu, videturque quasi prohiberi incrementis: quemadmodum accidit grossis, id est, sicubus immaturis, quæ superueniente frigore recrudescunt & corrumpuntur, nec amplius maturefcunt. Atque hoc loco *μολώσις* nomine *ἐκφυλάς*, id est improprie vsus est Hippocrates. Nam crescunt etiam mares cum nati sunt non minus quàm foeminæ. Sed foeminæ celerius atque adolefcunt, & celerius quoque crescere desinunt, vtpote anno vicefimo. Mares verò vt non ita celeriter augentur incrementis, ita ferius etiam crescunt, nempe ad annum vsque ad annum vsque 25. Cuius rei causam exponit Galen. ad illam part. penult. sect. 2. lib. 6. Ergo *μολώσις* seu cruditas, quæ inchoatæ coctioni superuenit in vtero muliebri facit molam, hoc est, carneæ molis pro foetu conceptionem, quæ tamen *κριπύων* nomen molæ sortita est. Nam mola Græcis *μολή* proprie significat lapidem pistrinariū durum, quo semina cerealia in pistrino teruntur. Inde etiam per similitudinem molares dentes dicuntur. Et rotula genu ab anatomicis mola quoque appellatur. Ad nullum horum mola vteri refert. Ideo Aristoteles ac summus præceptor Hippocrates ante illum hac dictione molæ non tanquam propria vsi sunt, sed tanquam vulgo recepta & vsurpata, propterea quoque quoties de mola locuti sunt *μολάου καὶ οὐρίδου*, hoc est, molam sic dictam appellarunt. Quoties apud Hippocratem & Ari-

Quid μολώσις in terra frugibus & arborum baccis & mulierum vtero. Embryonis natura. μολώσις ἀπὸ τῆς ἀσπίδος species. Quid μολώσις ex Scaligero. μολώσις duas apud Hippocratem significatio nes.

Tempus typosim maris & foeminæ.

Foemina celerius quàm mares crescunt. Foemina celerius crescere desinunt quàm mares.

Quid mala eius causa. Observatio in Hi pocrati & Aristotele lib. 2. Epid. 2.

stolem *καλοῦσθαι* legetis, scitote non esse propriam rei significationem, sed improprie & vulgò sic dici. Huius duæ sunt omnino causæ: Imbecillitas facultatis conformantis, *ἢ ἢ ἀφορμῆς*, causæ efficientis, quæ semini insita est, & nimia humoris abundantia, qua semen prolificum diluitur ita vt mola sterilitatis quædam sit species: ea scilicet quæ accidit per *ἔκτοθυσίαν*, id est frustrationem inchoati operis, factus nempe quem inceptum natura perficere nequit. Etenim vt in viro sic & in muliere quatuor omnino sterilitatis causæ existunt. Prima quia semen virile mulier non excipit: secunda, quia exceptum non concepit, vt in mola: tertia, quia foetum conceptum & suis expletum partibus alere & fouere non potest, nec commeatum nutritioni suppeditare: quarta, quia gerendo foetui non sufficit. Quatuor quoque in viris reperiuntur sterilitatis causæ: Inopia materiæ spermaticæ: *ἔκτοθυσία* impotentia spermatis, eius obstructio, imbecillitas pudendi non subeuntis sinum pudoris ipsius mulieris. Hydropici *δύστροκος* sunt infœcundum, quod affert quandam titillationem, ac vt ita dicam, catulitionem, & orgasmum excitatur ad exitum, vt testium secernitur, & conficitur sperma, quod generatur ab homine, non autem sperma hominem gignit, neque spermate generamus, sed spermate conficimur. Ac mola quidem fit omnis impotentia feminis vel per se, vel ex euentu: per se quando virile semen est sua natura debile, pauci, morbidum, aqueum, vt eius facultas conformans (quam Græci *ἀφορμῆς* nominant, Hippocrates ignem appellat) seu anima vegetatrix non sit potens materiæ & propter imbecillitatem domicilium suum, vt ita dicam cum Hippocrate, architectari non possit. Etenim animatum esse semen viri prolificum, Hippocratis, Platonis, & Aristoteles auctoritate satis comprobatum est. Anima autem feminis est vegetatiua, quam ex se genuit corpus humani anima, sine mutilatione aut immutatione sui, quemadmodum è flamma accenditur candela sine iactura prioris flammæ. Ab hac anima habet semen, vt fit animal potentia, nec aliter à corpore differat, quam distinctionis partium. Itaque vir cum dat operam liberis, non gignit, sed id quod immittit, in locum succedit eius, quod post hac futurum est. Et cum mulier ita purgata fuerit, vt nihil desiderari possit, multas habet opportunitates excipiendi, concipiendi, fouendi, & nutriendi, quas ante non habebat. Primum expleri & repleti concupiscit, vt vir depleat: vir ad mulierem, mulier ad virum vtram affectat catulita, vir vt depleatur, mulier vt expleatur. Et si mulier liberis operam dederit & cum voluptate & gauifio couerit, semen recto excipit, exceptum retinet: Nam cotyledones sunt aperti & in osculo vteri est quasi *πύλη*. Itaque si semen virile illabitur in vterum, & si sic exceptum fuerit, vt fruatur semine muliebri, vt non elabatur ante septimum diem, aut si exceptum non corrumpatur, sit conceptio, & typosis perficitur, maris 35. die, foeminæ 45. Neque enim aliud est nostri corporis generatio, quàm facultatis in actum emersio, vt in illa id quod erat fiat quomodo non erat. Nam quod semen potestate tantum homo erat postea actu fit homo. Ac primum quidem fructur vita phytica, quæ plantarum est, deinde animalitatem ipsam, tandemque immortalitatem & rationis participem accipit. Quæ ita intelligenda sunt, si modò facultas conformans satis fit potens, nec suo opere frustreretur & nutritu conferueretur. Nam eiusdem *ἀδωρμία* & imbecillitas, vt iam diximus, prima causa est molæ in vtero pro foetu generandæ, altera causa est quando semen vtero exceptum per se quidem est prolificum, sed ex euentu redditur infœcundum. Hoc autem accidit si mulier cum viro rem habeat, appetente menstrualij purgatione aut eadem inchoata. Tunc enim semen quod excepit quantumuis sanum atque prolificum diluitur, obruiturque nimia sanguinis in vteram prolabentis abundantia, cuius potens esse nequit, nec inchoatæ generationi colophonem apponere. Nam ante 35. aut 45. diem conceptionis semen virile conceptum affluxu sanguinis nihil operus habet, sed muliebri semine pro alimento fruitur. Ideoque bene consulunt sapientes medici vt mulier cum viro societatem ineat non appetentibus, aut iam fluentibus mensuris, sed potius affectis, non autem omnino perfectis. Quoniam dum menses fluere desinunt, multas habebit mulier ad concipiendum opportunitates, de quibus diximus lib. 1. de mul. morb. Nec semen quod continuerit,

Mola de causa.

Quatuor sterilitatis causa in viris & mulieribus.

Spermatij generatio.

Impotentia feminis causa.

Semen animatum & unde eum anima.

Conceptionis ratio.

Quomodo semen per se prolificum, ex euentu diluitur infœcundum.

Mola vel sanus debilis & morbidus generatio.

stolelem.

humoris copia impediatur quominus sua facultate perfectum conformet foetum. At si libidinosus vir, si ebriosus, si *υεογαμ* aut *φινδραμ* cum salaci muliere rem habuerit dum ei menstrua feruntur, aut ferri incipiunt, vel foetum debilem gignent, morbidum, minutulum, vel molam tantum procreabunt. Et hæc quidem duæ sunt molæ causæ de quibus leges Hippocratem in lib. *αει γυναικων*, & lib. *αει φροσ*, in quem ex lib. primo *αει γυναικειαν* locus ipse de mola ab aliquo translatus est. De mola quoque disputat Aristoteles cap. 7. li. 4. de animal. procreatione. Galenus etiam mentionem molæ facit c. 7. li. 14. de usu part. ubi post Hipp. & Aristotelem statuit non generari molam sine viri complexu: vt inde pateat falsum esse quod scripsit Albericus Magnus & alij quidam dicunt. Si in somnis Venereis mulier semen suum in vteri capacitate effundat, nec postea effluat, ex eo molam procreari. Semen mulieris non habet *αφροδιω* per cuius *υποουχια* mola possit concipi. Non ergo fit mola in vtero muliebri nisi cum eo exceptum semen virile vel infirmius fuerit, vel nimia humiditate obrutum. Nec verò in vtero uillo, vaccino, caprino, equino, aut alio quouis mola generatur, sed in muliebri solum. Fabulosum enim est quod de vrsa dicitur, illam scilicet molam parere, & eam lambendo foetum perficere. Cur autem sola mulier inter fœminas molam in vtero concipiat, rationem reddit Aristoteles loco citato. Quia sola mulier hysterica est, hoc est, hysterice suffocationi obnoxia, & quia maxime omnium, vt ille loquitur *αλειονες αιει πας υδραρσεις*, id est abundat menstruali purgatione. Hęc enim cæteris animantibus aut nulla est, aut parciore, quoniam illis materia superflua abijt in pilos, vngues & cornua, *εν δυοσπητι ικυσει ο υαυς αταυ: εκ στυβρου γενεαταις*. *do, inquit, humore conceptio mola, id est, molis carneæ suam habet complexionem.* Ibidem verò scribit Aristoteles molam & si quid imperfectum est, vt pote *υποουχια* seu frustrato operis inchoati, id est incepti foetus, non esse tamen omnino *αλλοθεν παιδ*, hoc est alienam vteri passionem, qualis est scirrhus atque carcinoma. Etenim secundum foetum, qui vtero est *υποσφουριται* nihil ipsi *υποσφουριται*, & confociale potest esse præter molam: Cuius etiam licet non eodem modo vt foetus, complexu gaudet vterus & quam suo sinu sæpe fouet multos annos, nonnullis quoque *συγκραται μεσαις η συγκραταισθηκες*, confenescit atque comoritur, sicuti testatur Aristoteles, & nos ipsi superiore ætate obseruauimus in muliere quadam, quæ peripneumonica interijt. Hęc vidua fuerat quindecim annos, semperque perspectæ pudicitia: toto eo tempore vsque ad vltimum vitæ diem molam gestauerat. Sæpe ipsi medicinam feci. Et cum intellexissem eius mortuæ corpus dissectum fuisse, domum adijt ac reperi molam ab vtero extractam, quæ in rotundum patebat tres pedes & aliquot digitos, in altum pedem vnum. Erat carneæ, sed intus alba & cartilaginea, tota solida & succi plena, vt quæ per venas vteri *ζαλω*, id est vitam phyticam semper habuerat (*ζωη* enim plantarum est propria, vt *βι* animalium ex Theophrasto) adeò, inquam, solida erat illa mola, vt acutissima nouacula vix disseccari potuerit. Sic ergo mola vtero confocialis est, vt non modò ad tres aut quatuor annos, vt commemorat Aristoteles. Verum etiam ad quindecim vsque vt exemplo probauimus, nec non vsque ad interitum eam suo complexu foueat. Atque hoc quidem de vno molæ genere intelligi debet, non de omni. Molam enim duplicem fecit Hippocrates. Vnam viuentem, de cuius cum vtero confociale hætenus dictum est: alteram mortuam, quæ bonis mulieris rebus diu in vtero stabulari non potest. Nisi enim paulo postquã mortua est, vteri virtute excludatur, mulierem ipsam ad exitium præcipitabit, quoniam, vt sæpe docuimus ex Hippocrate lib. de vuln. cap. & ex Arist. lib. 7. Metaphys. Omne viuens impatiens consortis mortui esse solet. Itaque in excludenda mortua illa mola multum laborabit mulier, nec conquiescet quo vsque eam excluderit, quod cum sanguinis profluuio fieri solet. Et si mola defungi hac ratione non possit, inde interibit, vt à retentis post partum secundinis accidit. Signa molæ in vtero conceptæ hæc sunt: Vnum quidem certissimum, vt ait summus præceptor, meteorismus abdominis hystericus cum *αυμησις* rei conceptæ post tertium aut quartum mensem. Meteorismus autè abdominalis est multiplex. Vnushypochondriacus, vt à tumore hepatis & lienis, qualis ferè hæmorrhagiæ tollitur & curatur: alter hypogastricus, ab umbilico ad pubem, in quo hæ partes aspectabili

Quibus in locis Hippocrates & Aristoteles de mola agant, & Galenus. Mola non generatur sine viri complexu. Alberici Magni error. Semen mulieris non habet αφροδιω. In soliu mulieris vtero mola generatur. Sola mulier inter fœminas mola habet vel copiosiora. Pilorum, vnguium & cornuum in brutis generatis. Mola non est vteri αλλοθεν παιδ. Mola vtero secundum foetum confocialis. Historia. Mola duplex a pud Hippocrate. Mola viuens. Mola mortua. Signa mola in vtero conceptæ. Meteorismus abdominis multiplex. Hypochondriacus. Hypogastricus.


aspectabili œdemate tument: tertius est hystericus, & hic varius, quidam enim est toto genere contra naturam, vt in hydro vteri, alius est secundum naturam, nēpe in conceptione factus, qui vtero est maxime confocialis: inter vtrumque mediū est, qui à mola meteorismus, quoniam hæc non est profus ab vtero aliena, sed etiam quodammodo confocialis. Atque hic postremus vteri meteorismus est anodynus, nec terrificorum symptomatum consecutionem affert, & hoc minus laborat mulier quàm alio quouis meteorismo, si grauiditatem exceperis. Eo aucto supra tertium aut quartum mensem rudis indigestaque moles in vtero genita sponte sua non mouetur, sed suo tantum pondere in alterutrum latus procumbit, in quod scilicet ipsa mulier se verterit. Hoc enim facile à cætu distinguitur, qui exactis tribus aut quatuor grauiditatis mensibus suapte sponte moueri incipit. Itaque pronunciauit Hippocrates certissimum esse molæ procreatæ argumentum, si conceptus tertio aut quarto mense aliena tantum, non sua sponte in vtero motum suscipiat. Aliud signum est tumor mammarum, quæ turgēt quidem, sed sine lacte. Nonnulla quoque signa peti possunt ex iis quæ facit caloris diminutio. Nam vt in vera grauiditate mulier habet amplificationem caloris, sic in mola tantumdem refrigeratur. Quæ causa est vt mola ipsa sit valde dura atque compacta, quoniam scilicet non calore, sed à frigore seu caloris innati paupertate nata est. Frigus enim vt cruditatis, sic & duritiæ causa existit. Sed vt molæ naturam melius intelligas, lege primam doctissimi Valeriolæ obseruationem, in qua agit de mola vxoris suæ cum superfœtatione coniuncta. *Qv o d* ad curationem attinet, viuens molæ difficilis curatio atque exclusio, præsertim si illa in vetustatem incidit. Si enim mulier duodecim menses in mola exegerit, vix vniquam curationem recipit, multòque minus si eam ad tres, quatuor, aut plures annos in vtero gestauerit. Ratio est quoniam exclusio molæ sola vteri cōtentione suscipitur. Non enim moles hæc rotunda & ampla, iners & ignaua ad lucem viâ affectat, sicut foetus qui suo conatu vterum in partu magnopere iuuat, quia frigidam auram captare desiderat. Mola igitur quæ in vtero viuuit, non alibi, nunquam ad ærem cursum inflectit, sed sola vteri virtute & collectione excluditur si excludi potest: nam hoc opus, hic labor est. Quæ enim tanta esse potest osculi & cervicis vteri amplificatione, vt per eam excludatur mola, præsertim vetus, quæ nonnunquam magnitudine sua caput humanum superat. Necare eam oportet, aiunt. At ego non video, quibus artibus necari possit sine vitæ mulieris discrimine, & si aliqua ratione enecata fuerit, non tamen facile erit ipsam enecatam excludi, sicuti nec viuam, vt antea demonstratum est. Præstat ergo eam viuere quæ necari, sed excludi non posse. Et cum in vetustatem magnam incidit, nolite curationem adhibere, nisi forte in symptomatum correctionem incumbatis. Mulier tamen illa mola defungetur, si illa per se moriatur & frustulatum dissoluatur, cumq; moderato sanguinis profluuio excernatur, vt scripsit Hippocrates. Quod si medicus intra quartum aut sextum mensem propriis signis iam patefactis dignouerit molam in vtero esse conceptam, aliquid opis & præsidij mulieri afferre poterit ad molæ exclusionem, si primo quoque tempore det operam, vt mulier ipsa sit aluo libera & clysteribus loci amplitudinem comparet; collapsio per vacationem recto intestino: denique infessu vtatur, seu semicupio ex decocto herbarum & radicum emollientium cum discutientibus quibusdam: Emollientia erunt malua, parietaria, radix althææ, femina lini, fenugreci. Discutientia verò chamæmelum misce rad. aristolochiæ longæ præsertim. Ab hoc infessu & fortu adhibenda sunt emplastra ex emplastro de melilo. rad. bryon. lilior. alth. aristoloch. longæ cum adipe asfer. &c. Hipp. lib. de steril. testiculos castoreos, aut diætammum creticum è vino bibendum præscribit: Nos verò solemus exhibere hieram simplicem Galeni, vel hieram Logadij cum portione castorei excepta matricariæ aqua, in qua infusi sint agarici & ij. aliis quoque catharticis, cucurbitulis sternutatoris, molæ exclusionem molimur. Præter hæc chirurgia opus est. Speculo matricis aperiat os vteri, & si fieri possit frustulatum mola excerpatur, quæ si sic excludatur, spem affert salutis, sin minus sinistri iudicij metum affert, & timendum est. Integra vix vnaquam excluditur, siue viuæ, siue mortuæ fuerit.

Hystericum meteorismus vteri à mola anodynu. Meteorismus vteri à mola anodynu. Fœtus à mola distinctio. Tumor mammarum sine lacte, mola signum. Mola à caloris innati paupertate nata. Valeriolæ obseruatio de mola. Mola viuens curatio difficilis. Exclusio mola sola vteri contentione suscipitur. Fœtus exclusio. Mola viuens non est necanda. Mola curatio à natura. Remedia ad mola curationem à medico præferenda. Clysteres. Anjesim, semicupium. Emplastra. Potio. Chirurgia ad mola curationem opus est.

ANTON. VALETII EXERC. LXI.

Gal. li. 14. de usu
pari.

PAuco semine eoque morbofo, aut multum sanguinem menstruum concedente, progignitur mola. Calor enim in illo debilis efficit, vt formatrix facultas eam materiam effingere non possit, vnde manet rudis quædam caro, quæ per suas venas non secus alitur, ac fœtus. Sed certis quibusdam signis ex Hollerio facile ediscendis internoscitur. Curationem autem recipit menstrua prouocantibus medicamentis.



HOLLERIVS.

De Hernia. CAP. LXII.

Ut ad diagnosis prognosim & curationem hernia.



VÆ I ad hanc rem pertinent, plurima cap. 18. & sequentibus libri 7. Cornelij Celsi. Multa quoque apud Paulum & Aëtium.

Cæterum vinculum quoddam membranofum, est vtrinque ab inguinibus procedens, in peritonæum exportatum, cuius robore peritonæum confirmatur. Atque hinc omentum & intestina. Relaxatum herniam facit, descenditque plus, minùsve intestinum & omentum, aliquando in inguina, nonnunquam in scrotum, vnde nomina enterocæle & epiplocele.

2 Labore, ictu, casu.
3 Leue, distribu noni chylis & secretioni stercoreis dicatum, quod a suo mesarao diuulsim descendit. Quamobrem enterocæle ferè fit cæci intestini prolapsu, quæ nihil aliud est, quam apophysis quadam cum mesenterio navi nê connexa. Et propterea absolute in estimum dicitur. Comm in sent. 3. sect. 4. lib. 6. Epid.

Intestinum descendit, intestinumque in scroto conuoluitur. Supprimuntur fæces, regurgitantque in ventrem. Testiculus erythroïde tunica vestitur. Post hanc verò adnata est *σάπρος*. In superficiem extenditur folliculus genitalis, quod *κόρυον* Græci, scrotum Latini vocant.

Inter erythroïdem & darton, & inter testiculum & erythroïdem, aut etiam in scroto, aquosa fanies, aut aqua colligitur, vnde hydrocæle. Nonnunquam soli flatus herniam repræsentant. Id recens natas puerulis sæpe contingit, facillèque discutitur. Varicosus rames, sarcocele, testiculorùm inflammatio, tumor & similia extra rationem herniæ sunt.

Aquosa & ventosa hernia remediis curantur, quæ descripta sunt in ascite & tympanite. In aquosa peculiariter laudatur emplastrum factum è recenti stercore vaccino & tertia parte pulueris boli armenæ, vel sang. draconis. Laudatur & semuncia pulueris è cremata radice brassicæ. Puluis is incorporetur adipe suillo vetere. Ad enterocælem & epiplocelem multa remedia sunt medica, tum quæ per os sumuntur, tum quæ apponuntur. Sed in primis habenda ratio, vt quod decidit, reponatur. Quies ad multos dies imperetur: molli lecto decumbant, pro ratione corporis, abstineant clamoribus. Et in 4 egerendo manum apprimant pubi & scroto, ne quid recidat.

Dat. Fasciæ seu loculamenta scroti ex panniculis comparentur, sed ita compactis, vt solida sint. Optimumque fuerit materiam eiusmodi fasciarum adstringentem materiam primùm imbibisse. Possunt & ex ligno, ferro, aut alioqui solidiore materia confici, sed ita vt interiori parte, qua scrotum contingant & inguina, molliori corpore inducantur. Laudatur succus iacææ 5 vtriusque. Datur singulis diebus manè, quantum testa oui capiat, cum modico vini albi. Ex eodem succo depurato iulepi & syrapi comparari possunt.

5 Præsertim tamen alba.

Laudatur pul. & succus radicis consolidæ maioris, ruci, osmundæ regalis, sigilli Salomonis, panis cuculi, radicis valerianæ. Pulueris ʒ. j. datur pueris in lacte cocto, addito oui vitello, aut ex solo oui vitello. Succis utemur, vt succo iacææ, eodem modo, semthlaspi, vermibus terrenis, limatura chalybis, lapide, quem vulgò (*diamant*) vocant, hepatica trita. Et hæc quidem probata multis. Herbula 6 est in sabulosis nascens, ramulos multos in terram spargit, foliis minimis & rotundulis, alis follicatis ex viridi flavescentibus, per ramulos sparsis, adstringente gestu, ex qua succus expressus subinde affuso vino albo, certissimum, & aliquoties probatum remedium contra descensum intestini. Nam nouem diebus ita percurat, vt postea non redeat malum. 7 Facilis inuentu Autumnno.

6 Hæc herniaria dicitur. Ab alia herba Hollerij.

7 Puerorum pulicula ex pane albisimo in tenuissimum puluerem redacta & lacte conficitur: quibus melle nonnihil addi potest, vt alius suat liberrim.

Ex radicibus Osmundæ regalis repurgatis fiunt syrapi, qui huic rei conueniant. Radices eiusmodi nigro vino austero coqui possunt, & inde emplastra fingi. Alioqui vtendum erit emplastro Pharmacopolarum contra rupturam. Valet & lenticula aquæ trita & alligata, similiter & cicuta valeæ, radix pentaphylli sicca trita & pondere ex vino data. Semuncia foliorum equiseti tritorum ex aqua calida. Parabile emplastrum ex ʒ. j. bdellij, manè quidem subacta cum salina hominis: vespere verò cum vino austero. Radix cyperi, arnoglossi, aristolochiæ longæ & rotundæ in emplastrum formata, & trita priùs, deinde data potui.

Emplastrum.

℞. mastichis, corticis thuris, nucis cupressi, myrrhæ, sarcocolliæ, glutinis piscis (vsblach vocant, & ichthyocollam) ana ʒ. β. ichthyocolla in aceto dissoluatur, reliqua trita misceantur, extendantur in aluta.

E nucibus cupressi & gallis immaturis ad consumptionem, coctis emplastra fiunt parabilia, quæ in mensem relinquuntur, nisi superuenit dolor. Liqueor autem, in quo coxerint, potui datur.

Probatissimum istud est Octauio.

℞. balaustiorum ʒ. j. β. gallarum ʒ. β. radicis asphodeli, radicis narcissi, aut (si hæc radices desunt) radicis arnoglossi & betæ, loco personatæ, ana ʒ. j. β. coquantur in vino, tundantur in emplastrum, subigantur.

Alind.

℞. spumæ argenti vehementer combustæ ℥. ix. aceti ℔. ij. & ℥. iij. olei cydoniorum ℔. β. succi plantaginis ℥. ij. Spuma argenti in aceto extinguitur, etiam dum feruens, deinde teratur. Tum adiecto oleo & succo, perpetuò agitando fiat decoctio secundum artem, vt habeas emplastrum, quod quidem diebus continuis adhibetur.

Alind emplastrum.

℞. thuris, mastichis, sarcocollæ, acaciæ, lapidis hæmatitis, mummiæ, tragacanthi, gummi arabici, terræ sigillatæ an. ℥. iij. boli armænæ, gallæ, lithargyri, balauftiorum, nucis cupressi, malicorij, aristolochiæ longæ & rotundæ, corticis olibani, rosarum, radicis vtriusque consolidæ, orobi, filiginis, sambuci, cyperi ana ℥. β. picis naualis ℥. ij. β. Colophoniæ, resinæ pini, terebinthinæ ana ℥. j. visci querni ℥. j. β. ceræ ℥. ij. pilorum leporis vstorum ℥. iij. olei in quo ficus pingues incoctæ sũt, ℥. β. fiant magdaleones secundum artem, de quibus portio extendatur in aluta, applicetur. Quod si his remediis nihil proficitur, ad Chirurgiam veniendum est, quam ex 6. Pauli, 7. Celsi, & recentioribus colliges.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Hernia fit pro-
ducto tantum nõ
rupto peritonæo.

Ile. n. solum, vel
cæcum procidit
in hernia.

Hydrocele.
Pneumatocele.
Sarcoccele.
Circoccele.
Enteroccele.
Epiplocele.
Eubonoccele.
Ophoccele.
Seminis collectio
inter testiculi tu-
nicas herniam e-
mentitur.
Aquis quo loco in
hydrocele conti-
neatur.

AD ossa pubis non perforatur peritonæum, sed productio quædam illius descendit in scrotum, per cuius meatum vasa spermatica, arteria scilicet & vena, perreptant ad testes, & per eundem locum eiuculatoria ascendunt, vt inserantur collo pudendi. In hac productione multi tumores sunt, quos Græci *κίλκας* vocant, modò in scroto, modò supra scrotum, qua parte in illud descendit. Quorum omnium causa est vel flatus, aut aqua ibi contenta, aut caro, aut tumor venarum varicosus: vel delapsa pars aliqua ex iis, quæ intra peritonæum continentur, vt intestinum & epiploon. Idque fit vel rupto peritonæo, vel relaxato & hiante. Ex omnibus autem intestinis solum ileon, in quo chylus semper continetur, procidit. Nam rectum in anum, cum relaxatur, descendit. Colon alligatum est renibus, & altius ascendit ad ventriculum. Ieiuna & tenuia intestina sublimiora sunt. Ileon itaque tantum superest, vel cæcum. Neque enim de duodeno vlla dubitatio. Duo igitur in his affectibus statim initio distinguenda sunt, an sit aqua, vel flatus, vel caro, vel varicosus ramex: in mulieribus, laxatio foraminis ligamenti descendentis ad internam partem inguinis: aut ileon delapsum, vel epiploon: nonnulli addunt musculos ruptos epigastrii. Deinde si quid descenderit, qua parte sit, & an ruptione, an relaxatione id fiat. Si aqua fuerit, hydrocele: si flatus, pneumatocele: si caro, sarcoccele: si varices, circoccele: si ileon, enteroccele: si epiploon, epiplocele nominatur. A situ verò partium, eubonoccele, in inguine: ophoccele in scroto dicitur. Quibusdam testiculus in inguem translatus imposuit, vt herniam crederent. Aliquando etiam hi affectus inter se complicantur. Sæpe vehementi imaginatione libidinosis colligitur semen inter tunicas testiculi, vt videatur quædam esse sarcoccele aut hydrocele. In quibus omnibus cauendum, ne iudicando fallamur. Primum in hernia aquosa cognoscenda omnis aditus lucis intercludatur, & obiecta candela cerea, videatur nunquid pelluceat. Est enim aliquando durities, quæ plenitudine & tensione fallit, vt videatur esse car-nosa,

nosa, aut intestinalis, sed pelluciditas, fraudem detegit. Sed quia pelluciditas conuenit etiam flatuosa, ad leuitatem respiciendum. Nam aquosa obscurio est & grauior, quàm flatuosa. Vbi constiterit de aqua, videndum quo loco contineatur. Qua in re veteres satis perplexi & confusi videntur. Galenus de tumoribus scribit in tunicis, quæ testes ambiunt, contineri. Paulus in corporibus scroto implicantibus. Celsus integris membranis colligi: alij ruptis etiam & relaxatis. Alij modò intra tunicas, modò intra membranas. Si inter tunicas, vel inter summam & mediam, vel mediam & imam. De loco certè & ad prædictionem, & ad curationem non est ambigendum. Nam aliquando in superficiali scroto continetur: aliquando profundius. Sed cum testiculus duabus tunicis insignibus inuoluatur, erythroide, quam sequitur dartos, ferè semper hydrocele fit, vel inter has duas, vel in toto scroto. Hic totum scrotum intumescit sine rugis, vesicæ inflatæ simile. Illic tumor tantum in testiculo percipitur, videturque rotundus & tensus rugato & laxiore scroto. Aliquando, vt Paulus scribit, peculiari quadam tunica humor ille comprehenditur, quæ supernascitur, veluti athe-^{Paul. Ag. c. 45. li. 6.} roma quoddam, aut steatom, vt videatur esse tertius testiculus. Quinciam videre contigit in puero Typographi filio tertium testiculum. Nec desunt, qui afferant quibusdam familiis peculiare esse, vt tertium habeant testiculum. In mulieribus Aëcius tumorem aquosum fieri scribit circa pudendi alas inflati-<sup>Sarcoccele ab en-
teroccele duobus
modu distincta.</sup> ni similem, debilem, mollem, vt humor fluctuans appareat, modò in vna parte, modò in vtraque tantum. His perspectis de humoris natura cogitandum, an tenuis, an albugineus, an sanguineus & tæculentus, vt naturæ humoris remedia adaptentur. Si ægro venter tumeat, symptoma est hydropis. In pneumatocele similia omnia, nisi quod, vt dixi, perspicuitas & leuitas maior adest, quia dilata-<sup>Enterocelæ si-
gna sunt, tumor mollis, repente natus. Augetur vel minuitur pro-
gnæ.</sup> ratio fit à flatulento spiritu. Fit aliquando vel in quatuor vasis testiculos alen-<sup>Peritonæi ruptis
nota d'ignu em-
dem relaxati di-
stincta.</sup> tibus, vel in arteriis dartos intercurrentibus. Ille durior nec compressu digito-^{gnæ.} rum euanescit, recipitque curationem: hic oppresso digito intrò recurrit & euanescit, vixque curatur, periculo ab incessabili sanguinis profluuiio imminente. Fit sine hydrope, & cum hydrope. Sarcoccele, tumore, duritie & colore vbique sui simili dignoscitur. Est enim tumor rotundus, oblongus, durus, forma testiculi referens, qui longo tempore pedetentim inereuit. Quibus duobus ab enteroccele distinguitur, quæ mollior est & repente oborta. Fit & à car-^{gnæ.} ne duriore in aliqua scroti parte nata. Galenus ad scirrhum refert. Aliquando testiculi, aliquando nerui, à quibus testes dependent, indurantur, aut inter tunicas caro illa generatur. Causæ sunt, fluxio, ictus, succisio ramicis non rectè curata, & similia: quæ scirrhus procreant. Circoccele, est, varicosus ramex, cum venæ intumescunt testiculum nutriendes. Sentitur diuersitas tumorum & paruitas in epididymide & vasis spermaticis, quæ sunt veluti conglomerata & intorta. Paulus vasorum aut darti dilatationem *κίρσις*, id est, varices simplici vocabulo appellat: eorum verò, quæ testiculum nutriunt, *κίρσις*. Celsus ex loci varietate quatuor differentias facit, omnesque vno nomine comprehendit. In

tur, quia intendunt meatum illum peritonæi, per quem vasa & muscoli cre-
steres descendunt, videnturque esse in secundo vase, quæ vbi in ventrem reci-
piuntur, tumor cessat. Si vel omentum, vel ileon remaneat in illo meatu, nec
perueniat ad scrotum, bubonocoele erit, in ipso nimirum inguine affecto confi-
scente. In mulieribus fit ob fetus magnitudinem aut multitudinem. Alioqui ra-
rò hernia laborant, quòd peritonæum firmiter continendo sæpi habeant. Om-
nium periculossissima enterocoele, præsertim si reduci nequeat intestinum. Sini-
stra parte adhuc grauior, vbi colon conuolutum desinit in rectum, & multa in-
testina tenuia incumbunt. Quibusdam iade singultuosæ febres, in quibus repo-
sito intestino, mors acceleratur. In aliis non reposito, gangræna. Experiencia et-
iam docuit paulò post mori quibus vi reponitur.

*Enterocoele om-
nium grauisima,
praesertim si fini-
stra parti incur-
bat.*

*Sarcocoele insignis
non curatur.*

Carnosa insignis non curatur, sed testiculus extrahendus. Neque circocele, sed
minus molesta est. Epiploon ob mollitiem vix reductur. Remedia adhibenda
vacuato ventre à stercore & flatu, blando clystere aut medicamento. Inunctio-
nes, facculi, ligamenta, subligaculum, de cocta, emplastra. Extremum remedium
in ferro. Alij aperiunt ventrem ad intestina, vt dissito retrahatur intestinum. Id
fit supra ilia, vig ad vasa spermatica, quæ proinde separantur, & peritonæi locus
constringitur, non colligatur, ne impediatur generatio. Periculosum certè reme-
dium, & sæpe frustra tentatum: ex quo gangræna oritur & mors, vt cuidam in su-
burbio sancti Germani. Alij sectionem faciunt ad ilia: vbi alligant productionè
illam peritonæi simul cum vas spermaticis. Deinde curant vulnus callo illic
obducto. Alij id faciunt punceto vocato auro in ilibus, quæ permeant vasa sper-
matica acu ducta, & exceptis vinculo vasis illis & vicinis corporibus. Experimè-
tum fit contractato & deorsum tracto testiculo, vt intelligas, an sit vas spermati-
cum. Et certè si quis vasis illis non ligatis constringere posset peritonæum, neq;
testiculus excidendus esset, neque impediretur generatio. In aquoso quoque ra-
mice si nihil efficitur fomentis, cataplasmatis, emplastris, diæta, purgationibus,
ad incisionem, punctiõnem, cultellum, cauterium actuale, potentiale venien-
dum. Habita tamen ratione corporis, viscerum, partis affectæ, & multis diebus
præparato ægro, ad mensem aut 40. dies adhibitis emplastris superiori parti, qua
humor defluit. Sectio periculosa è cultello. Multis gangræna inde mota, atque
inde mors.

*Hernia aquosa
aperta saluaris.*

Melius cauterium potentiale, & alia remedia. Anno 1555, mense Martio in sub-
urbio sancti Germani, nobili cuidam cultello aperta hernia aquosa, vnde id gan-
grænam, dolorem intolerabilem febrem & delirium incidit, vnde mors ab omni-
bus expectabatur. Exclusa multa aqua per vrethram, concisa magna parte gan-
græna, conualuit præter expectationem. Cauendum quoque, ne assiduo foru ex-
coquatur testiculus & corrumpatur, vt vidimus contigisse in aquoso ramice.

IN CAP. LXII. DE HERNIA.

DVRETI ENARRATIO.

Hernia nomen.

DE Hernia. Quod nomen est indecorum, sed *εντερονήλη* & *επιπλοκήλη* commu-
ne, vt inquit Celsus cap. 18. li. 7.

Graue est malum cum intestinum descendit. Præsertim tenuè, propter interce-
ptionem distributionis, doloris acerbitatem, inflammationem & gangrænam,
ileum denique morbum. Minus enim periculosus est prolapsus cæci intestini,
qui fit in dextram scroti partem, vt ille in sinistram.

Inter elitroidem &c. aqua colligitur. Et vt sunt partes in quibus stabulatur aqua,
ita quoque Chirurgica instituitur curatio, quæ paracentesi perficitur.

Nonnunquam soli flatui. Vnde pneumatocoele dicitur. Gignuntur autem hi
flatui in scroto, vel per intemperiem frigidam, vel materiæ affluxu è superiori-
bus partibus, vt in abscessibus tussicularibus.

*Flatuum in scro-
to generatio.*

IN CAPVT LXII. DE
Hernia.

DVRETI IN SVAM ENARRATIONEM
ANNOTATIO.

QVemadmodum antea per viginti dies de vtero & morbis hysteris diximus:
sic nunc agendum est de scroto, quod in viris ad inum hypogastrium si-
tunt est, & vtero mulierum proportionè respondet. Scrotum igitur natura & va-
letudinis cura bene constitutum est, quando neque laxius est neque contractius,
sed in laxitatis atque contractionis mediocritate positum. Tunc enim res scroti
bono sunt loco. At tùm vel laxatur nimium, vel ita contrahitur vt in hypoga-
strium redeant testes, vixque aspectabiles sint, aut tractabiles, vt scribitur in pro-
gnosticis, talis affectio est contra naturam, ac posterior quidem conuulsionis cu-
iusdam soboles. Vt autem vtero nihil est consociale præter fetum, & secundum
factum, molam: ita scroto nihil consociale esse potest, præterquam testes, qui di-
duntur Græcis dicuntur, quia gemini, sicutque spermatis autuctores atque opifices.
Habent enim vernaculam facultatem attrahendi & educendi materiam sperma-
ticam è singulis corporis partibus (quarum ideam secum rapit, vt docet diuinus
Hippocrates in lib. 2. de vita) eamque materiam mitificandi, coquendi & proli-
ficam efficiendi vim habent. Hinc semen genitum calore suo & acrimonìa garga-
lissimum excitat: & in partibus genitalibus titillationem quandam facit, vnde vir
ad mulierem duce natura viam affectat, vt scilicet illo suo semine depleatur &
mulier repleatur. Quibus exciati sunt testes, ij sperma non faciunt, & defia-
dantur amplificatione vasorum & caloris abundantia. Quibus attriti, vitiati, effor-
ti, prauï, aut quouis alio modo labefacti, ij materiam spermaticam mitificare
nequeunt. Sint ergo ad prolifici seminis generationem testes *εσχυροι και διοργανοι*,
id est solidi & succi pleni: sit integra & naturaliter constituta illorum substantia
glandulosa, quam inter *αδενες* numeravit Hippocrates: habent tunicas quatuor,
tum ad sui robur, tum ad *φυλακην* & conseruationem materiæ spermaticæ, ne cor-
rumpatur. Nam semen extra testes nõ habet *φυλακην*, præterquam in solo mulie-
ris vtero. Sunt autem hæ testiculorum tunicæ quatuor: Prima est *επιδιδυμις*, quæ
proximè testiculos ipsos inuoluit, vnde nomen habet: Altera *ελυτοειδής* dici de-
bet *επι το ιλυτοειδές*, id est, caliculo glandis quem refert, quia in ea tunica contine-
tur testiculorum non aliter quàm glans in caliculo. Et hæc perperam vulgò nomi-
natur *ερυθρουειδής quasi rubro similis*. Nam est rubet ea tunica, quia miscetur aut
vicina est musculis testium leuatoribus, quos cremastræ vocant, tamen non id-
eo rubori similis, sed rubra potius dicenda fuerat. Non enim dicimus corpus λε-
κιδειδής aut *ξανθοειδής*, sed λευκόν, *ξανθόν*, id est, album, *flauum*. *Αιψιον ne dit pas en Fran-
çois, cela ressemble au blanc, mais on dit, il est blanc*. Ipsa autem *ελυτοειδής* tunica à
peritonæo ducit originem & cum musculus testiculorum leuatoribus fertur: Ter-
tia est *δερμεις*, sic dicta *επι το δερμειδές*, quia excoriari facillè potest, & scroto adiacet:
Quarta & vltima est scrotum ipsum. Atque hæc sunt quatuor testiculorum tegu-
menta, quibus vindicantur ab iniuriis externis. Gaudet præterea testes vasis sper-
maticis materiam tum præparantibus, tum deducantibus, itémque venis ab hy-
pogastria natis; & duobus musculis mediocriter ipsos suspendentibus. Sic consti-
tuti testes, nec vlla re aliena in officio suo impediti ad multi prolificique sper-
matis generationem sunt accommodati, solique scroto sunt consociales. Nam
quicquid præter hos in scroto illabitur, toto genere est contra naturam, scro-
tumque ipsum corrumpit, nec ab eo saluis rebus admitti potest. Huiusmodi autè
αλλοτεια & aliena scroto multa sunt, quæ in illud præter naturam incidunt, & vt
ea sunt, ita varia excitant symptomata. Primum igitur scrotum excipit tussicula-
res pulmonum & thoracis abscessus, vnde tumor in illo oboritur vel aquosus vel
etiam flatuosus, quoniam materia quæ è pulmonibus non habuit ana-catharsm,

*Scroti situs.
Scrotum natura &
liter constitutum.
Scroti contra na-
turam.*

*Testes seminis o-
pifices.*

*Semen ab omni-
bus partibus de-
ciduum.
Testium affectio-
nes.*

*Testes natura-
liter constitui.*

*Testium tunica.
Prima testium
unica επιδιδυ-
μις.*

*Secunda ελυτοει-
δής non ερυ-
θοειδής.*

*Tertia, δερμεις.
Quarta, scrotu.
Vasa spermati-
ca.*

*Musculi crema-
steres.*

*Tussiculares ab-
cessus in testes
decumbentes.*

in ipsum scrotum delapsa est, vt annotauit Hippocrates sect. 1. li. 2. Epid. & ad fin. lib. 4. & part. 14. sect. 2. lib. 6. Epid. Deinde ab hydropo etiam testes & scrotum aqua replentur, quæ laxata ob nimiam abundantiam peritonæo tunica in has partes effluit, & signum est desperatæ valetudinis nec sine vitæ periculo hydropica hæc aqua per scrotum paracentesi educi potest, cum perennis sit eius generatio. Sic scrotum suscipit aquas, quarum appulsu cum testibus ipsis corrumpitur, & vis gignendi spermatis labefactatur. Præterea in scroto flatu multi gignuntur à cruditate, vel propria, ob imbecillitatem caloris, vt in atritu testicularum aut scroti, vel aliena, & ex alterius morbi successione, vt in diuturna dysenteria, diarrhæa, & lienteria, itémque in hydropo vniuersi corporis ob propagationem materiæ. Atque hæc affectio *σπυρμακία* veluti prior *σπυρμακία* nominatur. Sic à carnea mole in scroto contenta *σπυρμακία* dicitur, quæ non nisi ferro curatur. A varicibus quoque scroti aut dærio tunicæ quos *κυστις* Græci vocant, *κυστικία* nomen habet. Et quamvis hæc dictio *κυστις* apud Græcos significet tumorem cuiuslibet partis, vnde in gurgure *βουρκοκία* dicta est, tamen recentiores Medici illam scroti tumoribus accommodarunt. Existunt autem alij tumores scroti anto commemoratis longè periculosiores, qui veniunt prolapsu intestini, vel epiplois, vel etiam vtriusque corporis, vt sæpe obseruauimus. Sex igitur numerantur intestina, suis nominibus & officiis quibus funguntur distincta *σπυρμακία* seu *duodenum*, *ieiunum*, *ileon*, *cæcum*, *colon* & *rectum*. Cum tamen ab ore ad podicem vsque vnum sit veluti intestinum sibi continuum. Intestina Græcis *έντεα* nuncupantur, quod in interna corporis parte collocata sint, quemadmodum apud rei herbariæ scriptores nucleus cuiusque fructus *έντεριόν* vocatur, vt caro quæ nucleum ambit, *σπυρμακία* appellatur. Ex his intestinis duo tantum in scrotum prolabi possunt, cæcum videlicet & ileon. Duodenum enim & rectum intestinum non posse in scrotum descendere ex anatome satis est manifestum. Ieiunum verò hepatis per venas mesaraicas appensum est, & colon superioribus partibus alligatum, ita ut prolabi nequeant sine laceratione vinculorum suorum aut mesocoli, i. interstitij crassorum iarestinorum, quæ Græcis *κόλα* nominabant, vel mesarai, hoc est tenuium intestinorum interstitij. Nam iidem Græci intestina tenuia *σπυρμακία* nominabant. Cæcum verò Græcis *τύφλον* quod est apophysis intestinorum in dextrâ parte quoniam lubricum est, & à reliquis seiunctum atque separatum, ideo facile prolabitur in dextram scroti partem, laxata vel rupta peritonæo tunica, qua cum aliis concluditur sub quo loco consistitur. Et hæc est sententia Galeni comment. ad aphor. 3. sect. 4. li. 6. Epid. vbi ait, hoc solum intestinum cæcum omni vinculo solutum esse, ob idque facile in scrotum descendere. Quod etiam est verissimum, in eo tamen non puduit recentiores anatomicos calumniari Galenum, cuius ipsi verba transcripserunt. Aliud intestinum ileon dictum, quod in sinistrâ scroti partem nunquam prolabitur, quando scilicet in situ, lapsu, casu, vocis contentione, aut retentione spiritus, vel pondere adeo laxatur, vt mesaræum disrumpat, quo cum cæteris intestinis connectitur, ipsamque etiam peritonæo tunicam. Sic enim tantum sinistra parte in scrotum illabitur, idque vel solum, vel cum epiplois etiam. Quamobrem duplex est *έντερικία* seu intestini prolapsus: Vnus cæci in latus dextrum scroti, alter ilei in sinistrum. Quanquam fieri potest, vt cum ileon in latus sinistrum illapsum primum fuerit, postea etiam dextrum occupet, totumque scrotum ipsum distendat. Cum autem duæ sint species enterocæles, quæ ab ileo accidit longè periculosior est & calamitosior, quam quæ cæci sit prolapsu. Hæc enim curationem recipit in pueris (quibus familiaris est) vsque ad 25. ætatis annum, quando videlicet nondum ad iustam magnitudinem peruenerunt: post hoc tempus si accidat est insanabilis, & cum homine consenscit & commoritur. In illis verò qui adhuc crescunt, simulatque prolapsum est cæcum intestinum, in suum locum debet restitui, & restitutum in eo contineri, quod fiet subligaculo, & foru partis ex decocto adstringentium, vt postea explicabitur: sicque intra annum aut biennium tumor ille scroti curabitur. Nam cum restitueris intestinum, & vt contineatur, viam per quam delapsum fuerat adstringente foru angustiorum effeceris, aucto cum toto corpore intestino, idem accidit quod vulpeculæ illi, de qua Horatius li. 1. Epistola.

Tumor aquem scroti ab hydropo.

Flatuum in scroto generatio.

Sarcocæle. Cystocæle.

Quid κυστις.

Intestina sex.

Cæci intestina Græcis έντεα dicuntur.

Quæ intestina in scrotum prolabi possunt.

Interstitia intestinorum.

Cæci intestini in scrotum facile prolapsus.

Ilei in scrotum prolapsus.

Duplex enterocæle.

Quæ enterocæle si periculosior.

Cæci intestini prolapsus in suum locum restitui.

Fortè per angustam tenuis vulpecula rimam
 Resperat in cumeram frumenti, passaque rursus
 Ire foras pleno tendebat corpore, frustra:
 Cui mustela procul: Si vis, ait, effugere istinc
 Macra cauum repetas arctum quem macra subisti.

Horatiani versus elegantes.

Ilei verò prolapsus est ferè insanabilis, quia ab hoc intercipitur distributio alimenti & chyli, stercorisque secretio, quod ilei officium est ad vitam tuendam necessarium. Præterea grauissimus dolor excitatur & inflammatur, indeque gangræna ipsius intestini: In cuius affectionis sympathiam trahuntur omnes partes, quarum officio vita carere nequit. Hinc tandem fit ileus morbus, qui vulgò *Miserere mei* appellatur, & huic succedit vomitus chyli, aut stercoris tanquam sympathia non pathognomonica quidem, sed *σπυρμακία*, quod mortem in propinquo esse denunciat. Itaque ileosi omnes citius opinione intereunt, quibuscumque in scrotum prolapsus est ileum intestinum, & qui ab huius prolapsu conuulerit, Hippocrates vidit neminem. Nos certè vidimus iuuenem pium & honestissimum, qui ab ilei cum epiplois in scrotum prolapsu ileosus interit, cuiusque dissectio cadauere reperitum est intestinum omnino gangrænosum ob inflammationem quam à prolapsu conceperat: Quod si aliqua sit huius prolapsus curandi ratio, hæc vna tantum est, vt simularque tumor sinistræ lateris scroti, doloris acerbitas, nausea, vomitio, cæteraque eiusmodi tibi opinionem fecerint prolapsi ilei intestini, tunc sine mora & eodem die nouacula diuidarum ligamentum seu vinculum inguinis, quo scilicet cum inguine peritonæos tunica coniungitur, vel etiam testiculus eiusdem lateris excidatur. Id tamen non fit absque periculo. Sed dubia salus certa desperatione potior esse debet. Si hominem enim relinquo, certa est desperatio: sin ei opitular, crudelitate remedi peritescio, quia tamen ab remedio spes est aliqua vitæ sperabilis, præstat ægro opitulari cum dubia salute, quam cum certa desperatione illum relinquere. Sunt qui peritonæon tunicam puncto aureo vulgò dicto restringant, vt intestinum restitutum suo in loco continetur. Sed hoc quoque non est sine periculo, quia inde vasa spermatica obstruuntur. Hæc sunt duæ herniæ species, ilei scilicet & cæci intestini prolapsus. Tertia est epiplocele, quæ ab epiplois nomen habet quod in vtrumque scroti lateris prolabitur, nec facile restituitur. Habet autem iste tumor eundem symptomatum tenorem quolibet tempore, & eo ab enterocæle distinguitur, in qua symptomata à cibo sumpto exacerbantur. Vtraque autem enterocæle & epiplocele, si peritonæa laxitate accidat, grauiores excitat dolores, quam rupto peritonæo, atque his quidem scroti tumoribus herniæ nomen proprium est, *καταχυσια* autem & improprie accommodatur, *σπυρμακία*, *σπυρμακία*, *σπυρμακία*, &c. De hernia verò hoc loco scripsit Hollerius, vt affectiones scroti cum morbis qui ab vtero & in vtero (cui scrotum est analogum) contingunt & proximè ab eo sunt explicati, comparet. Quemadmodum igitur in vtero generatur particularis quidam hydropsis: sic in scroto particularis hydrops est hernia, tum flatulenta, tum etiam aquosa. Et quemadmodum hydrops vniuersalis nascitur vel collectione, vel generatione materiæ; collectione quidem vt in abscessu critico, liberaliore potu aquæ quæ vomitione non excluditur; generatione verò, per interceptionem vel per alienationem facultatis sanguificæ, vt à marasmo & febre acuta. Qui autem à collectione nascitur, superflite viscerum integritate, per sectionem ilico factam curationem recipit. Ita aquosa flatulentaue hernia, vel primigenia affectione venit, vt labefactato per interperiem aut atritum scroto, vel darto tunica, vel alterius morbi successione, vt hydrops ipsius vniuersalis, aut tussicularium abscessum. Hanc igitur herniam dicit Hollerius iisdem curari remediis, quibus species hydropsis, ascites atque tympanites, sed tamen diureticis non est vtendum in hernia aquosa, nisi fortè ea aliunde venerit, nimirum à partibus diaphragmate superioribus, quoniam facilior est aquæ illius deriuatio per aluum, quæ fit clysteribus quam per vrinas, quæ fit diureticis: quamquam quæ materia in scrotum iam influxit, non hoc modo, sed scroti ipsius sectione

Cur ilei prolapsus ferè sit insanabilis.

Ileus morbus. Stercoris vomitio.

Historia.

Curatio prolapsus ilei intestini.

Testiculi excisio.

Punctum aureum.

Epiplocele tertia hernia species.

Epiploceles ab enterocæle distinguuntur.

Cur hoc loco de hernia scripsit Hollerius.

Vteri & scroti hydrops particularis.

Hydrops vniuersalis generatio fit duobus modis. Particularis hydrops generatio. Aquosa hernia curatio.

Secreti scroti.

educitur. Quibus verò perennis est generatio materiæ herniam committentis, cum prior sectione euacuata fuerit, noua postliminio in scrotum descendit: vnde sæpius illis diuidendum est scrotum. Et nos quater diuisum fuisse obseruauimus in aliquo cui medicinam fecimus. Sed ad antecedentis materiæ vacuationem necnon ad coniunctæ dissipationem & absorptionem valent quæcunque hydrotica sunt, vt stercus vaccinum recens & calidum, vel etiam fixum quod suo calore, & substantia è sœno nata vim habent mirificam attenuandi, digerendi & absorbendi aquas, idèoque in arthritide etiam conuenit. Ergo,

Emplastrum. Stercoris vaccini lb. s. boli armenè ʒ. ij. misce. fiat emplastrum, admoueat calidum scroto aquosa hernia obfessa.

Caules. *Cataplasmata.* *Arena stempnica.* *Fœtus.* Caules quoque quia sunt nitrosi, maximè si adurantur, cum stercore vaccino mixti mirificos afferunt sanitatis fructus in hernia aquosa. Ad hanc denique plurimum profuerit cataplasmata confectum ex fursure fixo cum sapa. Arena stempnica excalescens & frixa in sacculo admota: focus ex rebus calefacientibus, vt origano, roremarino, baccis lauri, iuniperi, foliis lauri, radice enulæ campanæ, ireos, imò & ipsa radix ireos nostratis in mortario confusa cum farina orobi scroto admouenda. Aut si farinæ orobi & fabarum dissoluantur cum succo eiusdem

Curatio hernia ab intestini cæci prolapsu. *Decoctum ad stringens.* ireos, præstantissimum erit remedium. Hactenus de hernia aquosa. Ad enterocelen, eam scilicet quæ fit cæci intestini prolapsu diximus ante valere subligaculum, vt in suo situ intestinum retineatur, cum repositum fuerit. Ipsum autem subligaculum dum adhibeatur, inebriari debet adstringente aliquo decocto, vt decocto osmundæ reginæ, id est radicis filicis maioris, baccarum cupressi, balauftiorum, malicorij, rosarum, in aqua fabrorum aut vino adstringente. Hæc enim valent ad peritonæi adstrictionem & robur partium laxatarum, ruptarum & effætarum. Radix autem symphyti maioris quam hîc laudat auctor non tam adstringendi quàm consolidandi vim habet, quæ tanta in ea est, vt ego expertus sim illam coctam cum discepto hepate suillo, ipsum rursus in viuum conglutinasse, iuxta illud quod scripsit Dioscorides cap. 10. li. 4. *Carnes cum symphito decoctæ coalescunt.* Non desunt periclitatores, imò etiam experientes Medici, in quorum peruagato sermone versatur, potione rerum quarundam vt pulueris baccarum rubi canini, vel succi iacæ albæ curari posse enterocelen: Eoque consilio nutrices admiscunt puluerem illum pulcullæ infantium hernia laborantium. Ego sænè à quodam accipi ad id multum prodesse succum parietariæ epotum qui datur ad ʒ. j. cum ʒ. ij. vini albi. Sic ex aliquo didici præstantissimum esse ad dentium dolorem remedium, si malum granatum excavatum repleatur vino, & in eo vinum ipsum coquatur: hoc enim si os colluatur, præsertim dens qui dolet, statim cessabit dolor. Sed tale remedium lege postea apud Hippocratem. Quam herbam hæc commendat Hollerius, suisque designat notis quæ herniaria est, admodum est diuretica, nec modo ad herniam aquosam, sed & ad calculos excludendos mirificè valet. Quod postremo notatu dignum videtur, est, prolapsum in enterocelen intestinum in suum locum restitui debere non violenta, sed moderata digitorum impulsione: quia vehemens & quæ vi fit intestini restitutio, sæpe mortis repentinae consecutionem affert.

Radix symphyti maioris. *Historia.*

Ad dentium dolorem.

Herniaria. *Restituendi intestini ratio.*

ANT. VALETTI EXERC. LXII.

Herniarum frequentissima enterocelen non peritonæi solius, sed ipsius quoque tendinis eius musculi, cui peritonæos tunica innititur, morbus est, isque insitu, ob intestini ad alterum inguen, aut ad scrotum prolapsum. Hic si negligatur, testicoli corruptelam affert, vt ad curationem hic quoque sit auferendus. Purgato corpore clysteribus (qui minore quantitate, sed irritante facultate, imperari debent, ne portio in prolapsum intestinum feratur) vel catharticis, ad eoque prægresso fotu intestino reposito, sumpta & admota adstringentia proderunt. Itaque ex conferu. symphyti maioris cortic. citr. condit. cum puluere

puluerè osmundæ, regal. bol. arm. terr. sigill. ros. rub. mastich. & similibus condita parantur. Admouentur hæc.

R. mastich. sarcocoll. glut. pisc. ana ʒ. s. rad. consolida. maior. osmund. reg. sigill. Salom. ana ʒ. 2. Dissoluantur gummis in aceto, radices bene purgentur, cum oleo de spica & castano. f. emplastrum, quod pinjatur cum salina limacum.

Vtilissimum quoque est emplastrum è limacibus tritis cum thure, mastiche, bdellio. Item.

R. massa emplastri contra rupturam ʒ. s. mastich. sarcocoll. glutin. pisc. ana ʒ. 2. cum oleo mastich. & cast. in. f. emplastr.

Præsertim applicetur, vngatur locus pinguedine cerui. Mirabilis est Holleriana herbæ, herniarum propterea appellant, ad hunc affectum profligandum efficaciacia. Eius aquæ stillatitiæ arte Chymica extractæ vnico haustu, cum tentata alia remedia non responderent, paucis abhinc diebus curatus est adolescens in gymnasio Haricuriano, cui citatior saltus in signem herniam conciliarat. Admodum autem emplastrum huiusmodi.

R. emplastr. contr. rupt. & de grat. Dei ana ʒ. i. sang. drac. puluer. rad. osmund. regal. oliban. puluera. ana ʒ. 2. cum modico olei myrtill. molliantur in igne, & f. emplastr. super aluiam.

HOLLERIVS.

De Arthritide. CAP. LXIII.

VRATIO I vacuando & roborando. Vacuamus & repellendo, & diuertendo, & propriè vacuando in cautionem, & initio morbi, etiam si arthritidis frigida est. Si quidem nihil aliud prohibet, detrahendus sanguis est. Isthio, id est, coxâ, vel crure laborante 2 venas brachij diuidimus. Et, si quidem fluxio est à capite, 3 mediam: si à reliquo corpore, basilicam.

4 Hippocrates non satis manifestâ ratione venas post aures aperit, vbi coxendix afficitur. Arabes vehementer laudant phlebotomiam ex interuallo annularis & parui digiti.

Brachiis laborantibus deplendus sanguis est è crure, & perpetuo secundum rectitudinem. In coxendice post phlebotomiam è brachio, venam poplitis & malleoli incidere oportet. Multò magis, si sanguis in causa est.

Quod si dextrum crus, dextrum item brachium laboret, è sinistris membris vena secanda est. Si verò in omnia membra dolor sparsus est, ex eo, quod minus laborat.

Purgatio.

In biliosa arthritide & serosa Arabes 6 fortioribus catharticis vtuntur. Alij primùm quidem leuioibus, vt cassia: deinde fortioribus. Melius fuerit partem materiæ leui 7 pharmaco repurgare. Quod est reliquum, partim 8 vrinis, partim sudoribus excludendum.

1 Arthritidis animo ex humoris morbifici copia & articuli imbecillitate nascitur. 2 Ad prohibendum morbificam materiam generationem, & adfluentiam reuulsio nem. 3 Et hepatis & vesicæ ratio inabatur. 4 Aph. 22. c. 6. 5 lib. 6. Aph. 22. c. 6. 6. 7. 8. 9.

6 Vt diacarthamo, electario da succo rosarum. 7 Vt cassia, catholico, syrupo ros. pallidarum laxatiuo. 8 Ad deriuationem materiam.

9 Nam melancholicos ex Hippocrate seruo purgare oportet.
10 Hippoc lib. de affectionibus.
 In pituitosa alius magis ducenda, vt cum *9 melancholia* in vitio est. Solo *10* potu lactis asinini, & decocto radicis graminis dulcorato cum modico saccharo, calidæ arthritides internæ curantur. Purgationes ex superioribus repetendæ sunt, & maximè ex morbis capitis. Peculiariter laudatur purgatio, quæ fit ex hermodactylis. Græcis & Arabibus pilulæ sunt de hermodactylis paratæ in officinis: maiores, in causâ frigida: minores, in causâ calida. Minoribus rhabarbarum: maioribus agaricum adiciēs, vt massæ pilularum *3*. j. sit, reliquorum *ḡ*. j. Græci hoc modo.

11 Vel Rec. a. hoi, hermoda. dyl. myrobala. turbin. colocyath. sagapeni ana Drach. vj. castorei, sarcocolla, opopanax, euphorbij, ruta agrif. ana Drac. iij. cum succo brafsicæ f. massa.
12 Temperatione humoris, & habitus restitutione.
13 Incremento, acrimoniam infringendo.
14 Pepsimum mitificando inducant.
15 Inaspetabilem purgationem & diaphoresim faciendo.
16 Partem nimium infirmam.
17 At inuenit morbo sumes micam panis filiginei q. s. maceretur in aqua rosacea: deinde coquantur in lacte vaccino f. cataplasma. At si pars sit rubre suffusa.
Rec. aqua plantag. solani Lib. β acetii Vnc. j. imbuta splenia eo oxycrato parsi admoueantur.
Deinde parari poterit cataplasma ex siliu hyosyami in lacte bubulo coctis, quod mirifice proderit.
18 Ouorum albumina non aequè profunt, nam exitu prohibent huiusmodi.

℞. ii hermodactyl. *3*. β. anisi, cumini, piperis communis & longi, croci, medull. semin. carthami ana *ḡ*. j. moschi Gra. 2. cum aqua saluæ fiat massa. Dosis *ḡ*. iij. ex hydromelite. Arabes hoc.

℞. hermodactylorum *3*. iij. β. cumini, zinziberis ana *ḡ*. j. trita incorporēt cum melle. Datur cum aqua tepida. Hæc in pituita magis conueniunt. In biliosa singulis dosibus grana duo aut tria dacyrdij adici possunt. In biliosa hoc modo componant.

℞. aloës *3*. j. dacyrdij Gra. 15. rosarum rubrarum, sem. apij & feniculi ana *ḡ*. β. hermodactyl. *3*. iij. mastichis *3*. ij. rhabarbari *3*. j. sacchari *3*. iij. Fiat puluis, detur ex aqua calida.

Vtuntur electario de succo rosarum & diacydonio cathartico in biliosa. In pituitosa *3*. β. turbith. gummosi in lacte cocti, vt expressio bibatur. Neque reformidant *ḡ*. j. dacyrdij cum saccharo rosato.

Comparant & pilulas ex *3*. iij. sarcocollæ, serapini vel opopanax. Sed videndum in vsu fortium pharmacorum, ne æger macilentus sit corpore, virtute non ita firma, maximè ventriculi & intestinorum. Periculum enim inde fit, ne citetur dysenteria. Et hermodactylus natura sua stomachum lædit. Propterea quidam è veteribus non radice, sed herba eius vtebantur: nihilominus adiectis, quæ stomachum roborant.

Alexander loco hermodactyli coronopodio herba vtebantur.

Plurimum laudantur hæc pilulæ, nec stomachum lædunt.

℞. agar. *3*. j. nucis moschatæ, zinziberis ana *ḡ*. β. infundantur in aqua menthæ. Fiat leuis fernor super calidos cineres. Materiam expressæ adde rhabarbari *ḡ*. iij. pul. hieræ diacoloc. *3*. j. β. dacyrdij *ḡ*. β. cum infusione, ex aqua menthæ fiant pilulæ. Dosis *3*. j. vel *ḡ*. 4.

Quinque topicorum scopi. Topica sunt, vt *12* dolorem leniant, *13* repellant, *14* coquant, *15* discutiant, *16* roborent. Celebre iam olim, nunc etiam frequentatum remedium.

℞. 17 medullæ panis P. i. dissoluatur in lacte calido muliebri, bubulo, vel ouillo, cui adde croci *3*. β. Et si vehemens dolor fuerit & calor, adde opij à *3*. j. ad *3*. ij. plus minusve.

℞. tria *18* albumina ouorum bene agitata & despumata cum *3*. j. olei rosati, misce. Linteola in medicamento madefacta applicentur. Aliud.

℞. cerussæ *3*. ij. dissolue in aqua endiuicæ & modico aceti, fiat liquidum vnguentum. Quod si ad narcotica per doloris vehementiam deueniendum est.

℞. ol. ros. *3*. iij. opij *3*. ij. incorporentur. Aliud.

℞. butyri recen. *3*. ij. mandragoræ subtilissimæ tritæ *3*. j. misce.

℞. lactis muliebris *3*. ij. opij *3*. β. Alia sunt etiam aliis locis descripta. Sola aquæ frigidissimæ perfusio, vel niuis, aliquando satis esse potest.

Verbasci flores & folia, lenticula palustris, psyllium, nymphæa, violaria, portulaca & similia trita per se, vel cum rosaceo, apponuntur calida. A quibus leuiter digerentibus vtendum est, vt cerato ex oleo chamæmelino, anethino, de liliis, & similibus.

In frigida conuenit oleum, in quo enula, aristolochia, gentiana, nepitha, rosmar. iua, id est, chamæpithys, saluia, maiorana, coxerint. Leuius, in quo radix althææ, vulpes, vermes terreni incocti sunt. Laudatur & oleum raphaninum, aut in quo *19* galbanum liquefactum sit. Oleum de terebinthina, oleum expressum è granis tritici, vel nuce moschata in lamina ferrea candente, quibus aliquando axungia commiscetur. Arthritidem frigidam & ventolam fatus ex decocto origani, meliloti, chamæmeli: & spongia eodem decocto imbuta, patientique loco applicata, percurat.

Laudatur plurimum *20* axungia humana & vrsina. Oleum, in quo folia ebuli coxerint, vel succus radicis eius.

Sunt qui dolentem locum primum quidem frigidissima perfundunt, idque diutius: deinde è petroleo fouent.

Quædam occulta proprietate profunt, qualia sunt ossa comminuta potui data. Deplume caput miluij crematum & tritum, corium torpedinis, sterces, vt cum adipe vrsino fiat vnguentum.

Pulli ciconiæ, pulli cigni in oleo cocti, vt oleo medulla ceruina misceatur. Historia est Sexti Pompei, qui pedibus immisiss aceruo tritici perlanatus est: *21* quod remedium postea Medici sequuti sunt.

In tophis caseus inueteratus, acris, maceratus in decocto cruris fuilli falsi, vt inde fiat emplastrum.

Stercus caprinum in oxycrato dissolutum cum farina hordeacea. Sed hæc durioribus corporibus. In mollioribus axungie, radices altheæ commiscendæ sunt. Aliud.

℞. collæ, id est, visci, terebinthine, ceræ ana *3*. j. galbani *3*. iij. liquefactis vtitor.

Vsus mithridatij & theriacæ post bene purgatum corpus.

Laudantur Græcis & Arabibus balnea, si nullum viscus infirmum est, si vacuatum corpus, remissionis tempore munita prius egra parte ex puluere boli armenicæ. Incorporato in oui albumine, vel hoc medicamento.

19 Imò Castoreum ipsum si dissoluatur in oleo lumburicorum mirifice confert ad frigidam arthritidem.

20 Vel Rec. axungia humana Lib. i. sol. lauri, chamæpitycos, saluia maiorana an. M. β. Coquantur in balneo maria. Deinde siliatur locus effectus.

21 Minime tamè probandum est id remedium, si frigidam arthritidem.

℞. corticis granatorum, sumach. ana P. 2. Coquantur ad molli-
 tiem. Incorporentur cum P. 3. farinæ hordei & succi semperuini,
 applicentur loco. Hæc autem, ne balneo liquefactus humor in par-
 tem infirmam defluat. Quibus remediis & in repellendo uti licet
 in fine morbi, & ad cautionem. Origanum, menthastrum, nepitha
 in aqua salsa diu coquantur. Inde fit fofus, vel vna parte falis, tribus
 aquæ & olei mixtis, locus affricatur.

Abftinentia vini multos fanauit. Balnea quoque naturalia ad
 cautionem conueniunt.

Vere & Autumno podagræ excitantur. Aprili ferè & Septembri.
 Itaque priùs cauendum est. Humor ferè calidior chiragræ : frigidior
 podagræ.

In 22 Ischiadis venæ sectio, vt priùs, ita & purgatio.

Clyfteres acres, cucurbitulæ loco affixæ. Repellentibus abfti-
 nendum. Fortioribus remediis vtendum, phœnigmis, lberide, na-
 sturtio, dracuntio, batrachio, & similibus. Cauterio, incisione
 cum ferro, vt in Eupolemo Hippocr. fieri oportuit initio libr. 5.
 Epid. Hæc eadem reliquis arthriticis, vbi contumacius malum
 est. Inuentum quoque hoc remedium est, vt superiori par-
 te, qua humor influit in articulum, caro nudaretur, venæ ha-
 mulo exciperentur, vinculis interceptæ secarentur, atque ita
 via fluxioni præciditur. Plurima remedia scripta inuenies apud
 Aëtium.

22 Ischiadicos vt
 cures. primum
 quidem (si nihil
 se auocet) in vo-
 mitum impira-
 bi, neque medi-
 camentum pur-
 gans præscribes.
 Deinde ad cly-
 steres lenientes,
 hinc acres, veni-
 dum est. Postea
 verò cum mate-
 ria pugnandum
 est. Ad mouend-
 rum cataplas-
 matum materia
 vide libro 10.
 ℞. 10. 10. 10.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ossa inter se connectuntur tribus modis in vniuersum: vel enim inuicem co-
 lescent, modò sine alicuius materiæ interuentu, vt in mollioribus & fungo-
 sis: modò intercedente aliqua materiâ, vt in duris & fccis, per symphyfim; vel ita
 committuntur inter se, vt obscurum habeant & difficilem motum per synarthro-
 sim: vel manifestum & euidens, per diarthrosim. In prima connexione articu-
 lorum dolores non fiunt. In secunda rarò, nisi tophi & œdematosi tumores, vt in
 articulationibus carpi, aut metacarpij. Tertia arthritidis sedes est, inter membra-
 nas, tendones & ligamenta, quæ oriuntur à periostio, & proinde sensum habent,
 ex quibus omnibus formatur articulus. Vnde dolor vehementissimus excitatur, si
 qua materia illic interceptiatur, siue acrimoniâ, vt bilis: siue frigiditate, vt pituita:
 siue asperitate, vt gypsea: siue distentione membranarum & ligamentorum, aut
 inflammatione, quod ab omnibus humoribus fieri potest, sanguine, pituita, & v-
 traque bile cum propriis symptomatis cuiusque humoris. Oportet autem intra
 ipsum articulum contineri, antequam verè dicatur arthritidis. Si enim vel sola in-
 temperies adfit, vel humor diffusus per carnem partèsq; circumiacentes, diuer-
 sa est affectio. Nam quòd Hippocrates scripsit articulorum dolores fieri in
 siccitatibus, id non intelligendum de arthritide, vt scribit Galenus, sed
 dolore, & difficili motu, qui fit absumpta humiditate, nisi quis omnes arti-
 culorum dolores hoc nomine complecti velit, aut eum locum interpretari
 de biliosa arthritide, quæ fit immodicè calida temporis constitutione, aut
 sicca, quibus infirmis redditus articulis talis humor defluit. Imò Galenus
 podagræ materiam contineri tantum vult in articulis & ligamentis, quæ
 tenduntur, non nervis & tendonibus, quæ duntaxat ad tensionem
 horum contenduntur: argumento quòd inde non fuit visa consuetudo.
 Fluxionem

Arthritidis non fit
 nisi humore iam
 articulum obse-
 dente.

Fluxionem enim humoris suscipiunt, primùm quidem loca articulationum, de-
 inceps omnia ad cutem vsque circumstantia. Verisimile tamen non est materiam
 ad articulum confluentem imbibi, & durissimis ligamentis, non mollioribus ner-
 uis, & tendinibus. Proinde Aëtius non solum distendi, sed permadescere scribit.
 Materia hæc aliquando tenuis est, aliquando crassa vel tenax, nonnunquam si-
 mul & crassa & tenax, aut etiam gypsea, resoluta tenuiore parte. Colligitur enim
 duobus modis per affluxionem ab aliis partibus, & per congestionem malè con-
 coquentem parte. Hæc naturam partium retinet, nisi quòd mora & dolore inca-
 lescit, & aliundè nouam materiam recipit. Per congestionem magis fit in
 morbo Gallico sine tumore, cum dolore totius periostij. Quæ fit per defluxio-
 nem, ferè materiam mixtam habet, & distentione, ac calore concepto potius do-
 lorem parit, noménque accidit à parte affecta. In pedibus podagra: in manibus,
 chiragra: in coxis, ischias: in multis simul articulis verè & propriè arthritidis nun-
 cupatur. Tria igitur hic consideranda: pars, quæ recipit: origo fluxionis, & via,
 per quam fit. In parte necesse est imbecillitatem esse, alioqui nunquam admit-
 tere fluxionem. Et contrahitur contagione seminaria à parentibus podagricis, in
 quibus semen erat vitiatum: deinde venere: postremò consuetudine fluxionis, &
 qualibet intemperie, aut laxitate. Non tamen necesse est, si adfit hæc imbecil-
 litas, articulare morbum generari, si in vita æger nihil deliquerit, vt ait Gale-
 nus. Nam humor non influet, si corpus liberum sit cruditatibus. Vnde etiam
 Poëtæ Græci podagram Bacchi & Veneris filiam esse finxerunt. Hippocrates
 quoque ob eandem causam eunuchos, mulieres, pueros ante vsum venereorum
 podagrâ non laborare dixit. Quod intelligendum est, modò temperanter vi-
 uant. Nouimus tamen eunuchum Podagricum, eumque vehementer. Seneca
 quoque epistola quadam inuehitur in mulieres, quæ per luxum Hippocratem
 mendacem fecerint. Sed reuera mulieres multò rariùs eo morbo corripiuntur,
 quàm viri, ob menstruam purgationem. Et si laborent sæpiùs menstrua defec-
 runt, vel pauciora sunt quàm prohibendis morbis conueniant. Alioqui vitam
 maximè immoderatam esse oportet. In pueris autem, cum ad pubertatem peru-
 nerunt, naturalis est motus feminis, vnde rarefcit corpus & relaxatur. Acceden-
 te venere, concussio, motus, concalfactio articulorum, ex quò celerius eò materia
 decumbit. Atque etiam inde fit vt podagrici magna ex parte sint salaces, tum
 ob frequentiore[m] neruorum rigorem atque intensionem. Adde quòd crebro in
 dorsum decubitu humores ad partes genitales confluunt. Ob idque duo præci-
 pua remedia podagræ futuræ esse putamus, abftinentiam à venere & vitam fru-
 galem. Seminaria autem quatuor, imbecillitatem hæreditariam: vinum præfer-
 tim fortè: & cruditatem ex intemperata vita. Origo defluxionis est à capite, vel
 hepate. Illic intra tunicas tendonum per foramen nuca pituita exeat, quæ per
 palatum, aut nares expurgari debebat. Hic verò cum venæ magnæ & hepar copia
 grauantur, quam continere non possunt, aut irritantur qualitate aliqua vitiosa.
 Sic vel à plenitudine & redundancia venarum fiunt defluxiones in articulos, vel
 à recrementis aliarum partium, vt cerebri. A capite autem defluxionem fieri in-
 telligimus, si grauis capitis & ceruicis præcesserit, sæpèque frigus vel horror
 paruus sentitur. A venis magnis internis, si citra hæc dolor præhendat partem
 aliquam sed cum febricula, vel aliqua inæqualitate fiat, pars citò intumescat, ru-
 beat, doleat, ab vna parte in aliam moueatur. Quibus autem viis fiat huiusmodi
 fluxio, non eadem est omnium sententia. Alij à capite sub cute materiam per
 summa corporis in extimas partes influere aiunt. Alij negant, quòd cum sit fluxio-
 nis species, partibus robustis ad imbecilliores sua excrementa transmittenti-
 bus, probabilius sit non solum secundum membranas neruòsq; sed etiam per
 vasa, id est, venas & arterias eam fieri. Sed hoc vt verissimum est fluxione orra ab
 hepate, ita minus contentaneum, cum pituita è cerebri ventriculis per spinalem
 medullam delabitur. Sic enim oporteret materiam è venis egressam rursus venas
 subire. Fluxionis modus est, quasi inundatio aluei & eluuiæ quædam in cauita-
 tem articulorū, ad partes vicinas. Sed cū per musculos fit transitus, dolor non per-
 cipitur ob laxitatem. Raròque defluxio sincera est à venis, cum in his humores
 omnes contineantur. Sæpius si vel à recrementis cerebri oriatur, vel per conge-

Aëtius cap. 7.
 Te. rabill. 3.
 Serm. 4.

Tria in arthritide
 de consideranda.

Podagra Bacchi
 & Veneris filia.

Arthritide mul-
 lieres cur rariùs
 corripiuntur.

Arthritidis fu-
 turæ duo præci-
 pua remedia.
 Arthritidis qua-
 tur seminaria.

Fluxionis modus
 in arthritide
 qualis.

causam arthritidis, quia ex lib. 4. de morb. rari ex hydropse, id est ex humore melancholico morbi nascuntur; quia non suppetit idoneam igni materiam. Podagra fit à sanguine corrupto, vt atra bile. Est autem senibus ad excrementa exhibendum chartarticum, quia natura ipsa per se morbum mitigare non potest: tum quod in senibus neque abscessus, neque excretio sperabilis est.

Lactus asinini) Ex Hippocrate lib. de articul. lac asininum, quod vult coqui, duas affert opportunitates ad podagræ curationem necessarias, neoterisimum, & epicrasim. Illum affert, quia viscera temperat & ad temperamenti & complexionis mediocritatem reuocat.

Ex hermodactylis) mala est hermodactylorum, euphorbij & colochyntidis capragia contra stomachum, ideoque iis non vtendum. Ad arthritidem igitur ex sero natam, hoc præstantissimum remedium est.

R. castia ʒ. i. electæ. de succo rosar. ʒ. 2. fiant boli. dentur à cochleari cum syrupo rosarum pallidar. vel violato (adiectis quæ stomachum roborant) vt rheo, nuce moschata, mastiche, cortice citri condito. Conficiuntur & solemnna medicamenta, quale hoc est.

R. decoctum ligni guaiaci cum hermodactylis, turbit, colochyntide, & folijs senne. Coquantur ʒ. 2. foliorum senne in duabus libris decocti guaiaci cum ʒ. 1. hermodactylorum & ʒ. ʒ. f. turbit. fiant portiones, quibus alternis diebus vtantur arthritici, qui à lue venerea sunt arthritici. Nam gutta vulgo dicta per collectionem nata boles est venenatæ luis Venereæ.

R. agarici) Agaricus intelligitur trochiscatus, id est in pastillos redactus, cuius vis diluiter in infusione vini albi & zinziberis, sed malè, quia hoc est caco stomachum. Si fit autem vtendum agarico trochiscato, velim trochiscos ipsos deuorari non infundi, & si quando agarico vtendum sit, cum decocto herbarum cephalicarum præscribi debet agaricus non trochiscatus.

Fiant pilule) Pilulæ istæ sunt optimæ & ad cephalalgiam & alui cruditatem. Valent ad expurgandam materiam sine offensione ventriculi. Ergo primus scopus curandæ arthritidis hic est, vt arthriticus quater anno det operam purgationi, vt syrupsis solemnibus, & venæ sectioni, vt ante dictum est. Sequitur dicendum de altero scopo curationis, qui in corroborando versatur. Quod fit topicis. Agitur de repellendo, digerendo, mitigando, vacuando & roborando. Hi sunt scopi topicorum, & vt scopi ita vtendum topicis.

Dolorem leniant) Vel amouendo causam, vel materiæ feritatem infringendo, vel stupefaciendo.

Repellant) Humorem morbificum in crassando, meatus laxiores cogendo, & humoris organum temperando & sistendo, vt ita dicam. Quot enim sunt fluxionis causæ, totidem sunt repellendi occasiones. Doloris acerbitate humor etiam sopitus trahitur, attractione fluxio fit.

Coquant) Mitificent materiam, vel pepasum materiam mitigando inducant.

Difflent) Materiam in parte affecta contentam. Hos omnes scopos si vna eademque opera Medicus consequi possit, optimè fecerit.

R. Medulla panis) In materiæ gargalifino vbi pars doloris acerbitate vexatur, non incipiendum à laxantibus, vt cataplasmate illo ex mica panis & lacte, et si valet ad leniendum dolorem. Primum igitur erit vtendum oxycrato, quod meatus constringet, materiam temperabit, & in crassabit. Nec de aceto verendum est, quia non tam infirmos facit nseruos ad motum, ac sumptum.

Adde opij) Auicennas interdicensum omni ratione putat opio & medicamentis opiatis idque ratione parris affectæ. Sed ego arthritidem sæuissimam ex humoris affluxu natam curauit, & Deus sanauit, sanguinis detractio, clysteribus, & vini abstinentia, admoto cataplasmate ex folijs hyoscyami coctis in lacte. Est anodynatum quod infringit qualitatem acrem & venenatam, humorem subtilissimam in crassat, & partem non offendit. Nam hyoscyamus frigidus quarto gradu summam refrigerandi vim amittit illa coctione cum lacte. Et hæc dicta sint in contextum auctoris.

Cur senes vehementer sint purgandi.

Lactis asinini doses.

Boli.

Stomachum roborantia.

Potio ad arthriticos à lue venerea.

Ratio vtendi agarico.

Pilula. Primus scopus curandæ arthritidis.

Alter scopus.

Dolorem lenientia.

Opij vsus. Historia.

Folia hyoscyami.

IN CAPVT LXIII. DE arthritide.

DV RETI IN SVAM ENARRATIONem Annotatio.

Est ex iis quæ in hoc libro de morborum curatione proposita sunt, illud extremum, vt explicata omnium morborum, symptomatum, & causarum morbificarum, remedium historia, morborum, inquam, omnium capitis, thoracis, alui, partium generationi dicatarum; illud, inquam, extremum est vt de vitio totius habitus hoc loco dicendum sit, quæ vel in contiguitate artuum & membrorum cernuntur. Sed non omnia partium singularum extimarum habitus corporis vitia in examen vocantur, quæ extrinsecus accidunt, vt fracturæ, luxationes, vulnera, contusiones, quæ *πρῶτα* vocat Hippocrates, hæc non in quaestionem vocantur, nec propositum est de illis dicere. Dicemus igitur non *οὗτοι τῶν μόνων*, sed de iis quæ intrinsecus veniunt, & *φύματα* ab Hippocrate dicuntur, per quæ ab eodem lib. 2. Epid. intelliguntur *εὐθymata*, exanthemata, carbunculi, phlegmones, erysipelata, scirrh, œdemata, strumæ: inter quæ commemorabimus arthritidem & elephantiasim, quorum vnum est contiguitatis, alterum continuitatis. Arthritis morbus est *συντάξις*, id est, confociationis; elephantiasis verò vitium est *συνσχία*, id est, continuitatis, & carcinomatis species quædam est. Hi autem duo morbi sunt aspectabiles, & inter omnia corporis habitus *φύματα* principatum obtinent causarum magnitudine, symptomatum vehementia, & difficultate curandi. Primum igitur de arthritide dicamus, quæ *ἀρθρῶν* nomen habet; estque insignis morbus articularum, qui *κατὰ τὴν ἄνω καὶ κάτω* partis affectæ, articularum scilicet sibi nomen adoptauit. Non enim omnis articularum dolor arthritis est, quemadmodum non omnes oculorum affectiones *ὀφθαλμίας* nomine continentur, sed sola inflammatio, nec omnis lateris dolor pleuritidis dicitur; nec omnis difficultas spirandi est peripneumonia, nec omne delirium est phrenitis. Ita nec omnis dolor articularum est arthritis. Neque enim abscessus qui in articulis sunt alterius morbi successione, vt peripneumonia, arthritidis, nomine comprehenduntur, sed solum is dolor qui symptomatum vehementia, perenni affluxu materiæ, cruditate humoris & synathrisimo est acerbissimus. Quæ doloris acerbitate nulla maior excogitari potest. Sed fortè querat aliquis, quomodo tam sæuus dolor in articulis exciteretur, cum ij sunt anodynij, & vt ossa sensu careat. At in parte sensus experte, dolor seu sensio rei molestæ excitari non potest. Notum est quod apud Hippocratem *ἀρθρῶν* nomen duobus modis vsurpatur & dicitur. Est enim caput ossis vicini cavitatem subeuntis, vt condyloima brachij *ἀρθρῶν* vocant. Sed propriè articulus dicitur ipsorum ossium inter se confociario: quæ quot modis sit nobis est explicandum. Ossa connectuntur inter se, & ex contigujs sunt penè continua duobus modis: Vno quidem per *ἀρθρῶν*, altero verò per *εὐμφυσαν*. Per *ἀρθρῶν* intelligo mutuum ossium connexionem, vt exempli causâ; femoris caput subit coxæ capacitatem circa quam mouetur: talis connectio est *ἀρθρῶν*. Os cubiti cum osse brachij connectitur *περὶ χυλοειδῆς* & circumrotatur. Dentis connectuntur cum maxilla per *ἀρθρῶν*, ossa capitis *σφρηνοειδῆς*, per *σφραγδα* connectuntur, & talis connectio est per arthren. Connexio igitur quæ fit mutua ossium confociatione, id est, per *ἀρθρῶν*, duas habet differentias, *διὰ φρῶσιν* & *συνάρθρωσιν*. *διὰ φρῶσιν* est articulari lib. 2. de artic. Horum nomen fuit auctor Hippocrates. Ossa maxillæ coarticulantur, non dearticulantur, *ἀναιρέσιν*, id est, immota manent. Nam si per *διὰ φρῶσιν* mouerentur, aspectabili motu mouerentur, aspectabili motu mouerentur, vt manus, brachium, crus, tibia, pes, quorum aspectabilis motus causa in diarthrosi, id est, dearticulatione consistit. Sed enim dearticulationis tria

Ανακράσασις.

Vitia totius habitus corporis.

πρῶτα. Quid sint φύματα.

Arthritis morbus συντάξις.

Elephantiasis vitium συνσχίας. Quid arthritis, & unde nomen habeat.

Quid φρῶσιν.

Αρθρῶν apud Hippocratem duas significat. Ossium connectio fit duobus modis, Αρθρῶν.

Αρθρῶν duas differentias, διὰ φρῶσιν, & συνάρθρωσιν. Διὰ φρῶσιν tria genera.

Sunt genera, *ἡ ἀρθρώσις, ἡ ἀρθρῶσις, ἡ ὑπερκαρσία*; quæ tria distinguuntur connexionis modo & ratione diuersa. Enarthrosis est inarticulatio, vt fœmoris cum coxa. Non ita connectitur brachium cum scapula, quia scapulæ cauitas est leuiter celata, ideo, quæ natura ei opposuit appendices ossium quasdam, ne brachium in partem exteriorem, interiorem, aut superiorem luxaretur. Luxatur enim tantum in inferiorem seu alam. In anteriorem luxatur brachium bis tantum vidit Hippocrates, quater Galenus. Connexio hæc dicitur arthrodia, quasi articulatio quædam, sed non perfecta. Tertia connexionis ratio est *ὑπερκαρσία*, qui cernitur in valvulis, quæ mutuo sese excipiunt, vt cubitus cum brachio, & excipiuntur. Denique omnia ossa inter se connexa, consociata, per motum aspectabilem, per *ἀρθρώσις* connecti dicuntur, cuius tres differentias explicauimus. Sequitur alterum connexionis genus per arthron, quod synarthrosis, *συνάρθρωσις* vocatur: cui nomen imposuit summus præceptor loco citato, quod cernitur in ossibus nouem maxillæ superioris quæ nullo modo mouentur, quia coarticulantur non dearticulantur. Et hoc genus connexionis, ad ossa pertinet quæ immota manent. Est enim connectio ossium, quæ vel nullo modo vel obscuro motu mouentur, vt aiunt anatomici, sed propriè est connectio ossium immobilium. Nam in metacarpo & pedio etiam obscure mouentur, tamen apparent connexiones per arthrodiam & ginglymon. Huius synarthroses scilicet, tres sunt differentiæ. Prima est *ῥυμφωσις*, secunda *ἰσθμῶσις*, seu *σύνμφωσις*, tertia *ἀρθρῶσις*. Dentes connectuntur cum maxilla per gomphosim & sunt immobiles. Immobilis est maxilla superior & eius ossa connectuntur per synarthrosim. Duo officula nasi connectuntur per *ῥυμφωσις*, id est, per lineam quæ dicitur harmonia: ossa capitis connectuntur per *ἰσθμῶσις*, id est, suturam, aut per *πίστιν* aut *σπειρώσις*, id est, serratim. Hæc sunt differentiæ *τῶν ἀρθρῶν*. Nunc quid de symphysis dicemus? Quæ nã ossa per symphysim connectuntur? Quid est symphysis? Est *ἰσθμῶσις*, vnio, connectio ossium, continuitatè affert, & eã cum cõiungitate cõiungit. Gomphosis nõ est *ἰσθμῶσις*, quia dõtes & auellitur & sua sponte excidunt. Calcariæ ossa connectuntur per *ἰσθμῶσις*, ossa nasi per harmoniã: est ne symphysis? Minimè verò. Est enim contiguitas nõ continuitas. At in symphysis est cõiungitas & vnio ossium. Parũ autem esset ossa inter se cõsociari per arthrodiã, & omnes eius differentias, nisi totum corpus fieret vnium per symphysim, quæ cernitur in synarthrosi, & eis continuitatem affert. Symphysis igitur quæ est in omnibus partibus, quæ aspectabili motu mouentur, fit tribus modis, trium rerum interuentu, carnis, ligamenti, & cartilaginis. Quæro quænam est consociatio scapulæ? an per *ἀρθρῶσις*? Non. Quænam ossis hyoidis? an per arthron connectitur? Non. Quænam costarum ipsarum cum sterno consociatio est? Quænam omnium ossium quæ per diarthrosim connectuntur? Scapula cum vicinis partibus connectitur per symphysim, interuentu nouem musculorum, quorum beneficio mouetur, & illa symphysis dicitur sylvasticos. Ossis hyoidis connectio est aliqua. Nam nulla pars per se separata manet. Estne hæc consociatio per arthron? Non. Ergo per symphysim. Huius symphysis species est & differentia sylvasticos. Nam pari musculorum contentione suo in loco continetur. Os fœmoris cum coxa connectitur non solum per enarthrosim sed etiã per symphysim eam, quæ dicitur synchondrosi. Agnosco enim symphysim quatenus illa duo ossa inter se connectuntur ligamento valdidissimo. Synchondrosi autem duplex est. Vna per ligamentum proprium, quod ab osse fertur in aliud / & est in interna capacitare, sensuque caret, quia ab ossibus propria ligamenta ducunt originem: Os verò non est sensus particeps: at nemo dat quod non habet: Altera fit per ligamentum commune, quod est quædam aponeurosis, & veluti membrana à musculis orta. Hæc membrana in connexione ossis fœmoris cum coxa fertur à coxa in fœmur, à parte scilicet quæ continet in eam quæ continetur, & complectitur totam articulationem. Hæc symphysis per ligamentum commune seu aponeurosim non est anodynos, vt alia, sed sensus exquisitissimi particeps, & ea habet hyperaxim arthritis. Tertium symphysis genus cartilaginis interuentu quæ synchondrosi dicitur, cernitur in connexione costarum cum sterno & ossibus pubis, tamẽ illa cartilago successu temporis in os mutatur. Hæc de articulis dicenda fuerunt, in quibus arthritis consistit, cuius estis nosster auctor naturam non explicauit, tamen curationis scopi ab eo propositi ostendunt

Brachij luxatio ἀρθρῶσις. ὑπερκαρσία. συνάρθρωσις alia era ἀρθρῶσις specier.

Συνάρθρωσις tres species. ῥυμφωσις. ἰσθμῶσις seu ἀρμόσις. περσῆ.

Quid σύνμφωσις.

Σύνμφωσις tres modi. συνάρθρωσις. συνάρθρωσις. Σκάρπια cum τῶν ossium partibus connectio per σύνμφωσις.

συνάρθρωσις duplex. συνάρθρωσις per ligamentum proprium. συνάρθρωσις per ligamentum commune.

In qua parte arthrosi. ὑπερκαρσία. ὑπερκαρσία.

ostendunt facis quid sit arthritis. Arthritidis causa suscipiens est articulorum insula suscipiens & efficiens. Scopi curationis. Quid sit arthritis. ἰσθμῶσις quid. Arthritidis secundaria. Arthritidis primigenia hyperaxim. Fernelij error. Quibus in ligamenti sensu insula aut desit. Distinctio arthritidis, podagras & ischiadis. Arthritis articularum febris propria ex Hippocrate. Humores arthritidem committentes. Ischiadia natura & causa. Cur eunuchi podagra non laborant. Pueri non sunt arthritici. Mulieres menstruales podagra non laborant. Historia Arthritidis biliosa dysenteria succedanea. Arthritis generis.

ostendunt facis quid sit arthritis. Arthritidis causa suscipiens est articulorum insula suscipiens & efficiens. Scopi curationis. Quid sit arthritis. ἰσθμῶσις quid. Arthritidis secundaria. Arthritidis primigenia hyperaxim. Fernelij error. Quibus in ligamenti sensu insula aut desit. Distinctio arthritidis, podagras & ischiadis. Arthritis articularum febris propria ex Hippocrate. Humores arthritidem committentes. Ischiadia natura & causa. Cur eunuchi podagra non laborant. Pueri non sunt arthritici. Mulieres menstruales podagra non laborant. Historia Arthritidis biliosa dysenteria succedanea. Arthritis generis.

ostendunt facis quid sit arthritis. Arthritidis causa suscipiens est articulorum insula suscipiens & efficiens. Scopi curationis. Quid sit arthritis. ἰσθμῶσις quid. Arthritidis secundaria. Arthritidis primigenia hyperaxim. Fernelij error. Quibus in ligamenti sensu insula aut desit. Distinctio arthritidis, podagras & ischiadis. Arthritis articularum febris propria ex Hippocrate. Humores arthritidem committentes. Ischiadia natura & causa. Cur eunuchi podagra non laborant. Pueri non sunt arthritici. Mulieres menstruales podagra non laborant. Historia Arthritidis biliosa dysenteria succedanea. Arthritis generis.

lorum dolores, &c. Auicennas autem arthritidis causam agnouit sanguinem purum, biliosum & pituitosum, non melancholicum. Negare vero abscessum fieri posse per venas, membranas, & nervos, absurdum est. Nam id docet Hippocrates. Ergo arthritidis duæ sunt omnino causæ, articulorum imbecillitas, & humoris nimia abundantia, eiusque in articulos prolapsus. Articuli sunt imbecilli natura, id est, complexionem & temperamento proprio, vt in arthritide gentilitas, quia semen retinet complexionem & temperamentum partium vnde manat, & valetudinis cura, mala scilicet. Articuli valetudinis cura imbecilli sunt immoderato rerum Venerearum vsu, & frigidi appulsu, tum otio, qui enim viuunt in vmbra & otio, his articuli sunt infirmi, vt scribit Hippocrates lib. 2. de articulis, lib. 2. de diet. acut. Nam omnis mutatio ab otio ad negotium molesta esse solet. Vnde qui in morbis diu decubuerunt, nonnunquam fiunt arthritici, vt ex equitatione. Nam Scythæ ab equitatione in *nidus* incidebant: ad quam affectionem venam pone aures secebant, sicque fiebant steriles. Huius sterilitatis causam ad Deos referebant. Omnia sunt diuina, inquit Hippocrates. Verum inopia materiæ spermaticæ fiebant steriles. Efficientem causam agnosimus suppressionem excrementi, quod in peculiari cuiusque natura redundare consuevit, & interceptionem solitæ vacationis, vt hæmorrhoidium, menstruorum: tum cruditatem, vnde putredo. Præterea nihil aquæ facit ad generationem arthritidis, ac liberalior vini vsus, (vt annotant Galenus ad aphor. illum, *Famem meri posio soluit.* Et ad aphor. lib. 6. Epid.) præsertim ieiuno stomacho. Causæ verò instrumentales sunt amplitudines meatuum, quæ eiusmodi sunt diuturna suppressione. Comparata illa cacochymia, plethora & cacopragia sit arthritid decubitu materiæ à patre quæ continet in eam quæ continetur, vel eiusdem materiæ gargalismo vel attractione humorum quam facit dolor. Cuius summa acerbitas symptoma est arthritidis coniunctum. Præterea in diuturna arthritide sunt topi, qui nascuntur teste Aristotele maximam partem ex pure concreto, quando remedia inconsideratè parti arthriticæ applicantur. Præterea accidit *ἀδυναμία* progrediendi partibus diu obsessis, vt inualidæ fiant, nec suo officio fungi possint: Vt in quodam illustrissimo Principe (*Domino de Nemoui*) obseruaui, qui ab vsu olei ceræ arte chymica extracti ex arthritide in adynamiam progrediendi incidit. Sed & hoc notandum est, quòd qui sunt arthritici Vere & Autumno, illo propter gargalissimum humoris, hoc propter cacochiam, si non fiant, de vita periclitantur, & sic multi moriuntur: Vnde scripsi pro Illustrissimo Principe: *Quand vous avez la goutte vous estes à plaindre, Quand vous ne l'avez vous estes à craindre.* Polemarchi de Brissac & de Termes erant arthritici Vere & Autumno. In illo cum non esset arthriticus, vt antea, suppressa materia fecit carcinoma in mesenterio: hic suppressione illius materiæ ob irarum æstum, quo, incanduerat, factus est asthmaticus, sicque interiit. Deprehendimus in eo diaphragma tam contumaciter adhærens ad hepar, vt auelli non poterit. Ergo arthritidis est febris articulorum cum doloris acerbitate coniuncta. Non enim omnis febris focus est in corde, vt ex Galeno intelligitur. Febris à repletionem articuli, distentionem, & compressionem. Gynghimos in gonagra, enarthrosis in ischia, in podagra omne articulationis genus repletur. Repletio affert distensionem ligamenti communis, compressionem & putredinem proprii, vnde dolor & calor.

Arthritidis causa instrumentales.

Tophorum in arthritide generatio.

Historia.

Historia.

Non omnis febris focus in corde.

Arthritidis gentilitas.

Curatio arthritidis duo scopi.

Explicitis causis arthritidis, quæ potissimum gentilitas est: Nam.

*Qui vires in foliis venit ex radicibus humor,
Sic patrum in natos abeunt cum semine morbi.
Dixit Poëta, mores.*

Nunc de arthritidis curatione agamus, cuius duo sunt omnino scopi, in quos quidem tanquam digitos ad fontem intendit noster auctor. Vnus est vacationis, alter est firmitatis & confirmationis, propterea quòd omnis arthritidis generatio perficitur imbecillitate articulorum & materiæ morbificæ feritate ac copia, quæ fertur eò vel decubitu, vel orgasmo, vel attractione. Est igitur consentaneum,

vt si ex

vt si ex perspicentia causarum remedia conuenienter instituantur, vt vacationi operam demus, deinde corroborationi partium, quod ex scripto auctoris docuimus, ac ea remedia præscribemus quæ ad materiæ vacationem & robur partium valent. Nunc de topicis conuenienter in arthriticum dolorem adhibendis dicemus. Hæc igitur prima lex in arthritidis curatione sancitur, vt materiæ morbificæ generatio prohibeatur, fons exhauriatur, organum impediatur, discutatur materia, quæ in parte affecta continetur, pars denique roboretur. Generatio mortificæ causæ multiplex est, vel ipsius multiplices causæ. Nam à tempestate Austriacæ cum madefacta fuerint ligamenta & caput repletum, facilis sit ad arthritidem inclinatio. Nam ea tempestate fit preparatio causæ suscipientis, & generatio efficiens. Diæta ferè est omnium arthritidum matrix. Hæc consistit in victus ratione & vitæ instituto. Nec locum habet arthritidis in ædibus tenuium hominum, pauperum, & miserorum, qui parè ac duriter viuunt, seque in improba corporis exercitatione afficiunt. Idcirco vocat Homerus arthritide *μαστόχων*, hoc est, *pauperum inimicam*. Nam hi in labore corporis omnem suæ vitæ cursum consuevit, & sæpenumero deducunt necessitates corporis, tantum abest vt genio indulgeant. Ergo in diæta esset arthritidis ipsius. Sed inter omnia diæta vitia numeratur bibacitas, crapula, & Venus. Nam ex Poëta.

Nec Venere, nec tu vini capiaris amore,

Vno namque modo vina Venè: que nocent, &c.

Vinum ieiuno præsertim stomacho neruis bellum indixit: Vinum sanis robur est, ægris infirmitas: Stomacho valido & cordi valido est consociatum: Est solatium natui caloris & spirituum: Cur ergo arthritico non conceditur? Theorema est: Quæ ex parte natura magis est opis indigens, hac illi ex parte est opitulandum: Natura in arthritico magis est opis indigens cõtra vini morbi pugnandum, quàm refectioni studendum. Prohibeatur igitur vini vsus. Arthriticis enim natura & valetudinis cura vinum non est *ἰσχυρόν*: Et eius vsu grauius peccat in sua commoda, quàm aliarum rerum naturalium vsu. Imperetur melicratum dilutissimum: quo nullum remedium præstantius est, præsertim si arthriticus non sit siccus, *μαλακοσπύγγων*, aut *πυρόχολον*. Conscimus illud ex 40. vel 48. partibus aquæ & vna mellis, Vt.

\mathcal{L} . pintas tres parisienses aquæ fontanæ, \mathcal{Z} . ij. mellis nostratis communis (*quod ego antepono Narbonensi*) coquantur despumando diligenter ad consumptionem tertiæ partis, vt ex tribus pintis supersint tantum duæ. Vtatur eo in epulis loco vini.

Dici non potest, quam mirificos afferat sanitatis fructus. Multis arthriticis inter diximus vino, qui ab eo tempore rectè habuerunt. Excludantur pomaceum & pyraceum, quia cruditatem partunt: Sunt enim causæ cruditatis, quæ omnis arthritidis est matrix, maximè verò pyraceum, quod nihil aliud est quàm serum. Mallem vti vino suauis oligophoro, multum diluto. Præterea vitæ cruditatem, nimiamque humoris abundantiam. Capiat cibos parca manu, qualitate humidos, sed consistentia solidos. Excludantur pepones, melones, & mala armeniaca, acetarijs abstineat. Quòd si portulaca & lactuca gaudeat, his sine aceto vtatur, sed eius vice saccharum & mel ponantur. Acetum neruis & stomacho bellum indixit. Vtatur prunis Damascenis, vis immaturis & carpandulis malis, quia habent *εὐσπάρχια*. Æstate vtatur caseo recens presso, si biliosus fuerit, abstineat veteri & foedi odoris. Carnibus vtatur elixis potiusquam assis: Nihil enim æquè valet ad catarrhi curationem, quàm diæta humida, præsertim vbi catarrhus originem habet ex contrario partium nobilium temperamento. Ergo in catarrho est vtendum potius elixis quam assis, & iusculis, his parca manu, saporatis tamen lactuca, portulaca, cichorio domestico. Ineunte Vere quo per organum materiæ ad articulos viam affectat, detrahatur sanguis parca manu ad reuulsionem & amotionem causæ coniunctæ. Det operam purgationi, vitatis Venere & vitæ. No vt iam dixi. Hæc pertinent ad prohibendam materiæ morbificæ generatio-

ANTON. VALETII EXERCIT. LXIII.

Gal. commen. ad
apbor. 49. lib. 6.
Aphor.

Fluxionis modus
in arthritide.

Fernelij de ar-
thritide opinio
non seranda.

Arthriticus dolor tactus dep rauati symptoma est, quamquam improprie inflammatio dici possit, tum fluxionis ratione, tum quod inflammatio huius sit affectus inseparabilis comes. Huius causæ sunt duæ, fluxio, & articulo- rum imbecillitas. Fluxio quidem humorum est, non modo articuli cavitatem subeuntium, & eiusdem ambientium vinculum, sed præterea superfetas mem- branas, nervos & tendones, quæ partes propter sensum exitium vel calida in- temperie, vel frigida, & solutione continui per distentionem à repletionem facta, maximè infestantur, decupantiam. Vt est humoris species arthritidis causa con- tinens, ira arthritidis frigida est, vel calida. Fernelius cap. 18. libr. 6. Patholog. ali- quot rationum momentis, sed sane leuioribus, quam quæ debeant à meliore ve- terum dogmate nos abducere, omnis arthritidis materiam pituitosam esse om- nino ac ferosam contra Galenum arctissimè contendit. Addit & tenuem illum humorem, non è cerebro & interioribus eius ventriculis, sed à pericranio, par- te capitis externa, extraque caluam posita, non per spinalem medullam per sum- ma corporis sub cute, deorsum decurrere. At, quæso, an calorem, ruborem, fe- brem, quæ arthritidem ferè comitantur pituitoso potius, quam feruenti humori, vt calido & bilioso, adscripseris? Fiunt dices, non à natura humoris, sed à disten- sione. Cur igitur idem œdematum generi non vsu venit? Deinde aliquis (gratia exempli) ætate iuuenili, ætate media, antegresso victus genere bili generanda accommodato, consentientibus etiam symptomatis humoris biliosi propriis, ar- thritide prehendatur, an eam potius à bile, quam à pituita, quæ isto in corpore nullo modo peccat, fieri dixeris? Quinetiam ad arcendam arthritidem non per- petuo idonea esse eadem remedia communis docet experientia, si quidem do- lori alicuius sedando, vt biliosæ competit oleum rosaceum, quod pituitosæ noxium. Sic humorem biliosum mita digerentia satis resolunt, pituitosum verò minimè, sed vehementiora longè requiruntur. Quod autem pericranium pars non sit transmittens, à qua omnis fluxio fiat, hinc colligitur, quod repe- riantur multi arthriticis doloribus grauiter afflictati, qui prius nec capitis gra- uitatem vllam, nec vllum perceperint dolorem, cum tamen ex Hippoc. lib. de Natura humana, omnis pars transmittens, excipiensque laboret in omni humo- rum decubitu, suisque symptomatis se prodatur. Præterea à pericranio in spi- nale medullam, qui potest esse aditus? Probabilius enim est fluxiones in spinalem medullam fieri à cerebro, ex quo oritur. Et quid verat, quominus sanguis, qualiscunque sit in membranis & cerebri venis, huiusque sinibus per venas & arterias deuolui, deorsumque relabi possit, omnèque fluxionis ge- nus parare. Ad hæc sententia est Hippocratis: *Cui intestinum à dextra parte ar- ticulorum morbo laborauit, erat quietior: postquam verò id curatum fuerit, erat dolentior.* Galenus in comment. id fieri scripsit conuerso humorum impetu à coli intestino in articulos. At humorem eiusmodi semper à pericranio decidere quis dixerit. Accedit huc. Quod plerique obseruarunt à diarrhœa intempesiue co- hibita arthritidem nonnunquam subsequi. Qui Fernelij partes mordicis tenent, validas huic sententiæ machinas admotas putant, si soli capiti adhibitis reme- diis, tentatis frustra aliis, se fortè arthritidem curasse profiteantur. Sed hoc minus verisimile. Reliquum ergo statuamus humorem morbificum magna ex parte ex capite, toto corpore, hepate, liene manare.

Morbus hic vt liberatu, sanatuque difficilis sit, non tamen lethalis est. Con- suetudo enim in habitum cum concesserit, non sinit magnam ingentemque co- piam colligi; verum ex facilitate perpetiendi in consuetos articulos excrementa illabuntur. Statim itaque si à calida sit materia, vena partis oppositæ incida- tur, aut, si venæ sectioni non sit locus, clementior purgatio è castia, cathol. rheo syrup. laxat. ros. pallid. imperetur. Atque etiam ipsis in initia o- leum rosaceum, vel omphacinum pauco aceto perfusum, parti affectæ ad- moueatur, quod repellendo & roborando fit. Deinde verò temperantur at- que incrassantur humores syrupis accommodatis, de quibus in aliis affectibus biliosis diximus; postremo chol. gogis vacuantur. *Pilulæ de hermodacty- lis.*

Hippoc. sent. 3.
sect. 4. libr. 6.
Epid.

Diarrhœa in
tempesiue sup-
pressa arthri-
dem atulit.
Arthritidu à
caussa calida
curatio.

lis. Arabibus alioqui tantopere commendatæ, suspectæ sunt, nisi in robu- stis corporibus, quod hermodactyli ventriculo plurimum noceant. Topica anodyna sunt infinita. In ardore magno vtilissimum vnguentum ex æquis po- pulei & vnguenti hurruti partibus. Vel.

R. cerat. ros. ʒ. i. muceag. semin. psyllij ʒ. ʒ. opij ʒ. ʒ. croc. gran. 4. hac po- strema lacte uniantur, deinde cum aliis misceantur addito rosaceo, pro un- guento.

Cum autem inclinatur morbus, excoquentibus oleis, & discutientibus, vt chamæm. sesamin. liliac. anethino, additis eius generis farinis pulueribus & adipibus cataplasmata fingentur. Vel.

R. muceag. semin. lini. & fœnugrac. extract. in aqua chamamel. ana ʒ. 6. adipis anatis & gallinæ ana ʒ. 2. cum cera pauca & oleo fiat vnguentum. In- uncta ex eo parti succida lana superponatur.

Cum de præcautione tantum agitur, sufficet ineunte Vere & Autumno vnam facere, & purgationem, cæteris non repugnantibus instituisse, nec non ad deficcationem humorum, & laxitatem articulorum corrigendam fo- menta ex adstringentibus, balaustris, malicorio, vino nigro & austro incoctis, vsurpasse, vini vsu penitus subtracto.

Arthritidis autem cum à causa est frigida, purgantia primum requirit blandiora, vt ex rheo & agarico in aqua salu. beton. aut cephalico deco- cto infusis, deinde valida, sed præparatis ante humoribus, apozematis, & iis, quæ nervosum genus roborant, simplicibus. Materiam valenter pur- gant pilulæ auræ, coccicæ mollitæ cum aqu. aut syrup. cephal. infusiones pauci turpethi bene gummosi. Huc etiam pertinebunt ano dyna statim prin- cipio adhibenda. vt ol. chamæmel. vulpin. lumbr. tantillo addito rosacæ, donec fluxio desierit. Diaphoretica sint valentiora. In tophos aut nodos si abierit affectio, ferè semper insanabilis. Iuxta illud.

Arthritidis à
caussa frigida
curatio.

Tollere nodosam nescit medicina podagram.

Vulgo tamen ad ea emplastra parantur ex gummi ammoniac. opopanax. bdellio, cum mucaginibus, alth. lini, fœnugr. extract. in aqu. vitæ, in qua etiam gummi dissoluuntur, adiectis medullis, adipibus, pulueribus salu. cyper. ireos, hermodactyl. cera & oleo sufficienti.

Ischias grauissima est, quæ nullum certè præsentius habet remedium clyste- ribus sæpè ac sæpè repetitis. Etenim præterquam quod humorem in affectam partem ruentem reuellunt, oleorum etiam calore digerunt. Clysterum forma hæc erit.

Ischiadi cura.

R. malu. bismalu. violar. centaur. minor. chamedr. chamapit. orig. puleg. cala- menth. ana M. i. semin. anis. fœnic. ruta ana ʒ. flor. rosmarin. & chamam. ana p. 1. f. decoctio ad lb. 1. In colatur. dissolue hiera simpl. & diaphan. ana ʒ. 2. mell. anthos. ʒ. 1. ol. lil. & chamam. ana ʒ. 1. ʒ. f. clyster.

Paulatim augebis olea magis digerentia.

sectio venæ in cubito lateris eiusdem reuellendo plurimum confert, præser- tim si plethoricus sit æger. Interim quia acerbissimus est dolor, exterius ano- dyna applicentur.

R. olei chamam. & aneth. ana ʒ. 1. pulu. chamam. ʒ. 2. misce pro fots partis.

Repellentia hic nunquam vsurpanda: nam intro humorem regerendo dolo- rem. Linimenta verò magis digerentia sensim imperantur. Vt,

R. muceag. semin. lini, fœnugrac. extract. in aqua stillatitia chamamel. ana ʒ. 1. pulu. chamamel. ʒ. 2. olei lilior. & aneth. ana ʒ. 1. axung. anser. ʒ. 6. cum cera fiat lenimentum pro parte affecta.

Efficacius erit hoc vnguentum.

R. unguent. dialth. vng. resum. an. 3. i. mucos. sem. lini & fœnugr. extract. in aqu. chamam. ana 3. i. s. puluer. ireos Florent. iua arthris. ana 3. i. s. emplast. de melililo 3. i. s. malaxentur omnia in oleo lilio. vel oleo de terebinthin. & modic. aqu. vitæ f. unguent.

Sed his limentis & similibus, quæ quisque suo ingenio effinixerit, non remittitur dolor: clysteres iterabuntur, à quibus parti fomenta instituentur.

R. matu. bismalu. parietar. violaria ana M. i. origani. calamen. puluer. chamap. chamadr. agrim. ana M. s. ros. rub. p. i. f. decoct. in aqu. comm. cum pauco vino albo, pro fotu partis cum spongiis.

Ex magmate eius decocti parari poterit cataplasma additis olei liliæ & chamam. an. 3. 2. puluer. chamam. 3. 3. puluer. ireos Florentiæ 3. 2. axungie anferis, vel cati, vel leporis 3. i. s. cum cera sufficienti. Syluius probabat fotum ex vrina pueri biliiosi. In cataplasmatibus vitanda nimium digerentia, ne tenuiore materia vacuata reliqua occalescant. Ad materiam ab alto ischio euacuandam hoc emplastro utebatur Fernelius.

R. gummi pini, resina nigra ana 3. i. hermodactyl. puluer. sulphuris viui ana 3. 6. aristoloch. vtriusque 3. 3. ireos Flor. i. s. cum oleo lumbr. & cera f. emplastrum. Adde, si velis, adipem digerentes.

Neque verò interim omittendæ sunt cucurbitulæ, quæ in hoc morbo tantam vim habent, vt primam partem respiciant. Affinguntur sæpe ac sæpe partibus superioribus, à quibus in coxendicem defluit humor. Si ex calore febris corripuerit, vt ferè fit, electuariis vires recreentur. Medicamenta purgantia alternatim sumantur. Viscidis alimentis & siccis, itemque syrup. myrtill. cydon. cum aqua multa chalybeata, vino etiam crassiore, nisi febris inhibeat, sanguis ad omnem motum ineptus reddatur. Si spes sit contractæ à lue venerea ischiados, decoctum guaiacini ligni, Cynaræ, falsæ Parillæri, ex vsu. Si præ dolore somnum iniri non potis sit, frontalia & hypnotici syrupi imperabuntur.



HOLLERIVS.

De 1 Elephantiasi vera: CAP. 64.

Confirmata 2 Elephantiasis non 3 curatur. Recens 4 curari potest & prohiberi. Recentem autem volunt, quæ annum non superat.



Sapiusque Medicus, vt de morbo iudicet, quam vt eundem curet, appellatur. Sanguis itaque de morbo 5 pronuntiandum est. Temperamentum hominis spectandum est.

1. De cancro vniuersi corporis, aut tuberoso corpore, quod elephantus similitudinem fugit.

2. Signa significata propriis, ex quibus non generatio, verum perfectio significatur. Cuius

medi sunt rauca vox, resuma, palula & herosa naves, labia pratumida, aures retorta, totum corpus tuberosum, fudisque rimu exaratum. 3. Quod in habitu corporum omnino deprauata sit assimilatio, in visceribus corrupti sanguinis amissionemque humerum per. nis generatio. 4. Mutatione dietæ, vacuatione & alteratione.

5. Ne contagione morbum ad alios serpat.

Qui 6 sanguine sunt crassiore, huic vitio magis opportuni sunt, & aliquando hæreditarium malum est. Locis calidioribus adustus sanguis aut à frigore congelatus hoc malum inuehit. A febribus continuis malè curatis, ab vsu alimentorum & medicamentorum, quæ melancholiam gignant, aut pituitam crassam, quæ nimium incidunt & attenuant, aut aliter calfaciunt, nonnunquam huius mali initium est. His piger sensus & motus, 7 spiratio retardatur. Durescit 8 aluus, vrinæ 9 crassescunt instar grauius, 12 frequens ructus & 13 sternutatio 14 libido incenditur, 15 concidit appetentia, crassescunt malæ, mentum, supercilio. rum locus, crura & manus, 16 labia crassescunt, tabescunt musculi, & is plurimum, qui medius est inter indicem & pollicem. Fit corpus grandinosum. Sub lingua varicosæ venæ nigricant, facies 17 rubet ad liuorem. Pili 17 è capite & superciliis decidunt, habitus corporis commutatur. 18 Fiunt pterygodes, quasi alati. 19 Satyros representant. Somnia 20 molestissima, 21 incubi, mæror & anxietas. Pulsus exiguus, imbecillus, creber, tardus, rubent oculi, & in rotunditatem coguntur, raucescit vox, narium pinna dilatatur inferiore parte, nares constringuntur, dyspnœa, mollis auricula contrahitur.

Excrementa olida, interstitium nasi corrumpitur, fixus intuitus. Quibusdam detractus sanguis totus corruptus non cogitur. Saliniectum calenti & recens extracto sanguini non dissoluitur. Acetum iniectum sanguini non dissoluitur. Si ad spondylia colli transfiguntur, non sentiunt tandem extremitatum sensus. Oportet igitur vocatum Medicum, vt de re magni momenti pronunciet, hæc signa omnia percurrere. Quæ vt aucta sunt, ita aucti vitij indicium est. Consilium est 22 Galeni, vbi eius mali suspitio est, vt Vere sanguis detrahatur, deinde refectis viribus exhibeatur medicamentum, quod atram bilem purget. Ratio vitæ instituitur, quæ sanguinem crassiore attenuet ac depuret.

Vitatio tamen immodico vsu attenuantium, rationem vitæ ex Aëtio & aliis colliges. Consensus est Græcorum & Arabum initio detrahendum eum sanguinem. Sed quia magna ex parte corruptus is est, particulatim ex vtròque brachio detrahes, eligesque maiores venas, siquidem vires patiuntur, multò magis cum spiratio difficilior est. Alioqui venas extremæ manus, vel malleoli aperies. Nonnunquam etiam contentus eris sanguine, aut cucurbitulis cum scarificatione apposis partim tibiis, partim scapulis. Auicennas venas etiam capitis incidit & iugulares, si suffocatio imminet.

A sanguinis missione purgatio ex hiera diacolocynthidos, deinde etiam adiecto dacrydio: postremò etiam elleboro, sed interuallis hæc fieri oportet. Quo tempore cessamus à pharmacis, sero lactis, lacte etiam & iis quæ humores 23 præparant, & depurant.

Materia ex capite de melancholia.

Postea verò frequens vomitus. Primum quidem è leuioribus; deinde raphano: postremò elleborismo. Cucurbitulæ 24 inanes stoma- cho & visceribus admouentur. Caputpurgia, gagarismata, vntiones primum, vt è butyro: deinde vbi pruritus est, ex ijs, quæ detergent: postremò, cum vlcera partes conueniunt quæ leuiter adstringunt.

Balnea 25 primum dulcia. Persuasum 26 vulgo est balnea comparata sanguine humano morbum hunc persanare. Deinde si pruritus est, naturalia conueniunt. In multis remedijs brassicæ & absinthij decoctum stœchados, ligni 27 sancti, commendatur.

Optimumque fuerit cum his passulas, ficus, violarum flores, buglossi & borraginis incoquere. Multò magis, si feruidior sanguis est, 28 Castratio, vt singulare remedium, ab antiquis probata est. Scobes eboris, cornu cerui, succus Cyrenaicus, asellia quarij, scyllæ semen, & hæc duo maximè contra dyspnœam. Smaragdus trita, & ex aqua data, vel cum aqua & gummi illita. Erinacei apud laudatur à Galeno, nepeta, quâ eo modo vtendum erit, quo ligno sancto, i. cum passulis & cæteris. Laudatur theriaca, quæ in calidiore conditione temperari potest, adiecta parte seruatur violarum aut borraginis. Laudatur vinum, in quo 29 vipera viua extincta sit.

Viperarum carnes abscisso capite & caudâ ad putrilaginem coactæ cum iure albo veterum, vel ijs quæ huic morbo conueniunt, vt & carnes edantur, & iusculum sorbeat.

Alioqui non tam suspectum remedium, si pabulis caponum & gallinarum, iusculum illud & carnes misceantur. Senties penetrasse virus, cum plumæ decidunt auibis, tumque aues ad cibum elixabis. Sed theriacæ & remediorum vsus magis tempestiuus à thermis comparatis è fumaría, borragine, endiuia, nepeta, rosmarino, origano, meliloto, & alijs eiusmodi.

Vtstio frequens circa caput satis fuit aliquando, alioqui in tibijs ac genu, aut musculosâ parte brachiorum cauteria imprimuntur.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

A λφθ, id est, vitiligo, κνησμός, siue pruritus aut prurigo, λαχλώ id est impetigo, ψώρα, λεύκη, ελπίς, nomina sunt affectionum, in quibus omnibus malè afficitur cutis à vitioso aliquo succo qui nequit assimilari, cum aliqua contagione aliâ maiore, aliâ minore. Differunt autem magnitudine & propriis differentiis. Nam vitiligo & pruritus ad lichenem: hic ad psoram: psora ad lepram: lepra ad elephantiasm veluti via quædam est. Vitiligo vitiosa macula est & fœda ex malo corporis habitu excitata, non in tota carne, sed in cute, siue manifesta cutis asperitate, squamis, exulceratione. Cuius tres sunt species: alphas, nomen generis retinens ex pituitoso sanguine, color albus ferè

24 Ad viscerum collapsorum resolutionem.

25 Aqua egelida scilicet ex decocto fumaría, agrimonia, beta mercurialis.

26 Hoc commentum videt.

Gal lib. 10. de simplic. med. facul.

27 Modò mayasmus αεθέρυεις viscerum te non auocet. Tum enim iustus de coctum radicis iuncata imperabu.

28 Sic enim ventosa materia spermatica abundat, quæ parues solida frumitur & tumescunt: unde assimulatione deprauiatio tollitur.

29 Lege Galenum c. lib. 11. de simplic. medi. camontorum facultatibus.

Vitiliginis tres species.

ferè subasper, similis quibusdam guttis dispersis: leuce paulò albidior, ad car. Leuce seu lepra nem vsque descendens, à pituita lenta & viscosa, vnde pili albescunt: & pilas alba qua sit sabinu. ab atro humore cum colore nigro, & umbræ simili. Leuce dicitur etiam quibusdam lepra alba, in qua non iam caro, sed alba caro media inter sanguinem & exanguem, ac pituitosa generatur. Non facile sanescit, si locus pilosus glabrescat. Cutim incidi iubent, aut acu pungi ad intelligendum, an sanari queat. Nam si sanguis exit, curationi locus est: si pro sanguine humor albidus, sanari non potest. Aliæ duæ species facilius curantur. Pruritus sine asperitate etiam est ex exulceratione cutis, sed excrementi acris sub cute sensum excitat & dolorem. Excrementum acre, nitrosum, salum & amarum, paucum, tenuiusque, quàm in lepra, aut psora. Nasciturque malum ex sorditie, cruditate, cibis vitiosis. Lichen deterior est, habetque duo symptomata perpetua, summæ cutis asperitatem, & leuem pruritus Gignitur (auctore Galeno) ex serosis, tenuibus, & acris succis cum crassis permixtis. Si augeatur & curem in furfures resoluatur, in psoram degenerat: si in squamulas sit lepra succis illis tenuibus discussis & crassioribus adustis. Initio à ieiunio salua si quotidie fricetur, curationem recipit. Hoc nomine comprehendunt meatagram Romanorum & nouum illum morbum ignotum ante Tiberij principatum, de quo multa sunt apud Plinium. In psora asperitas in carnem descendit, quanta lepra. Distinguitur ergo cum squamulis: tum profunditate à lepra. Paulus addit figuram, quæ varia est in psora, circularis in lepra. Materia habet melancholicum humorem & sanguinem biliosum, sæpèque in squamas resoluatur, exulceratur, serpit: postulas & saniem emittit, vocaturque εγρία Græcis, Cornelio Celso fera scabies. Lepræ propria sunt asperitas cutis profundior, pruritus maior squamulæ. Scabendo æger non iuuatur, sed vlcera & phlegmonas inducit. Subiecta caro colloquatur, & corpus vniuersum à calore præter naturam. Materia est melancholicus humor, multus, viscosus crassus, acris, terrestris, siccus. In quatuor differentias distribuitur, sola intentione & remissione malignitatis humoris distinctas. Primæ symptomata sunt rubor, exulceratio maior quam in scabie, pustulæ, squamulæ. Secundæ, quæ deterior est papulæ, asperitas rubor maior, figuræ variæ, squamulæ, rosio maior, & celerius, latiusque procedens. Tertiæ, crassities, tumor, fissuræ, rosio, omnia quàm in prioribus, maiora. Quartæ subalbida, recenti cicatrici similis, incurabilis. Elephantiasis ab omnibus differat magnitudine. Est enim veluti cancer totius corporis. Cuius descriptio copiosa est apud Aretæum. Ex deformitate figuræ & magnitudine affectus varia nomina habuit à Græcis. Elephas enim dicitur, quia corij crassitie, tenebricoso colore, facie fœda & informi, magnitudine Elephantem refert: λέον και λέοντιον, propter extremarum rugarum frontis similitudinem cum leonibus: σαρπηχιστι, tum ob faciem satyris similem, tum ob libidinem: ηεγαλειον, quia nullus morbus eo maior est. A liene & ictero initio sumpto ad extremam cutim continuatur, ibique perficitur. Morbus contagiosus est ob materiam venenosam & malignam, quæ aërem, & proxima quæque inficit, sed imprimis saluâ, quæ cyathis adhærescit propter lentorem & venenatum limum dentium. Et quia humor melancholicus triplex est, sanguis crassior, fæx sanguinis, & atra bilis, idcirco tres illius differentias constituunt, à sanguine crasso εσφυθρδς, subrubicundas, mitiores & minus malignas: à melancholico humore cum pituita mixto, crassa, nitrosa & aëri, ελλθικη, albas: ab atra bile omnibus deteriores, in quibus vniuersum corpus scætet vlcerebus, & extrema etiam decidunt. Causæ ferè sunt, semen parentum elephantium, victus ratio talem humorem procreans, suppressi menses, hæmorrhoides, varices cohibitæ, & quandoque lues venerèa. Quia igitur morbus hic contagiosus est admodum & abominandus, atque aliquando cognitu difficilis, optime constitutum est à veteribus, vt & extra vrbs pomeria ablegentur elephantici, & Medici doctissimi, tanquam Critici ac censors constituantur, qui hos explorent, vt apud Belgas, & Arelatæ. Qua de re doctissime scripsit F. Valeriola in suis e-

Lichenis duo perpetua symptomata.

Meatagra Romanorum.

Lepra propria symptomata.

Lepra differentia quatuor.

Elephantiasis: varia appellatio- nes unde petita.

Elephantiasis causa.

Elephantia signa duplicia, vniuersa, & æquiuoca.

uoca. Vniuoca quidem, vt ab elephantiacis prognatos esse, etiam auis, atavis reperita origine, cum elephantiacis consuetudo, excretionum consuetudinem retentio, ciborum crassorum, salforum, acutorum, nidororum assiduus vsus, vini multo & crassi potus, vita ærumnosa in metu & mœrore, exturbationes in plerisque corporis partibus, sed in facie magis, & secundum frontem, aures acuminatæ, nasus simus, labra crassa, horrendus aspectus, color faciei ex rubeo liuens, vocis rauicatas, oculorum rotunditas. Signa æqui uoca sunt extuberationes extremorum & crurum, color morpheæ similis & tenebrosus, capillorum desuuium, & tenuium regeneratio, musculorum, præcipuè pollicis, consumptio, stupor, aut sensus amissio in extremis partibus induratis & exsiccatis, scabies, imperigines, gutta rosacea, extuberationes rotundæ & duræ sub lingua, palpebris, auribus, vlcerosa lassitudo, cutis crispitudo instar implumis anseris, vntuosa cutis, & tanquam resper-sa aqua, sanguis trumbosus, niger, liuens, obscurus. Ex his omnibus notis vel multis simul concurrentibus, vel paucis, sed essentialibus & pathognomicis, explorantur elephantiaci.

IN CAPVT LXIV. DE ELEPHANTIASI VERA.

DVRETI ENARRATIO.

Elephantia Auenenna.

De elephantiasis vera Non Auenenna, quam tumore pedum circumscripsit, sed de partium extimarum corruptione exnutritionis vel alimenti deprauatione nata: vel de vniuersi corporis cancro, qui ab elephante nomen habet, cuius colorem & rimas effingit.

Confirmata viscerum alienatione, & partium extimarum mutatione in colore, caractere & mole.

Non curatur Quia à priuatione habitus denuo comparari non potest. Elephantia autem non gigni putatur, quando eius signa in cute apparent, sed pericitur, vt iam supra docuimus. Sic in lue venerea quòd serius bubo & pustulæ apparent, eò res ægri peiore sunt loco. lib. 2. Epid. febris quæ buboni superuenit denotat denuntiatur; si bubo febrim superueniat, non effugiuntur symptomata. De qua re legite comment. Gal. ad aphor. 17. sect. 1. prior. prorsus vbi loquitur de leuce, de morfu canis rabiosi, & de veneno sumpto, Quæ autem elephantiasis nascitur ex mutatione succi melancholici in atram bilem, est sanabilis, si fiat Quod si ex atra bile fiat quam peperit flaua, deterior est & ferocior. Nam vult Hippocrates lib. de alimento sanguinem & alimentum deprauatum corrumpere partes à quibus attrahitur, vt fit in leuce & elephantia vera. Cancrui vniuersalis & particularis eadem materia est, nempe atra bilis, quæ duplicem habet generationem: Vnam quidem sæculenti sanguinis & limosi adustionem; alteram bilis flauæ incendium & conflagrationem.

Sapiusque Medicus Quia leuce post quinque vel sex menses apparet per mutationem & corruptionem partium solidarum diuturno diætæ vitio. At omnis corruptio partis dicitur debet elephantia. Etenim gangræna est corruptio partis, nec tamen elephantia est: gangræna enim & cancer particularis venit κατ' ἄνω, elephantia verò κατ' ὅλην. Quando lignum iniicitur κατὰ δυνάμει, igni molli, vt reddatur ad omne opus tractabile, si semel flammam concipiat & in carbonem fuerit conuersum, ineptum est ad quoduis opus, & nulla arte deleri poterit: Talis est ratio elephantia.

Recens curari potest præsertim, si venerit κατ' ἄνω superflite adhuc viscerum integritate, & si bilis atra mutatione sanguinis sæculenti non bilis flauæ generationem habuerit, & tales elephantiaci sunt κατὰ δυνάμει, subrubri: Liuidi verò κατὰ δυνάμει, αἰμαίνεσσι, βαζανέσσι, tetri aspectu sunt; qui ab atra bile quam peperit flaua sunt elephantiaci.

Cur elephantia non curetur.

Lue venereæ generatio & symptomata.

Qua elephantia fit insanabilis.

Cancrui vniuersalis & particularis eadem materia.

Gangræna cancri particularis ab elephantia distinctio.

Qua elephantia curari potest præsertim, si venerit κατ' ἄνω superflite adhuc viscerum integritate, & si bilis atra mutatione sanguinis sæculenti non bilis flauæ generationem habuerit, & tales elephantiaci sunt κατὰ δυνάμει, subrubri: Liuidi verò κατὰ δυνάμει, αἰμαίνεσσι, βαζανέσσι, tetri aspectu sunt; qui ab atra bile quam peperit flaua sunt elephantiaci.

phantiaci. Etenim bilis atræ quam flauæ mutatio peperit, tanta est feritas, vt partium substantiam omnino corrumpat, & nouam formam eis inducat. Biliosum autem corpus quando perspiratione caret, fit melancholicum.

Signa itaque de morbo ne cõtagine ad alios serpat, neve gentilitia sit in posteris, quoniam semen retinet naturam generantis. Arque idcirco consecratæ sunt castrorum domicilia & monasteria elephantiacis, vt exulenti e Dei mandato. Nam sanctissimus Moses omnium Medicorum præstantissimus elephantiacos à sanis fecerit, eosque procul excludebat, ne sua cõtagine & tabe alios inficerent. Hæc scripta leguntur in Leuitico. Nonnulli recipiebant curationem & his patebat aditus redeundi ad suos, vt & Namaan Syrus, cuius lepram transtulit. Elisæus inseruit & posteritatem.

Qui sanguine sunt crasso natura & valetudinis cura, καὶ φέσει καὶ τῶ ὀνόματι, id est diætæ in victus ratione & vitæ instituto.

Opportuni Quia sanguinis sæculenti in atram bilem mutatio facilis est per adustionem.

Congelatus Multis gelu pedes concipiunt sistrophas, multis gongronas, multis satyras, & illa tubercula prohibentur maturitate frigoris appulsi.

A febris continuis male curatis sine crisi, sine purgatione, sine sanguinis detractione, & neoterismo, id est alteratione quæ fit epithematis & frigidis potionibus. Proprium est caloris febrilis viscera labefactare, sanguinem corrumpere.

Ab vsu alimentorum vt pulvis leporinæ, carnibus salis, & piscibus salis. Ob eamque causam Alexandrini qui vescuntur leporina carne, salamentis, anguillis iampestris, crasso vino vtuntur, & in otio viuunt, frequenter sunt elephantiaci.

Medicamentorum vt theriaca & mithridatio considerate sumptis vt & facit guaiacum inconsideratè sumptum. Hinc enim sanguis aduritur & in atram bilem mutatur. Si sit igitur vobis præscribendum guaiacum, præscribite medullam ligni nigri multa aqua dilutam.

His piger sensus & motus Sed sensus pigrior; quia leuiore iactura spirituum tollitur sensus quàm motus, & stupefcunt membra prius quàm motu priuentur. Itaque in elephantiacis sensificæ partes priuantur sensu non ob eam causam, quòd defraudentur spiritu, sed quòd partis suscipientis virus labefactetur. Itaque aculeos non sentiunt deprauata & corrupta, ac veluti in tabum reducta carne. Mouentur quidem, sed quasi plumbei; sed quasi per teua ταραχθέντων. Multorum quidem, elephantiacorum principia causæque ducuntur à vitio cerebri.

Durescit aluus. Quia viscerum incendio omne serum absimitur, quod erat vehiculum stercoris, præterea intestina non habent motum suum peristalticum.

Vrina tenuis. Cruditate alui & viti oprimæ cõtisionis à liberaliore poru, quia semper sitiunt elephantiaci.

Spiritus olet grauius. Pituita elephantiacorum in ossibus ethmoidibus corrupta ozænam facit elles les fais punais: A fuligine quoque impura, vel ab alimenti in aluo corruptione spiritus olet grauius.

Frequens ructus Nidorulentus & acidus, hic quidem à nimia bilis atræ abundantia, quæ in ventriculum affluit, nidorulentus verò à corruptione cibi æstu incandescens in aluo.

Sternutatio incitatur Concussione cerebri studentis excutere, quod sibi molestum est.

Libido incenditur A salis humoribus, à statulento spiritu fit orgasmus in genitalibus elephantiacorum: propterea sunt libidinosi nimium, nec suam explere possunt libidinem.

Concidit appetentia Per alienationem stomachi, quæ bœlimiam facit ex cynorexia. Nam sunt primum cynoretici elephantiaci quorum scilicet appetentia est inexplebilis, appetit sans faim: Sed illa intemperies quæ primum in stomacho fecit cynorexiam, tandem inducit boulimiani, id est, casum appetitricis facultatis, faim sans appetit; Quia intemperies diuturna per alterationem facit alienationem stomachi.

Elephantia gentilitia.

A gelu tubercula nata.

Alimenta elephantiam inducentia.

Medicamenta elephantiam generantia.

Cur elephantiaci sensu priuantur.

Signa elephantiasis.

Alus dura.

Vrina tenuis.

Litiu. Spiritus grauelens.

Ructus frequens.

Sternutatio.

Libido incenditur.

Adopescia.

Cur elephantiorum mala crassescant. Musculorum tabes.

Crassescunt mala. Id est turgidulae fiunt; itemque mentum & supercilliorum locus; infirmitate facultatis coctricis & expultricis, unde atræ bilis collectio, Quæ mutationem facit coloris characteris & molis.

Tabescunt musculi. Propria musculorum caro absumitur, suo defraudata genio: Interstitia replentur collectione vel perenni affluxu atræ bilis.

Et ips plurimum Quoniam hæc pars ferè in calidioribus naturis incendio conflagrat.

Corpus grandinosum. Vena varicosa.

Grandinosum Cutis grandine quadam obfita per adustionem, & humoris illa-bentis crassitudinem.

Variosa vena Sanguine crasso & melancholico distentæ. Illæ venæ apud Hippocratem vocantur πρησάσαι; id est, adnata. Ex eodem autem lingua est suis adnatis concolor. Inficitur ab aluo, pulmonibus, & duabus venis quæ sub lingua sunt, nec aliunde nisi ab utero. Lingua serum humorum indicat.

Pilorum generatio.

Ad liuorum Quia omnis color humoris sine refluxu dominantis est soboles.

Pili à capite. Pili materia est humor spermaticus, causa efficiens calor, concausa raritas cutis, vel raritatis & densitatis mediocritas & conditio, situsque pororum causa est cur sint crispi recti. Decidunt autem pili vel corruptione proprii succi alibilis, vel affluxu alieni.

Pilorum effluuium.

Fiunt pterygodes Consumptione inferioris partis musculi trapezitæ. Quæ adiacet dorso & pulmone, & fertur ad octauam dorsi vertebram. Qui sunt πτηγώδεις quibus scapulæ alarum instar prominent. Hippocrates vocat illum musculum πτηγώδην propter inæqualitatem laterum.

Elephantici pterygodes Musculus trapezites.

Satyros representant Naribus aut auribus retortis.

Somnia molesta. Incubi.

Somnia molestissima Materie somniferæ, & cerebri corruptione.

Incubi per ζήμων atræ bilis & diaphragmatis oppressionem.

Mæror & anxietas Sensione perpetua rei molestæ.

Mæror & anxietas.

Pulsus exiguus Propter inopiam spiritus vitalis, & infirmitatem facultatis viuificæ, unde viuacitas, id est vitale Principium in partibus ipsis corrumpitur.

Pulsus exiguum. Vox raucescens.

Vox raucescens Per siccitatem asperæ arteriæ, aut pituitæ putri contumaciter adhærescente.

Nares resuma.

Narium pinna Consumptione musculi à malis in narium pinnae inserti & cartilagine corruptione.

Constringuntur. Tumore cartilaginis mediæ. Atque hæc de elephantia truculentissimi morbi natura & causis & signis dicta sint.

IN CAPVT LXIIII. DE ELEPHANTIASI VERA.

DV RETI IN SVAM ENARRATIONEM Annotatio.

De morborum genera nobis explicando proposuit noster auctor, Quæ in habitu corporis cernuntur, & in eius vitio suam habent hyparxim. Vnum genus est arthritis, De cuius natura superiore capite disputauimus. Alterum est elephantia instar omnium, quod magnitudine causæ, symptomatum vehementia & difficultate curandi vincat omnes morbos qui in habitum corporis incidunt, si venenatam luem Veneream exceperis. Quorum generationis eadem ferè ratio est, multaque symptomata communia. Itaque arthritis fit κατ' αἴμα, elephantia κατ' ἄλειν. Elephantia ab elephante nomen habet, quia tuberosum corpus elephantici, elephantis similitudinem affingit, colore, caractere & mole, vel quia magnus est morbus cæteros vincens, vt elephas cætera animalia. Elephantis enim sunt animalia aspectu tetra, rhagadibus & rimis exarata & tuberibus obfita, vt est elephantici corpus. Illa autem coloris fœditas in elephantio ex eo prouenit, quod illud animal folliculo fellis careat, eiusque bilis per totum corpus diffundatur.

Elephantia calaminosa. Arthritis κατ' αἴμα: elephantia κατ' ἄλειν. Elephantia unde dicta.

Cur elephantii corpus fædi colorem.

diffundatur ex Aristotele. Sed quis hunc morbo nomen imposuerit, adhuc sub iudice lis est. Inter Græcos meminit Aretæus, post Aëtius, Paulus Aegineta, men à quibus auctoribus usurpatur. Quibus nominibus veteres elephantiæ nomen nominabant. Variæ genera vitiorum cutis & habitus corporis. Quid elephantia.

Inter Græcos meminit Aretæus, post Aëtius, Paulus Aegineta, men à quibus auctoribus usurpatur. Quibus nominibus veteres elephantiæ nomen nominabant. Variæ genera vitiorum cutis & habitus corporis. Quid elephantia.

Inter Græcos meminit Aretæus, post Aëtius, Paulus Aegineta, men à quibus auctoribus usurpatur. Quibus nominibus veteres elephantiæ nomen nominabant. Variæ genera vitiorum cutis & habitus corporis. Quid elephantia.

Inter Græcos meminit Aretæus, post Aëtius, Paulus Aegineta, men à quibus auctoribus usurpatur. Quibus nominibus veteres elephantiæ nomen nominabant. Variæ genera vitiorum cutis & habitus corporis. Quid elephantia.

Inter Græcos meminit Aretæus, post Aëtius, Paulus Aegineta, men à quibus auctoribus usurpatur. Quibus nominibus veteres elephantiæ nomen nominabant. Variæ genera vitiorum cutis & habitus corporis. Quid elephantia.

Inter Græcos meminit Aretæus, post Aëtius, Paulus Aegineta, men à quibus auctoribus usurpatur. Quibus nominibus veteres elephantiæ nomen nominabant. Variæ genera vitiorum cutis & habitus corporis. Quid elephantia.

Inter Græcos meminit Aretæus, post Aëtius, Paulus Aegineta, men à quibus auctoribus usurpatur. Quibus nominibus veteres elephantiæ nomen nominabant. Variæ genera vitiorum cutis & habitus corporis. Quid elephantia.

poris & momento, Quia alterationi superuenit alienatio. Omnia autem mala alienationis *ἑγκρατῆ* & soboles sunt insanabilia. Multi secunda fruuntur valetudine, bene sibi esse putant & natura & valetudinis cura, qui toto corpore febricitant, multi repente euzdunt phrenitici & phanatici: Vt si quis natura calidior sit *παρὰ φύσιν*, veluti mente percussus, exterretur subita de causa, illa *παρὰ φύσιν* indicat indicationem causæ phreneticæ in cerebro. Quod si paulo post mente percellatur, & à se mutetur, insanabile illud malum est: Non enim accidit ante alienationem cerebri. Atque quemadmodum qui morsus sunt à rabioso carne, quò seriùs illius morsus apparent symptomata, eò res eorum petore sunt loco, quia sunt iam corruptæ partes interiores. Sic leuce, *la ladrerie blanche*,

non ante apparet quàm corruptæ sint partes solidæ, & est insanabilis, & ab elephantia tantum qualitate humoris differt. Leuce à pituita falsa, elephantia ab atra bile fit. Atque Herodotus ex sacris literis sumpsit, & pro elephantia vsurpat nomen *λευκῆ* non pro ratione diætæ, loco, situ, tempestate, victus ratione varia, sed partium solidarum corruptione. Temporibus Hippocratis nulli ferè apparuerunt elephantici ob temperiem illius regionis in qua degebat Hippocrates, & diætam naturaliter constitutam. Germani quoque vix erant olim elephantici. Nunc verò fortè possunt esse maximè ob vsùm ziti, quod ex Dioscoride elephantiasim facit. In Aarabia deserta indictum fuit Iudæis vti carnibus suillis, leporinis, & exclusit Moses è medio populi, qui eiusmodi mandatum transgressi sunt. Hoc malum serpit in posteros. Notæ & remedia lepræ in Leuitico exponuntur. Namaamque Syrus leuce seu lepra alba laborabat, quam sanctissimus Propheta Elisæus transtulit in seruum & posteros. Hippocrates & post Hippocratem Galenus nominauit lepram solidarum partium corruptionem. Est familiaris Belgis & accolis maris propter vsùm & odorem piscium. Nec vlla, vt iam dixi, elephantia tractabilis est, quin ante corrupta fuerint viscera, vnde Aëtius ex vetere Medico Archigene, non ante notas elephantia apparere docet, quàm partes solidæ corruptæ fuerint, & earum *ισχυῆς*, id est robor, atque *δύναμις*, id est, virtus in officio faciendo labefactata. Atque ideo mutatio fit coloris, characteris & molis: stupet vniuersum corpus, à stupore diurno fit prorsus *ἀναισθητός*, vt si pungatur vel acutissima, nulla sensio rei molestæ excitetur *αἰσθητικῆ*: toto corpori cutis rhagadibus & foedis rimis exaratur, totumque corpus est tuberosum, rauca vox, resimæ, patulæ & tuberosæ nares, labra prætumida, aures retortæ, musculi contabescunt, pedes intumescunt, varices toto corpore apparent: Denique totum corpus à seipso mutatur. Itaque nihil aliud est elephantia, quàm partium solidarum corruptio, à nutritionis & assimilationis deprauatione nata. Cuius causa est labefactata naturalis œconomia in concoquendo, distribuendo excernendo.

Signa elephantia.

Quid elephantia & vnde nascatur.

Lud. Duretii peroratio.

Haslenus per Dei misericordiam morborum omnium internorum naturam, causas, signa & symptomata explicauimus, & ex eorum perspicua remediorum conuenienter præscribendorum rationem docuimus. Magnum opus & arduum. Ad τὴν μαρτυρίαν Hippocraticam omnia reduximus. Quamobrem quoniam id habeo propositum, vt mea studia ad vestram utilitatem referam, orate Deum pro mea incolumitate.

Finis prælectionum Lodouici Duretii Regis Medici & Medicinæ Professoris in Lib. I. Iacobi Hollerij de Morbis Internis.

ANTON.

ANTON. VALETII EXERC. LXIV.

Elephantiasis canerosus est corporis totius humor ab humoris assatione melancholici venenatæ qualitatis participis, genitus. Ac circa tetram illam qualitatem id affectus non accidere hinc perspicitur, quod qui toto sunt corpore melancholici, eos non necesse sit elephantiasis prehendi. Alia Arabum elephantia, alia Græcorum & Romanorum. Illa pedum est cum varicibus tumor, hæc lepra vulgo appellata, dira, truculenta, crudelis, membra ad ossa vsque erodens. In hoc affectu triplex morbi genus est, intemperies calida, sicca, quæ tandem deferuescente humore, imminutâque exustione frigida euadit, morbus organicus, qui figuram totius corporis immutat, continui solutio, suis signis satis manifesta. Morbificus humor in purus & malignus, quam promiscuè summa & intima corporis inuadit, præcipuè tamen in iecore ac liene insidet, à quibus visceribus in corpus spargitur vniuersum. Et vt in cute sese prima prodiderint labis indicia, eam tamen prius oportuit diu ipsis in visceribus detulisse. Contrahitur vel ab ortu, vt à semine parentum elephantico, vel cogitationes, vt contactu, fomite, & ad distans, vt per aërem, vel proprio corporis vitio à bile atra plurimum exuperante, & sensim, per adustionem, venenatam qualitatem asciscente. Incipientis elephantiasos signa sunt decoloratio cutis, nigricans, flauescens, aut albicans, pro humoris qui in peculiari cuiusque natura redundare consuevit, exustione. Eadem cutis densior, durior, asperior, in facie, manibus, pedibus, protuberantibus. Torpet sensus, & extrema frigescent, maximèque pedes, ob humorum crassiciem spirituum continuitatem intercipientem. Hinc segnities, spiratio tarda, motus difficilis, alui restrictio assidua, respiratio grauis & fœtida, ructus continui, vehemens ad coitum alacritas, & vt malum increfcit, fœdida ab humorum acrimonia & malignitate plerisque locis excauantur vlcera.

Miserrimum id mali genus postquam penitus radices in fixerit, nunquam curationem admittit. Si enim cancer, veluti elephantiasis quædam, vni obtortus particula inter morbos insanabiles vel ipso Hippocrate relatus est, quanto magis elephantia, ceu totius corporis cancer aliquis, ab omni remedio abhorrebit? Attamen si recens adhuc est malum, & manum quis ei rectè adhibeat, eoque quod debet modo præsidia applicet, ne saltem inualescat augeaturque, prohibebit. Itaque remedia erunt, missio sanguinis frequens, pharmaca melancholia vacantia annis singulis reuocanda, balnea, cannicula, vini abstinentia, aquæ potus, vsus lactis asinini, pullastrorum decocta, hordeata. In qua elephantiasis tota corporis moles putrescit, creberrimo theriacæ vsu fluxio & corruptela prohibeantur. Quod si scabie, papulis, & id genus similibus eruptionibus è vitioso succo obortis fœdetur cutis, valebit hoc vnguentum sæpius expertum.

℞. aꝑung. veter. lota in succo limon. ʒ. 4. sicutur. vini in aceto triti. ʒ. i. salis torrefacti. & in succo fumar. medico extincti ʒ. ʒ. f. vnguentum. Vel. ℞. Vng. enulati, nutriti, butyr. torrefacti. ana ʒ. i. addito plantag. succo f. vng.

Ceterum præter elephantiasis superius commemoratas, habetur vna in sacris literis lepra appellata, quæ causam agnoscit longè superiorem, D E I, nimirum, iusti vindicis iram. Nam pro peccati ratione lepra hæc antiquitus sauebat, vt si peccatum paruum esset, in parietibus domus maculæ pullularent, si maius, in vestibus perciperentur; si maximum, peccantium corpora, eisdem deturbarentur, qua lepra infecti quatuordecim in diebus à Sacerdote summo iudicabantur, an extra confortium hominum essent relegandi. Non enim ad eam profigandam humanus sufficiebat, sed diuina potius opus erat, cum nulla remedia illi adhibita conferrent, sed sola D E I optimi maximi voluntas.

Elephantia Arabum & Græcorum distincta.

Gal. cap. 7. lib. 2 de caus. morborum.

Elephantiasis vnde sit generatio.

Elephantiasos signa.

Paul. Aegin. cap. 1. lib. 4.

Curabile est elephantia incipiens.

Gal. comm. ad aph. cap. 47. lib. 6.



HOLLERIVS.

De cutis excoriatiōe, ulceratiōe, pustulis & rubore faciei.

C A P. L X V.



Xcoriatiōi cutis, qualis est ex attritu, longiore decubitu, ceratum ex tribus partibus myrtini, vel rosacei, & vna ceræ, conuenit. Quod si calor est, ex succo plantaginis, decocto sumach, aut rei frigida adstringentis subigatur. Eidem rei conuenit vnguentum de cerussa. Vbi verò rubor faciei & pustulæ, sanguis è media vena brachij detrahendus est, imperanda purgatio, quæ partim flauam bilem: partim melancholiam purget. Cucurbitulæ & ceruici & scapulis affigendæ cum scarificatione. Sanguisugæ malis, extremo naso, extremis labiis, lateribus menti affigendæ. Abluenda facies primùm ex remollientium decocto, vt ficuum, passularum, ab hisque fumus excipiendus. Tum vel aqua plantaginis, vel terebinthinæ, in qua mellis portiunculæ dissoluta sit, faciem lauabis. Inunges autem axungia vrsina, vel vulpina: alioqui taurina, vel porcina, in qua farina ciceris incorporata sit. Caseus recens ex aceto subactus Æstate conuenit. Vnguentum mixtum ex sapone gallico, & vnguento albo. Ex vnguenti albi parte 1. & 3. olei rosarum subactis cum aqua plantaginis, nenupharis, semperuini. Sanguis leporis calidus & reliquorum animalium utilis est. Conuenit aqua distillationis florum salicis, succus limonum sulphur viuum, cerussa, caphura. Vbi pustulæ eminent, vnguento enulato sine hydrargyro concidunt. Argentum viuum ex salua hominis ieiuni extinctum, & cerato, vel adipi incorporatum, efficacissimum est. Hyeme theriaca vtilicet, vel vnguento citrino, vel pomulato, vel lythargyro auri, modo Seruatoris præparato. Sed interim dum hæc fiunt, vitæ ratio instituenda est, quæ calorem hepatis attemperet. Deinde etiam quæ fumos prohibeat à cibo. Qualis est dragea communis, puluis communitatis, adiecto coralli modico.

ANTON.

ANTON. VALETII EXERC. LXV.

Cutis in facie à carne inseparabilis existit. Et quia assidue detecta parte densior fit, illicque propterea facilius pustulæ insistant, rubor, &c. Huc quoque faciunt intemperies & imbecillitas. Vacuato prius corpore curabuntur pustulæ, ulcerationes & maculæ litu ex radice lapathi acuti ad putrilaginem in aceto cocta. Rubor aqua solatri, morellæ, succo limonum. Vnice commendabat Honoratus Castellanus Medicus regius hoc remedium.

℞. succor. plantag. portul. vna immatur. ana ℥. 6. album ouor. num. 10. farin. horã. ℥. 8. semin. papauer. album. ℥. 8. Cocludantur omnia vase vitreo & distillentur in balneo Maria. Reseruetur aqua vsui, de qua abluat faciem mane & vespere.

Noui celebrem quendam medicum, cui nasi & faciei totius rubor disparuit, his duob. auxiliorum generibus curatum. Horis matutinis ante pastum fructu rosæ caninæ cydostati more cum saccharo præparato utebarur. Totis vero quinque mensibus ab initio Martii continuo diluebat vinum cichorii decocto.



HOLLERIVS.

De dolore. C A P. 66.



De dolore iam multis locis dictum est, ac postea dicitur. Fit autem vel intemperie, vel solutione continui. Remedia vel paregorica, vel contraria qualitate pugnantia, vel narcotica. De narcoticis multis locis. Paregorica, sunt oleum simplex, anethinum, chamæmelinum, lini, oleum in quo althææ radix cocta sit, axungia, stris, gallinæ, anatis, vituli, ouum crudum, alia sæpè enumerata.

Contraria qualitate & hæc paregorica, caruinum, laurinum, oleum de galbano, de sulphure, & similia calida olea ex refrigeratione nato dolori subueiunt. A calore verò exercitato repugnant, oleum violatum, oleum rosaceum, de nenuphare, papauerinum, & similia. Dolorem à siccitate corrigunt, aqua tepida, hydrelæon, lac, butyrum, oleum, axungia, cæsyphus. Dolorem à sanguinis copia tollit phlebotomia. A flatu, oxycratum tepidum, decoctum ruthæ, anethi, serpilli, & alia, quæ capitibus de morbis intestinorum descripta sunt.

A crassis humoribus cum flatu oxycratum, in quo hyssopus, thymum, pulegium, calamentum, & similia coxeriat.

A contusione caseus recens, aloë, aut mastix in oleo myrtino liquata. Vbi locus intumuit, spongiæ fatus ex sero lactis, siquidem inflammatio non est. Sic enim ex aqua tepida fouebimus. Oleum ricininum, caruinum, & in his inculcatus pannus, & parti inpositus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

*Dolore sanien-
te que sunt ob-
servanda ex Gal.*

Galenus in aphorismis, & plerisque aliis locis, in doloribus hæc obseruanda esse vult, qualitatem, vehementiam, diuturnitatem, remissionem, intermissionem, comparisonem in diuersis ægris, & in genere dolorum, sensum peculiaris nominis, quod alij aliis vegetiore sint sensu, vt hinc cognoscas, præfagias, remedia distinguas. Qualitas est, vt grauis, pungens, tendens, stimulans, feriens, torpidus. Vehementia ex natura partium & materiæ, vel eisdem qualitate & multitudine, vel loco affecto pender. Diuturnitatem facit materia pigra, multitudo, naturæ imbecillitas, via intercepta. Ex eisdem remissio & intermissio. In duobus aut tribus ægris ita differunt, aut sunt similes. Ex his omnibus periculum, aut contrâ, facile intelligitur. Sed his omnibus alio loco accuratius.

ANTON. VALETII. EXERCIT. LXVI.

VT sunt causæ dolorum multæ, ita anodyna numero pene infinita. Communis docet experientia hæc præsertim iuuare.

R. furfur. ʒ. 6. semin. lini recent. ʒ. 2. f. sacculus. Bulliat in tribus partibus aqua decoctionis chamel. & una vini.

Sic ex mucagineis feminibus cum furfure licebit alia dolorem sedantia instituire. Vel,

R. furfur. lb. ʒ. ʒ. frigatur cum sapa. & fiat cataplasma.

Plura passim descripta reperias in dolorificorum affectuum curatione.

Hæc sunt studiose Lector, qua de fulorie, & nimium sanè festinanter, in priorem Hollerij Librum, dum sub prelo gemeres, exaravi. Tibi qualiacunque sunt, si probentur, & me mea præcoci opera pœnitebit, & ad maius opera, palatioque tuo gratiora futura, edenda, qua certior cognitio, iudicium acrius, & peritior exercitatio parturient, maiore accedam alacritate.



THEORE.



THEOREMATA LV D. DV RETI

ἀπολογία; διαγνωσις; παρηγορησις; θεραπευτική.

THEOREMATA αἰτιολογία.

1 Omnis tempestas acerrima & Aquilonia quæ Austrina superuenit exprimendo sciendoque catarrho fetino est accommodatissima.

2 Omnis destillatio à capite quæ tussiculosos & raucos facit homines, nisi labente altera animi parte quiescerit, secundam affert tabis differentiam.

3 Quod diuturnior est causarum morbificarum generatio, eod morborum inde nascentium repentina impressio calamitosior esse solet. Non enim ante se ostendunt morbi, quàm labefactatæ fuerint partes solidæ.

4 Quoties ad præparationem causæ suscipientis, accedit calamitosa vis efficiens, inde malorum principia, causæque dicuntur, & res ægri peiõre sunt loco.

5 Respirationis omnis causæ tres: Voluntas quæ est *ἡ προαιρέσις*, vel *καθ' ὄρωλον*: Vfus qui est vel nutritio, vel temperatio spiritus cordis viuifici, vel expurgatio fuliginis: Instrumentum, quod est triplex: Mouens, sterni ac thoracis musculi 12. Deducens larynx: Excipiens scilicet pulmo.

6 Quoties ad malam conformationem corporis, & inæquale partium nobilium corporis temperiem accedit vis cæli, res ægri pessimo sunt loco.

7 Omne caluitium à cæbri diminutione est.

8 Quales sunt in ore aphthæ, tales in aluo, si in eam vsque catarrhus procumbit.

9 In grauidis mulieribus ora aphthosa ab humoris affluxu, abortionem denunciant, si humoris malignitas ad vterum vsque perducitur.

10 Quicquid gerendi & nutriendi oportunitatē adimit, abortionem facit.

Quicquid humorem ciet, & citatum non excludit, oppressionem facit, & humoris ad diaphragma & caput translationem.

12 Omnia lochia sunt melancholica, vnde in atram bilem facilius *ὀδοσπορία*.

13 Quæ sunt propinqua, quæque communia, illa primùm maximè affici solent.

14 Quæ partes longiùs absunt à fonte caloris natiui, eod faciliùs refrigerantur & intumescunt.

15 Omnis pars intemperata, similem intemperiem facilius excipit & percipit.

16 Cerebri sunt symptomata plethorica omnino quatuor, παραφορικά, καταφορικά, κεφαλγικά, καταρροικά: Quorum præcipue triū posteriorū causæ, quia sunt quasi υπερρόθει, & consociales cerebro non afferunt metum conuulsionis, tantum abest ut faciant.

17 Non potis est à venenata qualitate non nasci febrem intermissionis expertem.

18 Eorum qui sursum ad caput feruntur humorum, calidi quidem acres & tenues deliria & hæmorrhagias mouent, frigidi verò & crassi comata, parotidas, aliâque symptomata pariunt cataphorica, vel lethargum, carum. Amborum autem calidorum scilicet & frigidorum, communis est cephalalgia, uti & surditas: Sed illa communis potius est calidorum, hæc verò frigidorum.

19 Omnis sudor fit vel oppressione, vel excretionem, vel exolutione.

20 Tremoris omnis sunt causæ tres: Fit enim vel ab exhausto, & est insanabilis: vel exolutione spirituum, & malus est: vel ab oppressione, & curatur.

21 Diuturnitatis morborum duæ causæ sunt, complexionis partium, & temperamenti vitium, siue ab oppressione, siue ab exolutione fiat, & pepasmi difficultas, quæ venit ex materiæ contumacia, unde erethismi vacuitas, unde fit ἀκρίσια.

22 Αφωγία fit, quoties ad paupertatem vocalis materiæ ab extinctione coloris natiui (cuius quò liberalior est copia, eò copiosior aër, & ab hoc liberalior quoque vocalis materiæ copia) accedit musculorum intercostalium & cerebri vis effecta.

23 Omnis debilitatis soboles intemperies existit.

24 Τῶν ἀρχῶν καὶ τῆς παροικοῦς facilis & mutua est sympathia ac συντιμωρία, id est principiorum trium, cordis scilicet, hepatis & cerebri, & partium ab his principiis exortarum. Actalis sympathia fit operis societate, generis similitudine & vasorum communionem: ut generis similitudine in vulnere capitis vomitus est bilis.

25 Phthisis hydropem facit, quia propter vlcis edacitatem, febrem assiduam, & aëris infectionem, seu tabificam qualitatem, quæ fit in pulmonibus, tandem hepar tædet sui officij, quoniam plus sanguinis ab vlcere absumentur, quàm ab hepate suppeditari possit.

26 Omnis μεταωρισμός & suspensio partis affectæ doloré facit.

27 In partium neruolarum affectibus is est consensus, ut ex affectu genita colliquamenta recipiat altera pars, quæ affectæ substantia est congener: Hinc causa patet ob quam τῶν τρωμάτι τῆς κελύφης ἀπολύθει ἡ χολημεία.

1 Qui ab eodem cæli statu morbi nascuntur, pro varia naturarum diuersitate, partium imbecillitate distinguuntur.

2 Signa omnia ducuntur ex qualitate corporis, actionibus & excrementis: Qualitas in tribus spectatur, calore, caractere, & mole.

3 Actio læsa partis affectæ certissimum est argumentum: læsionis autem species, affectionem ipsam cuiusmodi sit, apertè planissimèque denunciat.

4 Ut est affectionis proprietas: ita & doloris species designatur.

5 In omni actione animæ quatuor sunt αἰσθητὸν, αἰσθησις, αἰσθητήριον, & αἰσθητικόν, id est anima ipsa instrumentum quintuplex, oculum autem αἰσθητὸν est αὐροειδές aurium, αἰσθηδές, narium αἰσθηδές, gustus ὀδοναῖδες, tactus γελῶδες.

6 Omnis αἰσθησις fieri debet impulsu ad τὴν αἰσθητοῦ foris intro ad αἰσθητήριον: Alioquin παρά λόγον αὐσεως fit.

7 Omnis affectio, qua fit per ἐπιχρῆσιν acerbiora exorat symptomata, quam si in parte nata essent.

8 Aciores sunt morsus secundaria materię, quàm primaria: Et omnes morbi qui aliorum successione veniunt, sunt primigeniis calamitosiores.

9 Morbus omnis fit per πρωτοπάθειαν vel δευτεροπάθειαν: Vterque autem vel per ιδιοπάθειαν, vel per συμπαθειαν quæ fit τῷ κοινωθέν, vel τῷ γεννηθέν.

10 Morbi quilibet mutatio siue μετασῆσις fit deductione partis in prioris morbi consensum, eaque duplex vna per μετάπλωσιν, altera per ἐπιχρῆσιν: ἐπιχρῆσις fit translatione materiæ à parte vna in aliam superstitè priore foco & semper mala est: μετάπλωσις autem rursus est duplex vna per ἀναδρομῶν, ab inferioribus ad superiora, ab externis ad interna, & ab ignobilibus ad nobiliora quæ semper mala est: vel per διαδοχῶν quæ est μετασῆσις cōtraria, & semper salutaris: & ista denique duplex, vel per ἔκκρισιν salutariter vel per ἀπόθισιν.

11 Capitis dolor fixus perennem in capite causæ morbificæ generationem significat.

12 Magis necessarius est profluxus menstruorum in partu mulieris, quàm in viri partu.

13 Quicquid fit virtute naturæ, fit εὐθρῶς καὶ λάβρως, non autem πολυμήρως.

14 Facultates quarum potentia corpus administratur, incidente aliqua necessitate, fortius agunt, præsertim in morituris.

15 Omne stillicidium sanguinis è naribus est symptomaticum, si illud exceperis in coac. de iuvene qui quarto die cum signis cōctionis in vrinis stillicidium habuit.

16 Distinctione temporum & causarum, de symptomatis incidentibus & superuenientibus, benè sperandum est aut verendum.

7 *Ακρίσια*, bifariam contingit: Aut enim ab erethismi vacuitate fit, nullo naturæ conatu. Aut ab ipsius quidem naturæ certamine, sed fatiscientis & languidæ: Illa interdum bonis ægri rebus, hæc in ægri commoda peccat semper.

18 Tribus modis pituita corrumpitur: Concretionem, vt gypsea, Resolutionem vt flatulenta, Putredine vt falsa.

19 Colicus dolor nunquam ad inguen peruenit: hystericus in inguine tensionem rei trilis excitat.

20 Doloris proprietate colicus dolor latius excurrit infernè sursum, nephriticus supernè deorsum repens ad nothas costas.

21 Nephritici doloris apud Hippocratem tria sunt tempora: Primum *ῥυτίσεως*, in quo dolor est inflammatorius, nisi calor sit tepidus in materia glutinosa: Secundum *κνήσεως*, in quo est dolor punctorius, vt cum attritu renem pungit lapis & ulcerat. Tertium mansionis, in quo dolor est grauis.

22 Tres sunt in nostro corpore partes, quæ calore potissimum egent: Cor ad vitam: Cerebrum propter imtemperiem: ventriculus ad concoctionem.

23 *Φλεγματίας ἀνω* minus lædit inediã quæ picrocholis est inimica.

24 Vt sunt tempestates diuersæ, humorum quoque diuersæ qualitates, & diuersæ morborum conditiones.

25 Qui longiores habent dentes, breuiores verò masseteres, in dormiendo strident dentibus.

26 Tria sunt omnino profluua muliebria *καταμύωια,λόχεια,ρῆς γυναικείος*. Hic toto genere est præter naturam, copia, vasorum laxitate, facultatis retentricis imbecillitate.

THEOREMATA *πρωτονοητά.*

1 **V**T est humoris morbifici inclinatio, partis situs, meatum libertas, naturæ impulsus, ita fit materiæ morbificæ in parte amplificatio.

2 Quicumque morbus hyparxim habet in sanguine bile perfuso, propriam crism postulat per hæmorrhagiam fieri.

3 Omnis anadrome quæ anagogem non habet, mala est.

4 Omnis anadrome materiæ mitificatæ habet anagogem salutarem: Cruda verò aut effera, malam vel nullam.

5 Melius est omnino naturam quiescere ac feriari, quàm aliquid frustra moliri.

6 Quòd plures facultates labefactatæ sunt, eò res ægri peiore sunt loco.

7 Morbi peracuti, qui repente post diuturnam causæ morbificæ generationem apparent, citò mortem adferunt.

8 Quòd ferius apparet morbi Venerei virulentia, eò peior.

9 Omnis morbus siccus, est veneficus, si non intumuerit.

10 Non

10 Non potis est à Venenata qualitate nasci febrem intermissionis participem.

11 Symptomata tam *ἐπιρρημόμωα* quàm *ἐπιφανόμωα*, quæ in magnas affectiones degenerant mala: Pessima quæ in eas degenerant, quæ inter magnas sunt eximia, vt in febre vertigo, in pleuritide delirium.

12 Omnis lassitudo vlcerosa quæ cum febre inuadit, ferè semper delirij prænuntia esse solet.

13 Quoties facultatis animalis & extincti caloris signa apparent, in propinquo mors est, maximè si cum aphonìa fuerit coniunctum *πνεῦμα μυυθῶδες*.

14 Omnes morbi qui aliorum successione veniunt, primigenijs sunt calamitosiores.

15 Quoties ad calamitosam vim morbi accedit virium infirmitas, nulla vitæ salus sperabilis.

16 Omnis cephalalgia acuti morbi prænuntia, illius calamitosam vim ostendit.

17 Cervicis dolor cum in omnibus morbis, tum verò in acutis, & maximè in metu vel præsentia phrenitidis calamitosissimus. Contrà leuis momenti & iacturæ est, si fiat à vi in musculo genus incidente, propter collapsum catarrhi ferini in musculos cervicis, eritque tum metustantum opisthotoni.

18 Vnde fit *μετάσσει, κατ' ἀπόθεσιν* fit *ἀπόσσει*.

19 Omnis frigida intemperies, calidæ superueniens, est insana-bilis: quoniam à priuatione habitus denud comparari non potest.

20 Quicquid eiusmodi est vt inde naturæ infirmitas, causæ morbificæ feritas, partiumque nobilium offensio, denuntietur, res ægri pessimo esse loco significat.

21 Quæcunque fiunt & apparent in egris, quòd propius absunt à naturali flatu, eò denuntiant res ægri meliorem esse loco, quòd verò longius, eò peiore.

22 Comatosos subrubra ab aluo manantia, sanant.

23 Omne coma delirio superueniens, malum.

24 Quæ cum delirio superueniunt ab exhausto, mortem in propinquo denuntiant.

25 Surditas morbi acuti mala est.

26 Remissio symptomatum cum signorū bonitate coniuncta semper res ægri bono esse loco ostendit: quæ contrà accidit mala.

27 Quòd plures in morbis contingunt *ἐφοδοί*, & quòd vehemētiores, eò breuiores sunt morbi: quòd rariores & remissiores, eò magis diuturni.

28 Qui cum libertate spirandi & doloris vacuitate somnum potest inire placidum vix moritur.

29 Quicquid spirandi libertatem adimit, in necessitate quam adfert, funestum est.

30 Quicquid est eiusmodi vt extinctionem viuacitatis cum vitalis principij consumptione, & interceptione viuificæ facultatis

afferat, mortem in propinquo esse denuntiat.

31 *Αναυδία* malum est symptoma, *ἀφρονία* peius.

32 Depravatio actionum animi, & cogitationum sanabilis est, nisi in verba erumpant.

33 Quoties ad turbationem mentis accedit surditas cum vrinis nigris, malum signum.

34 Omnis materiae symptomatica translatio vndeunque illa cursum ad partes superiores inflexerit, metum adferre debet, tum verò illa salutis desperationem facere, quæ est firmiter fixa in parte nobili cum accessione grauissimorum symptomatum.

35 Quæ prauis cum signis leuantur, aut cum salutaribus nihil concedunt, calamitosa sunt.

36 Quoties ad symptomatum prauorum complexionem accedit signorum prauitas, res ægri malo sunt loco, ac in angusto spes est, penèque in propinquo mors, præsertim si ad calamitosam vim morbi accedit virium infirmitas.

37 Omnis sanguis qui supprimitur, in atrâ bilem conuertitur.

38 *Αποσιτία*, in omni morbo signum est pessimum.

39 Omnis rigor qui frustra fit *μετάσσειν* facit causâ morbificæ per lumbos ad diaphragma & caput.

40 Aphthæ ventriculi, ipsum faciunt *παραχώδη*, & ipsa *παραχώδη*, commoditatem vtero gestandi tollit, quia nutriendi oportunitatem adimit.

41 Quicquid gerendi & nutriendi oportunitatem adimit, abortitionem facit.

42 Ille demùm partus, puerperæ votis respondet, qui pari contentione fœtus & vteri suscipitur.

43 Mulieri puerperiali nihil calamitosius accidere potest, puerperiorum suppressione.

44 Si mulieri menstrua bene respondeant, res eius bono sunt loco: sin minus, tantò calamitosius.

45 Mulier puerpera, si puerperialis non sit, intra quadragesimū diem moritur.

46 Si mulier grauida, menstruas suas *καθάρσεις* habet non potis est fœtum fore sanum.

47 Magis necessarius est profluxus menstruorum in partu mulieris, quàm in partu viri.

48 Omne excrementum contra naturam morbi & ægri, pessimum est.

46 Quicquid in contrarium naturæ vergit, criticū esse nequit.

50 Vrinarū prima laus est, sanandi symptomata cephalalgica.

51 Nulla symptomata quæ apparent aut fiunt per sympathiam, crisis sperationem, aut leuationem adferunt.

52 Vbiunque natura morbificis causis opprimitur, estque humorum cruditas, nihil salutariter cieri potest, nec excerni.

53 Quæ natura sunt *κρίσιμα*, non semper sunt *κρίνοντα*.

54 Nihil paucum est criticum.

55 Quæ *ἀσήμεως* leuationem aut vacuationem consequuntur, sunt infida.

56 Iudicatoria non iudicantia, aut sunt lethalia, aut sinistri iudicij.

57 Quæ iurè fiunt, id est, idea morbi & *τρόπω*, non fiunt tamen salutariter, nisi loco veniant, id est significata, exempli causa criticus ad tempus speciem crisis sudor vrinæ pepasmo promittitur, & suppressione præscinditur.

58 *τὰ κρίσιμα μὴ αὐτίκα ἐπεφανέσθω*, id de signis intellige: Nam malum est: In causis verò bonum, sicut in pleuritico primi aphorismorum, *ἢν αὐτίκα πύει*, bonum.

59 Critici abscessus, nisi vniuersitatis excrementa cocta appareant, non semper crism saluferam portendunt.

60 Omnia *ὑστερα πρῶτερα* in morbi atque naturæ certamine, solent esse terrificæ. Neque enim morborum signa & causæ retrò commeant, vt aquæ in partu, vel sanguis ante fœtum enixum, rigor à sudore.

61 Quæcumque signa critica solent apparere ad speciem crisis saluferæ, ea si sint crisis consecratoria, sunt *κακώθη*.

62 Omnia quæ fiunt aut apparent diebus criticis, vel ad salutem vel ad mortem, firmiora sunt, quàm quæ in alia incidunt morbi tempora.

63 Imperfecti signi, nulla perfecta crisis.

64 Iudicatoria signa (id est apparentia ad speciem crisis) si non statim appareant, id est, si significata non appareant, sunt funesta.

65 Nulla excretio quantumuis critica potest esse salutaris, vbi vires effortæ languent, vel quæ sit cum partium colliquatione.

66 Vrina cocta, crassa, id est, mediocris liquoris, modicè tineta, multâ hypostasi prædita, bona loco atque materiâ, perfectæ coctionis certissimum est argumentum.

67 Inter hæmorrhagiæ commoda illud non est in postremis commemorandum, quod *τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα* prohibet esse *ὀλέθρια*, vt in febre acuta vertigo pessima, hæmorrhagia tamen si superueniat, *ρύεται*. Sic dixit Hippocrates. *Αἱ αἰμορραγίαι λαβραὶ, τὰ πολλὰ ῥύονται*.

68 Sudor ab exolutione, est morbi ducentis ad interitum: Sudor ab excretionem est Naturæ ad salutem: Sudor ab oppressionem, ineuntis morbi docet originem.

69 Distinctione temporum & causarum de symptomatis incidentibus & superuenientibus, bene sperandum est aut verendum; vt in febribus acutis si superuenierit *ἐφανώδες*, seu vertiginosa visio, in discessione febris, id est, in expectatione crisis, salutare. Sed si in perpetuitate & continuitate febris eadem vertiginosa visio appareat, inter omnia symptomata mala principatum obtinet.

70 Delirij & maximè phrenitidis signa quatuor sunt prognostica: dissimilitudo morum institutorum, verborum absurditas seu

nugarum garrulitas, indecora corporis compositio, & ἀνεπιθυμία doloris interpolata.

71 Omnis intemperies frigida quæ superuenit calidæ, est insanabilis.

72 Periculosior maiorque est intemperies, quæ aquas gignit, quam illa quæ flatu, idè ascites, tympaniâ peior.

73 Omnis hæmorrhagia profusior, id est, immodica, periculosa; maximè si habuerit aliquod symptoma consecrarium, quod eius debeat esse prænuncium.

74 Omnis morbi repentina impressio post longam & diuturnam generationem, est insanabilis.

75 Putredo pestifera, non est pepasmi capax.

76 Si cui suppressa fuit vrina tres aut quatuor dies, quamuis posthac liberaliter fundatur, æger tamen moritur: quia causa sublata non tollitur impressa partibus intemperies.

77 Omnis lochiorum anadrome, quæ habet anagogem, liberat à grauiore malo.

78 Mulier grauida quæ fuit menstrualis, non debet esse puerperialis: Quæ nec fuit menstrualis nec est puerperialis, vel intra 25, vel 35, vel 45, diem mori debet.

79 Inter symptomata tetano ἐπιγυνοῦ ὤθια maxillæ inferioris luxatio, coarctatio, & cibi per nares reiectio, certæ citæque mortis sunt prænuntia.

80 Officium est Medici tanquam è specula præuidere futuras morborum successiones & metastases.

81 Magna est spectatio historiarum criticarum in morbis acutis: Quam si neque Medicus præuidere, neque præuisam quasi digito indicare possit, vix suam vitam sine vituperatione ducere posse videatur.

THEOREMATA

Θεραπευθίμα.

1 **B**ona est inter Medicos opinionum dissensio, pessima voluntatum: Sed præstantissima est, rerumque omnium ab ægroto expectandarum præcipua, pars studiorum & voluntatum consensus, quæ lucet splendētque in Medicis potissimum qui sapientiæ Hippocraticæ studium attentissimè diu multumque coluerunt.

2 Vt legibus, non exemplis viuendum est, sic & medendum.

3 Omnia quæ conuenienter Natura duce suscipiuntur & perficiuntur, artificium præbent Medico ad imitationem ipsius Naturæ comparandum. Quod si verum est, vt certè omnino est, planè efficitur, vt si hæmorrhagia κατ' ἔξιν hoc nomine in bonis ducatur, contraria quæ sit è diuerso in vitio sit, illiusque non huius imitatores esse debemus.

4 Omnia mala quæ hyperaxim habent in fystrophica inflammatione,

matione, curari debent per sanguinis detractionem.

5 Vnde Natura magis est opis indigens, hac illi ex parte est opitulandum: Ergo vbi vires sunt validæ cum securitate & sine infirmitatis metu, quoniam Natura est magis opis indigens contra calamitosam vim morbi quam contra dissipationem sui, in curam morbi prius est incumbendum, quam refectioni studendum. Quod si vires sunt infirmæ vel certè valent, sed cum infirmitatis metu, ita in hoc casu Medicus se gerat oportet, vt cum Naturæ conseruationi studendum sit semper locum & opportunitatem habeat deducendi potius cibi, quam necessitatem adiungendi.

6 In qua parte grauitas sentitur, inde sanguis mittendus, quia enim nunquam fit grauitas in parte per sympathiam, idcirco detrahi non reuocari debet.

7 Omnis hæmorrhagiæ suppressio vi facta, id est, repellendo & non detrahendo, plethoricum affert symptoma conuulsionis, & à conuulsione mortem.

8 Quot sunt cacochymiarum foci plethoricarumque affectionum sedes, tot etiam esse debent vacuationis species.

9 Omne viuens consortis mortui impatiens esse solet.

10 Intemperata Natura difficilius fert similem intemperiem, quam temperata contrariam.

11 In omni Natura bene morata benèque constituta, vbi est æquale tempus collectionis, æqualis quoque periodus excretionis contingat necesse est.

12 Ad therapiam non tantum ἔδος, sed & idea morbi cognoscenda est: hæc verò εἰς πᾶσι ἰδιότητα τῆ νοσῶντος.

13 Accurata morbi cognitio, à qua dependet curatio, est in essentia, causis, symptomatis, periodis, paroxysmis.

14 Symptomata plethorica malignæ qualitatis & inflammationis expertia, sola vacuatione curantur.

15 Tremor ab oppressione, per sanguinis detractionem citissimè curatur.

16 Carthartico non licet vti ante coctionem morbi & νεωτερισμόν, alioqui succus crudus neque Naturæ obedit, neque medicamentum sequitur.

17 In plethorâ corporis ante secari non debet vena malleoli, quam secta fuerit vena ex cubito, ne sanguis venas oppilet. Itaque basilica matutinis horis, saphæna pomeridianis commodè secabitur.

18 Vbicumque duorum solemnium remediorum, phlebotomiæ scilicet & purgationis, necessarius incidit vsus à phlebotomia est incipiendum, quia quando purgare oportet, corpus fluxile reddendum est, materia præparanda, & natura excitanda, quæ tria venæ sectio præstat.

19 In viscerum inflammatione exhibenda non sunt vel refrigerantia, vel ἐποκρυσμα, quamuis sint etiam incidentia, quia frigore succos incrassant.

20 Ἀλυσμα non ναυτιώδες sanguinis missione curatur: Eadè quoque ναυτιώδες si ἐσφυαλγίαν adiunctam habeat: sin autem purgatione.

21 Adstringentia vitanda in inflammationibus, nisi lipothymia cogat, vel alui profluuium.

22 Quod symptomatis remedium est, ægrum sæpenumero damnis auget: quia symptomatis causam auget vel fouet.

23 Ossi capitis natura sicco, vini fomentum est inimicum etiam austeri, quia percussione non est opus, & quia os natura siccum humidi non fert appulsus.

24 In hydrope postquam fouisti triduum, si nihil fouendo profeceris, à fotibus abstine, *εἰς ἃ τὸ θερμασµα τῆ πλεύμονος ξηραντικόν.* Idem de emplasticis omnibus esto iudicium, ne aqua calefacta putredinem concipiat.

25 Si hydrops sit perennis, si alterius morbi consecutione, nunquam vtere paracentesi: Sed si ex aquarum collectione, *αὐτίκα τίμνειν.*

26 Hydropi soli à suppressione, salutatis esse potest paracentesis.

27 Ad primum tempus nephritici doloris remedium præscribit Hippocrates *ἀπαλῦναι*: ad secundum *λεπτῦναι*: ad tertium *ὑρῆσαι*. Oportet autem ad generationem prohibendam *ἀπαλῦναι παραγοικῶς*, & ad partes solidas pertinet: *ὑρῆσαι καθαρτικῶς, λεπτῦναι διυρητικῶς* in crassis humoribus.

28 Phlegmatica materia si localem habet generationem in parte, & eam quidem, seu per se, seu ex euentu, vt in ictero, cum oclusus est bilis meatus, tum mitigantibus, concoquentibus ac postremo catharticis vtere. Si verd phlegmatica causa appulsus aliunde habet, primum statim catharticis vtere, ne in loco diutius stabuletur humor.

29 In omni affectus pestiferi curatione tres scopi spectandi sunt, spirituum à defraudato genio paucorum amplificatio; meatum obstructione interceptorum libertas, & spirituum dissipatorum reuocatio.

20 In frigida anni intemperie, seni laboranti periculosa semper lithotomia.

31 Existunt tempora in quibus omnes calculosi secti moriuntur, sicut & *τροματῖαι*.

32 Vere temperato vel Autumno celebrari debet sectio, non hyeme propter intemperiem, non Sole ardente, propter facultatum resolutionem.

33 In partibus per sympathiam dolentibus, quoties leniendum & paregoricis vtendum erit, considerandum an in partibus vnde manat materia dolorifica, vel per quas effunditur, vel in quibus excipitur.

34 Quot sunt morborum idæ, tot remediorum genera esse debent.

S I N G V -

S I N G V L A R E S A L I Q V O T H O L L E R I I

obseruationes, quæ ad consilia curandi pertinent.

I.

In intolerabili cruciatu capitis, qui & assiduus sit, nec aliis cedat remediis, ferro & igne vtendum est. Frustrâ enim pharmaca, cucurbitula, topica, &c. comperta sunt, quia hæctica quædam capitis intemperies atque infirmitas adest. Et constat quidem permultos meliùs habuisse in eiusmodi malis, & epilepsiâ, maniâ, melancholiâ, hemicraniâ, terebellis vel cycliscis aperto capite, vel inusto. Sed ignis toto capite periculosus. Inuenta ergo melior ratio. Locus in brachio medius inter axillarem ferro aperitur. Vulnus continetur, ne coëat, vt hæc perpetuò excurrat materia, atque hæc meliùs, quàm exteriore brachio, quia minùs opportunus locus est occurrentibus externis, minùsque visui patet. Sed interim capiti priùs & vniuerso corpori consulendum, vt pura sint, vt paulatim reducantur ad naturam. Odiosum enim fuerit, si perpetuò locus defluat. Eodem modo in coxariis, & aliis contumacibus malis, ferro & igne vtendum est.

I I.

In oculis affectis remedia inspiratu hominis anhelantur. Declinatur frictio capitis, & pectendum in partem posteriorem. Quod si abluendum caput, reclinatum abluatur, atque oculi muniantur. Cauendum ab errhinis & sternutamentis: his enim faciliè decurrit materia in oculos. In naso multò magis, si ad radicem constrictus est, videndum ne acris materia capitis illâc deducatur. Nam inde contingit, vt exciso nasi initio è naso loquantur, & vox vehementer vitietur.

I I I.

In dolore capitis sæpe sanies subest inter craniũ & pericranium. Molliter digito contingendus locus, vt si quid illîc sit puris, intelligatur: multò magis si fixus illîc dolor est, aperiendus locus. Nam sæpe sanies aperto loco defluit, & liberantur: atque inde metus est, ne os corrumpatur. Si qua illîc vena est, aperiiri, vel ferro rescindi debet, nisi admodum sit insignis.

I I I I.

Cuidam è fluxione acri palati pars mollior ad radicem linguæ perforata est. Purgatum corpus, detractus sanguis, imperatum gargarisma è decocto guaiaci, & lacte, contactus locus aqua alchymistarum cocta cum galla, malicorio, & rosis. Acus imperata benè longa, postremâ parte incurua, & sub mucronem perforata, quâ filum sũendo loco traduceretur è filo sericio cerato: præterea vt primum coagmentum vulneris rescinderetur, ac rursus resueretur.

Ex quibus cum consequuta non fuisset integra sanitas, locus cerâ, vel spongia occlusus mansit, & postea benè habuit æger.

V.

Alteri è luis venereæ reliquiis capitis, dolor, aurium tinnitus, & veluti articularum contractio, dolor, pustulæ parvæ celeriter inarescentes contigerunt. His conualuit remediis.

℞. rad. ireos, acor. scenic. ana ℥. ℞. rad. gram. & acetos. an. ʒ. 6. summit. lupul. fumar. absint. beton. an. M. ℞. salu. p. 2. semi. anif. scenic. melon. limon. cucumer. ana ʒ. 2. passul. hord. glycyrr. hana p. 1. fol. fenæ mund. ʒ. 3. agar. trochif. ʒ. 1. ℞. f. decoct. ad quart. ʒ. In colatura dissolue sacchar. alb. quart. ʒ. f. syrup. mediocriter coctus secundum artem.

℞. supradicti syrupi ʒ. 1. ℞. hydromelic. ʒ. 3. f. potus. Utatur interuallis.

℞. pulueris specier. hieræ diacolocynth. ʒ. 2. puluer. hieræ picr. agar. troch. ana. ʒ. 1. mac. ros. & mastich. an. ʒ. 1. semin. citr. limon. an. ʒ. ℞. croc gran. 6. cum syrup. de stœchade f. pilulæ. Utatur interuallis.

℞. rasur. ligni sancti ℞. ℞. maceretur per tres dies in tribus pintis aquæ deinde coquatur ad dimid. Utatur manè initio pastus, & sub somnum.

Ab his tempestiuus fuit illitus scapularum, spinæ & articularum.

V I.

Quidam curatus est tophis & doloribus hac potione.

℞. lign. Indic. ras. ℞. 1. aqu. ℞. 12. folior. card. bened. p. 2. semin. card. ben. p. 1. suæ arthrit. marrub. salu. rad. enul. ana ʒ. ℞. summitat. attractylid. ʒ. 2. Macerentur diem vnum in olla vitrea: deinde bulliant leui igne, & sine fumo, ad medietatis consumptionem. In colatura refrigerata decoquantur ʒ. 4. palm. sanct. puluerat. ad dimid. In alio vase macerentur per diem ʒ. 2. cortic. palm. sanct. cum vini albi. odoriferi chopinis tribus: deinde misceantur cum priore decoctione, & coquantur omnia vnica ebullitione, colatura bibatur mane in lecto, initio pastus, & ad somnum.

Rursus magna supradictorum coquatur in ℞. 8. aq. ad dimid. & sub finem decoct. adde vini albi. ℞. 1. Utatur tempore sitis interdiu.

V I I.

Claudicans ex ischiade veteri, sine luxatione, sed relaxatis & mollioribus articulis, sequentibus auxiliis liberatus.

℞. agar. rh. elect. ana ʒ. 1. puluer. hieræ diacolocynth. ʒ. 3. cum syr. de stœchad. formetur pilul. Poterit addi aliquid pilul. de hermodact. Utatur his pilul. per interualla, aut etiam syr. obseruatione ʒ. præscripto.

℞. salu. maioran. calamenti ebull. iuæ arthrit. ruth. rosmar. beton. ana M. ℞. rad. acor. ʒ. 1. fol. laur. p. 2. f. decoct. in aq. & vini quantitate sufficienti. Impletur vasculum hoc decocto, benè clausum plantæ pedum admoueat, dum calor ad cruris superioris articulos perueniat. Eodem decocto pars foueatur. Materia cum oleo laurino subacta articulo apponatur.

℞. euphorb. castorei, styrac. calamith. ana ʒ. 2. liquefiant in vase duplici cum olei chamæm. & laurin. ana ʒ. 3. Cum eo oleo calido f. f. focus. Vel ℞. olei supradicti ʒ. 4. ceræ ʒ. 1. ℞. terebinthinæ ʒ. 1. misce pro vnguento.

Post verò vbi materia fuerit resoluta, vtatur balneis naturalibus, vel factitiis è sulphure, sale & alumine, cum dupla aqua. Emplastrum etiam valet ex ebulo in vino cocto. Potus, hydromel, & ratio vitæ conueniens.

V I I I.

Mulier honesta, mollis & rara, annorum 30. febrè, distillatione veteri in pulmones laborabat, foetum gestans octimestrem. Imperata sunt aliquot purgationes. Phlebotomia iterata. Ratio vitæ expressis carniū succis, iure crur. ariet. colatit. distillatis. Contra exulceratum guttur sic pugnatum est.

℞. hord. mund. bene medullofi ʒ. 3. decoquantur in aquæ ℞. 3. Colatura traicitur per manicam Hipp. cum sacchar. cand. vel rosacei quarta parte, & modico cinnam.

Extrahatur succus ex amygdal. dulcib. velut lac, sine igne, & affusa aqua illa hordei modica, deinde edulcetetur cum saccharo Cando, rosaceo. Teneat alternatim ore saccharum Candum, rosaceum. In difficultate anhelitus cucurbitula alternatim scapulis affixa. In difficultate partus decoctum veteris galli cum modico cassiæ lignæ & croci, & tantillo vini odoriferi.

Vnctio pubis & sub vmbilico cum ol. liliac. mucag. sem. alth. ana ʒ. 1. ℞. medullæ cerui ʒ. 1.

Appensus Iaspis, Aëtites, radix aristolochiæ, cyclam. & similia, coxæ. Vel admota trita radix cyclamini & similium pudendi orificio.

℞. rad. gram. & petros. an. ʒ. 3. arthemif. nepith. ana p. ʒ. 1. semin. anif. & scenic. ana ʒ. 3. f. decoct. ad ʒ. 3. Transfundatur colatura per manicam Hipp. cum cinnam. elect. ʒ. 1. crassæ lignæ ʒ. 2. sacchar. ʒ. 1. Detur in labore partus. Item.

℞. arthemif. nepith. ana p. 2. f. decoct. in vna aquæ parte & tribus vini profotu.

Obstetrix intingat digitos in oleo nardino, vel costino, & mollior contingat sinum pudoris. Si vomitus moueatur iuuetur oxymelite, & aliis præfidiis. Peperit die 7. leuata febris, & omnia impetrata, quæ instaurant. consumptum è crure veruecino, capo, & thorace vitulino, dum omnia propè ad tres lances consumpta sint, colatitia, expressa, vinum album tenue. Amygdalata ad leniendum, hord. decoctum vt prius, & lac expressum ex amygdalis. Contra termina decoctum feminis scœnugr. bene loti in aqua calida collatum per manicam Hippocr. cum sacchar. & modic. cinnam. Syrup. capill. ven. cum succo amygdal. Inunctio ex oleis, & litus vt prius. Sacculi è milio. Prohibitus somnus in horam vnam, aut duas, propter multas vacuationes. Stomachus illitus mastichino.

Contra animi deliquia mica panis intincta vino. Mortua est decima hora à partu. Apertæ vterus grumis plenus inuentus est, totus venter flatibus tumens, ren dexter purulentus, hepar quantitate peccans, lobo vno nothis costis hærens, colore totum vitiatum, aridum ac veluti frixum, aliis partibus quasi putredine mucosum. Similiter & pulmones, in quorum summo ad arteriam vomica pure plena erupit.

I X.

Mulieri cuidam natæ ann. 28. tibia posterior vehementer intumuit, vt inde dolor grauis, præcipuè noctu, excitaretur, & tendines crurarum extensi nimium membrum incuruarent. Initium morbi quatuor ante annis. In vteri gestatione puerperio minuebatur. Mansit tamen reliquum quid, & tertio conceptu plurimum intumuit. Minuebatur resoluentibus malacticis: suppurantibus non concessit. Ingrauescit malum, parit. Apertus tumor cauterio frigido. Nihil exiit, præterquam cruenta sanies. Caro emortua, inania quædam loca, nullus ea parte sensus. Cataplasma è farina hordeacea & oxymelite, quæque putredinem arcent, admota. Expuit sanguinem: commota aluus multa deiecit mala. Biduo priusquam moreretur, pulsus vehemens fuit & frequens, neque tamen respondebat febrilis calor. Decimo die postquam aperta vomica est, expirauit. Præfagio iam antè facto liberati calumnia Medici & Chirurgi.

X.

Alteri post 15. annos à connubio parere contigit. Laborauit multum à partu. Secundæ substiterunt, euulsæ frustratim. Obstetrix afferebat superesse aliquid. Febris nata. Hinc nigra lingua, dentium interualla scabritie nigricantia, facies *verpâ dnc.* Septimo die mortua. Secta inuenta caro oblonga adnata vtero, & membranarum pars, quæ computruerat.

X I.

Homini hirsuto, nigro, & habitu melancholico solennis erat singulis mensibus diarrhæa quædam torminosa, declinante Luna. De fluxione in testiculos facta, & sarcocele, exectus est. Nimis laboriosa vita, & itinere per æstus & frigora, incommoda cœpit valetudine viuere, interuallis leuiter febricitare. Cessabat tardius diarrhæa. Correptus est febre lenta, quæ noctu exacerbabatur, & tumore duro, dolentéque in dextris ilibus. Dolor à rene dextro incepit, tum in dextrum ilium & sinistram progressus. Ad sinistram renem rugitus erat, & velut horborygmus exaudiebatur. Vomitus vna hora à cibo. Quæsitum vnde ea materia, num ab intemperie earum partium, aut alia parte. Alij ab hepate, quia solennis erat diarrhæa, os amarum, vomitus amarus aliquando. Mihi hoc placuit, partes exectas, in quibus obdurerat callus, natura frigidæ, equitatione & venere fessas & infirmas fuisse, resistentem diarrhææ materiam, & aliam eò confluisse, intercepta via refluxisse partim ad peritonæi partes, partim ad obliquos epigastrij musculos, atque ita tumorem succreuisse. Si verò ab hepate id esset, vel per venas, atque ita potius ad intestina, vel per superficiem, quia in membrana cingente hepatis vesicæ quædam *idatades*, excitatæ exudarent in epigastrij medium inter peritonæum & omentum. Os verò amarum non à bile, quæ ab hepate refunderetur, sed potius à putri humore, & fumis, hydropticis id accidere, & aliis vomitiones in colica frigida, & sitim, & amarorem, & cætera apparere. Materiam

Materiam tumoris non esse bilem, sed frigidam, crassamque pituitam. Itaque videndum fuit, vt reuelleretur materia, quæ influeret, non per vrinas, quia partes genitales infirmæ exciperent, sed per aluum. Æger enim clysteribus plurimum leuabatur, tum medicamentis, quæ agaricum & alia phlegmagoga recipebant. Quod ad tumorem videndum esse, vt remolliretur & disscuteretur: sed metum esse ne suppuraret, quia à ventris dolore diuturno (ait Hippocr. aphor. 22. lib. 7.) suppuratio expectanda est, nisi peccetur ab ægro, aut medico, aut æger præcipiatur. Id etiam Aurelianus annotauit in Chronic. Et veteres cataplasmatibus vsi sunt & potionibus, quibus acceleraretur suppuratio, sperantes vt ea materia tenuata in intestina transfunderetur. Id quod sæpè probauerunt, vt aliquando per vrinas, aliquando per aluum purgaretur. Et Aniceti est medicamentum apud Galenum, quod hoc polliceatur efficere.

Hoc tamen metui propter virium imbecillitatem.

Crus oppositum deinde tumuit, & loco vno ventris persistebat dolor. Tensio aliquando ad testiculos. Vtroque crure intumescente, & sursum refluyente materia, ad diem ferè quadragesimum mortuus est. Facto vlcere in crure, quæ materia extra flueret, seruari fortasse potuit.

X I I.

Cuidam podagrico malum ad stomachum conuersum est. Vnde dolor tendens & grauis. Imperatum est primùm hoc oxymel, & que sequuntur remedia: à quibus præter spem multorum integrè curatus est.

℞. oxymelitis simplicis. Galen. ℞. In sine decoctionis eius infunde fol. menth. siccor. p. ℞. Deinde traiciatur per manicam Hipp. cum cinnamom. 3. ℞. galang. & calam. aromatic. ana ʒ. i. Vtatur primùm frigido, deinde tepido ad vomitum.

℞. aloës succotr. optim. ʒ. 2. rh. elect. 3. ℞. mastich. ros. cinnamom. galang. ana gran. 8. Incorporentur omnia cum syr. de menth. dentur ex cochleari.

Purgato corpore cucurbitula super vmbilicum applicetur, quæ prius immerfa sit in vino decoctionis ruth. mentæ absinthij.

℞. mellis anthosaf. mell. ros. ana ʒ. 2. aqu. vitæ ʒ. i. Bulliant in balneo mariæ, vel cineribus calid. ad consumptionem aquæ. Deinde insperge cinnamom. calam. aromatic. galang. mastich. ana ʒ. i. Misce. Vtatur ante partum vno cochleari.

Manè vtatur zinzibere viridi, & nucem moschata viridi, conditis. Auculis, alauda, perdicibus, &c. confixis caryophyllis. Fiant fomenta ex oleis de rutâ spic. mentha, absinthio. Vel.

℞. horum oleor. ʒ. i. ℞. mithridatij ʒ. ʒ. misce, & affrica ventriculi orificium.

Vtatur vino albo, veteri, pane albo bene cocto, & aniso condito. Item.

℞. puluer. menth. siccæ ʒ. 2. puluer. absinth. ʒ. i. caryophyll. ligni aloës, xylobal. sami ana ʒ. i. cinnamom. mac. ana ʒ. ʒ. puluis. Vtatur mane cum ovo forbili, aut in consumpto.

Mollis frictio circumducta in ventrem, etiam in articul. deinde longè à cibo, vt facta iam coctione.

R. oleorum de spica & menth. ana ʒ. i. ol. rut. ʒ. ʒ. ol. de castoreo ʒ. 2. mithridat. ʒ. i. zibeti gr. 8. misce pro litu stomachi.

Fiet fofus hepatis cum oleo de abſinthio & chamæmelino, vt Hyeme. Vel.

R. ceræ albæ nouæ ʒ. ʒ. ol. roſac. chamæm. & abſint. ana ʒ. ʒ. f. cerotum molle: malaxetur cum vino albo leuiter adſtringente. Intendatur in linteo molli, & tepidum apponatur.

R. fol. rut. ment. abſinth. roſar. ana p. i. cumini conquaſſati, carui, dauc. anif. ana ʒ. i. galangæ, piperis longi ana ʒ. ʒ. Conquaffata omnia diſtemperentur in aquæ vitæ ʒ. 4. Deinde cum ʒ. 4. olei de ſpica leuiter coquantur in balneo Mariæ ad aquæ conſumptionem. Exprefſum oleum feruetur. Cui adde zibeti gran. 6. mithridati ʒ. ʒ.

R. olei de ſpica, abſinth. & menth. ana ʒ. ʒ. caryophyll. mac. cinnamo. cardamom. roſar. corall. galliæ moſchatæ ana ʒ. i. cum cer. maſtich. aloës ana ʒ. ʒ. f. lini. mentum. Loco roſar. & corall. addes galang. granor. paradif ana ʒ. ʒ. vbi non ita magnus eſt calor.

XIII.

Quadrageſarius febre ardentiffima correptus doluit, etiam à latere. Detractus mediocriter ſanguis ad vaſcula duo. Perſeuerant omnia, neque cedit dolor remediis. Sexto die detractus iterum ſanguis ad duo vaſcula, putris & corruptus. Sudor ſeptimo leuis, tenuis, & tantum in capite & thorace. Nihilo melius habet. Deliria nocturna, ætus & inquietudo magna, vrinæ turbidæ, ſudauit, nono & vndecimo, nihilo leuata febre. Decimo. leuius habere viſus, nocte eadem patitur. Vndecimo vrinæ ſubſident, ſed diuulſo & nigro ſedimento. Sudat vt prius. Pulſus perpetuo frequens & magnus cū pauca inæqualitate. Iam tendines manuum ſine manifeſto membri motu reuelli ſentiuntur. Vrinx benè coloratæ & corporatæ cum ſedimento nigro. Decimo tertio floccos colligit, manibus reuelluntur digiti, delirium ferè perpetuum. Decimo quarto media nocte mortuus eſt. Pulmonibus corruptis, nigricantibus, inuentus eſt.

XIII.

Puero annos nato 12. repente ſyncope correpto & muto, in lecto æpoſito, temere, quaſi geſticulando, mouebatur corpus, crura & manus. Subinde garrulus vocatus non reſpondebat. Diem integrum ita habuit. Clyſteres non retinebat. Balano acuta cum hiera diacolocynthide, & cucurbitulis in ceruice rediit, & ſanatus eſt.

XV.

Principi Lotaringo, magno priori ordinis Rhodiorum Equèſtris, ancyle in dextro cubito ſequentibus remediis curata. Poſt habitam totius corporis rationem, victus & domiciliij, hoc ordine ſunt inſtituta. Frictio partis è molli manu: ex quo vapor è decocto molliente: immerſo in idem decoctum partis ægræ: ſiccatio loci: inunctio ex axungia humana benè purgata, colata, lota in aqua miſtura. Ceratum ex cera molli, pingui mollita ad ignem, manibus inunctis butyro, deinde liquata cum butyro recent. & axung. humanæ ſupradictæ aqua quantitate.

Ab vnctione ſuperdatum molle goſſipium.

Decoctum.

Decoctum inſtitutum guaiaci ex vnguinoſa, odora, & media parte ligni, inſtitio.

Intervallis acetum album, aqua vitæ decocto vaporationis intermiſta. Ex quo ceratum æſypi deſcriptione Philagrii.

Capiti tuſo goſſipium conſperſum puluere caryophyllorum. Errhina, maſticatoria.

Saluia in ſartagine concalſacta, & conſperſa aqua ſœniculi, vel ſaluia, frictio capitis & ſpinæ.

Immerſio totius brachij in animal recens maſtatum. Exercitium molle partis. Effectum foru & axung. vt octo diebus diſſoluto tumore, liberatis neruis omnino, ſanus euaserit, liberis omnibus motionibus totius membri.

XVI.

Quinquagenarius longo corpore & collo, ſatis opportunus tabi, tuſſicula, flatibus, pituita tres annos laborauit. Audiebatur quaſi aqua fluctuans ad diaphragma & ventrem. Alij vitium lienis cauſabantur. Purgationibus, decocto guaiaci, & alijs vexatus nihilo melius habuit. Subtabidus, malè coloratus. Tandem decretum eſt, deſperantibus Medicis & ægro, vt aperiretur thorax primum cauterio potentiali, deinde cultello. Nam propius admota aure intelleximus materiam diaphragmati inſidere, non eſſe in ventre. Itaque inter quartam & quintam vertebram aperta via eſt, monitis ægri amicis, quantum periculi immineret, ægro quoque monito, & id poſtulate. Effluxit pus multum crudum. Quinque poſt diebus mortuus eſt. Diſſecto ægro inuentus pulmo aridus, ſcirrhis plenus, ſyde-rata pars membranæ ſuccingentis & coſtarum. Venter inferior integer. Nunquam pus expuerat, neque ſanguinem. Laborauerat longo antè tempore, vt ferè triennio, pleuritide.

XVII.

Cuidam perforatus venter acuto enſe, inſteſtina tenuia vulnerata, & pars craſſorum. Exierunt inſteſtina per vulnus & ſtercus. Deſperatus erat à Medicis, ſed longa cura conualuit.

XVIII.

Alteri ad ſcapulas inſlictum pugione vulnus, deorſum inclinans. Apertum latus ad quartam & quintam vertebram, vt pus, quod in diaphragma decumbebat, hæc efflueret. Vixit annum aperta plaga. Expuebat ſanguinem & pus.

XIX.

Nobilis adoleſcens annor. 15. Baro Deſſaux, Prouincialis, molliter educatus, deinde ad aulam tranſlatus, febre ardente correptus eſt, deinde lenta. Ortis exantheſibus tumuit ab vtroque hypochondrio: & velut materiam purulentam ſeorſim ab excrementis alui, & aliquando ante alui excrementa reddidit. Erat autem, qualis eſt materia atheromatis. Quæſitum vnde prodiret. Nam ſi abſceſſu credebatur. Alij pituitam eſſe à cerebro, alij ab inſteſtinis autumabant. Sed quia nihil mordebat, nec iniecto clyſtere ſenſus ullus doloris erat, & pituita tantum detergebatur, veriſimilior ſententia putauit

tra hæmorrhagiam ligari. Quod post aliquot dies Fernelio & Hol-
lerio præsentibus à Theodorico Thyerrio & Rauierio, tribus aliis
Chirurgis assistentibus, effectum fuit. Euulsa moles cum tunica,
glandulosa, albicans, intus sine sanguine & carne, multis constans
glandulis, à sua pellicula seu pediculo facile separabilis. Glandulam
pinguem repræsentabat. Iam sanescente vulnere, febricula, oris a-
maror, fastidia incurabilia, virulenta sanies, fœtida, dolor in altero
inguine, pube, ventre. At tandem soluta aluo, liberatur amarore, &
acri commissus, vt ad suos rediret, perbellè habuit.

XXIII.

Cuidam deuorata piscis atistâ difficilis labor in gutture, absces-
sus, raucedo, difficultas spirandi. Iussus vt ex longo traheret spiri-
tum, facile trahebat: vt semel & confertim audiebatur strepitus in
guttore, aperto ore, nihil vitij apparebat. Collum anterius erat sub-
tutum. Visum itaque vitium esse imbibitum musculis laryngis,
& vicinis partibus. Institutum pharmacum quod vniuersum purga-
ret corpus: errhina, quæ caput: frictions quæ diuerterent: decoctû
ficuum, in quo oxymel simplex, scyllitic. & similia dissoluta. Foris,
quæ leuiter discuterent, cum lana fordida. Iussus æger non bibere
frigidum, tenuiter viuere, lacte amygdal. & simili victu detergente,
incidente & tenuante vti. Mox curatur.

XXV.

Brito quidam nobilis correptus febre tertiana in prima accessio-
ne summa virium imbecillitate laborauit, vt videretur mori. Ter-
tio die in secunda accessione eodem modo habuit. Somnolentus in
vtraque, vt vix somno posset prohiberi. Aliis accessionibus vigil, ne-
quæ ad somnum verti potuit. Sexta mortuus est. Adhibita etiam ab
initio fuerant remedia, quæ viam vitalem sustinerent.

XXVI.

Cuidam mulieri Aurelianæ excreuit caro à gingiuis parte inter-
na durior, externa mollior, insignis vtraque magnitudinis. Mulier
erat sterilis, malè purgabatur, habitu melancholico. Adhibitum
consilium, monitumque iam ab annis tribus initium esse mali,
crescere in dies cum dolore, sed sine putredine, odore graui, sine
dentium vicinorum corruptione. Vnicum in incisione remedium.
Sed ab incisione metus hæmorrhagiæ, conuulsionis, irritationis par-
tis, vnde cancer. Tandem visum fuit exteriorem debere vel ferro in-
cidi, vel filo præligatum tabesceri. Vt videretur nū quid ossis, quod
erat ad pediculum, corruptum esset, vt inureretur radix, & si quid
esset corrigeretur. Quod vt succederet, ad interiorem simili ratione
veniendum esse, à qua periculum maius, quia durior, quia interior
pars propter tunicam & nervos magis periculosa: ac cauterium,
quod inderetur, decisa carne immittendum per canaliculum. Hæc
omnia post purgationes frequentes, phlebotomiam, cucurbitulas,
deriuationes, integram sanitatem attulère.

XXVII.

Cuidam adolescenti annor. 15. tumor, velut inflammatio, ad mal-
leolum

leolum dextrum. Adhibita iusta remedia. Quarto die cœpit balbu-
tire, causari stomachum, delirauit. Cùm autem videretur qualitas
venenosa efferri à pede, putauit adhibendum loco cauterium po-
tentiale, aut locum eum scarificandum esse. Quod minimè factum
est, reclamante pertinaci & imperito barbitonfore. Clyster inie-
ctus, à quo conuenienter deiecit. Auctum delirium Phreniticum
eodem die quarto mortuus April. mense, Anno 1548. in collegio
Barbarano. Febris erat latens & obscura, sitis ingens, lingua fuligi-
nosa.

XXVIII.

Stephanus Haquæ cœpit leuiter è catarrho laborare. Rubor
quidam apparet in facie: multa loquitur, prudens futuri delirij con-
iectura. Quarto die, quo statim detractus sanguis, melius habere vi-
sus. Sexto delirauit nocte. Matutino melius habuit. Sequenti nocte
phreniticum auctum malum, conuulsio totius corporis & maxilla-
rum. Adhibitis remediis cessat phrenitis & conuulsio, nisi quod le-
uis quidam tremor subapparebat. Decimo apparuit vrina melior
cum leui sedimento diuulso, acuto. Sub meridiem sudor frigidus.
Eodem die, ritè omnibus alioqui institutis, & nullo peccato ab æ-
gro, neque à ministris morbi malignitate mortuus est.

XXIX.

Quidam apoplexia correptus frictione, motione, phlebotomia
excitatus est. Sequuta febris continua satis mitis, sed cum delirio.
Negligentius curatus, neque expuens, quæ in pulmones defluebant
nono die à febre, decimo ab apoplexia suffocatus est.

XXX.

Qua parte recti musculi ad sternum pertinent, puero cum ab-
scellu in ventre tumor manifestus, digito cedens, obtigit. Vocati
ferè omnes iudicarunt abscessum in rectis musculis: alij in ventre,
qui attenuato vehementer puero, & consumptis musculis facile
emineret tumor. Paucissimi in hepate, quod quibusdam hepar to-
tum ventrem ad partes sinistras pertendat. Aperto loco exiit pus vi-
rosus & grauitè fœtens, corrupto peritonæo. Abscessus sedes in
parte hepatis, quæ illuc perueniebat. Quod magis apparuit mortuo
& dissecto puero.

XXXI.

Quidam Lutetiæ dum dentem euellit, simul & partem maxillæ,
& vicinos dentes detrahit. Hæmorrhagia sequitur periculosa. Vo-
catus in ius Chirurgus liberatur, quia inuenti dentes non inseri,
sed omnino maxillæ continuari.



RARA QVÆDAM.

1 Quidam Lutetiæ vomicam membrana tectam, ouo similem, è pulmonibus expurgauit, cum antè fuisset asthmaticus: & ita paulò post extinctus est.

2 Alius eminxit multa quidem similia liquidis margaritis, admodum pellucida, alia crassiora, mediocriter cocto oui albumini similia.

3 Nouimus quendam, cui è regione hepatis vena per interualla dehiscerebat, quæ sanguinem funderet. Restitante sanguine vestigium non apparebat.

4 Rigida Hyeme anno 1543. ad fines Ianuarij & initia Februarij salutares pleuritides grassatæ sunt: quarum quidem aliquot per viuas nigras crassas, in quibus supernatabat multa spuma crocea, crassa, glutinosa, iudicatæ sunt.


5 Aperta mulier à nobis in Scholis Medicorum Lutetiæ lapidem habens in vtero, in cranio anteriore, & quæ sine liene inuenta sit.

6 Vifa mulier à nobis, quæ in altera mammâ duplicem papillam lac reddentem haberet.

7 Cuidam mulieri Lutetiæ totum corpus molle, flexile, & sine solidis ossibus fuit.

8 Lutetiæ cuidam mulieri grauidæ fœtus exerta manus est per vmbilicum, & quindecim dies ad partum sic stetit, saluâque matre euasit viuus, vitalis.

FINIS.



IACOBI HOLLERII STEMPANI, MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI,

De Morbis internis, febrium
historiam & curationem
continens

LIBER II.

ANTONII VALETII
Opera iam nunc multò quàm antea auctior
ac integrior factus, & scholiis non
pœnitendis illustratus.

QVID SIT FEBRIS.

FEBRIS, a calor est præter naturam b accensus a *hinc est, quod febris ad intemperiem calidam, tâquam ad summum genus, Galeno referatur, c. libell. de differentiis morborum.*
in corde. Substantia c ergo febris, est calor præter naturam, qui omnino in corde accenditur. Aliàs vero d toto corpore sparsus, aut saltem in quamplurimis partibus, vel certè principibus inest. Pessimum genus febrium, cum vruntur interiora, exteriora frigent, e vt in lipyriis, & cum viscera interiora inflammantur. *b Cor cum sit fons innati caloris, principium quoque sit febris, est necesse: si quidem non aliud ab illo calor sit, qui in igne conuertitur Galen. comment. c.*

Malignum quoque, f quoddam *ασαδης* vocatur, in quo exteriora quidem moderatè calida sunt, intus ardor est, sitis insatiabilis, perpetua corporis iactatio, vigilia, delirium, quod ferè fit crasso atque contumaci humore in primis venis putrefacto. Aliquando in cor-

aphor. 14. li. 1. & ad sent. 18. li. 1. de viâ. ratione in morb. acut. c Galen. comment. 3. in lib. de fractur. sent. 8. & in ap. 5. li. 6. d Satu tamen est ad febrim constitutionem. si calor illo plurimas, aut nobiliores occupet partes. Gal. comment. ad sent. 29. sect. 1. li. 6. Epid. e Neque enim in causo. neque in tertiana, quæ febres omnium calidissimæ perhibentur, interna partes usque ad eò aduruntur perfrigerata cure, atque in lipyriis, quas propterea Galenus maximè malignas appellauit comment. ad Aphor. 48. lib. 4. f *ασαδης* id genus febris seu fastidiosa comitem habent anxietatem, ingentis malignitatis indicem, ex Gal. comm. 2. in lib. 3. Epid.

de vehemens æstus est, quod vehemēti palpitatione (cordis motu præter naturam) intelligitur, moderatus tamen ad manum calor est. Pereunt celeriter, & sub mortem tenuis quidam & frigidus sudor effluit. Itaque febrilis calor *g* non perpetuo toti corpori æqualis est. *b* Optima ratio diuidendæ febris ex Gal. lib. 1. de differentiis febrium, est, ut è substantia, hoc est, iis, quæ definitio eius continet, differentiæ sumantur, è calore videlicet, iis in quibus calor est. Calor itaque alius *i* siccus, *k* alius humidus, alius *l* vaporosus, ex quo febris alia sicca, alia humida, quædam vaporosa, Maligna sicca est. In hac squalescit cutis, arida lingua est, vehemens sitis & vigilia, calor, acris, nihil vaporum, nihil sudorum excluditur. Talis est exquisitè ardens. Hæc autem aut *m* breuiter occidit, aut in hæcticam vix curabilem conuertitur. In humida perpetuo sudore ac madore corpus resoluitur, quales sunt *n* typhodes & elodes. Quamquam typhodes ab Aëtio & quibusdam aliis dicitur, quàm erysipelas, hepatis, lienis, renis, aut cuiusvis partis, incendit. Salubris ferè, in qua madidus & mollis calor est, cutis quoque eiusmodi, & sudores in tempore erumpunt.

Rursus calor quantitate & qualitate distinguitur. Nam aliàs *o* copiosus, *p* aliàs paucus, *q* nonnunquam in medio est. Similiter hic acerrimus, hic (ut febris est, & quantum natura febris patitur) suavis, & mitis, ille medius: magna vis est febris, cum & plurimus, & mordacissimus.

Febris alia morbus, ut ardor, alia symptoma, ut in pleuritide, alia simplex, alia cum grauibz symptomatibus, & iis quæ *in Hippocrate* Græci vocant, ut quæ febris cum frequenti syncope, cum singultu, cum synceris deiectionibus. Rudis illa & nimis antiqua *r* Hippocraticis distinctio, laudanda tamen, ut fuit ætas. Febres alię manu mordaces, alię mansuetæ, quædam vehemēter rubræ, nonnullæ admodum flauæ, alię crocæ, alię crudæ, &c. quæ pluribus *6. Epid.* ab Hipp. & Gal. tum initio librorum de differ. feb. explicata sunt, nondum tamen satis intellecta, quod *f. vox Pemphigodes* satis ostendit, non satis intellecta interpretibus. Alij enim ad pestilentiales, nonnulli ad vaporosas & humidas transferunt. In qua sententia fuisse visus est Galenus in exegesi vocum Hippocratis.

Alia verò diuisio febrium, quia hæc acutæ ac celeres, ut ardens & tertiana, aliæ longæ, ut typhodes & quartana: nonnullæ mediæ, ut quotidiana & semitertiana. Acutæ sunt, quia propria tempora adueniunt usque celeriter percurrunt. Acutum enim & celer idem est.

Sunt è Græcis, qui ex ratione prægressæ causæ, ita diuidunt. Aliæ febres de repente atque ex causa manifesta ortæ sunt. Hæ minus periculosæ, minùsque fallax præfagium ostendunt. Aliarum causa ignorata, quod latenter atque longo tempore contracto in humoribus vitio ortæ sint, de quibus hoc verbum Hipp. maximè pronuntiat, commune quidem reliquis morbis acutis. *t* Acutorum morborum non omnino certè sunt pronuntiationes salutis aut mortis.

mortis. Atque hæc ferè periculosiores.

Longæ item ex causarum varietate diuidunt. Longæ enim sunt, vel quia materia frigida, crassa, & contumax est, ut quartana, vel multa, ut typhodes, vel quia pars affecta frigidior est, unde primum calor succensus est, ut quartana à liene longior, ab hepate breuior, vel imbecillitatis ratione, ex quo *u* in senibus longior, in iuvene breuior, vel denique exteriorum vitio, quæ *τὰ ἐξωθεν* vocat Hipp. ægri, Medici, ministrorum, loci, æris, temporis, & similia.

Aliæ item febres *x* peruigiles, aliæ *y* soporosa, nonnullæ mediæ. Somnus atque vigilia, utraque si modum excefferint, malum, ex *li. 2. Aph.* Praxagoras quasdam febres soporosas annotauit, ab anno 12. ad 16. & 17. deriuata quadam pernecie. In soporosis *z* grauius periculum est, si præter soporem & silentium, saltus partium, ac veluti conuulsio, faciei rubor, oculorum fixus intuitus, à somno manuum neglecta abiectio, mœror, anxietas, deliria conuulsifica, motio articularum, frigus.

Sed, quod ad institutum maximè pertinet, alia febris in solidis partibus hæctica, quædam in spiritibus diaria: tertium genus in humoribus, putrida. De hæctica differentiis & diariæ suo loco dicetur. Putrida fit vel à bile, quæ tertiana, vel pituita, quæ quotidiana, vel atra bile, quæ quartana. An *a* verò à sanguine, postea disseretur.

Putrida rursus vel intermittit, vel continua est. Quæ intermittit, Hippocrati quidem *aph. 43. lib. 4.* sine periculo est, Diocli minus periculosa, quàm continua, ac ferè salutaris, sed quæ tamen aliquando interficit, & maximè ubi talis est, qualis saporosa, quæ proximè descripta est. Continua magis periculosa, quæ tertio quoque die exacerbatur, aut *Hipp. & Archigene.* Accedit ad periculum, si quarta die vel tam grauis est, vel etiam asperior, quàm fuit tertia.

Cæterùm quandoquidem hic de curatione febrium agitur, primum est, ut febris species cognoscatur, ex propriis signis, communibus, & externis coniecturis. Cognita febris specie, causæ magna ex parte innotescunt. Secundum est, ut febris constitutio intelligatur. Quod fiet si obseruemus qualia sint, & quanta fuerint & futura sint vniuersalia febris tempora, principium, incrementum, status & declinatio. Deinde *b* quod in toto morbo, idem in particularibus accessionibus obseruemus, & has rursus inter se comparemus. Postremò adiungemus externa: anni tempus, ætatem, locum, regionem, peculiari ægri naturam, &c. eiusmodi, videbimùsque, nequid ministri peccent, & ut æger imparata faciat. Ita fiet, ut & morbi natura cognoscatur, & remedia, medica fideliter adhibeantur. Certum denique ac minimè fallax præfagium de febre instituetur.

DE TERTIANA.

a Qualibet pallida, rubea, vitellina, porracea, arginosa, cuius ceterum locus est fomes, propria cystis, hepatis, mesenterii, aut quae circa praecordia, caudaque viscerum sunt loca.

b Alioqui enim ardens esset, continuate febris, à qua tamen sola intermissione differit Galen. c. 3. lib. 2. de crisi.

c Effusa scilicet in ventriculorum bile, sed non primis diebus. Praepropera namque isthaec esset excretio, nec melioribus naturae rebus instituta, quae ante concoctam materiam veniret.

d Prout bilis viam affectat.

e Accessio lon-
gior aut breuor
pro bilis copia
maiore aut mi-
nore, eiusdemque
tenuitate aut
crassitie, agrorum
viribus, raritate,
aut densitate
corporum. Adde
quo miscellam
tanta cum bile effi-
citur, ut huius in re-
gionibus vel pau-
cas exquisitas
tertianas, vel
prope nullas a-
gnoscamus. Unde
nihil mirum, si
paroxysmi vitra
horum 12. 20. 30.
etiam, vitemque
circum ultra
septem producant
tur siquidem pri-
mae bilis admix-
ta à natura non
facile separatur &

f A bile prius delata, quae maius ac maius eundo acquirit incendium. *g* Primum enim febris inuasi-
onis calor ab inuasi ad huc materia oppressa, non potest citatior pulsu emicare. Huc accedit, quod tum temporum non-
dum accessibilis habitus corpori refrigerat. *h* Ab ardore & biliosum humorum permixtione. Ex comm. ad sent. 26. li. 2. Pro-
gnosis. *i* Natura enim alba in urina concessionis sunt nota. Com. 3. in Proximit. 4. li. 4. de vitæ rat. in act. *k*
k Nam ceteris conditionibus signum ab hypochondriis, quam ab aliis contentis sumitur. *l* In naturam enim quantumvis biliosam,
virescentem, et vitæ institutum, aut quippiam simile generanda pituita accommodatum concurrat semper, quoad tertianam
a sola fieri huiusmodi prohibeat ex cap. 3. lib. 2. de differ. febrilium.



TERTIANAM facit *a* putrefacta bilis, *b* non quidem
in venis, sed toto corpore dispersa. Tertio quoque die ac-
cessiones habet (vnde tertiana appellatur) quodque pu-
trefactum accessionibus singulis excernitur, ferè per su-
dores & insensibilem transpirationem, alias etiam *c* vomitu, *d* &
deiectione alui repurgatur. Duodecim *e* horas exquisita tertiana
non superat accessione particulari, nec pluribus quam septem ac-
cessionibus sollicitat. Sic enim scriptum ab Hippoc. aph. 59. libr. 4.

Quaquam in Coacis praesagis quinto, septimo, aut nono circuitu
ad summum iudicari scribit. Statum ferè habet quarta accessione,
hoc est, die septimo, nono, vndecimo. Decimotertio, qui septimæ
accessionis dies est, declinat, atque ita soluitur. Initium ferè prima
accessione, incrementum secunda ac tertia: accessionis tempus, à
quatuor horis ad duodecim, inuadit cum rigore, in quo veluti pun-
gentes aculeos sentiunt ægri, initio quidem vehementior, paulatim
mitescit, ex quo increfcit calor. Intima vruntur, *f* iactatur corpus,
vexat sitis & vigilia, solitudo quæritur: hæc verò vt progreditur ac-
cessio in statum, vbi calor admodum acris & mordax est. Pulsus
g initio tardus, paruus, rarus, debilis, postea magnus, celer, frequens,
velox, & vt declinat accessio, paulatim redeunt omnia ad naturam.

Post vigorem vomitus, sudores aut excretiones, & vbi iam conco-
quitur ad salutem febris, vt principio tertiæ & quartæ accessionum,
vomitus, in fine sudores fiunt. Vrina *h* subrufa, lubrifica, rufa, me-
diocri substantia, aut, vt Arabes, rubra, tenui, substantia ignea. Parte
quidem inferiore subtilior, superiore vmbrosa atque nebulosa. In
qua si *i* nebula alba, aut eiusmodi sublimamentum initio appa-
reat, non transcendet quartum circuitum. Si verò primo die vel se-
cundo *k* sedimentum album est, læue & æquale, tertio circuitu
terminabitur febris, quod si talia non apparent primis diebus, id est,
prima vel secunda accessione. Septimus circuitus expectandus est,
tuncque rufa magis sunt vrinae. Et si contingit longiores esse ac-
cessiones, id efficit materiae copia, aut crassior consistentia. Alioqui ad
densitatem cutis, aut ad imbecillitatem naturæ, causa referenda est.

Describunt autem Græci & Arabes tertianam, quæ sit veluti *l* idea
quædam & exemplar tertianarum omnium, quæ vt propius ad idam
illam accedunt, ita & manifestiora signa proferunt, vel minus ma-
nifesta. Excitatur hæc febris ferè æstate, tæperie calida & sicca, cælo,
a tate, ratione vitæ & aliis, quæ corpus reddunt calidius & siccant.

a Qualibet pallida, rubea, vitellina, porracea, arginosa, cuius ceterum locus est fomes, propria cystis, hepatis, mesenterii, aut quae circa praecordia, caudaque viscerum sunt loca.

b Alioqui enim ardens esset, continuate febris, à qua tamen sola intermissione differit Galen. c. 3. lib. 2. de crisi.

c Effusa scilicet in ventriculorum bile, sed non primis diebus. Praepropera namque isthaec esset excretio, nec melioribus naturae rebus instituta, quae ante concoctam materiam veniret.

d Prout bilis viam affectat.

e Accessio lon-
gior aut breuor
pro bilis copia
maiore aut mi-
nore, eiusdemque
tenuitate aut
crassitie, agrorum
viribus, raritate,
aut densitate
corporum. Adde
quo miscellam
tanta cum bile effi-
citur, ut huius in re-
gionibus vel pau-
cas exquisitas
tertianas, vel
prope nullas a-
gnoscamus. Unde
nihil mirum, si
paroxysmi vitra
horum 12. 20. 30.
etiam, vitemque
circum ultra
septem producant
tur siquidem pri-
mae bilis admix-
ta à natura non
facile separatur &

Curatio

Curatio ad duos scopos relata est veteribus Medicis, alteratio-
nem & vacuationem. Alteratio, refrigerantibus & humectantibus,
vacuati per sudores & vrinas, perficitur. *m* Paulus rectè quidem
infirma hæc remedia credidit: propterea quod non tertiana illa, quæ
idea & exemplum quoddam est reliquarum, nobis curanda est, sed
quæ iam aliquid pituitæ commixtum bili habet. Oportebit ergo
intendere in scopos illos veterum, sed ita temperare, vt quantum
declinet curanda febris ab idea illa, tantum curatio euariet. Initio
ergo si resistit aluus, *n* clystere leni, vel debili *o* quodam phar-
maco mouenda est. Medicamenta sunt, vt cassia fistula ex decocto
violarum, prunorum, tamarindorum, & similibus.

Vehementer commendant hanc potionem.

p Succu granati acidi & dulcis ana ζ . i. β . per noctem salubri loco
resideat, post ridie in eo suc. dissolue sacchari optimi ζ . i. Et si vehe-
mens calor est sacch. violaceum sit, & addatur potioni aquæ ros. ζ . i.
Si verò pituitæ aliquid mixtum est, loco aquæ ros. misce *p* vini te-
nuis ζ . i. Lenies aluum, reuocabis appetitum, partes naturales robo-
rabis. Quod si *q* obstructionis suspicio est, aquam end. aut hordei,
vnius ζ . i. commiscebis. Alij ζ . 2. *r* oxyfacch. simplicis, succi end.
depurati ζ . i. vtuntur eadem vititate. Vbi verò plus pituitæ mixtum
est, pro succo end. succus radic. fœni. pro oxyfacch. oxymel simplex
miscendam est. Atque vtilius oxymel volunt, in quo februerint
frondes nucis, vel tenues asparagi & hyssopi summitates. Alij *s* con-
tinenti sunt ζ . 4. decocti prunorum cum saccha. viol. ζ . β . Eodem mo-
do & tamarind. vt licet. Iam remollita aluo de phlebotomia sta-
tuendum. Saluberrimum, *t* inquit Gal. febribus omnibus non
modò continuis, sed iis quæ ex putredine natae sunt, secare venam, si
ætas, vires, & c. permittant. Omissum tamen hoc remedium à Græ-
cis, & omittendum quidem, si exquisita tertiana est. Alioqui admo-
dum salutarè: quod tamen temperare oportet, *u* vt tertiana, quam
curamus, vel ad exquisitam accedit, vel ab ea recedit. Arabes ex vrina
rubra consilium sumunt phlebotomiæ, fallaci quidem coniectu-
ra, quod eam dominantis sanguinis, vel grauioris incendij, indicium
esse putent. Talis enim vrina, aliquando infirmo ex hepate, vel rene
plus æquo attrahente, aut aliis de causis non ex natura febris, procedit.
Addunt præterea non esse detrahendum sanguinè ante tertium
paroxysmum, obtruduntque experientiam, quod quibus aliter san-

incidendam, & ventriculum roborandum, quod cetera omnia refrigerent. *q* Obstructioni nota erunt, sensio durities, dolor
hypochondrij dextri. *r* Loco huius licebit lupina concinnare è syr. de cichor. simpl. capill. ven. acetosi simpl. grana-
tor. & aquis conuenientibus cichor. end. buglos. borrag. Vel hoc apocema. Rec. rad. polyod. quern. cicho. oxylap. ana Vnc. i.
rad. petros. asparag. fœnic. in aceto per noctem vnâ (si magnus est) maceratarum ana Vnc. i. folior. agrimon. cicho.
end. non lota, scariol. ana M. i. capill. omnium ana M. β . semin. frigid. minor. (si æstus sit) vel maiorum (si hyems) ana Drac.
i. semin. anis. & fœnic. ana Drach. 2. flor. cardiacorum ana p. i. f. decoct. In colatura pro dosib. 3. dissolue syr. de cichor. simpl.
& capill. ven. ana Vnc. i. β . f. apoz. clar. conditum pauc. cinnam. & santala citrino. Ab eo, si videbitur, purgato.

s Hoc remedium aluum tantum mollit, non purgat. *t* Id scriptum passim reperiat lib. 11. M. esto. med.
u Ut videl. sanguinis minor sit detrahit, si tertiana propius ad exquisitam accedat, amplior, si minus prope. Ceterum auo-
care nos à vena sectione minimè debet, quod iam pridem est ab Arabibus proclamatum, sanguinem nempe bilis frænum esse
& refrigerium: nam & phlebotome totius corporis refrigerationem inducit, in qua magnum est ad curationem mo-
mentum vta.

v Ut si bolum è
cassa præferi-
peru. addito, si
velu. heo, atque
epim. fruhilve-
tèr. diaphanido
pauc. vel hanc
potionem: impe-
rabis.

Rec. cathol.
Drac. 6. diapha-
nici Drach. 2.
syrup. capill. ven.
ner. aut simil.
Vnc. i. cum aqua
cichor. aut deco-
cto conuenienti. f.
posito. Nunquam
tamen adducere,
vt paroxysmi die
purges, ne gemi-
num natura ne-
gotium facessas.
p Ad pituitam

q Obstructioni nota erunt, sensio durities, dolor
hypochondrij dextri. *r* Loco huius licebit lupina concinnare è syr. de cichor. simpl. capill. ven. acetosi simpl. grana-
tor. & aquis conuenientibus cichor. end. buglos. borrag. Vel hoc apocema. Rec. rad. polyod. quern. cicho. oxylap. ana Vnc. i.
rad. petros. asparag. fœnic. in aceto per noctem vnâ (si magnus est) maceratarum ana Vnc. i. folior. agrimon. cicho.
end. non lota, scariol. ana M. i. capill. omnium ana M. β . semin. frigid. minor. (si æstus sit) vel maiorum (si hyems) ana Drac.
i. semin. anis. & fœnic. ana Drach. 2. flor. cardiacorum ana p. i. f. decoct. In colatura pro dosib. 3. dissolue syr. de cichor. simpl.
& capill. ven. ana Vnc. i. β . f. apoz. clar. conditum pauc. cinnam. & santala citrino. Ab eo, si videbitur, purgato.

s Hoc remedium aluum tantum mollit, non purgat. *t* Id scriptum passim reperiat lib. 11. M. esto. med.
u Ut videl. sanguinis minor sit detrahit, si tertiana propius ad exquisitam accedat, amplior, si minus prope. Ceterum auo-
care nos à vena sectione minimè debet, quod iam pridem est ab Arabibus proclamatum, sanguinem nempe bilis frænum esse
& refrigerium: nam & phlebotome totius corporis refrigerationem inducit, in qua magnum est ad curationem mo-
mentum vta.

z. Intra aph. 21. li. 1. Que ducere oportet. quod maxime vergunt per laca cōferentia, ad ducere oportet.
Ubi plus pituita adit, oxymelini vnc. 4. 5. vel 6. ex tepida propinatur. Inierdū pitiana Vnc. 4. cum Vnc. 1. Syrup. acetosi simpli. cietur autem vomitu initiū accessionum, si per se natura sua non moueat.
z. Nam omnem in partem celerimè distribuitur cum tenuis sit partium. Sed vitnum antequam nato imperatur, febre facta remissione concoctionis signa apparere est necessaria. Poterunt etiam sudores excitari frictionibus, inunctionibus & sudorificis positionibus, vrinam quoque cieri, de costis aperientibus cum syr. capill. ven aut similit.
a. Talia siquidem ventriculum relaxant.
b. Vt celerius distribuantur, & ad habitum corporis pervadant.
c. Vel hac potio praescribitur.
R. c. z. thei el. Drach. 2. infundantur in decocto refrigerante, vel in decocto de passal. mundatar. & tamarindor. ping. an. Drach. 3. additū semin. anis. melon. Drach. 4. syr. cardiae p. 1. in express. distillat. cathol. Drach. 6. Syrup. capill. ven. aut de cichor simpli. aut viol. Vnc. 1. f. pot. vel ex Syrup. de cichor. comp. cum rheo Vnc. 1. aut Vnc. 1. f. cum decocto conuen. aut lactu sero purgato infundatur. Pauperioribus imperantur diaphanum simplex & solutivum, electar. de succa z. s. diaph. diacarth. Sed hac calidiorē calis tempore non sapient periculo.
d. Atque tamen si vires esset languent, eas imprimū confirmare oportebit. maxime verò hepatis & ventriculi robori conferat. Ut. Rec. conserua horrag. & bugloss. ana vnc. 1. el. Bar. triafantal. & diarhod. Abbatū, vel aromatici resor. ana Drach. 2. syr. ebor. & cornu ceru. ana scrup. 5. cum Syrup. de limonib. aut de bugloss. sopiata. vel cum saccharo rosaceo conditum. Et quodiam non rō d' humor aut status in praecordiu colligitur, tumor em. duritiem, aut densitatem faciens, optimum erit. f. prunatida. vel tensa sit hypochondria, solum & litum imperare. Fatu erit huiusmodi. Rec. mali bism. cichor. agrimon. scordiaci albi. ana M. 1. f. hypochromelin. violar. aneb. resor. ana p. s. fiat decoctio, in aqua & vinum album tum acetopauco infus. a. Idem pro solum hypochondrii dextri cum spongia. Post. solum exsiccatu locus illinetur ex olei liliac. olei amygd. dulc. & albi. ana Vnc. 5. cum. era pauca comparato linamento. Si ardor urgeat, epibematā refrigerantia, stētiēque ceratū iunctalivum. vitato nimio perfrigerio expirationem cohibentē.
c. Si folia seuina diaphan. diacatholizum.

guis detractus est, iis ferè exasperatum malum: secant ferè sexto die, aut prædici iubent fore, vt proxima accessio, quæ quarta est & die septimo, grauiissima, ne id ex phlebotomia & peccato Medici contigisse videatur. Conueniunt cum Græcis in vsu eorum, quæ vrinam mouent & sudores. Vtuntur plurimum oxyfach. simpl. syrup. acetoso. Græci, si materia sursum ascendit, & ager nauseat, vomitiones adiuant, si mordentur intestina & lenib. clyst. excludunt, alioqui lotia & sudores mouent. Vomitus cient ptisanæ tepidæ 3. 4. fac. 3. 5. Aliud.

℞. decoct. lact. atripl. portulan. 3. 5. olei comraunis 3. 2. y tepido vtatur. Sed abstinendum vomitionibus in iis maximè, qui ex consuetudine non vomunt. In clyst. cass. 3. 5. aut catholici plus etiam, vt res exigit, dissol. debet oleo viol. In iisdem vtendum est sacch. potius, quàm melle. Apio & anetho mixtis in potu, aliisque leuionibus diuret. vtebantur. Sudores mouendi sunt, si quidem resistunt, sub finem accessionum.


℞. ptisanæ vulgaris calidæ 3. 4. aut 3. 3. cum 3. 1. decoct. flor. chamis vel diluto oxymel in quo nepethæ modicum ferbuert.

Idque magis, si crassior humor fuerit. Vsitatus est ptisanæ vulgaris potus calidus cum subduplo syrupi acetosi, vt sint ptisanæ 3. 3. syrupi acetosi 3. 1. β. vinum 2. quoque album, tenue, oligophorum, & vrinam & sudores mouet. Verum neque vrinam mouendæ sunt, neque exprimendus sudor, nisi cum apparuerint manifesta signa coctionis, multò maximè, cum iam perfecta signa coctionis apparuerint, & quæ vomitiones mouent, a tepida, quæ sudores b calida exhiberi debent. Quod si superioribus remedijs non concedit febris, c. rhubarbo vtendum est ad 3. 1. β. vel 3. 2. Si verò neque his concedit, & d. vires sustinet, phlebotomia de eadem vena axillari interna dextra repetenda est. Alioqui cathartici paulatim deducenda materia est, quale hoc est.

℞. syr. de cichorio simpli 3. 6. rhubarbari puluerati, & nodulo raro inclusi 3. 2. suspendatur nodulus, & syrupo immergatur, capiat diebus intermissionis 3. 1. β. syrupi cum aquæ hordei in calidiorē conditione, hydromelitis in frigidiorē 3. 2. Atque iam declinante morbo, & longius progresso medicamentis catharticis e aliquid

eorum quæ melancholiam purgant, miscendum est. Pars enim materia ardore febris in melancholiam versa est. In accessionibus vbi vehementer sitiunt, sed maximè in statu, aqua hordei. f. iulep. violatum, syr. violatus cum aqua frigida, vinum etiam album oligophorum, si quidem iam tempus est sudoris promouendi & vrinæ, exhiberi debent. Nec hoc quidem exigua quantitate, g sed semel quantum appetunt. Ratio victus, quæ refrigeret & humectet, non tam tenuis, quàm ab antiquis præscripta est, propter consuetudinem victus. Licet enim vt iusculis plurimum alteratis cum lactuca, acetosa, portulaca, hordeato cum seminibus frigidis alterato. Postea verò apparentibus signis coctionis, lacte amygd. pedib. ouillis, piscibus saxatilibus cancris, percis & similibus, vitellis oui, de quibus quia controuersia est, postea dicitur. Tumque iusculis commiseri debent, quæ aperiant, & vrinam mouent. Vsitatæ sunt radices acetosæ, petroselini hortensis & cichrij. Sed per omnia meminisse oportet, maiora remedia, & venæ sectionem & cathartica conuenire diebus quietis. Excrementa verò promouenda, cum iam manifesta coctio apparuerit in vrinis. Vigilant, æstuant, sitiunt, & alia patiuntur, contra quæ remedia suo loco dicentur ad finem libri huius.

Remedia quædam sunt vulgaria quibus quidem vt licet, non neglektis aliis, quale hoc est. Sonchus tritus, sambucus, plantago, ex aceto subiguntur, & carpis alligantur: Sunt, qui & b semperuium, & alia eiusmodi refrigerantia trita hepatis regioni applicent. Spectum quidem hoc remedium, quanquam aliquando febrem extinguit, sed nunquam hoc vtendum est, i vbi obstructionis suspitio. Alij pul. fuliginis è furno, & saluiam contusam vnà miscunt cum oui albumine, & ita imponunt carpis. Nonnulli eandem fuliginem cum alliis, cepis, albumine oui & germine, miscunt, acetum affundunt, admouentque carpis. Temeraria verò remedia caustica, quæ vesicas excitant, quale est, quo vulgus vtitur, radice ranunculi trita, alligato carpo. Eadem quoque k exteriori gutturi admouent. Itaque prudenter vtendum est vulgi remedijs.



DE TERTIANA NOTHA.

TERTIANA a notha cum rigore quidem incipit, sed languidiore. Materiam habet pituitam commixtam bili. Inuadit, vt plurimum, febris hæc otiosos iuuenes & interperatos, sub Autumnum frequens. Signa eadem quæ tertiana, nisi quod habet commutata ex proportione pituita ad bilem, media quodammodo inter signa quotidianæ & tertianæ. Alternis diebus inuadit, aliquando tamen, vt etiam tertiana duplex, c singulis diebus. Neque enim singulis inuadere diebus neque alternis tertianam facit, oportetq; non tantū ex periodis, sed propriis signis & symptomatis, cuiusque febris speciem constituere. Accessio vltima

f. Aut. sr. nenupharinum, acetos. simpl. oxyf. sacch. Syrup. de limonic cū tripl. aqua, aut quadrupla.
g. Vt calor febrili extinguatur, & partes contemperentur.
h. Ex hū vulgi remediū alia refrigerando. & febrilem calorem extinguendo prodesse creduntur: alia calida foras humorem mortificum trahendo. Sed temerè hū non fidendum. Eorum enim vsu sepe fit, vt feruor quidem & interperies reprimatur, materia ad vasa resstente, quæ recidiva sit soboles.
i. Satiū fuerit oleo rosaceo hypochondriū irritare, pauco acetō addito.
k. Hæc enim arte scaberrimè a fugiligne orri solitam prohiberi putant.
a. Hæc vel ex vsticina bile, quam parit a dultio in ventriculo putrescente ac tenacius inhaerente, vel ex permutatione bilis & pituita, vt ante dictum est, gigni consuevit.
b. Languidior & diuturnior est rigor, quæ pituita bilis acrimoniâ, velocemque motum impedit, hinc fit, vt minor sit rigor, sed aliquo longior.
c. Id accidit propter humorum coctionem, & pituitosa accessione materia, quæ ambigua quotidianam accessionibus efficiuntur sunt san.

tra duodecim horas producitur, aliquando ad triginta & eò plures Non terminatur septem periodis, vt tertiana vera, vixque duodecima periodo, aut 14. terminatur. Sape etiam in mensem, quadragesimum etiam diem extenditur. Nonnunquam sex menses integros perseverat, ferèque desinit in *d* vitia lienis. Hic plurima grauitas corporis, dolor vertebrarũ. inflatio ventriculi, fastidia, sitis magna, oris amaritudo, vrina citrina & crassior, quam in vera, ob crassitiem humoris à pituita permista. Clysteribus primum *e* non ita molli- bus vtendum est, deinde leni pharmaco, vnde primæ venæ repur- gentur. Postea consentientibus numeris, phlebotomia, è basilica dextra. Auicennas post tertium vel quartum paroxysmum venam aperit, dextram ætate, hieme sinistram.

Victus aliàs parcior, aliàs plenior, vt breuitas vel longitudo fe- bris expectatur. *f* Nam in longis plenius nutrimus, in celeribus parcius. *g* Victus sit incidens & abstergens, coctus facilis. Vrinæ & sudores paulo calidioribus, quam in tertiana moueantur. Iam appa- rentibus signis coctionis, Gal. hordeatis aliquid piperis adiecit. A- mygdalino lacti aliquot amygdala amara commiscere licet, alioqui amygdala dissoluimus ex decoctione rhei, quæ & detergeat. Græci mulla vtiebantur, in qua hyssopus ferbescit, aut aliquid tale, quod videlicet sine insigni calfactione & exsiccatione vrinas ducat. Qua- lia sunt, spica Celtica, cinnamomum, radices apij hortensis, semina anethi, fœnic. comæ absynthij, sed quæ, cum adstringant, non tam ad mouendas vrinas & sudores, quam ad ventriculi robur, & biliofi humoris euacuationem faciunt. Oxymel quoque conuenit condi- tum aliquo aromate, vt spica vel cinnamomo, puluere hyssopi, menthæ, calamenti stœchade.

Potiones autem dilues magis aut minus, *h* pro ratione febris, materia, quæ febrem facit, temperamenti, ætatis, temporis & simi- lium. Iam ferè paratur hydrosacchar. ex lb. 1. aquæ coctæ col. per ma- nicam Hippocratis cum ʒ. ʒ. sacch. & ʒ. ʒ. cinnamomi, vel ʒ. ʒ. Ve- teres loco hydrosacch. mulla vtiebantur. Nunc verò in frigidiore conditione, loco sacchari, melle albo vti licet, vel partim saccharo, partim melle albo.

Vbi iam apparuerint signa coctionis, molliter subducenda al- buns est ex iis, quæ postea dicentur. Non omittendum, quod Hip- poc. primum, deinde Gal. & Auicennas annotarunt, i vomitum à cibo tam efficacem esse in hac febre, antecedentem morbi causam vacuando, vt hoc vno remedio permulti conuale- rint.

Historia est apud Hipp. de vxore Theotimi, quam mulso succo granatorum percurauit, inde vomitu citato. Licebit itaque vti oxy- sacchara tepida, vel oxymelite simplici cum aqua tepida, in qua sex rotule raphani coxerint, statim à cœna. Alioqui.

℞. Hydromelitis ʒ. 2. decocti hyssopi ʒ. 2. ʒ. detur tepidum è cœna. Nostra ætas non feret tenuem victum, quem veteres, tertio tan- tum

tum quoque die ægrum nutrientes, præscripserunt. Nutriemus ita- que & vt semel in die comedant, remissionis vel intermissionis tem- pore. Vino tenui vti licet extra accessiones. Pullus iam satis adultus in aqua coctus l cum borragine, cerephylo, oxalide, petroselino, hyssopi modico, coques autem ad putrilaginem, & si vis, iusculo sacchari aliquid iniicies, vt oui vitellum omphacio dissolutum.

Hordeato & lacte amygdalino vteris, sed bene conditis in fac- charo, vel melle albo Pufana vulgari, in qua anethi coma, aut ali- quid seminis eius, apij, fœniculi spica, cinnam. piperis maduerint, vti oportet, aut in ea octauam partem sacchari, vel mellis albi li- quefacies. Poteris imperare hanc ptisanam. ℞. hordei mundati gr. ʒ. hyssopi, glycyrrhizæ mundatæ ana ʒ. ʒ. iuiubarum, passul. mun- datarum, ciccerum rubrorum ana ʒ. ʒ. decoct. in aqua purissima ad lb. 2. Colatura transfundatur per manicam Hippocr. cum ʒ. 4. sac- chari. Fiat n ptisana clarificata & aromatizata cum ʒ. 2. o cinna- momi, vel mulla. vel hydrop. sacch. parabitur ex aqua, in qua pugil- lus spicæ Celticæ, aut stœchados efferbuerit. Materia clysterum quibus interuallis vtendum est, surfures, hordeum, chamæm. melil. absinth. anethi coma, beta, scariola, ficus pingues, addita etiam la- ctuca, portulaca, acerosa, refrigerandi consilium est. Quod si alius sit durior, addenda sunt remollientia. In decocto ad lb. 1. olei com- munitis aut chamæm. ʒ. 3. mellis communis ʒ. 2. dissolues. Nonnun- quam etiam vel cathol. ʒ. 6. p vel diaphœnic. aut benedictæ ʒ. ʒ. Sup- positoria acuantur cum ʒ. 2. hier. picræ & ʒ. 1. salis gemma.

Purgationes *q* conueniant ex rhab. mixta parte agar. trochiscati, vt vtriusque ʒ. 2. cathol. ʒ. 6. incorporentur. Alioqui pauperibus im- perabis ʒ. 6. catho. ʒ. 2. diaphœnici cum hydromelite.

Vel diaphœnici ʒ. 2. agatïci ʒ. 1. cum hydrom. Quod si ab infirmi- tate ventriculi metuatur. ℞. pul. hieræ picræ recentis, rhab. electi torrefacti & subtiliter puluerati ana ʒ. 2. incorporentur ʒ. 3. tere- binthina fiant bol. cooperti auro, vel nebulis, vt facilius transglatia- tur. Laudatur pilula de rhab. maximè Autumno, de eupatorio.

℞. aloës, rhabarbari, myrobala. citrinorum, succi agrimonia ana ʒ. ʒ. vniantur cum succo endiuicæ, aut fœniculi. Laudatur trifera Sarracenicæ sine scammonio. Syrupi imperandi, *f* oxymel sim- plex, oxy saccharum, syrupus acetosus, de scolopend. capillorum ve- neris, dilutum cuscutæ, cichorij, absinthij, ciccerum rubrorum, sed diluta saccharo & tantillo cinnamomi condienda sunt. Maximè probatur syr. de cichorio compositus, qui etiam catholicus est, & ad omnes humores valens. Datur ad ʒ. 2.

Nonnunquam quia metuitur, ne d generet in quartanam, im- peramus dissecandis humoribus & ap. ri. ndo, quale hoc est.

℞. summitatum lupuli, cich. ana M. ʒ. rad. apij. petroselini gra- min. ana ʒ. ʒ. sem. melonum, cuscutæ, anisi ana ʒ. ʒ. glycyrrhizæ ra-

vigente in ipsa accessione sit eadem imperare, si refrigerantibus, vt syrupo acetos. simpl. oxy sacchara, & similibus, oxy- melitũ pars aliqua adiciatur.

k Cibãdi ansam suadebunt lon- giores accessio- nes, vires debi- liores, agrorum natura biliosa, & pleniore vi- tui offensa. *l* Hac comparan- tur cum ad com- pefe. n. tum ad obstru. tã lã- beranda. *m* Ut pituita lentor magis de- tergeatur. *n* Refrigerat, de- terget, incidit, te- nuat, si m. sedat. *o* In vehementiore febre. & capi- tũ dolore, aut cinnamomũ nul- lum, aut paucum exhibendum quod suo calore febris afferat incrementum, & vaporosa sua substantia caput tenet. *p* Plerũque duorum ex his ana Vnc. ʒ. vel tantundem hiera pic- ræ d. ʒ. i. tuitur. *q* In præsertim diebus, quibus minimè sel. os ex- acerbatur. 2 mor- bi die. 4 6 8. *r* Harum pilu- larum ʒ. ʒ. 2. sumat ager per horam ante cibũ sem. l in hebdõ- made maximè si ventriculus ma- gis sit illu. ut se- rre est semper in hac febre. *s* Aut integra drachma semel capietur à somno noctu & intermissionis tempore. *t* Hac continis- quinque, aut sex diebus mane at- que etiam vespe- ri: duabus ante cœnam heru ex- hibita humores præparent. ob- stru. ones expli- cant & r. se- rant. Licebit etiã

ſæ 3.1. f. decoct. ad ſb. ſ. pro doſib. 2. In col. diſſolue ſyr. de byſantiis & capill. venc. an. 3.1. ſ. fiat apozema clarificatum & aromatizatum cum tantillo cinnamomi, vel puluere diarhodi Abbatis, vel triaſantali. Aliud.

4. rad. petroſelini acetofæ, graminis ana 3. ſ. ſeminis aniſi & ſeniculi torrefacti, liquiritiæ an. 3. ſ. ſummitatum lupuli, ſumarizæ, cichorij cum toto an. P. 1. trium ſlorum cardiacorum ana P. ſ. fiat decoctum ad ſb. ſ. In colatura diſſolue ſyr. capil. ven. 3. 2. oxymelitis ſimpl. 3. 1. fiat apozema, vt prius, pro duabus doſibus & temperſtius vſus erit tempore remiſſionis febris. Ab his verò cathartica imperanda ſunt, quale hoc eſt.

4. paſſularum mundatarum, hordei integri ana 3. ſ. cinam. ſantali citrini ana 3. 1. violarum P. 1. fiat decoctio pro vna doſi, in qua infunde rhabar. elect. 3. 2. expreſſioni colata adde ſyrup. de cichorio ſimpl. 3. 1. u fiat doſis. Aliud.

4. hordei integri P. 1. ſummitatum lupuli & abſinthij, cichorij, eupatorij ana P. ſ. ſeminis melonum & cucumeris ana 3. ſ. ſtæchados arabic. 3. 1. folliculorum ſennæ mundatorum 3. 3. fiat decoctio ad 3. 4. In colat. infunde rhabarbari electi 3. 4. agar. trochiſcati 3. ſ. expreſſioni adde ſacchari alb. 3. ſ. vel, vt purget efficacius, ſyr. laxat. rol. pallid. 3. 1. ſantali citrini & cinnamomi an. 3. 1. Probatum inunctio hypochondriorum ex oleo de cydoniis, de abſinthio, chamæmelino, anethino, & aliis, quæ ſtomachum corroborant. Balneum quoque probatum antiquis poſt ſigna coctionis. Sed iam vſus exoleuit, & perit induſtria parandi, quæ ſuſpectum auxilium reddunt.

DE SEMITERTIANA.

Hæc febre b parum conſtat inter veteres Medicos, dubitatürque, vtrum continua an intermittens, qua in re etiam Galen. dubius eſt. Ex tertiana interim ſemitertiana fit, inquit Galen. cap. 3. lib. de typis, & contra, eadémque ferè habet accidentia, ſed hæc periculofa. Stomachum & nervoſa lædit, lethargicas attonitæſque paſſiones infert, colliquat corpus, animi deliquia excitat, profunda vehementer commouet, typo ferro c & periculi pleniffimo, atati viri familiaris, d Autumno peculiariter commouet, tùmque periculofior, frequens Romæ, in Æthiopia & toto littore tractûque terræ, vbi cælum calidius cum aduentitia humiditate. Non ſemper continua, ſed aliquan-

do intermittens, e acutis non ſolum ſeu diuturnis connumeranda ex Hippocr. Auicennas auctor eſt ſeptimum menſem aliquando protrahi. Mitiffima acceſſiones habet 24. horarum, mediocriſ, 36. fortis aut etiam continua eſt. Primo Epid. & 2. de diff. f. b. multis diſputat Galen. contra Agathinum & Archigenem conuam eſſe, nec poſſe f duabus intermittentibus componi, aut g ex duabus continuis. Peſſimum verò hoc genus februm, quæ in crudis & bilioſis humoribus incenduntur. Cæterum duplex eſt ſemitertiana: altera ſimpliciter, id eſt, exquisita, quæ ex quotidiana, continua, bilioſa tertiana, æqualiter mixtis bile & pituita, conſtans, primo die b horrificas habet acceſſiones, & ingeminantes: horrificas quidem ex natura intermittentium. Tertiana enim rigorem, quotidiana frigus facit. Itaque mixtis cauſis frigoris & rigoris initio acceſſionis fit horror, qui horum medius eſt. Ingeminatio vero propter naturam humorum, commota bilis putrefcit de integro pituitam. Pituita putrefacta, calorem accendit, & bilem acuit, ita fit ingeminatio horroꝝque inæqualis. Hæc ſtomachi labor eſt, totiùſque neruoſi generis. Secundo die, quo quotidiana continua ſola regnat, nullus horror eſt: tertio die idem horror qui fuit primo. Eſt & altera ſemitertiana non exquisita, in qua alter humor ſuperat. Vter verò ſuperet, ex ſignis conicietur. Nam ſi bilioſæ febris indicia ſuperant, bilis pituitam vincit, vtriuſque autem ſymptomata concurrunt, ſeſeque proferunt. Quo enim tempore bilioſa inuadit, i rigor, quo deſinit, vomitus, ſudor, deiectionis. Cum verò pituiſoſa, frigus, cæteraque quotidianæ propria ſeſe oſtendunt. Quo verò tempore vterque humor confuſus incenditur, ſymptomata confuſa medium quid efficiunt. Sed interim & ſemitertiana tertiana complicatur, qualis eſt hiſtoria mulierculæ 2. de Criſibus variè quidem ſcripta in Græcis codicibus, nec ſatis fideliter verſa à Latino interprete. Ergo ſemitertiana cum horroꝝ inuadit, diebus imparibus: paribus verò tantum frigus eſt, inæqualis pulſus, l calor quoque inæqualis. Modo enim in creſcit, quaſi procedat acceſſio in ſtatum, aut in medio ſit augmento, modo derepentè horroꝝ inuadit, extrema frigent, calor in medium corpus contrahitur, ſoporofii fiunt, è ſtomacho laborant, conuelluntur, vna ferè craſſior, ac turbulenta. Animaduertendumque in hac febre, num aliquando proferant ſe ſigna propria tertianæ. Sic enim tertiana complicata ſemitertianæ. Rurſus videndum eſt, num ſemitertiana ſit, cum tertianæ quotidiana complicata eſt. Neque idem eſt apud Medicos επιπλοκή, id eſt, complicatio februm & ſemitertiana. In ſemitertiana bilis & pituita omninò confuſa ſunt, & æquali proportione mixta. In ſemitertiana quotidiana, ferè continua eſt, tertiana intermittens. In ſemitertiana, neque quotidianæ, neque tertianæ propria ſigna apparent, ſed veluti ex duplici horum genere vnum quoddam confuſum & mixtum genus coaleſcit. In complicatione verò manent integra ſigna tertianæ integra ſigna quotidianæ, quæ ſuis interuallis profe-

e Habet enim à continua quotidiana ut imbecilla fit, seu longa à tertiana, ut acuta, propter symptomatum magnitudinem. f Quia aliter non eſſet continua. g Nam tunc horroꝝ non eſſet ſemitertiana, quod horror periodicus ſolarum fit intermittentium, non continuarum. h Maxime vero cum contingit vtriuſque febris reduplicationem in idem tempus incidere, horroꝝ ea iſta acceſſiones ingeminat. i Horror vero poſtius excitatur, quia bilis pituita permiſſione refracta verum rigorem facere nititur. k A delata per partes extimabile, quanquam & ab ea, qua mouetur per partes internas circa viſcera, materia, rigor etiam ſuſſitari poſſit, ut recentiores Medici obſeruant. l Ut ſi qua bilis ſemitertiana pars in alia parte corporis putreat, & alius bilioſus humor in alia quoque parte ſuccendatur, & hic mouetur alia die ab illo, qui ſemitertianam facit. m Quia bilis faciliùſ faciliùſ pituita diſſiliu inſtamatur.

t Tale apozema in febris declinatione ſi propinetur, urinas mouet, aut ſudores.

u Doſi hæc meliora tantum corpora mouerit, non robuſtiora. & duriorum alium habentia præſertim temperate Aquilonia. Verum valentior ſit ſi addideris cathol. Vnc. ſ. vel diaphœnici. Drach. 2. vel ſ. Drach. 2. ſol. ſenna in decocto inſulantur.

a Semitertiana febris diſta eſt, quod ex quotidiana continua & intermittente tertiana ſit. b Impe-rata, ut ſcribit Gal. cap. 8. lib. 2. de diff. febr. ſtamtanen ap-pellationem idem reprobentur comment. ad ſenten. 5 ſect 3 lib. 1. Epid. quod ſancti abſi. ut ſemitertiana quicquam tertiana concedat, cum conuulſiua cauſa longè grauior exiſtit, tum verò duarum acceſſionum, qua tertio quoque die prehendunt, atque etiam longitudinis ratione. c Etiam Hippocrati curato loco lib. 1. Epid. continua eſt, nec non Galeno cap. 8. 9. & 10. lib. 6. de diff. feb. Ac cap. 4. lib. de typis intermittente aliquando vidit Gal. proficitur. c Sic Gal. eodem cap. de typu hanc febrim ait eſſe pernicioſiſſimam, quam ſauiffima comitantur ſymptomata. Unde eam Hippocr. & Galen. n. id eſt, horroſicam, appellauit. d Propter reuerſam ab eſtate prægreſſa bilem. Febrim verò eiſmodi periculoſiorem faciunt magna qualitas bilis, & morbi longitudo.

runtur. Huius febris semitertianæ & proximorum generum Cornelius Celsus lib. 3. ex Aesclepiade, ex eodémque auctore Aurelianus meminerunt. Est & alia de nomine controuersia. Ridet Galen. primo Epid. qui nomen tale semitertianæ indiderunt, propterea quod potius dupla tertiana appellanda sit. Duplicat enim accidentia omnia tertianæ, eadémque duplo peiora habet, non dimidio minora, vel clementiora, quòd sonare nomen semitertianæ videtur. Secundo de differentiis febrium institutionem nominis approbat, quòd dimidio sui semitertiana constet tertiana. Nec id reprobatur ex Agathino lib. de typis. Ratio nominis ad curationem nihil pertinet. Recentiores Medici eadem ferè dicunt. Alij tria genera instituunt. Minus, in quo pituita in vasis putrescit: extra vasa, bilis. Medium, in quo bilis putrescit in vasis, & extra vasa pituita. Pessimum verò tertium genus, quod continuum est, ac ferè interficit. Urinæ rufæ, spissæ, superiore matulæ parte exliuido flauescunt, pulsus durus, inæqualis frequens, dolor est capitis, grauitas, sopor, sed à quo vocati statim excitantur, cui si sue cedit acuta febris, admodum lethalis est. Curationes temperant mixta curatione tertianæ & quotidianæ. Eadem ferè curatio, quæ tertianæ nothæ, nisi quod in semitertiana *m* maior pituitæ ratio habenda est. Itaque descripta curatione quotidianæ, & repetita, quæ in tertiana dicta est, semitertianæ curatio fiet manifesta.

m Maior enim est pituita proventus in semitertiana. Unde alterantia magis incidere, attenuare & detergere debent, cum medicamentis alimēta.

a Febris horrida est, non cui inuasionis, atque etiam accessions ipsarum initio comes est horror, sed in qua per plurimam totius accessions partē horroris Symptomata extenditur, Gal. comment. ad sentent. 24. sect. 1. lib. 1. Epid. Caterum non hic noua febris species, sed eius que horrorem, ut Symptomata perpetuum, habet, mos & natura explicatur.

b Alta enim & profunda bilis est putredo propter eius incendium mrens.

c Horrore etenim affecti multum inuisper exudantes, difficultes suæ stoque malo impleantur. Hip. pcc. in coacis aut madueruntibus.

DE FEBRIBVS HORRIFICIS.

Piξ Græcis, horror est, vnde febris *a* *σενώδης*, horrida. Horror remissus est rigor, media quædam affectio inter rigorem & frigus. Is autem fit calore flaua bilis *b* humorem crudum commouente, & putrefaciēte. Itaque febres omnes horrida, succensa bile in crudis humoribus enascuntur, atque vtroque humores æqualiter mixto, siquidem cruditas putrescit in venis, bilis extra vasa, exquisita fit semitertiana.

Alia febris horrida, in quibus horror repetit, breuibis interuallis & eadem accessione, estque eiusmodi motus horridus, inæqualis, cum videlicet natura conatur excludere materiam. Sed hæc propter crassitiem, aut quia densior cutis est, vel denique quod natura non ita robusta est, resistit, nec potest discuti. In hoc genere tardiissimè incalescunt, longæque sunt & principium accessions & incrementum. Aliis simul atque motus bilis remissus est, nouus redit insultus, quia dum calor affligit corpus, frigidi humores putrefiunt, nouamque accessione commouent, & inde frequens duplicatio, quam *ἀναδιπλασιον* vocant, fitque vt succedens accessio longè sit deterior præcedente, & quia iam lassata virtus est priore accessione. Sadores in his febribus mali. Etenim vi exprimentur,

non

non victoria naturæ effluunt: idque vel propter crudorum humorum copiam vel virium imbecillitatem. Frigent extrema, vruntur intima soporosi fiunt, ventres cruda deiciunt, urinæ crudæ, decolores, tenues, aliàs turbulenta, & crassitudine præditæ, nullo sedimento, aut malo, inæquali, deuulso. Fastidia animi deliquia, syncope conuulsiones, mala omnia. Pessimæ enim febres, vt ante diximus, in quibus crudorum copia bili confusa est.

Curatio, vt ante, mixta, nisi quod summa ratio adhibenda est, vt intelligamus vtra materia super et, cruda, biliosa.

DE PITUITOSIS FEBRIBVS, & primum de quotidiana.

*M*NEM humorem frigidum & humidum in corpore pituitam appellari scribit Galen. 2. de diff. febr. Generatio pituitæ ab infirmo calore est, cibus phlegmaticis, intemperantia vitæ, otio, intemptuvis exercitiis, ætate puerili & senili, hieme, constitutione cœli humida. Tria eius genera à Galen. ferè statuuntur. A forti frigiditate, acida: à calore præter naturam, salsa. Vbi verò leuiter affectus calor, & pauca est frigiditas, dulcis & fatua. Salsa, sitibundos, acida famelicos, dulcis somnolentos facit. Acida concoqui debet, salsa repurgari, dulcis somnolentos facit. Acida concoqui debet, salsa repurgari, dulcis somnolentos facit. Acida concoqui debet, salsa repurgari, dulcis somnolentos facit. Acida concoqui debet, salsa repurgari, dulcis somnolentos facit. Fit aliquando, vt phlegmaticus cibus non coquatur in ventriculo, quod inde generatur, cruditas est, non pituita: aut pituita cruda dicitur, quæ appetentiam tollit, inducit fastidia, & pallorem. Qui humor à cerebro per nares emungitur aut destillat in corpus, pituita non est, quemadmodum nec humor ille vitiosus & crudus, vnde pruritus, vlcerosus affectus, lepra, scabies, & alia eiusmodi.

Saliua ore contenta potius pituita est, ad pituitam naturalem propius accedens. Vniuersali nomine hæc omnia pituita sunt. Frigidissima & humidissima pituitæ species, quæ vitrea appellatur, ouorum albumini persimilis vel vitro fuso, vehementes dolores infert, & quasi palo fixo impetentes, vbi loco calido, aut laxiore intestino impingitur, frigus infert, si immota est. Si verò mouetur per sensilia, rigorem, vt acida, commouet: nam & acoris est particeps, vnde subacidarum genere sunt, qui comprehendant. Leuiter hæc putrefactæ, aut ex parte epialam infertur. Vbi verò putrescunt magis, præcedit rigor febris. Alia dulcis rigorem non infert. Oportet ergo cum de pituitosa febre agitur, diligenter animaduertere, in quo genere pituitæ febris incenditur. Nam ex eo & curandi ratio enarrat, & præsagium certius instituitur. Græci ferè in genere de febre quotidiana scripserunt, Arabum familia plenus di-

a Hæc febris o-
mnia est rarif-
sima, si exquisita
intelligatur, quod
agrè pituita pu-
trat. Seruatur
enim à natura
tanquam sibi fa-
miliari ut qua
deficiente san-
guine cedat in i-
doneum natura
alimentum. Gal.
comment. 2. in li.
de rat. vi. in
morb. acut. sent.
44.

stinetur. Febris *a* autem quotidiana raro aduenit sine *b* offen-
sione stomachi & hepatis, *c* pulsu nimio, raritate medio inter pul-
sum tertianæ & quartanæ, tarditate simili tarditati pulsus quarta-
næ. Accessionum initia habet circa vespèram, & noctu magis,
quam interdiu, vexare consuevit, quod pituita eo tempore mouea-
tur. Vnde Hippocr. lib. 3. Epid. nocturnas febres, quas appellat, in-
telligit quotidianas. Non inuadit cum rigore, sed frigus vehe-
mens est partium extremarum aliquando & *d* horror qui-
dam est.

Difficiliter eius materia accenditur, vixque in calorem commu-
tatur frigus, vnde longum habet incrementum: materia est crassa &
frigida, pigra admodum, calor non ita magnus, *e* pori angustiores
ac ferè constricti, ex quo fit, vt materia non possit tam celeriter di-
scuti. Atque inde accessiones producuntur, aliquando ad horas octo-
decim, atque vbi desit accessio, vestigia quædam febris reliqua
sunt. Vnde nonnullis non tam intermittens quam continua cre-
dita est. In declinatione sudores nulli, aut si qui sunt, à multitu-
dine materiæ, non victoria naturæ excitantur. Postea iam progresso
morbo, *g* paulatim sudor effluit. Primum quidem certis partibus,
deinde verò toto corpore emanat, calor ferè similis ei, qui fumoso
igni comparetur, humidus, vaporosus, non deurens, *h* sed tantum le-
uiter acris est.

*A*gri non *i* vruntur, non iactant corpus vehementius, non nu-
dant pedes, aut pallia deiiciunt. Neque vehementer spirant, aut
efflant igneam. Non appetunt frigidam, *k* & leuiter sitiunt.

Vrina alba, tenues, aqueæ, crudæ initio ab infirmitate caloribus,
progressu temporis, vt facta concoctione, & obstructionibus solu-
tus, crassescant, multumque deponunt sedimentum. Frequentior
febris hæc constitutione phlegmatica, quam proximè descrip-
simus. *l* Longa quidem ex ratione materiæ, sed non ita periculosa.
Addunt Auicennas & Arabum sectatores, grauitatem capitis, to-
tiusque corporis, sopores initio accessionis, inæqualitatem frigoris
partium extremarum, animi deliquia, *m* syncopas. Atque ex ratione
generum pituitæ ita distinguunt. Primum quidem ex eo, quod gu-
stus indicat salus, dulcis aut acidus. In salsa horrificus motus est,
vrina rufa, medio cri substantia. Pulsus fortior, velocior, densior
quàm in cæteris pituitæ generibus, in certis nec statis temporibus
commouetur, sitis maior est, nausea à frigore, calor sequitur, à ca-
lore sudor.

In phlegmate naturali fatuo, saluatio, vrina citrina vel alba &
spissa, pulsus tardus, rarus, nullus saluæ gustus, grauitas capitis. In
phlegmate dulci vrina rubra vel subrubra, per totum spissa, pulsus
velox, densus, paruus, inuadit media nocte. In declinatione sudor,
quædam manum *n* in em esse, *s* paulatim inarescentem esse sub sinu *o* li. 6. Epid. Hic enim calor tardè augetur, quia
materia ligni *p* vridi more tardè inflammabili existit. *i* In his enim calor minimè est acris, sed vaporosus.
k Id fit, quia ventriculus multa madidus est pituita, que calorem & siccitatem sui effectrices causas reprimat.
l Ex Gal. libro priore ad Glauco. Quo loco quotidianam periculi non expectem esse scribit, cum breue tempus natura re-
linquatur, quo suas vires collgat. *m* Quales dixerit stomachicas, vitio ventriculi orificij à crudis humoribus perfrigerati
abortus.

oris

oris *n* amaritudo, sitis, capitis grauitas, excrementa fœtida. De vi-
treo in epiala & aliis. Excrementa omnibus quotidianis deiectioni-
nes & vomitus periculosa.

Curatio.

o Primis diebus cum tenues sunt vrinæ, sape etiam albæ, vt en-
dum est incidentibus & aperientibus: materia enim crassa, quam
incidi oportet, & iisdem medicamentis liberantur obstructiones.
Verùm in salsa & dulci, iis quidem pleuioribus & paucioribus die-
bus vtendum est. In vitrea & acida, fortioribus, idque pluribus die-
bus Græci & Arabes ad septimum diem vtuntur. Iustus terminus
definiri non potest.

Conueniunt itaque oxymel simplex, & hoc leuior, syrupus ace-
tosus, aqua sacchari condita cinnamomæ. Fortiora *q* sunt oxy-
mel diureticum, scylliticum, syrupus de duabus & quinque ra-
dicibus, & alia descripta capitibus morborum phlegmatico-
rum.

r Laudatur plurimum melicratum, hyssopi, thymi, pulegij, stœ-
chados, rerumque similiarum.

Verùm habenda est ratio, vt iusta sit proportio mellis ad aquam.
Nam vbi natura agri frigida est, materia febris contumax, frigidum
anni tempus, & cætera eiusmodi, sextæ pars mellis misceri po-
test, alioqui vel octaua vel nona. Hocque perpetuo meminisse opor-
tet, in vsu syruporum, oportere aliàs plus, aliàs minus dilui. Ne-
que consuetudo recipienda, quæ tantum duplum aquæ aut similis
liquoris imperat, vt syrupos diluat.

Iam præparata materia, si quidem vrinæ crassæ & rubentes appa-
reant, videndum est, an phlebotomia conueniat. Nam & ante, si ta-
les vrinæ fuerint, conueniet multò magis, vbi vel pituita dulcis, vel
salsa est. Arabes calidâ constitutione cæli, dextram basilicam: fri-
gida, sinistram pertundunt. Oportet autem parum detrahere, quia
affectus est frigidior.

Quod autem ad purgantia pharmaca attinet, neque cassiam, ne-
que tamarindos, aliâque eiusmodi leuiora recipiunt, quia stoma-
chum offendunt, & tantum quod est subtile, euacuant. Itaque &
t aloë, turpetho, carthamo, & aliis quæ dicentur, vt i malunt.

Et quia semel non potest repurgari tota materia febris, *u* epicrasi
vtendum est. Primum enim, vt ante dictum est, materiam inci-
dimus, & obstructiones liberamus, tum pharmaco vtimur, eoque
leuiori, sed quod stomachi non noccat. Quinetiam omnibus me-

mundatarum ana Vnc. i. agrimon. cuscut. fumarie ana M. i. thym. asplini, adianth. ana M. ss. glycyrrhizæ ras-
Vnc. ss. seminij anisi, feniculi, melonum & cucumeris ana Drach. 2. florum cardiaca. & anib. ana P. i. fiat decoctio
ad Lib. i. In colatura dissolue oxymel. simpl. & syrup. capillorum vener. ana Vnc. ss. vel (si valentius incidentium, at-
tenuandum & detergendum) eiusdem oxymelitis & syrup. de duabus aut quinque radicibus tantundem. f. apoz. clarum
conditum cinnamom. pro desibus 3. 1 Contra verò in naturis agrorum calidâ, calidâ temperate, morbo si a quinque
materia calida, diluitur melicratum esse d. bei: promptè enim aliquo bile feret, & morbum adauget. 2 Ut si in d. si. na
superioru apozematu infundas agaric. recens trochiscij Drac 2. zinciberu gran 6. & in expressine distillas diacar-
thami & diaphanæ. ana Drach. i. ss. & syrup. de alsinth. Vnc. ss. fiat potio accommodata. Catapota quog-
clementiore ac humidiore celo poterunt imperari. u. Ut sensim quod noxiu est, vacuet. De epicrasi, v. de Gal. cap. 15.
lib. 9. Ad ebedi.

n Quæ putre-
nem materia
morbifica infe-
quitur.

o Curandi ratio
euarial secundum
morbis tempora,
& materia na.
turam. Initio
itaque antiquâ
ad ista incidenti-
a & aperim-
tia veniatur,
opportunitum fue-
rit clystere aliu
subducere, aut
blandore ca-
thartico, & qui-
bus interdum de
vena sectione
cogitatur vt cum
aucta febris, &
qua generis eius-
dem coeunt in-
dicationes, id
præcipiunt fa-
ciendum.

p Pituita enim
dulci, item quo
ea qua salsa,
minus est con-
tumax, leuiori-
busque edit in-
cidentibus & a
perigentibus, cum
alioqui à v he-
mentioribus me-
tuendum sit, ne
in utraque fe-
brile incendium
magis inualis-
cat.

q Hi syrupi cras-
ses humores po-
tenter incidunt,
extenuant, spa-
rant.
r Huius aut illo-
rum loco hoc po-
terit apozema
suffici.

u R. radicium
polyd. quern.
peros. asparag.
cuchor. rotius se-
minij carthami
& passillarum

dicamentis commiscere oportet ea, quæ stomachum roborant. Et enim in quotidiana stomachus ferè laborat, idque meminisse oportet, balsam & dulcem pituitam leuioribus educi posse, vitream & acidam non posse. Propterea in dulci & salsa poterit conuenire hæc potio.

℞. summitatum absinthij P. 2. passularum P. 1. glycyrrhizæ, sem. anisi, & fœniculi ana ʒ. i. Fiat decoctio, in qua dissolue catholici ʒ. i. mellis rosati colati ʒ. β. Fiat x potus.

Catharticum Auicenna.

℞. mastichis, zinziberis, turpethi bene gummosi ana ʒ. i. sacchari albi ʒ. i. cum decocto passularum f. potus. Licet uti pil. elephanginis, de hiera, assai eret, ut sint harum alicuius ʒ. 2. agarici ʒ. i. & incorporentur syrup. ros. pallid. laxatiuo. Laudantur quoque hæc pilulæ.

Pilula composita.

℞. aloës lotæ in succo maioranæ, qui ventriculum roborat, ʒ. i. agar. ʒ. i. mastichis, cinnamomi, piperis an. Gr. 8. cum succo absinthij formentur pilulæ. Alioqui,

℞. massæ interioris pilul. hieræ picræ Gal. ʒ. 4. agarici trochif. ʒ. i. sem. carthami, sem. vrticæ an. ʒ. β. turpethi bene gummosi ʒ. i. mastichis, rosarum, cinnamomi, galangæ ana Gr. 6. sacchari in vino albo tenui dissoluti q. s. cum oxymelite fiant duæ lozengæ pro duabus dosibus, sumendis tertio, aut quarto quoque die. Aliud.

℞. y pul. hieræ diacol. ʒ. 2. agarici trochif. ʒ. i. nucis moschatae & cinnamomi ana Gr. 8. cum syr. de absinthio fiant pilulæ.

Pilula probata.

Auicennas agarici ʒ. i. aut ʒ. 4. corporat. melli, aut eandem dosim ʒ sem. vrticæ præcipit, datque breuibus interuallis. Quæ sequuntur pilulæ, multis probantur.

℞. pul. hieræ picræ ʒ. i. agar. trochif. ʒ. β. pulpæ colocynth. ʒ. i. mastichis ʒ. β. nucis moschatae & cinnam. ana Gran. 6. cum succo absinthij, formentur pilulæ pro duabus dosibus. Alia.

℞. agar. albi, turpethi bene gummosi ana ʒ. 2. aloës, rhab. corticum myrobalanorum citrinorum, & chebulorum ana ʒ. i. sem. cuscutæ & absinthij, eupatorii ana ʒ. β. mastichis, laccæ, anisi, sacchari albi, spicæ nardi, glycyrrh. ana Gran. 18. a esulæ pulueratæ ʒ. i. cum oxymelite scyllitico b formentur pilulæ.

Conueniunt tempore frigido ad ʒ. i. nec his tamen recentibus vtendum est, c sed post mensem. Quæ sequuntur, caput & stomachum visceraque purgant, sensus acuum, colorem reddunt, & diurnam quotidianam sanant.

℞. aloës optimæ ʒ. 3. mastichis ʒ. 4. rosarum, epithymi, caryoph. absinth. an. ʒ. i. laccæ, cuscutæ ana ʒ. β. croci, esulæ, ana Gr. 8. cum succo absinthij, f. pilulæ dosis ʒ. i. ad 2. Datur breuibus interuallis. Simul atque apparebunt vrinæ crassiores, & magis coloratæ, stomacho consulendum est per ea, quæ postea dicentur. Conue-

z Hac potio ut sit efficacior, adætur Drach. i. aut Drach. 2. ff. diaphanic. Pauerioribus Vnc. diaphanici, vel Drac. 3. diacarthami, vel elephari Indii (quod Parisiis præparari minimè consuevit) totidem drachma in aqua absinthij, menthe, buglossi, vel cichorii dissoluta satis erit. y Hæc pilula potentiores sunt, & extirpanda materia dicata, quibus cautè vtendum. z Vrtica semen solui alium, non trahendo, sed pungendo & infusimulando ac veluti titillando ex cap. 13. lib. 6. de simpl. med. fac. a Quæ ad purgandas aquas est valentissima. b Idem præstant pilula de agarico sola, vel eumij, quæ vulgo sine quibus vocitantur. Aggregatiua quoque & aurea, adiecit, ut videbitur Gran. 3. aut 4. trochiscorum albandal. Pilulas si ager abhorreat, ad portionem ex agarico, & rheo infusus in decocto conuenienti recurrerunt. c Tum enim singula medicamentum cum singulis melius permixta, fermentatæque sunt.

Conueniunt d fofus ex oleo chamæ. anethino, iasmino, quibus totus venter fouendus, spina inungenda est, idque cum frictione. Laudata est veteribus: frictio ex tela aranæ, quæ imbuenda est prius oleis supradiçtis.

Laudantur quoque diuretica. Balnea quoque in declinatione.

Sed neque frictionibus, neque diureticis, neque pharmacis, multò minus balneis vtendum est initiis febris.


Quod ad clysteria & suppositoria attinet, vbi resistit aluus, imperari possunt. Cõparantur autem ex eorum decocto, e quæ incidunt attenuant, & flatus discutunt. Inflantur enim magna ex parte præcordia iis, qui quotidiana laborant. Vomitus quoque maximè, vbi nausea est, & iis, qui facillè vomunt, vtilis est.

Post initia iam vacuato corpore, dantur hora ante accessionem, quæ sequuntur.

℞. f theriacæ vel mithridatii ʒ. i. propinetur ex vino tenui. Probatur quoque decoctum apii, vel quod sequitur.

℞. zinziberis, origani, ameos ana ʒ. 3. coriandri præparatæ ʒ. 4. rosarum, calamenti ana ʒ. 3. passularum ʒ. i. coquantur in lb. 6. aquæ ad consumptionem medietatis Dantur ʒ. 3. hora ante accessionem. Vita ratio institui debet ex iis, quæ coquant, attenuant, incidunt, & vt progreditur morbus, horum vis augenda est. Vinum sit album, tenue, aut vermiculum, vel hydromeli vinosum.

Abstinentum est multis iusculis, quia nec coctionem ita iuuant, & replent caput, nec stomacho amica sunt. Quibus si vtimur, alterare oportet iis, quæ has noxas prohibeât. Adultis auibus vtendū est potius, quã iunioribus, quæ sunt humidiores, & excrementosiores.



DE FEBRE EPIALA.

Eπίαλον Græci vocant algorem, & febris genus, in quo sensus totius corporis inæqualis est: nam a partes simul algent & b calent, ac algor quidem vehemens est, & calor mitis. Hinc epialon appellatum volunt, πῖον Græcis blandum & mite est. Febris huius materia est pituita vitrea, omnium humorum, qui in corpore sunt, frigidissima. Illa, si quidem integra est, neque putrefacta b Inexpugnabile frigus infert corpori, & ea, quæ superiore capite pituitam inuehere diximus, symptomata. Vix multa colligitur in corpore, eiusque causa, vel ciborum materia, vel languidus calor, vel vtrumque. Si tota putrescit, quotidiana febris est, si tantum ex parte epiala. Quæ ergo pars non putruit, algorem, quæ putruit, vapores calidos dimittit in corpus, vnde febrilis sensus. Initio oscitatio, d pulsus minimus, tardus, rarus, vrinæ crudæ & aquosæ, quotidie ferè inuadit. Accessio à quatuor horis ad vigintiquatuor, sed ferè

z libro de inæquali temperie. b Vt pote fauissimum rigorem, quemadmodum de colico Galeni dolore ab eodem modo pituita vitrea oborto scribitur, lib. 2. de loc. male affect. c Non enim, vita superstit, tanta vis unquam frigoris corpori inest qua multam cogere possit. d Ex quo febrilis calor, non intensi, certa sit significatio.

d Fomentis istius modi locum nullus erit in viribus nimè cõstantibus, & febre plurimè intensa. Fomentaria autem talia erit formula. Rec. origan. cala meth. salu. maiorum absinth. ana M. i. seminis anisi & fœnicul. ana Vnc. 2. florum chamæ. l. melilot. & ros. rub. ana P. i. fiant sicculi, qui bulliant in aqua & vino albo pro stomachi solui, vel etiã alterutrius hypochondrij. Licetbit lium comparare, qui satum proxime sequatur. ex olei absinth. & mastich. ana Vn. i. addito caryophyll. nuc. moschat. & ros. rub. ana Scrup. i. cõ pauca cera Oleũ moschat. nucis chymica arte extractum horum omnium infusa esse poterit. e Vt ex decocto parietar. mercurial. origan. calamenti bord. semin. anis. fœnic. & similiu. f Theriaca præterquam quod in dormitorum humorum contumaciã discutit. & viribus ipsis confert, ad refrigerationem etiam in eũtis paroxysmi inhibendã cõducit. g Eadem ferme vita ratio incundat, quæ in tertiana notha sed quæ humida sit minus. Et qui a quotidiana est longior, paulo pleniorẽ vidium requirit, parciorẽ, cum ten sit ad vigorẽ. a Ex li. 2. de diff. ferent. februm.

e A missa nam breuior. Aliquando tertio quoque die, aut quarto commo-
 que sanguine te- uetur, fortasse etiam in maioribus interuallis. Neque falli oportet,
 nator pituita vt tertianam existimemus, vel quartanam, quia tertiana vel quarta-
 magis recrudesceret, unde febriū diuturnitas me-
 tu impenderet. dens vita, cœlum, ætas, temperamentum, & cætera adhibenda
 & Qualia erunt, sunt.

f Hic abstinendum e phlebotomia. Medicamentis f incidentibus
 & calfacientibus vtendum est, vt hyssopi calamenthi, origani, thy-
 mi, stœchados, melicrati, quibus quarta pars vini poterit com-
 misceri. Alioqui syrupis vtimur in curatione quotidiana descri-
 ptis, initio factò à leuioribus, vt syrupo acetoso, oxymelite, ad for-
 tiores, vt oxymel compositum, scylliticum, & similes.

*I*am incisa & concalfacta ex parte materia, vtendum erit medi-
 camento ex g pulu. hieræ picræ. Gal. pulu. hieræ picræ diacol. an. ʒ. ʒ. ʒ.
 videndumque erit, vt recentes sint, & electæ species: ex quibus pul-
 ueres componuntur. Post purgationem redeundum est ad incidentia
 medica menta & alimenta. Atque interuallis glandibus & b cly-
 steribus actioribus vtendum, in quibus pulueres proximè dicti dis-
 soluuntur ad ʒ. ʒ. Probant thermas siccas, vbi iam se produnt si-
 gna coctionis. Meliores thermæ, si ex rebus incidentibus & calfa-
 cientibus comparatur. Itaque calamentum, mentham, origanum,
 rosmarinum, thymum, satureiam, stœchada, & alia eiusmodi, qua-
 tuor partibus aquæ, & vna vini albi in fine decoctionis positi inco-
 quemus, atque inde pro ratione virium, i thermas comparabimus.

*V*alent statim à thermis & diatriumpipereon, diacalamynthes, aurea
 Alexandrina, dianthos, & similia data ex vino tenui. Dosis ʒ. i. Pote-
 rit quoque his vti tempore matutino. Sed optimum fuerit statim
 à thermis fricari corpus, sed spinam maximè, deinde inungi oleis
 supra numeratis cap. de quotidiana, aut iis, quæ cap. de paralyfi
 scripta sunt. Post hæc reponatur in molli lecto, & sumpto diatrio
 pipereon, vel simili, conquiescat.

*V*itæ ratio eadem, quæ in quotidiana, sed attenuet magis &
 incidat.

k Hac antidota emendandū as-
 scilibus frigore conceptis infer-
 uunt. Idem præ-
 stabit m thrida-
 tij, & thoriaca
 vjus. Vel ita
 opiata præferi
 betur. Rec. con-
 serua anthos, a-
 sor. contiti ana
 Dra. h. ʒ. mithri-
 da. Dra. h. i.
 puluer. aromati-
 ros. descript. Ga-
 briel. Dra. h. i.
 cum
 conseruationē citri fiat opiata, detur ad Dra. Sem. a Imo Græci pituitam sua
 idq; melancholici humorū naturam referentem, quartanarios circuitus afficere profertur. Quæ in sententia est Galeni
 lib. 2. de crisi. b Harum enim humor non integre vacuatus, excutitur, crassior fit, melancholia naturam indu-
 cit, tandemque putrescens subiecta quartana materia subsistit.

DE QUARTANA.



Quartanæ materia succus melancholicus, vel atrabiliaris,
 quorum generatio apud Græcos superassatus sanguis, vel
 flaua bilis.

Arabes torrefacta pituita etiam melancholiam gigni
 existimant. Quartana alia primum inuadit, alia febres alias sequitur,
 b maximè erraticas quam *κῆ μετὰ πύλωσιν* appellant, de specie in spe-

ciem fa-

ciem facta febris mutatione. Arabes verò quartanam notham hanc
 faciunt, de qua sent. 28. lib. 3. Prognost.

In quartana verò firmatur febris, quoties intermittit, prehendit-
 que modum erraticum: Autumno e prope est, & cum tricesimus,
 aut tricesimus quintus agitur annus. Febrium enim præceden-
 tium materia non solum putrescit magis cum tempore, sed torre-
 fit, ac velut cinis quidam relinquitur. Quæ materia torrefacta, si
 aliis quidem partibus putrescit, feruet & commouetur, aliis
 verò non putrescit, neque commouetur, quibus febris erronea
 fit. Contra verò, si æqualiter hæc sunt in corpore, quartana fit. Hoc
 genus quartanæ nothæ ætati consistenti magis familiare. Quæ ve-
 ro quartana vera est, d declinanti ætati, hoc est, post tricesimum
 quintum annum.

Qua ætate languescit calor, sanguis melancholicus colligitur,
 densatur cutis, & putrefacto sanguine melancholico quartanæ
 excitantur. Æstate breuiiores magna ex parte, quia humor
 tenuior est, cutis laxior, & materia facilè discutitur. Autum-
 nales longiores maximè quæ hiemem attingunt. Harum ma-
 teria crassior, cutis durior, externum frigus est, quod excretionem
 prohibet, & materiam febris intro repellit. Nec perpetuò æstate
 breues, sed cum materia tenuiori, sanguis tempestiue detrahitur, &
 iusta vitæ ratio obseruatur.

Aliæ febres, vitio e hepatis, aliæ, vitio f lienis, nonnullæ vi-
 tio ventriculi. Ab hepate color albidus, subtumidus corporis habi-
 tus, vrina subrufa, san daracha colore, dextrum hypochondrium in-
 tumescit, g maior spirandi labor & tussis, quam à liene. Atque hinc
 b ineuitabilis ferè hydrops. Aliquando vitio ventriculi crudus
 humor vere potissimum colligitur, tam crassus & contumax, quam
 atra bilis.

Hinc quartanam gigni posse scribit i Aristoteles, id est febrem,
 quæ quarto quoque die repetit. Næc id quidem repugnat Græcis
 aut Arabibus Medicis. Etenim pituita quantitate pauca, sed con-
 sistentia multum crassa & viscida quartanarios, aut etiam rario-
 res, circuitus facit. Sed quæ quartana hæc est, ad epialam referri po-
 test. In vera ac simplici quartana quæ sæpissimè contingit, k ini-
 tio quidem frigus est, quod in altum penetrat, vt etiam ossa pertun-
 dere videatur, calor sequitur non ita magnus. Non desinit in vo-
 mitus biliosos, sed ferè pituitosos. Tenues l sunt vrinae aqueæ,
 pulsus paruus, rarus, debilis, tardus, occultus, quarto ferè die repe-
 tit. Aliquando tardius autumno, & ætati declinanti familiaris,
 melancholicis naturis, magis etiam, si constitutio anni frigida & i
 sicca est, vita refrigerans & siccans.

Post initia rigor fit, in declinatione sudores fluunt. Quod

forfan quia in hū melancholici humoris (cuius nomine pituita sum & crassim) subintellegerit cum Hippocrate & a'u antiquis
 Medicis) sic exuperantia. & Quartana vera. que est ab humore melancholico, hū qua nunc colligit, circumferitur
 signis. I Odo primis diebus, quia cum materia crassa nimum in venas intrat, ingentis obstructioni, necessariam con-
 secutionem afferens. Quæ sit ut crassior portio ngeat in principio excolari. Atque longius morbo, progressu, coloratores &
 crassiores prodent vrina natura concoquente, & obstructa liberante.

c Vide aphori-
 smus Hippo cra-
 in 25. lib. 2. E-
 stia quæ irrita e
 magna ex parte
 breues, aut sumna-
 les, longæ, & ma-
 ximè quæ hye-
 mem attingunt.
d Hinc ille Hip-
 pocratu aphoris-
 mu lib. 5. Apo-
 plexia sunt ab
 affno, quadrage-
 simo ad sexage-
 simum. Quod in-
 telligendum si-
 bit Galenus de
 melancholicū, a-
 poplexis, quod ea
 atas melancholi-
 co succo coacer-
 nando opportuna
 fit.
e Hepar ferui-
 dit atram gene-
 rabilem, febrū
 quartana suscita
 bulum. Idem est
 indicium de ca-
 teris melancholi-
 cis affectibus, quo-
 rum materia sa-
 vitio hepatis
 non minus, quam
 lienis, congeritur.
 Qui infirmus
 si fuerit, impotens
 est sanguini sa-
 cere secernere, à
 qua retenta ob-
 structio, putredo,
 febris.

g Obstructum e-
 m & repletum
 iecur magis dia-
 phragma suo por-
 dere premit.
h Si quidem he-
 patis istius mate-
 ria multitudine
 grauari natius
 calor sanguinis
 auctor obruitur,
 atque adeo ex-
 tinguitur, unde
 siphone tūc aju-
 ratoris, sanguis-
 cationis priuatio.
i Scribit enim
 Aristoteles pro-
 blemate 9. sectio.
 i. pueros quarta-
 na obnoxio esse,

b ij

si etiam lien intumuit, *m* diuturnius malum est, quam si ab hepate eorum sit. Resistit alius, facilius in sinistram partem decubitus, metuitur hydrops. Soluuntur quartanæ urinis crassis, aliàs albis, aliàs nigris euntibus menstruis, aut hæmorrhoidibus fluentibus, profluuium sanguinis è naribus, abscessu in crura. Accessionem *n* ferè habet viginti quatuor horarum, alias breuiorem. Quartana *o* salubris est, neminemque iugulat. Quod tamen intelligi debet non simpliciter. Senes *p* enim magna ex parte interficit. Aliquando quoque viscerum tumor est defluxio in viscera, aut aliquid tale, vnde mortis periculum est. Producitur ferè in tertium vel sextum mensem, aliquando in annum. Auicennas in duodecimum annum produci scripsit. Nec id mirum. Nam Meccenas *q* tota vita perpetua febre laborauit, supremo triennio nunquam dormiuit.

Ad genus quartanarum longiores periodi referri possunt. Hippocrates sect. 3. libr. 1. Epid. quasdam r quartanas, hæcque pessimas facit, quæ aliàs ante tabem fiunt, aliàs tabidis superueniunt, & interficiunt. Idem septimanas longas, verùm non lethales. Præterea nonanas cæteris longiores, sed non lethales.

Verùm Gal. in commentario hæc non Hippocratis, sed alterius esse putat, scribitque nullas se vidisse periodos vltra quartanam. Agnoscit tamen aliquando fieri posse, vt à præcedente febre semen aliquod relinquatur, neque iusta vitæ ratio obseruetur, atque inde fieri, vt vel 7. vel 9. 5. vel, 6. s die repetat febris. Verùm non protinus quintana, sextana febris est. Quod si ratione vitæ nihil peccatum est, & fiant eiusmodi periodi, quintana sit febris, sextana, & c.

Paulus lib. 2. quartanæ periodos interim producit vltra quartanæ. Epilæ circuitus rariore aliquando quam quartanarii.

Rhazes & Auicennas, aliorum quoque experientia, eiusmodi circuitus cognoscunt: rariore etiam, vt qui repetant decimoquinto quoque die, semel in mense, semel in anno. Existimantque hæc fieri à materia melancholica, & pauca & crassissima, quam exusta crassior pituita generauit. Neq. si vltra quartanarium, circuitus quintani, septimani, & alia admittentur, non propterea nouæ humorum species fingendæ sunt.

Curatio.

Cum quarta *t* clementer agendum est initio, neque medicamentis catharticis notura irritanda: medicamenta quoque incidentia, & (vt vocant) digerètia media sunt. Nam quicumque initio non solum catharticis, sed etiam fortius incidentibus, & digerenti-

bus vtuntur, ex simplici *u* quartana duplicem omnino maiorem & difficiliorem: ex duplici triplicem, vel omnino ambas maiores difficilioreque reddiderunt. Nonnunquam in tempestiuo vltimo remediorum continua fit, quæ agros occidit. Tempora igitur huius febris diligenter animaduertenda sunt, neque vrina sola sed omnia accidentia consideranda sunt. Paroxyfmi inter se comparandi, videndumque an grauias, an mitiora accidentia superueniant. Verum quod ad pharmaca attinet, *x* non perpetuo expectanda sunt manifesta signa coctionis. Aliquando enim multa materia est corporibus neruosis impacta, sequiturque paralyfis, cuius si qua ostendantur signa, etiam si manifesta coctio non apparet, maioribus remedijs vtendum est, neque leuioribus pharmacis & clysteribus interdicitum est. Verum, vt primæ venæ leniter repurgentur, exhibebitur cassiæ fist. ʒ. ʒ. æstate in sero caprino dissoluta, hieme verò in hoc decocto.

ʒ. passul. P. i. foliorum y fennæ ʒ. i. cinnam. & seminis anisi an. ʒ. ʒ. f. decoctio pro vna dosi in qua dissolue vel cassiæ, vel catholici ʒ. ʒ. Alioqui ex iusculo galli vel capi alterato cum multa borragine, buglossa, apio hortensi, lactuca, scariola, infundimus, & cum nodulo incoquimus ʒ. 2. foliorum fennæ, & iusculum colatum forbendum exhibemus, vel eadem folia liquidiore iure piscium, aut cicerum rabrorum incoquimus, butyrum, & modicum salis adicimus, cinnamomi etiam puluisculum, & ita damus, eadem folia in puluerem relecta ʒ. 2. inspergimus decocti absinthij ʒ. 3. Frequens vsus veteribus fuit epithymi. Nunc folia fennæ plurimum vsurpantur. Iam apparentibus signis coctionis vtimur agarico, & pul. hieræ picræ, hieræ diacol. quibus folia fennæ trita commiscemus. Veteres etiam helleboro, quidam lapide armeno & lazuli, fortioribusque catharticis, quæ ex capite de melancholia repetenda sunt. Quod ad digerentia attinet, conueniunt syrupi b capil. vener. de lupulis, scolopendrio, adiantho, violis, de pomis, de fumo terræ, & oxymel simplex.

Deinde etiam apparentibus signis coctionis, *c* oxymel diureticum, syrupus de byzantiis, syr. de epithymo, Saboris, oxymel scylliticum. Alioqui melicrata ex absinthio, eupatorio, chamædry, scolopendrio, radice caparis, fœniculi, petroselinii, rusci, genistiæ, fraxini, polypodij tormentillæ tamarisci, glycyrrhizæ, & similibus. Aut ex his syrupos, apozemata comparamus, ferèque passul. borrag. d cuscutam, scariolam, cichorium, quatuor semina frigida maiora, sem. anisi, fœniculi, carui, sem. portulacæ, coriandri commiscemus. Melitem passulatum prius descriptum aliquid aceti,

2. que modico melle excepta in sero caprino dissoluantur, sed huius remedij usus non est vsus in calidioribus tempestatibus. b Ex his syrupis parantur xalapia aqua conuenientibus additis scolopendr. senic. cichor. fumor borrag bugloss vel apozema instituitur hac forma. R. c. po. ʒ. pod. gr. ʒ. radice. capar. ramarisc. petros. fœniculi ana Vnc. i. scyllit. scolopendriæ. ʒ. ʒ. flens (ceterach. vocant septastari) adianth bugloss lupuli. fumaris ana Drach. i. sem. frigid. maior ana Drach. i. flor. cardiacorum & genistiæ ana p. ʒ. f. decoct. ad Libr. i. In colatura dissol. frigid. frigid. de scolopend. & de byzantiis, vel oxymelitu simpl. ʒ. syr. de lupulis ana Vnc. i. f. apozema, vt decet. c Hic si vitium aliquod icur obsederit, miscentur syrup. de cichorio, de endiu. acetosus. d Hac præsertim addantur, si aira bilij sit vltia.

Validiora enim incidentia digerentia febriem calidam accendunt maiorem putredinem accersunt. Vulgo leue catharticum, minoratum appellant. Propinatur cuius vsu subdudâ parte aliqua materia, reliquâ natura iam leuata euincat, ex Galen. commo. ad Aph. 29. lib. 2. Quale erit, Rec. cassia. Drach. 6. rhei elect. puluerari. Scrup. 4. vel rhei loco (epurgare valentius esse consilium) confect. hamech. Drach. 2. cum sacch. f. bol. Sed vitium fuerit positionem imperare. Rec. cath. dupl. sem. Cor. rb. Vnc. i. cum decocto conueniet. vel sero lact. vel ag. lupul. scolop. cichor. fiat potio. Parua nimium hæc fenna dosi. Itaque poterit ad Drach. 2. vel Drach. 3. imperrare. Dosis hic satis efficaç, plusque facit, quam semuncia foliorum eorundem insusur. Sunt qui eundem puluerè parè dosi cum vino albo assumunt, sed nimis torminosum illud est medicamentum. Vt sint puluer. hier. diacolocym. Scrup. 4. puluer. epit. ʒ. f. fenna ana Drach.

Remedia id genus empirica, nimè usurpanda sunt. Rana autem viridis si cui quartana sunt visui, eum à venenata sua qualitate, qua virus quartana oppugnant, depravat. & Satis fuerit post purgationem unguis institutam venam percutere, quam sebrù incrementum expectare, maxime vero, si scilicet serit plethora, aut solennè aliqua vacuatio fuerit suppressa. De temporibus missionu sanguinis delictu non omnes conveniunt. Alii placet hora paroxysmi, quæ commotus humor se sequaciorè præbeat, alii improbat. Sed tutius die paroxysmi præcedere vena secatur. Vide ne fiat san. u. surgeant. Intra enim ac. h. peri. s. a. maior sit præ. u. si capacitate s. trimum effluat. Assamen spleni ca illius & parvarum. eiusmodi venarum scilicet. nom Gal. irridet lib. de curatione per sag. missioni. i Cui tamen perpesuo parendum non est Non enim semper inhaerent, si, quibus assuesimus, sed & contraria tentare nonnunquam nos oportet. Gal. commen. ad Aphor. 50. lib. 2.

decoctum limacum, e ranarum viridium, succum pomorum odoriferorum, ex quo etiam syrupus concinnatur. Sed in his omnibus diiudicandum: initio enim leuiores conueniunt, ubi neque fortiter calfaciendum, neque refrigerandum est, eligendaque sunt quæ vel temperata, vel proxima temperatis sunt. vsus calidorum, cum iam viget morbus, & apparent signa coctionis manifesta, vt sudores & vrinas moueant.

Quod ad phlebotomiã attinet, siquidẽ corpus crasso sanguine abundat & redundat, si gracile corpus est, si g vena turgida, si suppressa aliqua solennis purgatio, vena secanda est, satis amplo foramine facto.

Atque ubi niger & crassus sanguis effluit, pro ratione virium & multitudine sanguinis deplendum est. Si tenuis & flauus, statim claudenda vena est, serè que aperitur basilica sinistra brachii, vel saluatella, siue splenica vena inter annularem & auricularem sita, siquidem h viribus metuimus. Atque aliquando periculi gratia, vt qualis sit sanguis cognoscamus, vena inciditur.

Suppressa purgatio suo modo incitanda est. Est & in quartana thermarum & balnei vsus. A balneis (inquit Gal. lib. 1. ad Glau.) penitus arcendi non sunt, à quibus si omnino abstineant solis contenti frictionibus, plurimum iuuari possunt. Galenus videtur omnino reicere, nisi consuetudini i aliquid concederet. Hippocrates & Arabes, recentioresque practici hoc modo vtuntur. Ante signa

coctionis k dulcia quidem balnea leuiter calfacientes thermas, vt breuis mora sit, permittunt, idque ante cibum, obstructionis metu, breuis mora sit, permittunt, idque ante cibum, obstructionis metu, extraque paroxysmum, vt die accessionem præcedente. Apparentibus verò manifestis signis coctionis, fortiora balnea & stuphas permittunt, ea denique frequentiora. Quorum iusta ratio est. Nam in quartana per initia quidem, m omnis motus corporis & animi, qui quidem vehemens sit, vitandus est. Postea verò is conuenit, siue fiat n per pharumica siue o per potiones, & alia quæuis remedia.

Debent autè & thermæ, & balnea ex dicta materia comparari, gratia exempli. Chamæmelum, melilotum, anethum, herba fœniculi, postea etiam calamentum, melissophyllum, pulegium, stæchas, origanum, coquantur aqua, vnde lauacra fiant, & vapor thermarum excitetur. Iam apparentibus signis coctionis, à thermis & balneo tempestiuus vsus est theriacæ. Quartanarios (p inquit Gal.) multos sæpe hoc ordine curati, eo die, qui accessionem præcedit, vomitum à cœna commouei, postridie mane cremorem absinthii exhibui, tum duabus horis ante accessionem, theriacam dedi, idque tam feliciter cessit, vt postea non redierit accessio. Hoc modo

Qualia, quæ ex aqua potabili comparata calore temperata sunt, & leuiter digerunt. 1. Quamvis enim tunc temporis miti sit febris, & intermissio diebus ad confusa munita, æger reuere pñsit, concitatione tamen corporis motus, aut animi contentione, verendum ne melancholia offeratur, & proinde de concepto intendit febri ingrauet. 2. n. Ut si in expressione Drach. 2. aut Drach. 3. follicul. jenna in quantitate suffic. apoz. matris superiorum Drach. 1. semini anis. infusorum dissoluerit carbol. & syrup. de scolopend. aut capilior. vner. vel lupular. ana Vnc. 1. confectio hamech. Drach. 2. vel huius loco, dracanthami, aut electario de in co vsuram sanandum. Prigie accessionis, quo tempore se ad motum naturæ aponis, commodius sumes. o. P. Ex Gal. lib. de Theriaca ad Pison. cap. 26. Theriacal inquit veni & liene bilem, veluti virus quoddam quartanæ & melancholicæ affectibus primis confert.

igitur ex Galeno, Arabibus, & recentioribus Medicis in quartana habebis. Vbi iam apparent signa coctionis manifesta, pridie accessionis, ex decocto sem. triplicis vel raphani ad ʒ. 5. vel 6. dato, aqua, vel ptisana tepida digito immisso ingulam, penna illita oleo, & vomitum à cœna commouebis. Stomachum oleo absinthii inunges, somnum in noctem procurabis manè.

ʒ. summitatum absinthii M. s. fiat decoctio in aqua ad ʒ. 3. colatura detur, quæ modico cinnamomi condiri potest. Ex quo duabus horis ante accessionem, ʒ. r. theriacæ bonæ & antiq. ʒ. 1. vel ʒ. 2. dissol. in vino albo tenui ad ʒ. 3. in quo calido chamædryos pugillus maduerit. Alii etiam initio paroxysmi eundem potum imperant, hocque meminisse oportet, eum diem, qui præcedit paroxysmum commodissimum esse & pharmacis, & aliis remediis.

Alia quoque santidota interuallis sunt danda, multò magis ubi manifesta signa coctionis apparent. Plurimus vsus theriacæ mythridatii, aureæ Alexandrinæ. Dosis à ʒ. 1. ad ʒ. 2. ex vino, decoctione chamædryos, aqua ligustici (quæ ad stomachi inflationes præcipue valet) cuscetæ, scolopendrii, fumariz, lupularum, capil. vener. valerianæ, calamenthi & rerum similibus. Probatum quoque & hoc.

ʒ. cinnamomi ʒ. 2. piperis ʒ. 1. croci, myrrhæ, styracis, saganipeni an. ʒ. ʒ. benzoini ʒ. ʒ. rad. gentianæ ʒ. 2. excipiantur melle. Dosis ʒ. ʒ. aut ʒ. 2. ex aqua calida. Eadem dosis castorei, vel bituminis lu-daici. Dentur autè duabus horis ante paroxysmum. Fetus & illitiones non solum stomachi, sed & viscerum, hienis præsertim, primarium quidem ex iis, quæ remolliunt & relaxant, deinde additis, quæ flatus discutiunt & aperiunt. Conuenit oleum chamæmelinum, aneth. absinthii. Adduntur & semina apij, rutæ cumini. Solenne fuit, veteribus Medicis, obseruatum quoque recentioribus, vt præter supra dicta remedia, quæ ante paroxysmum descripta sunt, & spinam, scapulas, brachia quoque inungerent, imminente febre. Cui rei conueniunt oleum chamæmelinum, de cucumere agresti, oleum, in quo rosamarinus coxerit, & ea quæ in paralyti dicta sunt. Sic enim præciditur causa paralyseos, quæ aliquando quartanariis accidit, ob crassos humores neruis impactos. Deinde rigor anteuertitur. Probatum hoc linimentum.

ʒ. succi rutæ ʒ. 2. olei scoropionum ʒ. 4. vini maluatici ʒ. 3. feruefiant ad succi consumptionem & addito ceræ momento, fiat linimentum. Aliud.

ʒ. cinnamomi, piperis ana ʒ. 2. terantur tenuissimè & miscantur, & postquã spinam oleo chamæm. inunxeris, puluerem inspergito, sequentibus paroxysmis idem & in scapulis & brachiis facito.

Post hæc autem, quæ fieri debent imminente paroxysmo, molli lecto ægrum reponito, bene contegito, lateres calidos perfrictos vino tenui odorifero, & linteolis conuolutos, & plantis pedum, & visceribus manuum admoucto, vel aliter contra frigus munito.

Iam vigente morbo, vrinæ & sudores moueantur. Cui rei

q Impuritas enim ventriculi cibo permista facilius vacuatur, iuxta aphor. 13. lib. 4. r. Videndum diligenter, ne theriacæ vsu inueniuntur, utpote ante coctionem febrem ingemines, & ex euenitalem reddat. s. Cuiusmodi eueniunt, qua incidunt, obstruata soluant eruditeces tollant, flatus discutiunt, ut diatriæ, sanialem, diatrium pilperon, distillat. & similia. r. Hac vsurpari non solent, quæ si inuisum reuocantur, summa cum cautela præferantur. Facit autem hac misio eruditate flatus, obstructiones, & coctionem mirifice uuat. u. Sapius enim hic infestat ventriculorum, intumescit ac induratur lien, quibus partibus maiò fessio linum, foematio, emplastru & aliu eius generis remediis, succurrit. x. Ad leniendam symptomata, ægerque impuritas horroris vehementissimam. Illa siquidem oleis calidioribus hæperis præterquam quod frigoris forster resistunt, sudoribus sæpe semim diffuunt. unde subtrahenda materia, quæ factura erat paroxysmi, pariet, vel nullus sequitur paroxysmus, vel certò multo minor.

ʒ. Sed cum succensus fuerit calor, lateres submoueto, ne pro quartana continuam inducat. b iij

z Dummodo quartana mitior sit a succo melancholico non atrabilario. Decoctum de utroque vis propter febrem, ut si noceret in Lib. aquae 10. vel 12 Lib. Sem. guaiaci, & singula coquantur ad tertias adst. ci chorio, vel exali de & liquorista ad finem decoctionis. Interim diligenter considerandum, aut tumidum sit detrum hypochondrium, tunc enim guaiaci usus non admittendus.

a Melancholici potius per infusoria purgandi, ex Hippocrate Aphor. 9. lib. 4. Sed cum in quartana vomitus imperatur, id fit non ad conuulsam febrem materiam, quae raro per vas venosum appellatum in ventriculum recipitur, sed ad antecedentem exigendam.

b Sapius melle incorporata datur bolo, vel puluili deglutienda, rarius propter insignem emaciationem dissoluitur, ut ante dictum est. **c** Regione & ipsa frigida, nec non declinata. Imperfius quoque electarium infusum calfacit.

d Tale aliquod scribitur a Galeno 1. 3. de locumale afflicto cap. de melancholia. **e** Vis emaciatione fibri condueant, nocet tamen, humorem melancholicum alius impingendo. Quartana tamen ab atra bile si fuerit, non aequa absunt.

f Melicratum est calamentum, mulla, in qua anethum, ruta & similia coxerint; **z** guaiaci decoctum conuenit. De vomitu sic habeto. Qui isagogem seu Medicum scripsit, initio paroxyfimi extrema calfacit, in remissione & vomitum prouocat. Graeci à cena vomitum ferè imperant. Auicennas ante cibum, post cibum, hora ante paroxyfimum, initio paroxyfimi. Practici recentiores initio vomitum prouocant, & ante paroxyfimum. Commodissima hora est commota materia, & facillè sequenti. Id fit initio & remissione paroxyfimi: fit etiam iam cœnatis.

In clysteribus eadem ratio seruari debet, quæ in pharmacis. Primum enim ex remolitiuis vocatis, adiecto furfurum cremore prunorum & passul. decocto. Postea vero ubi materia cœpit concoqui paulò aciores clysteres conficimus. Dissoluimus autem initio quidam cassiam fistulam. Denique etiam cum materia decoctionis epithimum, folia fennæ incoquimus, ad 3. 2. vel 3. hieram picram **b** dissoluimus ad 3. s. vel Galeni, quæ leuior: vel Oribasij quæ acrior. Cuius hæc est descriptio.

z. aloës 3. 2. & Gr. 6. spicæ nardi, asari, mastichis, croci, xylobalami an. Gran. 9. corticis rad. ellebo. nigri 9. s. terantur omnia, incorporentur ex decocto pulegii, vel succo absinth. alioqui melle, vt gratiora sint. Dissol. autè huius picræ melle incorporatæ 3. 2. 3. vel 3. s. quæ & vt licet iam progressio morbo ad 3. 1. vel 9. 4. si inde fermentur pilulæ. Alioqui imperabis pul. hieræ picræ 3. 1. pul. fennæ 3. s. incorporabis ex succo absinthii, in quo semiscriptulum corticis rad. ellebori nigri madefeceris.

Quod ad victum attinet, conuenit initio è materia media interuallis quoque ab initio ad vigorem rebus acribus, vt sinapi & pipere, & falfamentis vt licet, quanquam & post vigorem temperstius vsus est. Similiter **c** diatriopereon, dialpoliticon ad 3. 2. ex 3. 3. vini vel maluatici, vel tenuis & odoriferi, idque ante paroxyfimum. Id autem fiet commodè, vel tertio, vel quarto quoque die. Falfamentis veterum fere caremus, neque, vt falfamenta Græcis & Arabibus permittantur, quibusuis rebus sale conditis vtendum est. Non enim bubula aut suilla, non icthiocola seu molluata, **d** in summa iis, quæ crassum sanguinem gignunt, quæ nimium siccant quæ viscidam materiam relinquunt, vt oportet. Non ideo falfamenta imperantur, quia sal incidit, attenuat, discutit excrementa, siccant, virtutem colligit & roborat.

Vitanda sunt, **e** quæ refrigerant & siccant, nisi temperentur aliquo quod humectet. Siccant capillares & refrigerant scolopendrium, & alia quibus hic vtimur. Sed aliis, vt sacchar. & aqua corriguntur: refrigerantia verò & humectantia prohibet ex Græcis

Ætius. Auicennas permittit iusto modo, vt scilicet, facilis sint coctionis, boni chymi, quantitate modica, & si quidem nihil metuimus, ne inde vix concoctrix ventriculi offendatur, tumque corrigenda sunt.

sunt. Numerat lactucas, endiuia, melones, persica. Melius si conditi non sint hi fugaces fructus, humores facillè generant obstructionis & putredidic auctores. Vinum fit album & oligophorum, capillo, vener. aut vniuerso decocto asplens dilutum.

Alioqui enim si conditi non sint hi fugaces fructus, humores facillè generant obstructionis & putredidic auctores. Vinum fit album & oligophorum, capillo, vener. aut vniuerso decocto asplens dilutum.

Qua hoc nomine donatur uox e' g' x' lib. & passim ab Hippocrate ignis, ob insignè, quo cæteras antefebres, ardorè, appellatur. Quamquam iam non tantis de uero causis sed etiam febre qualibet uehementissima, vt synochoturaque, interdum febris ardens dicitur. Fit à bile flaua in latioribus uasis uicinis sanguine effervescente. Galen. comment. in sent. 73. sectio. 2. lib. 1. Epidem. Quod si, ut plurimumque fit, pituita salsa bili commisceatur ardens non exquisita erit. Ex comment. in sent. 13. lib. 4. de uis. ratio in morbu auctis.

Pathognomonica causi signa duo sunt praecipua, sita inexpugnabilis, & exuerens calor. Galen. comment. in sent. 34. sect. 3. lib. 3. Epidem.

Tum enim iudicatio fit & morbisuo, utio, quum febre ardente laboranti superuenit rigor. Ex Hippoc. Aphor. 58. lib. 4. d A tenuium humorum acrimonia corpus undique iacessente.

Ab immodico calore, & tota corporis affectione sicca. g Si contigerit humores acres hic coasue. h Non enim hic uilla aia d' uipim. seu blanda sanguinis euaporatio exurgit, quæ somni conciliandi sit potens, imo continua sit accium uaporum cerebrum esciccantium ad caput metastasi. i Non morbi ratione, sed temporis, ut austru. comment. in sent. 34. lib. 3. Epidem. k Ab ariditate inaequalitate exsiccitate contracta. l Quia tantum ardorem perferre natura nequit, haque uel breui molestam causam exstitit, uel ab eadem euincitur, & triumphata satiescit.

Asas habet procatharticas quidem, res non naturales, quæ siccant & calfaciunt immodicè.

Qualis est uehemens ardor solis, liberalior potus uini fortis, longa sitis, alimenta quæ calfaciunt & siccant. Plurimus labor, uenus, uigilia, cæteraque eiusmodi ex quo uenæ exhauriuntur, exsiccantur, effertescit sanguis, affectio sequitur quæ febris ardens appellatur. Huius indicia **b** pathognomonica eadem, quæ in tertiana, sed uehementius aucta, nisi quod neque praecedit rigor particulares accessiones, neque sequitur excretio, nam hæc fieri solent, in ardore, cum omnino morbus indicatur.

Sitis est uehemens fastidium, **d** iactatio corporis, **e** lingua arida, scabra, nigra, delirium, **f** uentris erosio, effusio alui per pallida, **g** uigilia interim perpetua.

Interim **b** profundi somni, eleuatis uaporibus **i** crassis, qui cerebri meatus obfaciunt. Nonnunquam fatigata uirtute, uigilandi impotentia, & falsus somnus, interim nimium resiccato guttore, uox clangosa & propterea mala part. 13. lib. 1. Prorrheti: ac ueluti **k** rauca pessimum signum & lethale. Celerrimè interficit hic morbus, **l** quarto & sexto fere die, cum à mera bile natus est. Nam & ardor est, in quo flauæ bili crudus humor aut pituita salsa commiscetur. In hoc genere magna corporis perturbatio, capitis grauitas & dolor, conuulsio, à quibus mors. Urinæ crassæ sunt & turbulentiæ.

De ea re historia scriptæ sunt ab Hippocr. libris Epid. de Polyphanto, Philini uxore, & Silenio in Epidem. Actuarius cap. 14. lib. 1.

Tum enim iudicatio fit & morbisuo, utio, quum febre ardente laboranti superuenit rigor. Ex Hippoc. Aphor. 58. lib. 4. d A tenuium humorum acrimonia corpus undique iacessente.

Ab immodico calore, & tota corporis affectione sicca. g Si contigerit humores acres hic coasue. h Non enim hic uilla aia d' uipim. seu blanda sanguinis euaporatio exurgit, quæ somni conciliandi sit potens, imo continua sit accium uaporum cerebrum esciccantium ad caput metastasi. i Non morbi ratione, sed temporis, ut austru. comment. in sent. 34. lib. 3. Epidem. k Ab ariditate inaequalitate exsiccitate contracta. l Quia tantum ardorem perferre natura nequit, haque uel breui molestam causam exstitit, uel ab eadem euincitur, & triumphata satiescit.

Ab immodico calore, & tota corporis affectione sicca. g Si contigerit humores acres hic coasue. h Non enim hic uilla aia d' uipim. seu blanda sanguinis euaporatio exurgit, quæ somni conciliandi sit potens, imo continua sit accium uaporum cerebrum esciccantium ad caput metastasi. i Non morbi ratione, sed temporis, ut austru. comment. in sent. 34. lib. 3. Epidem. k Ab ariditate inaequalitate exsiccitate contracta. l Quia tantum ardorem perferre natura nequit, haque uel breui molestam causam exstitit, uel ab eadem euincitur, & triumphata satiescit.

de vrinis adolescentis meminit, qui post densum & conturbatum lotium conuulsus exspirauit.

Causa huius vrinæ crudus humor & crassus, putrefactæ bilis ardore agitated, multo præditus spiritu, vnde turbatio à qua in caput sublatus vapor crassus & mordax, qui dolorem, grauitatem, conuulsionem, mortem denique inferre solet. Celerrimus hic morbus atque periculosissimus. Initio ergo prælagium instituendum est, vt calumniam declines.

Si itaque omnia supradicta accidentia statim initio magna sunt, si anxietas, timor modicus, rigor subinde motus, sudor lienis in fronte & clauicalis, multa deliria sunt, squalescit cutis, carpuntur flocci, conuelluntur vestes, stragula colliguntur, frequens motus est digitorum, difficilior spiratur, vehemens cordis motus est, extrema non ita calent, aut etiam frigeant, nec faciliè ad calorem reuocantur, si diebus paribus exacerbatur, si tertius & quartus difficiles sunt, si vrinæ tenues nigre, crudæ, pauca, aluus quoque adstricta est, aut deiicit, quæ colliquationem indicat, vel ea excrementa, quæ ab Hipp. lib. 2. Prognost. lethalia describuntur, si guttatione temporis tertia lib. 1. Epidem.

Indicio enim est, vel virtutis extinctionem in principio esse, vel resolutam fore salutem apparet. Non enim est tunc aut mentis labefacta collabitur. Non enim est tunc aut mentis labefacta collabitur. Non enim est tunc aut mentis labefacta collabitur.

Differt à Synocho putrida. Synochus enim putrefacto fit sanguine, ardor à bile. In synocho p vna est, sibi que similis ab initio ad finem exacerbatio. Ardor alternis dieb. exasperatur. Lucidatur febre hæmorrhagia vomitu, sudore, alui deiectione, vrinis, in summa excretionem. Genus autem excretionis his signis iudicabis. Sanguinem è naribus ostendunt aures & ceruix rubentes, cætera pallida spontaneæ lachrymæ, caligo oculorum. Interim cum splendore grauitas capitis, colli, frontis & temporum, pulsatio venarum, quæ illic sunt, pruritus narium, contentio hypochondrij sine dolore, pulsatio spinalis arteriæ, faciei rubor, vrinæ & alui excrementa sine causa manifesta, vel candicantia, pulsus magnus, manus tremulæ.

Est autem salutaris fluxus sanguinis, si die fiat decretorio, quod & reliquis excretionibus criticis commune est. Si è directo fluit, si fluit affatim, non stillat guttatim. Stillare enim pessimum, præsertim quarto, ex sect. 3. lib. 3. Epid. Verna constitutione, aut calida, temperatis corporibus & biliosis iis, qui nondum triginta annos superant, vel etiam agentibus annū 35. magis occidit. Vomitus autem signa sunt horror inferiorum partium, frigus, pulsus durus & inæqualis, mordax capitis dolor, tenebræ obiectæ oculis, ventriculi dolor, inconstantia labri inferioris, tenuis sputatio. Fit post annum trigessimum. Pueris etiam & in febribus admodum biliosis. Sudorem prænantiant r pulsus vndosus & præmollis, rigor proprius ferè ardoribus cum imminet crisis, suppressa aluus simul & vrina,

Propter con-
ceptum incendium
Exiema vero
partes vel frigida
vel minus calida
a reuocato è car-
cumferentia cor-
poru in eiusdem
centrum & me-
diullis calore.
Qualia aquo-
sa, candida, cro-
cea flumantia,
pinguis, glutino-
sa, nigra, luuida,
aruginea, sicut
da. Ista sanguinis
siccicidia Philo-
sici, Epaminonu
& Sileni exem-
plo improbantur
Hippocrati con-
stitutione tempo-
ris tertia lib. 1.
Epidem.
Indicio enim
est vel virtutis ex-
tinctionem in pro-
punguo esse, vel
resolutam fore sa-
lutem apparet
Non enim est
tunc aut mentis
labefacta collabi-
tur. Non enim est
tunc aut mentis
labefacta collabi-
tur. Non enim est
tunc aut mentis
labefacta collabi-
tur.

suppressa

suppressa vrina & modicè mota aluus. Deliria incremeti partes calidiores & rubidiores, vapor calidus, humida anni constitutione sunt magis. Sudores calidi esse debent, & toto corpore dispergi. Aliarum excretionum nulla propria signa sunt, sed cū superiorum signa non apparent, & crisis imminet, inferiorè excretionem prædicimus per aluum, & vrinam. Interim etiam lumbis prægrauatis, tensis & dolentibus in mulieribus, menstruorum fit eruptio salutaris.

Curatio.

Bilis repurganda & extinguenda. Primumque animaduertendum, vtro remedio potius vtendum sit, phlebotomia an cathartico. In idea & omnino exquisita, r phlebotomia omittenda est, suspecta quoque in ea, quæ ad ideam proximè accedit. In aliis si numeri phlebotomiæ consentiunt, etiam ad animi deliquium, v auctore Galeno, sanguis detrahi potest. Nunc verò animi deliquium expectandū. Veteres etiam r purgationibus vtiebant aliis quidem fortioribus aliis leuioribus: præferendæ y leuiore. Hippocrates quarto de vici- ratione in morbis acutis r asinino lacte cocto, Gal. etiam sero vt- batur. Mollibus clysteribus ex iis, quæ feruorem febris extinguunt, vti licet: vt paratis è sero lactis, è decocto violarum, maluæ, rosati porcini, & similibus. Saccharum potius quam mel, in his dissolue- oleum violatum, potius quam commune. Catharticum conueniens a cassia est in sero lactis dissoluta, aliquando etiam infusum b rha- barbarum, quæque cap. de febre tertiana dicta sunt. Maxima pars cu- rationis in r extinguenda bile consistit. Extinguitur commodissimè vinctus ratione. Decumbat igitur loco suauis auræ exposito. Quod si locus sine ventulo est, flabello vtendum est.

Mollis sit culcitra, stragula & linteamina tenuissima, minimè aspera, & sordida. Ideoque contra errorem vulgi d subinde commu- tanda sunt.

Lectus amplior sit, vt subinde locum commutet æger, atque vt aër, qui imbibitur, frigidus sit: corpus reliquum e nõ ita perficitur ac refrigeretur, præsertim accessionis initio, & incremento. Obscurū aërem commendat Hippocrates. Alij s neque obscurum, neque lu- cidum. De ea re iam disceptatum est. cap. de phrenitice. Astate etiã aër cubiculi flabellis excitari ac refrigerari potest, aqua putealis alioqui frigidissima è vase in vas sepius transfundatur, vt etiam stre- pitus ad aures ægri perueniat. Solum infestatur rosis, capreolis vi- tium, lactucis, nymphaea, portulaca & similibus, aqua rosarum & aceto, aqua frigida: rami quoque falicib. toto cubiculo componen- di sunt, ac subinde commutandi. Siccati enim iam lædunt. Quod si aër non admodum calidus est, sed temperatus, contentus esse pote- ris. g Victus potus sit magis, quã cib. h mulsa cocta, sed diluta nostro

Quia in ea so-
la bilis putres-
cit sanguinis
copiam.
u Galen. cap. 4.
et 5 lib. 9. Me-
thod. & commen-
ad aph. 23. lib. 1.
Aphorism.
x Exoleta sunt
fortiores istiusmo-
di veterum pur-
gationes & scam-
moniata & a-
criores.
y Sequax enim
humor est bilis,
qui cathartici-
cedit clementio-
ribus. Humores
tamen surgere si
contigerit, paulo
fortioribus præ-
stabis vti.
z Hoc lac selegit
Hippocras. quod
nullum sit acrimo-
nia particeps, &
coctiue longa
satis suos demis-
serit, quia humi-
dum est, & præ-
prius alui subit.
a Præstiterit cas-
siam bolo dare ad
vnc. 1. vel
Drach. 10. cum
theo puluerato
aut alio catharti-
co: dissoluta enim
implacita est.
b In decocto sci-
licet conuenienti,
vt pectorali vul-
go dicto, vel ta-
marindor. endi-
uia, lactus. sca-
riol. & simili. re-
frigerantium, vi-
tatis tamen ad-
stringentibus.
c Plus enim
qualitate, quam
quantitate peccat.
d Nisi tempus
insisteris crisis,
quo nihil mouen-
dum.
e Perflatum
namque corpus
minus liberè per-
spirat: unde au-
getur putredo &
febris. f Sæpius aër deligitur ad ægri arbitrium. g. Vt iusculum pulis gallinacei cum herbis refrigerantibus,
oualide, portulac. omphacis & similibus alterati & colli: gelatina sine cinnamomo expressa, desiliata. Alique hac qui-
dem humida insistantur, quia liquidum vinctu magis humectat, celerius & facilius cogitur.
h Mulsa vsus, quamuis diluta, non probatur. Satius erit saccharo edulcatam aquam coctam (Hippocratiscam
appellans) resuscipere, cui tantillum limonum, aut granaterum succi sit immixtum.

more, aqua cocta modico saccharo condita. Quæ ex hordeo portiones, sorbitiones, alimenta comparantur, detracto cortice hordei (ad tollendam siccitatem, cortex enim siccatur) comparentur, hordeata diluta sint. Aqua frigida ante vigorem vsui esse non potest. Aërius permittit, si quintam partem aquæ temperatæ ad aquam frigidam adijcias. Verùm potius vteris aqua, vt prius, cocta, & modico saccharo violato condita, vt sit octupla aqua, sub octuplum saccharum.

Alioqui pane prius eloto, abiectaque priore aqua, aquam conficiet, quam panatam vocant, eamque frigidissimam propinabis, sed maximè in vigore, & declinatione particularis accessionis, multo liberius. Iam apparentibus signis coctionis, pruna in multa aqua cocta cibo esse possunt, Præter hæc ceratum album refrigerans Gal. illiendum est partibus, in quib. maior feruor est, vt hypochondriis & thoraci. Dictum autem prius ex vna parte ceræ, quatuor partibus rosacei simul liquatis, vase duplici comparari. Atque vbi refrigerit, in aquam frigidissimam demergi debet, subigique vel succo lactucæ, vel semperuiui, vel eorum, quæ refrigerant simul & humectant. Si in thorace feruor est, loco rosacei, violaceum eligendum est, melius si fuerit oleo prius elui. Rosaceum ex aqua rosarum, violaceum ex aqua violarum, quæ quia statim incalescunt subinde commutanda sunt. Fiunt & k cataplasmata ex farina hordeacea, subacta succo lactucarum, cucurbitæ, cucumeris, nenupharis, polygoni, plantaginis, capreolorum vitis & similibus. Folia lactucæ, ramenta cucurbitæ, aut cucumeris, manibus contractentur, & admoueantur plantis pedum.

Extrema quoque aqua frigidissima immergantur, cui, si vis tantillum vini commixtū sit ad penetrationem, vel ad refringendam frigidam vim. Contineat in ore & lingua folia portulacæ, lactucæ aut acetosæ. n Genitalia inuoluantur linteo subinde inculcato in miscella ex aqua rosarum, vino tenui & aceto. Etenim mirabiliter contra estū facit. Poteris os colluere aqua frigida, vel simplici, vel refracta quinta parte temperatæ. Veteres etiam cochleare succi rosarum, o contra estum stomachi propinabant. Verum in vsu horum omnium frigidorum obseruandum tempus est. Nam p initio & augmento febris non conueniunt. q In vigore & declinatione cum iam in superficie calor diffusus est, estum extinguunt. Alij pulmones recens matatorum animalium, columbos pullos, catellos, diuisos medios, & vt dicunt, exenteratos, raso capiti, pectori, plantis hypochondriis admouent, vt tepido calore, calorem igneum foras attrahant, laxatis viis fuliginem ducant, & per accidens refrigerent.

Veteres thoraci, & pectori linteolum hydrelæo calente madefactum applicabant: alioqui lanam quantum manu capitur, in aqua & oleo rosaceo, vel violaceo calefactis madefactam exprimebant è sublimi in pectus, modicum quoque salis & aceti adiungi potest: sic enim sudorem excitant.

Ad refrigerium quoque lactucarum tenella r germina calente posca

posca immergantur: deinde vel saccharo violato conspergantur alioqui ex oleo & aceto comedantur. Melius oleum rosaceum, sed prius abluatur. Præctici recentiores miscella ex oleo chamæmelino, aceto albo, & aqua rosarum, hypochondria pectus & latera, quæ maximè parte ferunt, inungunt, & ita dolores mitigant. Galeni semine in hydrelæo cocto, & tepido admoto hypochondriis, æstum doloremque mitigabat, oxymelite quoque diluto utebatur, multo maximè, vbi obstructionis suspitio. Quietos esse oportet, quantum febris patitur.

De syrupis & eorum vsu iam ante dictum est. Familiaris est iulepus rosatus, u syrupus de limonibus violarum, oxy sacchara simplex, syrupus acetosus. Verùm syrupos multa aqua cocta, vel aqua hordei excorticati, aquis scabiosæ, buglossi & similibus dilui debet.

Aëtius x diacodio vtitur, nunc syrupo de papa. de nenuphar. vt licet. Aquæ conueniunt distillata: è cucurbita, cucumero, melone, portulaca, rosis, violis, oxalide & similibus. Sed oportet vel quarta vel sexta parte, sacchari condiri, vt fiant iulepi. Iusculis quoque carnibus vitulinis iuniorum pullorum gallinaceorum, alteratis cum herbis refrigerantibus æstum temperamus. Multa verò incidunt, vt deliria, vigiliæ, sitis, linguæ scabrities, animi deliquia, dolores, singultus, tussis, colliquationes, aliaque eiusmodi, contra quæ remedia propriis capitibus dicentur.

DE FEBRE a PVTRIDA CONTINVA.

Obstruuntur pori corporis & constringuntur, quia vel cutis densatur frigore, vel contrahitur immo dico calore, vel reumum adstringentium contractu, vel balneorum naturalium, vel duritie obfarciantur, & impinguntur humorum lentore, crassitie, copia. Præclusis itaque spiramentis corporis, fumosi effluxus quotidiani excrementi retinentur: nec iam perflatur calor & spiritus, quos necesse est libera transpiratione refrigerari, vt & excrementa defluant, & externus aer excipiatur. Commutatur ergo natiuus calor à fuligine retēta acrior factus, & alteratur in qualitatem præter naturam. Præterea humores corporis qui b motum caloris & spiritus consequi solent, iam non perflantur, neque liberè agitantur. Itaque & peculiare quendam calorem præter naturam contrahunt, & ab alteratis calore & spiritu commutantur. Tria ergo iam concurrunt, quæ putredinem faciunt, impeditur transpiratio, calor natiuus in igneum commutatur, hinc putrescit humor.

Quod si hæc modica sunt, diaria fit, tantum alteratis, calore & spiritu, non etiam putrefacta materia. Si verò maiora sunt, putrefit humor. Et si hoc quidem in venis continua, est si extra vasa,

quis vnum sunt subiecto. c Iuxta vulgatum illud theorema: Corpora calida humida loco calido concluduntur, statim putredinem acquirunt. Ex Gal. ea. 7. li. 8. Meth. cap. 5. li. 4. de temper. am. & li. 5. de sanit. tuenda.

k Talia cataplasmata viscidula non sunt: alioqui insensuum intrudendo suspecta. l Columbas alij per medium ferunt. m Si tamen crisis proximè imminet, id minus ferendum. n Confert ista pudendorum refrigeratio propter eum, qui sibi paribus cum principibus intercedit, consensum. o Valent in hunc usum mala aurantia, citria, limones: orbiculatim secantur, & ex aqua rosacea & saccharo sumuntur. p Tum enim calor internus partes grauius excrucians frigidarum appulsu fieret intensior. q Summa summo in vigore febri urgente necessitate detondetur capillitium, & rosaceo oleo caput totum inungitur. Huc faciunt & irrigationes ex decoctu frigido institueda, & futura præsertim coronaria affundenda. r Hac conueniunt tantum robusto ventriculo, & isdem affueto.

Ex cap. 9. lib. 3. Simplis. Eodem lini semine vtitur Hippoc. sent. 49 lib. 4. de rat. vlt. in morb. acuto, quia molliat sine manifesto calore: quod in omni sedanda phlegmone est maximum. t Nam quietis commoda sunt multa: morbi coctio, virum custodia. Ex comment. Gal. in apho 6. lib. 6. & ad sent. 48. li. 4. de ratione vlt. in morb. acuto, u Ex his syrupis cum aqua stillatitius disso utis, vel decocto herbarum refrigerantium & humectantium, sunt zupapia, apozemata, laborandis insaralibus. bis extinguenda, humoris ad euacuationem preparando dicata, bis quotidie sumenda, vel etiam quauis sitis hora. x Sine speciebus appellato. Exhibetur autem dormiturs duorum cochlearium mensura. y Que fit à concepta in humoribus putredine, quæ continenter & assidue contingit, nec praus desinit, quæ exhausta fuerit putredo, & quæ est à putredine vindicata à humoris massa, ad pristinum redierit natura gratiam. De febris huius causis vnde Galen. lib. 9. 10. & 11. Metho. mēdend. b Calor enim spiritus & sanconclusa, nisi distuerit.

d Citius enim *e* expediri tota discutitur materia, quam cum in vasis est immersa. *e* Et cum maximo humores te neantur commercio omnes putredinis participes sunt. At ei potissimum putredo attribuitur, qui cepit auctore & cacochymiam inuixerit, & promptius commutuerit.

f Quæ per se continua sunt febres materiam habent putrefactam non inueniunt quidem omnibus, sed præcipue in maximis, ut tectoris, pulmonis, inter alias & in gyna. *g* Nominibus secum conuenientibus. *h* Ut rigore & horrore intermittentes, & continua congeneres non sunt. *i* Et ista sanguinis tenuioris in bilem commutatio huic contraria attulit occasionem. Sed ut constat Galeni sententia de sanguine in synochon putrescente libr. 7. Meth. proposita, sicut candidiores interpretes sanguinem tenuiorem in bilem non demutari, cum putret, sed bilis veluti naturam referre, ut acrimoniam & motum. *k* Noua enim est generatio, in qua ortus unius, alterius interitum exiit. *l* Non enim potest esse vitæ consistere, putredine corpus uniuersum oblitente.

d intermittens. Nascuntur continuæ ex inflammatione partium, intermittentes non ita. In continuis maligna putredo est & periculosa, in intermittibus non ita.

Putredine autem aliquando e sanguis, nonnunquam pituita, aliàs etiam vel flaua, vel atra bilis. Et continuæ quidem materiam ferè habent putrefactam *f* in venis primis, quæ circa hepar sunt, & suisque intermittibus materia quidem & nonnullis accidentibus *h* non omnibus tamen, respondent. Hinc febris continua pituitosa, biliosa, melancholica: verum an sanguinea aliqua sit, non sine re dubitatum ab antiquis: de quo certant Arabes cum Græcis Galenus id pernegat. Idem etiam A lex. Aphrodiseus in Problematis. Quod si sanguis putrescit, parte quidem *i* tenuiore in bilem, crassiore in melancholiam commutatur.

Contra Galenum Auicennas multis disputat. Hippocrates 6. Epid. febres quasdam ἐξ ἐπιθρῦς, id est, valdè rubentes facit. Galenus in Commentario valde rubentes intelligit à sanguine, materia in qua calor insensus est, vnde diffunditur & calor, & rubor in corpus.

Et quo tempore, ei qui continua febre laborat, pulsus magnus, velox, æqualis, vrinæ sanis proximæ, horror nullus aut rigor, calor mitis ac vaporosus, succulentum corpus est, ætas ad iuuentam inclinans, vernum tempus, regio & cætera temperata sunt, verisimile admodum febrem esse sanguineam continuam. Verum Galenus negat esse putridam: alij contra Galenum certant his argumentis. Putredo (Galeno deficiente) commutatio est putrescentis substantiæ: exempli causa sanguinis ad corruptelam. Commutatio ergo motus est. Huius motus terminus à quo (vt loquuntur) sanguis est incorruptus: terminus ad quem, bilis flaua, aut atra, in quam, i- gneo calore, sanguis degenerat. In eo igitur motu substantiæ, quæ putrescit, hoc est, sanguinis forma deletur, & *k* noua inducitur, vt iam sanguis non sit, qui sanguis fuit, sed flaua vel atra bilis. Si ergo putredo est motus, suis terminis concluditur. At verò motum esse hæc verba indicant inclusa definitione, putredinis commutatio, & putrescentis iam acquisita noua forma, Cum iam è sanguine bilis est, motus ille definit, ergo & putredo illa definit. Iam verò constituamus synochon illam Galeni sine putredine, & ex ea commutationem in febrem biliosam. In eo tempore commutationis febris est, & putredo est. Commutatio enim putrescentis, &c. Febris ergo putrida est. Quod si dicas non consequi, quæritur cum in eo motu febris sit, eam aut putridam, aut non putridam est. Nemo enim dicat non putridam. Neque enim est talis, qualis fuit quæ sanguinea nõ putrida dicebatur, etiam putredo cœpta est. Reliquum sit, vt semiputrida appelles mediam inter febrem sanguineam non putridam, & febrem, quæ sit iam mutato sanguine in flauam bilem, & atram. Quæritur ergo cur non voces putridam, cum portio humorum iam putruerit. Nec enim necesse est vniversam materiam putruisse, vt febris putrida sit. Nec in omni febre putredo per vniversum corpus

sparsa

sparsa est: sed aliquando sola parte aliqua, vel partibus refedit. Et in intermittibus putridis exiguum est, quod putruit, plurima materia integra est.

Neque satis constitutum est, cur putridam biliosam appelles iam corrupto sanguine in flauam bilem. Nam bilis illa ex *m* sanguine facta vel putrida est, vel non putrida. Si non putrida non erit febris biliosa putrida. Alioqui ætate, ætatis flore, cum sanguinis bona pars bilis sit, putredo esset, corruptio videl. sanguinis à calore præter naturam in flauam bilem. Si putrida bilis illa est, vnde putruit? Nam ea ætate & ætate, cum sanguis in bilem commutatus est, bilis putrida non est. Rursus si putrida est, quæritur an bilis putrida bilis sit, an nõ bilis? Bilem non esse putredinis definitio & natura motus secundum substantiam, quæ *n* mutatio appellatur, satis ostendunt. Nam in putredine corruptio est, eius commutationis finis. Si corruptio, ergo ab esse ad non esse motus. Bilis ergo putrefacta, bilis non est. Iam sic collige: Bilis putrida bilis non est, & tamen biliosam febrem putridam denominat, ergo eodem modo sanguis corruptus in bilem, etiam si sanguis non est, febrem sanguineam putridam denominabit. Quod si in tempore motus febris illi lignum, dum corrumpitur etiam dum lignum, nec dum cinis est. Eadem ratione in aliis.

Dein de quæritur, an *p* necesse sit sanguinem, qui etiam vehementer incaluit, conuerti in bilem? Quod si necesse dicas, cur igitur in reliquis generibus febrium, quas vel pituita vel bilis commouit, sanguis non corrumpitur? Cur in inflammationibus in bilem non degenerat? At in his etiam, vbi multos dies febris exarsit, sanguis plurimus, isque integer, per nares effluit? Idem è venis integer aliquando detrahitur, & in phlegmone apostema sanguinem facit, non biliosum. Ergo corruptus in venis febrem sanguineam facit, non biliosam. Et cum scribit Galenus in febre sanguinea sanguinem putruisse in omnibus venis, vel ergo totus putruit, vel tantum pars. Si *r* totus putruit non constabit vita, toto scil. sanguine partim in bilem flauam, partim in atram conuerso. Oportet enim, vt consistat vita, sanguinem reliquos humores superare: qui, si non superat, sed etiam nullus est, nulla quoque vita est.

Si tantum pars putruit, cur *f* non & totus putruit, cum toti sanguini præsens sit calor, & reliqua, quæ putredinem faciunt? Deinde si pars crassior, vt vult Gal. quæ natura sua & sicior & frigidior est, magis resistere debuit putredini, putrefacta est, & in atram bilem versa, & multò magis reliquæ celerius putruerunt, & in aliam substantiam conuersæ sunt, vt iam nullus sit sanguis. Sunt & alia permulta, quæ Arabum sententiam confirmant. Si in eo laborandum magis, vt fideliter curemus, quam vt subtiliter differamus.

Curatio.

In febribus putridis & continuis quedam intermittibus

m Bilis per affectionem sanguinis facta aliquando impurum est, vt cum per inedia, labores longos, vigiliis, ætatem, bilis sit sanguis, alius putrida, vt in febribus acris calore sanguinis corruptelam inducentibus. *n* Insistit in tempore mutationis, quo nondum bilem generatam ait.

o Consecutio non est necessaria, quia tres reliqui humores, dum corrumpuntur, speciem non mutant, quamuis à iqua qualitate à se differant. *p* Hoc eget distinctione. Nam vel sanguinis singulorum intelligitur, vel quatuor humores complexus, ille necessarius per febrem biliosam, hic non necessarius, quod

haud ita sit facillius pituita & melancholia in bilem commutatio.

q Sanguis enim vbiq; vnusmodi non est: & potest in vnaturam parte corrumpi, & in altera esse integer.

r Exca. 3. lib. 9. Meth. Sanguis totus omnibus suis partibus in synochon putret, neque tamen sanguis putridus est totus, qui recipere pristinam naturam potest, aliter ac vnus, cum accessit.

s Non enim, vt dictum est omnibus suis partibus est aut putredine aquæ apertus.

respondent, nisi quod neque rigor, neque frigus præcedit. Non sequitur vomitus, aut sudor, intermissio nulla est, sed tantum remissio, quarum curatio eadem in genere, quæ intermittentium est, & seruata ea ratione, quæ in exquisita tertiana & ardente dicta est. Sunt u synochi peculiariter appellatæ febres. Aliæ quidem homotoni, quia ab initio ad finem vena eademque exacerbata est, ac veluti tenor vnus accessionis: aliæ ab initio ad finem perpetuè crescunt, & epacnasticos, appellat Hippocrates: vt paracnasticos, quæ initio efferantur, paulatim decrescunt, quibus materia est sanguis: qui in maximis venis, conclusus, in quibus & clauiculis interceptus efferuescit. Is autem aliquando superat quantitatem, aliquando crassior est nonnunquam etiam putredinem contrahit, ex quorum distinctione consilium vniuersale curationis transferri debet. Fingamus ergo Dionem iuuenem aut ea ætate, quæ definit adolescentia, continua febre laborare: pulsus magnus sit, velox & æqualis, vrinæ sanis proximæ: horror nullus aut rigor, calor mitis ac vaporosus corpore bene carnosum, tumentibus venis, sensu distentionis, rubente facie: adsint quoque cætera, quæ sanguinis generationem ostendant: statim colliges febricitate ex obstructione, quam efficit sanguinis plenitudo. Itaque x facile consilium est. Detracto enim sanguine tollitur plenitudo, & depleta copia sanguinis liberatur obstructio. Nihil verò reliquum est, quam vt corpus, quod per febrem alteratum est, suæ naturæ restituamus. Quod quia nimium incaluit, refrigerandum est, vt hæc duo remedia sanguinis missio & y tempestiuus frigidæ vsus, vel eorum quæ refrigerant & humectant, exactè per curent synochon.

Phlebotomia autem storiibus Græcis medicis ex interna dextri brachij etiam z ad animi deliquium esse debet. Quod si vires, aut a alia repugnant, quo minus tantum materiæ semel auferatur, vacationem partiri oportet. Et in mulieribus b propter menstrua, in aliis etiam propter supprellam aliquam vacationem, ea seruanda ratio, quam sæpe diximus. Repetendum quoque, vt si quid vel cruditatis in ventriculo & primis venis, vel si quid veteris stercoris in intestinis, hoc quidem clystere molli: cruditas verò molli pharmaco ante phlebotomiam excludatur. Aut si res patitur & tempus, cruditas illa frictionibus, vnctionibus, & aliis remediis concoquantur. Post phlebotomiam duabus aut tribus horis mulsam Græci propinabant, ex hinc hora ptisanæ cremorem. Nunc verò mulsæ loco, quæ quidem suspecta est in magno calore, aqua cocta, cui octaua pars sacchari commixta sit, vtendum est: deinde hordeato, loco cremoris ptisanæ.

Victus in reliquum tempus instituendus est qui refrigeret

z. Præsertim si plethora, aut vicerum inflammatio alicuius sub. st. Nam per largiorem illam sanguinis missionem statim totius corpori habitus refrigeratur exinguitur febris, plurimum subducitur aluus, alius sudores erumpunt, denique sanitas restituitur. Galen comment. ad Aphor. 23 lib. 1. a Aetas stomachi affectus, gestatio vteri, & similia. b Quæ si supprella sint, primum plenitudo si adsit minuitur s. c. a basilica, tum verò saphena pertenditur ad menses prouocandos. Attamen scribit Gal. lib. de curandi ratione per sanguinis missionem s. c. a basilicam mensuram fluxum præpedire ac reuocare. Sed hoc seruatè intelligendū de missione sanguinis haud exigua, quæ nihil vacuandum natura relinquit.

& hume-

& humectet. Is autem c tenuis, & magna ex parte. Itaque nostro more iuscula conueniunt è junioribus pulsus gallinarum, vel vitulina carne molliuscula. Alteranda verò ex acetosa, lactuca, & portulaca. Potus aquæ hordei, syrupus violatus, multa aqua cocta dilutus, iulepus violatus, oxyfacchara simplex, syrupus acetosus, iulepus Alexandrinus, oxymel simplex, dilutū, vel hæc d oxyfacchara.

Z. aquæ coctæ lb. 4. sacch. lb. 2. aceti lb. 5. Fiat potus clarificatus pro pastu, & hora sitis. Verum in aceti & sacchari modo id obseruandum est. In mulieribus, in gracilibus corporibus, in ijs quibus intestina facile mordentur & raduntur, aceti vsus suspectus est, aut certè minuendus modus. Quantò maior calor est, tantò minor modus debet esse sacchari. Apparentibus signis coctionis, nullus potus melior est aqua frigida. Postea etiam vino albo tenui, aquoso vti licet, ex quo & sudores & vrinæ prouocantur.

In morbo, si resistit aluus, clysteribus mollibus incitanda est. Si verò etiam crassities humoribus accedit, incidenda & attenuanda est, diluto oxymelite & aliis sæpe enumeratis. Quod si materia incisa vrinis aut sudoribus vacuatio non est, leui pharmaco vti licet, manna, cassia, rharbarbaro. Præterea videndū est, ne densata cutis, obstructa vel occlusa, obstructionem faciat, à qua & putredo, & febris. Et si quidem frigore densata est, calidis laxantibus vtendū erit, vt chamæmelino. Si densata, adstringentibus, & siccata, ad ea quæ humectant refugiendū est, vt hydrelæon. Et iam apparētibus signis coctionis, ad balneum aquæ dulcis. Si verò occluditur cutis humorum copia, vacatione opus est, si humorum crassitie attenuantibus vtendum est.

Si lentore detergendum. Præctici maximam partem curationis in refrigerantibus collocat, quæ conficiuntur ex hordeato mundato, prunis damascenis, glycyrrhiza, quatuor feminibus, frigidis, endiuia, scariola, cichorio, lactuca, rostro porcino, acetosa, floribus violarū, nenupharis, buglossi, borraginis, & aliquando aliquid aceti adiciunt. Nonnunquam syrup. capillorū veneris, portulacæ acetosæ, & aliis supradictis vtuntur, syruposq; diluunt aquis vel de coctis endiuia, capillorum veneris, portulacæ, acetosæ & similibus.

DE FEBRIBVS a COLLIQVANTIBVS.

FEBRES b hæc pessimæ, in quibus substantia corporis multis modis diluit: idque aliquando paulatim, vt in marasmo & febribus hæcticis, nonnunquam verò statim initio morbi substantia corporis dissoluitur, carnosum genus pingue & solidum. Sed aliquando quidem fit effluxus substantia per insensibilem transpirationem.

Atque hoc quidem dupliciter: nam aliquando fit paulatim, vt in febribus, quæ marasmodes, & hæcticæ nominantur: aliàs verò

*c Nam venæ se-
stione immittunt
calor pleniori es-
bo conficendo non
est. Itaque Hipp.
4 de vid. rat. in
acutis incedam
suadet.
d Oxyfacchar.
Serup. i suc. gra.
acidorum Vnc. 8.
aceti Vnc. 4 &
sufficiens aqua
quantitate.*

*a Quæ sunt de ge-
nere continuari.
quæ oleagineas
appellauit Gal.
comm. in sent. 28.
f. 1. lib. 6 Epid.
b Talium febriū
vix ostendat satis
indicat colliqua-
tio febris pestilen-
tis symptoma inse-
parabile, ex com-
in sent. 57. f. 1. 3.
lib. 3 Epid. in his
igitur seruentur
calor aliàs humo-
res tantum venis
contentos liquat,
nonnunquam cor-
pore vniuersum:
carnis primum,
mox solida mem-
bra quibus liqua-
tis squamula cum
vrinis excreuantur
ex l. 1. Progn.*

c

breuissimo tempore.

Huius signa sunt: nares acutę, oculi concaui, collapsa tēpora, & cętera in eo prognostico enumerata. Sed longę periculum maius est, si id derepentę fit, ardore febris & igneo calore, qui quidę substantiam corporis resoluunt in fumos, frugi quoque spiritum & naturalem per poros excludunt. Minus periculum est, quum ex vigilia, insigni purgatione, inedia, rebuſque eiusmodi colliquatio facta est, cęq; breui tempore reparari potest. Ex męstitia & grauioribus animi curis idem contingit, sed ea colliquatio non ita cęteriter instaurari potest.

Proprię tum colliquans febris appellatur, in qua feruidū, malignuſq; calor est, qui non solum per insensibile trāspirationem, sed per manifestā excretionē exoluit corpus. In hac deiectiones alui rufę & crassiusculę, fętidę, aliquando pingues & viscosę, biliosis que que spuma incidet, quę feruorem indicat, vrinę similes. Aliquando etiam appetente morte tenuis sudor, syncope & mors, a resolutione corporis totius.

Si itaque in febre acutissima statim initio ex facie illa mortifera colliquationem intelligas, maioribus remedijs omnino abstinendum est: tantumque procurandum est, vt efluxum illum prohibeas, & causas syncopes auerteras. In his febribus virtus ferę languida est, quę maiora remedia non admittit.

Atque vbi videris alui excrementa rufa, grauius olentia, spumosa, & vires languidas, non solum maioribus remedijs abstinendū: sed etiam syrupis, mellitib; rebus, nisi eiusmodi syrupi plurimū diluatur. Hipp. f. interdicit mulsam, quę tantum octauam partem mellis recipit. Duo remedia annotat, pisanam cremorę & aquam frigidā. Utendum erit hordeato, lactuca, in sūma reb. quę refrigerant & humectāt. A quę frigide tempus est, cum res melius habere cęperit, & excrementa magis cocta sunt: quanquā & ante hoc tempus licebit vti frigida, siquidem eger vehementer appetit, vehementer sitit, & aluetus est potui frigidā.

Quod si ab ea metus est, refringi potest decima parte vel octaua sacch. cōmunis, vel violati, vel conseruę rosarum veteris, alioquieadē mensura syrupi violati, de papau. de nenup. de acetosa, de agrestay, de limonibus & alijs eiusmodi. Pręterea g ea epithemata, illitiones, & hꝑochondriis & thoraci conueniunt, quę refrigerāt, humectant, leuiter adstringunt, ex aqua rosacea, aceti momento oleo rosaceo santalis. Constitui debent loco aura frigida perflato. Atque aliquando etiam flabello ventulum facere oportet. Et quia aliquando acrimonia excrementorum intestina exulcerari solent, clysteribus vtendum erit, qui refrigerent, humectent, leniāt, quorum compositio ex cap. de dyſenteria.

Cibus optimus hordeatum est, quod vt magis refrigeret, ex decocto lactuearum, vel seminum frigidorum, confici potest. Accidentia hęc multa sunt, de quibus postea.

DE FEBRE a ASSODE.

Anc febrem cognosces ex eo, quod perpetuo iactantur ægri, nec vllam seruant figuram decubitus. Omnia fastidiunt, hypochondria contenduntur, sitiunt, vigilant, aut in leui somno delirant. Materia crassus est humor, alioqui acris & biliosus, tunicis stomachi & ventriculi imbibitus. Quamquam & ex ardore febris aliquando etiam difficili natura ægri, vel dolore interiori, alioqui grauiore, quādam accidentia eius febris esse possunt. Hippoc. diluto oxymelite vtitur, nunc & syrupo acetoso, & oxyfacha vti licet, multo magis cum & biliosus humor est, & calor acrior. Cicerum quoque decocto, diluto absinthij hordeato facto ex hordeo integro. Purgatio leuis esse debet ex rhabarbaro: Victus incidat & refrigeret. Tenuissime nutriendum esse percipit Hippocrates, siquidem permittant vires. Neque enim sorditiones admittit, antequam vrinę maturentur, & malum remittatur.

Obscuro loco iaceat æger, & molli lecto. Contineat corpus, & vt minimum fieri possit, dicitur. Hypochondria hydrelæo foueantur, in quo semen lini, althęę, & similia coxerint.

Farina hordeacea ex eodem hydrelæo subigatur, & cataplasma fiat, quod hypochondriis applicetur. Passimum hoc genus febris est, in quo celeriter pulsus concidit, & occasio pręcipitur maiorum remediorum.

DE CARDIACA.

Non minus grauis est & periculosa a febris Cardiaca. In hac vehemens aestus est, facies rubet, magnus est cordis saltus, exigua frequensque spiratio. Residere volunt similiter pulmonariis. Dolitant in regione cordis. Inclinate morbo, sudor tenuis fit, frigidus aliquando, instātis mortis nuntius, ab extincta facultate vitali, ex quo syncope, & mors. Alioqui vapor calidus per cutem exiit, quod Medicum fallit, nisi & manum adhibeat ori & naso. Hinc enim spiritus frigidus, ex his mors.

Initio detrahendus sanguis est, inflammationis subtrahenda ergo, aer frigidus imbibendus, flabello quoque æger ventilādus. Victus refrigerans & humectans. Epithemata ex aqua & violarum,

1. dissolues in sero lactis ad desim. f. Ne auocetur natura per accessionem alimenti a concoctione morbifica cause. At ex aph. videndum quid eger ferat. g. Propter ægri impatientiam. Nam si endore spiritus excitati maiorem trahunt anxietatem. h. Delato humore, aut vapore terro ad ipsum cor.
 a. Quia sit alluante ventriculi ore cor in sympathiam trahente, funesta est, & breui interimit. Unde Hippoc. apho. 65. lib. 4. In febribus circa ventriculum sortu astus, & cordis morsu malum. b. A copia humorum, quos sudor attenuavit. c. Ut si sumantur earum aquarum Vnc. i. santalorum pulueratorum Drach. 6. croci S. rup. Scm. aceti modico addito. Pannus huius intelligitur, & thoraci de regione cordis applicatur. Aut paratur unguentum ex santali citrini Drac. 2. stor. violar. & nymphae ana Drach. i. cera alba & olei rosacei q. s. ungetur anterior thorax.

Hac facies Hippocratica vulgo dicta, quę fit ex colliquatione substantia in his partibus describitur ab Hipp. sent. 3. lib. 1. Trognos.

Id est scilicet quod liquatum est non modo per halitus & insensibilem transpirationem, sed per deiectiones & vrinas vacuando.


In omni colliquante febre deiectiones & vrinas tales simul perpetuo appare-re minime existimandum est. Sufficit enim colliquationem vno excretionis genere manifestari. Et itaque dicebat Gal. comm. 3. in lib. de vici. ratione in morbis acutis, febribus colliquantibus aduersissimam omnium esse mulsam, vt iuuantissimam potionem aqua.

g. Cordis, iecoris ventri. ulo admo uenda. Litu autem toti plerumq; spina instituitur. Epithemate ratei. Rec. aqua. rosace. Vnc. 6. aceti Vnc. 1. aut circiter talor pulueratorum Drac. i. fiat epith. Linimentum ex oleo refrigerantibus ce-rato refrige-rante Galen. unguento Comissis parabatur.

a. A sordine, seu fastidiosa secula, veluti superior, & quę adhuc alia quantur, ad ardentem febrim veniunt referenda. Hac autem eo donata est nomine, quod irrequieta grauius agrum exerceat. Vide Gal. com. ad sent. 47 lib. 4. de viciis ratione in acutis. Idem Gal. comm. 2. in Prorrh. sent. 43. dupliciter fieri monet vno quidem modo, quum virtus a corpore opprimatur, nullamque figuram facile sustinet: alio quos ventriculi a prauis mordetur humoribus. b. Ob natura infirmitate. c. Ad crassos humores incitatos & attenuandos, biemque refrigerandam. d. Dilutum absinthij saccharo edulc. i. debet, quia ingratum alioqui sursum. e. Et Rec. expressionem Drac. 2. rhe. elect. in decocto tamari. ping. sem. frigid. & stor. cardiarior. infusi cum Scrup. i. cin nam in colatura dissol. syr. viol. multar. infusorem Vnc. i. portio. Vel cathol. & Syrup. de clon. compositi cum rh. ana Vnc.

nenupharis, buglossi & borraginis, additis santalis & momēn to croci, syrupo de limonibus, de acetosa, de nenuphare, acetosus, violatus, de papauere, ex quibus syrupsis & aquis cordialibus iulepi confici debent. Loco lucido stare debent, suauī aura perflato. Altior sit decubitus.

a *Lipyrria febris epiale* ab similitudine non est in ea enim per se geratur extrema, calescitibus uisceribus. Com. in sent. 4. libr. 4. Prognost. Ac qui dem taoto fe. rior exacerbat. v. ca. r. ed. in. r. u. r. per du. i. u. d. a. tur. Vide ex A. Stuario lib. 2. s. v. a. methodi de u. p. i. a. app. e. t. r. q. u. i. a. in e. n. i. p. d. e. i. m. e. r. u. s. q. u. i. d. i. s. t. i. t. u. t. b. Ad reu. e. l. l. e. n. s. i. u. m. a. p. a. r. t. e. o. s. s. i. l. i. a. a. m. i. o. r. s. s. a. n. g. u. i. n. i. c. o. p. i. a. i. m. m. e. u. t. i. e. n. t. c. o. n. u. e. n. i. t. u. r. e. s. e. r. a. q. u. e. r. e. u. e. l. l. e. d. i. u. m. h. a. b. e. n. t. s. i. c. i. t. i. o. n. e. s. e. x. t. r. e. m. a. r. u. m. p. a. r. t. i. u. m. l. i. g. a. t. u. r. a. c. u. r. a. b. i. t. u. l. a. i. n. t. e. r. e. a. a. b. s. t. i. n. e. n. d. u. o. m. n. i. m. a. d. i. c. a. n. t. o. p. u. r. g. a. n. t. e. p. r. a. c. i. p. i. e. s. i. u. e. n. t. r. i. c. u. l. u. s. i. n. s. t. e. t. u. r. u. n. e. a. c. a. t. h. a. r. t. i. c. o. i. n. a. f. f. e. c. t. a. r. u. m. p. a. r. t. e. m. a. t. r. i. u. s. i. t. G. a. l. e. n. i. l. i. b. 13. Method. c. Nusquam ca. r. a. p. o. t. i. a. p. r. a. s. c. r. i. p. t. u. r. i. b. u. s. s. i. l. i. p. y. r. r. i. a. c. o. m. i. t. m. s. i. l. i. a. h. a. b. e. a. t. i. n. f. l. a. m. m. a. t. i. o. n. e. m. a. S. o. l. i. d. u. m. c. o. m. p. e. c. u. p. i. t. c. o. r. p. o. r. i. s. l. i. b. i. t. u. m. & s. o. l. u. t. u. p. e. r. d. i. f. f. i. c. i. l. i. u. e. x. s. i. l. i. s. G. a. l. e. n. i. l. i. b. 1. d. e. d. i. f. f. e. r. f. e. b. r. b. V. i. q. u. o. r. t. i. d. a. n. a. u. e. l. q. u. a. r. t. a. n. a. s. e. d. t. a. m. e. n. i. t. u. r. u. t. h. e. c. t. i. c. a. & p. u. t. r. i. d. a. d. i. u. i. s. s. i. s. f. e. b. r. l. o. c. i. c. I. n. t. e. r. i. d. u. m. e. i. t. a. m. s. e. q. u. i. t. u. r. d. i. a. r. r. h. o. e. a. m. e. n. t. e. r. i. a. & d. y. s. e. n. t. e. r. i. a. m. & c. l. i. b. 1. d. e. d. i. f. f. e. r. f. e. b. r. s.



DE FEBRE LIPYRIA.



ua sit a hac non satis conuenit. Galenus libel. de inæquali intēperie cap. 11. in eo genere reponit, in quo propter magnitudinem internæ inflammationis & malignum humorem interna ardent, externa refrigerantur.

Id quod in medii corporis inflammationibus contingit. Nam internus calor instar cucurbitulæ calorem externarum partium intro attrahit. Aëtius lipyriā putat, quæ sequitur erysipelas vetriculi. Arabes pituitam crassam & viscidam, aut eiusmodi bilem collectam in primis venis, & calorem vna cum vaporibus suffocantem, ne videlicet, calor dispergatur in corpus, causam faciunt huius febris. Alia quoque parum verisimilia de hac febre prodiderunt. Lipyria Græcorum primūm quidem b phlebotomia, deinde refrigerantium vsu, vt lactucæ ex aceto diluto, ac iam vrgente morbo largo haustu frigidæ aquæ curari debet.

Cataplasmata ex hordeacea farina subacta cum succo semperuiui & similibus hypochondriis applicentur, subinde commutentur.

Arabes syrupo acetoso, oxymelite materiam crassam incidunt, postea etiam oxymelite diuretico, sed perpetuo incidētibus aliquid admiscēt, quod stomachum roboret, vt syrupum rosaceum, de agrestia. Quod perpetuum est in febribus phlegmaticis, vt cum incidimus, stomacho etiam consulamus. Deinde purgant.

Purgatio e ex aloë, hiera, rhabarbaro. Interim intercidunt, vomitum cient, clysteres acres imperant, vtuntur attenuante victu, eomodo stuphis & sudoribus vtuntur, deinde etiam antidotis quomodo in epiala dictum est.



DE HECTICA FEBRE.



ECTICA febris ex eo appellata, quia sic a radices egit calor febrilis, vt iā aut nullo modo, aut ægerimè extingui possit. Difficultas sæpe nascitur, quod vel nimis cōfirmata est, vel cōiūcta est hecticæ b febris putrida, tamoraliquis præter naturam, vt inflammatio, erysipelas, vlcus etiam pulmonum.

Tenuia corpora & pauci sanguinis ferè corripit, & celeriter consumit. Febres diarias, ardentis, & biliofas sequitur, raro per se incipit, huiusque origo aliquando primūm nascitur à thoracis partibus,

tibus, sed fere priusquam vigeat inde nata hectica, mors est.

Vita longior, & curatio faciliior, si à d ventriculo hepate, tenuibus, vtero ieiuno, & colo intestinis. e Consumit calor hic hecticus humores corporis, deinde rorem illum, qui veluti cōmeatus quidā & futurū alimentum, spatij inanibus corporis concipitur, postea etiā substantiæ pinguis carniū fibrarū & solidarum partium humiditatem depascitur.

Hic tabes, marasmus, & summa ariditas corporis, vbi consumata hectica est & incurabilis.

Pulsus habet durum à siccitate arteriæ, debilem ab infirmitate facultatis vitalis, parū & frequentem ab intemperie cordis, nisi aliquando vrgente necessitate ad frequentia & velocitatem commutetur. Quod idem contingit à cibo, quo tempore calor hecticus non aliter effruescit, quā in calx viua, si aquam aut aliquid tale superinfundas. Calor toto corpore æqualis est, ex quo f non dolēt, nec se fabricitare intelligunt. Quanquā si manum admoueas, senties pauld post acerrimum mordacemque calorem. Quod si in hectica febre calor inæqualis est, sentitur dolor, febrisque ab egro intelligitur, iudicabis aut erysipelas, aut phlegmonem, aut febre denique putridam complicari. Desperatio est, cum hæc hectica coniuncta sunt, præsertim si phlegmone, aut aliquid tale in parte principe incenditur, tūmq; difficillima curatio est g indicationibus inter se pugnantibus. Hecticis aliquando oculi cauantur, nasus acuitur collabuntur tempora, nudantur vngues, & acuti sūt, pedes etiam aliquando intumescent, squalescit cutis: à cibo augeatur calor. h Calor maior in volis & plantis pedum, non reuera quidem, s. d. quia i manifestior illis est, aut fortasse, quia illic extremitas vna sunt, & magis nudæ, eò procliuior motus caloris illic est.

Incipientem hecticam non faciliè cognoscimus, cognitam & facilius curamus. Reliqua genera non faciliè curantur, faciliè cognoscuntur.

In curatione hæc maximè obseruanda sunt, an simplex sit febris hectica, an coniuncta sit febris putrida, erysipelas, inflammatio, an syncope frequens incidat. Hæc enim remedia hectica interpellat. Simplex nullo l maiori remedio irritari debet. Maiora remedia sunt m phlebotomia & purgatio.

Deinde vehemens tam animi, tum corporis motus ex c. 7. & seq. lib. 9. Metho. vitandus est. Vnicus scopus est, vt refrigeres & humectes, idque partim balneis, partim alimentis, tum etiā epithematibus, rebūque non naturalibus. Quod ad balnea attinet, exoleuit iam ncuriosus ille apparatus veterum balneorum, nec nisi cū periculo tentari potest. Exoleuit etiam consuetudo: & si quid in apparatu peccatum est, grauius esse solet: itaque plenum disponi potest.

Quando usurpanda sit phlebotome, docet Hip. sent. 19. sect. 3 lib. 6 Epid. & Gal. in Comm. n Triu etiam parabat balnea: primò ex aqua moderatè calida corporis meatu & spiracula aperiebantur & laxabatur altero tepida humectabatur corpus: tertio ex frigida cōstrungebantur pori. Ad hæc tria comparabam labra: nos uno cōsensu sumus.

d Siquidem ab earum partiu affectibus cor minus afficitur, quā a partium interiorum morbu. e Haud aliter ac lucerna flamma, qua absunt: primūm oleum deinde humidum propriūm elychnij, postremò elychnij ipsum. Hinc iras nascuntur hectica differentia. f Hæc duo sunt signa febris huius propria. Caterū non dolent, quā iam facta est alteratio. g Quando nimium consumata est hectica. Alia enim hectica, alia complicatorū cum ea effectuum remedia. h Qua quam tenuem calor per totum corpus æquali, seruata in parte a analogi. Nam ex Gal. lib. 1. de inq. nio: p. tota febris hectica essentia ad intemperiam æqualitatem est referenda. i Vel quis temperatioris sunt manuum v. l. e. & propterea ad omnem mutationis sensum per ipse dum propensiores. k Nihil enim adhuc aut parum ipsū humidū primigenij exhaustum est. l Partes esiccata cum sint esiccari amplius per uena sectionē & purgationem minime desiderant: imò quod absupsum est, id resarci uolunt. Itaque satis fuerit simpliciter in hectica febris qualitate alterare. & corpus reficere. m Triu etiam parabat balnea: primò ex aqua moderatè calida corporis meatu & spiracula aperiebantur & laxabatur altero tepida humectabatur corpus: tertio ex frigida cōstrungebantur pori. Ad hæc tria comparabam labra: nos uno cōsensu sumus.

o Sic cutis aperi-
tur, ut in aqua
penitus subeat.
Cæterum pridie
lotionis optimum
erit clyster blan-
dum inlicere nul-
lo cathartico, pra-
ter castium adbi-
bito. Et quia se-
pe fit, ut ob coctri-
cū imbecillitate
cruda multa ex-
crementa conge-
rantur, sicbit to-
to morbi cursu cly-
ster iterare. Pa-
rabuntur ex refri-
gerantibus, hume-
stantibus herbis,
seminibus, florib.
dissolutis, castis,
sacchar. ol. viola-
ceo, nenuph. &
simil. Si nutrien-
tes præterea esse
oportuerit, ex de-
cocto capiti aris-
tini, vel aliarum
carnium iusculo,
infus. tuerit
p. Huius loco va-
lebit unguentum
resumptiuum.
q. Lac muliebre
præstantissimum
est propter natu-
ræ familiaritatē
qua magis nutrit
quamvis
uicenna magis re-
frigeret & hume-
stat. Capillum
autem medicum
est. Sed de his vi-
de cap. 6. lib. 7.
Method.
r. Lactis laudabi-
lissima sunt nota,
spissitudo madera-
ta, color albus, o-
dor gratus, sapor
dulcis, & cum in-
stillatum in un-
guem neque tar-
dus, neque citius
diffinit.
s. Ad facilitatem
distributionis. Par-
tes enim ob siccit-
atem aut abundantiam
facilitate minus
valent, unde a-
trophia. Proban-
tur alijs alimen-
ta solidiora, quod
diutius nutriant,
& liquidiora
celerius expirent. Sed ut illa concedantur, vires sepius effatæ & hu concoquendis non sunt. Nam ex lib.
10. Method. in iij qui parum sanguinis & carnis habent, ad partes solidas aqua celeriter peruenit, nulli quod est visum
frangat, occurrēt.

Quod si vapor balnei ægri corpore excipitur, priusquam im-
mergatur, salubre est. Itaque linteo conuolui potest, ut duobus
pluribusve hominibus teneatur, ita ut frigidum aërem inspiret re-
liquo corpore per raritatem linteæ vaporem balnei excipiat. Iam
rarefactis poris corporis, ac posteaquam æger vires receperit, satif-
que quienerit, aliquoties aqua tepida & temperata immergi po-
test. Mora sit pro ratione virium. A balneo quoque corpus oleo
inungi potest, vel communi, vel nenupharino, vel violato de cu-
curbita. Cæterum quod aliquando monuimus, & hinc quoque sū-
moperè obseruandum est, nec oleum vel rancidum sit, vel salsum,
quod vix reperias multis in locis. Vbi itaque commodum oleum
defuerit butyrum recens vel per se, p vel prius ex aqua violarum
lotum vsui esse potest. Subiiciebant veteres balneū ē frigida, quod
suspectam esse potest, nisi & vires consent, æstas sit, consuetudo
frigidi balnei, temperamentum calidum & siccum, nulla crudi-
tas, nullus tremor, nulla plenitudo. Alimenta imperari debent,
lac asinæ, q vel mulieris, bibulum etiam vsui esse potest. Sic eligen-
dum lac est probandumque r notis suis. Sugatur ē mamma, vel re-
cens multum bibatur. Periculum sit mensuræ lactis datus primū
3. 2. deinde 3. vel etiam 4. Quod si in ventriculo non corrumpitur,
paulatim augeatur modus ad lb. ss. Corrupti intelliges partim ē
ructu, maximè nidoroso, partim expulso, qui debilior, tardior
rarior, languidior factus est. Quod si ructus nidorosus est, poterit
aliquid aquæ incoqui cum lacte. Si acidus, momentum mellis aut
sacchari misceatur. Hordeatum quoque maximè conuenit, vel pti-
sana ex tritico comparata & colata, iusculum item pulli gallina-
cei, in quo hordeum mundatum & excorticatum coxerit, altera-
tum cum lactuca & portulaca.

Et quia in heciticis vis attractrix infirmior est sliquidiora sunt
alimenta, alioqui aceti modicum, etiam si videri possit nocere,
quia desiccet, misceatur. Lactuca, portulaca ex aceto diluto, aqua
etiam aliquando frigida, quanquam modus esse debet, nec adeo
gelida, nec multa exhiberi debet, t vbi nimis extenuatū corpus est.
Potiones frigidiusculæ, solidiora alimenta non ita frigida, sed
subtepidia imperentur. Epithema ex farina hordacea, quam subi-
ges ē succo lactucæ: oxalidis, semperuiui & similibus.

Portulaca per se contusa stomacho, & hypochondriis vtiliter
apponitur. Alioqui,
℞. ceræ elotæ ʒ. 3. olei rosati similiter loti lb. i. Liquefiant in
vase duplici. Liquefacta refrigescant. Vbi refrixerint, ex aqua fri-
gidissima, lactucæ succo, vel portulacæ subigantur. Fiat cerotum.
Inungatur venter, hypochondria & partes, vnde primū hectica
nata est.

Alioqui linteolo subinde inculcatum, omphacio, lactucæ,

o liquidiora, celerius expirent. Sed ut illa concedantur, vires sepius effatæ & hu concoquendis non sunt. Nam ex lib.
10. Method. in iij qui parum sanguinis & carnis habent, ad partes solidas aqua celeriter peruenit, nulli quod est visum
frangat, occurrēt.

intybi, semperuiui, atque eiusmodi refrigerantium succo, hypo-
chondriis & thoraci apponemus.

Verū in horum omnium vsu animaduertendum est, alia qui-
dem refrigerare & humectare, alia siccare.

Humectantibus vtetur, si alui profluum non est: tum enim
siccantibus vtendum est simul, & refrigerantibus.

Denique quia breui tempore admota remedia incalescunt, sub-
inde commutare oportet. Præterea partes spirituales non sine no-
xia diutius perferunt refrigeratia, sed inde dyspnœa nascitur, omnia
itaque temperare oportet. Olea conueniunt x de nenuphare, de sa-
licibus, cucurbita, papauere, violis, rosis, cydoniis, eadem seruata
distinctione in vsu siccantium & humectantium. Supra omnia aër
componendus est, qui sit temperatus, alterari non debet, si calidior,
vt æstas, refrigerandus eo modo, quo capite de æstu dicemus. Hye-
me iam frigidior, quo tempore leuiter alterari debet, tam igne,
maximè ē prunis, quàm leui flamma, aut vapore aquæ calidæ.

In ratione alimentorum consideranda est virtus. Nutriemus e-
nim pro ratione virium, lacte vaccino, à quo recens butyrum extra-
ctum sit, y lacte asinæ: aut si nutriendum, quàm alterandum magis
lacte mulie bri. Bubulum plurimum nutrit, sed ratione butyri no-
cere potest.

Caprillum quoque vsui esse potest. Sugi debet vt ante diximus,
vel recentissimè multum bibi. Plurimum nutrit panis sepius lotus
in aqua, deinde ex lacte recens multo comeditur. Plurimum lauda-
tur aqua hordei, in qua cancerorum caro detractis testaceis co-
xerit.

℞. hordei mundati ʒ. i. cancerorum excorticatorum ʒ. i. bulliant
in lb. 2. aquæ, dum diffiliat hordeum. Oportet ante excorticatos
cancros prius diligenter ablui, vt omnem fœditatem odoris depo-
nant, deinde coqui. Potionum eiusmodi cancerorum mundator. sin-
gulis lb. aquæ hordei incoqui debent. x Similia ex cap. de pthi-
si repeti possunt. In instaurando hordeata, in quibus etiam
portulacæ, lactucæ & similia concoquuntur.

Si à syncope metus est, aliquid etiam vini granatorum, margari-
tarum, semen acetosæ, & alia, a quæ cordialia appellantur. Iuscula
carnium permittuntur, sed alterari oportet hordeo mundato,
concocto oleribus, quæ refrigerant & humectant, lactuca, portula-
ca, scariola, &c. Permittitur in potu aqua in qua aliquid sacchari
dissolutum sit. b Vinum granatorum similiter dulcoratum. In-
viribus infirmis expressionibus, colatitiis, distillatis, instauran-
tibus vtendum erit. Si à profluum alui metus est, aqua hordei pa-
retur ex hordeo torrefacto, similiter & hordeatum. Quibus addi
possunt gummi arabicum, milium torrefactum & alia eiusmodi,

u Ea præcipue,
quæ adstringunt,
declinanda sunt,
quia respiratio
obstunt. Ea vt iu-
tior sit refrigeran-
tium vsus, oleum
angelical dulce.
vel etiam lila-
ceum commisce-
tur.
x His oleis tho-
rax ant: osum &
retrosam ilinen-
dus. Spina quo-
que cerato ante
prescripto inun-
genda.

Y Asininum lac
omni lacte humi-
dus, & nulla a-
crimonia infe-
ctum. Hippoc 4.
acitor.

z Vel hoc pare-
tur destillatum.
Rec. decoct ca-
ponis iuuenis, ar-
mi viul. altera-
tur cum lact. e-
xalid bugloss.
borrag. portulac.
scariol feminis
frigid maioribus
floribus violar.
bugloss. nymph.
Libr. 6. micam
panu vniui al-
biss. in lacte in-
fus. llimac. prepa-
rat. & in lacte
infus. Lib. Sem.
coaxarum Vnc. 3.
Tenantur omnia
in alembico, de-
stillentur in diplo-
mate, seu balneo
Maria. Hoc de-
stillato vntur
sepe cum saccha-
ro pau. o. Nu-
triet plenum. ste-
fudo adiciatur.
a Et rose, nym-
pha auris (quod
quam vim cordi
conferat. peritio-
res viderim): m.

cornu cornu, sapphyr. hyacinth. smaragd. uniones, santala, terra sigillata: qua vel in tulapiis, vel conditiu, vel opium exhi-
bentur. b Vinum item album, tenue, oligophorum, optime dilutum, quo tamen, nisi vires reclinant, ab-
stinendum.

quæ sine calore aluum supprimunt. Auenatum loco hordeati ad tempus commodum est. Etenim fluxiones alui supprimit. Sed dum symptomatibus consulimus, febris habenda ratio, ad huius remedia tempestiuè redeundum est. Caseus recens sine sale paulò firmioribus conuenit, vt vocata gelatina minùs firmis. Vinum dilutum bene contra syncopem facit & lapsus virium. *c* Cibis duabus horis ante balneum imperari debet, aut paulò post balneum. In balneo non est exprimendus sudor. Malidus enim vapor fatis est. Summatim in vsu balnei, ad vires diligenter animaduertere oportet. Multa, quæ ad hanc febrem pertinent, ex commentariis de sanitate tuenda, Methodo medendi, Libello de marcere colliges.

c Salubre est statim ante cibum aquam hordei sumere ad partium hum. rationem, vt ipsum alimentum facilius agglutinetur. Exemplo id fit camentariorum, qui parietes prius aqua aspergunt, quam aut calce, aut cemento, aut gypso incrustent.

DE FEBRE EX CRUDITATE.

a De hac Galen. lib. 4. Sanitatis tuenda, & comment. in seni. 31. sect. 5. li. 6. Epid.



Febrius hæc ferè debilis, sed periculo non caret. Desperatio est, cum vel ventriculi, vel hepatis inflammatio accesserit, in qua quantus, qualis, quo loco intus crudus humor est, considerandum. Aliquando enim, cum sanguis utilis plurimus sit, cruditas exigua est. Contra rursus, non nunquam plurima cruditas est, exiguus verò sanguis reliquus. Humor crudus aliquando frigidior est, aliquando ad coctum succum accedit propius. Cruditas alia quando in primis venis, non nunquam toto corpore acruata est. Cruditatis in ventre & primis venis signa sunt, nauſea, ructus, vellicatio, ac tormenta ventris, frequens borborigmus hypochondrij tumor atque *b* inflatio.

b Cruditas enim plurima & fluitans spiritus in venis mesentericis continentur.

c Debitum enim calor & materia conuenientia lauem esse veram, aqua & mque hypostasim.

d A flatu, & imperfecta assimilatione.

e Ex cap. 5. lib. de curand. ratione per sanguinis missionem.

f Galen. lib. 4. Sanitatis tuenda. At tamen si subſtancia & subſtancia facies eluceat, qua indico sit sanguinem laudabilem euasitatem adhuc sua copia exuperare, incensum non erit venam secare.

Alimenta ferè in flatu commutantur, ob caloris ventriculi imbecillitatem. Cruditatis totius corporis signa sunt vrinæ tenues, aquosæ, leuiter tinctæ, diuulsa, conturbata, non nunquam cum sedimenti asperitate, color faciei pallidus, aut alius quàm rubens, vt liuidus & plumbeus, totius corporis moles *d* subtumida, pulsus inæqualis, obscurus, paruus. Adicienda sunt, quæ ad coniecturam adhibentur ex antea vita, otium, crapula, intempestiua exercitia, immoderata Venus, & alia eiusmodi, quæ cruditatis coniecturam augment. Vocatus itaque ad eum, qui cum cruditate febricitat, ad hæc omnia animaduerte: & si quidem ad hæc omnia, vt malum faciei colorem, vrinarum cruditatem, pulsum inæqualitatem & paruitatem accesserit etiam totius corporis grauitas, tarditas, motus mentis & sensuum hebetudo, de remediis cogitandum non est, & de morte prænuntiandum: multò magis, si qua subſit inflammatio ventriculi, vel hepatis. Illic enim & crudorum succorum plenitudo est, & vires admodum infirmæ, *e* à quibus & syncope & mors expectanda est. Si verò omnia leuia sunt, de remediis ita statuendum.

Phlebotomia in hac febre *f* nunquam imperanda, nisi color faciei leuiter rubeat, pulsus sit mediocriter magnus & vehemens, nec

nec ita inæqualis, vrinæ quoque melius colorantur. Hic enim coniiicimus frugi sanguinem superiorem esse cruditate. Itaque aperitur basilica angusto foramine, ac *g* modica quantitate sanguis detrahatur. Exhibit primum sanguis tenuis, subalbidus: at simulatque cœperit fluere magis rubens, vena claudatur. Neque *h* tamen perpetuò expectanda est sanguinis mutatio. Sed interim dum exit sanguis, vires è pulsu & aliis recognoscendæ sunt. A phlebotomia imperanda mulla, in qua aliquid origani, hyssopi & similium coxerit: & si quidem humor crassior est, oxymelite vti oportebit. Decumbant molli lecto, aère temperato, dormiant & vigilent vt trunque mediocriter, victus incidat & attenuet. Sed aduertendum in vsu mullæ & mellitorum. Aliquando enim acrimonia in mollis alui irritatur: diarrhœa sequitur: quæ si perseuerat, hominè præcipitat. Itaque si inde metus est, vel bene cocta mulla, vel ptisanæ cremore vtendū est. In vsu attenuantiū & incidentium tū alimenterū, tū medicamentorū denique omniū, quæ vel intra sumuntur, vel foris admoventur, vitanda sunt omnia, quæ minus calfaciunt. Etenim febrè augment, humores crudos cōmouent, deiiciunt vires, syncopen accelerant & mortem. Hæc igitur omnia non longè à medio recedant. Frictionibus & inunctionibus opus est. Atque hæc quidem omnia, & vt cruditas concoquatur. Aspero itaque lintheo crura, brachia, spina deinceps ordine perfricentur deorsum versus, *l* dum incalescant. Postea verò oleo dulci, non salso, non rancido, alioqui butyro recenti eadem partes inungantur. Hieme etiam chamæmelino, anethino & similibus quæ leniter quidem calfaciant & digerunt. Sed perpetuò ad pulsum animaduertendum est: qui si minor, obscurior, magis inæqualis fieri videatur, omnino viribus consulendum. Vinum dilutum propinandum, mica panis ex vino, hordeatum, lac amygdalarum, omnia quidem exigua quantitate, sed non ita magnis interuallis repetita. Alioqui si constant vires, tenuis victus conuenit, & per interualla. Leue catharticum phlegmagogum, vbi iam apparet aliquod signū coctionis. Maioribus pharmacis abstinendum. Intempestiuus enim maioribus remediis vel necantur ægri, vel in periculum conjiciuntur, vnde vix possint reuocari. Animaduerte ergo ad vires *m* ex pulsu, ad coctionem ex vrinis. Vrinar ū hic ferè ordo est. Vbi expectatur salus, exeūt initio crudæ & aquosæ, postea sedimentum ponunt crassum, diuulsum & asperū. Conturbatur, sed cōturbatæ sedimentum ponunt, celeritùs quidem, si quidem melius habet coctio: tardius, si non ita bene sedimentum. Deinde melius sit, propius accedens ad album, læue & æquale. *n* Melius procedente morbo, iam non sedimentum, sed sublimamentū, vel nebula in media vrina ostenditur. Cum iam appetit perfecta coctio, neque sedimentum, neque sublimamentum, sed tantum nebula in summo vrinæ attollitur: atque ita vrinæ ad naturam redeunt, simulque æger ad pristinam valetudinem. Videndum quoque ne te fallat vrinæ conturbatio. Perturbatur vrina, vel quia calor natiuus iam cruda concoquit: vel

g Properiti medici arbitrio, vt ad vnc. 4. scilicet vasculum vnum & dimidium.

h Sanguinis mutatio expectatur, cum vitæ sanguis paucus, & frugi multus: at si ille superet, minime.

i Eadem ex lib. 2. de vult. ratio in acutis expectanda in inflammationibus à secula vena non longè distat.

k Ut si maior eius copia adiaciat, aut si aeger diutius vitetur.

l Materia parte in halius digesta.

m Sed enim cum artus abundè calidi videbuntur, metusque erit, ne ex ampla fritione lassitudines sequantur, tum desistendum.

n Virtutis vitæ precipua in morbis ratio habenda. Artoria pulsu se protulit. Itaque saluus & mortis indicium securus ex pulsu, cōtentionis ex vrina, pteitur.

o Tunc enim sit vrina similes sanorum, quæ sedimentum caret.

quia extinguitur. Vtrumque distingues ex pulsu. Etenim si pulsus, quam ante, melior, coctio cœpta est. Si verò minor, obscurior, magisque inæqualis, mors in propinquo est. Suffocatur calor multitudine materiæ, deinde quia humor crassus vias intercipit, multæque obstructions fiunt. Clysteres, vbi resistit aluus, acriusculi infundantur. Alioqui, si à viribus metus est, remittenda sunt cætera remedia ad tempus, & tantum viribus consulendum est. Vbi omnia mediocria sunt, mediocriter temperanda omnia, ac toto decursu morbi faciei color, vrinæ commutatio, & pulsus diligentissimè consideranda sunt. Ex his omnis remediorum ratio colligitur. Et in hac febre, quæ sæpe incidit, nullum leue peccatum est. In summa clementer cum hac febre agere oportet.



DE SYMPTOMATIS FEBRIVM.

a Somnus & vigilia, ut animalis facultatis sunt symptomata, explicantur Naturalis somnus in febribus causas arguit moderatas & vtilis: at qui præter naturam est, contrarius, ut in lethargicis: medius est interdum, ut in tenuis, qui à naturalis recedens, nondum tamen est præter naturam, qualis in pueris etiam cernitur. b Tunc enim somnus calorem alienum refrigerat & restinguit, & natuum ad auge.

c Quis symptomaticis agrum auget, materia in vitium corpus consuente, ex comment. 10 in Aphor. 1. lib. 2. d Quot sunt somni est ex Hippocrate Aphor. 57. lib. 4. In febribus, ex somnis timores, conuulsiones, malum.



QUÆ cadunt in febres, vt & alios in morbos, symptomata, trium sunt generum: aut enim actiones læsæ, aut excrementorum, & euacuatorum excessus, aut affectus corporum, seu mutata existunt qualitates. Primi generis sunt, somnus, vigilia, delirium, capitis dolor, syncope, sitis, deiecta appetentia, rigor: Secundi, fluor, obstipatio, sudor, vomitus, hæmorrhagia: Tertij, linguæ scabrities, nigredo, icterus, & cætera id generis. Leuiora sunt interdum, & quæ medicum minus debeant exercere: aliâ grauiora, & quibus maiore cum diligentia & sollicitudine quàm febribus ipsis, sit consulendum. Dictum quidem est antea de iis febribus ipsis, sit consulendum. Dictum quidem est antea de iis febribus accidentibus, quæ ipsarum generationem necessario sequuntur, nec tamen curationem immutant: nunc ea traduntur, quæ præter communem aliorum sortem curationem ad se trahunt, quod causarum vicem obtineant. De his fufius Gal. lib. 12. Meth.

DE SOMNO ET VIGILIA.



Omnis a in febribus alius naturalis, alius præter naturam. Maximè b naturalis est in declinationibus, tum totius morbi, tum particularis accessionis. Præter c naturam verò iniitiis accessionum, atque vbi multus humor vitiosus acervatus in corpore. Sic enim vitium rapitur in medium corpus, laborem facit, conuulsiones, timores, & alia eiusmodi. d Ideo scriptum ab Hippocrate: In quo morbo somnus laborem facit, mortale: si verò iuuat, non mortale. Laborem facit, qui præter naturam est: iuuat, qui est naturalis.

Bonus

Bonus est (inquit Hippocr. aphor. 2. lib. 2.) qui delirium sedat, intelligens malum, qui delirium facit. Ac rursus, Somnus atque vigilia, vtraque si modum excefferint, malum. Neque enim omnino dormire bonum, aut vigilare. Sed hæc duo temperari debent, & maxime, vbi cruditas est. Somnus enim concoquit: vigilia verò digerunt, fuso calore in habitum corporis, atque ita repurgatis fumosis incrementis.

Habenda quoque morborum ratio. Est enim, cum e non ita dormiendum est, sed quantum vires requirunt: quod in peste dicitur. Ac febres omnes somniculosas plenas esse periculo certum est: frigidorum incidentium & tantum. f A Galenoli 3. de causis pulsus, vires vigiliarum causa assignatur, calor siccitas, dolor: quibus rebus eisdem contraria sunt remedia opponenda, refrigerantia, humectantia, anodyna. Quæ refrigerant, & humectant, partim assumuntur, partim admoventur. Assumuntur forbesatione, vi hordeata & amygdalata & recentibus hordeo & amygdalus, additis seminibus frigidis lactuca, portulac. melon. cucurb. aut papau. alb. ad Drach. 2. & horra somni, vel media nocte, si somni difficultas suadeat, exhibende: potiones hypnotica, ex decocto seminum portulac. lactuc. cepitibus papau. alb. & simili. in quo dissoluantur syrups. papauerinum, nempth violac. diacodium sine speciebus. Admouenda sunt linimenta, frontalia, cataplasmata, losiones partium inferiorum. Horum omnium formula subiiciuntur. g Ut Paulus Aegineta c. 41. lib. 2. Arthriticum vtrò vincula aptanda non sunt, ne fluxio aliqua in articulos imbecillos, vel iam laborantes, vi dolori conuehatur. h Quis etiam lethargum promouent, vehementerem cerebri frigiditatem cum humiditate coniunctam inducendo. i Vel tale fiat cataplasma. Rec. farina hordei subalta cum succo lact. & oleo rosaceo Vnc 1. vnguenti pop. Vnc. 1. f. cataplasma. V alenitius hoc erit, Rec flor. ros. viol. & nymphæ ana P. 1. sem. hyoscyami, lactuca, papau. alb. ana Drach. 2. coquantur, terantur addendo olei papauerin. Vnc. 1. papule Vnc 1. Repressa inter duas telas raras portio frontis applicetur. Huc pertrahunt linimenta, qualia ex cerato refrigerante Galeni cum oleo rosaceo agitato, ex olei viol. ol. ros. & succ. solan. ana Drach. 6. cum popul. & aceto, ex erythrodino cum albumine oui & alin id genus confici solent.

Græci sub horam somni manus & pedes ad articulos vinculis constringunt, dum defatigantur. Soluunt vincula, subducunt lumen, imperant silentium. In ratione vinculorum animaduertendum, ne corpus arthriticum sit, aut sint vlcera ad articulos. Sic enim ad alia remedia confugiendum est.

Anacollemata, quæ frontalia appellant, ad repellendum commoda, ex olei rosacei ʒ. i. aceti ʒ. 2. cum oui candido.

Aliud.

ʒ. olei viol. & ros. ana ʒ. ʒ. aquæ ros. vel betonica ʒ. 2. agitentur cum oui albumine. Fortius erit, si Gr. 6. vel eo plus opij addideris, aut ʒ. 2. populeonis. Sed in vsu anacollematum habenda ratio naturarum. Nam pueris, mulieribus, epilepticæ obnoxiiis, & mollioribus corporibus eiusmodi refrigerantia stuporem inferunt, h læduntque memoriam in reliquam vitam. In iis verò, qui remedia sustinere possunt, innouanda sunt sæpius: statim enim incallescunt.

ʒ. capita 3. papaueris. In pul. redacta commisce oui albumini. Bene fiet, si albumen oui ex aqua rosacea prius agites, & despumet.

Aliud.

i ʒ. olei papaueris albi ʒ. i. ʒ. populeonis ʒ. ʒ. albuminis ouo-

calia, cataplasmata, losiones partium inferiorum. Horum omnium formula subiiciuntur. g Ut Paulus Aegineta c. 41. lib. 2. Arthriticum vtrò vincula aptanda non sunt, ne fluxio aliqua in articulos imbecillos, vel iam laborantes, vi dolori conuehatur. h Quis etiam lethargum promouent, vehementerem cerebri frigiditatem cum humiditate coniunctam inducendo. i Vel tale fiat cataplasma. Rec. farina hordei subalta cum succo lact. & oleo rosaceo Vnc 1. vnguenti pop. Vnc. 1. f. cataplasma. V alenitius hoc erit, Rec flor. ros. viol. & nymphæ ana P. 1. sem. hyoscyami, lactuca, papau. alb. ana Drach. 2. coquantur, terantur addendo olei papauerin. Vnc. 1. papule Vnc 1. Repressa inter duas telas raras portio frontis applicetur. Huc pertrahunt linimenta, qualia ex cerato refrigerante Galeni cum oleo rosaceo agitato, ex olei viol. ol. ros. & succ. solan. ana Drach. 6. cum popul. & aceto, ex erythrodino cum albumine oui & alin id genus confici solent.

rum 2. vt ante, despumat. 3. 2. lactis muliebris 3. 3. Praferunt in hoc lac muliebre, si nutrit albo colore est, & puellam nutrit. Frontale siccum.

℞. quatuor sem. frigidor. ana 3. 1. sem. papau. 3. 2. florum nenupharis, violarum, anethi ana P. 1. f. ex omnibus puluis, qui inuoluatur in linteo duplici, deinde perfumetur cum aqua rosarum & betonica, aut cum vino albo diluto his aquis. Aliud.

℞. nenupharis, rosarum, violarum ana P. 1. corticis radicis mandragoræ 3. 1. 3. sem. papa. albi, coriandri ana 3. 1. conquassentur crassiusculè inuoluantur, & perfumentur, vt prius.

Potiones.

℞. syrupi papaueris, de nenuphare ana 3. 6. decoctionis lactucarum 3. 2. Capiat hora somni. Aliud.

℞. lactucarum P. 1. dactylos tres, caput vnum papaueris. Fiat decoctio ad 3. 4. cum 3. 1. syrupi rosati, fiat potus. Vel,

℞. dactylos duos cum capite papaueris, f. decoctio ad 3. 3. In col. dissol. sacchari rosati 3. 3. Conuenit vbi distillatio in pulmones cum vigiliis, ac ferè commiscemus ea quæ adstringunt, vbi fluxio est, vt in dysenteria.

℞. syrup. de papau. 3. 1. diacodij sine speciebus 3. 1. aquæ ferrat. 3. 3. Detur hora somni. Conuenit & syrupus rosatus, aliàs per se, aliàs cum aliis. Olfacere oportet oleum de semine lactucæ, de nenuphare, violarum, cucurbitæ, aut ex his nares inungere. Alioqui refrigerantia, vt lactuca, flores violarum, nenupharis, semen & capita papaueris, semen album hyoscyami, coquantur aqua: k vapor auribus & naribus excipitur: spongia in his immersa & expressa subinde naribus admouetur. Conueniunt molles frictiones plantæ pedum, linteamina bene munda, instratum cubile refrigerantibus, susurri facti, identidem infusa aqua. Sunt qui abrafo capillo humectant caput spuma feri lactis feruefacti: melius fuerit oleo rosaceo perfundere. Alij è floribus croci, demptis staminibus, aquam distillant, eius aquæ ad 3. 4. propinant hora somni. l Quidam etiam probant manus & pedes ablui ex decocto refrigerantium. Bonum quoque fuerit hordeata, lac amygdalarum dissoluere ex decocto lactucarum, capitum papaueris & similium, iuscula alterari cum multa lactuca, nodulos quoque fieri, qui iusculis incoquantur. Vt,

℞. quatuor seminum frigidorum maiorum, portulacæ ana 3. 3. f. nodulus. Vbi verò nimium somniculosi sunt, exprime succum è radice fœniculi, & inde naribus, aut spongiam imbues aceto, in quo prius concisa radix fœniculi, hyssopus, nux moschata, aut quid simile coxerit.

k Nam per cecos nervorum metui, qui ad partes illas perreperant, vapores cerebrum irrigantes & humectantes, somniumque tepore suo consistantes offeruntur. l Parabitur autem lotio ex decocto foliorum salicæ lactucæ. vtrum foribus nymphæ viol. chamamæis licebit eodem decocto, (additu tamen aliquo cephalico, vt beton. stachade, & similibus) caput abluere, nam vapores aëres resoluendo & refrigerando somnum conuulsibus poterit quoque sacculus institui ex rosis violar. cortice papauer. alb. seminibus lactucæ & hyoscyami, puluere an. ac. sapa & sapa naribus obici.



DE SITI.

SITIS fit a humido deficiente, aut calido superante. Calori aliquando coniuncta est siccitas, vt in ardoribus: alioquando humiditas, vt in hydropifimis, & quom pituita salsa ventriculo in hæsit.

Nascitur autem vel ita alterato toto corpore, vel certis partibus: quales sunt gula, stomachus, ventriculus, viscera, primum intestinum, pulmo. Sitis quædam est, quæ nullo potu expleri possit, ideoque ἰσχυρὸν Græci vocant. Etenim non aliter quam qui à dipsade serpente morsus, inexplabili siti ardent. Idque aliquando in morbo contingit, de quo cap. de profluvio vrinæ. Aliquando id contingit iis, qui veteri vino b. indulgentius sese ingurgitarunt: aut vinum alioqui calidum largius hauserunt: vel qui marinam aquam, dulcis inopia, diutius biberunt: qui denique falsis & medicatis alimentis, vel etiam pharmacis id ipsum contraxerunt. Vbi humidum effervescit, biliosus succus, salsaue pituita in ventriculi tunicis imbibita est, hoc idem accidit. At verò ex contrariis causis sitis nulla est, vel quia sentiendi facultas demortua est in ventriculo. Hoc verò in febribus maximis & ardentibus exitium denunciât. Est cum adsit iusta causa sitis, non sitiant tamen, qui febricitant: tum quia, vt modò dicebatur, extincta est sentiendi facultas ventriculi: tum quia à capite humiditas defluit, atque inde irrigatis partibus, vnde sitis incendi solet, non sitiant.

Vitiosa quoque sitis est, cum scilicet alienos potus appetimus ex natura humoris vitiosi imbibiti tunicis ventriculi, qualis est pica circa cibos, id est, absurda mulierum appetentia, quæ vterum gerunt. Hæc itaque prius distinguenda sunt, quam de potu fideliter decernas. Neque permittendum est, vt diutius sitiant maximè in febribus: atque vbi siccitas est. Quin & in declinatione cogendi sunt, vt bibant. In accessionis principio & augmento potus prohibendus, ne veluti in fornacibus fabrorum suffusa aqua, aut alio liquore febrilis calor vehementius incendatur: sed cum sitis fallenda est madefacta lingua, vel etiam conuoluta folio lactucæ, acetosæ, aut linteolo in aqua frigida, vel oxycrato madefacto. In vigore collocationibus iam vtendum, & gargarifinis: qui vbi inclinât, & vehementer sitiant, largiter ac confertim bibendum, quantum, videlicet, haurire possint. Sic enim fit, vt subito motu & contrarietate potus excitatus calor foras dissipetur.

Somnus d sitim sedat à siccitate, declinationibus tempestiuus. Sanguinem enim intro colligit, vnde siccitas temperatur. Vigilia verò sitim lenit à calore, calorem enim foras excludit. Ideoque quicumque merum largius hauserunt, ac per fumos & vapores calidos sitiant, iis non modò frigida potus, sed etiam vigilia remedio est. Sedandæ siti ardentium, & eorum qui calido & sicco laborant, con-

a Gal. cap. 30. lib. 1. Simil. Sic comment. 1. in lib. Hippoc. de natur. hum. sicut (inquit) si nobis siccitas sentiu. Est autem id symptomatum generum febrium ferme omnium in diuiduum, sed maxime continuorum omnium ardentium, atque adeo tertianarum febrium. b Vinum enim meracius & largius epotum hand aliter in ventriculo, ac mustum in dolio, dum feruet, fumos & vapores calidos emittit, à quibus sicut.

c Iuxta Hippocrati Aphor. 54. lib. 4. Quibus plurimum sicca iustus leuiter irrisantes in febribus ardentibus sunt, non multum sicut insistantur. Nam (aut Gal. in commentario) madescunt quodammodo loca, quæ ad arteriam arteriam spectant.

d Hippoc. sect. 4. lib. 6. Epid.

ueniunt, quæ refrigerant & humectant: quale est dilutum oxycratum, id est, aceti modicum, eiusque tenuis & bene puri, multæ aquæ mixtum, vt facile bibi possit. Acriore enim vtendum erit, vbi pituita salsa est, aut alioqui humiditas iuncta calori, vt in hydrope.

e Nam si sit aliquid humor coliculus, qui perperam se vis affertur consecutione, purgatione de turbandum. Sic vomitu reiecta bile, inquit Galenus, extinguitur stitio.

Aqua frigida, si neque infirmitas visceris, neque cætera prohibent, tempestiuè data, efficacissimè sitim extinguit, quam calor & siccitas faciunt. Quod si ab aqua frigida noxa metuitur, quinta parte tepidæ vini aquo si iulepi violati, aut rosati, parte subdecupla sacchari temperari potest.

Aliud.

℞. sem. lactucæ & cucumeris ana ζ . β . liquiritiæ recentis & rasæ ζ . i. bulliant in σ . β . aquæ. Aqua refrigerata per se vel cum modico aceti, vt prius, aut aliis proximè dictis, bibatur. Hordeatum mundatum & excorticatum in quadrupla aqua bibitur. Præparata

f vulgaris bene cocta ex hordeo mundato, recenti, succulento, excorticato, & glycyrrhiza similiter recenti & rasa, vtilissima est. Sed hæc Medico animaduertenda sunt, alioqui sitim facit, non extinguit. Cydonia & pyra humidiora, cucurbita, cucumer in rotulas conciduntur, immittuntur vase aqua frigida pleno, vas in puteum ita demittitur: vsus tempore aqua bibitur, cum vehemens ardor est. Mel rosatum more veterum præparatum, aut saccharum rosatum, sæpius rosata aqua rosea factum, in octupla aqua dissoluitur. Cydonia, pruna, extrema lactucæ ac portulacæ, capreoli vitis, ramenta cucurbitulæ & cucumeris, aqua plantag. vel rosea macerantur & ore continentur. Similiter & granatorum succus, syrapi violacei

℞. i. in ζ . 4. decoctionis lactucæ. Iulepus violatus, rosatus, vel ex aqua & saccharo factus, saccharo quidem communi, vel violato. Vinum granatorum, syrupus limonum & similia cum aqua hordei, decocto glycyrrhizæ & similibus propinantur. Pilulæ sunt ab antiquis commendatæ sub lingua retinendæ.

℞. sem. cucumeris ζ . 4. gummi tragacanthi ζ . 2. gummi dissoluatur oui albumine, semina trita commisceantur, g fiant pilulæ.

Siccantur in vmbra, paulatim deglutiantur. Circa guttur inunctio ex oleo rosaceo cum aquis, aut succis semper viui, solani, vmbilici veneris, lactucæ, acetosæ, portulacæ, mucaginæ psyllij, aliquot granis caphuræ, in quibus linteolum subtile & rarum subinde madefiat, ac frequenter apponatur. Conueniunt & ea, quæ contra æstum dicta sunt capit. de Febre ardente.

DE A LINGVÆ SCABRITIE ET nigredine, totiusque oris.

LINGVA tunica vestitur, quam communem habet cum toto ore, palato, larynge, gula, stomacho, internoque ventriculo: tum etiam angustissimas venas, per quas visceribus communicata fit, vt ex colore linguæ de viscerum, venarumque habitu coniciamus.

Humores enim, aut certè vapores è reliquo corpore è sublati, vbi iam non habent, quod ultra progrediantur, in spongiosa lingua consistunt, & corpus linguæ afficiunt, inducunt scabritie, nigredine, fissuris, siccitate, aliisque id genus. Eadem quoque affectio totum os, quin & asperam arteriam & œsophagum occupat. Scriptum ab Hippocrate 4. Aphorif. & 6. Epid. Quibus plurimum sicca tussis leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multum siti infestantur, neque iis lingua exurit. Aliquando enim tenuis humiditas in os & linguam defluit, vel frequente tussi è vicinis corporibus glandulosis eadem humiditas excutitur. Pars quoque in partes inferiores defluit, vnde hæc omnia humectantur ex quo neque multa sitis, neque exustio. Pessimum signum est, vbi nigrescit lingua, & nimis scabra est. Hic igitur in primis c prohibendi sumi sunt, qui à reliquo corpore attollantur, coriandris præparatis, saccharo ros. interceptis viis, vt postea dicitur. Lingua scabra hydrelæo tepido sæpius fouenda est. Sed oleum dulce sit, & bene lotum aqua pura, nulla qualitate vitiosa. Alioqui tantum aqua tepida vtendum est: in qua si vis, præcoxerint semina cydoniorum, althææ, maluæ. Posteaquam verò ablata lingua est, scabrities & humor qui inhæsit, satis aspero linteo, spongia, cæruleo panniculo, cochleari argenteo, vel ad id parato instrumento detergenda, abradendaque. Sæpe enim veluti nigra fuligine obducta est lingua, quæ pertinacius hæret, nisi abradatur. Idque ferè fit ab adusta bile, & sursum lata, vnde ita & deliria, & profluua sanguinis ferè contingunt. Aurelianus spongia aqua tepida imbuta absterget simul & humectat. Quod si humectandi consilium vincit, quia siccior lingua est, lini semen, cydoniorum, althææ, maluæ, psyllij, portulacæ, myxaria seu sebesten, althææ radices, aliæque eius generis, quæ humectant & emolliunt, in aqua prius coquenda sunt, in qua molle linteolum subinde inculcabis, atque ita linguam remollies. Vbi verò scabrities vincit, atque idè abstergendum magis asperiore linteo, pâniculo illo cæruleo, extremitate baculi alligato, vel spögia vteris, & in præscripta aliquid sacchari candi dissolues, atque vbi satis humectatum, atque repurgatum os fuerit, frigida colluendum est. Cautio ne phreniticis & delirantibus, dum os abluis, in os digitum inducas. Mordicant enim, & digitum abscindunt. Cornelius Celsus penicillo è carpto linteolo & cõstructo,

a Quia lingua scabrities & asperitas fit ob immodicam siccitatem, ut nigros ob immoderatum calorem. Gal. comment. in sent. 4. lib. 4. de rat. viti. in morb. acut.

b Non enim lingua colorem mutat ratione aliorum humorum, nisi si aut ventriculo continetur, aut prævehementi calore sustinetur, in sublime ferantur. Comment. in sent. 14. lib. 6. Epid.

c Quia verendum est, ne fumorum istorum in cerebrum raptus, phreniticum committat.

ne dissipetur, linguam deterget, quam prius aqua calida inculcat, deinde melle ungit, & oleo rosaceo. Mel enim purgat & deterget. Rosaceum reprimat, & siccescere non sinit.

Alioqui butyrum recens sapius ex aqua rosacea abluet, cui deinde saccharum commiscebis. Quod si sola ariditas, cerato rosaceo liquidiore vitetur. Saccharum candum retentum ore humectat & deterget. Paulus Celso ferè consentit, & rosaceum incorporatum melli plurimum commendat. Sumach incoquatur multa, hinc scabritiem detergebis. Pruna damascena & sebesten incocta aqua rosacea humectando conueniunt, & reprimendo, succus portulacæ eiusque folia ac reliquæ id genus herbæ prius enumeratæ cap. de siti.

Archigenes sale Indo utebatur: nos saccharo cand. Auicena. baculo rusci, aut salicis deterget: oleo amygdalino cum modico saccharo optimo humectat & deterget. Quod si oleum odiosum est, lacte amygdalino utendum erit. Sed aliquando profundius scabies inhæsit: cancrum vulgus appellat. Tum Chirurgus uti oportet, qui depressa lingua instrumentum ad id conueniens profundius immittat atque detergeat, ex quo gargarismis utendum est.

d Hoc gargarismate colluendum os: vel linteo a spero demerso lingua infricanda: ut si cochleari, aut instrumento conuenienti abradatur, mox abluatur. *e* Hæc parum iuuant sic admodum. *f* Addit in eodem vulgus animalcula millepeda vocata, quia fortasse scriptum est a Dioscoride ea illita cum melle anginis remedium esse. *f* Nam per supinos decubitus vena cava & aorta arteria incalescunt impensius, unde nimis caliditas, lingua scitatur & asperitatu parens. *g* Oris enim hiatus madorem, seu saluosum humorem absorbit.

℞. d aquæ hordei aut ptisanæ bene præparatæ ℥. 4. sacchari violati, sacchari candi an. ℥. β. Vel,

℞. hord. mundat. ℥. 1. tragacanth. alb. sem. cydoniorum, sem. maluæ, liquiritiæ recentis mundata succi eiusdem ana ℥. β. Fiat decoctio in aq. purissima ad ℥. β. In expressione dissolue penidiorum ℥. 2. Fiat gargarismus, quo tepido vitatur.

Alius.

℞. sacchari candi, tragacanth. albi, gum. arabici ana ℥. 2. sem. psyllij, cydoniorum, portulacæ ana ℥. β. conferuæ violarum ℥. β. Vniantur omnia, deinde dissoluta in iulepi violati quantitate sufficienti, gargarismum faciunt contra scabritiem arteriæ, totiusque oris interioris. Collum verò, qua maximè parte venæ sunt & arteriæ, illinatur subinde hoc unguento.

℞. ol. violat. sapius loti in aqu. violarum ℥. 2. butyri recentis sapius loti ex aqua rosar. ℥. β. fiat unguentum. Vulgus vitetur e foliis linguæ canis, quæ collo circumponit, aliisque herbis plurimis. Frequens quoque illi est aqua caprifolij & arnoglossi, similiter & omphacio aliquando vitetur. Decumbere oportet in f alterum latus. Supinis & ore g hiantibus celeritius lingua exarescit. Sternutationes linguam humectant, quia violento motu è vicinis partibus humidis, humiditas in os exprimitur.

DE

DE DOLORE CAPITIS IN febribus.

DE dolore capitis iam multa dicta sunt, quæ in hunc locum referri possunt. Peculiariter in capitis doloribus, qui cum febre per initia inuadunt, prima aut secunda remissione a sanguinem mittito, si vires & cætera permittunt.

Verum priusquam de phlebotomia decernas, videndum ne dolor hic propter adstrictam aluum, aut vapores ventris, non quia materia in capite est, excitetur. Hic enim, quod ad dolorem attinet, phlebotomia necessaria non est, sed clyster sufficit, ut si post septimum diem dolor primum inuasit, sanguis quidem detrahendus non est, sed aluus liberaliter mouenda est, vel pharmaco mediocri, vel rhabarbaro, catholico, vel clystere acriusculo. Quod si nec clysteri quidem aut pharmaco concedit dolor, cucurbitula occipitio, vel unci defigenda est, sine vulnere quidem si tantum vapor est causa: cum vulnere, si qua materia capite continetur.

Veteres raso capillitio asperitionibus plurimum utebantur, & ex alto infusus liquoribus in eas partes capitis, quæ per suturas anteriores humer in caput descenderet. Utebantur ferè oxyrhodino, rosaceo cum aceti modico, si quidem calidior febris, talisque aëris conditio.

Frigidior verò corporis habitu, & hyeme, chamæmelino cum acetate quinta parte, quod prope fiet, si ℥. 2. aceti, olei ℥. 1. commisceas. Sed nunc ferè anacollematis seu frontalibus utimur, quæ frontem & tempora comprehendant ex eadem materia. Vel,

℞. olei rosar. ℥. 2. olei communis, vel chamæmelini ℥. β. Æstate frigidis, atque ubi feruentior febris est, ubi verò mitior febris, nec cælum feruet, modò tepidis, modò calidis utendum est. Aliquando, proximæ mixturæ succum polygoni commiscemus, nonnunquam capita papaueris in oleis elixamus æstate, & vehementiori febre, alioqui serpillum, mentham, betonicam, saluiam, anethum, peucedanum & similia.

Perseuerante dolore cataplasmata fingenda sunt.

℞. farinæ hordei M. 2. malaxentur cum succis fœniculi, & olei rosacei ana q. s. Fiat cataplasma, quod in totam frontem & tempora extendatur. Quod autem & subinde remedia commutari, priusquam nimium incalescant: quodque olea nec rancida, nec grauius olentia nec salsa esse oporteat, iam sæpè dictum est.

Cornelius Celsus a rosas in aceto macerat, fascia in eo aceto madefacta maceratas rosas inuoluit fronti, & temporibus apponit, sæpè innouat: alioqui lana in eo aceto inculcata vim remedij conferuat, quod & in aliis remediis fieri potest, ne celerius incadescant, sapiusque commutanda sunt.

a Dolor capitis febris symptoma non semper curantionem ad sefert. Etenim in crisi, ne natura motus interturbeur. eo etiã infestante, nihil molendum. *b* Materiam tamē assentientibus si sanguis sit mittendum, interna primum secunda, si plethora adest, si minus, externa, dein vena frontis. Nam posteriora capitis dolenti vena in fronte scilla inuat, aphor 68. li. 5. Denique ex arteria vires potestular, quæquam ista particulari capitis venarum perfuso haud ita si frequens, ut prima ad liorum superiorem excitatione diximus. *b* Materia in capite contenta indicia ex rubentibus oculis & facie, pulsus magno in temporibus, produntur. *c* Efficacius erit cataplasma, si olei rosacei loco, papauerinum adixeris. *d* Ad huius imitationem similia sunt, ex laetuca recentis, portulac. semibus frigidis, semine papaueris, floribus violar. & nymphæa, singulis parum conuisti, & rariore panone excepti.

excitare oporteat. Est & genus sudoris incogniti antiquis qui paucis diebus hominem resoluit, ferè similis ei sudori quem cardiacum dicebamus. Vocatur autem *d* Anglicus, quia in Anglia anno 1486. populariter grassari cœpit, quo correpti stomachi & capitis æstuoso dolore cruciantur, toto corpore sudorem foetidum effundunt, sitiunt, intra viginti quatuor horas animo deficient & moriuntur. De quo iam multa scripta sunt. Sed qui eo tempore vixerant, afferunt præcipuam causam mortis, quod loco stare nequeant agri, pedes, manusque ad refrigerium iactent, ac suppresso sudore moriantur.

Itaque cautio fuit Anglis, vt qui interdiu corripere, e statim cum veste decumberet, foueret sudorem: qui verò noctu sese colligeret, bene cooperiret, vt efflueret modicus sudor. Potu vtatur, qui temperet sitim, cibo si carere potest, bene est: sin minus, frugaliter vtatur: nec se dimoneat lecto, nec iactet membra ad refrigerium. Est enim lethale, vt vix centesimus quisque euadat: aut si qui euadunt, in morbum bis terque relabantur, & tandem concidant. Hæc ex Chronicis Angliæ, quas scripsit Polydorus Virgilius.

Sudores verò in febribus aliàs cohibere, aliàs excitare oportet. Critici, siquidem resistunt, excitari debent: ac ferè resistunt, vel quia copiosior materia est, vel qualitate crassior, & lentior: alioqui externa causa est. Propterea consuetudo est, vt syrupum acetosum cum ptisana, vel aqua hordei calida imperent, alioqui ptisanam vel aquam hordei saccharo conditam. Atque hæc calida imperentur vt citius penetrent in corpus.

In summa quæcumque vim habent aperiendi, nec adeo calefaciunt, mouendis sudoribus imperari debent.

Atque vbi materia crassior est, minusque calida, decoctum hyssopi, thymi, pulegij & similibus, vel oxymelitis, vel syrupo acetoso miscendam est.

Verùm in sudoribus etiam criticis *f* modus quidem esse debet, quemadmodum & in reliquis omnibus criticis excretionibus.

Modum verò tibi indicabit pulsus, qui per eiusmodi excretiones vehementer & magnus est. Quo igitur tempore talis permanet, nihil ab excretionem tibi metuendum est, vbi verò cœpit imminui & languescere, sistenda hæc excretio est. Historia est apud Galenum libell. de vsu respirationis. Imperitus quidam Medicus sudantem adolescentem in balneum deduxit, & extinxit, præter modum citatis sudoribus.

In *g* syncope copia grauante, inflammationibus viscerum, principis morborum acutorum sudores mali. Etenim naturæ imbecillitate, non robore affluunt. Ab animi quoque molestia, conuulsionibus, magnis doloribus sudores commoti cohiberi debent, vt etiam qui *h* resolato corporis habitu affluunt. In sudoribus remissis neque satis fluentibus melius est aquam gustatim cadere, quam

d Nonnulli sudorem eiusmodi ad typhodem febrem retulerunt, cum tamen ad pestilentem potius videatur referendus. In Anglia, unde nomen obtinuit, capiti grassari ob regionis illius humiditatem. Idem Germanos anno 1528. infestauit. Sic Aristoteles sect. 1. Problem. subet egros febricitantes, potissimum cum sudores eruperint, contineri.

f Critica excretio est sistenda non est, si tamen vbius fuerit, metu nimis vrium excretionis, tutosistur. Nonnunquam enim natura suam semel molita excretionem seorsum continere nequit, non tunc, ac qui per decessum suum cursum insistentur.

g A qua frigidus est sudor, nature infirmitatem a crassis humoribus, vt ante dicitur, arguit. In Halitus corporis alligatio est in sudores, succorum vero in vena per ditiones, aut vrinam.

quam tenuiter & parè corpus madefacere.

Diapasmata Græci vocant, quæ ad sudores insperguntur, vt Alipasmata, quæ inunguntur magisque cohibendis sudoribus. Diapasmata ex materia refrigerante & astringente, vt est rosarum siccarum puluis, terra Samia, Cimola, creta, alumen scissile, plumbum exustum, gypsum lotum, mala punica. Hæc singula commixta vel per se subtiliter trita corpori insperguntur, vel astringente oleo commixta inunguntur.

i Ad sinistram mammam, & totum ventrem remedia adhibenda sunt, ac subinde mutanda sunt. Cæterum vbi tumor præternaturam in hypochondriis, adstringentibus abstinere oportet, vtendumque pane ex rosaceo subacto: Alioqui farinam volutilem ex aqua, vel rosaceo subactam hypochondriis impones. Atque remedia, quæ sudores cohibent, fugere oportet.

Aëtius cataplasmatibus refrigerantibus sinistram mammam & totum ventrem comprehendit, smegmatibus verò aut diapasmaticibus, id est, puluisculis collum, thoracem, alas, inguina conspergit. Corpus quoque ventilandum est, atque leuandum stragulis. Possumus succo plantaginis, portulacæ & similibus media corporis irrigare, vniuersum corpus ceratis ex oleo astringente inungere.

Paulus resistentem sudorem criticum, aut remissum, fotu, quiete, calido clystere, sorbilationibus, somno denique adiuuat.

Sudores ab animi molestia, conuulsione & similibus extrematum ligatura, fotu extremorum, vestimentis laneis compressit.

In summa nullus sudor vi exprimendus est. Sed vbi natura eam excretionem molitur, tum quidem adiuuanda est. Certissimum indicium salutis sudoris è pulsu colliges, qui magnus & vndosus esse debet, si quidem sudor salutis futurus est, at præter cætera animaduerte, quæ sudoris causa extiterit.

Si enim præter naturam est, qualis est dolor animi, molestia, conuulsio, interior inflammatio, & similia, sudor quidem resoluit corpus, non lenat, itaque cohibendus est. Contra verò si naturæ victoriæ est, pulsus magnus erit & vndosus, neque tum sudor cohibendus, sed si resistit, incitandus, dum incipiat pulsus languescere. Signa prognostica, è quibus prælagias sudorem, iam ante descripta sunt cap. de febre ardente.

Sudor qui grauitè olet, putridam, corruptamque materiam ostendit. Suspectus est, qui non soluit febrem, qui non minuit symptomata, qui alio die, quam critico, existit.

Ab his enim partibus sudores effluunt copiosiores.

g *h* *i* *j* *k* *l* *m* *n* *o* *p* *q* *r* *s* *t* *u* *v* *w* *x* *y* *z*

DE MORBO REGIO.

A Non enim antedidit spiritum bilem indicatoris offerri potu est, inquit Galen. comment. in cum Hippocr. locum.

b Adde quod etiam si fiat post septimum, periculo non vacat, ut si sit ab obstructione, inflammatione vel scirrho.

c Horror enim aut rigor sequitur indicant excretionem.

d Sic Hippocrates sent. 67. sect. 2. libr. 1. Epid. servatos multos ante diem septimum commemorat, quod alia copiosa excretio esset consequuta. Nam ante septimum dies alij quoque sunt tristici, in quibus omnimoda fieri potest excretio, sed non solius bilis in cutem. Hac enim sola depulso ad crism non sufficit ante septimum.

e In febribus enim ardentibus (inquit Hippocrates lib. de iudicationibus) si postquam septimo die regius accidat morbus, indicium est sublati sudoris, & soluta febris.



VIBVS in febribus morbus regius ante diem septimum accidit malum, inquit Hippocrates. Tum scriptum ab eodem primo de morbis popularibus, multos servatos, quibus die quarto morbus regius accidisset, & lib. de rat. victus aetorum. Morbus regius ante septimum si cum horrore, salus: si sine horrore, mors. Quæ quia pugnare videntur, meminisse oportet morbum regium ante septimum ferè exitiosum, nisi sequatur excretio, qualis est fluor sanguinis è naribus, alui profluuium, vrina multa, sudor, vomitus, & similia.

Alioqui naturæ infirmitas ostenditur, grauis intemperies, aut obstructio hepatis, eiusdem inflammatio, aut scirrhus. Quod si initio morbi natura concidit, exigua spes reliqua est.

Post septimum diem verò, siquidem criticus est, salutaris est.

Post septimum significare sudorem scripsit Hippocrates lib. de iudicationibus.

Si igitur post septimum morbus regius sit, & criticus est, expectanda salus, multò magis, si qua excretio critica coniuncta est, unde leuetur natura, minuatur febris, eiusque symptomata.

Verùm aliquando & morbus regius fit, & sequitur excretio, & mori contingit. Ita Hermippus in Epidemiis cum à morbo regio abundè excreuisset per aluum mortuus est.

Phanagoræ seruus tertio die auriginosus nihil excreuit mortuus est.

Heraclides & alij permulti sexto die auriginosi seruati sunt, quibus sequuta per vesicam purgatio, turbata alius est: vel profluxit sanguis è naribus.

Præter remedia, quæ proprio capite de morbo regio descripta sunt, conueniunt balnea dulcia, vnctiones ex oleo chamæmelino, anethino, irino, aut cui rosmarinus incoctus sit.

Potiones, quæ aperiant, rarefaciant, moueant sudores, quæque partim cap. de variolis, partim cap. de sudoribus descripta reperiuntur. Atque vbi extincta febris est, liberior vsus est aperientium. Oculis conueniunt fœtus ex aqua tepida, in qua summitas fœniculi, flores chamæmeli, anethi, rosmarini efferbuerint. Atque eadem aqua, & facies, & corpus vniuersum ablui potest.

Oxyfacchara, Granatorum succus cum modico melle albo, vel saccharo oculis inungitur. Errhina imperantur.

Ablutio faciei ex aceto albo tepido. Errhinorum vsus in balneis ex aceto acerrimo scyllitico, succo nasturtij, maioranæ, betæ, fœniculi, rosmarini. Elaterij momentum in lacte muliebri dissolutum,

DE DISSOLVTA APPETENTIA.



APPETENTIÆ ideo consulendum est, quia longiore inedia vires dispereunt. Itaque quantum morbus patitur, curandum vt æger aliquid appetat. Neque omnino denegandum est, quod æger appetit, etiam si non ita morbo conuenire videatur. Scriptum enim est ab Hippocrate aphor. 38. lib. 2. Parum deterior potus aut cibus, &c. quod ea quæ cum voluptate assumuntur, ventriculus amplectetur auidius, & facilius concoquat.

Atque interim coguntur vti clysteribus, b qui nutriant, vbi nihil deiecta appetentia, nihil absomit æger, aut omnia reuomit. Similiter & cibum non sentientibus & cardiacis, iuscula caponum pullastrorum cum modico saccharo, hordeatum & amygdaloga.

Oribasius alicam, triticum, far, furfures, panes coquit, & decoctam infundit nutriendo, & stercorea & duriora excludendo. Meliusque fuerit priusquam nutrientem clysterem in jicias alio clystere intestinum repurgare, ac quantum fieri potest, & paulatim & in profundum nutriens clyster infundatur.

Aëtius oua confracta in ptisanæ cremore, aut alicæ, iniicit vacuo intestino, hoc est, bene repurgato veteri stercore. Nunc vitellum oui in hordeato, lacte amygdalino, iure carniū dissoluemus. Potus sit e iulepus rosatus, distillatum: sed quia dulcia sunt, quarta pars vini granatorum adici debet. Gelatina cum eodem vino, vel granis acidi granati, granatum quoque acidulam, cum modico saccharo exhibeatur. Iulepus factus ex succo depurato capreolorum vitis. Syrupus de agresta cum aqua cocta frigida. In conualescentibus sæpe humor aliquis reliquus est imbibitus ventriculo, vnde deiecta appetentia. Eos scripsit Hippocr. egere vacuatione.

Vacuatio olim ex hiera: nunc ex rhabarbaro. Optimum fuerit vacuans medicamentum imperare ex decocto eorum, quæ detergent, & maximè cicerum rubrorum, absinthij, hordei & similium. Cinnamomum aceto scyllitico maceratur, estur matutino.

Incidit aliquando febriçitantibus vomitus superfluous. Remedia ex lib. priore, cap. 9. de cholera, morbo & vomitu petenda sunt. Quinetiam incidunt hæmorrhagia, singultus, syncope, quorum remedia propriis capitibus descripta reperias, habita semper ratione causæ, seu febris copulatæ. Interim si alius durior fuerit, mollienda clysteribus, ex iis, quæ partim ardorem attemperant, remolliant, & si fuerit opus, aliquid trahant. De profluentis alui remediis, tremore cordis & cordiaca febre abundè ante dictum est.

a Dissoluitur appetentia, & cibi fastidium ingeneratur à vitio, si humoribus, quos imbebit ventriculus. Ad hæc quoque causam accedit virtutis imbecillitas, que præsertim calidam sequitur intemperiem.

a Gal li 5. Method. ait intellectus clysteres non ascendere ad ieiunum intestinum, & tenuè vix peringere. Primo de facultatibus naturalibus addit nihil nutrire posse, nisi quod concoctianis loca præterierit. Arabes contraria sunt in opinione. Agnoscit tamen Gal. lib. 3. de natural. facultatibus in intestinis vim coquendi, & ab hypermesaricis hepatis quando atrabere contendit. Sic li. 6. de sympt. causis clysteres vomitu reijci posse. Assuerat. Unde constat alimendum huius quoque posse suppeditari. Clysteria imperabitur.

Rec. decocti cæponi cum lacte portulac. & acerosi alterati Lib. 1. vel Lib. 1. sacchar. rosati, vel violati Vnc. 1. visellos ouorum duorum sc. clyster. Inijciatur ante somnum, vel quo tempore æger cibum capessere solebat, sed repurgata prius suis facibus per alium clysterem aluo.

a Huius zylapij duo aut tria cochlearia breuibus intervallicis ne aqua sunt assumenda. Ut Rec. zylapij rosati Vnc. 3. succi granatorum Vnc. 1. commisce, capiatur per intervallica.

rum, cassia, manna, glycyrrhiza, iure galli veteris.

Ant vbi ardentior febris est, & bilis redundat in corpore, 3. i. aut 3. 4. rha. in aqua endiuixæ infundantur. Fiat inde potus. Et similiter in aliis humoribus leuissima quoque *m* pharmaca eligenda sunt. Et quia hæc omnia vitia efferuescente sanguine fiunt, statim initio laborandum est, vt feruor sanguinis extinguatur, & putredo prohibeatur. Cui rei conueniunt, quæ refrigerant, & leuiter adstringunt. Alimenta quoque eiusmodi, & quæ contemperant. Conueniunt itaque syrupus de ribes, de acetositate citri, de granatis, & reliqui refrigerantes syrupi mox in pestilentia numerandi, in quibus etiam misceri possunt antidoti illic descriptæ ex *n* materia refrigerante.

Quod si vehemens sanguinis motus est, neque id genus remedij resistit, natura iuuanda est, vt propellat foras.

Conueniunt igitur, quæ sudores mouent, & in superficiem corporis materiam adigunt, qualia ferè sunt descripta à multis, ficus sicca, passulæ, lens, semen apij, semen fœniculi, oxyfacchara, decoctum calamenthi hysopi, ligni sancti, syrupus acetosus simplex, aqua hordei & similia. In quorum delectu habenda est ratio *o* magnitudinis febris. Imperabis igitur sicuum siccarum 3. 3. liquiritiæ 3. 2. bulliant in aqua sufficienti, detur expressio ad 3. 4. cap. in liti, aut pastu.

Aliud.

3. sem. apij, & fœniculi ana 3. 1. lentium excorticatarum 3. 2. ficus sicca duas bulliant in aqua sufficienti, detur expressio. A qua distillata è floribus lini huic rei confert, potestque modico saccharo condiri. Alij *p* res rubras præterdunt corpori. Linteum insuccatum in aqua fœniculi & apij, vel horum succo tepidum corpori admovent, & tepidum conseruant.

Nonnulli aquæ hordei 3. 3. vini subtilis 3. 1. propinant. Aère temperato collocandi sunt initio, priusquam appareant.

Somnus conceditur, sed posteaquam eruperunt, idem minuedus est.

Alimenta initio quæ refrigerant & *q* leuiter adstringant: postea verò quæ contemperant. Vbi apparet motus, frictio mollis continet. Variolæ ferè ad septimum maturantur, quo tempore animaduertendum alias quidem maturas esse, alias crudas. Quæ mature sunt; molles, & plene sanie, acu configantur. Molli linteolo sanies detergetur, quæque maiores sunt, pluribus locis configi debent. Vbi iam sanies deterfa est, ne supersit cavititas, puluis aliquando ex iis quæ implent, inspergendus est: vt ex *r* amylo, thure, manna thuris, aloë, lithargyro, cerusa, farina fabarum, cicerum, orobi, lupinorum. Atque hic habenda ratio partis est, ætatis, temperamenti, eaque omnia ad consilium habenda sunt, quæ adhiberi solent, cum vlcus carne replendum est, ne supersit deformitas.

Crudæ, quæque duræ sunt, nec maturæ, vapore decocti chamæmeli, caricarum, passularum, tritici, daëtylorum pinguium & maturorum,

rorum, sem. althææ, lini, scenugræci & similibus perfumanda sunt, tum eodem decocto fouenda: post quæ linteum calens mediocriter imponendum, dum maturescant. Atque vbi maturuerint, vt priores, curandæ sunt.

Variolis *f* oculi, nares, pulmones, intestina sæpe læduntur & vestigia supersunt, vnde deformitas. Itaque vbi signa se produnt variolarum, muniendi sunt oculi fotu è succo granatorum, aqua rosacea.

3. coriandri, sumach. ana 3. 1. fantali albi & rubri ana 3. 3. in pul. redacta incorporentur albumini, meliusque fuerit albumen ouis, mixta aqua rosacea, prius agitari & despumari. Vel,

3. sumach. conuassati 3. 2. madefiant in aquæ ros. 3. 2. Fiat fortis expressio: expressioni adde caphuræ Gr. 4. Iam læsis oculis pi. stacia conteruntur, trita aqua rosacea madefiant, expressioni farina hordei torrefacti commiscetur. Item,

3. cerusæ lotæ 3. 5. sarcocolæ, 3. 1. 3. tragacanthi 3. 3. opij Gr. 4. cum mucagine tragacanthi extracta in aqua plantaginis, fiat collyrium, quod postea dissoluatur in lacte muliebri, vel albuminibus ouorum.

Ori & gutturi conseruando *n* granatorum succus & berberorum. Si iam vlceratio est, abluatur primum aqua hordei, cui aliquid sacchari vel mellis, vt ad 3. 3. commixtum sit. Deinde ex suprascriptis succis, diamoro & diacorio fiat gargarisma. Post collutionem oris, folium plantaginis inducat.

Pulmonibus *x* syrupus de papauere: postea diatragacanthum in decuplo decocto liquiritiæ, caricarum, passularum dissoluitur.

Liquor ouorum extractus ex albuminibus, & distillatus, delet vestigia, & illustrat faciem.

Naribus odoretur acetum rosaceum, item in quo rosæ coxerint. Excipiatur vapor è decocto rosarum, santalorum. Linteolum quoque in his insuccatum, velut in mixtura omphacij, aceti, aquæ rosarum sæpe inducatur naribus.

Iam exulceratis, ceratum rosaceum, vel violaceum mixta quarta parte mucaginis tragacanthi in aqua ros. vel plantag. extractæ conuenit. Intestinis decoctum rosarum & cydoniorum.

Delendis vestigiis hæc conueniunt. 3. lithargyri, cerusæ lotæ, cadmiæ lotæ, pul. cannarum adustarum, croci ana 3. 3. Trita incorporentur cerato facto ex cera & oleo liliaceo. Conueniunt aqua fabarum, aqua distillata è pedibus vituli, arietis, porcellorum, aqua distillata, è melle, terebinthina, radice serpentariæ, limonibus, citrangulis, floribus fabarum, aqua quæ folliculis vlmorum includitur.

Bene repurgatur à vermiculis, & modico saccharo candido commiscetur, vel cum melle & terebinthina distillatur.

3. cerusæ lotæ, amyli, farine fabarum, cicerum, phasiolorum, tragacanthi ana. 3. 2. Vniantur omnia lacte muliebri,

m Hæc exhibentur primo, vel secundo die antiquæ naturæ moere insipiat, corpore cacochymico existente & plethorico, ad vitandam bilis efferuescentiæ occasionem.

n Vi conseru. ros. viol. nenuph. bulglos. borrag. pilul. diamargarit. frigid. xal. sur. eboris cornu cerui, oss. de corde cerui, unicorn margarit.

o Ut si ingens sit febris, temperatiu, si lauis fortioribus vitari. Horum enim plurima impensè sunt calida.

p Sed quæ corpus non contingant, quod quandam habeant adstrictionem.

q Ad partium robur, quo sese ab impetu humorum tueantur.

r Hi pulueres sarcococi sunt, nõ quod re vera carnem regerent, sed quia illi saniem & sordes decergent, caro scilicet resarcitur.

Quia à variolis oculis albugo, & sæpe cecitas, naribus erosio, pulmombus phthisis, intestinis vlcus impendet, partes hæ merito veniunt munenda.

Hoc collyrium deterget, refrigerat, esiccet & agglutinat. Opium vero immiscetur ad acerbissimum dolorem obtundendum.

Ex hi in aqua rosarum & plantaginis, vel in aqua hordei dissolutu gargaris mata parantur.

Sumendum erit è cochleari sensim lambendo, vel ex b. culo glycyrrhizæ, vt eius aliquid in asperam arteriam illo sumendi modo decoret.

Aliud.


℞. mastichis, myrrha electa, aloës hepaticæ, spicæ nardi, sanguinis draconis, olibani, opopanacis, bdellij, carpobalsami, croci, gummi arabici, styracis liquid. & rub. ana ℥. 2. ℞. terantur omnia, & cum terebinthina ad pondus omnium fiat distillatio in alembico.

℞. lithargyri argenti ℞. ℞. Optimè trita decoquatur in ℞. 2. aceti albi optimi, semper agitando, vsque ad consumptionem mediæ tatis: deinde per filtrum distilletur, & in vase bene mundo reponatur.

Postea,

℞. caphuræ ℥. 3. aluminis, boracis, ana ℥. 6. moschi Gr. 4. Terantur omnia: quibus adde olei de tartaro ℥. 1. ℞. Bulliant omnia in ℞. 2. aquæ ros. ad consumptionem tertiæ partis, semper commiscendo. Postremò per filtrum distillentur, & in ampulla bene clausa reponantur.

Oportebit primùm contingere maculas priore distillato: deinde secundo. Alia permulta è practicis colligens.



DE VARICIBVS.

a Ex Gal. comm. 3. in lib. de articulis sent. 4.

VARIX vena est dilatata & tortuosa, nata primo imbecillitatis vitio ex *a* sanguine crasso, melancholico, interin pituita mixta.

Quæ ab atra bile, atriorem cutem reddit: quæ verò à pituita, albiorem. Nascitur plurimum in cruribus, interiori tibia. Aliquando in testiculis, ventre, temporibus. Supposita vulneri prohibet, ne vulnus coalescat. Itaque primùm hoc modo curanda est.

Consultis ægri viribus, cæterisque ad phlebotomiæ consilium adhibitis, ex axillari brachij eiusdem lateris cum crure, in quo varix est, *b* sanguinem detrahes, nisi vitio lienis varix intumuerit. Tum enim è sinistra axillari sanguis detrahendus est.

Missò sanguine vires reparandæ alimentis boni succi, ex quo imperandum pharmacum, quod vnà melancholiam & pituitam expurget, adhibita tamen ea ratione, vt ex colore varicis, tum etiam aliis humorem redundantem iudicemus. Vterque humor cum sit crassus, *c* primùm incidendus est & attenuandus, tum per interualla repurgandus.

Incidetur oxymelite, in quo hyssopi, aut radicis fœniculi aliquid maduerit, si quidem pituita redundare videbitur.

Si verò atra bilis, eodem oxymelite, in quo cortex radicis capparis, aut tamarisci bullierit, adiectis interim seminibus, anisi, apij & similibus.

Pituita repurgatur agarico ad ℥. 4. in eiusdem oxymel. ℥. 3. infuso cum granis aliquot zinziberis. Senna, atram bilem repurgabit ad ℥. ℞. aut

b Ut plethora imminuatur, & fluentis sanguinis commoda fiat retractio.

c Plerumque contingit serosum esse sanguinem, qui tum incidit, & attenuari minus potest.

℞. aut ℥. 5. in eodem oxymelite, aut sero lactis infusa, adiectis ℥. 4. cinnamomi. Efficacior quoque potio, si ℥. 2. eius pul. cum absinthij decocti ℥. 3. propines, aut epithymi tantundem loco sennæ.


Vtrumque humorem, qui ferè mixtus est in varice, hoc syrupo purgabis.

℞. betonicæ, cichorij, florum cordialium ana P. 1. liquiritiæ, anisi, culcutæ ana ℥. 4. passularum mundatarum ℥. 1. ℞. polypodij quercini ℥. 1. ℞. agarici trochis. ℥. 6. folicalorum sennæ electæ ℥. 1. ℞. Fiat decoctio ad quartaria tria. In ea dissolue sacchari albiissimi quartarium. Fiat syrupus mediocri ter coctus, capiat ℥. 1. ℞. per interualla cum ℥. 2. seri lactis, pitisanæ, aut aquæ hordei. Iam secta vena & purgato corpore, *d* varicem in longum scarificabis, iniectis vincalis supra genu, vt tumeant magis, ita sanguinem è varice exprimes. Vbi satis vacuaueris, ei ipsi venæ sectæ varicosæ medebis eo modo, quo venas vulneratas curare oportet.

Itaque curato varicis vulnere, tum demum ad maligni vlceris curationem redibis. Hæc ex 4. curat. §. 11.

d De sectione varicum vide Paul. Agin. tam. cap. 23. libri sexti.

F I N I S.





IACOBI HOLLERII
STEMPANI, MEDICI
PARISIENSIS CELEBERRIMI,
DE PESTE LIBELLVS,
Anton. Valetij Scholiis illustratus.

^a Ex comment. Gal. ad sentent. Epidem. Pestem autem veteris febrem qui um perniciosam, cuius calor pra aliū habeat, ut inquitur si putridus, desinunt, sed eius essentia minimè explicatur. Quicquid si quia celeriter, citè enter & vehementer moritur, de genere est febrium continuae um acutissimae, quidam malignum habent a venena ferè, aut vulgata putredinis modum superante. Venenata ut genus virum vitale primam spiritum (ut solè venenū omne suū gemitu propriè dicitur) inua sit, tum vero in uniuersa viscera, tō āngur corporis molem dissipatur. b Quod pestilens morbi omnium popularium perniciosissimi, ab aere, calidè statu proficiantur, docet Galen. praesatione in libr. 1. Epid. c Sic in Anno frumento sempiterni & leguminibus, qui veses fuerant coacti, communem in morbum inciderunt, curibus vacillauerunt Teste quoque est Caesar in commentariis Massilienses graui peste coactos esse in obsidione Urbis suae ob eiu horde, & partem caelestium. d Aliqua tamen desideratur corpori preparatio: siquidem nulla efficiens causa quicquam aegri, si sepe, um subiectum nascatur: alioqui enim a labe illa nullus foret immunis. Et aequè promptius corrumpuntur, qui humorem vitio redundant, qui cute rariore sunt, substantiaque molliore & debiliore. Temperati etiam interdum non pariter, ut si mor fuerit in aera pestilenti in agendo, quam temperamenti in resiliendo. e Ut in Cranone lib. 2. Epidem. Faciunt vero Austri maximas in aere mutationes, cum a calidiorè loco, ut à meridie, flare incipiunt, propterea quae sint calidi, & in humidà loca perreptantes humidis s ant. Vnde tempestatis constitutio calida & humidà exurgit putredini maximè obnoxia.



PIDEMIA a morbus est aliquo anni tempore, certisque locis inualefcens, qui si multos rapit, λοιμός dicitur, id est, pestilens appellatur, & λοιμός pestis est: qui morbus populariter grassans multos interimit. Suntque eiusmodi morbi b ab aere omnino distinguendi, ab iis, quos σποραδικοί appellant: quibus antecedens c vitæ ratio causa est. Atque in primis animaduertere oportet, vnde primùm clades eiusmodi publicæ oriuntur. Nam & ad curandi rationem pertinet. Σποραδικοί vniuscuiusque proprii sunt, tantumque vexant populi vulgus, ac ferè quo tempore longa præceffit fames & annonæ raritas, cum videlicet obuiis quibusque alimentis sese ingurgitant, vnde humorum corruptela coacervatur. Quod si ferax annona sequitur, & frugum prouentus vberior, etiam solito magis sese replent. Sed non pura corpora quantum plus nutriuntur, tantò læduntur magis. Quod enim bene succosum est multitudine acervati vitæus priore vita corrumpitur. Ab hoc non adeo metuenda contagio. Alterum genus, quod ab aere est contagiosum magis, nullique parcat, temperatos, d scilicet, & alios corripit, qui communiter nobis, etiam nolentibus idem hauriendus aer est. Ac ferè e Austri ac maritimi flatus, constitutio calida & humidà, annus autumnalis, hoc est, quando modò calor, modò frigus est, pestem inuehunt. Cau-

fam alij

fam alij è f cælo requirunt & decretis siderum. Alij in antegressæ f causæ inuestigatione minus se torquent. Multò magis emittendum, vt præfentes causas declinemus, hoc est, aëris afflatus alioqui corrigamus, & in hac pessima lue quantum arte & consilio conceditur, nobis & aliis salutare auxilium afferamus. Aër enim aliàs eadè hominum & strage, alioqui animalium, stagnantibus putridisque aquis, aut maligno terræ halitu noxiis ventis, pestifero denique influxu sideris, sordè mechanicorum, vt coriaceorum, corrumpitur.

Corruptus eadem lue nos inficit, ac deinceps publicè nos inspiratu & expiratu inficimur. Sed si accedit humorum corporis temperies, & spiramentorum cutis raritas promptius, subit lues in arterias còrqueprehendit. Astrologorum placita sunt g Saturni coniunctione cum Marte pestem inferri.

Porphyrius scriptum reliquit, h cometas orientes tabem pestemque mortalibus inferre, quibus occurrere non liceat. Sed Astrologi semel obseruato sidere legem statuunt, Porphyrius idem sequitur. Sed meminisse oportet, vt sua cuique elemento vis infit & perfectio, à cælo alterari. Verùm quia è cælo petuntur causa nondum satis cognita, sed coniectura quadam capta, quam inuexit semel oblatus euentus. Et aliis saluber Oriens, aliis pestifer. Toti Italiae, ac ferè Septentrioni pestiferi Austri sunt, Aphricæ salutare. Quòdque apud nos Etesia faciunt, à media regione Aquilonum & Orientis afflantes, id Auster efficit Aphris. Tanta vis in eiusmodi Etesis, siquidem Græcis Medicis credimus, vt vim maiorem pestiferamque anni præcedentis omnino corrigant, si cuique regioni inspirant tempestiue. i Fabricula ferè leuis est, vt stent, nec decumbant ægri. Hinc etiam vulgus somnum prohibet, motum imperat, idque didicit longo vsu, quod confirmat ratio. Etenim lues intro ad partes principes appetit. Reuellienda verò atque foràs auocanda est: quòd statumque melius fit, quàm quiete cum somno in ima corporis colligatur. Urina k fanis interdum persimilis, aliàs aquosa, biliosa, nigra, melancholica: dolor capitum multus, & delirium à tetrivaporibus cerebrum petentibus, excrementa alui crassa, grauius olentia, multum biliosa, spumosa: vomitiones biliosa, nigra, inquietudo, nausea, ore ventriculi cordi còsentiente, fastidium, cardialgia, sitis, lingua scabra, ardor parte interiori: hypochondrij contentio, calore naturali imbecilliore facto l respiratio magna, alba, dyspnœa, syncope, sudor fœtidus. Frigent extrema, conuulsio fit, mors, viribus à veneno exolutis. Accidunt autem modò hæc, modò illa potius, prout veneni vis cerebrum aut hepar videtur magis labefactasse.

Signa futuræ Pestilentia ex anno & aliis sunt, ignes in aere volu-

k Vel quia morbus non est in humoribus, vel superiores occupat thoracis partes, de quibus malè efficitur non inuicatur ex urina: vel, ut alij sentiunt, quia putredo non subest. l Si in superiore thoracis parte astus consistat. In inferiore enim si sit spiritus est detrahitur.

Pestis causa non ita ad ea esse de finium referenda est, ut ea essum corporum virulentiam aliquam expirationem esse existimemus (hoc enim impium esset cogitare) sed quod in motu est tum ne aerem sic temperent, ut progenita de temperatura illa, qualitas noxam mortalibus inferat. Hanc autem temperature ratio quia desinere nequit, calidè, vel in occultis accepta referitur. g Idcirco Saturnum & Martem malos esse, nec non pestem inferre Genethliaci voluerunt, quod videri stræ in calido innato humido primigenio perfuso pestis, si stentur: ut ille sic, hic frigidus perhibetur. Sed hoc commentum minimè credendum. h Qui præsertim ad Orientem verunt, indicia plurima materia in aere vitio exhibentes. Solent enim ad Meridiam & Septentrionem posse ferri extra solstitia, cum inra solstitia & ad Orientem materia ipsorum à Sole calore dissipetur. Quare ibi si consistant, maiorem esse materiam, quam quæ resiliunt. i Veremens quidam est spiritus, sed iudicio tantum lenis.

tantes, cometa vrgens ad Orientem, Austrorum magna anni parte flatus, aliis orientibus, aliis occidentibus aer turbidus, nebulosus. Vere pluuia rara, frigus, postea austrini flatus, vnde aer conturbatur, tum serenitas breuis sequitur, noctis frigus, vehemens calor interdum & ardor, variolæ, exanthemata, autumnalis æstus, ignes, inæqualitas caloris, frigoris, sereni & nubili cœli. Ranarum & reptilium, eorumque, quæ ex putredine gignuntur prouentus. Latibula refugiunt mures, talpæ, glires & similia, quæ sub terra viuunt.

Addita inter signa.

Nulla interdum febris sensibilis, diastole minor, quam systole signa peculiarium humorum corporis sequitur color.

Diaria febris pestilentialis intra triginta horas interficit, sentiuntque vires paulatim exhalare, sapèque neque *m* bubo neque carbunculus apparet: sed totum venenum in corde heret. Alia febris in quartum diem protrahitur. Omnia bona signa suspecta sunt. Cœlum calidum, humidum, secundum ventos in Epid.

m Vt cum debilius est natura, qua aliqua ex parte sese nequeat exonerare.



P R A E S E R V A T I O.



ORPVS vacuum sit excrementis, non plethoricum Obstructiones & adstrictiones declinentur, vt bene transpiret.

Cognoscenda causa est. Nam si cadauerum halitus aerem inficit, omnino procurandam, vt vel cremetur, vel sepeliantur: deinde frequenti rogo aer repurgetur, quod si virus exhalat è terra, vt ex antris & specubus omnino præcludenda via est, atque intercipienda flamma. Sed & aquarum stagnantium residentiumque vapor declinari debet. Aeris verò pestifera conditio multò maximè, cum is & turbidus & meridionalis est aut maritimus, multo igni ea parte structo, qua venti importantur, deinde etiam compitatum domi & priuatim temperanda est. Constat experientia Medicorum inspiratum halitum ignis, esse antidotum contra pestem & putredinem. Nota est historia Hipp. Nam cum ex Aphricæ Æthiopiaeque locis pestifer halitus per medium mare Athenas inueheretur, consuluit ignes incendi, atque ita magna illa ciuitas, lue vindicata est. Hoc idem Empedocles Græcis & Acron quidam consulant. Possunt ignibus adhiberi *a* iuniperus, lauras, rosmarinus, myrrha, cinnamomum, acorus, herba odorata, lauendula, saluia, &c. Potest excitari aceto fumus, ex vino & aqua rosarum, silice candenti, quem in aceto immerges, & subinde extingues. Ac priuatim ædibus multò magis eadem fiant. Vestes quoque stragula omnia, vel fantali fumo, vel aqua rosarum, aut similibus quæ post dicentur, perfumari possunt. Rosæ & similia, acetum, &c. spargantur solo. Optimum verò ac breuissimum remedium secedere in salubre cœlum,

a Olorata istiusmodi spiritus reficiunt, aerem depurant, cor & cerebrum contra venenum roborent. Vsu commodus erit matutino tempore.

lum, tenere corpus bene mundum & vacuum excrementis, haurire aerem Aquilonium, quia Aquilo ventorum saluberrimus est: atque fenestras huic apertas sint. Victus sit mediocris. Neque enim toleranda *b* fames & sitis, sed omnis incontinentia vitæ fugienda est, alimento siccante ac refrigerante usurpato, quodque putredinem arceat. Itaque vtendum & omphacio, & acetola, granatorum succo, allimonum, citrinorum, citrangularum. Acetum, cappares, passulæ, cicchorium, endiuia, in summa quæcunque vel acidula, vel subamara putredinem prohibent. Quanquam in horum vsu ratio anni partium temperamenti & aliorum ineunda est. Est etiam cur vino optimo, cinnamomo, moscho, aliisque calefacientibus aromatibus vtimur. Auibus, piscibus, saxatilibus, fructibus, cerasis, prunis, vua & ficu Iunio mense vti oportet. Hyeme passulis & ficibus siccis, pomis aut pyris odoratis, amygdalis. Sed omnia æstate, aqu. ros. hyeme vino odorifero suffocari possunt.

Exercitatio *c* domi sit, pro consuetudine, alioqui mediocris, aut in vicinis hortis, cœlo bene puro, atque vbi Sol non euerberat. Sit exercitij locus non suspectus, non decliuus, non vaporosus, in sublimi positus, quique ab Aquilone potius affecto, aut eo vento, qui loco sit salubris. Aliis enim Zephyrus, vt Italiæ, aliis Subolanus, vt nobis & Hispaniæ salubrior est. Quin & qui pestifer nobis Auster est, multis partibus Aphricæ salutaris est. Atque hinc salubres suos Etesias expectant. Vitentur colloquia cum suspectis, abigantur canes, cati, eiusmodique animalia. Exercitio verò corpus excrementis repurgatur, puroque spiritu vegetari potest. Venus rara, hilaris vita, & sine animi curis. Optimum verò ac tutissimum remedium commutare solum, & in salubre secedere.

Somnus & vigilia pro consuetudine mediocria. Atque inprimis reficendum corpus, hoc est, declinanda plenitudo, & excrementa sæpe purganda sunt. Itaque vbi venæ tument, *d* vtile est aperta vena aliquid sanguinis detrahere. Excrementa quotidie repurganda, reddita alio molliori exercitio. Ac singulis hebdomadibus *e* Ruffis pilulis vtendum est, quæ non vno modo à Græcis & Arabibus describuntur.

℞. aloës lotæ in aqua endiuia, vel acetosæ *℥.* 2. myrrhæ, croci ana Grana 15. cum vino albo fiant pilulæ.

f Dosis 3. i. aut *℥.* 2. Sumantur ante cibam aliquo tempore.

℞. g terræ sigillatæ, boli armenæ ana 3. *℥.* 3. ex succo cyperi fiant pilulæ.

℞. aloës lotæ *℥.* 4. boli armenæ 3. *℥.* 3. croci, myrrhæ ana *℥.* 3.

℞. aloës, croci, ana 3. *℥.* 3. myrrhæ 3. 2. ex aceto fiant pil. Dosis erit

3. i.

d otarii. Rec. aloës Vnc. 2. myrrhæ *℥.* 2. croci ana Vnc. 1. singuntur pilula cum vino aromatate. Crocus vires recreat, aloës immerfos in ventriculo humores educi: myrrhæ putredinem inhibet. Prægnantibus non exhibentur, quod periculum sit interfectionis factu ab amare insigni. Non hamorrhoidas parientibus, quia venarum oscula aperiant.

f Antequam te prehenderit pestis, minore quantitate ha pilula dari debent, maiore verò, cum iam inuaserit. *g* In huiusmodi terra *℥.* 3. bolo armenæ, tantum virium repositæ veteres ad arcendam pestem, ut nemo unquam sit visum pestilentia interisse, qui hinc ante sit usus.

b Cibandi ratio talis inuenitur. Sit eucharystia cibis, minimè excrementis, vel putredini opportunus, vt qua sordiditas, carnes auicularum. Vinum potui detur generosum quidem, sed diluui aqua laudabili. Que acida sunt, quia putredinem mirificè arcet, maximè commendantur. Plenior hic vitæ instituitur, quia viribus metuitur. Adde quod fames præterquam quod vires exoluit, humorum etiã malignitiam exasperat. præsertim biliositas. Calorem enim natuum auget, & commode cordis euacuat. Razes itaque commemorat in magna quadam pestilentia peremptos fuisse omnes, præter venatores solos. At moderata esse debet exercitatio, ne ex ea concitatione augetur respiratio, qua corruptum aerem proluciat. *d* Vbi plethora non est, sanguinè ad præcautionem detrahere inutile est. At vbi plenitudo mittetur quidem, sed parca quantitate, vti liceat largi, urgente propter pestem necessitate. *e* Pilularum Ruffi hæc serè descriptio est in Antidotario.

Alioqui impera pilulas duas communes.

℞. aloës ʒ. i. myrrha ammoniac. ana ʒ. i. aut ammoniaci æquum pondus cum aloë.

Bolus armena ad ʒ. i. in vino albo tenui & aqua buglossi, calendulæ, acetosæ, imperatur.

℞. aloës lotæ in aqua scabiosæ ʒ. 2. myrrha lotæ in aqua acetosæ, croci, mastiches, ana ʒ. i. fiat massa. Meliores sunt, quæ aliquot iam diebus confectæ, quàm quæ recentes, quia melius compactæ, fermentatæque sunt.

Pompeius in sanctuario, victo Mithridate, hoc reperit, nullo veneno lædi, qui hoc antidoto vteretur. *b* Nuces duæ, ficus totidem, rutæ folia 20. falis granum, teruntur omnia, manè excepta deuorantur, aut conspersa vino manè ieiunus deuoret: ex Plinio, Dioscoride, & Sereno. Aëtius alij tribuit, quàm Mithridati. Ficus diuidatur, nucleus nucis, tritus indatur, folia quinque rutæ & granum falis, torrefiant leuiter in igne conspergantur vino, & ita deuorentur.

Cucumeris siluestris radix in mortario teritur cum foliis tenerioribus semperuiui, apij, coriandri bene triti. Mel additur, & puluis cinnamomi aut ʒ. gran. piperis. Omnia mixta stanno vase seruabis. Vteris ieiunus castanæ magnitudine ex vino tenui, albo, diluto aqua conuenienti. Poteris cum lue correptis versari, aut iam correptus statim sanesces.

Theriaca & mithridatium nullis remediis cedunt. Datur bis in hebdomada ʒ. à ʒ. i. ad ʒ. i. ex liquore conuenienti. Quales sunt distillatæ aquæ, buglossi, borrag. melissophyl. calendulæ, rosamarinij, maioranæ, absinthij, violarum, rosarum, citrei mali, limonum, acetosæ, portulacæ, eichorij, hyperici, enulæ, raphani, aristolochiæ, gentianæ, laureolæ, agrimonie, marrubij, hyslopi scabiosæ, tormentillæ, capparam, citrullorum scordij, verbenacæ, iuniperi, & similia. Nam & herbæ per se, aut earum maceratio, in vino, acetoso, aut liquore conuenienti, qui pesti prodest, mirabiliter iuuant.

Alij l caput egressuro domo præmanditur, vini odori modicum ad ʒ. 2. superbibitur, atque inde os colluitur, eodémque excepto manibus facies abluatur.

Vulgus enulæ, radice in aceto prius macerata, deinde linteolo conuoluta, sepèque inspirata naribus rectè vitur.

Vrina propria alij vtuntur.

Stercoris columbini ʒ. i. trita ex aqua buglossis.

Syrupus de acetosa, acetositate citri, limonibus.

℞. cuprosæ albæ bene lotæ in succo limonum, & siccata in eodem succo ʒ. i. pulu. tormentillæ, radic. diptamni albi, gentianæ, enulæ, herbæ turcicæ, scordij ana ʒ. ʒ. fiat puluis, detur cum aqua scordij,

In oleo scorpionum magna vis est. Nam si quis arterias tempo-

rum, manuum, pedum inungat, correptus præterea occiput, guttam, pectus & vicina buboni illinat, magnum auxilium sentit.

Fit oleum scorpionum ex scorpionibus in oleo ebullitis. Sed hoc melius.

℞. aristolochiæ, gentianæ, cyperi, corticum rad. capparam ana ʒ. i. amygdal. amararum ʒ. i. conuassata reliqua in oleo coquantur, & aqua, si vis, conuenienti, vel vulgari. In colatura ro. viui scorpiones immergantur: contineatur vas in furno pistrinali, vnde subtractus panis, bene clausum, deinde loco salubri subiecto afferre reponatur. Vfus est, vt inde arterias temporum, manuum inungas.

Thapso barbato magna vis inest. Nam id animalium natura docuit contra venena posse. Mustella enim decertans cum serpente, si virtus sensit, statim eam herbam quæritat & mandit, atque ita instaurat pugnam. Et experimento vulgi certum est succum ex ea herba expressum in vino tenui & odoro, non solum præseruare, sed liberare correptos.

Aqua è papauere rheade distillata maximè probatur rusticis.

℞. electarij lætificantis Galeni ʒ. i. margaritarum splendidarum ʒ. 4. ossis de corde cerui, coralli rub. ana ʒ. ʒ. vnicornis gran. 7. pul. pilularum communium ʒ. i. Omnia dissoluantur in syrup. de limonibus & acetositate citri ana ʒ. 6. aquarum scabiosæ, & absinthij ana ʒ. 2. fiat potus. Puluis per se cum bolo armena misceri potest, & in cochleari sumi cum vino tenui & odoro.

Coriandrum preparatum ieiunis, & à cibo.

Lac, à quo extractum est butyrum.

Manne granatæ mell. ana ʒ. 3. terebinthinæ ʒ. i. ʒ. pul. granati acidi ʒ. ʒ. cort. citri conditorum ʒ. 3. aquæ scabiosæ, melissoph. borrag. acetosæ ana ʒ. 2. vini optimi ʒ. ʒ. Per noctem distemperentur in liquoribus postea distillentur in alembico.

℞. supradicti distillati ʒ. 4. transfundatur per manicam Hippocr. cum cinnamomi ʒ. ʒ. sacchari borraginati ʒ. ʒ.

Aristolochiæ rotundæ, baccarum lauri, gentianæ, myrrhæ ana ʒ. ʒ. Omnia trita excipiantur melle. Dosis ʒ. i. ʒ. cum vino aut decocto berberis, passularum & similia.

m Superstitiosum est, & à regibus Persarum sumptum. In hæmatite lapide inculpatur homo genibus flexis, cinctus serpente, vt iussit Galenus de terra Lemnia, in qua Diana sacra sigillum esset impressum.

Oleum citriorum, seu ex eorum granis, laudatur grana trita ex decocto berberorum & syrupo de limonibus.

℞. boli armenæ ʒ. i. vini ʒ. 2. aquæ acetosæ ʒ. i. ante somnum & ieiuno.

In Galeni huius medicamenti minut lib. 2. de facultat. alimēt. Sed cur tantum vires habeat, non alioqui expressit Vt enim carica pinguis & nucis obstruata liberet, vna putredinis aduersetur. videtur tamen non usque adeo efficiant esse antidotum.

Sic enim ait Serenus.

Bis denum ruthæ folium, falis & breue granum, iuglandæque duas totidem cum corpore siccus.

Hæc oriente die pauco conspersa Lyzo

Somebat, meruens dederat, quæ pocula mater.

k iam correpti uant.

maiore quantitate datur, quia vi maiore, vt mortui depellatur, quam vt præueniatur, est opiu.

i. Vnde album theriaca rusticorum nominatur.

Sed remedijs id genus prophylactici. Prædicti veteribus non paucis improbat.

tur.

℞. theriacæ veteris ʒ. i. include in cępa, & coque cępam in furno pistrinali, vbi cocta fuerit, calidum iniicies in vini granatorum aut berberis ʒ. 4. expressionem bibes. Eadem cępa cum theriaca, succo tormentillæ iniicitur, & addita quarta parte syr. de limonibus propinatur herba turcica.

Ouum vtrinque perforatur, tota substantia vacuatur. In vacuam testam ʒ. 7. croci immittuntur. Traiectio per foramina baculo tenui ouum tectum igni assatur dum vehementer calceat testa: hæc cum croco ad summam tenuitatem teritur, tritis æquale pondus, aut ʒ. i. theriacæ adiicitur & ʒ. 2. granorum synapi. Tota massa diuiditur in duas partes æquales, vtramque partem in 7. 10. vel 11. pilulas formandam: si euomuerit, rursus dato alteras: si non euomuerit, saluus est. Sed post dabis.

℞. saluię, hyssopi, lauendulę, foliorum quercus, ana M. i. bulliant in pinta vini ad consumptionem trium partium, vinum propinatur.

℞. mastich. ʒ. i. euphorbij ʒ. ʒ. spicæ ʒ. i. fiat puluis, detur ex aqua gentianę, scabiosę, aut similis.

Aquarum endiuie, nenupharis, acetosę ana ʒ. i. ʒ. acetii ʒ. 2. theriacę ʒ. i. vel ex aqua scordij eadem theriaca propinatur.

℞. corticum citri ʒ. ʒ. ficus duas, scord. berberis ana P. i. fiat decoctio in aqua calendulę ad ʒ. 3. expressioni adde theriacę ʒ. i. boli armenę ʒ. ʒ.

℞. succi acetosę depurati ʒ. 2. vini granatorum & berberis ana ʒ. i. theriacę ʒ. 2. vel trypherę Sarracenicę tantundem.

Ac perpetuè meminisse oportet, distinguenda inter curandum calida à frigidis, vt rectè vtaris. Frigidę sunt rosę, viol. caphura, acetositas citri, vinum granatorum, berberorum, lac acetosum, acetum, nenupharis flores, aqua rosarum, acetosę, &c. Succus limonum, citrangularum, omphacium.

Calida, moschus, lignum aloës, caryophylli, &c.

Trochisci è caphura.

℞. tragacanthi albi, spodij electi, gummi arabici albißimi, seminis psyllij an. ʒ. ʒ. sacch. cand. liquiritię mundę, semin. cucurbitę, citrulli, portulacę ana ʒ. i. penidiarum ʒ. ʒ. caphurę ʒ. i. succi citrangulari, panis sacchari ana q. l. fiant troch. Dosis magnitudo lupini cum iulepo Alexandrino.

℞. sacchari rosati, triasantali, diatragacanthi frigidi ana ʒ. i. fol. auri puri N. 5. margaritarum, hyacinthorum, offis de corde cerui an. gran. 16. fiat pulu.

Boli armenę ʒ. i. ex vino tenui, oxycrato, aqua conueniente. Alij prius abluunt: alij tritam conspergunt aqua conuenienti, siccant, & tertid ita terunt ac siccant.

℞. terre sigillatę ʒ. 2. teratur, super effundatur vinum tenue odoriferum, siccetur: secundò ac tertid ita fiat. Deinde adde baccharum lauri tritarum ʒ. i. rad. ireos & tormentillę ana ʒ. 2. cinnamomi

namomi ʒ. ʒ. croci gran. 6. cum acetositate citri fiant trochisci ponderis ʒ. i. Dentur cum succo conuenienti.

℞. boli armenę, vt supra descripta & præparata ʒ. i. rad. tormentillæ, tunici, diptamni, santalorum rub. ana ʒ. i. rasurę eboris, spodij, corticum citri an. ʒ. ʒ. marg. splendorum ʒ. 2. fragmentorum rubini, granati, smaragdi, sapphyri, hyacinth. an. ʒ. i. rasurę cornu vnicornis ʒ. ʒ. fiat pulu. Detur ʒ. ʒ. in vino subtili diluto aqua acetosę. Alioqui addatur sacchari albißimi in aqua rosarum, moschata, vel caphurata. Dissoluitur & siccatur. Dosis ad ʒ. 4.

℞. supradicti pulu. ʒ. i. sacch. ʒ. 1. misce. Deinde,

℞. succi acetosę & pomorum odoriferorum an. ʒ. 6. bulliant vsque ad consumptionem tertie partis semper despumando, dissoluto saccharo sige trochiscos ponderis ʒ. 2.

Vel ad singulas libras sacchari pone ʒ. 10. pulueris, & facias conditum.

℞. setæ nouiter tinctę ʒ. 1. immergatur per diem in aqua rosar. acetosę, & pomorum redolentium ana ʒ. 1. Deinde bulliat, donec aqua rubeat: in qua dissol. sacch. ʒ. 3. & cum fuerit debite coctum, adde pulu. ʒ. 3. si bolos facere volueris: vel si opiatum, ʒ. 4.

Possunt quoque pulu. syrup. aut conferuis misceri. Syrup. de granatis acetosis, dulcibus, limonibus, persicis, acetositate citri, de prunis, de succo acetosę, de ribes, berberis, de succo cucurbitę, de pomis odoriferis, rosar. violatus. Iulep. de bugloss. borrag. melyssophyllo, rosatus, viol. de aqua viol. borrag. scabiosę, pimpinellę, succo cydoniorum.

Conferuę ex iisdem, & confectioes commodę deaurantur pro diuitibus.

℞. boli armenę, vt prius ʒ. i. ʒ. cinnamomi ʒ. i. rad. diptamni & tormentillæ an. ʒ. ʒ. rad. tunici coriandrorum præparatorum ana ʒ. 3. rhabarbari elect. ʒ. 2. ʒ. zinziberis, terrę sigillatę, corticum citri, ben albi & rub. corall. rubri, santalorum citrinorum, limaturę eboris, margaritarum ana ʒ. 2. carabe, macis ana ʒ. i. semin. acetosę, endiuie, portulac. spodij, ligni aloës, offis de corde an. ʒ. 2. setę combustę ʒ. ʒ. auri & argenti limatorum an. ʒ. i. ambre Gr. 6. spicę nardi Gr. 4. moschi Gr. i. vel instar loci, moschi, caphurę Gr. 6. Si addatur vnicornis ʒ. i. melius fuerit. Fiat puluis. Diuinus appellatur à Saracenis.

℞. tormentil. diptam. tunici an. ʒ. ʒ. sem. citruli, boli arme. an. ʒ. 2. offis de cord. cerui, coralli albi & rub. trium santal. an. ʒ. ʒ. rhabar. ʒ. i. ʒ. spic. nard. gr. 4. caphur. ʒ. i.

℞. cinnamom. ʒ. ʒ. zenoarię ʒ. 2. boli armen. præparatę ʒ. 6. sem. acetosę & citri, corticis citri an. ʒ. 3. rad. tunici, diptamni tormentillæ maturę eboris ʒ. i. ʒ. offis de corde cerui ʒ. i. fragment. smaragdi, rubini, granati & sapphyri ana ʒ. i. fiat puluis

qui incorporetur cum conferua acetosæ & bugloss. ana ℥. 3. sacch. ℔. 1. ℔. vel ℔. 2.

Paruulis de minosis.

℞. centonici in aceto fortiss. per diem infusi, boli arm. in aqu. absinth. infusæ an. ℥. 1. rad. diptam. rasuræ cornu cerui adusti, sem. caulium an. ℥. 2. ℔. citri, cortic. citri, rad. tormentillæ, tunici, terræ sigillatæ, margaritar. splendor. coriandri præparati an. ℥. 2. ℔. fragmentorum sapphyri, smaragdi, hyacinthi, granati ana ℥. 1. coral. rub. ℥. 3. ℔. setæ combustæ, sem. plantag. an. ℥. 2. ossis de cord. ceru. rasuræ eboris an. ℥. 3. ℔. vnicornis ℥. 1. ambre ℥. 1. fiat pulu. detur stomacho vacuo cum aqu. portulacæ, vel vino lymphato cum aqua acetosa vel portulacæ lactantibus cum modico lactis.

℞. sem. iunip. ℥. 2. ℔. caryoph. macis, nucis moscha. zinzib. zedoar. an. ℥. 2. vtriusque aristoloch. rad. gentian. tormentil. diptam. tunici herbæ, rad. enul. an. ℥. 2. saluæ, rutæ, balsamit. puleg. an. ℥. 1. baccarum lauri, daronici Romani, sem. acetosæ, sem. citri, cinnam. macis, olibani, boli armen. terræ sigillatæ, spodij, ossis de corde cerui, rasuræ eboris, margaritar. fragmentorum sapphyri, smaragdi, coral. rub. ligni aloës, fantali rub. & moschatellini an. ℥. 3. ℔. conferuæ rosar. bugloss. nenuphar. theriacæ an. ℥. 1. panis sacchar. ℔. 3. fiat electuarium cum aqua rosarum & scabiosæ.

Aqua mirabilis ad pestem qua describitur a Gainerio libello de Peste cap. de becardicis.

℞. rad. tormentillæ recentis ℔. 1. rad. enulæ ℥. 4. radiceis berb. benetonicæ & diptamni an. ℔. 3. acetosæ cum seminib. ℔. 2. acetosæ ℥. 20. semin. eiusdem ℥. 4. bugloss. & borrag. cum flor. ros. rub. syluestrium an. ℔. 3. pimpinel. & scabiosæ an. ℔. 3. succi limon. ℔. 1. theriacæ ℔. 3. aqu. vitæ ex optimo vino factæ & sapius distillatæ ℥. 1. fantali albi & rub. spodij. ben. albi & rub. margaritar. splendor. an. ℥. 1. ℔. ossis de corde ceru. ℥. 1. rasuræ eboris ℥. 3. croci ℥. 2. caphu. ℥. 2. folior. auri ℥. 3. ℔. Folia auri in porphyro vel marmore plurimum agitabis cum modico mellis, vt omnino coniuncta sint, & repone in ampulla vitrea bene clausa cum aqua vitæ. Sic dimitte per dies 15. Item margaritas tritas repone in alia ampulla cum supradictis, libra succi limonum bene obturetur per 15. dies. Radices optimo vino lauentur, terantur, deinde siccantur cum herbis & floribus loco bene mundo in umbra. Reliqua omnia reponantur in vase vitreato, & superfundatur aqua vitæ, succus limonum & c. bene obturando, ne quid exhalet. Vas foueâ tripodanea sepelies, locus sit humidus, calce. viua instratus, cui insideat vas. Deinde circundetur, & cooperiatur vinaccis, vel fimo equino, aut vaccino omnino tegatur. Tum infundatur aqua, vt par sit humiditas loci. Illic permittite 12. dies. Sed sæpe, vt quarto quoque die, vinacea & fimum commuta. Totâ materia transponatur in alembicum vitreum bene sigillatum, ne quid expiret. Fiat distillatio lento igne, & sine fumo. Aqua rursus in-

sus iniiciatur in relictum magma, & iterum distilletur, ac tertio sine fecibus distilletur in balneo Mariæ. Reponatur fideliter vase vitreo. Dosis cochleare vnum.

Gestata profunt, carbunculus, rubinus, granatus. Hic, etsi non in pretio sit, aliis generibus præferendus, sapphyrus, hyacinthus, agathus, & c.

℞. aceti albi ℥. 6. aquæ ros. & viol. an. ℥. 1. ℔. caphuræ ℥. 1. moschi Gr. 1. ℔. caphura & moschus conterantur, cum spongia sepe odorentur.

℞. ros. rub. ℔. 3. viol. ℔. 1. aceti fortiss. ℔. 2. caphuræ ℥. 1. moschi ℥. 2. conquassentur omnia simul, & ponantur in alembico vitreo, distillentur. Quod distillauerit iterum ingeratur in magma, & rursus distilletur. Loca rosar. & violar. si recentes haberi non possunt, imperabis rosar. & viol. an. ℔. 1. aquarum earundem an. ℔. 3. Potest cortex citri adici, & moschus & caphura minore dosi tamen immitti, cum eadem calet. Distillata bene reponatur aqua, & inde facies abluatur, & spongia imbuta sæpe inspiretur. Poteris quoque addere imbræ, ligni aloës ana ℥. 2. aut solas aquas condire eiusmodi aromatis, deinde commisce aceto albo.

Sed quia fortasse maculas faciei mulierum inferrent.

℞. lithargyri argenti ℔. 3. optimè teratur, decoquatur in ℔. 2. aceti albi optimi vsque ad consumptionem medietatis, semper cum spatha commiscendo. Deinde per filtrum distilletur, & in vase bene mundo reponatur.

Deinde,

℞. caphuræ ℥. 3. aluminis rochæ, boracis, an. ℥. 6. moschi Gr. 4. terantur omnia: quibus adde olei tartari ℥. 1. ℔. Et omnia pone in ℔. 2. aquæ rosarum. Bulliant ad consumptionem tertiæ partis semper commiscendo, & postea per filtrum distilletur, & in ampulla bene clausa vsui referuetur.

Pomum hieme ita parabis.

℞. styracis calaminthæ, corticis citri ana ℥. 2. ben. albi & rub. manthæ siccæ, caryophyll. ligni aloës, cardamomi, valeriani, calami aromatici, myrtillorum ana ℥. 1. santalorum citrinorum, mastiches, caphuræ ana ℥. 1. ℔. macis, nucis moschatæ, cinnamomi, ambre ana ℥. 3. ℔. moschi ℥. 1. ladani purissimi ℥. 3. ℔. cum aqua melissophyll. fiat pomum.

Æstate verò sic.

℞. florum nenupharis, violarum, buglossi, ros. rub. santalorum rub. & citrinorum, spodij ana ℥. 1. ℔. caphuræ ℥. 3. corticis citri ℥. 2. macis, nucis moschatæ, maioranæ, calendule, marrubij, styracis, calamite, cardamomi, mastichis, zedoariæ, ligni aloës, cubebæ ana ℥. 3. ℔. ambre ℥. 1. moschi ℥. 3. ℔. ladani ℥. 3. conquassentur cum aqua rosar. Postremò addatur ambra & moschus, fiat pomum perforatum.

℞. salis communis vsui, marmoris albi, pumicis, corallorum al-

borum ana ʒ. i. corticis citri ana ʒ. i. ʒ. mastichis ʒ. i. moschi Gran. 4. fiat pul. subtilissimus.

Multa alia id genus remedia ad præseruationem faciunt, de quibus Practicos consulere potes.

CVRATIO IAM COR- reptorum.

Videndum imprimis, an venenum cor appetat. Celer enim morbus est, & qui naturam inopinato obsessam perimit derepentè.

Videndum etiam anne vitalis facultas deficiat. Initio ergo vtrumque præstandum est, tum iis quæ antidota sunt, tum motu, frictione & similibus, quæ foras euocant. Sed quia aliquantum vigilia, motu, & frictione spirituum inanitio fit, habenda perpetuè vitæ ratio. Nam vt naturalis & animalis facultas integræ sunt, vitalis concidit. Initio igitur detur aliquot supradictorum antidotorum. Vel,

℞. rad. tormentillæ, betonicæ, dictamni, gentianæ, morsus diaboli, cum rad. & herbâ croci ana ʒ. i. fiat pul. Dosis ʒ. 2. cum vino aqua rosarum lymphato. Et vt sunt vires, distillatum cum vino granatorum, berberorum, aqua tormentillæ &c. Expressiones, colatitia, alterata, vt dictum est. Tum de vacuatione cogitandum.

Phlebotomia, si omnia permittunt. Alioqui purgatio, vt in humoribus.

Hellebori ʒ. i. pomo concluditur. Pomum conuoluitur stuppa, aqua rosarum prius madefacta & expressa, & ita in cineribus coquitur. Abiicitur helleborus. Pomum conspersum puluere aliquo salutari datur fortioribus quidem, nam debilioribus secundo pomo iterum coquitur. Secundum pomum datur. Iulep è vino granatorum, berberorum, aqua hordei cum saccharo, ex aquis intybi. Aqua saccharata cum iulepo viol. aromatizato pul. supradictis.

Cibus è media materia qui facilè coquatur.

Aër obiectus aut salutaris sæpe commutatus, vt cubile molle, &c. Somno abstineat, nisi vires dissolutæ videantur.

Anicenna familiare hoc erat ad pestem alexiterium.

℞. aquæ rosarum ʒ. 2. vini albi, aut clari, tenuis, odoriferi ʒ. ʒ. boli armeneæ tritæ subtilissimè ʒ. i. Si euomat, malum est.

Sed

Sed abluatur os vino. a Deinde repetatur antidotus. Debet enim, vt etiam non reuomat, sæpius iterari. Quamquam qui retinent ferè euadunt.

Clysteribus, balanis lenibus, b catharticis quotidie alius lenienda.

c Epithemata cordi ex aqua rosarum, violarum, bugloss. &c. cum aceto, vino granatorum, caphura, santalis, &c. & modico vini.

DE BVBONE.

BEBRI pestilenti aliàs superuenit bubo, vt etiam eam antecedit, aliàs succedit eidem. Ante febrem bubonem enasci optabilius est, quia natura valentis significati- nem affert.

Constat experimento phlebotomiam nocere iam eunte bubone, & vtendum attrahentibus cucurbitulis, cauteriis, potu bezoardico, fræquenti quidem, si reuomant. Iteretur tertio.

Phlebotomia, nisi quid dissuadeat, à vena cephalica, si sub auribus sit bubo, vel extrema manu, si sub mento aliàs ab eadem, deinde à venis lingue fiet. Si sub alis à media, si in inguinibus, à saphena, scia- tica extremorum pedum secundum rectitudinem. Ita & cucurbitulæ. A venæ sectione vitetur somnus, ne venenum intro rapiatur.

Bezoardica.

Laudatur plurimum theriacæ ʒ. i. Cæpa cauata concoquitur, & apponitur loco.

Alij ita coctam cepam aceto immergunt. Alij vini granatorum, & syrup. de acetositate citri an. ʒ. i. ʒ. atque ita succum exprimunt, cumque ʒ. 2. aquæ tormentillæ, vel succo propinant, materiam emplastri modo buboni apponunt.

℞. Valerianæ ʒ. ʒ. rad. ebuli ʒ. 3. lybistici cum rad. ʒ. i. Bulliant in aqua & oleo chamæm. ana q. f. Deinde pistentur cum dicto oleo, & superponantur, vel addatur radix diptamni.

Diachyl. ʒ. 2. ammoniaci, galbani ana ʒ. ʒ. oleo Scorpionum incorporentur.

Vtendum quoque sangui fugis, cucurbitulis cum scarificatione, &c. Alij omnino circuncidunt, & extrahunt.

Vel sic præscripserit. R. c. cath. Drach 6. agar. trochiscati Scrup. 2. eleæ. diacarthami Drach 1. ʒ. syrup. acetos. simpl. V. c. ʒ. theriacis Scrup. 1. cum aqua lupuli, aut scabiosa, vel vino albo. f. posio. Vel R. c. diaprunisoluti & electar. de succo ros. ana Drach. 2. ʒ. syrup. de limonib. Vnc. ʒ. trochisc. de caphura Scrup. 1. cum aqua s. atiosa & carduis. f. posio. Vel, R. c. cathol. fenn. & rh. dupl. Drach. 6. coniect. hamech. Drach. 2. elect. diamargar. frigid. Scrup. 2. ʒ. syrup. de scio- p. ad. Vnc. ʒ. cum aqua bugloss. & borraginis f. posio. c. Hæc epithemata tum cordi, tum hepatis admodum v. r. Rec. aquar. bugloss. calios. card. benedict. ana Vnc. 4. acet. rosacei Vnc 3. electar. de gemm. Drach ʒ. caphura, ʒ. ʒ. ofu de corde cerui ana ʒ. ʒ. v. ʒ. theriacis veteru & mithridati ana Drach. ʒ. croci gran. 4. Miscantur omnia pro somno cordis tepido, cum spongia, vel linteolo, vel panno scilicet. Item Rec. aquar. ros. oxal. & rosar. ana Vn. 4. ʒ. v. gran. Vnc. 3. acet. rosa. Vnc. 1. pul. cor all. rub. & santal. omnium ana Drach. ʒ. Miscet pro epithemate hepatis. Non sunt frigidæ imponenda, n. quæ recipiant idstringentia multum, quia hic resp. lere nocuum est. Cæterum ad roborandam circuncidenda vires conferunt electar. vel opiata, ex diamargarito, diarhodo, aromatic. ros. con. arui. bugloss. eichory & similib.

Cauteria, si vires valent. Tenaculis etiam candentibus extrahunt.

Calcis viua lb. 2. cineris purgati & cribrati, aluminis rocha ana lb. β. de quibus fiat lixiuium. Sed ita vt materia induretur, quantitate parua auellanæ vnguento alicui misceatur.

Catelli, a gallus, &c. Pulmones animalium.

Scabiosa teritur. Tribus horis retenta carbonem curat. Lysimachia similiter.

Cum oleo de Scorpionibus anagallis malaxetur: addatur aliquid myrthæ aut veteris theriacæ. Alioqui maturandum apostema. Maturatum sagittata aperiendum, vel theriacæ veteri, qua parte acuitur, & mollius est apostema. Siquidem hinc via fit puri, fiat apertio ad modum folij myrti, vel oliuæ. Caueantur vena, arteria, nerui. Secta parte si dolor oriatur, lana in oui albumine intincta ponatur. Sic per diem maneat. Si dolor, contingat, deterge prius, & intinge in oui liquore & modico olei rosacei.

Eschara tollatur, modico butyro, oui vitello, farina triticea mixtis in vncia olei rosacei, & vitellus oui simul agitetur.

Carbunculus.

Carbunculus à melancholico sanguine est, velut clauus quidem paruus, qui malignior factus pustulas quasi ab igne vrendas, escharam, ardorem, dolorem intolerabilem facit rubens, viridis niger. Parui, oblongi deteriores, vicinia liuet, ardet in partibus carnosiss & vicinis nobilium.

Bezoardica. Emittantur fæces ventris, mittatur sanguis etiam ad lipothymiam, habita semper ratione virium, &c. Scarifica punctum emplastrum è pane medio malaxatur cum succo plantaginis, adhibetur vt & cætera, quæ discutunt modicè & refrigerant. Vel ex plantagine, lentibus, pane cibario coctis in aqua. Granata acida aceto cocta ad putrilaginem, & linteolo extenta, initio ac statu.

Liliorum radix recens emplastri modo, deinde superpone folia caulium, betæ, &c.

Bonus armentorum firmus, siccus ex aqua subactus.

Quidam practici maturan. Galen. prohibet vt in mouentibus, quia non maturan, sed putrefaciunt.

Scabiosa, cauda equina, Sapphyrus circumagitur carbunculo, deinde retinetur è directo. Albertus Magnus multos carbones vidit vnius sapphyri gestatione curatos. Thapsus barbatus, Theriaca, Mithridatium. Sed remedia celeriter exarescunt. Subinde itaque commutanda.

Sanguisuga, gallinæ.

Defensiuæ circa locum. ℞. ol. ros. ℥. 3. aceti ros. ℥. 1. boli armenæ q. s. ad inspissandum.

℞. vnguenti populei, olei rosati & myrtillorum ana ℥. 2. vini granatorum

a Vt si viua hæc animata per medium differunt, & calidè applicentur. Alij panem è clibano calidum admovent aut d. nique tale aliquid aliud. quod cutis corporis spiracula relaxanda fu- liginem, aut vi- rna educat.

b Hoc Galeni emplastrum est 14. Meth. Non vsque adeo probatur: quia melius est ne vt adstrictoria maiorem venenatam, in ro reuertat. Attamen si car- b. p. runcat, parum doleat, parum rubeat apponitur.

granatorum ℥. 1. β. boli armenæ, terræ sigillatæ ana quod sufficit.

Possunt emplastra malaxari cum succo plantaginis.

Cotula fœtida trita circumponitur.

Supra verò sterqus humanum calidum, vel vitellus oui recens agitetur cum sale bene trito.


Nasturtium vel vrtica cum sale teratur, & malaxetur cum oleo li- liaceo. Allium tritum per se, vel cum pipere, & auellanarum nuc- leo, detracta pelle.

Terébinthina cum nitro, carne passularum, cum sale vel ster- core passeris, columbarum.

Mel & oleum cum sale trito cocta.

Cor turturis recenter detractum & deuoratum singulare reme- diu. Fetus ante scarificationem, & alia. Chamæmeli ℥. 3. spicæ Cel- ticæ ℥. 2. maioranæ ℥. 2. bulliant in aqua, cum spongia fiat fetus. De- inde ventosæ affigantur cum multo igne. Fuit idem fetus, tum sca- rifica punctum, & cucurbitula apponatur, vbi res vrget.

FINIS LIBELLI DE PESTE.





ANTONIVS VALETIVS
LECTORI.

MECVM forsan mirabere, Lector, his in Hollerij commentationibus multa passim occurrere, qualib. De intertornorum curatione affectuum inserta liceat comperire. Sed intelligas velim istam sibi ἐπιπέδου primoribus cum medicis communem esse, qua ad optimam medendi rationem viam parat longè fideliozem. Quod enim loco vno aut altero breuiter, & haud satis explanatè traditur, id subinde repetitum magis innotescere consuevit. Adde quod (quantum ex laceris, & veluti Sibylla foliis, huc atque illuc dispersis auctoris chartulis deprehendi) nunquam mens fuerat hac euulgare, qua si fuisset, auctiora multò dedisset, & reliquisset elimatiora. Quali acunque verò sint, si aliquando tibi placuerunt, nunc facta meliora non minùs probaturum speramus. Periochas autem libuit appellare, quod compendiarium ad Galeni libros τῶν τόπων doctrinam complectantur.

Vale.



IACOBI HOLLERII
STEMPANI, MEDICI
PARISIENSIS
celeberrimi,

Ad libros Galeni de compositione medicamentorum τῶν τόπων.

PERIOCHE I.



AREA genus est Alopecia, & Ophiasis. Vtriusque causa vitiosum alimentum capillorum. Ophiasis familiaris pueris ab occipitio incipit, duorum digitorum latitudinem non excedens: serpit ad aures & frontem, donec vtrisque fines, quasi caput & cauda, committantur, vt serpentem repræsentet, vnde nomen. Sponte sua aut leuioribus remediis curatur. Alopecia magis accidit adultis, difficiliùs curatur. In vtraque, quod omni modo marcescit & emoritur extima pellicula capitis, vnde conspersa, glabreata, pili primum extenuantur, deinde excidunt. Locus expers cruoris apparet, qui si configitur, sanguinem liquidum & malè olentem reddit. Alopecia sub qualibet figura serpit. In capillo & barba vterque affectus differentias habet: quia vel incipiunt vel facti sunt, vel iam inueterati. Inueteratorum signa, cutis densa, subpinguis, in totum glabra, & quæ foru, frictione, exasperatione non rubescit, aut agerrimè curatur.

Alopecia & ophiasis causa.

Alopecia & ophiasis inueterata signa.

CVRATIO.

IN ratione vitæ, purgatione totius corporis, deinde capitis curâ quadam per frictiones, & similia circa caput, topicis remediis tota consistit curatio. Rationem vitæ præscripsit Aesclepiades abstinentiam vini, leguminum, lacticiniorum, casei, carniùm, & eorum quæ vel plurimum nutriunt, vel flatus & vapores gignunt. Exercitium sit moderatum, raram balneum, rarus sudor, alimenta quæ parum nutriunt, tenuem succum & bonum gignant, atque omnino repugnant vitio. Purgatio corporis, vt est vitium humorum in pituita, pilulæ cocciæ, assaieret, turbitih, agaricus, puluis hiera

Purgatio.

diacolocynthidos, diaphœnicum, diacarthamum, qualis erit hæc dosiſ. ℞. pilularum cocciarum ꝓ. ꝑ. pulueris hieræ diacolocynthidos, agarici an. ꝑ. i. cum expreſſione ꝑ. i. turbith gummoſi infulſi in oxymelite, ſiant pilulæ. Poterit loco agarici aliquid miſceſſi diacarthami. Diaphœnicum autem dabitur ad ꝓ. ꝑ. Vigentibus ætate poterit tamen acui addita ꝓ. i. diacarthami, aut expreſſione ꝓ. i. pulueris hieræ diacolocynth. aut ꝓ. 2. agarici. Infulſiones ſiant in oxymelite. Vbi verò bili vitium gignit, vtetur pilulis aureis, elect. de ſucco roſarum, diapruno laxatiuo, thabarbaro, myrobalanis citrinis. Augebitur vis eorum medicamentorum duobus, tribus vel quatuor granis diacridij. In melancholico ſucco pilulæ de fumo terræ, de lapide lazuli, diaſenna, conſectio hamech, electuarium Indum. Horum vis augetur adiecta infulſione ꝑ. ꝑ. ellebori nigri aut ꝑ. i. Iam verò vitium humorum ex calore cutis, temperamento totius, tum corporis, tum capitis, & antea cta vita deprehendes. Caput ſeorſum purgabitur errhinis, & apophlegmatifmis. Cura circa caput eiufmodi eſt. Primum caput rade, idque ſæpius quotidie, vt malum eſt contumax, rarius verò vt eſt leuius: deinde perfricabis linteo aſpero, foliis ficus, oſſe ſepiæ, verticæ foliis, pumice. Perfricabis autem molliuſ, aut duriuſ, vt eſt malum contumax, atque in contumaci ita perfricabis, vt inde cruor moueatur. Vtemur quoque ſinapiſmis, functionibus ex articulis, ſcarificationibus & cucurbitalis, quæ omnia pro magnitudine mali temperanda ſunt. Herbis manè & veſperi, vel eo ſæpius in graui affectu. Atque hæc ante cibum facienda ſunt. Sequitur, vt topica adhibeas, in quorum uſu hoc videtur, vt non ſolum illinantur, ſed diutius affricando imbibantur, vt altius in profundum ſubeant, quod in omni affectu faciendum eſt, vbicunq; vnguentis vtimur. Medicamenta è pinguibus, & medicamentis aridis in puluerem tritis, natura acri tenuium partium, quæ humorem vitioſum diſcutiant, & alimentum regenerandis capillis attrahant, atque ita calefaciant, vt neque vrant, neque præter modum reſiccent cutem. Pingua ſunt oleum caryinum, anethinum, ſinapium, terebinthinum, & alia, quæ ſcripta inuenies cap. 2. de attrahentibus lib. 1. de materia Chirurgica, adeps viperæ, ranarum, axungia vetus, ſed præcipuè de rafa axibus rotarum, & alia quæ eodem capite ſcripta inuenies. Viſcum quernum, gummi elemi, terebinthina Veneta, vel vulgaris, ſax ampullæ lucernariæ, pix liquida aut ſicca, ſed oleo liquefacta, ceratum picatum, reſinarum, galbanum, mel enulatum, diachylum, Ireatum, ceratum de Vigo, & ſimilia oleo ſoluta. In pinguibus puluiſculi excipiuntur è materia prædita ea facultate, quæ dicta eſt. Medicamenta hæc ſunt, euphorbium, thapſiæ, aſenicum rubrum, puluis angelicus, aut mercurialis, tithymalorum cinis, naſturtij ſemen, ſinapi, eruca, ſulphur, borax, nitrum, arundinis cortex & radix, veratrum, radix ari & ariſtolochiæ, cinis muſcarum, murium, ranarum, ſcarabeorum, oſtreorum, ſalſorum, piſcium, amygdala-

Qua cura capiti
adhibenda.

amygdalarum amararum: atque hæc vruntur, quod uſtura adfrictionem relinquunt, & tenuitatem partium acquirant. Eodem modo erinaceorum cinis, ſtercora volatilium, murium ſax cremata, thus aceto tritum, cortex auellanarum, ficus cremata, cantharides uſtæ, uſti ſcarabei. Sit autem proportio horum medicamentorum tritorum ad pingua ſubquadrapla, ſubſextupla, ſuboctupla, ſubdecupla, ſubduodecupla, quale ſit.

℞. euphorbij ꝓ. i. olei laurini ꝓ. i. ꝑ. Hic ſubduodecupla ratio eſt. Quod ſi tantum ꝓ. i. olei miſcueris, ſuboctupla, ſi ſolam ſemunciam, ſubquadrapla. Bis in die hæc medicamenta illinantur vel eo ſæpius ea ratione, quæ prædicta eſt, cum raſura, frictione & cæteris. Medicamentum fortius dolorem & ardorem excitabit, imbecillum nihil immutabit cutem moderatam, moderanter calefaciet, & veluti pruriginem quandam commouebit. In malignis affectibus & contumacibus, fortioribus vtendum erit, ac ſæpius repetitis. Leuioribus, leniora, mediocribus, mediocria miſcenda ſunt. Hoc erit forte.

℞. gummi elemi ꝓ. ꝑ. axungie veteris lotæ ex aqua vitæ in ſole ꝓ. 2. olei è terebinth. & laurini an. ꝓ. 6. Liqueſcant ſimul omnia, & probè miſceantur in calidis cineribus. Deinde inſperge euphorbij ſubtiliſſimè triti, thapſiæ ana ꝓ. i. ſulphuris viui, ſeminis ſinapi ana ꝓ. ꝑ. cineris tithymali, & cantharidum ana ꝑ. i. Hic ferè eſt ſuboctupla proportio. Fortius erit, ſi imminueris modum pinguium, vel auxeris modum puluerum. Clementius contra, ſi pulueres minueris, vel auxeris pingua. Eadem ratione ex deſcripta materia inſinita pharmaca miſcebis.

DE PROFLVIO CAPILLORVM.

A MORBO ſæpius, rarius ſine morbo capilli deſluunt, partim inopia alimenti, partim raritate cutis. Hic ergo uſu alimentorum ſalubrium & euchymorum regenerandis pilis materiam comparabis: cutem adstringes medicamentis, quæ modicè calefaciant, & leniter adstringant, atque ita corroborent cutem, & poros conſtringant. Calidiora alimentum capillorum in halitum diſcutiunt. Quæ nimium adstringunt, eandem materiam repellunt, & ſæpè etiam nimium adstringendo, vias intercipiunt futurarum, per quas vapor inutilis quotidie exhalat. Atque ita retentis excrementis dolores capitis, fluxio in nares, fauces, & reliquum corpus commouentur. In uſu medicamentorum ſub hiemem quidem, & hieme detondendus pilus eſt, ſub æſtatem & æſtate ipſa omnino radi debet. Veteres antè balneum, & à balneo medicamenta illinebant. Nunc exoleta conſuetudine balneorum, vte-

Viſum.

mur fotu ex decocto absinthij, stæchados, sarmentorum vitis, & vocatarum capillarum, adiectis interdum myrthi foliis. Coquenda in æquis partibus aquæ & vini rubri. Medicamenta iusta consistentia esse oportet, neque tam crassa vt inhæreant, neque tam liquida, vt defluant. Iusta est mellis crassitudo hyeme paulò calidiora & liquidiora tantùm detruso pilo: contra æstate, olea conueniunt rosaceum, myrtinum concoctum, omphacio, extremitaribus rubi & rerum huiusmodi, quæ astringunt, atque his calidiora oleum de absinthio, de spica nardi, costinum. Medicamenta oleis miscentur, vt ladanum, herbæ vocatæ capillares, grana myrti, semen brassicæ, mastiche, & alia id genus. Singulare hoc. ℞. polytrici, capillorum veneris an. M. β. foliorum myrti, rosarum, absinthij an. P. 2. decoquantur in olei dulcis & vini rubri austeri an. quart. 3. donec vinum consumptum sit, omnia colentur, exprimantur, expressum oleum reponatur. Iam,

*Olea capillorum
profluuium si-
stentia.*

℞. huius olei ℥. 3. ladanum ℥. 1. β. mastiches ℥. β. ladanum & mastiche subigantur in mortario pistillo calido, paulatim oleum infundendo: deinde consperge, & probe misce pulueris capillorum veneris ℥. 4.

Aliud.

℞. ladanum ℥. 2. subige in mortario calido pistillo, paulatim infundendo vinum austerum, donec mollescat, deinde misce duplum olei conuenientis.

Aliud.

℞. ladanum, absinthij ana ℥. β. baccas iuniperi tufas & ligatas linteas, deinde per dies quinque macerentur in oleo conuenienti, exprimatur linteum in oleum. Hoc illitum, & profluuium pilorum prohibet, & furfures. Item brassicæ cinis oleo myrtino miscetur ad mellis consistentiam: similiter abrotonum in puluerem tritum, & hoc quoque Græcis & Arabibus probatum.

℞. corticum cannæ & auellanarum vstarum, granorum myrti ana ℥. β. absinthij, gallarum ana ʒ. 2. Terantur omnia in puluerem, misceantur oleo myrtillorum, donec fiat mollis crassitudo & consistentia.

DE TINCTURA CAPILLORVM.

Canisii causa.



ANITIES fit consensu Philosophorum & medicorum non à siccitate, sed humiditate cruda, quâ natiuus calor non concoquit, externus corrumpit atque putrefacit. Natura humidioribus celerius ex anteriore parte capitis, quæ humidior est. Qui viuunt capite plurimum operto, raro detecto & perflato, aliquando etate, nonnunquam morbo, sed præcipuè vitiligine, in hanc sæpius incurrunt. Quibusdam de repente pilus exalbuit vapore hydrargyri, aut cura graui. Habenda itaque cura, vt mali causa cognoscatur,

gnoscat, purgandum corpus, siquidem egere videantur, & vt nigrescat pilus medicamentis duorum generum vt licet: calidis, quale est apud veteres Cedrium oleum ex Cedria, pix liquida oleo mixta. Aliud genus medicamentorum terreum est, adstringit & habet aliquid tenuium partium permixtum vt in profundum penetret. Sed ab horum vsu constrictis spiraculis capitis, per quæ vapores exhalant, frigidi morbi capitis, corruptelæ dentium, fluxio in pulmones & reliquum corpus, tabes, mors aliquando insequuntur. In vsu melius est primum extergere caput. Veteres utebantur terra Cimolia. Nos sapone commodè vtetur: ac sapo commodè poterit confici ex consuetis, ouillo, caprino, hircino, pice liquida addita, lixiuium parato ex iis, quæ partim detergent, partim nigrefaciunt, vt è cineribus corticum salicis. Diuitibus poterit condiri sapo mosco & ambra, quam ambra griseam vocant, atque intermisceri atramentum sutorium, nigretam vocant, aut puluis lapidis nigri, quo iam passim calceos denigrant & illustrant. Denigrat enim & astringit. Aliquid quoque atramenti impressorij, vernicis, vt magis hæreat sapo. Item pectine vtendum stanneo, plumbeo, corneo intincto medicamentis, quæ nigrefaciant. Caparis cortex aqua incoquitur, vt Dioscorides, lacte asinino, bulbulo, vt Archigenes, vel (vt alij) coquitur ad tertias dum putrescat, atque ita illinitur. Similiter cortex radicis ilicis, quam rustici (*horx*) appellant, coquitur dum putrescat. Decocto tergetur caput, cortice verò illinitur. Item myrti nigrae folia, semina betæ, folia ficus nigrae, mori nigrae, nucamenta seu cutuli nucum, cortex fructus nucis nondum maturæ, cortex salicis, faba fabacea, galla, sumach, cinara, suber aridum, plumbum vstum, excrementum ferri. Alia coquantur in aqua pluuia, quædam in aceto. Succus ex aliis exprimatur, alia teruntur in puluerem, quædam cremantur, vt inde fiat lixiuium. Sunt ex veteribus Medicis, qui præcipiant prius caput radendum. Sic enim melius subeunt intro medicamenta. Ex tritis in puluerem & sicco aliorum fit mellis crassitudo. At flauos capillos reddunt lapini triti, addito nitro ex aqua illiti, vel eadem aqua macerati, vel lixiuium. Experimenta sunt mulierum. Lixiuium parant, & in caput detergent, lauantque, & ita exponunt foli. Alia madidos capillos statim conuoluunt suis linteis, sponte sua siccescant. Lixiuium addunt stramen triticeum, glycyrrhizam, ramenta buxi. Veteres ramenta loti arboris decoquebant. Fax vini veteris vsta cum oleo muscellino. Illinitur radix eringij & verberis, flores lixiuium macerantur, & aliquid herbæ, quam galdan vocant, adicitur. Singulare est hoc ad flautiem capillorum.

℞. olei tartarei & pulueris salicis ana ʒ. 2. commisceantur & verberentur fortiter in sole, quater in die. Continuetur, donec sint bene flaua. Item aqua pæ radicem ireos, siccetur in sole, ad-

Simplicia ad nigrescentiam capillorum.

Flauos capillos qua faciunt.

miscetur lixiuio, inspergatur, & fiat, vt supra. Item limaces rubri sale condiantur, ex quorum aqua abluatur caput & capilli.

DE FURFVRIBVS.

Phthiriasis.

Phthiriasim vocant. Morbus est extimæ cutis capitis cum leui scalptu, quasi furfures excutiuntur. Fere à pituita salsa, nōnunquam ab altero bilis genere. Remedia sunt, conueniens diæta repugnans vitio materiæ, purgatio corporis, vt in alopecia, apophlegmatismi & errhina, quæ per os & nares pituitam ducant. Medicamenta topica, quæ discutiant vel tergeant. Vrinæ quoque & sudores vtiliter moueri possunt. Materia comparatur ex siccatis tritæque faba, hordeo, fœnugræco, orobo, lupino, cineribus betæ, brassicæ, abrotoni, cucumeris agrestis, parietariæ, puluere absinthii, enulæ, ireos aristolochiæ, staphysagriæ, bryoniæ, ari, sulphuris, lapidis calaminaris, & generis terræ, quæ iam venalis circumfertur exsiccandis scripturis recentibus, pumice, osse sepiæ, foliis ficus. Conuenit item sapo & diuitibus pomata. Adhæc fex vini, calx, argenti spuma. Composita fiunt ex his. Nam arida incorporantur succo betæ, brassicæ, ireos, enulæ, cucumeris agrestis, bryoniæ, oleo amygdalarum amararum, fraxini, rutæ, vt sit crassitudo mellis. Hæc omnia fient meliùs rasiscapillis, præmissaque frictione ex linteo asperiore. Possunt & pulueres per se affricari exiisdem cineribus. Lixiuium fit, quod conuenit.

℞. argenti spumæ, olei rutacei, aceti ana, misceantur calidis cineribus. Aliud. Pulueris ireos & abrotoni ana ℥. s. succi enulæ & betæ quod sufficit, ad crassitudinem mellis.



DE MORBO PEDICVLARI.

Phthiriasis.

Phthiriasim appellant. Interioris cutis capitis morbus est ab humore calido illic collecto, vnde putredine pediculi gignuntur. Post habitam rationem totius corporis, recte institutam vitam & alia, vt priùs, medicamentis siccantibus, detergentibus, attrahentibus ex alto, ac si vis, amarore præditis vt conueniet. ℞. staphysagriæ tritæ ℥. s. aloës ℥. 2. aceti scyllitici, & olei amygdalarum amararum, vt sit mellis crassitudo. ℞. pinguedinis erasæ è lardo salso ℥. 2. aloës subtilissimè tritæ ℥. s. cum aceto scyllitico fiat vnio.

Aliud.

℞. aloës, herbe pedicularis tritæ ana ℥. s. olei fraxini & succi genifæ quantum sufficiat, fiat mellis crassitudo. Aliud. ℞. pilularū communium ℥. 2. pul. contra vermes tantūdem, cum succo athanasie fiat linimen-

linimentum. Sapo cum aloë compositus aloë mollis addito oleo irino in muriam, & lixiuium vel falsuginem carniū aut piscium iniicitur, & inde affricantur partes. Lixiuium fuerit fortius è cineribus athanasie & truncorum cynaræ, id est, articulis. Licebit vti & iis, quæ faciunt contra vermes. Sunt qui arsenicum misceant. Vulgus hydragyro vtitur. Sed in pueris & mollioribus naturis, neque hydragyro, neque aceto vtimur sine periculo.

DE ACHORIBVS.

Achoras, Saphati vocant Arabes, vulgus Tineam. In achoribus cutis ab acri sanie primū prurigine irritatur, deinde exulceratur, & saniem reddit, subestque aliquando humor lentus, crassus, & viscidus, vnde sanies, tineæ species. Remedia sunt, vita recta. In plethora, phlebotomia, in cacochymia, purgatio totius corporis, deinde per Apophlegmatismos capitis. Sequuntur remedia topica, quæ distingui debent, vt vitium magnum est, vel exiguum, recens confirmatum, inueteratum, superficiale, vel profundum. Denique vt est natura corporum, exiguo vitio, leuia remedia sine purgatione aliquando satisfaciunt. In recenti, repellentibus vtendum est. Discutientia commiscentur, eaque mediocria. Confirmato vitio & inueterato magis, quæ magis discutunt, tergent, incidunt. Leuiora remedia superficiali Tineæ, maiora profunda comparari debent. Acetum vi repellendi, incidendi, discutendi præditum, & propterea eximium. In hoc morbo pueris, mollioribus naturis, & corporibus noxium. In remediis olea sunt, axungie, succi, medicamenta arida, quæ liquidis & pinguibus permiscuntur. Olea quædam repellunt, vt rosatum, myrtinum, cydoniorum, salignum, id est, è salicibus. Alia verò tergent & discutunt, irinum, de cucumere asinino, amygdalis amaris, iuniperinum, fraxinum, de serpentibus, de frumento, medio cortice sambuci, de nucleis persicorum. Axungie in alopecia scriptæ, succi borraginis, fumarie, scabiosæ, parietariæ, betæ, anagallidis, enulæ, aristolochiæ, ireos, sambuci, absinthij ebuli, centaurij minoris, marrubij, cucumeris agrestis. Arida, sulphur, cinabrium, sales torrefacti, arrhenicum, ærugo, metallica acria, & ea quæ scripta sunt in Alopecia. In vsu radendum caput est, & perfricandum succo aut liquore conuenienti. Succu iam scripti & liquores conueniunt, lixiuium, vrina, falsugo, quibus acetum permisceri potest. Postremò medicamento illinuntur. Aceti loco mixtura vini & lixiuij vtendum est. Vinum sit austerum, vbi repellendum, acre & vetus, vbi discutendum est. Leuia sunt creta, argilla figularis, rubens sapo, pomata dissoluta aceto, in pueris & mollioribus corporibus, vino austero,

& lixiuio, spodium, antispodium, pompholyx, lapis calaminaris miscentur initio. Sinapismus vulgaris repellit, vt aceti incidit, contingit, virtute sinapi. Sales torrefacti, diu cum hydrargyro triti, donec nigrescant, vtiliter permiscentur. Mediocre est axungia veteris bene lota in aqua rosarum ζ . 4. sulphuris viui triti in aceto acerrimo ζ . 1. falis, vt dictum est torrefacti & triti, pul. sinapi, plantaginis an. ζ . 1. Aliud. Sulphur viuum aceto acerrimo maceratur in vase æneo collocato ad solem, deinde siccatur in eodem aceto. Ouum cum sua testa triduum maceratur. Vitellus extrahitur, crematur testa, omnia permiscentur. Aliud. Radix lapathi acuti & anula cæsa in taleolas in aceti & lixiuij partibus æqualibus ad putrilaginem coquitur, deinde permiscentur axungia veteres, consperguntur sulphure, vt prius preparato. Aliud. colla fabrorum, gummi cerosum simul in aceto macerantur, deinde coquantur in eodem aceto, atque hoc abiecto, oleum de frumento vel de sulphure miscetur, vt fiat satis liquidum euchristum. Postremò sulphuris & cinabrij partes æquales miscentur.

Aliud. ζ . succi borraginis, scabiosæ, lapathi acuti, ireos ana ζ . 2. facis olei veteri, aut olei, quod conueniat ζ . 3. aceti, quod sufficit. Bulliant simul omnia. Deinde subductis igne, misce pulueris ellebori albi & nitri, sulphuris viui, lithargyri auri, auripismenti, cinabrij, calcis viuæ, aluminis, gallarum fuliginis picis, vnde fit atramentum impressorium, cineris è face vini vsta, æruginis ana ζ . 2. eo plus minusve. Acre est aliud. Pix aceto coquitur, adiecto aceto oleo conuenienti miscetur. Sulphur, cinabrium, sinapi tritum permiscentur. Vidimus tineam, in quam lues venerea degenerauerat, eaque melioribus remediis potuit curari, quàm quæ solent vsurpari in ea.

*Maligna tinea
luis venerea re-
mediis curata.*

DE PSYDRACIA.

Psydracia, pustulae sunt duræ, subalbidae, quæ expressæ saniem reddunt, vbi enulato vnguento, citrino, lacte virginali, saliuâ limacum, pomata, theriaca, radice enulæ, & lapathi acuti, in aceto cocta, & cum axungia mixta vtendum est.

AD LI.

AD LIBRVM SECVN- DVM GALENI DE COM- posit. Pharmacorum

ἡ τὸ πρῶτον.

PERIOCHE II.

Caput dolet intemperie, aut solutione continui. Intemperies alia simplex, alia composita. Vtraque cum materia, vel sine materia in toto cerebro. In solis venis arteriis, membranis, nervosis corporibus. Solutio continui acri humore, erodente, putri, bilioso, grauis dolor excitatur distentione. Distendit autem humoris copia vel fœtus, vulnus, casus, concussio in eodem sunt genere. *Galenorum genera ex quibus sint à Galeno distincta.* Lenus ex varietate causarum efficientium, ex partium laborantium natura, ex qualitate propria doloris, dolorum genera distinguit. Causæ efficientes, internæ, & externæ, æstus, perfrictio, ebrietas, casus, concussio, vulnus, fumus, vapor aliquis virulentus, vt grauis odor, vel alius quidam suavis, sed hinc infectus. Sic medico non solum communis, sed vnicuique propria & particularis natura, quæ sua cuique est, cognoscenda. *Medico particulari: & propria cuique natura cognoscenda.* Causæ internæ sunt naturalis intemperies, aut contracta morbo, quantitas, qualitas materiæ, mala conformatio, obstructio. Obstruunt ferè humor crassus & viscidus, aut vapor eiusdem naturæ. Obstruuntur viæ, futuræ capitis, ossa palati colatoria, viæ ad nares, aures, oculos, ad spinam, venæ & arteriæ. A partium natura, nervosorum corporum dolor magis pungit, distenditque, arteriarum pulsat. In venis & substantia cerebri stupidior est. Loco, perioestio superficialis, altus in meningibus. Intra caluariam inclusus dolor sæpe pertingit ad radices oculorum. Ex propria qualitate hoc modo. Grauis dolor est in plenitudine & copia: in acri humore, & vapore simili rodit. Sed in vapore acri distentio pulsi cum membranarum inflammatione. Sequitur cum grauitate copiam membranarum conceptam, sine, grauitate & pulsatione, copiam crudi, fridique flatus. Dolor diurnus & contumax vel totum caput occupat, vt in cephalæa: vel alterum latus, vt in hemicrania, à sanguine ferè in frontem, à pituita in occiput, à bile flaua in dextrum latus, à melancholia, in sinistrum decumbit. Sed & ex proprietate dolorum humor aliquando intelligitur. *Dolorum proprietates humorum eorum canu indicat.* Nam ferè

moderatus est à sanguine, à pituita, coniunctus est frigidati, sensui, stupori, somnolentiæ, tarditati. Vbi facies decolor est, à melancholia varia phantasmata & imagines animæ offeruntur, à bile, calor maior, pallida facies, vigiliæ. Sed his omnibus adiungenda est antea acta vita, requirendumque, quo modo habeant viscera, & reliquum corpus. Humor enim & vapor, qui dolorem facit, aliquando generatur in ipso cerebro. Sæpe ab aliis partibus corporis & toto genere venoso transmittitur. Sunt quibus arteriarum intemperies multum sanguinem spirituosam colligit, unde vehemens pulsansque dolor. Quibusdam quod rarum scribit Auicenna, & memoria nostra visum est, vermis procreatus in cerebro, graues dolores excitat, & hoc quoque rarius, quod cuidam ex frequenti odoratu basilici, scorpio in cerebro genitus, graues longosque dolores, & tandem mortem attulit, vt primo capite libr. 1. De internis morbis diximus.

DE DOLORE CAPITIS AB ÆSTV.

Dulcius iter facientibus, in sole commorantibus, in thermis, aut vaporariis calidis, calidiores vapores aut fumos excipientibus, dolor excitatur, vbi caloris sensus est in capite, fronte, temporibus, sæpe etiam post aures, vigiliæ, oculorum rubor. Hic ergo cum sit sola intemperies, contrariis pugnare oportet. Ea verò sunt refrigerantia & repellentia, in quibus tamen vitanda sunt, quæ nimium refrigerant & insigniter adstrigunt. Declinandus splendor solis, instituenda quies, somnus, aqua potus, aluus molliri debet, bene perspirata habitatio, & auersa à solaribus radiis, vita frugalis, alimenta quæ refrigerant & humectant.

Vitetur clamor, strepitus, motus animæ, corporis, & præcipuè mandibularum. In topicis hæc sunt obseruanda. In declinatione, quo iam tempore lenitur dolor, medicamenta leniter digerentia, refrigerantibus miscenda sunt. Deinde, vt Apollonius consulit, fasciæ è lana, vel, vt nunc, gossipio circumligandæ fronti, omninoque prouidendum, vt ne liquor, qui capiti adhibetur, parte aliqua in oculos vel os defluat. Raditur caput aliquando, & rosis paulò crassiora, vt detrusis, liquidiora medicamenta fingenda sunt. Vtimur autem oleis, succis, liquoribus, foliis, floribus & germinibus plantarum, mucaginibus, farinis mixtis in succo conuenienti. In oleis conuenientissimum rosatum recens sine sale & ex oleo omphacino comparatum, alioqui in oleo albo, hoc est virginali vocato, vel eleto multæ rosæ aliquoties commutatæ madeant, aliquando rosæ, tum non ita laudabile, sæpius lauamus aqua rosarum: quod si omnino desideratur legitimum rosatum, nenupharino, violaceo, papauerino, aut alio id genus refrigerante vtemur. Sed vt addatur adstri-

ctio, aliquid olei cydoniorum, aut myrtillorum intermiscimus.

Succi sunt è portulaca, lactuca, semperuiuo, vmbilico veneris, mille folio, polygono, & aliis eiusdem naturæ. Sed hæc recentia esse oportet, nondum æstate duriora, & sine succo. In liquoribus acetum, sed interdictum pueris, & mollioribus corporibus. Folio vitis, salicis, nenupharis, & herbarum præscriptarum. Flores nenupharis, rosarum, violarum, papaueris, capreoli vitium, fruticis, rosarum, rubi. Farinæ fabarum, hordei, quæ in succis prædictarum herbarum adhiberi possunt, aut iisdem tritis commisceri. Muccagines psyllij, cydoniorum, aliquando semina contundimus, paulatim effusa rosacea, donec fiat crassitudo aliqua quale hoc remedium, Arabibus probatum, & nostris vsitatum.

℞. sem. papaueris albi, hyoscyami albi, lactucæ, potulacæ an. ʒ. i. sem. cucumeris & cucurbitulæ an. ʒ. 2. contendantur paulatim affusa aqua rosacea, donec fiat crassitudo, unde frons & tempora illinantur. Oxyrhodinum in frequenti vsu est, ex quinque partibus olei rosatis, vna aceti, aliquando aliquid aquæ rosarum permiscemus Ceratum Galeni rosatum ex ceræ tribus partibus duodecim aut decem olei rosati conficitur, subigitur cum succo herbarum dictarum. Multa cerota conficies mutato rosaceo in aliud genus olei conuenientis. Cera fit alba, prius mollita in aqua tepida, lotaque, postremò subacta aqua rosarum. Sic enim maior vis inerit cerato, ad maiorem refrigerantium. Tota nocte sub die collocantur, inclusa vase, hinc sepeliuntur puteis, aut aquis frigidissimis immerguntur. Licebit vti conferuis rosarum, violarum, & nenupharis, emplastris more adhibitis, oxyrhodino, oxycrato, caphura quoque topicis immiscetur. Lac muliebri cum tantillo caphuræ naribus inditur. Nodus è rosis madefactis in aceto & aqua rosarum, naribus admouetur. Spongia quoque in decocto rerum quæ conueniunt, immergitur, exprimitur, admouetur. In declinatione, quæ concoquunt, vt mucago seminis altheæ extracta in aqua chamemeli, oleum chamemelinum, repellentibus misceri debent. Initio adhibita, vt refrigerent, quia celeriter incalescunt, subinde innouari debent. Ratio vitæ frugalis, aquæ potus, somnus, quies, perspatum cubile, & auersum à solis radiis, tranquillitas animi, quies corporis, & mandibularum: propterea in omni dolore capitis vehementi interdiximus duris alimentis. Debet aluus esse mollis, quod procuratur iusculis è lactuca, oxalide, borragine, beta, iusculo prunorum, sero lactis, cassia, catholico, & omnino leuioribus medicamentis. Dolor à perfrictione si fuerit, concidit facies, sed est decoctor, pigri sensus, pigræ animæ functiones, frigidis leduntur, vtendum calidis, oleo rutaceo: irino, costino, nardino, quibus hyeme frigida, & maiori perfrictione, styracem calamitam, benzoinum, mithridatium, theriacam permiscemus, euphor-

bium quoque oleo subdecuplum, vel subduodecuplum. Possunt olea confingi è maiorana, thymo, serpyllo, origano, saturcía, mentha, rosmarino, & aliis id genus calidis plantis, in oleo & vino coctis ad consumptionem vini. Affectu perseverante, raditur caput, aut detonditur, paulò crassiora medicamenta, quam in æstu adhibentur. Fiant capitella seu pileoli ex aluta, quæ interiore parte inducta sit mollibus emplastris, calefacientibus, vt mithridatio, theriaca, aut vnguentibus crassioribus ex præscripta materia. Sinapismus quoque vsus est. Abstinentum phlebotomia, cathartici fortibus, cucurbitulis, multò magis eo genere curandi, quod vsitatum in lue venerea, quod genus tantum locum habet in dolore longo, & pertinaci, à crassis multis, & viscidis humoribus. Alimenta sunt boni succi, quæ moderatè calefaciunt, vinum tenue, calidum cubile, illitus narium, infusio in aures, ex materia præscripta, oleis & aliis.

A B E B R I E T A T E.

Ebrietas grauißima affert symptomata, alia quidem subito, alia post tempus, quale est illud scriptum ab Hippoc. aphor. 5. lib. 5. Si ebrius quispiam obmutuerit repente, & quæ Gal. commemorat cap. 5. libr. 5. De locis male affectis. Modestatum symptoma est, dolor capitis, in quo videndum, an vinum crudum, & crapula restiterit in ventre: sic enim vomitus imperandus, confirmandus ventriculus, alioqui vteris iis, quæ contra ebrietatem faciunt. Quorum duo sunt genera, alia quæ refrigerant & repellunt, iam descripta in dolore capitis contra æstum, vt rosatum, & peculiariter polygonum; alia naturali quadam proprietate, aut certè non ita manifesta ratione, vel hederæ folia alligata fronti, ruta, decoctum centaurij minoris, amygdala amara, ceruinum cornu, brassica, quam scripsit Theophrastus naturali quodam odio dissidere cum vite, vt vim huius succumque eliciat: si feratur in vite, atque inde vitem corrumpit, propterea Andraciden vsurum brassica contra ebrietatem. Quod autem vulgo persuasum est crapulam vino elui, non caret ratione. Siquidem bene puro ventriculo & distributo priore vino, bibitur. Hoc enim vapores crassos discutit, quos genuit crapula. Quod & Hippoc. & Gal. ostendunt in dolore oculorum ab huiusmodi vaporibus, eo Apho. vbi scripsit Hippoc. Dolores oculorum meri potio soluit. Apollonius somno, inedia, quiete, vomitu, vel vacatione vititur, sed hæc conueniunt, vbi crapula granatur ventriculus, alioqui inutilia. Alimenta sunt pauca, & boni succi, quæ facilè concoquantur, pullastra, pulli columborum, capus iuuenis, alæ & testiculi gallorum, pisces saxatiles molli carne, oua sorbilia, hordeatum, aquæ potus; siquidem inde non læditur ventriculus: sic enim vino bene diluto hydrofaccharo, cum vino granatorum, iulepo Alexandrino vt licbit.

*Ebrietatem præ-
stent duo gene-
ra remedium.*

*Brassica ebrieta-
tem arceat.*

licbit. Secunda mensa, cydonia, vuarum passæ, pyra, & mala leuiter adstringentia, in vapore cocta, conueniunt. In declinatione diutius & paulò celerius ante cibum obambulandum. Post duas, aut tres horas, à cibo breuius, & lentiùs. Atque hic balneum conuenire potest, & refrigerantia topica, commutanda in ea quæ moderanter calefaciant, quale chamæmelinum est. Superstitio est in vsu amygdalarum amararum contra ebrietatem. Voluit enim septem esse numero, 9, aut 11.

DE DOLORE CAPITIS EX ICTU, VVLNERE, aut contusione.

Icto capite, contuso, aut vulnerato, spectandum est, an malum ad pericranium extendatur. Sic enim membranam vsque ad os diuides cultello, aut scalpello, de rasso osse linamentis vulnus replebis, sed in primis omnia aduertenda sunt signa, cum præsentia, tum ea quæ veluti accidentia recens illito ictu superueniunt. Leges itaque cap. 3. lib. 8. Celsi. Alioqui si temerè vulnus factum solidabis, aut contusionem negliges, grauißima accidentia consequentur, vt mortes, fisso, fracto, aut aliter læso subiecto osse. Itaque in magna contusione, siquidem nullum vulnus est, aut exiguum, tutius fuerit, iniecto, clystere, detracto sanguine ex cephalica respondente, in cruce intersecare, cutem contusam, & vulnus breuius ampliare. Sic enim facilius probamus nunquid os læsum sit, vulnus linimento implendum est. Inducendum lplenium, aut complicatum linteum medicamento, quod inflammationem prohibeat, quod reprimat, ex oleo rosato, albuminibus ouorum, bolo armena, puluere myrtillorum, aliisque id genus, & supra lanam succidam, vino, acetove tinctam, vel oxycrato impones. Postremo fasciola omnia colligabis. Iam tertio die, contusio vel omnino discutienda, vel in pus vertenda est. Quod si magna diuisio fuerit, iam tentato osse & membrana, suturis vulnus coniungendum est, sed ita: vt inter duo fila iustum spatium relinquatur, & parte decliui magis pateat, quæ scilicet pus commodius defluat, quod alioqui collectum aut arrodit caluariam, aut per suturam fluit. In caput interius grauius adfert periculum. Dolor autem ferè excitatur ab inflammatione. Hic ergo leniendus dolor est, & extinguenda inflammatio. Vtrumque fit mistis medicamentis, quæ sine adstrictione & calore laxant, quorum materia abunde descripta in lib. de materia Chirurgica, cap. de Dolore. Iam sublato metu inflammationis, lenito dolore, pus omnino conficiendum est medicamentis suppurantibus. Repurgandum vulnus, detergenda sanies, tuncque glutinandum, vbi bene purum vulnus fuerit. Hoc autem fiet prius regenerata carne, per medicamenta, quæ peculiariter appellant cephalica.

ca. Deinde iam testō ossē, per ea quæ vocant glutinantia, vtraque materia, ex monumentis veterum, & obseruatione recentiorum, descripta est à nobis libro 2. de materia Chirurgica. Est & aliud quod Galenus colligit de vsu aceti. Siquidem membrana, quæ dura meninx appellatur, nudata est, omnino abstinentiam ab aceto. Si verò ab ossē incolūmi ea omnino testā est, distinguēs hoc modo: nam si grauis est inflammatio, & grauis dolor, hic abstinēbis. Vel si vtrumque malum leue est, ita vteris & medicamentis, quale rosatum est, permiscebis, vt tenuitate partium, vim aliorum medicamentorum deducat in altum. Retinenda vitæ ratio, quam Apollonius instituit, quies corporis, subtractio alimenti, vacuatio quæ fit, vel phlebotomia, vt antè dictum est, & medicamentis purgantibus, & clysteribus, noxiorum abstinentia, balnei, vini, neque vini solūm, sed & potuum qui inebriant, falforum, acriūm, acidorum, elamoris, strepitus, motus animi, corporis, præsertim mandibularum.

DE DIVTURNS CAPITIS DOLORIBVS.

Causa ferè intemperies cum materia frigida, in genere intemperies, vel solutio continui. Intemperies, vt dictum est de dolore capitis sine materia, quæ ægerrimè curatur. Vbi confirmata est, vel cūm materia, atque hæc vel biliosa & flatuosa, vel quod sæpè fit, frigida, crassa, viscida. Atque hanc quoque statim flatuum copia sequitur, vnde distentio & dolor, quasi contudenti similis, & ad instar malleoli ferientis. Signa ex dictatis antea repetenda. Altera causa est solutio continui à vulnere, contusione, casu, distentione, à flatibus. Iam verò flatus generatio medico intelligenda est. Generatur enim inopia caloris, atque hæc inopia duobus modis intelligitur, quia vel singulariter calor imbecillus est, vel non simpliciter quidem, sed vt ad materiam refertur. Atque in hac comparatione materiæ quantitas eius, & qualitas consideranda: quantitas quidem, qui copiosior est, quam vt à calore etiam integer confici possit. Qualitas autem, quia natura sua flatulenta est, quod in multis alimentis contingit, & humore frigido, qui facilè in flatus resoluitur. Atque hi flatus continuitatem soluunt, quia membranas & sensilia corpora præter naturam distendunt, & vi quadam futuras relaxant: vnde & diadematis, & fasciis arctiū colligatis remedia inuenta sunt. Graue malum est, vbi materia putrescit, vnde febris, inflammationes, & phrenitides.

Curatio.

Recta vitæ ratio instituat. Aluus lubrica, aquæ potus, media aut parcissima vita, nisi à bile malum oriatur temperamentum. Ætas, cælum, consuetudo, & reliqua repugnent. Vitetur omnis

omnis vehemens motus corporis, & animi. Alimenta acria, acida, salsa, & omnia, quæ vapores gignunt, clamor, strepitus, splendor magnus, nocturnus aer, sed is præsertim, quem illustrant radij lunæ. In intemperie pura, neque phlebotomia, neque purgationibus vtendum est, cum materia hæc sequitur. Si plenitudo grauis, obstructio, inflammatio, febris, contusio, insignis fractura, vulnus, ac denique si intolerabilis dolor est, venam secato. Celsus phlebotomiam superuacuum remedium putat, vbi intolerabilis dolor non est, quem seque non oportet. Nam citra hunc in propositis conditionibus necessaria est. Vena cephalica aperienda, aut si malum ab inferiori corpore, mediana, paulatim digito indito expressa cephalica. Deinde perseverante malo, venæ capitales in fronte, temporibus, post aures secare oportet. Itaque Medicum diligenter animaduertere oportet, vt qua parte dolor magis vrgeat, maior sit rubor, tumor, pulsatio, secetur vena capitalis, Arteriotomia conueniet, vbi à sanguine calido & spirituoso dolor natus est, de qua lege 13. Meth. medendi, & 6. de Sanitate tuenda. Setis quoque porcinis, folio arundinis, aut festucæ, irritandæ sunt venæ interiores, vt sanguis profluat: nam & inde sanguis sponte naturæ motus, dolores capitis dissoluit. Alij vtuntur sanguisugis fixis in pinnis narium. Sed ante phlebotomiam, siquidem resistit aluus, clystere leui pharmaco purganda est: quia è face intestinorum sublatus vapor sæpè dolorem mouet. Cucurbitulæ occipiti, vel paulo inferiùs in ceruice adhibentur, etiam cum scarificatu, nisi æger videatur opportunus paralyti. Purgationes instituantur, vt est materia, ex ratione, quæ in alopecia descripta est. Animaduertendum tamen in dolore, qui à flatibus excitatur, num flatus ab alimento generentur, aut à materia. Nam si ab alimento, frustra purgatio est, si à materia, id ipsum distingui debet. Nam si pauca, & solo capite inclusa, aliis remediis deduci debet. Si multa vel etiam toto corpore collecta, purganda est. Sed si crassa & frigida, incidentibus, & concoquentibus priùs præparanda est, quæ si tota potest concoqui, & pituita dulcis est, non eget pharmaco, si salsa, putris, aut corrupta, necessariò purganda est. Post habitam rationem totius corporis & capitis, per rationem vitæ, vacuationes, purgationes, ad particularem vacuationem capitis, per errhina, sternutatoria, masticatoria veniendum est. Errhina & sternutamenta maximè conueniunt, incisa prius & concocta materia, si quidem crassa est & viscida. Sternutamenta peculiariter conueniunt, vbi caput multis vaporibus repletum est, vtraque præferenda, vbi pars anterior capitis purganda est, quemadmodum *μασθητρα* caput posterius meliùs repurgant. Illa tamen, errhina dico & sternutamenta, suspecta esse debent, vbi imbecilliores oculi, vel iam laborant: adhuc quibus nares aut polypis, aut ozanis, aut aliis id genus viceribus, vel iam laborant, vel opportuna sunt, multò magis, si materia repurganda virulenta est, id quod sæpè accidit in lue venerea. Hic ergo, masticatoriis potius vtendum

Intemperies nuda nec phlebotomen neque purgationem postulat.

Errhina & sternutamenta concocta materia conueniunt.

Eadem quando suspecta.

Flatibus vnde fit generatio.

*Masticatoriis
quando abstinendum.*

est. Masticatoriis similiter abstinendum, ubi fauces palatum & reliquæ oris partes, pulmones quoque, vel iam laborant ulcere, vel ulceri opportuna sunt: hæc autem, ne fiat consuetudo, & ulcera iam facta irrigentur, quæ resiccati oportet, vel quæ in metu sunt, moueantur, neque contra. Nec facit, quod quis obiciat, materiam illam, & deductam masticatoriis hiatu oris, & decliui capite, repugnari: quia in transitu ulcera irrigantur, & per somnum consuetudine facta, iam non repurgatur materia. Errhina, alia sicca, alia liquida, alia verò euchrista, vt quæ illinuntur. Succis vtendum in maiore copia humiditatis, eoque corniculo vel fistula infusa prius subtilissimè tria insufflantur, alioqui inspiratu attrahuntur.

Errhinorum materia.

Aliquando solus vapor satis est, vt nares scilicet admoueantur pixydis, in quibus illa reposita sunt. Liquida vel vola manus, vel cochleari excepta tepida quidem inspirando attrahuntur. Quæ verò iam consistunt euchrista, digito, penna, vel alia re simili, illinuntur. Errhinorum materia acris, amara, salsa, nitrosa, elaterium, piper, sinapi, elleborus, melanthium, cyclamen, maiorana, centauryum, pyrethrum, hyssopus, thymum, thalapsi, saturia, anagallis, beta, soldanella, sales torrefacti, ammoniacum, nitrum, & alia id genus. Liquida ex iisdem succatis, vel liquori mixtis. Pluribus vsus est succi betæ, hederæ, mercurialis, parietariæ, maioranæ, anagallidis, contunduntur herbæ, & vt facilius reddant succum, aliquid aceti, aquæ vitæ, vini, aquarum maioranæ, parietariæ, & similibus instillatur: intermiscemus quoque aliquid zinziberis, piperis, nucis moschatæ, eorum quæ prius sunt dicta. In succis errhinis, quorum si multum est succi permixtum, sunt euchrista, aliquando teruntur sicca, ex aceto, aqua hyssopi, maioranæ, vitæ & similibus, aliquando ex iisdem fruguntur, linteo raro, & calida naribus admouentur. Ab imbecillioribus inchoandum ad fortiora, vt elaterium & euphorbium, atque hæc temperantur lacte, muccagine althææ, psyllij, lini & similibus. Hæc omnia melius à balneo, siquidem hoc vsitatum est, alioqui matutino, laxato corpore: aquam autem continemus, ore aut lac, ne dum hæc immittuntur naribus, aliquid in os decedat, quod os exulceret vel deuoratum lædat. Si inde nares incaluerunt, lacte vel aqua tepida immissa naribus, medendum est. Eadem seruanda in masticatoriis, quorum materia eadem quæ errhinorum. Sed excipiantur ferè mastiche, vua passa, ficu, cera: alioqui errhinorum materia vino incoquitur, ad gargarismos. Sternutamenta subtilissimè tritis errhinis siccis commouentur, sed maximè acris, elaterio, elleboro, castorio, zinzibere, pipere albo, & aliis id genus. Sequuntur topica. Ea repellunt & refrigerant, quæ conueniunt initio. Concoquant & tenuant, quæ incrementis misceri debent repellentibus.

Topica remedia.

Quæ discutunt, maximè conueniunt in declinatione. Dolorem leniunt

leniunt, quorum maximus est vsus in vigore. Corroborantia locum habent iam discussa materia & pacatis doloribus. Itaque, raso prius vel detonso capite, remedia adhibenda sunt paulo crassiora, vt dictum est. Liquidiora hæc fiunt, vt melius penetrent pharmaca. Laxetur cutis, declinetur tadium, quod relinquetur, inquinatis capillis. Atque dum his vtimur, vel pharmaca repetenda, vel qui hac parte plurimum conueniant, clysteres acres iniiciendi frictionibus partium inferiorum vtendum est.

Materia repellentium in humore, vel vapore frigido & crasso tepida applicatur, multò magis hieme, & temperamento frigidior. Contra verò in materia calida & biliosa frigida sunt repellentia. Verum dum hæc aguntur, prouidendum, vt ne caput nudatum pilis frigore lædatur, multò magis hieme & celo frigidior. Itaque cucuphis vocatis, & gossipio caput muniendum est, consuetis quoque pileolis, qui è materia conuenienti perfumari possunt, benzoino, stirace, caryophyllis & aliis id genus. Puluis quoque ex conuenienti materia intermisceri potest. Cucuphas ex gossipio, alioqui emplastra aluta inducimus, ex qua fiat veluti pileolus. Materia remediorum prius descripta est, in dolore capitis ab estu, ebrietate perfrictione. Legenda est historia apud Æginetam de muliere, quæ contumaces huiusmodi dolores curabat decocto radicis cucumeris agrestis, & foliorum absinthij in hydrelæo, expresso oleo: quod relinquebatur, fouendum caput & irrigandum. Materia verò emplastri modo applicanda: potest medicamentum augeri hydrelæo factò ex oleo conuenienti, chamemelino, irino, & aliis prius descriptis, cui oleo olibanum, opopanax, galbanum, benzoinum, & alia huiusmodi misceri possunt. Quod paratur ex atramento, parabile est, sed vulgari scriptorio vtendum magis circa initia, post initia verò impressorio. Democritus vtēbatur arida sæce atramenti, quam diem integrum terebat ex aceto, deinde addebat octauam partem opij. Neque omittendum remedium, quod maximè conuenit vaporibus crassis, dum retinetur anima, seu respiratio, ligatur collum, vt his artibus sanguis vna cum calore & spiritu colligatur sursum in venis & arteriis capitis, atque ita collectus vaporem tenuet atque discutiat. Extrema remedia sunt emplastrum de Vigo cum hydrargyro, in pileolo aluta capiti inductum, & toti ceruici affixum. Hoc remedium in crassis & viscidis humoribus tempestiuè & conuenienter adhibetur, plurimum potest. Adhæc sinapismus, diacopregias medicamentum, dropax, quæ scripta inuenies cap. de Pyroticis, de materia Chirurgica. Adhæc cauteria *καυτηρια*, quæ vocatur seton. In materia frigida, crassa hæc postrema remedia conueniunt, non in calida.

Cucupha muniendo capiti insituenda.

Copia vaporibus crassis discutendum conueniens remedium.



AD LIBRUM TER-
TIVM GALENI, DE COM-
posit. Pharmacorum

κτ' τὸ π ς ς.

PERIOCHE III.

DE AVRIVM DOLORE.



*Aurium do'oris
caussa.*

*Aurium dolori
bus à frigid. qua
conueniunt.*

Vribus acris sensus à natura datus, descendente neruo à quinta coniugatione, cum dura meninge, fusòque ac disperso in meatum auditorium. Causse dolorum in genere, intemperies, morbus instrumentalis, solutio continui particulatim refrigeratio, calfactio, densatio, obstructio, spiritus flatulentus, humor crudus, frigidus & viscidus illic inclusus, humor mordax, sanies acris, inflammatio tum propaginis membranæ, tum nerui auditorij vlcus. Dolor autem in ambitum auris, propter circumpositas latebras extenditur. Refrigeratæ auri, & inde dolenti calorifica conueniunt, fel tauri cum adipe anatis, vt Arabes & Græci cum succo porri, quod remedium præterquam quod calfacit, aperit quoque obstructiones, terget, incidit. In hoc quoque remedio consensus est Arabum & Græcorum. Cæpa, præsertim rubra, ampla excauatur, in cauitatem oleum conueniens cum succis conuenientibus & medicamentis immittitur. In calidis cineribus aut furnis vulgaribus super tegula coquitur, excipitur liquor. Oleum ex cæpa exprimitur, mixtura auri instillatur. Olea conueniunt, in quibus folia rutæ, lauri, eiusdemque bacca, aut iuniperi, maiorana, origanum, rosmarinus, hyssopus, calamus aromaticus, piper, galanga, zedoaria, grana paradisi, zinziber, cariophyllum, & similia coxerint. Oleum de spica, de cinnamomo, euphorbio, vel in quo vigesima quarta pars euphorbij mixta sit, oleum è castoreo, de piperibus, de scylla, de scorpionibus, de ben, seu muscellinum, de nucleis persicorum, amygdalarum amararum, auellanarum, de galbano, ammoniaco, & alia id genus. Plurimum vtendum est succis rutæ, baccharum lauri & iuniperi, canabis viridis, centaurij minoris, bryoniæ, ari, dracuntij, persicariæ, & rerum amararum, vbi præsertim frigiditati coniuncta est frigida materia & viscida, qua

qua detergent. Materia sicca, castoreum, elleborus, calamus aromaticus, cardamomum, galanga, zedoaria, & alia in oleis memorata. Sacculi ex eadem materia implentur, incoquantur vino acri & critico seu maluatico, aut alio vino generoso, exprimuntur, admouentur calidæ auri, vt inde vapor excipiat. Dolens auris gossipio clauditur, vt vocant, moschato, pileolis consuetis omnino via ad aures frigori præcluditur. Ex oleis commemoratis vnguenta fiunt pretiosa benzoino trita, momento moschi & anbaris, id est, ambra grisea, addito.

DE DOLORE AVRIS A CALORE.



Al. vtilissimum remedium putat in inflammatione & calore ouum crudum rosaceo subactum. Arabes liquore ouis tenuis subacto ex aqua rosarum, nenupharis, violarum, lacte muliebri, succo parietariæ vel polygoni cum rosaceo vtuntur. Materia remediorum, quæ refrigerant & dolorem leniunt, itemque eorum, quæ calefaciunt, amplissimè descripta cap. de dolore, lib. 3. de materia Chirurgica. Quo loco remedia quoque inuenies narcotica, quale est Philonium cum lacte muliebri, semina papaueris albi, hyoscyami albi, lactucæ, cucumeris, trita omnia affuso succo è foliis & floribus papaueris, nymphæ, hyoscyami, vel aqua rosarum, violarum, nenupharis, trochisci. Stellæ dissoluti sapa, vel in lacte muliebri. Trochisci de croco descriptione Mesuæ. Finges pastillos narcoticos ex opio, castoreo, sinapi, calamo aromatico, pipere & omnino addita materia, quæ concoquat, incidat, calefaciat, eritque aliorum proportio ad opium dupla, quadrupla, sextupla. Vniuntur pastilli sapa, vino, in vsu dissoluuntur lacte muliebri, vitello oui. In obstructionibus à crassis, vel flatibus, vel humoribus purgat corpus pilulis cocciis, assaieret, & de hiera mixtis, incorporatis cum expressione ʒ. β. agarici trochiscati infusi in oxymelite, sitque dimidium ʒ. cocciarum aurearum ʒ. i. Purgato corpore errhinis, masticatoriis vtendum, est, cucurbitulis in ceruice & scapulis. Ratio vitæ præscripta in dolore capitis ab eiusmodi materia, remedia topica, eademque in dolore autium à frigore, nisi quod debent seligi, quæ detergent, discutunt, flatus tenuant.

*Purgatio ad ob-
structiones à cras-
sis flatibus &
humoribus.*

DE VLCERIBVS AVRIVM.



Vmor interdum è capite in aures defluit, molestus primùm & plurimus, qui deinde putrescit, consuetudinem facit, vt iam nihil molestus sit. Vbi ex Hippocrate purgandum corpus, assignandæ scapulis cucurbitulæ, errhina masticatoria sunt imperanda ad reuulsionem, detergenta sanies, lic-

candum vlcus Sed primum leuioribus vtendum est. Veteres remedijs utebantur, quæ iam exoletæ sunt, quorum hic ordo est. Primum utebantur glaucio ex aceto, deinde pastillo Polyidæ, post Andronio, tum bythinio, vel è charta postremo è scoria ferri. Pastillos describit Galenus 6. *de Simp.* Pau. 7. Scoriam ferri variè præpararunt. Gal. primum terit ex aceto acerrimo 9. de simpl. medicamentis, deinde ex eodem coquit. Arabes meliùs præparant. Terunt scoriam, ex aceto lauant, & deinde siccant in latere calido, vel feruente sole, siccant rursus ex aceto terunt, imbuunt aceto, siccant vt priùs. Idque septies repetunt. Post hæc in tenuissimum pollinem resoluunt, coquuntque longa coctione ex aceto acerrimo, dum sit mellis crassitudo, atque ita siccant. Remedium hoc maximam vim siccandi habet, epuloticum est, quod non nisi bene puris vlcibus, iisque inueteratis & duris corporibus vsurpandum est. Sunt qui frangat octies in sartagine ex aceto, deinde cum aceto coquant, miscèntque rosaceum: alij more Gal. tantum terunt, & aceto quadruplo coquant, clementius est remedium hoc modo: Scoria ferri in frustula diuisa scitili crudo coquitur, dum vas percoctum sit deinde extinguunt lacte, idque bis & ter repetunt, cremant, extinguunt, tum in mortario terunt affusa aqua vel fontana, vel rosarum, vel plantaginis, vel simili, vbi diis versant, purgant, siccant, tum repetunt in mortarium, volutantque affusa pluuia, postremo siccant: Singulare auxilium, vbi citra morsum siccandum est. Recentiores abluunt mulla. Ablues, & remedijs scriptis capit. de purgantibus libr. 2. de materia Chirurgica. Post ablutum vlcus, succulum parietariæ, anagallidis, faniculæ, buglæ, centinodiæ, plantaginis, bursæ pastoris, millefolij cum melle coques, & his vteris. Similiter melle rosato, syrupo de absinthio, vel succo eius cum melle rosato. Eodem modo, apij succo, vbi metus est putredinis, addes puluisculum aloës & myrrhæ, centaurij minoris, gentianæ, sarcocollæ. Ægyptiacum quoque solutum vino vel œnomelite, remedium est veterum & recentiorum. In siccantibus vlcibus aurium alumen vstum ex vino, vel, vt sit fortus, ex aceto. Alij vrina pueri impubis vtuntur cum œnomelite. Forte est, ærugo trita cum œnomelite scyllitico. Sed quibus remedijs abluas, tergeas, sices, inuenies capit. de purgantibus & epuloticis in materia Chirurgica.

AD DOLOREM EX INFLAMMATIONE, & sine vlcere.

Anguinem detrahit, interdicito vino, nutrito, vt in febribus. Sanguis ex cephalica eiusdem lateris detrahitur, clystere vel leui medicamento priùs instituto. Circa initio lenientibus medicamentis sine calore dolorem sedato. In quibus præstantif-

stantissimum credit Galen. ouum crudum ex rosaceo subactum, molliter immisum auri. Rosaceum sit legitimum, quod magna præcautione, admonuit Galen. Ouum sit recens. Licet vti rosaceo cum tantillo aceti. Arabes hoc remedium leuiter coquant, tantillum calphuræ adiciunt, quale fuerit rosacei optimi ʒ. i. aceti ʒ. 2. leuiter bulliant in aqua calida. Deinde misce calphuræ gr. 4. Vtendum quoque mucagine seminis psyllij & cydoniorum extracta in aqua rosarum. Hæc mucago per se vel mixta prioribus medicamentis vsui est: lac quoque muliebre conuenit instillatum auri. Quod si nimis vrget dolor, & inde periculum ægro imminet, ad narcotica prius descripta confugere oportet. Iam remissis doloribus ad concoquentia simul & lenientia veniendum. Sed dum hæc fiunt omnino procurandum, vt vel clysteribus, vel leuibus pharmacis moueatur aluus. Leniunt itaque & concoquant mucagines seminis althææ, lini fœnugræci, gummi arabici. Extrahuntur pinguis, butyrum, cæsius adipis gallinæ, anseris, adeps suillus recens & sine sale postea basilicum & diachyon paruum, oleo anethino, amygdalarum dulcium, chamemelino, irino, dissoluimus & alijs medicamentis leuioribus, quæ cap. de suppurantibus scripta inuenias. Farinis etiam hordei, fabarum, althææ, lini, fœnugræci coctis rosaceo, vel oleis memoratis, vt conueniet. Aliquid indetur auri. Magna pars toti auriculæ & ambitui in linteis applicabitur.

DE VERMIBVS AVRIUM.

Vermes in nascuntur ex putredine, quibus remedio sunt amara: qualia hæc, Olei persicorum, amygdalarum amararum ana ʒ. i. succi apij, centaurij minoris, ana ʒ. 2. aceti. ʒ. 2. Coque in calidis cineribus, deinde adde myrrhæ, aloës ana ʒ. i. addito felle fiet efficacius. Aliud. Foliorum persicariæ, absinthij, graminis, athanasie, matricariæ, horum vnus vel duorum. ʒ. 2. succi extracti ex nucleis persicorum addito pauco aceto ʒ. 2. olei de fraxino ʒ. ʒ. ellebori nigri ʒ. ʒ.

OBSERVATIONES QUÆDAM IN DOLOREBUS AVRIUM.

In his obseruandum ne quid durius, asperius, frigidius, calidius, grauius ex alto cadens dolorem exasperet. Liquidum sit medicamentum, tepidum, quod molliter instilletur, vel corniculo, vel crassiore penna secundum longitudinem diuisa in duas partes, extremo molli vel lana obuoluto, vt per cavitatem alueoli molliter influat medicamentum. Aliter ha-

psogossipij, lanæ, serici, imbuto prius medicamento & molliter expresso efficies, vt medicamentum leuiter influat. Vapores inferuntur auribus, sacculis (vt ante dictum est) tepidis expressis, spongiis complicatis, linteis in conueniente medicamento inculcatis, expressis, admotis, aliter veteres lenticulas implebant decocto conuenienti, claudebant orificium, vel lana pauca, vel raro linteo, per quæ exhalaret vapor. Orificium admouebant auri. Aliter quoque corniculum auriculare fingi potest, altero extremo latiore, quodque sit satis comprehendendo orificio lenticulæ: altero angustiore, quod auri inditur: vocant per embotum. Sed corniculum cum sit inflexum, commodius est: alioqui emboto vocato vtendum erit. Quod si inflexo collo, iisdem corniculo auri inditis, & ab alio exuctis flatus & alia corpuscula extrahuntur auribus, vel instrumentis, quæ similia sunt vulgaribus siringibus, exsufflatio ab ore, & naribus efficit, vt vapor melius attrahatur, & excidant, quæ restiterunt in auribus.

DE CORPUSCULIS, QUÆ INCI- dunt in aures.

A Qua, lapilli, festuca, animalcula, faba, & alia id genus incidentia auribus, periculum graue afferunt, nisi mature excludantur. Nam inde dolor grauis, distentio, surditas, inflammatio febris, conuulsio, mors denique consequitur. Iubebis ergo vel corniculum, vel stipulam, vel plumam comparari, quæ aperta extremis partibus, altera quidem in autem immittatur: altera comprehendatur ore, vt fiat suctus, & inde quod lædet, extrahatur. Alij extremam partem infarciunt supra, qua incensa orificium externum claudunt. Incenditur autem extrema parte, quæ foras prominet alioqui iuncum lucernarium, medullam sambuci, ceream candelam, verruculum ferreum vel argenteum extrema parte inducunt visco, glutine, therebinthina, ac re omnino viscida, quam immittunt auri, vt quod lædit, agglutinet. In materia duriore eiusmodi instrumentorum molli lana extrema mollienda sunt: atque dum eiusmodi instrumenta induntur auribus, omnino prouidendum, ne quid effringatur, quod relinquatur aure. Quod si quid viscidum post extractum corpusculum inhæsit auri, detergente decoctione eluendum est. Iubendus æger, vt inclinata aure celeriter descendat è gradibus, aut monte insiliat pede, qui auri læsè respondet, tussiat. Sternutatione vtendum, atque aliquando cietur sternutatio, vt violento motu, quod lædit, excludatur. Nonnunquam eadem prohibetur prehensis clausisque naribus, vt aure, & retentus spiritus impetum faciat in aures. Tabella illa, cuius meminit Gal. violentum remedium est, concussio puerorum prehensio pede, herniæ periculum facit in molliore corpore.

corpore, & quod ei malo oportūnum est.

DE GRAVI AUDITV.

IN læso auditu vel præcipuum instrumentum læsum est, vel quæ partes ei seruiunt, vel cerebrum ea præsertim parte, vbi oritur quinta neruorum coniugatio, à qua neruus auditorius est. Præcipuum instrumentum auditus extremitas est interna meatus auditorij, vbi neruus cum dura meninge exprorectus attingitur. Læduntur autem intemperie, simili morbo & solutione continui. Intemperies rebus externis & morbo contrahitur, animaduertendumque qualis præcesserit morbus, calidusne an frigidus, vt inde cognoscatur intemperies. Morbi instrumentales hoc loco ab obstructione, quia non potest esse communicatio aëtis externi spiritus auditorij. Obstruitur meatus è tumore præter naturam, tuberculis aut carunculis adnatis, crassiore pure, crassa & viscida materia, copia sordium, corpusculis incidentibus. Solutio continui, vt in vlcere. Intemperies curanda contrarijs, calida frigidis, frigida calidis, quorum materia superius descripta est. Obstructio liberanda remedijs conuenientibus, vt si ab inflammatione, ijs, quæ contra inflammationem scripta sunt. Si ab œdemate, incidentibus, attenuantibus & detergentibus. Similiter si à crasso pure aut pituita. Materia autem in dolore scripta est contra flatus, & crassam pituitam. Scirrhus mollientibus, incidentibus, tenuantibus, & ea ratione, quam scriptam inuenies capite de malacticis, percuratur. Tubercula, verrucæ maximum negotium faciunt, & vix nisi ferro, aut eo genere remediorum, quæ excedunt super crescentem carnem, curari possunt. Corpuscula eximenda ijs artibus, quæ proximè dictæ sunt, sordes auriscalpio & detergentibus infusionibus expurgandæ sunt. Quibusdam vi tonitru, bombardarum, campanarum, laborat auditus, quibus vox lenis, tarda, exigua, numerosa aut musica similis musicorum instrumentis remedio est. Peculiariora quædam remedia sunt contra læsum auditum, qualia, quæ sequuntur. Castoreum solutum aceto & mixtum oleo amygdalarum amararum, bacçæ lauri, vel iuniperi, teruntur paulatim affusa aqua vitæ: singulis vncijs expressi succi dimidium ꝑ. ellebori nigri permiscetur. Subtilissimè trita colocynthis oleo conuenienti permiscetur, vel eadem oleo & vino addita parte aceti: coquitur oleum, vsui est, vtile balsamum artificiale & acopa, quæ scripta inuenies capite de Dolore. Suffumigia sunt per corniculum ex caryophyllis, ligno aloës, baccis lauri, ramentis iuniperi & rosmarini, maiorana sicca. Meliora sient, si aceto scyllitico macerentur, vt ex omnibus fiat suffumigium. Fiunt quoque trochisci ex elleboro albo, castoreo, pipere, cala-

Auditus præcipuum instrumentum.

Auditus læsi peculiariora remedia.

mo aromatico, borace iunctis aceto. Trochisci vsui sunt suffumigijs, vel soluti in oleo conuenienti ex adipis anguillarum ꝯ. 1. olei muscellini semuncia, succi caprifolij & Iouis barbæ ꝯ. 2. aceti ꝯ. 1. ouis formicarum, quantum capiat dimidia testa nucis. Coquantur omnia in vase testaceo: colatura vtrique auri infunditur, atque omnino materia conuenit prius descripta contra dolores aurium à crassis & viscidis humoribus. Desperatis alijs auxilijs, decoctum ligni sancti, & emplastrum de Vigo toti ceruici adhibitum, & post aures singulari remedio est. Verum cognoscendum est inueteratum malum esse immedicabile, atque inueteratum putant post duos annos, & vbi æquabilis surditas est, neque augetur, neque remittens sese, aut vbi scirrhus, aut tuberculum interius iam intercipit meatum auditorium, vbi in interiore meatu solutio continui est in nervo auditorio. Medicamenta liquida esse oportet, tepida, quantitate modica, subinde commutata, vt tertia quaque hora. Atque priusquam noua immitantur, detergenda auris atque repurganda. Iaceat æger in aurem sanam, vt medicamentum influat. Sed quia iniecta in aurem cohibita sæpe corrumpuntur, & præsertim quæ sunt pingua, propterea suffumigia & vapores præferuntur iniectis. Quod scripsit Hippocrates cessare surditatem biliosis deiectionibus, de surditate critica, vel symptomatica in morbis intelligendum est.



DE PAROTIDIBVS.

Abscessus sunt glandularum, sed auribus sæpenumerò petilentes. Omnino pestiferi, nonnunquam maligni, quales scribunt viguisse, multòque rapuisse anno millesimo quingentesimodecimo. Nonnunquam elementes sunt, quales vigerunt anno millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, & præcipue vere. Nonnunquam sunt critici, qui sunt intro redeunt, lethales, nisi alui profluuium, vel insignis excretio subsequatur. Alij tardiùs erumpunt, alij celeriùs. Quidam cum dolore & inflammatione, quidam sine his. Itaque vbi vel dolor grauis, vel inflammatio, clystere molli vel leui pharmaco moueatur aluus: deinde auferatur sanguis à cephalica eiusdem lateris, tum medicamentis, quæ leniant, vtendum est. Cataplasmata ex farina hordeacea cocta hydrelæo, cerato variè comparato ex oleis, quæ non reprimat quidem, sed refrigerent, qualia scripta inuenias cap. de Doloze, quibus mucago psyllij misceri potest, præsertim vbi calor coniunctus est. Abstinentiù hoc loco, vt in toto genere parotidù medicamentis, quæ reprimat. Pacato dolore digerentibus, nec ita calfacientibus. vtendù, vt si fieri potest, materia resoluatur. Quod si resolu nō potest, & ad suppurationē vergit, suppuratib. vtendù est. qualia

Parotidibus
omnibus reprimis
inimica.

qualia sunt farina tritici hydrelæo cocta, butyro vel axungia mixta. Acetosa non ita manifesta ratione cocta sub cineribus suppurat. Potest pinxi cum butyro radici liliorum coctæ permisceri. Similiter licebit vt radice lapathi acuti, althææ, liliorum cocta, & cum butyro pista. In calore hyosciamo cum butyro vt licet. Archigenes diu fouebat tepida: deinde cataplasmata è farina hordeacea adhibebat, quod scriptum inuenies, vtalia multa cap. de suppurantibus. Vbi iam pus factum est, vel ferro declini parte, vel ruptorio vocato vomicam aperies. Vteris medicamentis, quæ pus exhauriant. Materia describitur cap. de resoluentibus, de vomica aperienda, de pyroticis, vbi apertus est abscessus, vlcus suo more curandum est, & purgandum sordibus, incarnandum & cicatrice ducendum, ac fit aliquando in malè curatis parotidibus, vt fistulæ ducantur, contra quas incipientes. Galen. vellementer probat pharmacum quod sequitur. ꝯ. olei vetustissimi, alioquin ricini, anethini, caryni cocti in sartagine ꝯ. 6. aceti fortissimi tantundem, lithargiri ꝯ. 4. Bulliant simul, coquantur per diem semper agitando, donec nigrescat pharmacum, splendeatque. In mitibus parotidibus hoc medicamentum sufficiet. Olei chamæmeli, liliorum, butyri recenti ana ꝯ. 6. croci grana 6. Fiat linimentum, superponatur lana sordida. Quod si paulò durior videatur abscessus, admiscebis & retrapharmacum, vel dialthæas, vel diachylon paruum, de muscillaginibus, resumptiuum, vel aliquod id genus, qualia multa inuenias cap. de malacticis. Ac primum crassiusculis linimentis, postea compage mollium emplastrorum, præsertim si dolor abest, vt conueniet, vt si durities relicta fuerit, vteris remedijs contra scirrhus ex cap. de malacticis.



DE NARIVM AFFECTIBVS.

In nares propago à dura meninge, nervus à tertia coniugatione descendit, patet & foraminibus exterioribus: & altero angustiore, quod ad inammillares processus, & anteriores ventriculos cerebri pertinet, altero ampliore, quod ad palatum & os diuerit. In naribus polypi fiunt & ozenæ. Polypus tumor est præter naturam dariusculus, similis substantia caruncule polyporum piscium. Ozena vlcus est malignum, quod ab acri fluxione, & aliquando putrilaginosa nascitur, atque putredinis signum est, quod grauiter olet, neque omne vlcus narium ozena est. Nam sæpe à pituita salsa vlcera concitantur in naribus, quæ crustulas ducunt, & facile curantur. Ozænis malignitate respondent vlcera in lue venerea suborta, quæ & aliquando, vt ozæna, cancrum referunt, quod vbi fit magna desperatio est neglectis eiusmodi vlceribus. Os

Polypus
Ozena.

nasi cariem ducit, atque corrumpitur, unde forma naturalis nasi deprimitur & deperditur. In ozænis & polypis hæc sunt communia. Vacuandum corpus aliquando phlebotomia è cephalica, deinde etiam è venis, quæ ad labra perueniunt: deinde purgatione, ex quo resiccandum caput optima vitæ ratione, & medicamentis. Idemque corroborandum est in medicamentis, quæ resiccant caput & corroborent. Cucuphæ sint glossipio intertextæ, & conspersæ puluisculis qui siccent & corroborent: quales sunt è ligno aloës, caryophyllis, macere, moschata nuce, stœchade, saluia, maiorana, mentha, rosamarino, betonica, lauendula, & aliis id genus. Præterea frictio, spongia à sincipite ad occiput & latera ducta. In medicamentis, quæ raso capiti adhibentur emplastrum barbarum, tum quod descriptum inuenies cap. de hæmorrhagia, tum quod cap. deglutinantibus, vel quæ sequuntur. Myrrhæ, thuris ana ʒ. i. duo. oui albumina, limaces triticum suis testis numero sex, rursus terantur omnia in mortario, & linteo inducta, capitique affixa nouem dies sinantur. In medicamentis topicis differentia est, quia ozænis conueniunt, quæ repellant & discutiant: in polypo qui ab humore crasso & viscido nascitur, quæ adstringant, incidant, tergeant, discutiant. Atque in ozænis alia quidem remedia lenia sunt, alia verò acria, quibus in rebelli malo, serpente & putrido vtendum. At mediocria ex vtroque genere fiant, vbi malum erit mediocre. Lenia sunt rosæ siccæ inspersæ, plantago sicca, herba vocata scorpiodes, clymenum vulgare, malorum granatorum trium generum succus leuiter coctus, vel cum melle in vase æneo ita coctus, vt crassitudinem habeat. Mel v. stulatum, cum succo plantaginis, cum puluere ireos, myrrha, aloë. Fortia sunt, aquæ fortes, metallica acria, pulueres dracuntij, batrachij, & quæcunque acria sunt. In leuibus verò metallica, quæ sine morsu siccant, quale est plumbi recrementum, lithargyrus, cerusa, pompholyx, puluis malicorij, & magma illud Gal. ex contusis granatis. Cæterum cum omnis ozæna vlcus sit, ordine quidem curanda est, purganda sordibus, incarnanda & claudenda cicatrice. Purgabitur hydromelite è decocto marrubij, centaurij, guaiaci, apij, absinthij agrimonix, mixto aliquando sero lactis, vnde acrimonia lactis retundatur, aliis quoque abundè scriptis cap. de purgantibus. Purgatum vlcus aqua forti, qua aurum separant, aqua sublimati attingi debet. Mel Hispanicum tostum, addito puluere corticis guaiaci, purgat, incarnat, & cicatricem ducit. Recrementum plumbi tenuissimè læuigatur æquali parte vini austeri, deinde adiecta æquali parte olei myrtini ad spissitudinem coquitur, pforicum Mesue huic rei vtile est. Ægyptiacum secatur, & deinde puluisculo facto aliquid aristolochix admiscetur, gentianæ & similiū. Gal. pastillis Anatonis, Polyidæ & similibus vtebatur, quos scriptos inuenies cap. de

Hæmor-

Hæmorrhagia. Sed quia medicamentorum vis subinde affluente humore diluitur, subinde commutare oportet. Negotium sit maius, cum vlcera ea parte sunt, qua foramen est narium ad pulsatum, quia non tam facillè medicamenta adhiberi possunt. Iubendum ergo, vt æger maiore vi inspiret, vbi medicamenta immittuntur: alioqui os amplissimè aperiat demissa lingua, vt specilli extremo medicamenta ad vlcus adducantur. Sunt qui firmum asperumque filum, vel è fetis textum in nares mittant, impellantque vt æger magno inspiratu attrahat, & alterum in os perueniat. Itaque vtroque extremo filum prehensum diducitur, vt asperetur vlcus, & sanguinem reddat, deinde filum medicamentis illinunt, vt inde contingat vlcus. Nec desunt, qui acum plumbeam eo filo transigant, ne filum reduplicet. Resupinato capite & naribus esse oportet, quum medicamenta immittuntur, iubemusque aliquando, vt vel muliebri lac, vel aliud, vel aquam ore contineat, vbi acria medicamenta sunt lethalia, ne quid translatum in os deuoretur.

CURA POLYPI.

IN polypo particulatim conueniunt ceratum myrtinum, ceratum ex cera rubra cum oleo myrtillorum. Sed oportet ceratis addere sextam, octauam, decimam, duodecimam partem ægyptiaci, vel æruginis. Alioqui tantundem alicuius pharmaci generis eorum quæ cathartica dicuntur, quorum materia & descriptio est capite de Pyroticis. Ad idem facit pforicum Mesue, Macerionis emplastrum, tetrapharmacum cum duodecima parte æruginis, Lamponis medicamentum, quæ omnia scripta inuenias libro de Materia Chirurgica, & quomodo sit eis vtendum. Ex argenti spuma & cerusa, vino, aceto, & myrtino oleo coctis fiunt vnguenta, quibus aliquid pulueris malicorij, rosarum, balaustiorum, aluminis & similibus misceri potest. Puluis & succus dracuntij, cum folijs, radicibus, seminibus, medicamentis miscetur, vt proximis vnguentis, succo granatorum mixtura fiet, vt sunt corpora, & contumax malum est. Malicorium tritum, coctum cum parte trochiscorum Alcibiadis efficacissimum remedium est. Describuntur capite de Pyroticis. Quod si crustæ fiunt vel in ozænis, vel polypis, medicamentis siccantibus resiccare oportet, qualia sunt epulotica, vnguentum de cerusa, & alia id genus ex c. de epuloticis. Deinde vel volsella molliter commouenda, vt leui motu decidant. Nunquam enim vi excutiendæ sunt, nisi iam resiccatæ non ita hæreant. Veteres sternutatorio vtebantur, vt maturæ crustæ deciderent. Alii emolliunt butyro, adype anferis, aut gallinæ, mucaginibus tragacanthæ, gummi arabici,

Malicorium tritum efficacissimum ad polypos remedium.

vt emollitæ cadant crustæ. Remedia resupinato capite, alia quidē instillantur, alia corniculo insufflantur, quædā specilli nucleo capta inseruntur naribus, vel epixide cochleari, vola manus inspiratu trahuntur vapores è vasis angustioris orificij admoti naribus. Excipiuntur in vlceribus narium à lue venerea remedijs, quæ contra hunc morbum adhiberi solent, illitu, emplastris mercurialibus vtendum est.

De hæmorrhagia non agemus hoc loco, propterea quod de ea abundè à nobis actum putemus cap. 4. lib. 3. de materia Chirurgica. Illinc petantur remedia.



AD LIBRVM QVARTVM TVM GALENI DE COMPOSIT.

Pharmacorum $\chi\epsilon\prime$ τὸ πρῶτον.

PERIOCHE IV.

DE MEDICAMENTIS OCULARIBVS.

Topica medicamenta ocularia.

ὁσπερ
ἐξ ἑξῆς
παλλῶσα.



MEDICAMENTA ocularia alia sunt ἀνώδυνα, & quæ λυσιπύνια appellant, eaque dolores leniunt. Alia repellunt, sed leuiter, & adstringendo roborant. Nonnulla sunt, quæ concoquunt & extergent, discutit, molliunt. Plurima quoque excrementem carnem consumunt, quædam peculiariter consumant oculos, conseruant visum, & aciem eius intendunt, hieracia & oxydorcia. Vlcerum ocularum peculiariter habent medicamenta, sed leuiora alijs vlceribus quæ videlicet extergent, siccant, incarnant, cicatrice tegunt, aut crassiores cicatrices extergunt, quorū alia mitiora, vt citra mortuum siccant: alia paulò acriora, ex quibus omnibus ordine dicendum est.

DE DOLORE OCULORVM.

Dolores oculorum, inquit Hippocrates, meri potio, balneum, fomentum, venæ sectio, & epotum medicamentum soluit. Meracò vino vtimur, vbi bene puro corpore venæ oculares, quæque vicinæ sunt crasso sanguine, vel eiusmodi vapore repletæ sunt. Sit vinum vetus, tenue, giliuum, odorum,

dorū non adstringens, quodd vel in cibo, vel inter cibos proponitur. Nam ieiuno datum vehementer nocet. Et quanquam ab Hippocrate scriptum est, meri potus, & consuetis tamen & natura biliosis, adolescentibus quoque leuiter dilui potest, sed minus solito. Ac quidam ex veteribus calida diluebant. Phlebotomia vbi corpus plethoricū est, & dolor grauis excruciat. Eligitur vena primum basilica in plenitudine vel mediana, deinde cephalica postea in fronte postremò ex angulis oculorum, nisi vlcuscula, quæ phlyctenas vocant, aut profundius vlcus cum inflammatione adsit: Tunc enim reprobanda phlebotomia in minoribus venis, sed venam amplo foramine aperire conuenit, vt sanguis crassior effluat, & maturius sequatur animi deliquium, quod in asperimis doloribus magnam vim habet, vt ex aliquot historiis licet colligere. Balneum vsui est vacuato corpore, cocta inflammatione. Vbi acris fluxio est, fomento vteris initio quidem, vt tentes num corpus reliquum, vel caput laboret. Sic enim adhibito fomento dolor fluxioque augetur. In incremento & vigore, vt lenias: in declinatione, vt discutias & corroboret. Verum fomenta in mollibus linteolis & leuibus applicentur, nequid vel grauitate, vel aspredine, vel duritie lædat. Propterea Hipp. sacculos reprobat. Medicamentum epotum in cacochymia pro natura vitij quod redundat. Sed præter hæc frictions cucurbitulæ occipiti & cervici affixæ, vincula reuellendo dolores leniunt, leues quoque inspiratus comprehenso ore medicamento, quod vim habeat leniendi, dolores sedant. Medicamenta topica duorum sunt generum. Alia reuera leniunt: alia stupefaciunt. Sed stupefacientibus non temerè vtendum, qualia sunt collyria è cerusa lota, amylo, opio, & breuiter, quæ opium aliâque id genus recipiunt. Nam vehementer fluxiones reprimere non possunt, sed excerni prohibent, vnde erodi corneam contingit, si acris fluxio est: vt si multa magis irritari, aut vehementer intendi, nisi medicamentum fuerit vehementer narcoticum. Intolerabilis dolor remouetur, sed stupefactio aliud malum sequitur. Nam vis oculi omnino læditur, vt in posterum vel nihil, vel hebetius videat. Hinc quoque relinquitur dura quædam dispositio tunicarum, quæ non facile corrigitur. Hæc Gal. qui non solum his, sed & in leniendo dolore emplasticis pinguius, nimium adstringentibus, abstinendum putat. Emplastica potius infarciunt, ne quid exhalare possit. Adstringentia immodicè eosdem constringunt, atque ita interceptis viis, per quas debet fluxionis materia discuti, eadem retenta, in oculis dolores exasperat. Sed præter hæc adstringentia tunicas nimium resiccant, & inde visum hebetant. Pinguia verò propter eam prohibet Gal. oleum & alia id genus, quia in vehementi ardore oculi facile incenduntur. Eadem quoque fordes faciunt, & omnino vlcerum initia sunt. Tutior itaque vsus est eorum medicamentorum, quæ re vera anodyna sunt: qualia sunt fomenta ex sola aqua tepida ex

Animi deliquium
in asperimis
doloribus salu-
berrimum.

Oculorum anodyna
duorum sunt generum.

Oculorum ardor
vehemens pinguius respuit.

decocto meliloti, chamæmeli, fœniculi, anethi, fœnugræci, rosarum, absinthij. Quod si calor multus coniunctus est, ex decocto psyllij, foliorum mandragoræ, hyoscyami, papaueris, violarum, rosarum, similiter liquor oui, aqua rosarum, mucago seminis cydoniorum, medulla costæ cydonij, vel pomi alicuius costæ in vapore aquæ. Moderata est mucago althææ, tragacanthæ, gummi arabici, lac muliebre, fœnugræci benè loti prius infusi diem integrum: deinde costæ, vt prima & secunda aqua abiciantur, penidia, alphenic, diatragacanthum frigidum, amylium, muliebri lacte dissoluntur, leniendo leuiter, & citra morsum extergendo, creta similiter vti licet. Anodynon est oui liquor cum suo vitello. Aliquando caphuram miscemus: vt in hoc, quod lenit & coquit.

℞. mucaginis sem. psyllij & tragacanthæ extractæ in aqua bifmaluæ ℥. 2. liquorum oui ℥. 3. croci ʒ. 3. caphuræ gr. 6. Atque meminisse oportet recentibus mucaginibus & succis vtendum: quia vno atque altero die acescunt, atque corrumpuntur. Quæ collyria anodyna dicuntur, serè opium recipiunt, quale est diarrhodon Nili, quod etiam ingentes dolores lenit, tenues fluxiones, acrisque sistit. ℞. rosarum resectis vnguibus ʒ. 3. croci ʒ. 2. gummi arabici ʒ. 1. spicæ nardi, opij an. ʒ. 3. cum aqua fit collyrium. Vfus tempore lacte muliebri, vel liquore qui liquidissimè diluitur. Anodyna enim liquidissima esse oportet. Arabes hoc collyrium, sief rosatum vocant, atque ita conficiunt. ℞. rosarum resectis vnguibus ʒ. 15. croci ʒ. 18. gummi arabici ʒ. 19. spicæ, opij an. ʒ. 2. fiat sief cum aqua pluuia. Habent & sief alba quibus plurimum vtuntur: quale hoc est in principiis inflammationum & dolorum.

℞. gumi arabici, tragacanthæ, amyli an. ʒ. 3. cerusæ lotæ ʒ. 6. opij ʒ. 1. opium in sapa, aut vino dulci temperatur: deinde reliquis iungitur in oui albumine. In vsu diluitur lacte muliebri. In augmento hoc conuenit. ℞. sarcocollæ nutritæ in lacte muliebri, aut asinino ʒ. 3. amyli, diatragacanthi an. ʒ. 3. cerusæ lotæ ʒ. 6. olibani ʒ. 1. ʒ. opij ʒ. 1. confice cum aqua pluuia.

ALEXANDRI MIRABILE IN CALIDA

ophthalmia & dolore.

Cadmia vsæ, lotæ ʒ. 10. cerusæ lotæ ʒ. 1. scorix ferti vsæ lotæ ʒ. 3. gummi arabici, tragacanthæ an. ʒ. 4. olibani, opij an. ʒ. 2. croci ʒ. 3. confice cum aqua pluuia. In declinatione sarcocollæ nutritæ ʒ. 10. croci, spicæ, aloës ana ʒ. 1. Teruntur omnia ex mucagine seminis fœnugræci. Liniamenti modo adhibentur. Sed quia in ocularibus remediis, sæpe cadmia vsæ lotæ que, & sarcocollæ nutritæ mentio fit, vtriusque ratio exsiccanda est. Cadmia itaque, quæ & Cathinia dicitur, vel cuius loco lapide calaminari vtimur, vt siccandi & extergendi prædita vtitur, & lauatur, hoc modo.

Cadmia præparata.

In fru-

In frustula magnitudine grani hordei confringitur, melle optimè conspergitur, concluditur fistili crudo, cuius orificium operiendo clauditur, lutaturque. Sed operculum vno vel pluribus foraminibus peruium esse oportet, vt fumus exhalet. Vas autem, vbi coctum est, subiecto igne vel in fornace figulari, iam ignita cadmia & vaporibus nigris in albidos commutatis, qui, scilicet per foramina operculi exeunt, tollimus, & ablato operculo cadmiam vino austero extinguiamus, & mortario terimus, siccamque ad medicamenta referuamus. Aliter quoque veteres. Cadmia inclusa fistili vase puro igne crematur, deinde lacte asinino extinguitur: secundò ac tertio vtitur atque extinguitur lacte: iam tertio vsa extincta que in mortario affusa aqua fontis diutissimè versatur, purgatur, siccatur, siccata secundò ac tertio in mortarium repetitur, versatur vt prius, & siccatur.

Postremò cum aqua pluuia in mortario circumagitur, siccatur, iam omnis qualitatis experta, ex qua fiat collyrium planè diuinum, vbi dolor sedandus est.

Vlcera implenda, siccanda hypopia, vbi sistenda est acris fluxio, & lenienda calida lippitudo, vbi pruritus, ardor, vstio, sed peculiariter, vbi detergendum & siccandum.

℞. cadmix, vt ante præparata ʒ. 2. cerusæ è lacte lotæ sæpius ʒ. 2. ʒ. Cerusæ cum cadmia sæpius miscetur, & 15. diebus in mortario ex aqua pluuia versatur. Postremò tragacanthæ lotæ & purgatæ ʒ. 3. succo fœnugræci per noctem imbuitur, vt multum succum imbibat. Postridie vniuntur omnia, reponuntur vase vitreo operto tenui linteo, loco subdiali, & bene puro. In vsu dissoluitur oui liquore, vel muliebri lacte. Sarcocolla citra morsum siccatur, coquit, digerit leuiter, amaricat. Trita itaque maceratur in aqua rosarum tribus diebus, tum siccatur, & pluribus diebus in succo rubi maceratur, siccaturque: postremò infunditur in lacte muliebri, siccaturque blandissimum medicamentum fit.

DE REPELLENTIBVS.

REPELLENTIA duorum sunt generum. Alia leuiter repellunt, quæ conueniunt oculis, eaque vel leui frigore, vel corroboranti adstrictione reprimunt. Alia verò vehementer adstringunt noxia oculis, quia poros contrahunt, tunicas resiccant, exasperant, dolores creant, visum interturbant: quibus tamen aliquando, vt in procidentia oculi, sed aliis mixtis, vtimur. Leuiter repellunt rosarum succus, flores, folia nardi, spica crocus, hypocythi, oui cadidum, mucago psyllij, sumach cydoniorum, aqua rosarum, plantaginis, & quod ex mororum succo præparatur. Succus

Repellentium generatio.

Repellentia ista.

mororum rubi quartarium vnum siccat in sole, subinde agitando: vbi fuerit siccat, imbue liquore oui, & sine siccat in sole. Postremò consperge lacte muliebri, & fac siccat. Puluisculo vtere soluto liquore oui, vt lenias & reprimas. Repellunt quoque cadmia vsta, vt prius, & austero vino extincta, deinde trita è pluuia, & quæ metallica citra morsum siccant. Deinde hæc, quæ leniunt quoque.

℞. farinæ capitum papaueris & meliloti an. P. r. pul. rosarum P. β. panis albiissimi ℞. 2. f. decoctio in lacte mixtis pulueribus in sine decoctionis. Deinde transferantur omnia in mortarium, & subigantur cum ouo integro, & croci scrupulo. In doloribus oculorum abstinendum à multis linteis, vinculis arctioribus, grauibus sacculis aut cataplasmatibus: sed tenuissima linteolis medicamenta continenda sunt: videndumque, ne remedia, quæ adhibentur, dolorem creent, & priusquam siccentur, commutanda sunt. Et quia in doloribus oculorum multa ferè lachrymatio est, quæ vim medicamentorum diluit: propterea subinde commutanda sunt remedia.



DE VLCERIBVS OCVLORVM.

Vlcus in alba tunica cornea, genis, angulis oculorum à re externa fit, vt stylo, gladio, vel aliter. Præterea ab acri fluxione, cui prudentissimè occurrendum est, alioqui ne vnà procidat & sequatur cæcitas, periculum est. Hoc vlcus in genere quidem communem habet curationem cum reliquis vlcerebus. Vult enim repurgari, siccat, impleri, & cicatrice claudi. Peculiariter tamen ex natura partis clementiora remedia desiderat, multò magis si proprietate indiuidui acerrimo sensu & purissimo spiritu præditi sunt: quales ferè sunt oculi cæci. Declinanda itaque tum quæ exasperando tergent, tum quæ mordicando siccant & nimia adstrictione exasperant. Atque hæc vlcere, qua vlcus est, propriè conueniunt. Nam & in collyriis & remediis ocularibus sæpe mixta inuenias, quæ sunt acria, vt in malignis & nimium sordidis vlcerebus, quæ dolorem leniunt: vt in dolentibus quæ molliunt: vt in callosis, quæ plurimum adstringunt: vt cum magno impetu irruit fluxio in oculos, vel à prolapsu, vnde mixtus est. Quæ omnia vt non statim vlcere conueniant, conueniunt tamen per accidens. Itaque influxionis impetu stalticis vocatis, id est, sistentibus, vtimur, quæ materiam recipiunt frigidam & adstrictoriam, quale hoc est singulariter prædicatum.

℞. aris vsti, cadmiæ vstæ lotæque an. ℞. 3. myrrhæ, opij ana ℞. 4. acaciæ, gummi arabici ana ℞. 7. Ex aqua fingitur collyrium, quod liquore oui dissoluitur in ipso vigore, quando sordes & maturatio tum in vlcere, tum in lippitudine apparet. Sed hic animaduertendum, quod sit commune omnibus ocularibus remediis, oculos parum assuetos

assuetos medicamentis sæpè irritari, cum primùm medicamenta adhibentur. Quod si contingit, tepefacto liquore oui dolor sedandus est: deinde medicamentum adhibendum donec assuescat oculus. Conuenit & collyrium prius descriptum in præparatione cadmiæ, additis rosa, hypocyttide, acacia, & ℞. i. opij in dolore vehementi. Aliud Philoxeni, quod impetum fluxionis reprimit, caput siccat, lenit & stupefacit. ℞. rosarū ℞. 2. feminis hyoscyami albi ℞. i. thuris ℞. 3. myrrhæ ℞. β. farinæ volatilis, vel hordei tosti ℞. 2. β. oui tosti luteum vnum succi mandragoræ, vel hyoscyami, apij an. ℞. β. croci ℞. 2. ex vino austero fit collyrium. Siquid inest duritici thus pingue, myrrha, bdellium, galbanum, ammoniacum & similia miscentur collyriis, sed ad sistendas fluxiones, quæ siccescant, vlcera prohibent, & dolorem commouent. Anacollematibus, frontalibus vt conueniet, quorum hæc sit materia. E fabis fressis, tosto hordeo, avena, fit farina. Assumitur quoque farina volatilis: subiguntur autem excubi albuginibus: admiscetur sanguis draconis, bolus armena, thus, mastiche, gummi, rosarum puluis, fiuntque satis crassa & hærentia cataplasmata. Sed quæ peculiariter extergent, siccantque vlcera, alia quidem liquida, plurima sicca sunt: liquida, lac serosum, vel dilutum suo sero. Seri autem plus miscbitur vt plus est fordium, vinum conditum saccharo, diluta mulla, decoctum plantaginis, vel aqua eius addito melle, decoctum fœnugræci, quod conuenienter præparatum per se purgat vlcera nisi sordidiora sint. Nam si tantillum mellis adjicitur, vel pulueris diatragacanthi frigidi, diaireos & similium, sicca pompholyx vsta, lotaque, seu tuthia præparata, lapis calaminaris vstus lotusque, vt prius, terra sigillata, lapis hæmatites, recrementum plumbi & ferri vstum lotumque, spodium, antispodia, cerusa, amyllum, lac in mortario plumbeo pistillo plumbeo agitatam, donec crassus nigrescat, sarcocollæ nutrita, pumex vstus & lotus, ostreorum cinis, ossa sepia, gemmæ trita, puluis absinthij, plantaginis, bardanæ, clymeni, herbæ scorpioïdis, buglæ, fani culæ, herbæ Paridis. Sed melius erit ex his succum exprimere, subigere in mortario plumbeo, pistillo plumbeo, donec crassities & liquor contrahatur: deinde siccat oportet, & ita vti puluere. Cornua cerui, capræ, vsta lotaque antimonium vstum lotumque. Vehementiora sunt as vstum lotumque, squama aris, vitriolum, cuprosa, arrhenicum, sandaracha, ærugo, sed his in malignis & plurima sordemadentibus vt conueniet. Ex hac materia concoquentibus, myrrha, thute, croco, galbano, castoreo, fiunt collyria ferè ex succo fœnugræci. Vtimur quoque saccharo cando, penidiis, alphenic, diatragacanth. frigidum, solutis lacte & liquoribus, qui extergent. Sic enim lenies, extergebis, & vlcus ad carnem comparabis. Parietaria anagallis, centaurium minus, absinthium, plantago teruntur in mortario paulatim affuso lacte: exprimitur succus, qui vt prius versatur in mortario plumbeo ad crassitudinem siccat, vt fiat puluis: è cornu cerui collyrium expurgat, incarnat, exterit cicatrices.

℞. cornu cerui vsti loti, thuris, plumbi vsti loti ana ℞. 2. Squamæ

æris, vsta lotæ ʒ. i. opij ʒ. β. gummi arabici ʒ. i. cum aqua pluuiali fiat collyrium.

Sed hic meminisse conuenit duplicem esse aquam pluuiam in præparandis metallicis: vna enim hiberna est, inutilis: altera æstiuæ & tonitruosa, utilis. Aliud.

℞. sarcocollæ nutritæ in lacte ʒ. i. o. pulueris diaireos simplicis, gummi arabici tragacanthæ an. ʒ. 2. pumicis vsti lotique in lacte ʒ. i. ex mucagine fœnugræci fiat collyrium. Atque hic meminisse conuenit in vlcere nimium madentibus puluisculis vtendum esse, in aliis collyria liquoribus dissolui, lac autem conuenire dissoluen- dis collyriis, vbi est leniendum, & breuiter extergendum: succum verò fœnugræci, vbi detergendum magis. Quod si copiosius quo- que detergendum, veteres succo fœnugræci tantillum mellis addi- derunt. Aliud. ℞. pumicis vsti lotique ʒ. 2. gummi arabici, tra- gacanth. an. ʒ. i. pulueris diatragacanthi frigidi ʒ. β. cum succo fœ- nugræci fiat collyrium. Absterget plurimum vt etiam aspredines & albugines tollat. Vrina pueri impubis æneo vase diu versatur pauculo melle adiecto, donec sit crassitudo. Materia siccatur, fit pul- uis, ac primum, vt consuescat oculus mucagini tragacanthæ, dein- de fœnugræci permiscetur, eritque quadrupla mucago. Licebit vti collyrio diuino antea descripto è cadmia præparata. Adhæc dia- rhodo Nili, deterfo vlcere regeneranda caro implendis vlcerebus oculorum conueniunt terra sigillata, sarcocolla nutrita, thus, cortex thuris, manna, aloë lota, myrrha, gummi arabicum, tragacantha, metallica, quæ citra morsum siccant, & alia scripta cap. de sarcoti- vis, quale hoc. ℞. cort. thuris, myrrhæ, & aloës, sarcocollæ nutritæ ana, fiat puluis. Collyrium è cornu cerui antea descriptum, & Cleo- nis plurimum vstatum veteribus quod incarnat & cicatricem ducit. ℞. spodij loti, plumbi vsti loti an. ʒ. 2. batituræ chalybis, serra- turæ vstæ & lotæ, croci ana ʒ. β. gummi ʒ. i. confice cum aqua. Vfus tempore diluitur liquore oui & lacte, aqua infusionis tragacanthæ, mucaginis tragacanth. extractæ in aq. plantaginis. Sief de plumbo incarnans & consolidans. ℞. plumbi vsti, antimonij vsti loti, tu- thiæ lotæ, æris vsti, gummi tragacanth. an. ʒ. 2. opij gran. 8. cum aqua pluuiæ. Aliud, quod incarnat, reprimat, vestigia corrigit & lenit.

℞. tuthiæ, cadmiæ præparatarum, vt decet, cerusæ, antimonij, olibani ana ʒ. 2. myrrhæ ʒ. i. sarcocollæ, sanguinis draconis, aloës, opij ana ʒ. i. β. f. ex aqua. Collyrium è thure, quod mollit, lenit, co- quit, incarnat. Thuris ʒ. i. o. antimonij, sarcocollæ ana ʒ. 5. croci ʒ. 2. ex mucagine fœnugræci pleno vlcere cicatrix ducenda est per ea, quæ vocant epilatica medicamenta, quæ citra morsum siccant, qualia inuenias de Epuloticis, & quod sequitur. ℞. antimonij, blattæ bizantiæ ana ʒ. i. o. acaciæ ʒ. 3. aloës, sarcocollæ nutritæ ana ʒ. i. confice cum succo rubi, Sarcocolla, vt prius nutrita cicatricem ducit.

H E B E S V I S V S.




Is vs hebes senio, morbo, frigiditate humorum, & spi- rituum crassitie immodica, tenuitate spirituum, inopia vtriusque contrahitur. Sed à senio & inopia spiritus vel humorum difficillimè instauratur. In tenuitate spiritus leuiter adstringentibus & refrigerantibus vtendum est. Huius rei manifestum argumentum est, quod interdum & in splendore Solis statim disperso spiritu & quasi euanescente parum acutè vident. Nocte verò iam cogente & leuiter refrigerante, spiritus acutissimè cernunt. Id quod videre licet in felibus, leonibus, pardalibus, & ple- rôque genere animalium, quibus veluti igne micant oculi in tene- bris. Contra crassitiem humorum & spirituum, detergentibus & incidentibus leuiterque corroborantibus vtendum est, oxydorcica vocant Græci medicamenta, quæ hebetudini visus citra manifestam occasionem ortæ medentur, quorum magna pars è materia con- stat, quàm contra crassitiem facere diximus. Quale est Antonij Mu- sæ. Fellis perdicis siluestris partem vnam, succi parietarij, succi cen- taurij minoris, mellis optimi ana. Aliud.

Fel gallinæ veteris succo cętaurij pari miscetur, quibus mel sex- tupta ratione adiicitur. Aliud. Scribonij Larg. Succis radicis fœni- culi ʒ. 2. pari melli commiscetur, reponuntur ærea pyxide. Alij pa- rem modum succi chelidonie permiscunt. Obscuritatem quamli- bet persanare scribit Galenus, gruis fellis ʒ. i. succi marrubij & mel- lis optimi ana ʒ. 2. Aliud. Fellis tauri, succi fœniculi ana ʒ. i. mell. opt. ʒ. 2. Aliud. Mellis scylliti, succi marrubij an. ʒ. 2. succi granato- rum dulcium ʒ. β. fellis accipitris ʒ. i. fortiora sunt collyria antea descripta vi prædicta extergente, quæ metallica extergentia reci- piunt. Atque hæc præscripta sunt, in crassis vaporibus & hu- moribus conuenire possunt. Conueniunt etiam suffusionibus & maculis oculorum ex detergente, digerente, leuiter corroborante materia. Quod sequitur maximè probatum est veteribus, quod ma- ximè iuuat scriptores, pictores, lectores, aurifices, & quicumque con- tenta oculorum, acie plurimum laborant. Succus exprimitur ex gra- nis punici acidi, vt Aëtius, dulcis vt Octauius. Is succus æneo vase reponitur, quod sit opertum tenui linteo, quodque exponatur Soli, donec crasset succus. Succo iam crasso par modus mellis additur, miscenturque, & fictili reponuntur. Illinitur medicamento oculus hora somni.

Cleonis colly- rium.

Sief de plumbo.

Collyrium è thure.



AD ALBUGINES.

Oculorum albugini accommodatum remedium.

ALbuginibus atque omnino morbis oculi, ubi medicamentorum vim subire profundius velimus, balnea frequentia imperamus: alioqui iubemus, ut vapor humidus ex aqua primùm tepida excipiat oculis: deinde vapor è materia, quæ extergeat: postea medicamenta leniter diuque affricando adhibemus. In albuginibus sagapenum cum melle distillatum, vel solutum cum melle liquido, vel ut sit fortius, cum oxymelite scyllitico singulare remedium est. Succum anagallidis, parietariæ, chelidoni, amygdalarum amararum cum melle, ac breuiter earum rerum, quæ detergent. Addunt succum papaueris rubri: & quæ gerfa serpentaria vocatur, è radicibus dracuntij descripta cap. de narcoticis, soluta lacte equino plurimum iuuare potest. Aliud, Fel hirci aut cuiusuis alterius animantis exsiccat in vase æneo, adiecto syrupo de artemisia, ruta, calamento: ubi inde puluis factus est, succus marrubij, anagallidis & similia miscetur, & quod inde molliter applicatur oculis. Aliud. Ossis sepia 3. 2. salis ammoniaci, cerusæ ana 3. 1. ammoniac. sagapeni an. 3. 2. Fiat puluis. Aliud. Rad. dracuntij, aristolochiæ, chelidoni an. 3. 3. concidantur in taleolas, reponantur in vase æneo: Superfundatur urina pueri impuberis: exponantur soli, siccantur, terantur, tritis adde salis ammoniaci 3. 2. mellis torrefacti tantundem. Fiat puluis. Ammoniacum, salua matris subigitur, & illinitur albuginibus infantium. Mirum est quod scribunt, butyrum per se illitum mirabiliter conferre in contumacibus. Metallica miscemus vi extergente prædita, & collyria quæ inde comparantur. Arugo crematur, diu teritur ex aqua plantaginis. Capitur 3. 3. cui additur cerusæ lotæ in lacte 3. 1. gerfæ serpentariæ 3. 2. trita omnia cum muccagine fœnugræci illinuntur.



AD HYPOSPHAGMATA.

Acro oculo resudat sanguis tenuis, atque effunditur in oculum, unde rubor & aliquando dolor & inflammatio, Taifati vocant Arabes. In dolore & inflammatione recurrendum ad remedia prius descripta. Quod autem attinet ad remedia propria hyposphagmatis, initio utendum iis, quæ reprimant & leniant: deinde iis, quæ digerant: postremò quæ digerant & corroborent. Primùm itaque liquorem oui illinito, & lanam vel linteolum molle in eodem inculcatum adhibeto. Lac quoque muliebre similiter adhibetur.

Veteres

Vetères magnam vim in sanguinibus posuerunt. Alij sanguinem hirundinis primo loco statuerunt, deinde palumbæ, vel turturis: tum columbæ, sed masculi, prætulerunt. Tenellæ pennæ extrahuntur plenæ suo sanguine, & molliter oculis sanguis infunditur. Gal. 10. de simplicibus medicamentis parui facit eiusmodi controuersiam de sanguinibus, utiturque succo fœnugræci post initia cum collyriis primùm Democratis è myrrha, diasmyrno: deinde quæ in multo thure fiut: postremò quæ è croco. Quæ collyria scripta inuenias septimo Aëtij, & Pauli, & quarto 27 τὸ πρῶτον. Rosas, vel rosarum magma aqua rosarum & vino incoques, & tepida oculis admouebis. Nam & tepefactum oui liquorem & reliqua remedia tepida adhibemus. Alij bolum armenam, terram sigillatam, argillam ex liquore oui dissolunt & adhibent. Post initia lini semen teritur cū butyro: totum vehementer exprimitur, & pingue expressum illinitur. Mirum est quod scribit Archigenes: Hyssopi coma trita, & linteum inuoluta, deinde inculcata in aqua calida, si inde foueatur oculus, sanguinem diffusum ita extrahit, ut si linteum exprimat, sanguinem reddat. Arabes plurimum utuntur arsenico bene loto, sublimato rursus loto ex aqua coriandri, præsertim ubi iam hyposphagma liuorem duxit. Leue collyrium digerens. ℞. thuris 3. 3. diligentissimè conteruntur: deinde in collyrium vniuntur cum aquæ sequenti. Salis ammon. salis gemmæ, an. 3. 1. liquecant in aqua pluuia, qua thus vniatur. In vsu dissoluitur aqua, vel succo coriandri. Fortius est quod sequitur. ℞. thuris, myrrhæ, croci ammoniaci an. 3. 1. sublimati bene loti cum succo vel aqua coriandri 3. 3. cum eodem succo vel aqua fiat collyrium, quod adhibeatur cum eodem succo, vel aqua fortius. Arsenici bene loti, sublimati prius, deinde rursus bene loti & confricati cum aqua coriandri 3. 2. sarcocollæ, piperis, ammoniaci, lapidis lazuli ana 3. 1. cum aqua in qua 3. 3. salis ammon. dissoluta sit, fiat collyrium. Fiunt foci in declinatione ex decocto absinthij, meliloti, chamæmeli, fœniculi, hyssopi, & remedia adhibentur, quæ scripta in albugine.



AD OEDEMATATA OCVLORVM.

APITVITA, quæ in oculis diffluit, mollis, laxis & indolens tumor circa oculos nascitur genas ferè occupans, qui bene purgato corpore, his remediis dissoluitur. Primùm fouetur locus ex aqua tepida cum sponsia molli. Faba, lens, cicer, in aqua cum tantillo aceti, horum vnum, vel omnia percoquantur, deinde trita pressaque cribro culinario transcolantur, mel adicitur cataplasmata modo adhibentur. Postea verò, ubi magis discutiendum est, hyssopus & pars radice sigilli beatæ Mariæ cum dictis leguminibus coquitur, alioqui creta, oxycrato vel lixiuio dissoluitur, aliquid mellis additur, & ita illinitur.

h

Sanguinum magna vis ad vno qd. γυρτα.

AD LIBRUM V. GALIENI, DE COMPOSITIONE

PHARMACORVM χ^{ϵ} τῶν τοῦ,

PERIOCHE V.

DE HYPŌPIIS.



HYPŌPIŌN per ω in secunda syllaba, & ι in penultima suggillatio est, quæ ferè fit sub oculis, genere ecchymomatum, id est, suggillationum comprehensum, ὑπὸ πύου verò per σ , & υ in penultima, ocularis morbus, cum pus fufum cornea includitur. Differt hypopium, quod suggillatum ab hypophagmate, quia hoc in oculis, hypopium verò in genis & malis. Conueniunt autem remediis. Nam vbi graue malum est, phlebotomia, clysteribus, purgationibus, apophlegmatifinis, sed leuioribus, communiter vtendum est. Quod ad topica attinet, primum quidem leuiter repellentibus, mixtis modicè digerentibus, multò magis in hypophagmate vtendum est. Initio ergo caseo recenti, diarrhodo Nili soluto in decocto meliloti, aliis quoque similiter repellentibus & leuiter digerentibus vtendum est: ac breuiter, quæ in hypophagmate descripta sunt circa initia non inueteratis hypopiis conueniunt. Recentiores rosaceo, oui candido insperso puluere myrtillorum vtuntur: deinde speciebus sanguinis, quæ descriptæ sunt in hypophagmate farinis fabarū hordei, coctis in oxymelite. Eadem farinæ salua subacta tergent, leniunt, discutiunt. Fotus ex aqua tepida, ex decocto chamæmeli, meliloti, althææ, ac tandem fenugræci: oui luteum cum melle, faba vinò macerata, læuigata. Item quod sequitur. Lithargyri, cerusæ ana ζ .i. cum melle subigatur. Nutriuntur primum rosaceo, deinde chamæmelino. Dissolutum vnguentum rosatum tantillo syrupi de absinthio mixtum iam nigricantibus hypopiis, nux rancida & iam oleosa cū melle subigitur, & supinè decubente ægro ne excidat, hypopio, tribus horis adhibetur, quæ cū excidit, alia reponitur. Pānus inculcatus oleo de kerua, oleo de nucibus veteri, de ricino & similibus, panis diu māsus & salua subactus, cum inū nodulo includitur, & feruenti aqua salsa immergitur, & ita imponitur. Serpentis exuium melle vel aqua marina subigitur, & imponitur. In remediis præcipua sunt, iam plurimum nigricante hypopio, raphanus, radix bryoniæ, dracunculi, sigilli Mariæ, quæ primum cum butyro deinde per se adhibentur.

Qudd

Quod si inde ardor & mordicatio excitatur, tepida locus foueri debet. Si locus vehementer intumuit fotu tepidæ ex spongia plurimum vtendum est: deinde inungendum anethinum. In inflammatione diu foueto calida, & farinas coctas fabæ & leguminum scriptorum in hypophagmate colatorum, vt prius, cribro culinario cum melle imposito. Quod si fissura quædam coniuncta est, ad remedia glutinatoria, qua parte vulnus est, decurrendum.



DE AEGYLOPE.



ÆGYPLOS paruus est abscessus inter os nasi & maiorem angulum oculi, periculosus, propterea quod externa carnis locus est, & vicinis oculo. Primum itaque Ægylope nascente, repellentibus validè vtendum est, facto verò Ægylope, diaphoreticis primum citramorsum, deinde fortioribus vtendum est adhibita cura, ne quid diffuat in oculum. Ac breuiter inflammationem modò curandus est. Propterea neque phlebotomia prætermittenda est è cephalica, neque purgatio, si fureit opus. Cucurbitulæ quoque & masticatoria vsui sunt. Vbi verò suppuratio facta est, ampliandum vulnus, vt pus effluat, & non corrumpat. Os aperto abscessu purgandum mellicrato, melle rosato, & aliis id genus. Purgatum vlcus abluendum è vino, implendum sarcoticis, aristolochia, manna, thure, aloë, myrrha, resina, sarcocolla, chamædri, ruta, & aliis quæ scripta inuenies, cap. de sarcoticis. Ex quo epulotico cicatrix ducenda est. In Ægylope difficultas spirandi, inde læso esse, sed iniuria leuis tantùm asperato, maior verò iam carioso, maxima, vbi iam ad colatorium os & malas corruptelas transit, vbi fistula ducta est, & mucosa caro atque corrupta. Hic ergo veterum & recentiorum consilium est. Diuidendus angulus in triangulum, vt apex trianguli versus radicem nasi: litera verò & basis ad oculum vergant. Quod si caro corrupta, aut callus prohibet, catharteticis vtendum erit, quæ scripta inuenies cap. de pyroticis. Ampliatum vulnus primum implendum, vel spongia, vel medulla sambuci intorta, ne scilicet coalescat. Quod si tantùm asperatum os est, rasura sufficiet: si cariosum, tenui & retuso cauterio vtendum est: quod cum fit, muniendus oculus spongia, quæ sit imbuta aqua frigida. Sed priusquam cauterium imprimatur, videndum quòd perueniat ossis corruptela. Aliquando enim sursum ad colatoria vergit, nonnunquam ad malas. Atque quocumque vergat, cultello aperiendus locus est, vt fiat via cauterio. Iam repurgato osse, ægyptiaco mixto, cum melle rosato, & syrupo de absinthio vtendum est: quod medicamentum etiam os purgare potest, si quidem leuis est iniuria. Veteres cephalicis vtuntur scriptis

Ægylops nascit
validè repellentia
postulat.

cap. de narcoticis. Archigenes inurebat plumbum liquefacto per infundibulum misso. Recentiores aquis Alchymistarum fortibus videntur. Sed primum permiscant lacti, vel muccagini althææ, lini, fenugræci, vel tragacanthæ extractæ in aqua vitæ, postea solis aquis os attingunt. Vtuntur purgantibus & incarnantibus ex succo agrimonie, apij, absinthij, rutæ, melle rosato, syrupo de absinthio, aloë, myrrha, sarcocolla: vsto alumine, antimonio, mixtis in putri carne pulueribus ægyptiaci, mercurij cum alumine vsto. Superponunt emplastrum diachalciteos, quod sit recens factum & repellens: partem per ambitum fouent vino rubro decoctionis ros. chamæmeli: superponuntque lintea inculcata in dicto vino post adhibitum emplastrum diachalciteos. Parant & mundificatiuum quod vocant ex farina fabarum & hordei cocta, in prædictis succis addita, in terebinthina lota, in vino albo. Purgato vlcere veteres probant alumen vstum ex terebinthina, vitri subtilissimè triti puluisculum, tutam pistam cum vino granatorum. Discutiendo vero nucem rancidam conuassatam, & appositam, chamæm. fol. vel mansa, vel subacta cum salua falsa.

DE IONTHIS SEU VARIS.

IONTHI, quod sint similes *δρυς*: id est, fimo, & faciem conspurcent, appellati. Vari à Latinis tubercula parua, dura in cutè faciei à crasso succo orta. Remedijs egent, vt Galenus scribit, mollientibus, quia dura: discutientibus, quia alienam materiam in se continent. Veteres Medici incidentia & tergentia videntur miscuisse. Fricabis ergo mixtura pari mellis & aceti, amygdalis amaris aceto piscis, lithargyro subtilissimè trito, concorporato terebinthina liquidæ, & butyro. Poteris intermiscere aliquid fellis caprini, vel similis. Lilij radix vel panis porcini melle subigitur, lapis calaminaris subtilissimè teritur, maceratur in aceto, & siccatur, quadruplo melli permiscetur. Item ℥. saponis ℥. 2. olei amygdalarum amararum ℥. 1. aceti ℥. 6. ossis sepia triti & puluerizati ℥. 2. Pomata oleo quorum vel de tritico dissoluitur, aceto albo addito, & illinitur. Gummi arabicum album, sal torrefactum, vtramque subtilissimè tritum acri aceto diluitur. In callosis & inueteratis varis ammoniacum, sapo, galbanum, opopanax, & alia id genus aceto dissoluta prædictis miscentur. Qui si contumaciores sint, aliquid metallicorum acrium detergentium intermiscetur, quemadmodum & in tumoribus ficosis, vlcerosis, subrubris, rotundis, dolentibus. Vnde principium impetiginis, mentagra, aut lichenis agrestis, quæ materiam habeat crassam, permixtam liquoribus acris. Nam hæc ubi transferint impetiginem, raro nisi acris permixtis & medicamentis ecdorijs, id est, excoriantibus curantur. Primum tamen leuioribus

leuioribus vtentur: deinde contumaciore malo transibilis ad ecdoria, de quibus in materia impetiginum. Hæc sunt acetositas citri, aqua vitis, vltimi inclusa in folliculis, aqua fabacearum, florum fabæ, centaurij minoris, parietaria, enula, gentiana, ranunculi, æri, bryonia, anagallidis, & his fortiores aquæ sublimata & vocatæ fortes. Oleum ex eadem materia, de tritico, de sulphure, de vitriolo, de onis, de fraxino. *Endorea* sunt metallica acria, æris squama, lapis calaminaris, sulphur, ærugo, arsenicum. Diu teruntur ex aceto acerrimo. Pastilli fiunt, qui ceratis liquidis permiscantur. Cerata fiunt ex cera fulua, vel, vt fortiora, viridi oleo conuenienti, & vt hæreant magis, terebinthina mixta, supponitur vesica bubula, aut membrana suilla, vel similis. Medicamentum tota nocte sinitur, vel ad horas multas, lacte, sero lactis, aquis memoratis tepidis facies abluuntur, repetuntur medicamenta, donec exarescant pustula & vlcera. In medicamentis leuioribus sanguis leporum. Illitus salina præmarso sale, ouum integrum triduo maceratur in mixtura sulphuris & aceti post triduum abiecta testa: ouum ea mixtura subigitur & illinitur. Gummi cerasorum aceto dissoluitur & illinitur, radix enula & lapathi acuti coquantur in aceto ad putrilaginem: tepido aceto, permixto melle affricatur locus: deinde radices pisti cum axungia viperarum illinuntur. Psoricum Mesuæi, salua ieiuni hominis, & liquido melle dissoluitur. Fraxinus viridis crematur, salua excipitur, quàm extrema reddunt. Sublimatum & cinabrium aliæque ecdoria in muccagine gummi Arabici, vel tragacanthæ, vel muccagine fenugræci illinuntur. Sed in vtu *endoreon* extremæ partes impetiginis, & quæ sana vicina sunt, medicamentis repellente, & quod inflammationem prohibeat, muniendæ sunt. Cinabrium, thus, mastiche, æqualiter miscantur cum aceto. Fiunt pastilli, vnde fumus excitatus loco impetiginoso excipiendus munitis oculis, & ore, & naribus. In his omnibus meminisse oportet priusquam adhibeantur, habendam esse rationem totius corporis, vt scilicet aliquoties repurgetur, atque medicamenta, vt facilius subeant, malaxata impetiginosis partibus adhibeantur. Malaxantur autem decocto malua, bismalua & similium.

DE DENTIVM AFFECTIBVS.

DENTES viris ferè triginta duo: mulieribus, viginti octo. In vtroque dentium ordine quatuor acuti & lati, vt præsum cibum solidum incidant, vnde *τομῆς* & *τόμεις*, iidem *γελᾶστοι*, quod in risu sese maximè proferant. Inter quos duo medij & præcipui columelares exoriuntur ferè primi septimo mense, quanquam alius tardius. Hos ad latera canini duo sequuntur: acuti quidem, sed non lati, ac potius in cuspidem acuti.

figunt dura vt maiore, & diuidunt duo numero in vtroque ordine. Ad decimum ferè mensem, aut nonum enascuntur. Sequuntur maxillares plani firmis radicibus defixi, in quibus, qui genuini vocantur & postremi erumpunt, tardissimè apparent, vix anno vigesimo, vt Aristoteles voluit, aut post genituræ profusionem, vt Auicenna: Varro anno ferè septimo. Reliqui maxillares ante secundum annum & secundo anno producantur. Primores vulgus anterioreos & lacteos appellat, caninos verò oculares: maxillares parum deflexa voce, maxillarios. Crescunt dentes, quia nutriuntur, & assiduo teruntur mansu. Excident omnes ætate, sed postremi maxillares neruos substratos habent à tertia coniugatione, qui affecti imaginem præferunt laborantis dentis, quomodo & gingiua. Dentes autem in propria substantia & sentire & dolere contra multorum sententiam affirmat Galen. 16. de vsu partium, & 3. 2. 7. 70. 706. Historiam dentium scribit Aristoteles 4. cap. & 8. lib. gener. animalium: cap. 1. lib. 3. de Partibus animalium cap. 1. 2. 3. 4. lib. 2. de Historia animalium. Gal. vndecimo de vsu partium. Plinius cap. 37. lib. 11. Celsus, cap. 1. libro 8.

Dentium corruptela tria insuntur genera remediorum.


Sunt autem affectus dentium communes reliquis ossibus, qui exasperantur, roduntur, perforantur, cariem ducunt & rubiginem, nonnunquam quoque ab affectione, quæ sit similis inflammationi, liuentque omnia à saniosa, acri, & virulenta materia. Proprius affectus dentium, neque communis reliquis ossibus, dolor est. Itaque in corruptela dentium tria genera sunt remediorum. Nam dens corruptus & vitiosus ferro extrahitur, vel medicamentis acribus siccat, tabescit, vt deinde sponte sua excidat. Tertium remedium, vt quod est in colume, relinquatur. Instrumentum, quo dens extrahitur, ὀδονταγωγός à Græcis Medicis appellatur, forceps (vt dicat quispiam) dentarius. Sed de extrahendo dente non satis conuenit inter veteres Medicos: quanquam magna pars vitiosum & corruptum dentem extirpandum credidit. Erasistratus non temerè extirpandum putat, eiusque rei testimonium adducit, quod apud Belgas in templo Apollinis ὀδονταγωγός, forceps dentarius, plumbeus suspenderetur, quo significaretur non esse tollendum dentem nisi vacillet, vt plumbeo forcipe excludi possit, id est, nulla vi: qui si qua parte cariosus fuerit & vitiosus, vitium scalpro atteratur, relinquatur, quod est sanum. Ac reuera non temerè euellendus dens est, sed si corruptus, totus tabidus, vacillans, si nerui subiecti inflammatio, à qua periculum immineat. Sic enim excluso dente liberatus neruus iam apprimitur, sed transpirat, & remedia conuenientia admittit. In corruptela videndum quanta ea sit. Aliquando enim superficialis est, aut extremæ parti insedit, quomodo in ossibus asperis & cariosis non os totum excindimus, sed apredinem & cariem scalpro deradimus. Ita in dente aut pars quædam deciditur lima, radice incolumi. In medicamentis autem quæ hæc faciunt & siccant & tabe faciunt acria sunt omnia lac titymali, exuuium

Dens non temerè euellendus.

exuuium serpentis. Gummi hederæ vulgò cognitum est remedium, quod religione quadam colligitur post medium Augustum, & intra idus Septembris, eoque vtuntur ad dolores dentium. Exuuium verò serpentis remedium est memoratum ab Antiquis. Galenus vndecimo de simplicibus decocto eius vtitur contra dolores. Archigenes comburit, miscet oleo & melli, illinit ægro denti, munitis cera, vel re simili dentibus vicinis. Idem quoque non vltum denti admouet, vt excidat, pyrethrum, aut radicem cucumeris agrestis in aceto acerrimo triduo maceratam teres. Indes purgato denti. Id ad tres aut quatuor dies repetes, vt dens excidat.

Gummi hederæ vritum ad dentium dolores remedium.

Adeps ranæ viridis dentem depellit. Licet quoque vti cauteriis per canaliculum denti impositis: atque cauteria modò è ferro, modò testa nucis, radice gentianæ, & similibus comparantur. Sunt, qui oleum calens, vel aquas fortes denti immittant, vt excidat.



CONTRA VERMES.

VERMES aiunt subnasci dentibus, & hos arrodere à quibus dolor non ita fortis, pruriginosus, nulla aut pauca saluatio. Hi amaris rebus enecantur, decocto centaurij, colocynthidos, pilulis, communibus, aloë, myrrha, semine capræ, porri, ceruino cornu, puluere contra vermes & aliis id genus. Quodd autem vulgus sibi persuadet, & ab antiquis Medicis scriptum est de suffumigio è semine hyoscyami, videtur fabulosum. Nam inde aiunt manifestè vermes excidere. Re vera in censo semine euolant tanquam vermiculi, etiam si non attingat fumus vermiculosum dentem. In doloribus dentium remedia multa sunt. Phlebotomia, vbi inflammationis suspicio, præsertim in neruo, purgatio totius corporis. In vitio humorum clysteres acres, cucurbitulæ in ceruice & scapulis, extremarum partium frictiones, erethina, masticatoria, & quæ viam fluxioni intercipiunt, anacolle mata, id est frontalia, fotus malarum & faciei, periapta, quæ vel è collo suspenduntur, vel alligantur carpo. Topica denique denti adhibita. Horum materia ferè incidens, digerens, calefaciens, quia ferè à crassis humoribus & flatibus doloris excitatur, mixtis aliquando adstringentibus, rosis, galla, malicorio & similibus. Ac ferè collutiones fiunt materia in aceto cocta. Itaque origanum, hyssopum, satureiam, calamentum, nasturcium, maioranam, pulegium, thymum, saluiam, adhæc pyrethrum, qui pes Alexandrinus dicitur, galangam, piper, & alia id genus aceto coques, ac inde collues, vel fumum ore excipies mixtis circa initia rosis, mali corio, balaustiis, vbi non videbitur caput nimis redundare excrementis. Post collutionem hianti ore sinat æger pituitam defluere. Hippocr. 7. Epid. castoreo, pipere concoctis vino, diuque contentis ore dolores den-

rium & gingivarum coniugis Aspasij liberat. Mentastrum cum radice euulsam, & in peluim datū, conspersaque aqua calida fumum reddit, qui obuoluto vestibus agro exceptus ore, dolorem mirabiliter sedat, præsertim si æger in lecto bene coopertus quiescat, & moueatur sudor. Dioscorides radici althææ vel hyssopo coctis in aceto, vt inde fiat collutio, magnam vim tribuit in doloribus dentium. Ranæ virides in aqua & aceto coctæ simile ius reddunt. Acetum scylliticum colluitur. Dens caninus vstus tritus coquitur in aceto ad collutionem. Allium tritum respondentem carpo alligatur. Ranunculi similiter folia alligantur, sed exulcerant. In dentientibus pueris lac caninum gingiuis abluitur, cremor lactis, butyrum recens, subactum, ex aqua violarum. Cerebellum leporis physicum est appensum pueris, cornu veteris cochleæ, vbi dolor à calore ortus est, aqua rosarum cum caphura colluitur. Decoctum papaueris, vel radice mandragoræ & hyoscyami, solani, pilulæ de cynoglossa, quæ contra omnes morbos dantur, leuiter soluta butyro induntur denti. Materia anacollematum, errhinorum, masticatoriorum prius descripta, similiter sacculorum, cataplasmatum & fomentorum in materia oculorum.

AD DENTES MOBILES.

SENIBVS consumptis dentium stabulis, ictu concussis dentibus, neruo, qui dentes firmat, emollito, dens mobilis vacillat. In senibus collutio ex adstringentibus coctis austero vino. Eadem collutio ictu concussis. Sed in neruo, qui multa pituita mollior ac infirmior est, omnibus modis vacuanda pituita est pharmaco purgante, errhinis, masticatoriis. Deinde ad collutiones siccantes & adstringentes veniendum, alioquin adstringentia excepta melle rosato, syrupo myrtillorum, conserua rosarū, cornorum & similibus adhibentur denti. Acetum scylliticū confirmat dentes, & constringit gingiuas, lac asinum similiter, vlni cortex & ramuli in vino cocti, vt inde colluas. Materia adstringentium sæpius descripta est, describeturque in stomachicis.

AD CORROSOS DENTES.

MATERIA vacuanda medicamento purgante, quod vel bilem flauam, vel atram, vel pituitam salfam purget. Eiusmodi vitium aliquando nascitur cōmuni vitio totius corporis: aliquando assidua fluxione è cerebro: nonnunquam hepatis aut potius lienis vitio. In remediis localibus consensus.

senfus est Græcorum, & Arabum, nigella Romana torrefit, teritur ex aceto acri, denti imponitur, zinziber, radix capparidis, angelicæ vel sylphij, tormentillæ vel lapathi acuti in aceto coquitur, acetum colluitur, cocta radix adhibetur denti. Benzoinum, opopanax soluto oxymelite adhibentur denti. Sal ieiuno sub lingua liquatus & retentus ore, dentem prohibet à putredine & erosione. Sal cum alumine vritur, extinguitur aceto, acetum colluitur, materia denti applicatur.

AD DENTES MALE COLORATOS.

QUÆ dentes præseruant, sunt è materia eorum, quæ siccant & abstergent: vnde fiunt dentificia, sal torrefactum melle, puluis parietariæ, amygdalæ amaræ, cornu cerui, margaritarum puluis, rasura eboris & coralli pulu. gersa serpentaria, iris florentiæ, marmor tritum, pumex vstus, os sapiæ; lana succida colligata linteolo, cum tertia parte salis. Vritur cinis capitis vulpini & leporini, quibus pulueribus aromatica miscentur santala, rosa, cinnamomum, lignum aloës, & similia arida dentibus affricentur, concorporentur melle rosato, vel anthosato. Materia vino decoquitur ad abluiones & collutiones dentium. Sed & ex ea materia, quæ ad collutiones doloris dentium coquitur, remedia parantur, præsertim, quæ aromatica sit. Repurgatus dens virga rosinarini vel lentisci. Contra verò corrumpunt dentes, quæ nimium calida, nimium frigida, sed præsertim, vbi deinceps & interiecta pauca mora nunc calidis, statim frigidis attinguntur. dentes. Ad hæc pingua, acerba, dulcia, viscida, frequens vomitus, dura, lactis multis vsus, magni pisces & pingues raphanus, porrum, brassica.



AD LIBRUM VI. GALENI DE COMPOSIT.

PHARMACORVM $\kappa\tau'$ τό π ς.

PERIOCHE VI.

DE ORIS AFFECTIBVS.

INFLAMMATIO oris, vt affectus indicat, post habitam rationem totius corporis initio eget repellentibus medicamentis, quale est mulla, in qua rosa coxerint. Ac mulla melior fuerit comparata e rosaceo melle aut mixtura aqua & conferva rosarum. In incrementis & vigore miscenda, qua concoquunt, ficus, vna passæ, myrrha, crocus. Postea qua discutunt, sulphur viuum, nitrum, sal ammoniacum, & qua eius sunt virtutis. Ex natura partis repellentia & digerentia leuiora sunt, quia cutis oris reliqua cute corporis mollior & rarior est. Deinde in ea materia seligi debet, qua nihil graue oleat, aut sapiat, qua que nihil mortiferum habeat. Præter hæc, ab iis omnibus metus est, non solum propter os, sed propter subiectos pulmones & ventriculum, ad quos ab ore patens via est. Alia quoque ratio ex natura corporum, quia pueris, mulieribus, & omnino mollioribus corporibus leuius medicamentum comparandum. Propterea Galenus diacaryo simplici in his vtitur, sed sine adstringentibus pulueribus, acris & aliis. Sed hoc quoque considerandum ex mixtura mellis. Medicus enim aliquid concedit saporis & ori; deinde in acris & tenui fluxione minus intermiscet mellis, ne scilicet mel fluxionem attenuet, & propterea acriorem reddat. Diacaryon medicamentum ex succo primum & melle cocto Galeni conficit. Sit autem modus mellis subduplus, subquintuplus. Nam iis, qui dulcibus gaudent, & vbi crassa materia est, plus mellis, in contraria conditione minus, miscendum est. Propterea mirandum non est, quod aliter Paulus, Aëtius, Alexandrinus, Nicolaus diacaryon conficiunt. Paul. Succo corticum exteriorum nucis expressi Iulio mense ante maturitatem nucum heminas, quinque mellis hemina: coque ad dimidium: deinde adde myrrhæ 3.2. croci, aluminis ana 3.1. in declinatione nitri, sulphuris ana 3.1. pro hemina succi 3.10. accipies: pro hemina mellis 3.13. cum dimidia, quod magis conuenit in crassa materia. Succo per collati hemina vnam, mellis heminam vnam, glycyrrhizæ 3.1. coques primum glycyrrhizam cum succo, deinde

Diacaryon Pauli.

deinde mel adicies. Alexand. Succo 3.6. mellis 3.1. coque ad spissitudinem in vase stannco duplici. Costis adde myrrhæ 3.3. croci, omphacij ana 3.2. aluminis scissilis. 3.1. Illinitur medicamentum cynanchicis & faucibus exulceratis, vel oxymelite colluitur, aut prædicta mulla, in qua rosa præcoxerint. Nicol. Succo 3.4. bulliant vna ebullitione. Adde tunc mellis 3.2. coque ad spissitudinem. Tum adde initio pul. rosarum, balauftiorum, aluminis ana 3.1. in incrementis & vigore glycyrrhizæ 3.3. croci, myrrhæ ana 3.1. In declinatione, boracis, nitri, salis ammoniaci ana 3.3.

Diacaryon Alexandrini.

Diacaryon Nicolai.



AD LIBRUM VII. GALENI DE COMPOSIT.

PHARMACORVM $\kappa\tau'$ τό π ς.

PERIOCHE VII.

DIAMORVM.

MORORVM duo genera, alterum celsi, domesticum ferè & esculentum: alterum bati, id est, rubi. Ex vtroque diamorum fit. Sed quod ex succo mororum rubi fit, vocatur diabatinon. Initio inflammationum oris solo succo vti licet, sed ex rubentibus, necdum maturis exprimi debet. Nunc aliquid syrapi myrtilorum, vel rosarum siccarum succo misceri potest. Ad vsum verd, vt seruetur succus, melle concoquitur. Efficacius fuerit, si vel myrtinum, vel rosatum loco mellis comunis miscas. Parari potest cum saccharo rosato: atque succi ad mel quadrupla, quintupla, sextupla, proportio est, præsertim vbi per multos menses seruandum non est. Succus seorsum coquitur: deinde mel, aut saccharum adiecitur. Coquitur in vase aëneo stannato ad syrapi crassitiem. Octauius in diamoro bati, batina mora collecta triduum asseruat, priusquam exprimat succum. Initio, vt magis adstringat medicamentum, omphacium, omphax, rosa sicca, balaufticum, maliorum, & breuiter, qua adstringunt, misceri debent. In vigore, qua mitigant, decoctum ficuum pinguium, passularum mundatarum, glycyrrhizæ, decoctum bisnaluæ, quo hoc medicamentum dilutius esse debet. In declinatione permiscetur mulla, in qua coxerit ea materia, qua descripta est in dolore dentium à materia frigida. Varia autem est mixtura Heræ succi 3.6. mellis 3.1. vini austeri 3.10. croci 3.1. myrrhæ 3.2. omphacij 3.1. alum. 3.3. Gal. succi 3.5. seorsum

Diamoron ex descriptione Heræ Galeni.

coquatur. mellis lb. i. adiciatur. Coctis & ab igne depositis addē croci, myrrhæ ana ʒ. i. s. omphacij ʒ. i. siquidem, vt Heras austeri v. p. i. ʒ. i. o. medicamento permisceas. Quod si citra vinum, omphacij ʒ. i. duas vel tres permiscere potes loco omphacij: vel succi rhois, vel vinum granatorum austerorum misceri potest. Quemadmodum & balauustum & malicoria, si quando miscentur ex austeris malis punnicis, meliora sunt. *Διαμωρον* bati, vt Alexandrinus succi mororum bati. lb. 2. mellis lb. i. sapæ lb. β. coquantur omnia lento igne, vase æneo stannato ad syrupi crassitudinem. Seruetur medicamentum eodem vase. Nicolaus in antidotario miscet succi mororum celsi lb. β. succi batinorum lb. i. sapæ ʒ. 3. coquit, vt Alexandrinus. — Aliter quoque Mesue. Sed mixtura Galeni & ratione semper vtendum.


Diamoron
descripione
alexandri.



DIARAEON, EX GRANATIS.

GRANATORVM tria genera: austerum, quod adstringit: dulce quod lenit: acidum, quod altius penetrat. Ex his succus exprimitur, vel integris cum succo malicorio, vt magis adstringat: cum nucleis, vt mediocriter, cum pulpa sola, vt minus adstringat. Quod adstringit magis, initio coctum per se conuenit sine melle, quia tum resolutione nihil est opus. Atque vt valentius adstringat, aliquid adstringentium puluerisatorum concoqui potest, vt sit iucundius medicamentum quarta pars syrupi rosæ siccis, vel myrtorum, vel cydoniorum misceri potest. Postea quoque mel rosatum, aut sine his conferua rosarum siccarum & similia. Mel autem adiciendum magis, cum digerendi locus est, coqui debet in vase æneo stannato, radícula agitari ex materia, quæ adstringat qualis est rubi. Succus ita coctus, ros ab Arabibus appellatur. Incrassatur aliquando Sole. Aëtius hoc modo confecit ex Galeno. Ex tribus generibus granatorum lb. 3. mensura nostra aut pondere exprimuntur. Galenus addit exprimi oportere cum suis corticibus tuis. Aëtius addit glycyrrhiza ʒ. i. decoquit ad spissitudinem, tum addit mellis ʒ. 13. 14. 15. contra inflammationes oris, fastidia ciborum, & alui fluxiones. Medicamento addi possunt, quæ in medicamento diamoro, & diacaryo dicta sunt, eodem modo è succo cotoneorum cum prunorum, acerborum, qualia, quæ vulgò dicuntur (*prunelles*) & genus quoddam, quod tardissimè maturatur, berberorum, ceraforum adstringentium, grosellarum (*Gallicè groselles*) cornorum, sorborum, mespilorum, omphacis, agrestæ, stomachica conficies. Sed vt acerbitas vincit, ita plus mellis miscendum est in his stomachicis. Quædam parantur ex materia esculenta, & hæc non solum inflammationibus oris, sed fastidio ciborum, fluxionibus alui, & vomitionibus conueniunt. Alia ex materia non esculenta, vt quod paratur ex corticibus nucum, quæque alumen, sulphur, chalcantum & similia recipiunt. Hæcque solum stomachica sunt.

Diaræon.



DE GARGAREONE INFLAMMATO.

GARGAREO deflexu humorum aliquando nimis relaxatur, vt quasi flaccidus concidat, quod malum medicamentum adstringentibus & siccantibus curandum. Vuluam appellant, quanquam vuæ morbus vel vulua, abscessus est in extremo gargareone eo modo, quo si digitus inflammatus in extremam sui partem materiam inflammationis transmitteret, vel ea parte turgeret magis. Initiis inflammationis clystere, vel portione mollienda aluus, sanguis è cephalica detrahendus, cucurbitula ceruici affigenda. Diuidenda verò, quæ sub lingua sunt, quies, imedia, alimenta sorbilia imperanda sunt. Interdicendum vino, acribus, daris. Topica initio repellant, in statu misceantur, quæ mitigent, in declinatione, quæ discutiant. Abeunte malo in vuam appellatam, animaduertendum an rubeat doleatque. Sic mitigatoris & discutientibus, vbi liuescit, præcidere oportet. Nonnunquam exulceratur, vbi ad curationem vlcera recurrendum, vt purges in carnes cicatricem ducas. Sed in materia, quæ hæc efficiat esculenta, aut quæ nihil habeant virulentum, eligenda: quanquam aliquando vbi ea vlcera serpunt & putrida sunt, chalcanto & similibus metallicis vti licet. Sed ne deuorentur, prouidendum, atque ea materia ex secundo de materia Chirurgica repetenda. Quæ repellunt: alia sunt leuia, sapore austero, aut leuiter adstringentia, palmulæ, rosæ, capreoli vitis, rubi genera, cytini, id est, hypocythidis, austera mala & pruna. Talia cerata, pyra, radix mori & similia. Alia verò media, myrrthus, myrrha, ilicis & quercus folia, glandes, mespila cotonea, castaneæ, echini. Fortia sunt rhu, malicorium & balaustia ex austeris punnicis galla alumen. Materia incoquitur aqua vel oxycrato ad gargarisimum. Leuigatur vel aspergitur gargareoni ex leuibus & fortibus varia proportione infinita miscentur medicamenta. Eodem modo temperatis mediis cum leuibus aut fortibus. In duro corpore & maiore fluxione fortioribus vtendum, ita & aliis vteris pro ratione. Ex eadem materia succus, si licet, exprimitur, liquidus vsui est. Siccatur, vt inde puluis inspergatur: qui si viscidus, permanet, diluitur. Mitigant glycyrrhiza recens, althæa, vuæ passæ, iuiubæ, pruna, sebesten, ficus pingues. Horum vtimur decocto, vel eadem adstringentibus concoquitur. Digerunt autem id prius commemorata, origanum, hyssopus & similia. Atque diacaryo, diamoro, diarthæo è granatis, & aliis id genus, conscripta prius ratione, in inflammatione gargareonis vtendum est. Præcidendi gargareonis ratio ex libro 3. Prognost. Hippoc. 6. Pauli, & Celso petenda est. Vtitur, scarificatur, præciditur. Sed videndum ne maior pars, quam oportet, auferatur. Sic enim vox perit, & spiritalia nimium restigerantur.

Ratio in gar-
gareone præci-
dendo.

DE APHTHIS.

Aphtha.



APHTHÆ Græci, Alcola vocant Arabes. Serpentina oris vlcera vertunt Latini. Aphthicos vocatur, qui laborat. Aphthos morbus est familiaris pueris, vt ex 3. Aphor. libr. licet colligere, est autem quod superficiem oris occupat. A gingiuis sæpe incipit: serpit in palatum, descendit in vnam & fauces, periculosissimum pueris, & quod sæpe eos consumit. Galen. duplex genus facit 3. Epid. Aliud est mitius, aliud cacoëthes & malignum.

Aphtharum genus duplex.
Aphtharum causa duplex.

Aphtharum differentia à materia sumpta.

Hoc vitium ferè cum ardore & erysipelate. Causa autem duplex: in pueris quidem mollities oris, quod ait Gal. quasi *βρωδης*, propter mollitiem à sero lacteo patitur, & infuetis generibus cibi & potus. Altera causa, quæ grauius malum facit, excrementorum acrium copia, vnde maligna vlcera & depascentia sæpe commouentur. Hoc viris & mulieribus aliquando accidit. Sunt & Aphtharum differentia à materia sumpta. Aliæ enim rubent à sanguine: à bile flauescunt: albicant à pituita falsa: nigricant ab atra bile. Remedia inde euariant. Deinde, quia in mollioribus & nimis maligna affectione clementioribus vtendum est. Itaque ardor refrigerandus est. Quod autem exulceratum, cicatrice claudere oportet. Itaque in pueris prouidendum nutrici, vt primùm quidem purgetur: deinde nutriatur alimentis partim refrigerantibus, partim adstringentibus loco particularum, quæ farina tritici, lacte, & sale vulgò pueris coquantur, hordeato vtendum est cum saccharo rosato. Os colluatur iulepo rosato, myrtino, addita parte succi granatorum, & eorum, quæ priùs commemorata refrigerant & adstringunt. Similiter ex materia, quæ leuiter adstringit, rosis, capreolis vitium, & cæteris aqua coctis collutiones fiant. Inde pulueres vlceribus inspirantur, qui vel mediocriter adstringunt, quique fortiter. Præscripta sapius ratione vsurpanda sunt in igneo seruore, lactuca, intybum, solanum, portulaca, plantago, centinodium & similia. Coquantur aqua ad collutionem, quæ aqua etiam alimentis misceri potest. Vt timor quoque aquis inde distillatis caphura addita, succis, granatorum, ribes, oxyacanthi, cerasi, mali, pyri, materie adstringentis, quæ, vt dulciora sint, saccharo rosato condiri possunt. Miscetur quoque diamoron, diacaryon, clithæon & alia priùs commemorata ac mellita. Miscere cõuenit in initio, & sine adstringentia. In prærubris vtendum iis, quæ leuissimè adstringunt: in albidis, adstringentibus magis, postea iis, quæ citra rosionem digerunt: in subflauis, refrigerantibus magis: in nigris, magis discutientibus, vbi verò sordida admodum vlcera sunt, & serpunt nimium, ad remedia malignorum vlcerum veniendum, vt purges, incarnes, cicatricem ducas, quorum materia ex secundo de materia Chirurgica repetenda.

DE VITIIS VOCIS.



Vitia vocis intelligamus, qua ratione vox naturaliter perficiatur, intelligere oportet. Materia vocis spiritus est, inclusus in thorace & pulmonibus non quomodo-
Vocis materia.
cunque exclusus, sed vehementius, quàm in expiratione. Spiritum eo modo vehementius exclusum exufflationem vocant. Exufflatio itaque materia vocis est. Ad hoc esse non potest sine actione musculorum intercostalium, à neruis etiam, qui à respondentibus spinæ vertebris intercostalibus spatiis describuntur, vim nerui accipiunt à cerebro. Itaque cerebro læso, nec vim demittente in neruos, cessabunt musculi inter costales. Nec erit efflatio, nec vox similiter radice læsa neruorum intercostalium, aut musculis essentiali morbo laborantibus. In vlcneribus thoracis, quæ in cauum penetrant, quantum spiritus per vulnus efflatur, tantum materiæ voci detrahitur. Vt aliquando vel obscura, vel quasi dimidia, vel certa vox nulla relinquatur. Atque de materia. Iam verò spiritus ille aliquando interceptis viis intercluditur, ne ad asperam arteriam & laryngem perueniat, aut non conuenienter perueniat. Ita asthmaticis, purulentis vox sæpe læditur. At vbi efflatio libero transitu ad arteriam & laryngem peruenit, aliæ causæ læsæ vocis requirendæ sunt.

Ac causa sæpe & in tunica, quæ meliori parte arteriam vestit, communi quidem atque continua, & tunica, quæ totum os interiorius, fauces, linguam, palatum, & œsophagum inducit. Ea ergo tunica cum longa, multa, irrigatur distillatione vocem adimit: moderanter verò humectata raucedinem facit. Irrigatur autem ferè à distillatione cui accedit quoque humiditas è pulmonibus, vel asthmaticis & purulentis. Sed hæc quoque inspirato aëre frigidior, vocem corrumpit: vel aëre venenato aut maligna qualitate prædito: quod aliquando accidit iis, qui metalla curant, aut halitu quodam è speluncis, vel ab animante venenato quale fortasse est: quod de lupis scribunt: Lupi Mærim viuere priores. Sed nimium resiccata ea tunica vox vitium trahit, & fit clangor: vel in febre vehementi ardente causa post longas vociferationes, multasque, vitium cõtrahit simile lassitudini, quæ phlegmonodes appellatur. Vulnerata quoque arteria, & ita efflato spiritu, materia vocis, vox perit, nonnunquam quoque potu meraciore. Sed larynge læsa maxima vitia accedunt voci præcipuè vbi musculi aperièntes vel claudentes laborant. Neruis quoque vocalibus læsis, vox grauiter læditur. Sepe etiã aboletur gargarone, epiglottide, faucibus, musculis, qui arteriam coniungunt, œsophago. Osophago respondente, spina & maximè, vbi intro luxata est neruis sextæ coniugationis, qui carotidibus assident in collo, ac denique cerebro læso vox lædi potest. Itaque priusquàm de

remediis, vocis statuatur, videndum de causa, & an remediis locus sit. Incisus enim nervus sextæ coniugationis, gargareone, musculis, vel aperientibus, vel claudentibus, desperatur curatio, quemadmodum in ueterata raucedo, quæ vel annum, vel duos annos superat, incurabilis à multis iudicatur. Ac medici arteriaca vocant medicamenta, quæ vel musculis laryngis, vel membranæ, quæ arteriam fuc- cingit, medeantur, quorum triplex genus est. Primis læuigat, mini- mē mordax, emplastica natura, quo genere vtuntur in raucedine, aspredine, in initiis inflammationum. Secundum genus est facultatis eitra rationem abstergentis, in quo genere, vt in reliquis, distin- guenda sunt, quæ magis aut minus id faciunt. Tertium genus eo- rum, quæ siccant, discutiunt.

Itaque ordo est in vsu horum medicamentorum, vt primū le- nientibus vtare, donec moderatior fuerit inflammatio: postea leui- ter abstergentibus, vt paulatim abstergendi facultas augeatur, tum siccantia permiscetur, postremo aëria. Magna pars horum medica- mantorum in hypoglottidas, hoc est, medicamenta, quæ tenentur sub lingua, fingi debent, vt paulatim illiquefiant, & deglutiantur, tumque omnino cohibenda tussis, ne materia defluens in arteriam reiciatur. Etenim hærere necesse est. Præterea viscidis ferè medica- mentis colligatur materia. Primi generis oua sorbilia, butyrum, a- mylum, tragacantha, terra sigillata, gummi arabicum, glycyrrhiza, sorbitio vulgaris è tritico, ex hordeo, lac, mustum dulce coctum, ius passularum bene coctarum, dactylorum veterum & dulcium, iuiu- barum, sorbitio ex pineolis recentibus, quomodo fit ex amygdalis, decoctum nucis pineæ, esus pedum animalculorum, coctorum ad putrilaginem, gelatina, surfurum cremor, semen lini, althææ, & in- de muccagines. Muccago psyllij, seminis cucurbitæ excorticati, ci- truli, violarum melonis. Hæc eadem fient secundi generis, additis saccharo, alphenic, diatragacantho frigido, penidiis, pilulis albis, saccharo violato, ac tandem melle. Iam in secundo genere præter hæc decoctum amygdalarum, caricarum pinguium (nam acres & aridæ ad tertium genus sunt referendæ) syrupus violatus, iuiu- barum, prunorum dulcium, nenupharis, de papauere, de floribus & foliis althææ, è decocto nucis pineæ resinosa, è decocto passularum pin- guium. Tertij generis hyssopus, thymum, filicis radix, semen ormi- ni, vrticæ, cinnamomum, cassia lignea, piper, spica, & alia id genus aromata acria, thus, crocus, myrrha, mastiche. In concoquentibus numerantur, terebinthina coquit, terget, siccatur: amygdalæ amaræ, detergent, & his magis farina orobi, ormini semen, radix iridis. Di- aireos Salomonis facit ad abscissam vocem à frigore, similiter & di- aireos simplex, vel diatragacanthum, vbi à calore vitium est. Nam in hæc tota materia distinguenda, quæ refrigerant, contra causam calidam, similiter quæ calefaciunt, contra frigidam causam. Gale- nus ex Hippocr. in raucedine, siue sit à distillatione, siue à frigore, non putat vtendum medicamentis purgantibus, quanquam hoc tempore & cassia, & catholico sine periculo vteris. Voce clangosa

Arteriaca
medicamentorum
genera tria.

Raucedini pur-
gationem accom-
modare Galenus
vetat: recentio-
res Medici impo-
nant, sed elem-
tariorem.

leuigantibus, quæ refrigerant, vtendum est. Balneum quoque in læsa voce conuenit, vbi vel à calore, vel immodica vociferatione contra- ctum vitium est. Consensus est veterum vocis studiosos plurimum iuuari, si plurimum panem siccum ederint, priusquam bibant, aut liquida sorbeant. Mixture trium generum concorporatis aridis, vel diaireos cum vitello oui, cum butyro, syrupis, muccaginibus, in- finita remedia constitues, vt res exiget.

Reliquo hoc libro de tussi, reiectione sanguinis, & spirandi diffi- cultate, agit Galenus, ac plurimum vtitur medicamentis narcoticis, quorum vsus est bene purgato corpore, vbi nimium tussis vtget, & vigilia. In narcoticis itaque syrupus est de papauere, cui proximi sunt syrupus de nenuphare, & violatus recens. Galenus plurimus est in descriptione diacodij, quod ita confici debet. Decem capita 7.8. aut nouem papaueris candid. loco neque squalido, neque palustri colliges, vt sint ea capita neque molliora neque sicciora. Magnitu- dine verò mediocria capita ista selecta vnum diem fines. Neque sta- tim exempta coques post horas 24. qui dies vnus est, sextario aquæ puræ & sinceræ vel pluviali, vel fontanæ, quæ non ducitur per cana- les plumbeos, incoques. Est autem sextarius, quantum capit cheo- pina Parisiensis, adiecta quarta parte. Coques autem dum capita in- tabescant. Sic autem capita exprimes in aqua, in qua coxerint, ani- maduertèsq; ad materiam decocti, vt dimidium vel sapæ, hoc est, vini cocti è musto dulci, in morbis thoracis, ex musto adstringen- te, in dysenterijs, & vbi vigent vigiliæ, tenuiorque fluxio est, vel mel- lis, vbi partim sistendum, partim educendum, nec ita vigent vigiliæ, nec acris aut tenuis fluxio. Alioqui & sapæ & mellis vtiusque pa- rem modum in media conditione, decocto adicies. Coques autem dum sit spissitudo syrupi. Aliquando glycyrrhiza adicitur loco mellis, diatragacanthum frigidum in calore & siccitate, diaireos simplex, vbi educendum. Saccharum quoque loco mellis miseri potest. Datur cochleare delingendum. Aliud est medicamentum narcoticum, quod Philonium veteres & recentiores Medici appel- lant, quod variè conficitur. Græcum hoc modo. Piperis albi ʒ. 20. ʒ. feminis hyoscyami albi tantundem, opij ʒ. 10. croci ʒ. 5. spicæ nardi, euphorbij, pyrethri, ana ʒ. 1. vniantur omnia melle cocto. Detur di- midium drachmæ, scrupulus vnus. Arabicum hoc modo. Papaueris albi, hyoscyami, ana ʒ. 20. aut fortasse loco papaueris piperis scribè- dum est, opij, terræ sigillatæ ana ʒ. 10. lapidis hæmatitis ana ʒ. 5. pyre- thri, castorei, spicæ, euphorbij, margaritarum non perforatarum, carabæ, zodoariæ, doronici, galliæ moschatæ ana ʒ. 1. capuræ ʒ. 1. In- corporentur omnia melle rosato colato. Dosis à ʒ. ʒ. ad ʒ. 1. cum succo arnoglossi, in sputo sanguinis vino dulci, adiecta parte rosarū. Rhazes aliter. Piperis, ameos, foliorū mentastri, castorei, baccarum lauri, cymini ana ʒ. 1. opij, mandragoræ, seminis hyoscyami albi ana ʒ. ʒ. mellis quantum satis. Dosis ʒ. 1. aut ʒ. 4. quia hoc Philonium le- uissimum est, Græcum fortissimum, in medio verò Arabum. Nico- laus proximè describit ad Philoniū Galeni Alexandrinus quoque,

Diacodij præpa-
ratio.

Philonium Græ-
corum.

Philonium
arabicum.

Actuarius, sublato castoreo. Alexandrinus aliquot descriptiones Galeni facit. Compositio describitur libro 9. Sunt & alia narcotica. Pilulae de cynoglossa, Athanasia, diapente, & antidotum, quod & pleuriticis prodest, empyricis, tussiculosis, vt vna potione liberet.

℞. castorei, opij ana ʒ. 4. succi baccarum laui, mandragoræ, cinnamomi, spicæ, cardamomi ana ʒ. 2. croci, cassiæ, dauci, ana ʒ. 1. ʒ. costi, myrrha, galbani, piperis albi an. ʒ. 1. vniuntur melle. Datur castaneæ magnitudo cum tepida.



DE ASTHMATE, ORTHOPNOEA,
difficultate spirandi.

Spirandi difficultatis tres causas.



N his omnibus difficultas est spirandi: sed hæc in genere tres causas habet, quæ ad rectè curandum recognoscendæ sunt. Itaque difficilis spiratio est, vel propter vehementem æstum conceptum in thorace & pulmonibus, vt in peripneumonia, graui pleuritiæ: altera causa est, angustia partium spiritalium, quæ vel puri, vt in tabidis & purulentis, vel crassæ & viscidæ pituitæ, vt in asthmaticis, vel tuberculo aliquo, abscessu incluso in partibus spiritalibus, intercipiuntur. Tertia causa est, imbecillitas partium, quæ respirationem faciunt: atque hæc distinguenda suis notis, quas scriptas inuenies cap. 5. & 8. libri 4. de locis affectis. Galenus hoc libro alias differentias difficultates spirandi relinquit. Tantùm agit de asthmaticis & iis qui, quia periculo suffocationis, quasi recti coguntur decumbere erecta ceruice, orthopnoici appellantur. Asthmatis itaque & orthopnoæ causa, angustia est à crassa & viscida materia bronchiis pulmonis: atque huius mali initium ferè est à perpetua distillatione. Itaque imprimis habenda ratio totius corporis, deinde capitis: postremò liberandus pulmo ea materia, quæ iam inhæsit. Quod ad vacationem totius corporis attinet, phlebotomiæ quidem aliquando locus est in plethoricis bene habitis corporibus, aut in quibus suppressa est solemnitas aliqua sanguinis vacuatio. Et quia hic morbus senibus, corporibus naturæ frigidis, conditione pituitosa ferè nascitur, non temerè detrahendus sanguis est. Quod ad caput attinet, vacuandum per errhina: potius, quàm masticatoria. Tondendus est capillus, corroborandum caput est per ea, quæ prioribus libris descripta sunt parca cœna, vsus vini tenuis, alimenterum, quibus vis insitum incidendi, tum detergendi. Galen. 6. Epidemion ex Hippocr. sententia abstinendum putat acribus, vt allio, sinapi, iis, quæ difficulter coquantur, vt suilla, bouilla, ouilla, alimenterum mali succi, quæ descripta inuenies libro de euchy. & cacoch. Postremò iis omnibus, quæ vehementer tendunt aut mouent, qualia sunt exercitia, cursus, clamor, ira, vociferatio, & alij id genus affectus animi. Medicamentorum facultas incidat, absterget, sed citra insignè calorem:

Asthmatis & orthopnoæ causa.

Phlebotomia quando locus in spirandi difficultate.

non adstringat, non refrigeret, non sit narcotica. Hoc quoque vult Galenus. Medicamenta quæ natura sua siccant, diluit, vt facilius crassitiem humorum diuidant, & nec præter modum siccant. Propterea & multum potum concedit, vnde crassities materiæ diluatur. Sed talis sit multus potus, vt iuuet quidem, & non noceat. Noceat potus à quo repleti potest caput vaporibus. In remediis maximè probat, quæ parantur è scylla, qualia sunt mel scylliticum, acetum, & oxymel scylliticum. Galenus idem mel scylliticum hoc modo comparat. Scyllas aridas vase, in quo mel repositum fuerit, reponit sub canicula, exponit soli, subinde obuertens vas calori solis, & prohibens frigore Aquilonis, inde refudat liquor, qui melli mixtus efficacissimum remedium est, vbicunque crassus humor. incidendus, & viscidus detergendus, vt in asthmaticis, epilepticis, & aliis id genus: alioqui scylla coquitur, exprimitur succus & miscetur melli, vel è cruda succus expressus concoquitur melli. Dosis à semisse drachmæ, vt in pueris, ad ʒ. 2. Acetum & mel scyllit. describuntur à Nicolao. Looth de scylla respondet reuocandæ aliquando ex cassia, catholico, sed præcipuè agarico. Materia aristolochia, gentiana, enula, centaurium, radix maioris centaurij, melanthium, iris, organum, thymum, hyssopus, saturcia, pulegium, semen vrticæ, irionis, asello-rum puluis, & qui è limacibus torrefactis, è præparato pulmone vulpis, vermibus serici, ericio, lacertæ stercore, odorato, quod vulgus moscum appellat, vermibus subiectis vrticæ, interioribus oculis philomenæ. Adde sulphur vinum, sænugræcum. Ex aliorum decoctis oxymel fit vel melycratum, pulueres butyro, melli scyllitico, vel liquidis permiscetur: alioqui decocto ficuum aridarum. Laudatur decoctum rutæ galli fatigati lacta, cocti cum herbis esculentis, quibus vis insit siccandi, incidendi, detergendi. Cucurbitæ scapulis, cruribus, sub mammis affigendæ. Thorax primùm munitur sordida lana, prius imbuta oleis amygdalarum dulcium, de lilio, & similibus. Postea quoque dropaces, sinapismi, & quæ exulcerant, adhibentur. Theriacæ & mithridatij vsus conceditur interuallis: decoctum quoque fatis dilutum ligni guaiaci: aut concoqui debent passulæ, ficus, glycyrrhiza. Videndum tamen ne quis fallatur, vt putet causam asthmatum crassam & viscidam pituitam, cum sit abscessus. Hic enim paucus potus conuenit: medicamenta verò quæ incidant & siccant, in quibus maximè probantur à Galeno, quæ aromatica sunt.

Melli scyllitici præparatio ex Galeno.



AD LIBRUM VIII. GALENI DE COMPOSIT.

PHARMACORVM χ τὸ π ς.

PERIOCHE VIII.

Stomachici qui dicantur.



GALENUS in hoc libro 8. agit de stomachicis, & iecorariis. Stomachici dicuntur, qui imbecillitate stomachi laborant: quanquam ab accidentibus, quæ imbecillitatem sequuntur, aliquando stomachicos dicunt, qui vel subuersione ventriculi, quam vocant *ἀνατροπὴν*, vel supinitate, quam appellant *ὕπλιον*, stomachicos nominant. Atque omnino, vt antè scripsit Galenus secundo libro, imbecillitas stomachi, hoc est, oris ventriculi, maximam vim habet accruandis excrementis. In his affectibus deiicitur appetentia, nausea quædam est: aliquando vomitio & diarrhæa, atque aliquando ea humiditas fluitat, nonnunquam inhibita est biliosa, nunquam sine vitio, quæ omnia ad curationem reuocanda sunt. Ac præterea, vt ventriculi affectibus artificio medeamur, cognoscenda ea, quæ scribit Galen. 3. lib. de morbis & symptomatis, cap. 5. lib. 5. de locis affectis, 6. de sanitate tuenda. 7. Methodi, & signa in arte parua. Intemperies, si sola est, contrariis euinci debet. Nam vbi æstuat, refrigerandum: vbi friget, calfaciendum: si squalescit, humidandum: vbi multa humiditate laxatur, siccantibus atque adstringentibus vtendum. Hæc autem omnia signis ostenduntur, quæ inuenies in arte parua. Atque remediorum duplex genus. Alterum in alimentis, quæ sua qualitate morbo repugnant, alterum in medicamentis, quæ partim deuorantur, partim adhibentur foris. Quæ foris adhibentur, linimenta sunt. Alia cataplasmata, quædam emplastri formam habent. Sunt & fomenta. Atque hæc omnia partim interiori parti, vbi sternum est, partim ad 12. vertebra dorsi applicari possunt. Sed quæ à dorso applicantur, aliquid tenuium partium habeant, vt per densitatem viæ penetrare possint. Itaque in linimentis, quæ refrigerant, ceratum est rosaceum Galeni, ex ceræ parte vna, tribus aut quatuor partibus olei rosacei, quod legitimum sit, liquatis in vase duplici, deinde subactis cū succo omphacij, vel simili adstringente. Hoc enim dictū sit in vniuersum, medicamenta quæ stomacho adhibentur, egere adstrictione.

Stomachica remedia quibus partibus externis applicanda.

adstrictione, quæ scilicet corroboret. Quanquam in adstringendo modus esse debet. Nam quæ nimium adstringunt, nimium siccando nocent. Conuenit & vnguentum rosaceum, ceratum santalinum rosaceo dissolutum, recentes rosæ, vel in aultero vino parum vinoso decoctæ. Item oleum cydoniorum, myrobalanorum, comparatum ex vitium capreolis, & aliis rebus id genus, quæ & adstringunt, & refrigerant. In eadem intemperie veteres plurimum vsi sunt medicamentis, quæ ex succo cydoniorum comparantur, quæ etiam secuti sunt recentiores, vt in syrupo acetoso, de cydoniis.

χ . succi cydoniorum depurati per residentiam sacchari ana ss . i. aceti z . 3. coque ad spissitudinem. Datur cum aqua. Conuenit stomacho calfacto, confirmat, facit appetentiam. Poteris tamen inuenire modum sacchari, vt erit calor. Eiusdem generis sunt Miuxæ, vt mina Rhazæ, siquidem sine vino & aromatibus comparetur. Nam cum his refrigerato stomacho conuenit succi cydoniorum depurati per residentiam ss . i. sacchari ss . i. vini veteris ss . β . Coquatur, & despumetur. In calidum autem immittatur nodulus fequens.

χ . zinziberis, spice, cinnamomi, caryophyllorum ana z . 2. mastiches z . 4. Inuoluantur in nodulo. Alias Miuxas describemus in intemperie frigida. Eodem modo oxyfacchara, syrupo de granatis, de ribes, de grossulis, de agresta vteris: hæc enim ad refrigerium ventriculi faciunt, corroborant, & appetentiam excitant. In his autem qui abhorrent à syrupis, materiam horum immiscebis alimentis, vel, quod sit, coques & condies saccharo in vocatis vulgò Tartinagis. Cæterum hoc semel dictum fuerit, alimenta & medicamenta, quæ imbecillo ventriculo adhibentur oportere vel calida, vel frigida esse, quia tepida robur dissoluunt. Abstinentum tamen nimium refrigerantibus, ne inde natiuus calor offendatur. Et quia frigida intemperies sæpe accidit, propterea multò plura medicamenta descripta sunt ab antiquis, quæ faciunt cōtra intemperiem frigidam: quanquam & horum quædam contra declinantes inflammationes ventriculi, ad resoluendum videlicet scripta sunt: quale est laudatum à Galeno, & quod stomachicum Galeni vocant. Sed iam parari non potest inopia nardini vnguenti & ceræ Ponticæ, aut alioqui amare. Hoc modo tamen conficietur vtile, & accedens ad medicamentum Galeni.

Comparabis itaque optimum oleum nardinum, aut ex his aromatibus, quæ calfaciant & corroborent, vno pluribusve, cinnamomo, ligno aloës, moschata nuce, macere, spice, cypero, lauendula, méthæ, maiorana, rosmarino, stœchade, cardamomo, schœnuantho, & aliis id genus, quæ quidem olea hac arte conficies. Parè modum olei & vini permiscebis: coques deinceps, & ordine iniectis, quæ vel breuiorem, vel longiorem coctionem sustinent. Coques autem ad vini consumptionem, comparato oleo, hoc modo miscebis.

χ . ceræ citrinæ z . 4. olei z . 3. β . Liquefiant in vase duplici. Tum ddes succi oriphacij sumach, vel alterius id genus z . 3. aut 4. cōfice

Ad calidam ventriculi intemperiem vtile remedium.

Tepida imbecillo ventriculo non adhibenda, quia robur dissoluunt.

Ad frigidam ventriculi intemperiem remedia.

ceratum. Quod si videtur esse durius aut grauius, in vsu diluetur conuenienti oleo, vt sit vel liquidius, vel spissius. In liquidiore intinges vel gossipio, vel lana dibaphatica (vulgò *Escarlatte*) & calidū medicamentum admouebis. In declinationibus inflammationum, loco medicamenti Galeni & meliloti, vtemur emplastro nostro de meliloto dissoluto in oleo conuenienti, vt de spica, de lauendula, & aliis comparatis ex præscripta materia. Humidior ventriculus siccantibus & adstringentibus curari debet: siccior, humectantibus. Meminisse tamen oportet semper intermiscenda, quæ adstringendo corroborant, quales sunt rosæ, succus cydoniorum, prunorum non dulcium, & aliorum id genus: aromata verò, vbi frigiditas coniuncta est. Sed ferè sit, vt ad intemperiem sequatur excrementorum prouentus, vnde ferè fiunt & anatropæ vocata subuersio, & hyptialmos, hoc est, supinitas. Anatropæ hæc habet accidentia, cibi fastidiū cum nausea, aquæ vomitus aliquando, rosionem, vultum, aut caninam appetentiam, fastidium, quale est repletis è cibo. Sæpe accidit multitudo vitiosi succi, alioqui pauca, vel nullæ humiditatis. Hyptialmos aliquando ab intemperie citra humorem aliquando cum humore multo quidem, sed non maligno. Is humor aliquando fluitat ferè tenuis, nonnunquam crassus & viscidus imbibitur ori & tunicis ventriculi: nonnunquam cum signis caliditatis, æstu, siti: aliquando sine siti, vbi frigiditas coniuncta est. Eiusmodi humiditas appetentiam deiicit, & ea commouet, quæ in anatropæ dicta sunt. Hæc autem affectio dissoluit tum os ventriculi, tum ventriculum ipsum. Quo modo vincula, nerui, membranæ, imbibita omnia multa humiditate laxa, victa & quasi omnino dissoluta redduntur. Eget hæc affectio primū quidem vacatione: atque vbi humor fluitat & tenuis est, partim vomitu, partim leuibus medicamentis vacuari potest, deinde siccantibus, adstringentibus & corroborantibus curari potest. Quod si crassa & viscida materia est imbibita profundius, oxymelite vel simplici, vel composito ex decocto radicis fœniculi, cinnamomi & aliorum id genus, quæ scilicet incidunt, tenuat, præparari debet. Hiera simplex, vt medicamento efficacissimo aliquoties vtendum erit, vt quod vim habeat incidendi, detergendi, corroborandi, purgandi, & præsertim quæ sunt in ventriculo, & primis venis. Dentur ʒ. 2. aut eò plus cum hydromelite, vel oxymelite. Repurgata materia, corroborantibus vtendum erit. Vbi verò humiditas frigida est, siccandum, detergendūque. In humiditate neque crassa, neque viscida in alto posita, sola adstringentia satis esse possunt: quanquam tutius fuerit pilulis communibus, vel ante cibum datis vacuare materiam. Alioqui pilulis ex rhab. & agarico. Alioqui terebinthina vtemur. In intemperie frigida & humida, tum quæ purgant, tum quæ adstringunt, inimica sunt, vtendūque medicamentis & alimentis, quæ calefaciunt & siccant. Medicamēta in hoc libro descripta ad anatropas & hyptialmos ferè composuerunt veteres ex rebus adstringentibus & detergentibus, succo puniceorum acido, cydoniorum, sorborum, mespilorum, myrtorum, dactylorum reconstitutum,

Cautio.

recentium, & quæ vulgò (*prunelles*) dicuntur. Adde si vis grossularum & similium, quorum compositionis, hoc sit exemplum, addito melle, quod ad immoderatas omnes affectiones ventriculi facere scripsit Galenus, nisi sint cum vehementi æstu.

Succi cydoniorum depurati sextarij duo (hoc est nostro more semisextarioli quinque, vel libræ duæ cum semisse) mellis despumati optimi sextarij duo, id est, semisextarioli quinque, vel libræ tertie cum 4. quartariis, aceti acris sextarius vnus, hoc est ʒ. 20. vel non ita acris sesquiseptarius, hoc est, ʒ. 30. Coque ad spissitudinem. Quod si frigiditas communicata est, iam coctis adde zinziberis ʒ. 3. piperis albi ʒ. 8. leuigata coctis aliis permiscetur. Aliud.

Eiusdem carnis cydoniorum, mellis ana lb. i. aceti albi tantundem. Bulliant simul & agitentur: tum adde piperis, zinziberis ana ʒ. i. petroselini Macedonici ʒ. ʒ. In frigiditate conuenit dragalanga, dianison, diacuminum, diatrion pipercon, zinziber viride, nux moschata, condita diuitibus, vt chebuli conditi. Confectio anacardina, theriaca, mithridatum, & maximè vbi refrigerato ventriculo plurimi flatus excutiantur, vnde periculum hydropisis imminet. Et quia apud veteres, tum etiam recentiores Medicos absinthium sæpe memoratur, de eo sic habeto. Vtendum itaque absinthio aromatico, non eo, cui horribilis sapor est. Itaque decoctum absinthij biliosa deterget & subducit, siquidem altius non fuerint imbibita. Maior vis inest syrupo de absinthio aut melicrato parato ex decocto absinthij. Infestissimum verò absinthium, quibus pituita in ventriculo in hæsit, nisi decoctum eius condiatar aromatibus, incidentibus, calefacientibus, & melle vel saccharo, quod detergeat. Emplastro vsitatissimo, eodémque efficacissimo ex mastiche, cerato stomachico Galeni, carne cydoniorum sic vteris. Mastiche & ceratum stomachicum vtrumque corroborat, & discutit, cydoniatum, caro cydoniorum, deterget, & corroborat. Tria hæc pondere æquali permiscetur, singulorum ʒ. i. inunguntur cum oleo mastichino, de spica, & aliis. Aliquando vbi discutiedum magis, neque ita adstringendū, plus mastiches & cerati minùs miscetur, cydoniali aliquando, ex sola mastiche, aut cerato emplastrum conficitur. Augendus modus cydoniati, vbi vel vomitio, vel diarrhæa vexat. Sed cydoniatum duplex est: alterum sine speciebus, quod vbi calor est, vsurpandum: alterum cum speciebus, quod in sensu frigiditatis conuenit.

AD DOLOREM STOMACHI.

STOMACHVS vegetissimo sensu præditus est propter neruos illos insignes à sexta coniugatione. Archigenes in magno dolore ventris venâ secat, extrema ligat, cucurbitulas circa stomachum affigit, lenientibus fomentis vtitur, glande aluum subducit potius quàm clystere, quia à clysteribus metuit, ne inde sublatus vapor dolore augeat. Secunda autem interna, & perseverante

malo, vtriusque brachij, & hoc magis, si grauis dolor est, si repentinus, si difficilis ructus & spiritus, si febris est, si dolor in dorsum & scapulas extenditur. Hystoria est apud Hippocratem lib. 5. Epidemion de muliere quadam, quæ in vehementissimo dolore stomachi nullis adinta est remediis: duæ tandem sanguine ex vtraque manu seruata est. Cucurbitula: vt Archigenes, circa stomachum, vel, vt alij, vmbilico, vel ad latera vmbilici affigende: dextra quidem parte, si ab hepate: sinistra, si à liene in ventriculum fluxio est. Sunt qui affigant ad 12. vertebram dorsii. Purgationis vsus est, si ab acris sanie, aut humorum prauitate dolor est excitatus. Atque omnino in affectionibus stomachi & ventriculi, vbi purgandum est, vtendum purgatione omnino leui, & quæ non attrahat à reliquo corpore, nisi confluyente ad ventriculum materia ab vniuerso corpore dolor moueatur. Post hæc topicis & sumptis per os leniendas dolor est, alimentis quidem ea qualitate præditis, quæ faciant contra causam morbi. Similibus quoque medicamentis, sed odoris & aromaticis. Stomachus enim gaudet odore, subuertitur contrariis. Vtemur verò fomentis ex chamæmelino, meliloto, anetho, antho, rosis, mentha, absinthio, cypero, mixtis simul anodynis, & iis, quæ corroborant. Modus autem fouendi est, vt coquantur aqua, adiecta vini parte, & inculcatis in decocto linteis pars foueatur. Alioqui vesica impletur ad dimidium, & stomacho adhibetur: in æstu, frigida, in frigore, calida: oleis quoque prius commemoratis. Sed vbi ardor coniunctus est: folia vitis, papaueris hyoscyami, mandragoræ: flores inde & femina concoquenda. Aliquando vbi à doloris vehementia periculum imminet, narcoticis vtendum, opij grano vno, leuiter seruefacto, in syrapi rosarum & absinthij an. sesquuncia. Sit autem tantum vna ebullitio, quæ deinde misceatur ʒ. 3. iuris pulli. Detur in potu. Alioqui Philonij in causa frigida, in causa calida, Requici descriptione Nicolai ʒ. ʒ. in vncis duabus vini odoriferi.


Ventriculo male affecto, quæ purgatio conueniat.



AD VOMITVM.

VOMITVS subuersio quædam est copia vel qualitate materia: alioqui incitatur ventriculi imbecillitate. Vacuanda copia: purganda praua materia: imbecillitas, vt prius, corrigenda. Ac ferè vomitus excitatur, qui perseveret, imbecilliore stomacho. Nam si quid excludendum, robusto quidem stomacho, sed imbecillo ventre per deiectionem excluditur. Contra verò re habente, per vomitum. Vehementer cohibet vomitiones ceratum prius descriptum ex partibus a qualibus mastiches, cydoniati & cerati stomachici Galeni, iunctis cum oleo cydoniorum, rosarum, mastichino. Efficacissimum remedium contra perseverantes vomitiones est, similitur vini odoriferi potus, & in calore iulep. rosarum, adiecta parte octaua vini granatorum, berberorū, & similitū, quæ

quæ tantillo cinnamomo condienda sunt. Plurimum quoque conferet syrupus de agresta, vel omphacomeli veterum.



DE SINGULTV.

SINGULTVS ab acris & rodente, vel materia, vel sanie, à repletionem, inanitionem, frigiditate excitatur, aut, breuius Hippocr. ab inanitione & repletionem. Itaque vbi repletio, vel acris materia est, purgare conuenit. Galenus vehementer probat vsus hieræ picræ. Arabes proprietatem quandam ascribunt rhabarbaro in edendo singultu. Post purgationem corporis in vino odorifero cum tantillo cinnamomi & galangæ vtendum est fomentis, quæ incidant, calefaciant, abstergeant, ex materia in dolore frigido præscripta. In inanitione, vnde singultus, etiam si desperata res videatur, inuandi tamen disillatis, colatiis, iusculis expressis, gelatina, forbilibus ouis, inungendus stomachus & deorsum ad 12. vertebram hydreolæo, ex æquis partibus aquæ & olei violati. Neque tum adstringentibus vtendum, sed rarefacientibus, vt materia transpiret. Conueniunt & quæ antea commemorata sunt diagalanga, dianisum, & similia. Anisum peculiari ratione singultui medetur, propterea & anisum sæpè impurant, & oleo anethino ventriculum fouent.

DE VLCERE VENTRICVLI, vel œsophagi.

VLCERATVR à causa externa & manifesta, vel etiam à causa interna humore acris, pharmaco acuto, & aliis rebus acutis: tum etiam præcedente abscessu. Signa sunt, quia dolor fit vlcera parte, sed præcipue si quid acre, vt sinapi, si quid calidius aut frigidius deglutitur, & inde facta calore intelligimus, qua parte vlcus sit. Purè etiam vel vomitu, vel deiectione exeunte. Ardor quoque in ea parte percipitur. Lingua sæpè inficitur: sapor redit in os, angustia est spiritus & ferè fastidium: sed vbi in orificio ventriculi grauiora symptomata commoueri solent, animi deliquia, extremorum frigus, dolor crudelior. Cap. 4. lib. 5. locorum affectorum, Galen. scribit omnes ferè interire nisi ætatis beneficio seruentur. Ad hæc legenda, quæ scribuntur 4. Method. Vtendum est alimentis, quæ medicamento sam, qualitatem habeant, detergentibus, incarnantibus, & cicatricem ducentibus, quæ feligenda sunt ex 2. lib. de materia Chirurgica. Abstinentum omnibus acris acerbis, salis, acidis, quæ scilicet vlcus

Ventriculi, vnde rati signa.

exasperant: mitigantibus vtendum, quæ etiam detergeant, glutinent, cicatricem ducant. Atque in gula paulatim deglutendum, adiungendumque aliquid viscidam, vt vis medicamenti obiter inhæreat. Lac itaque tepidum conditum saccharo diatragacantho frigido, lac amygdalarum, hordeatum, limaces, cochleæ, gelatina. Sed maximè oua, sorbilia, aut paulò magis, cocta concipiendis medicamentis idonea sunt. Potus quoque, hydromel, vel hydrosaccharum, syrup. viol. iuiubarum: deinde etiam myrtillorum & rosarum desiccis. Vtuntur quoque saccharo rosato, mastiche, tragacantho, & aliis id genus farina fabarum hordei tosti, admixto puluere balaustiorum, malicorij, sanguinis draconis. Exercitatio & frictio partium inferiorum. Sed aliquando non vlcus, sed tuberculum in œsophago nascitur, à quo defluens potus aut cibus resistit in via sine dolore. Rarum est, quod tamen post 4. mensem accidit. Puella quædam deuorato multo pulmone verucino, & inde grauato ventriculo post nauseam vomuit frustum pulmonis. In œsophago restitit parte superiore, vnde grauiter conflictata & periclitata conualuit successu, cucurbitulis affixis, & ferramentis in œsophagum inditis. Nihil deglutiebat intercepta via. Ex antecedente de malo coniectura facta est. Inflata eius pulmonis portio œsophagum obfederat.

Historia.

DE VOVLIMO.

VOLIMVM quasi πολλὸν λιμὸς appellatur, s̄ enim particula in hac voce, vt aliis multis, πολλὸν multum aut magnum significat. Est autem genus, quod ab ingente fame nomen habet. Vocatur & phagedæna ab insatiabili edendi cupiditate. Sub hoc genere continetur canina appetentia, affectio appetitricis facultatis, id est, stomachi, in quo affectu repletus assatim ventriculus paulò post omne reuomit aut dejicit, virtute non sustinente. De hac canina appetentia lege 5. & 6. de locis affectis, 4. de symptom. causis. Causa est cum os stomachi penuria, imbecillitate, & refrigeratione afficitur, 5. de simplicibus, à frigiditate & siccitate, vnde curari putat calefacientibus balneis & alimentis. A fame inchoat, quæ postea desinit. De quo lege Aphorism. 21. lib. 2. Gal. de vsu respirationis refrigeratis partibus thoracis, & quæ vicinæ sunt. lib. verò de Theriaca, helminthi vermi, hoc aliquando attribuit nobili historia de virgine quadam: quæ cum multum comederet, perpetuo tabescebat, verme illo perpetuo exugente chylum & alimentum, quod deberet distribui corpori. Legendus commentarius aphorismi, *Famem thorexis & Vini potio soluit.* Elenij vini vsus plurimum laudatur à Galeno, sed neque vacuo ventriculo, sed modico pastu, neque multum semel, nisi vehementer sitiunt, sed breuibus interuallis. Archigenes eos, qui ingenti

Canina appetentia.

ingenti fame in viis delinquant, reuocat odorem aceti, pulegij, terræ aceto macerata, pomis, malis, pyris, & aliis, quæ ad manum sunt. Dat panem intinctum vino, post ea suillam assatam & ea quæ multum nutriunt, & odore sunt bono. In paroxysmo extremæ partes constringantur, maxillæ pungantur, pili vellantur & aures. Reuocatis ab animi deliquiis, panem dat imbutum vino diluto. Alimenta, quæ assatim nutriunt, oua sorbilia, bulbos, cochleas & similia.

DE HEPATICIS.



HEPATICOS definit Galenus, qui ex imbecillitate hepatis aliquo vitio laborant, etiam si neque febris, neque inflammatio, & sine hac imbecillitas esse potest. Nascitur imbecillitas ab intemperie. Intemperies est vel visceris vel humorum, qui venis & arteriis continentur: vnde vel alteratrix, vel retentrix, concoctrix, vel excretrix malè suo munere fungitur. Sed hoc quomodo distinguendum, intelligendum ex libro 6. de symptomatis, & morbis, atémque ex cap. 6. libro 5. de locis affectis vbi malum insistet. Galenus in vitio alteratricis, cum scilicet hepar attrahit, sed quòd attrahit, non sanguificat, ait egeri, similia loturæ carniū, vt in historia illa Siculi Medici, cuius meminit lib. 5. de Locis malè affectis. In calida intemperie humores visceris, deinde viscus eliquatur, vacuatúrque per aluum bilis olida admodum, crassa, insigniter tineta, mordax, & spumans in frigida. Neque frequēs, neque copiosa deiectio, sed longior affectus est, color pallidus, tardus pulsus, vrina tenuis, vbi siccitas contracta, spissa, vbi humiditas ac paulatim retenta materia calorem succendit & febriculam, quæ vix apparet, & Medicum fallit, nisi diligenter obseruet tum quæ crassiores, sœculentæ & limosæ excretiones sœci sanguinis, vel limo similes. In calida intemperie leuibus phar-macis vtendum est, non vt intemperiem cures, sed vt vacues excrementa, quæ per intemperiem collecta sunt. Vteris ergo cassia, catholico, syrupo violato, recenti rosato laxatiuo, quibus dilutum rhabarbari misceri potest, sed non ita magna quantitate dilutum: vt 3. r. sufficiet. In calida intemperie refrigerantibus modicè, roborantibus vtendum, cichorio, endiuia, scariola, adiantho, capillis ven. sumaria & aliis id genus. Mellitis rebus non ita vtendum, quia in calida intemperie mel exsiccat, & talia promptè amarescunt. Itaque in decocto harum rerum sufficiet decima pars sacchari, alioqui dissolues decimam partem syrupi de portulaca, de limonibus, de acetositate citri, de granatis, oxyfacc. simpl. & similia. Acetosæ magna vis inest refrigerando hepatis, similiter & lactuca. Itaque altera vel vtraque plurima incoquitur iufculis. Ius acetosæ

Hepaticis Galeni no quisint.

Hepatis calida intemperies leuora petit cathartica.

exprimitur, in quo carnes intingantur, panis hordeatus, aqua hordei, hordeatum. Huic malo maximè conueniunt æstiu quoque fructus, cerasa, ribes & similia. Vino non nisi diluto plurimum utendum est, elixis potiùs, quàm assis. In frigida verò plurimum laudatur electuarium de vino Arabum, quod in hoc libro Gal. ex Andromacho describit, paululum variante formula, & syphoides appellat. Passularum mundatarum ℥. tres, croci ℥. i. calami aromatici ℥. 2. β. bdellij ℥. β. cassiæ lignæ ℥. 2. β. cinnamomi ℥. β. spicæ ℥. 3. myrrhæ, terebinthinæ ana ℥. 4. iunci odorati schemanti ℥. 2. β. siliquarum, vel carubiarum ℥. 2. mellis ℥. 2. vini tenuis, odoriferi, quantum sufficit, fiat electuarium. Sed quia difficilis est hæc compositio, meliùs fuerit passulas mūdadas ad ℔. semissem incoquere vino subtili, odorifero, donec sit crassitudo: deinde admiscere conseruæ antheros ℥. 2. cinnamomi ℥. 2. cassiæ, spicæ, ligni aloës an. ℥. β. croci scrupuli dimidium. Concorporare omnia, & exhibere semenciam pondere cum vino tenui & odorifero. Materia ferè conuenit, quæ penetret, propter angustias viarum seu venarum, cyperus, schœnanthum, crocus, iris Florentiæ: quæ aperiat marrubium, absinthium, pistacia, radix petroselinæ: quæ concoquat & leniat passulæ, radix petroselinæ: quæ concoquat & leniat passulæ, ficus, vinum granatorum dulcium, vinum dulce: quæ abstergeat, mel, saccharum: quæ roborat, eupatorium, schœnanthum, absinthium, rosa, spica: quæ præseruet à putredine, cinnamomū, cassia lignea, quæ siccet, spodium, rasura cornu cerui, eboris, à proprietate conuenit, velut rhabarbarum, quod inde vitam hepatis appellant, spica, lupinum iecur, cochlearum carnes & limacum, atque inde distillata aquæ passulæ, quas tota substantia familiares hepati etiam Gal. agnoscit. Tantum adstringunt, quantum opus est visceri concoquunt, roborant, malignitatem colligunt, nec facillè corrumpūtur, vino quoque magna vis tribuitur, roborat, coquit, putredinem prohibet, intemperiem frigidam & humidam hepatis emendat. Contra virulentam materiam cinnamomum primas tenet: deinde cassia lignea, tum aromaticum omne genus, nardus, iuncus odoratus, calamus aromaticus, myrrha, electrum, crocus, aspalathus. Ex eiusmodi materia in puluerem trita ad ℥. 2. electaria fiunt cum saccharo, vel melle quadruplo, quintuplo: alioqui impassulato melle incorporantur. Mel passulatum fit coctis priùs passulis ad crassitudinem syrupi, coctis inquam, in vino, adiecto saccharo. Exteriora verò sunt oleum rosaceum, aliquando adiecto chamæmelino, vbi calida intemperies est. Nam in calida intemperie abstinendum iis, quæ nimium refrigerant, & leuiter refrigerando laxanda cutis est, vt transpiret vapor. Licet quoque vti vnguento rosato, cerato santalino in rosaceo dissoluto, vel cum eodem pisto & admoto. Alioqui cerato refrigerante Galeni, subacto cum succo cichorij & tantillo aceti albi. In frigida oleum de absinthio, de spica, de maiorana, & quæ in frigidiore ventriculo descripta sunt. Nam in hoc conuenit hepar cum ventriculo, quod vtrumque eget iis, quæ adstringendo corroborant: nisi quod

Mellis passulati
preparatio.

magis adstringendum in ventriculo è chamæpythi. Medium sit medicamentum similiter ex radicibus graminis sileris. Ad quantitatem decocti opus est ℥. 10. & ℥. 1. sacchari. Duo sunt reliqui affectus, quorū meminit Galenus hoc libro, humiditas hepatis & scirrhus. Itaque immodica humiditas vires hepatis dissoluit, quomodo vincula & neruæ corpora nimio humore imbuta dissolui solent. Signa humidi hepatis & humidioris ex arte parua Gal. petenda. Curatur autem adstringentibus, & ea materia, quæ priùs in humidioris ventriculo descripta est. Hoc tamen differt hepar, quia minus adstringentia desiderat. Humiditati aliquando frigiditas, aliquando caliditas coniuncta est. Itaque in frigiditate aromata, plantas, & materiam, quæ adstringendo corroboret, & calefaciat miscere oportet: qualis, exempli gratia, fuerit cydoniatum cum speciebus. In frigiditate & humiditate plurimum conuenire scribit Galen. vinum, sed hoc sit tenue, odoriferum & natura calidum. Vteris foris de absinthio, irino, de spica, & aliis, in frigidiore ventriculo memoratis, eisdem oleis malaxatis. Emplastrum de meliloto, diachylum ireatum, mixto cydoniato, cum speciebus dabis in potu, dianison, diacuminum dialanga, diatrion pipereon. Institues assas carnes confixas caryophyllis, & omnino ea alimenta, quæ siccent & calefaciant: caliditate verò iuncta fouebis oleo rosarum, de cydoniis, myrtillo- rum, aceto addito, santalis, spodio, succo earum herbarum, quæ hepar refrigerant, senecionis, hepaticæ, cichorij, intyborum & similia. Atque iisdem herbis pistis ex eisdem oleis, puluere rosarum, santalorum, spodij, addito, finges veluti cataplasmata. In potu conueniet electarium diarrhodon Abbatis, rosi, santalis & spodio additis. Videndum tamen, vt ne nimium refrigeremus. Nimium refrigerantibus læditur hepar. Cerato santalino plurimum vtuntur, quod addita parte cydoniati sine speciebus meliùs fiet. Malaxabuntur cum oleis prædictis, pauco aceto albo addito. In omni humiditate hepatis, & totius ventris vehementer laudatur cochlearum caro & limacum: sed si coniuncta est caliditas, frigidis condimentis & aceto temperatur. Contra verò in frigiditate. Cōtrahit scirrhum hepar propter venarum angustias. Scirrhus tumor est durus, dolens: initio curabilis est, cuius materia humor crassus, viscidus, frigidus, à quo nisi curetur, periculum imminet hydropisis. Morbi regij fiunt, & longæ febres, & tales corporis. Itaque summa diligentia curari debet, & quia durus mollientibus eget: ratione materiæ crassæ, incidentibus: frigidæ, calefacientibus: viscidæ, detergentibus. Itaq; mixtio medicamentorū cōtra scirrhos hepatis molliat, incidat, tergeat, calfaciat, sitque tenuium partium. Verum ratione partis affectæ in mollientibus eligentur ea, quæ id moderatè faciunt, ne nimium mollientibus substantia visceris dissoluatur: ac rursus oportet propellere, quæ tenuium partium calfaciant, & incidant: à quibus tamen periculum est, ne parte scirrhii dissoluta reliquum lapidosum & incurabile relinquat. Propterea vt dictum est, mollientia misceantur, foueatur scirrhus ex oleis malacticis, deinde

Hepati minus
adstringentia,
quam ventriculo
conueniunt.

ponantur emplastra malactica, de meliloto, ceratum hyssopi, diachylum ireatum, & similia, aceto mixto aromatibus, ad 3. i. emplastrum 3. 2. aut sesquidrachma tritorum aromat. am. misceri potest. Acetum additur vt penetret, vt incidat. Materiam scriptam inuenies cap. de malactica, nisi quod ea seruanda ratio malacticorum & incidentium, quæ perscripta est. Hoc enim habet peculiare scirrhus hepatis. Veteres plurimum utebantur caricis pinguibus, oleo irino, vel simili, inunctis & tepidis admotis in fotu. Hoc aduertendum, ne nimium frequens, neve longius adhibeatur. Nam inde periculum imminet relaxationis visceris. In potu eadem ratio seruanda est, vt scilicet aliquid malacticum misceatur iis, quæ incidentant & tenuent. In malacticis esculentis efficacissimum est decoctum ficuum pinguium & similium passularum, recentis quoque chamepityos. In eiusmodi decoctis miscebuntur ea, quæ in morbo regio & hydropisi describentur. Consensus veterum & recentiorum, ammoniacum tum foris adhibitum, tum in catapotis deuoratum plurimum facere ad scirrhus & oppilationes viscerum. Itaque ex ammoniaco & pul. hieræ, cuius vis magna est calefaciendo, incidendo, pilulæ fingi possunt: non quæ tam purgent, quàm quæ scirrhus curando conueniunt: è terebinthina quoque & eodem puluere vtilia catapotia formari. Alimenta, partim quæ molliant, partim quæ incident, tenuent & tergeant, propter ea condimenta sicca erunt ex usu. Acetum passulatum misceatur, aut in quo diu insolatio ficus, yuz passæ, caryophyllum, cinnamomum aliquoties commutata maduerint.



DE MORBO REGIO.

MORBVM Regium vocant, quia lasciuiis, cantu, delictis, mulsa, vita soluta curis, & vt ait Serenus, Molliter hic quoniam celsa curetur in aula. Causa sunt obstructio, inflammatio, intemperies hepatis, aliquando lienis, vesicæ fellis, pororum, per quos flaua bilis ad iciumum descendit, aut per quos sæx sanguinis ab hepate ad lienem fertur. Oportet itaque interrogare ægros qua parte vel dolorem, vel grauitatem, vel tensionem sentiant. Aliquando criticus est hic morbus flaua bile è vasis diffusa in corpus: aliquando venena hunc morbum faciunt. Sed in inflammatione necessarid febris est, & alia accidentia, quæ se profertur in inflammatione. Quæ est citra febrim & inflammationem, tensio est, & grauitas in dextro ferè hypochondrio, excrementa albicant, cineritia sunt, & argillosa, vrina specie crassa admodum crocea, aut nigra cum spuma eiusmodi coloris. Pulsus neque celer, neque languidus, crebrior tamen, minor, & durior, Gal. morbum Regium citra febrim cum grauitate in dextro hypochondrio hac ratione curandum: cum cibis & phar-macis aperientibus obstructiones vtitur: deinde

deinde medicamentis purgantibus. Atque hic meminisse oportet, in grauibus obstructionibus, quales sunt in morbo regio, periculosas esse validas purgationes, nisi prius medicamentis obstructas liberatibus vias aperuerint. Propterea Hippocrates, corpora cum quis purgare voluerit, oportet fluida facere. Intelliges medicamenta aperientia & purgantia aliquid effecisse, cum iam pro albicantibus & cineritiis excrementis alui, cœrulca & admodum flaua deiiciuntur, cumque vrinæ ad colorem naturalem propius accedunt. Aperiant oxalidis folia & radix gramen, asparagus, cichorium, eupatorium, apium, adianthum, herbæ capillares, calamentum, calamintha anchusa, fœniculum, gentiana, iris, aristolochia, cinnamomum & aromata melanthium, securidaca, fumaria chamæpitys, rosmarinus, serpillum, marrubiū, asarum, anisum, hyssopus, petroselinum, absinthium, cappares, radix tamarisci, asparagi, rusci, capparis. Concoquantur hæc vel per se, vel cum aliis, vt inde fiat oxymel conditum cinnamomo. Hinc quoque syrapi fiunt, quâquam plurimum vtuntur syrapi de endiuia, de cichorio, capil. veneris, de bizantiis, de duabus vel quinque radicibus. Vtuntur quoque vermibus terrenis, asellis, mulco, qui in tegulis nascitur, & vocatis ardesiis, rasura eboris, cornu. cerui, pudendo viueræ, vulgo de Furet. Sed vehementer laudant, & iusta quidem ratione, ammoniacum, cui ad miraculum vsque vim inesse volunt liberandi obstructiones, vt certò euadant, quibus, iam à morbo regio imminet hydropisis. Teritur ammoniacum, datur in hydromelite, vel oxymelite. Soluitur oleis chamæmelino, amygdalarum amararum, de fraxino, & similibus, aut Alcumistarum arte oleum, inde distillatur, quod illinitur, & bibit.

Potiones plurimum probant à balneo, iubentque ægrum epoto medicamento decumbere in latus dolens. E materia quoque descripta fiunt puluisculi, qui conditi aromate & saccharo exhibentur in potu, alioqui inde sūt electaria, aut pars miscetur electario diarrhodo. Sunt & aquæ destillatæ, quæ conueniant, endiuia, cichorij, lupulorum, cuscutæ, fumaris, capillarum, acetosæ, terebinthinæ, graminis, raphani, apij, fœniculi, lappæ, rubæ tinctorum, tribuli, lybistici, rusci, asparagi, & similia. In alimentis sæpè vtetur radicibus esculentis vt acetosæ, petroselini graminis, cichorii toto, cicerum decocto, caparibus, asparagis, lupulorum extremis stipulis articulis quas vocant Lutetiæ Cardes, vino tenui, quod vel aquis memoratis vel decocto rosmarini dilui potest. Quod ad phlebotomiam attinet, vbi videbitur sanguis redundare, aut fuerit suppressa aliqua vacuatio, liberius detrahes sanguinem è basilica dextra: aut venis extremæ manus. Resistentes menses: aut hæmorrhoidas excitabit. Galenus vsu eiusmodi aperientium & phar-maco purgante, sæpè vno die curauit ægros. Quod si contumax videbatur malum, utebatur validius tum aperientibus, tum purgantibus. Constat experientia decoctum ligni sancti multis profuisse. Color fœdus reliquens frequenti balneo curatur, vbi iam causa interior sublata est.

Purgationes validiores in obstructis periculosas.

Color fœdus reliquens

Galenus vtebatur diacridio. Vtemur agrico, puluere hieræ, diacolocynthidos, rhabarbari, mistis & diaphœnico & diapruno in intemperie, aut morbo regio, qui est à crisi, neque purgantibus, vacuantibus aut aperientibus vtendum est. Redundum verò ad ea remedia, quæ descripta sunt in imbecillitate hepatis. Ab intemperie calida in crisi res est committenda naturæ: nisi quod balneis laxantibus & detergentibus cutem humidiorē victu & diluente vtendum est. In primo genere quidem ab obstructione clysteres acres plurimum possunt, qui scilicet, naturam trahunt, vt iam non effundat bilem in corpus, sed ad intestina mittat. Aliquando est hic redeundum contra scirrhum hepatis. In venenis initio quidem vomitus, si eò vertit natura, si ad intestina, clystere acri. In habitum corporis, cucurbitulæ cum flamma & scarificatu. Danda autem per os, quæ contra genus veneni faciant.



DE SPLENICIS.

SPLENICOS vocant, quibus lien induruit, addunt alij ab humore melancholico. Multa sunt indicia, quæ splenicis arguunt, grauitas & circumscriptus tumor in sinistro hypochondrio, difficultas spiritus, sitis, siccitas oris, pedum & pudendorum inflatio, color malus, plumbeus, decubitus in sinistram latus, grauis dolor ad iugulum sinistram tendit, vbi grauior tumor. Quibusdam scitent pedicali, noctu sudor grauis, halitus fœtet, erumpit sanguis è naribus & aliis partibus, gingiuarum & dentes corrumpuntur magis parte sinistra, venæ ad lienem nigricant, scaldior cutis est, maximè ea parte vlcera maligna, in cruribus cicatrices nigræ, aluus adstringitur. Horum aliqua vel omnia splenicis ostendunt.

In primis leui pharmaco, vel clystere mollienda aluus, detrahendus sanguis, repetita bis vacuatione in duos dies (inquit Galen.) è basilica sinistra, satis amplo foramine, alioqui è vena medijs digiti vel minimi. Alij venam post aures diuidunt, voluntque plurimum prodesse si eo sanguine, qui effluit, statim illinatur regio lienis. Constat quoque raro quidem experimento venas apertas, quæ ad lienem turgent & nigricant, splenicis plurimum profuisse. Distinguendum quoque qua parte visceris tumor constitierit. Nam si superiori parte, pharmacis purgantibus per interualla vtendum erit, si inferiori, clysteribus acris vti conueniet.

Sed pharmaca & clysteres per interualla imperantur, quibus interuallis, medicamentis aperientibus, incidentibus, mollientibus vtendum erit, vt præparata materia melius sequatur. Itaque & ea, quæ prius descripta in scirrho hepatis, & hæc peculiariter conuenient, & cortex radice capparis, radix tamarisci, polypodium quernum, scolopendrium, & omnes capillares, rosmarinus, semen

agni casti, endiuia, scariola, portulacæ, acetosæ, cuscute, semina frigida maiora & minora, cortex & radix salicis, fraxini, genestæ, flores hyperici rosmarini. Abstinentum deinde iis, quæ nimium calfaciunt, nisi frigidis temperentur.

Ex omnibus in aqua coctis oxymel comparetur. Purgationes ex epithymo, cuscuta, foliis fennæ, polypodio, diafenna, catholico agarico, diapruno, confectio hamech, electario Indo, syrupo de fumo terræ in oxymelite, sero lactis, decocto scolopendrij, vt melancholiam purges & pituitam. Laudantur aqua fabrorum consumendo scirrhu, in qua ferrum fuerit sæpius extinctum; præterea aqua depurata & bene colata, quæ collibus defluit in alueolos eorum, qui acuunt gladios & enses, lixiuium sarmentorum, oxymel, acetum scylliticum, syrupus acetosus, capillorum veneris, de duabus & quinque radicibus, de fumo terræ, de scolopendria, de pomis, de epithymo.

Diluuntur syrups in oxymelite simplici, vel Galeni: in sero lactis, in aqua cuscute, acetosæ, borraginis, fumiterræ. Conuenit frequens capparum vsus, asparagorum, extremitatum lupuli conditarum, florum genestæ & violarum, cardorum, (sunt autem cardi, caules cynaræ, qui per hiemen eduntur). A proprietate conueniunt lien bouis, asini siluestris, vesperilio decolatus & siccatus splen asini domestici, pulli egurini cremantur in testa, puluis drachinæ pondere fraxini ligno. Quod autem ad topica remedia attinet, ea arte fient in molliendo & resoluendo scirrhum, quam inuenies capite de Malacticis. Peculiariter conuenit ammoniacum dissolutum acetato, deinde pistum cum oleo de capparibus, vel liliorum, quo quidem ammoniacum eò modo vtendum, qui dictus est in scirrhu hepatis.

Vteris similiter emplastro de meliloto, dialthasæ sypsi cerato, diachylo descriptione Philagii. Solet conspergi puluis ceterach, corticis radice capparis limaturæ chalybis leniter remollito scirrhu. Veniendum ad vsu aceti descriptum capite de malacticis, ad vehementem dolorem splenis, tumorem, punctiōnem, duritiem. Mirabilis puluis diacapparum. ℞. corticis radice capparis ℥ i. seminis acetosæ ʒ 6. corticis radice tamarisci ʒ 3. terantur in puluerem. Datur media nocte, & inter pastus cum oxymelite. Oportet ægrum in sinistram latus decumbere, quemadmodum in alijs potionibus splenicis, tres horas è medicamento sumpto ieiunare. Conueniunt trochisci de eupatorio & de capparibus. Quod si videbitur rugitus quidam & flatus, intermiscendum quæ flatus discutunt, piper, cuminum, ruta, daucus, anisum, apium, caruum, petroselinum, lybisticum, galanga, & alia id genus.

Lienis tumor superioris parte consistens purgantia pharmaca inferiori enema postulat.

DE COLICIS REMEDIIS.



Væ hic scribuntur vel anodyna sunt, vel ad dolores colicos à frigore & flatibus referuntur. In narcoticis plurimus est vsus Philonij, quod antea descriptum est capite de sputo sanguinis. Vtimur quoque pilulis de cynoglossa, quæ contra omnes istiusmodi morbos valere dicuntur. Ad hæc floccis suspensis de filo, & immixtis recto intestino; glandibus seu suppositoriis, in phlegmatica materia vtendū incidentibus, detergentibus, & calfacientibus, qualia descripta sunt in frigidiore ventriculo & hepate. Plurimū laudatur quod sequitur parabile. ℞. piperis grana 3. salis ̄. 1. trita dentur cū vino in iure veteris galli. Alia coquantur, & adiecto pipere sorbetur ius. Sunt qui vel capum vel pipionem, vel alaudas, nucleis alij infarciant, & ita iubeant edendas aues. Alexandrinus tres bulbos alij vespere sumptos flatibus discutere, & phlegma deducere scribit. Sunt qui plurimū tribuant vino maluatico diluto aqua maioranæ aut nepithæ, additis ̄. 2. castorei. Alij lauri baccas nouæ aut vndecim terunt, & cum vini tenuis & odoriferi ̄. 4. β. facto experimento propinant: item folia raphani cum septem granis piperis decoquunt, & inde melicratum parant, quod mirabiliter facit nephriticis, colicis, & quibus vrinales viæ obstructæ sunt. Ol. ruta. nardino, laurino, de cado, raphanino, napino, de piperibus lanas inculant, & calidas admouent ventri: alioqui in eisdem ol. quartam partem galbani dissoluunt adduntque aliquod ciuete & croci, & ita illinunt. In flatuosa eadem remedia conueniunt, & affixæ cucurbitulæ vmbilico, in calida & biliosa inedia, quæ alios colicos iuuat, vehementer lædit, vbi narcoticis potissimū vtendū est clysteribus mollibus ex radice althææ & foliis, malua, violaria, muccaginib: feminis lini, althææ pŷyllij, cidoniorum, adiectis capitibus papaueris, vitel. oui violato, vnguento rosato. Aliquando clyster iniicitur ex hordeato liquidiore, adiecto syrupo violato, de papauere, nenupharre. In horum colico dolore cataplasma conuenit Alexandrini. ℞. farinæ lini & hordei, vel fabar. ana M. 2. coquantur in ol. chamemel. fiat cataplasma. Alioqui

℞. ol. chamemelini & rosana ̄. 1. cera ̄. 3. β. fiat ceratum. Muccaginis feminis lini ̄. 1. cum farina fabarum subacta ex vitellis oui, fiat cataplasma. Sunt qui experimento laudant hanc potionem. Seminis viol. ̄. 4. dantur ex vino diluto, Physica remedia sunt coralli triti cochleare, dandum ieiunis per triduum cum vino: item stercus lupi cum aqua tepida, cornu cerui vsum particula incisi vmbilici infatis nuper nati, aurea vel argentea armilla includitur & circumfertur, cingulum è corio lupi gestatum, masculi maribus, fœminæ fœminis, stragulæ quoque leætorum inde fiunt. Alij pellem gestant, aut eiusdem lupi stercus nucula includunt, suspendunt è collo, vt ad ventrem perueniat. Suspendunt autem ligula è corio

è corio ceruino aut filo texto ex ouilla lana, sed ouem volunt interfecit à lupo. Alij verò euasisse à lupo. Laudatur & anguillæ sanguis, & cristatum alaudæ genus, stercus gallinæ, quæ exercetur & nutritur pabulo sicciore, tunica interna ventriculi erinacei, masculi quidem in viris, fœminæ in fœminis, & mulieribus. Hæc quidem scripta à Græcis & Arabibus trita in puluere aliis miscentur, quæ aperta qualitate iuuant, piperi, castoreo, & aliis id genus. Dantur ex melicrato.



DE PRIAPISMO.



Priapismus, qui & Satyriasis dicitur, affectio est, cum minusculum pudendum inuito tumet & inflatur, vel vt 6. De locis affectis, cum colis in longum & circuitum augetur, nullo desiderio veneris stimulante. Addit Galenus, oportere inflationem eiusmodi esse stabilem. Quibusdam enim supinè decumbentibus, aut aliter concalfactis renibus, inflatur colis, sed affectio non est permanens. Nomen ductum à Priapo deo hortorum, cuius colis ita fingeretur. Causa mali spiritus insinuatus fistuloso neruo, qui penem constituit. Addit quoque 6. De locis affectis amplas & patentes arterias, quæ ad pudendum perueniunt, concepto multo spiritu hoc symptoma efficere. Aliis locis Galenus generationem huius ita describit. Materiam facit humorè crassum & viscidum, quia calore languido motu resoluitur in crassum spiritum, licet aliquando tam crassus, & viscidus humor sit, vt vel à calore naturali in crassum spiritum non resoluatur, initium huius mali præcedente palpitatione intelligitur. At vbi ab arteriis amplioribus malum est, non præcedit palpitatio. Sed vsu alimentorum acrium, longa abstinentia veneris assuetis, diutiùs præcinctis, tintigo frequens mouetur, & hinc flatibus deorsum motis arteriæ ampliantur. Idem accidit acrimonia humorum, sed præcipuè iis, qui multum sanguinis & feminis colligunt, atque imaginationibus veneris indulgent. Sic iis, qui iam à pubertate veneri indulgent, & sæpius imaginantur, frigidior colis esse solet, contra verò robustis athletis. Rarè aut nunquam coeuntibus, vel vberem imaginantibus rugosus & exiguus colis esse consuevit. De priapismo 14. Methodi, 6. De symptom. & morbis, 6. De locis affectis, & hoc lib. Initio sanguinem detrahes præsertim iuuenibus, quibus hoc malum familiarius. In humorum acrimonia purgabis, Vteris clysteribus, ad hæc frictionibus, inedia, balneis, vomitionibus, quas præfert Galen. purgationibus, ac breuiter eo genere vacuationis vteris, quod & morbo & naturæ ægri magis conuenire videatur. Iubebis ægrum defugere omnino imagines veneris, & quæ vberem excitant. Initio nõ oportet mēbra calfacere, sed leuiter refrigerare, primū quidē cerato rosaceo in aqua soluto, vnguento rosato, cerato cōparato ex cera, oleo nenupharino & chamemelino. Ex quo tū lūbis

Priapismi remedia.

cum pudendis illini debent, & perinæo. Institues tenuantem vitum citra caliditatem manifestam, & ea, quæ incidunt materiam crassam, & viscidam detergent, quale est oxymel, & alia iam multis locis descripta, imperabisque ea, quæ à proprietate contra morbum faciunt, nymphæam, eius semen vel radicem, semen viticis, id est, agni casti, & post aliorum vsum, rutham.

DE HAEMORRHOIDIBVS EXCITANDIS.

Hæmorrhoidibus non est assuescendum, nisi ad curationem, vel cautionem grauioris mali, epilepsiæ, melancholiæ, incubi, quartanæ & morborum id genus. Si quando tamen excitandæ sunt sanguifugis bene purgatis & electis facile irritantur, exasperantibus medicamentis, vt folio ficulneo, pumice, medicamentis acribus, cæpa rubra, præsertim pipere, nitrosi, sale torrefacto, alumine: vel tergentibus & acribus felle taurino, staphysagria, abúnthio, centaurio, ciclamino, athanasia matricaria & alia id genus. Talia teruntur in puluerem, alia teruntur & exsicantur, pulueres succis permiscantur ad crassitudinem iustam luti, aut melle concorporantur, & circulo sedis illinuntur.

DE VITIIS SEDIS ET PVDENDORVM.

Vlcera harum partium iisdem medicamentis ferè egent, sed in sese difficilis curatio, & quia vegetiore sensu prædita est, non fert quæ vel austeritate vel acrimonia exasperant, quia humida & calida facile putrescit, deinde quia eò peruenientes venæ multæ sunt, quæ illic desinunt, fluxiones retinet, vnde humidiora vlcera, callosa & fistulosa sunt. Præter hæc naturalibus excrementis sæpius eæ partes madescunt, propterea que illita excrementa deterget: vnde omnino difficilis curatio. Commune est auxilium sedis & pudendi vlceribus à medicamentis, quæ siccant citra morsum. Ea materia iam descripta in ocularibus medicamentis, & quæ peculiariter conueniat, c. de sarcoticis & epuloticis. At in vlceribus malignis partim ad ea, quæ supra dictis capitibus, decurrendum contra maligna, depascentia, & putrida vlcera, partim ad ea, quæ iam vsitata sunt, ad ægyptiacum, puluerem mercurij, vnguntum de Vigo, mista parte vel ægyptiaci vel pulueris mercurij: similiter ad aquas fortes, ad illitum quoque in spinæ & inguinibus ex vnguentis mercurialibus.

DE

DE IIS, QUI NOCTV PERMINGANT STRAGULAS.

A infirmitate musculi, qui vesicam claudit mollitie nervorum, accidit pueris, vt noctu permingant stragulas. In quibus remedia sunt, partim quæ qualitate musculum corroborant, partim quæ occulta proprietate morbum tollunt. Itaque & perinæum, & spinæ extremum, & radix colis decocto earum rerum, quæ corroborant, fouenda sunt. Deinde vnguentis & emplastris, quæ id efficiant, vtendum. Itaque decocto menthæ, rosarum, abúnthij, calaminthæ, saluix, stœchados, laudulæ, maioranæ, rosmarini, pulegij, polij, chamæmeli & similia fouendæ partes, decoquantur vino ex eadem materia, vino & ol. cocta ad vini consumptionem. Linimenta comparantur ex oleis: addita cera subquadrupla, mæstiche, thure, suboctuplis, cerata fiunt. Iisdem oleis molliuntur emplastra de meliloto diachylum iride adiecta: & mollia in aluta prædictis locis affiguntur. Proprietate conueniunt eritij caro, cerebrum aquilæ, renes & testiculi leporis, quæ omnia edi possunt, vel vino incoqui, vt bibatur vinum. Ad hæc pulmo hædi, lingua anseris, guttur galli, vesica tauri, capræ, ouis exsiccata, tritaque in puluerem. Dantur ex vino dormituris. Probant & enulam, & calamintham, thus, ben, cyperum, coriandram præparatum, myrrham; mentham, galbanum, castoreum, fesele, lac ouillum & caprinum. Vulgare remedium est esus murium. Sunt & qui cinnamomum lignum aloës, spicam, saccharum rosatum, rosas, pulueribus à proprietate iuuantibus permisceant.

DE PRAEFOCATIONE VTERI.

Praefocatio vteri grauißimum malum est & periculosum, nasciturque ferè tribus de causis, quæ in vnam coeunt, hoc est, vehementem refrigerationem totius corporis. Primaria causa suppressio mensium: altera suppressio seminis, iis præsertim, quæ prius omnino vteri indulgebant: tertia causa, cum quæ ante concipiebant, iam non concipiunt. De præfocatione vteri lege c. 5. li. 6. De locis affectis. Sensu motuque priuari solent & respiratione, aut certè tã obscura est respiratione, vt nõ appareat: vox quoque deficit. In leuiore malo motus, sensus ratio, vox, & respiratione seruatur. In paroxysmo extremorũ vincula & frictions maxime crurũ, cucurbitulæ inguinibus affixæ, odorata vtero, grauitè olentia naribus admouetur, vt castoreũ, galbanũ, gagate lapis, bitumen, pix liquida, pili combusti, cremati pãniculi, cornua vta, plumæ crematæ, euphorbiũ, quo ferè vulgus vtitur: veteres solæ calceorũ crematæ quas & potui dare solent: frequenter vteri

Uteri præfocatio tribus suscitatur ex causis.

mento rutam, naribus admovent, quam & Galenus probat, capam & allium. Odorata verò, quæ vtero adhibentur, ciueta, gossipium moschatum, ole. de spica, de costo, caryophyll. gallia moschata, alipta moschata. Hæc in puluerè tritis permiscuntur: vt fiat luti crassitudo, & ita sinui pudoris illinuntur. In suppressis mēsis sanguis detrahi potest. In potionib. post paroxysmū veteres probāt agarieū ex vino. Datur & terebinthina & puluis hierē diacolocynthidos. Laudatur semē & succus plātaginis, semen agni casti, ruta, radix nymphæe, in iis, quæ nimio semine abūdāt. Præterea vomitiones, imperāt sternutationes cucurbitulas inguinibus coxis, ilibus, deinceps affixas cū multa inflāna. Hypochōdria fasciis ligāt: & cōstringūt, globuli filii inculcati oleo anethi no calido alternatim pectini apponuntur, propinat puluerē blatē bazatiē. Post alia quoq; remedia dropaces & sinapismi extremæ spinæ appositi, balnea naturalia, frequens coitus.

AD RHAGADAS.

Rhagades vlcera sunt vteri & sedis diducta in fissuras. Sed alia humida & saniosa, alia callosa, quædam canerosa sunt. Saniosa a bluitur sero lactis, mulsā, deinde tetrpharmaco dissoluta in rosaceo illinuntur. Postea medicamētis consolidantibus, quæ parantur è lithargyro. Callosa egent molliētibus, æsypo, radice lilij, terebinthina, admista parte iridis florentiæ, alioqui vitellum oui assum cum lacte muliebri pistū appones. In suspitione cancri diapopholygo Nicolai mollito, liquido cerato, rosaceo illines. Quod si callus est conianctus, adiciet aliquid mollientium, butyri, adipū, & mucaginum: vbi calor, vitellus oui permiscetur: vnguento quoque de cerusa, de plumbo, tuthia, & aliis, quæ contra caneros scripta sunt, vteris.

DE NEPHRITICIS.

Nephriticos propriè vocant, quibus calculus in renibus concreat. Galenus hoc loco extendit nomen ad eos, quibus renes inflammantur, aut exulcerati sunt. Dicemus primū de calculo; atque vt distinguatur nephriticus dolor à colico, legendus est liber. De locis affectis, caput primū & secundū sexti libri eiusdē operis. Sæpè enim fallit colicis dolor, vt putetur esse nephriticus, contra, propter connexionem communem renum & coli per peritonæum, itaque ex dictis locis distinguere oportet. Calculi signa & curationem, breuiter describit Hippocrates 6. epidim. his verbis: *In renem dolor grauis, cum cibo, hoc est stercore, repletur.* Stercus enim resistens in cæco intestine & colo renes opprimit. Sequitur, *Vomuntque pituitam*, exasperatis doloribus æruginosa pituita primū euomitur, quæ in ventriculo generatur, & ad primos impetus educitur, de-

tur, deinde dolore commodis humoribus non solūm æruginosa, sed & biliosa. Subdit Hippocrates, *faciliorēque fiunt*, subducta, scilicet parte materiæ, quæ ad dolentem locum confluebat. Sequitur, *soluantur, cum cibo vacuantur*, hoc est, stercore iam non expressis renibus, vt prius, arenulæ fuluæ subsident, sanguinolentum mingunt, eiusmodi arenulæ ferè rufæ ac rubentes, certissimum signum faciunt calculi. Mingunt sanguinolentum, iam renum facultate retentrice imbecilliore, vel renibus exulceratis, femoribus, quod è directo est, stupor per consensum, non neruorum, vt quidam voluerunt, sed venæ cauæ, & propterea dolor stupidus. Subiicit curationem Hippocra. *Quiescere non confert, sed exerceri*, mediocriter scilicet, vt materia, quæ calculum cogit, & concoquatur, & celeritū vacuetur. *Non repleti*, repleto enim corpore cruditas ad dolentem locum confluit. *Iuuenes elleboro purgare*, nunc non helleboro, sed leuioribus medicamentis & clysteribus purgamus. *Poplitis venam secare repleto corpore*, basilicam prius secamus, & maximè vbi magna imbecillitas renum est. *Cientibus urinam purgare*, non perpetuè, sed iam bene purgato corpore, & vbi nulla inflammationis suspicio est. *Attenuare crassam, viscidam, & coactam materiam mollire*, hoc est mollita & laxa reddere, tum corpora per quæ calculus deducatur foras, sic enim laxatis viis & mollitis, facilius, & nulla vi vel minore, exhibit calculus, atque in iis duobus tenuendo materiam calculi molliendo corpora, per quæ excludatur, non solūm efficies, vt exeat calculus, sed vt ne postea regeneretur. Hæc ex Hippocratis & Galeni sententia, qui post Hippocratem mollibus, & anodynis clysteribus leniunt dolores, & aluum subducant. Phlebotomia similiter & purgationibus vtuntur, nunc cassia, catholico rhabarbaro interim addito, similiter tenuantibus, incidentibus, detergentibus & mollientibus medicamentis vtuntur, balneis quoque vias molliunt, cucurbitulis detrahunt calculum, quas ilibus affigunt. Ad hæc omnia syrupis vtuntur, potionibus & pulueribus, qui tenuant, incidant, & molliant, in quibus plurimū conuenit syrupus comparatus ex floribus, foliis, seminibus & radicibus althææ, additis radicibus graminis, acetosæ, seminibus cucumeris, saccharo, & melle. Laudatur & conferua ex iisdem floribus & foliis comparata, oxymel, decoctum glycyrrhizæ, betonicæ, lupulorum capparis, scolopendriæ, herbarum capillarum, quibus fortiora sunt, quæ parantur è scylla, iride, enula, aristolochia. At proprietate iuuant sanguis draconis, lapis hæmatites, ol. de scorpionibus, bestiolæ, quæ in lapidariis fodinis, quasi verrucæ, lapidibus hærent, pellis leporis cremata, lepus, vel decolatus, vel integer crematus, eiusdem renes cremati, cinis vngule equi, testa cochleæ & cancrorum, terreni vermes, aselli, auis, quæ cauda tremula dicitur calculus, quem quis primū excludit, virina capræ montanæ, lac excornis & nigræ capræ, cicadæ aridæ, decoctum galli lassati. Hæc à proprietate conueniunt. Qualitate verò manifesta parietaria, valeriana, succus portulacæ siccat, cucurbitæ semē, perforatæ, lini, cucumeris, maluæ, fœnugreci,

Calculo, quæ conueniunt à proprietate.

Calculo, quæ conueniunt à proprietate.

apij, feseleos, radix damazonij, cyperi, asari, rusci, asparagi, caparis, tamarisci, cynosbati fructus detracta interiori lanugine, senella vocata, gummi & nuclei cerasorum, persicorum, cortex viridis corili, testa auellanæ, sarmenta vitis vsta, extincta in oxymelite, vt colatura bibatur, electrum, lapis spongiæ, saxifragium, & alia prope infinita. Ex decocto alliorum paratur oxymel, hydromel, sacchar. allia trita in puluerem. Addantur decoctis, vel per se bibantur ex oleo de scorpionibus, & cuniculorum adipe, lumbi, perinæum, ilia, pubes illinuntur, conueniunt aquæ chamæmeli, betocicæ, genistæ, parietariæ, fabaceorum, raphani & ex materia commemorata. Aqua & oleo è terebinthina, è ciceribus & bismalua. Et hæc quoque pilulæ laudantur. ℞. lapidis iudaici, lyncis, spongiæ ana ℥. i. nucleor. mespilorum ℥. ℥. traga-canthæ, gummi, cerasorum & persicorum tantundem. Teruntur omnia & incorporantur in ℥. i. terebinthina, pro tribus dosibus. Conuenit & lithontribon vocatum, & Iustinianum, alkekengi semina, bacca lauri & iuniperi. Coguntur hæc tum glycyrrhizæ & radicis enulæ decocto, ex melle vel saccharo propinantur.



DE INFLAMMATIONE ET EXUL-
ceratione renum.

IN inflammatione renum clysteribus potius, quam medicamentis purgantibus vtendum. Parantur autem initio ex remollientibus, scilicet, decoctione remollitina, deinde etiam mistis lenientibus, vt chamæmelo & similibus. Olea sint vinolaceum, nenupharinum, papauerinum, postea quoque butyrum recens. Oportet autem modum clysteris esse ad quartaria tria, aut ℥. i. Mollita aluo detrahendus sanguis è basilica, quæ inflammato reni respondeat, atque aliquando procedente malo phlebotome iteranda est. Arabes iterante cephalica, vel poplite. Cataplasmatibus primum vtendum è decocto malua, bismalua rosarum, violariæ, in quo postea coquatur farina hordei ad crassitudinem, deinde cum ol. rosaceo, oui albumine & vitellis ouorum, tantillo aceto adiecto fiat cataplasma. Procedente morbo puluis chamæmeli farina lini & fœnugræci, puluis absinthij & alia, quæ leniunt, coquunt, discutunt, miscere conuenit. Postea quoque cucurbitulæ, affiguntur lumbis & ilibus cum sarcificatu. Vtendum fotu è vesica hidrelæo plena, quod hydrelæum ex decocto & oleo conuenientibus paratum est, initio quidem iis, quæ circa initia conuenire dicta sunt, postea verò mutata, vt prius materia. Initio abstinendum vino & mellitis, quales sunt syrapi, hydromel, oxymel, &c. Atque diureticis nutriendis in sculis è pullastro, lactuca, acetosa, portulaca, borragine

ragine & hordeatis. Bibet aquam hordei. Postea apparentibus iam vrinis crassis & sedimenti boni, quæ prius tenues, aquosæ vel rubentes apparuerint, diureticis vtetur, applicabimus emplastrum de muscillaginibus, pistum ole. chamæmelino vel irino, postea quoque emplastro de meliloto. In exacerbationibus dolorum, incessionibus ex decocto bismalua, malua, violariæ, chamæmeli, anethi, melilothi, fœniculi, atque vrgentibus doloribus ni-miùm & vigiliis decocto papaueris, cuius semen miscebitur hordeatis, philonio item & aliis potionibus narcoticis vtendum erit. Sed aliquando non coquitur, per vrinas scilicet, sed suppurat. Itaque signis apparentibus suppurationis, fotu, incessione, emplastris, cataplasmatibus, clysteribus vtetur ex materia suppurante institutis, quam scriptam inuenies capite de suppurantibus. Atque contingit aliquando suppurationem resistere, vbi acius clysteribus irritare oportet, dandumque in potu hydromel comparatum ex decocto fœnugræci, parietariæ, althææ, semine cucumeris. Quod si dolor vrget, incessionibus vtendum ex materia mitigante, hordeatis, lacte vel emulsione amygdalarum. Iam eunte pure animaduertendum quale pus sit. Nam si liuidum & grauiter o-lens pauca spes est, alioqui bene sperandum, vtendumque syrupo de althæa, de iuiubis, lacte asinino, melle, diatragacantho frigido, diaireo simplici, & similibus, vt vel dolor, vel necessitas vrget, lacte amygdalino cum multo saccharo, tum purioribus vrinis euntibus, lacte bubulo & ouillo potius, quàm aliis, vtendum est, atque aliquando asinino, equino, caprillo. Bubulo quidem vtendum est, sed adiecta quarta parte seri. Conueniunt quoque sorbitiones vstatæ ex lacte & vitellis ouorum, atque omnino multus sit vsus lactis, nisi corrumpatur. Vbi sanguis fluit, iis quæ sanguinem sistunt & adstringunt, vtendum erit. Resistente aluo pilulis ex alo è, & rhabarb. terebinthina, cassia, cum multo diatragacantho vtendum. Et quia dolores sæpe vrgent, semicupia, id est, incessiones, comparanda ex decocto rerum quæ leniant. Simili fotu & sacculis vti oportet. Pulueres quoque, quos cordiales vocant, alimenta boni succi omnino instituenda sunt, quia animi deliquijs sæpè capiuntur, & plurimùm emaciantur. Itaque ad animi deliquia, morbum & maciem plurimùm faciet decoctum ex passulis, adiectis aliquot iuiubis, ficibus, glycyrrhiza, semine cucumeris. Coquantur autem ad crassitudinem syrapi. Deinde misceatur diatragacanthum frigidum, diairis simplex, tabulæ vtriusque diatragacanthi, de gemmis, lètitie Galeni, & similia: oque vtatur sæpius è cochleari. Quod si vrgetur siti, optimum hordeum coquatur ad putrilagine, deinde emulsio aliquot tritarum amygdalarum, adiecta parte eiusaque, decocto misceatur. Condiuntur omnia saccharo & diatragacantho frigido. Poterit vis augeri adiecto nodulo ex seminibus cucumeris, medulla seminis cucurbitæ. In remissione mollibus frictionibus vtendum, mollibus stragulis, & omnino alimentis boni succi.

DE ARTHRIDITE.

Nomine Arthritidis podagram, chiragram & morbum coxarium includimus. Nam aliquando hæreditaria. Ferè autem eius causæ intemperies, imbecillitas partium, & affluxus humorum. Itaque in vacuando & roborando curationis summa posita est, ac præcedit quidem vacuatio totius corporis, in plenitudine per phlebotomiam, quæ in coxario morbo, primum in cubito, deinde in malleolo fieri debet. Arabes initio coxarij morbi phlebotomiam laudant, & interuallo annularis & parui digiti. In podagra & chiragra opposito membro è directo vena secanda est. In cacochymia, purgationibus utendum, vomitionibus, clysteribus, deinde etiam sudorificis & diureticis. In topicis initio repellentibus utendum. In coxario morbo abstinendum iis, & statim mitigantibus utendum, quæ neque multum calfaciant, neque refrigereant: Repellunt ceratum rosaceum, nutritum solutum rosaceo, vnguentum rosatum, ceratum, de psyllio, & alia, quæ scripta inuenies capit. de repellentibus, quemadmodum & quæ mitigant dolores, fofus, ol. ceroti, acopa, myracopa, capite de dolore. Aliquando narcoticis utimur, primum quidem leuioribus, deinde fortioribus eadem ratione, quæ eodem capite de dolore præscripta est. Celebratissimum epithema Asclepiadis, quod illic scriptum inuenies. Sed quia humor in iis morbis ferè crassus est & crudus, viscidus, paulatim mitigando, incidendo, attenuando, discutiendo, & in coxendice etiam attrahendo, malum euincendum est. Vacuato vniuerso corpore, præparata materia, plurimum confert commotus sudor, præsertim ex ea parte, ex qua malum est. Facile repleto vase mouebitur aqua calida & vino pleno, in quibus ea coxeris, quæ sudores moueant, discutiendi & roborandi vim habeant, chamæmelum, melilotum, anethum, ebulus, chamæpitys, hyssopus, saluia, rosamarinus, origanum, calamintha, absinthium, folia & bacca lauri & iuniperi, semen anisi & fœniculi. Materia cocta cum oleis anodynis & discutientibus contundi potest, & linteo composita, calidaque admoueri parti. Decoctum autem inclusum vase bene clauso & constricto orificio plantæ pedis, vbi in crure vel ischio dolor est, volæ manus, vbi in brachio, admoueri debet, donec inde commotus vapor attingat partem: & moueat sudorem. Detergendus sudor diligenter, & locus affectus lanis sordidis inculcatis oleo mitigante, corroborante contegendus est. Vacuata materia, corroborare conuenit emplastro diachylo ireato, thure addito, mastiche, sanguine dtaconis, pistis & vnitis omnibus cum oleo anethino, laurino, de absinthio, & aliis id genus. In inueteratis, vbi iam dolor quietus est, saluia, sal, vino austero, & oleo chamæmelino incoquenda sunt, fiat fortis expressio, seruetur ol. quo sæpè articulus infirmus affricetur. Mul-

tur. Multi longa abstinentia vini curati sunt. Sunt qui plurimum probant decoctum baccarum iuniperi, glycyrrhizæ, vocatarum fenellarum, radices enulæ & ebuli. Decoctum guaiaci incidendo, mouendo sudores, atque ita vocando conferre potest. Pellis lanna bene macerata & comparata cum materia adstringente, galla, alumine, & aliis, quæ coriariis vsitata sunt, gestata plurimum facit ad præcautionem. Græci & Arabes plurimum tribuunt hermodactylis, ac varias pilulas inde conficiunt mistis feminibus anisi, fœniculi, zinzibere. Apud Nicolaum maiores sunt in frigida causa, minores in causa calida. Utendum erit descriptionibus adiectis iis, quæ conuenire videantur, vt agarico, maioribus, rhabarbaro, minoribus. Contingit curatione malè instituta tophos crescere in articulis, quibus conueniunt, quæ incidunt, tenuant, molliunt. Emplastrum de vigo, de meliloto, de muscillaginibus, mista parte cerati cæsi descriptione Philagrij, galbano pingui, & aliis, quæ scripta sunt capit. de malacticis, de vitiis ossium, de pyroticis. Sciendum tamen eiusmodi tophos aliquando ita induruisse, vt nullis remediis cedant aliquando quoque figuram membri commutare in ὀρθόκλον & ἀγκυλον, quorum affectuum remedia inuenias capite de vitiis ossium & neruorum. Sciendum quoque, quod scripsit Hippocrates, dolores eiusmodi sæpè protrahi ad diem 40. vt nihil sit mirum aliquando, adhibitis conuenientibus remediis, tardius curari.

Arthritici multi
vini abstinentia
curati.

FINIS.





IACOBI HOLLERII
STEMPANI, MEDICI
PARISIENSIS CELEBERRIMI,

De materia Chirurgica.

LIBER I.

P R A E F A T I O.

PLRIMA quidem Hippocr. Galenus, & ante
huic Anazarbaus, Diosc. de materia remediorum
qua ad chirurgum pertinent, memoria tradide-
runt. Quaedam posteritas addidit non fraudanda
laude, sua enim veterum, sua posterorum gloria
est. Atque iniquum decreti genus est, quod omnem fru-
ctum laudis & gloria huius disciplinae vni Graeciae detulit, ut
Arabum ac posteritatis studia perpetuis tenebris opprimantur.
Illaudato solo laudata fruges saepe numero proueniunt. Fixe-
runt Graeci in media luce literarum. Extiterunt Arabes, & inde
ducta familia, iam desertis ac sepultis melioribus disciplinis,
digna tamen luce aeternaque memoria nobis reliquerunt. E
viviis fontibus Graecorum remedia primum petenda sunt, sed ita,
ut nec Arabum riuos, nec posteritatis ingenia contemnamus.
In his hauriendum quod saluum & incolume, repudiandum,
quicquid fecerit caenum, & disciplinae veterum mole conuene-
rit. Atque omnino hac parte perlustranda nobis natura ferti-
litas, à qua omnis ubertas & quasi silua remediorum ducta pri-
mum est. Nusquam natura magis luxuriat, nulla in re pariter
atque his chirurgiae opibus ambitiosa est, in quibus tam prolixè
numen suum explicat, ut *αβροια* illa non tam Epicurea, quod
quidam ait, quam *χερσοῦργος* fuisse videatur. Plurima qui-
dem ad voluptatem & delicias hominis, omnia verò ad salu-
tem eius & conseruationem chirurgus comparauit. Nam quae-
cunque

Interpretes ma-
teria chirurgi-
cum.

Laua aliqua A-
rabum & poste-
riorum.

Unde petenda
materia.

Natura fertilitas
in materia chi-
rurgorum.

Primum chirurgi
quodam
qua
qua.

cunque tota rerum facie exposita, quaeunque cauernis terra
ac visceribus latent, quicquid est aquarum, stirpium, anima-
lium, terra, ignis, materia, chirurgus inseruiunt, In face rerum
& excrementis, in carie, in rebus minimis, absoletis, ac pro-
pe nullis, remedia condita sunt. In re una multiplex natura
vario genere remediorum facta est. In apicula quam varie lufit,
quam multas diuitias chirurgus condidit, mella, ceram, metyn,
sandaracham, fauos, propolim, quicquid denique locuples illa
alueorum res publica continet. Quin & apes ipsas ad auxilia
transtulit. Et in homine multa sunt, quae prosunt homini, ut
quocunque animum aduertat, quocunque oculos coniciat, reme-
diorum turba sese offerat. In quo summopere probanda est ma-
iorum diligentia, multoque magis imitanda studia, qui in ea va-
stitate rerum nihil intentatum, nihil inexpertum reliquerunt,
omnia elaborata, & summo iure existimata, literis consignarunt,
quibus iam perfrui datum est, alienis scilicet bonis. Primam ergo
consuetudine, natura & maiorum historia, infinita nobis mate-
ria comparata est, quae iam deserta ac suppressa iacet, quia ne-
glecta. Satis est capsula pauculis alucis distincta, satis pyxidi-
cula: hic uno atque altero remedio contentus est, quae scilicet accepit
oraculo, nec ulli reuelanda putat. Sed ego sic arbitror, optima
esse remedia, quae plurimis cognita, plurimis probata sunt. Alte-
ri elementa sordent, & quicquid elementare est. Hinc noua e-
lementorum soboles, hinc aether & calum ipsum ad remedia ex-
primenda sunt. Vernacula sunt nobis atque domestica natura
opes, quibus vulnera coniungas, repurges sordida, sinus impleas
& cicatrice tegas, cateraque praestes omnia, quae chirurgi opere
continentur. Verum suis cuique studiis frui liceat. Nos ex im-
mensa, omnibusque exposita natura silua & maiorum historia,
qua iam publica vel multorum fide constant, remedia transfere-
mus, exhibebimusque rudimentum operis, suis quidem lineis de-
scriptum, quod alius impleat, informet, suis denique numeris ab-
soluat. Nos speciem aliquam & formam argumenti ad umbra-
bimus, sequuti Cosmographos, qui totius orbis ambitum angu-
sta tabula contrahunt. Idem enim condonandum nobis, cum non
alios fines imperij, alios materiae, de qua praesens instituta ora-
tio natura posuerit. Genera quadam rerum & praecepta artis pri-
mum explicabimus, ut edimethodum, & leges aliquas institue-
mus, ex quo censebitur particularis materia, & formula descri-
bentur, quas partim ars ipsa reperit, partim optimorum medicorum.

Taxantur nostri
homines.

Argumentum li-
bra explicatur.

Antidotarium.

vsus atque experientia comprobauit. Antidotarium inscribunt hoc genus argumenti, nulla ratione aut vsu veterum, sed, ut fuit annorum licentia, è Græca voce Latina analogia nomen detorserunt. Multa nobis, plurima aliis relinquimus, ne volumen, quod quinque libris Ioan. Tagaultij, & hoc de materia chirurgica commentario cogendum erat, in maiorem molem accresceret, deinde non plus opera hac in relicuit collocare nobis, quam à quotidianis studiis, statâque interpretandi cura relictum fuit, idque breuiori tempore, quam hoc institutum nostrum breue quidem, sed varium, ex postulet. Ideoque dignum venia, si contracto ambitu verborum, pressâque periodo, quadam describentur, & in tam numerosa medelarum turba potior est verborum moderatio, breuibûsque sententiis res premenda. Ad hæc ponimus idoneos esse huic doctrina, qui iam intincti fuerint præceptis artis, quam Ioan. Tagaultius singulari ingenio atque incredibili studio informauit. In qua genera morborum diuisa sint, circumscripta forma, designata indicia, notata præsagia, instituta leges, scripta medela plurima, in qua quæcunq; collabebantur in disciplina vetere, cõstituta, qua vitium fecerant, reformata, tota denique ars, quasi rediuino lapide instaurata est. Vnicam hanc partem operis interceptis negotiis in nos transtulit, quam ideo recepimus, ne & publica ratio deserui à nobis, & officium necessitudinis repudiari videretur. Multa igitur è Græcis, quadam ex aliis transtulimus. Quæ à Guidone, eiusque nota scriptoribus rudius tradita sunt, paulò purius reddere contendimus, etiamsi intelligamus vitia corporum non curari eloquentia. Sed nec barbarismo depelli possunt: Probamus quidem omnem orationem, modo sententiis rerum, quasi suo succo & sanguine condita sit. Melior tamen hac, sineque neglecta, neque ambitiosa, sed mediocriter culta est. Adde quod barbarismus ille multas sæpe tenebras rebus attulit, & optima quæque sordescunt plurimis, quæ sordidis, nec ita puris vocibus describuntur. In damnandis quibusdam rebus auctores Græcos adhibui, in remediis eas selegi, quæ præceptis artis congruerent magis, quæque ut res præsto sunt, facilius comparentur. Atque hæc præfati, ad institutum opus veniamus.

Lau operis
Ioannis Tagault
157.

DE

DE REPELLENTIBVS. Cap. I.



Πορρυσμα Græci vocât, quib. & initiis fluxionû, & post initia vtendû est, quamdiu videlicet humor affluit, hinc enim phlegmones ortus atq; in cremeta, hinc vomica, maligna vlcera, febriû dolorûmq; causas, alia denique per multa vitia corporû declinamus. Ideoq; principiis obsta. Sed vacuandû priûs corpus est, siquidè postulat casus, ac ferè postulat, quia in plethora & cacochymia, rheumatismi plurimû cõmouentur, quanquã etiam in mediocri vitio humorum & copia, vbi phlebotomo vel pharmaco natura leuâda est. Idem remediû sæpius innouandû, siquidè metus est, ne cum incaluerit mora, affecta inde pars nimîû recalefcat. Vis quoq; remedij vitio cõferenda. Leuius enim pharmacû, vt lactula, in graui ardore frustra est, fortius, qualis est succus è pomo Mâdragore, huiore inficit; indurat scirrhû, & aliquando ita reprimat, vt in viscera fluxionis impetus rapiatur. Ad consiliû adhibenda hæc omnia natura, situs, figura, sensus, robur partium, humoris copia, qualitas, corpus, viè præterea, per quas illabitur. Neq; perpetuò satis est infirmo loco repellens auxiliû adhiberi, aliquando enim superiûs collocandû, vt veluti præmissa manus vias intercipiat, ne quid trãsfluat, vbi venarû ductus atq; coniugia animaduerteda. Cæterum reprimentiû natura admodum cõtrouersa est. Arabibus repellunt, quæ influxû prohibet, refrenat, crassant, illinunt, oppilant, quæ deniq; robur partium confirmant. In Græcorû libris adstringentiû materia cum repellentibus ferè cõmiscetur. Apud Latinos Corn. Cels. scripta reliquit, quæ simul repellant atq; refrigerent, & rursus quæ sine frigore repellant. Aurelianus in Chronicis alia scribit vna astringere atq; reprimere, alia astringere quæ nõ reprimant. Sed vtriusq; vt aliquot lo cis Arabû in censenda materia nõ sine vitio est oratio, Iustissima Græcorû sententia, eaq; nobis explicanda est. Repellit perpetuò, quod frigidû est, frigidum aliud aqueû natura, molli ac soluta, aliud terrenû crassiore materia, quod quia adstringit & magis contrahit partes, efficacius reprimat, aut certè solû id efficit, si quidè ab actionis vehemètia repellentiûs nõmè inditû est. Ac certè in rheumatibus præstâtissima medicameta sunt, quæ cû quadâ adstrictione vehemèter siccât, vt nõ mordeât, qualia terrena sunt. Quâquam & alterû genus, quod aqueû est, vt cûq; reprimat, & ex equo frigidû vel terreno frigidius est, ac refrigerio magis cõuenit. Verû præterquã, quod humor frigore reprecutitur, siquidè accessit cõstringendi vis, quod iã coit, loco exstringitur, magis etiã si tenue est, & si quid reliquû sit, sæpenumero reficitur, cõfirmatur pars, vt sine pharmacorû ope quod postea influat, possit retûdere. Verû hac parte prouidendû, ne quid nimis, ne cutis grauiûs cõtrahatur, crassescat humor, dolor exasperetur increfcat, grauiû deniq; incediû irriteretur, atq; vt initio quidè te iuuisse putes, reliquû tamen & scyrrhodes & contumax persistit, quod in posterum ægerimè discutias. Ac grauior metus, si quid viscerum infirmum est. Excipit enim celeriter quicquid retunditur, vbi omnia firma sunt.

Utilitas repell.

Vacuatio.

Modus.

Repellentia cur
sæpius innouan-
da.Repellentia ve
conuenienter ad-
hibeantur, qua
ad consiliû ad-
hibenda.Conuersa repel-
lentium natura.De repellentiis
Græcorum sen-
tentia.Frigidiorum me-
dicaminum alia
natura aquea &
molli, alia ter-
rena & dura.Cautio in ad-
stringentiis.

in magnas venas & viscera circa periculum aliquid refluet. Videndū quoq; ne vltra modū cōtrahas in materię copia, crassitie, vitio, molli, vegetoq; sensu corpore, dolore graui pariter & calore, vbi laxanda potius via est, vt diffluat calor, ac dolor tēperetur, qui, vbi cruciat vhemētius, ad laxatiā & anodyna omnino confugiendū est. Adstringēti simulātq; repellēti auxilio vis efficacior est, si quid tenuiū partiū vel natura insitū, vel arte cōmixtum est, modò nō mordeat. Iusto enim calore tēperari potest, multò magis, si (quod ferè sit) ab infirmitate fluxio, à frigore infirmitas orta est. Pestiferę materię nō occurrimus, vbi in superficiē diuertit, sed potius illicimus, atq; rapimus vi maiore, si tardius inota resistit. Neq; dissimilis ratio est in criticis apostematibus, coxariis, lue venerea, vbi nō repellēdi in corpus, sed foras potius materia trahēda est. Iā verò quę illinūt oppilant, offarciūt, alias quidē dolorē leniūt, alias acrimoniā hebetāt, viāsq; intercipiūt. Ex quib; si vis, reprimāt ac reuera nōnunquā reprimūt, oleū rosaceū, omphacinū, myrtinū, oui candidū, aliaq; id genus. At gūmi genera, resina, glutē, farina pistrinalis, gyris tritici, hydrelęo, oxelęo, Rhodino, repellēte succo, austero vino dissoluto, nō tā spēte sua, quā aduētitiā vi reprimūt. Adstringūt calida, peltū, casia, cinnamomum, spica, aloē, crocus, cyperus, calamus aromaticus, myrrha, absinthiū, marrubiū, poliū, saluā cętauriū, vina quidē austera, & aromata plurima. Reliqua verò tū austera, tū acerba in proximum ordinē referemus. Leniter repellūt aqua, vinū, lactuca, intiba, polygoniū, trigoliū, auricula muris, lēticula palustris, psylliū, liquor oui, vmbilicus veneris, semperuiū, portulaca. In sūma, quęcūq; frigida aqueo elemento soluta sunt. Omphaciū adstringēdo efficax: Solanū ambigit. Hoc potētior rubus est immaturo fructu & floribus: mollioribus autem foliis & asparagus plurimū aque cōtinet, ideoq; leuius cōtrahit. Adstringūt vitiū folia, & capreoli, plātago sorborū, cornorū, mespilorū, pirastorū, cydoniorum, myrtorū, spinorum fructus & folia, rhodonia, rosarū, capita, obelisci, deinde, sed minus semina, flores, & folia, oxyacātha mediocriter: malicorū magis, cytinus, balauſtia, thus, acacia, bolus Armena, terra sigillata, quercus, cupressi folia, germina & nuces. Vehemēter refrigerāt pomi mādragorā, hyoscyami & papaueris succus, quę reliquis interdum tēperari possūt, vbi acrior inflāmatio est, sed prius auferēda, quā inde partes liuorē ducāt. Spōgia ē frigida expressa partim cōtra fluxum inhibet, dissipātq; in viciniā, quod iam coit. Eodē modo lana succida & splenia austero vino insuccata. Magis etiam, si aqua prius, galla & similia incoxerint, vinū aquę pręferendum, & maximē austerum, vbi reprimendum est. In deligationibus, fasciæ vno insuccantur. Acetum repellit, adstringitq; vehementer. Caphura repellit, & tenuitate partium faciliē permeat. Oculi populi veteribus Græcis calcificat. Repellit gypsum oxycrato maceratum. Olei rosacei frequens vsus est, sed sit ex oleo omphacino, in quo rosę sæpius mutata maduerint. Quod annū superat, exoletū est. Oleū omphacinū, recenti oleo & vuę acerbe succo vnā coctis, dum succus omnino exhalauerit, fingito & ad ignem saligno

Ubi non repellendum.

Oppilantia.

Qua calida adstringunt.

Materia repellentium.
Aqua.

Omphacium.
Rubus.

Qua vehementer refrigerant.

Aqua.
Vinum.

Acetum.

Rosaceum.

saligno ramo, vel simili assidue cōmoueto, oleum verò nec sit conditum sale, nec ætate rancidū, in myrtino, melino, lentiscino, & similib; eadem vitia fugiēda sunt, vetustas, rancor, salugo. Ma stichichinū, nardinū, coltinū adstringendo roborāt & calefaciunt, vitio sum oleū cum integram desit, tandiu eluatur dū virus exuat. Eluatur aqua vel simplici, vel rosacea. Descriptæ materiæ oleū vim combibet, si vel materia ipsa, vel succus eius oleo incoquatur. Plātaginem, gratia exempli, oleo recenti & pari aqua aut vino coques, dum solū oleum reliquum sit. In ardore nimio periculosus olei vsus est, quia calore incenditur & frigit. Expressis succis melius vti-mur in lana succida, panniculis ac splenijs. Portulaca semperuiū, vmbilicus veneris, egrē succum reddunt, nisi in mortario tritis aliquid omphacij, vel liquoris similis affundatur. Cataplasmata sūt farina in succo pista. Ex oleis cerota coeunt, & succis imbuuntur. Remedia neq; dura sint, neq; grauia, ne presso loco dolores augeāt. Cerusa cichorij succo & aceto leniter diluitur. Ceratum à psyllio, psyllij ꝑ. 4. in aque ꝑ. 4. macerētur percoquanturq; expresso succo, adde rosacei ꝑ. 1. ceræ ꝑ. 6. contra articulorum rheumata. Non absimilis ceratum rosaceum. Duplice vase cera cū oleo liquefit, vbi refrixerint, conspersa aqua commouentur, aqua reiicitur, succus plantaginis affunditur, vt quantū fieri potest: absorbeāt. Inflammationes, sinꝑ, vlcera genitaliū, quę serpunt, adiuuat. In teneris corporibus idem cerotum coriandri succum imbibat. Coriandrū leniter adstringit, alijs refrigerat, Galeno calefacit, vt ere incremētis. Ceratū myrtinum & melinū magis adstringunt. Herpetibus, & nimio humore flaccidis vlcerib; conuenit. Myrtini ꝑ. 1. ceræ ꝑ. 2. pol-linis myrtorū ꝑ. 1. In ceratis vtēdum cera, quā adolescentior apum populus cōfecerit, ceram virgineam, apiarij nominant, eaq; nouis fauis separāda. Alioqui cera alba vtendum erit, non sponte quidem nata, sed factitia, qualis olim Tyrhenica, quia suauior est, & acrimonia hoc genus remediorū carere debet, ideoq; pręferenda cera ē dulci diluto melle. In coagulato lacte & inde nascēte inflāmatione farina fabacea hydrelęo vel rhodino pista māmīs imponitur. Idem opitulatur testibus inflāmatis διαχαλιτεας contra rheumata hoc modo temperari debet: Adipis suillis recentis, exemptis fibris ꝑ. 2. olei recentis, litharg. an. ꝑ. 3. chalcitidis ꝑ. 3. Conficiendū arte medicamētum, vsus tēpore ꝑ. 2. medicamēti, olei ros ꝑ. 3. colliquabis vbi refrixerint, aqua frigida, succo portulacę, psyllij, lactucę, vino austero, vt res postulat subiges, animaduertēs quantū repellendum, adstringendū, refrigerādum, siccādum, leniendum, vt modo rhodini loco myrteū aut melinum misceas, oxyeratum hunc vel illum succū alijs pręferas. Quod sequitur exprimit vlcerib; quod influ-xit, & quod influat, repellit. Lithargyri ꝑ. 4. olei dulcis vel rhodini ꝑ. 4. aquę ꝑ. 3. lithargyrum die vno hydrelęo coquitur, difficilius enim illiqueſcit, teneris corporibus & paruis vlcerib; conuenit. Defensua vocāt ē boli Arm. parte vna, terrę sigill. dimidia, rosacei triplo, aceti vel succi repellētis dimid. Liquidum lana infra

Ratio in oleis.

Olea factitia.

Cautio.
Succorum vsus.

Cataplasmata
& cerota qui
sunt.

Ceratū à psyllio

Ceratū rosaceū.

E Coriandro.

Ceratū magis adstringentia.

De litha. & ly-drelęo.

ta cōmifcentur, vel è bolo Armena liquore oui conleuata, deinde affufo fucco è capreolis vitiū aut omphacij. Fasciæ rit è conuolutæ in repellētibus enferri poffunt, quales in fracturis, & qui ab vlcere fufum adducuntur, vt adftrieta parte & ita ductis orbib. paulatim laxes. Similiter cum altero membro atrophia in tabefcente, alterū deligamus. Vincula quoque fuperioribus partibus inieeta, quā videlicet materiæ curfus eſt. Aliquando etiā inferiores illaqueamus, vt cūm è cruce exhalat virus, quod viscera appetat, ex quo & epilepſiæ & ſincopæ cauſa præciditur, Sed in vlcere plurimū & fracturis, vias laqueo cōprehendere oportet, ne ſi quid tranſfluat, dolor, phlegmone, putredo, ſyderatio, aliāque id genus concitentur.

D E A T T R A H E N T I B V S . Cap. 2.

Attrahentium materia.
Attrahentium multiplex vſus.

LΑΤΗΝΑ & ΠΙΠΙΣΑΝΑ Græcis appellata, vſu quidē repellētibus cōferri poſſunt, ſed natura plurimū diſſidēt calida, tenui ſubſtantia, quæq. vi quadā rapiant, quæ in alio corpore poſita ſunt. Ideoq. viscera, internūque corpus exonerāt foras tranſlata materia, venena in cutim euocāt. Criticos abſceſſus accelerāt, desperatos pleuriticos & forſan attonitos releuāt inguinū tumores amplificat, quōdq. vel peſtiferū, vel nimis vitiōſū medio corpore cōceptum eſt, aliō pertrahunt. Tabidas, ac velut ſideratas partes vitæ reſtituunt, perfrigeratas ſpiritu reſouent, vitiōſam ſaniē exhauriunt, quæ neruis & cuniculoſis vlcerebus latet, ſquāmas oſſium detrahunt, coxarios iuuant, hydropicos exugunt, paxillos, clauos, ſpinas, ſagittas reuocāt, multō magis ſi locus vlcēris periculo inciēditur, nec patitur eger anguſtiorē plagam ferro ampliari. Quod in vomici, ſtrumis, panis, egyptope, oculis, aurib. reliquiſq. partibus altiūſ decedit, eliciunt. Multiplex ergo attrahentium vſus, ſed nihilominus varia materia eſt. Alij ea viſ à natura inſita eſt, atque in his modō manifesta qualitas elementaris, modō occulta quædam proprietas, & naturæ familiaritas attrahit. Aliud genus hoc habet aduentitia qualitatum ex putredine cōtracta acrimonia. Calor Galeno omnino attrahit, non prōtinus calidum eſt. Aphrodiſæus aliud ſenſit. Attrahunt cucurbitulæ, ſanguifugæ, pyulcus, ſuctus, dolor, vincula, frietio, cauteria. In attrahentium vſu aliquando quod fuerit attractum, corpore excludimus, ſed hic modus eſt, ne cum vitiō partem frugi materiæ eripias. Nō nunquam tantūm attrahimus, non etiam diſcutimus, vt cūm in partem emortuam calor & ſpiritus attrahitur. Argenti ſpumam, ceram, reſinam picem, oleum, epiſpaſticis veteres miſcuerunt, vt & temperarent & magis emplaſticam pharmacum efficerent. Quidam etiam adſtringente materia obtundi voluerunt. In primo genere ſunt dictamus, propolis, ceram virgineā vertit Scribonius. Rudis eſt & craſſa materia in apum officinis, nondum cera, odore graui, vt qua pro galbano veteres vterentur. Ea mellatione verna,

Qua miſcenda à trahentibus.

*Particulariū ma
quid ſi*

ſeparari poteſt fauorum pars quæ cellas obſtipat. Sed iam exemptis fauis, poſteaquam mella diſſlaxerunt, quicquid eſt in fauis, vna conſundunt, vt nihil ſincerum haberi poſſit. Magna verō ſinceræ propoleos virtus eſt, ſpiritus craſſos & vitiōſam materiā ex alto elicit. Recens per ſe ſatis eſt mollis & pinguis. Sic in puncto neruo agi-
Propoleos vſu punctum neruum curauit Galenus.
cola Galenus vſus eſt, quæ ætate induruit, oleo veteri molliri debet. In mollioribus corporibus oleo illiquatur. In duris lacte multo tithymalli, cum terebinthina ſatis attrahit. Thapſia recens vtilis, bimula vetuſtior exoleſcit. Cerato miſceri ſolet, quæ quia, vt viſcum, plurimū aquæ continet, quatuor & quinque horas inſiſtere oportet. Radix arundinis cum melle. Sagapenum, galbanum, ammoniacum, opopanax, calx viua, cinis è ſæce vini vel aceti, quæ loco nitri eſt, ſtruthion, ariſtolochia longa, quæ & ſpicula, & ſquammas extrahit, lepidium, ſinapi, naſturtium, tithymallus, dracontium, pyrethiū, ranunculus, ſales, tum qui edi poſſunt, tum ammoniaci. Quædam infriata affricantur, aut gummi & reſinis concorporantur. Lixiuum in ſubtili calidāque materia extillatum, ex eadem cinis Anemona, calamintha, narcifci radix, cyclaminus. Sparti quo vitē alligant fructus, & è foliis ſuccus. Acetum, ſed hoc ſuſpectum,
Acetum vbi ſuſpectum.
vbi ſiccitas, dolor, inflammatio, vlcus, adſtriectio, & à neruis dolor eſt. Cantharides ex polenta & melle piſtæ. Medullæ & adipēs ætates acrimoniā contrahunt, vſinus adeps, hyæninus, pardalinus, leoninus, & alij: ſed hi maximē. In alopeciis & profluuiis capillorum vitium diſcutiunt, attrahuntque quod ad capillitium vtile ſit. Oleo & oleæ flore, tela ſibi reſigere elephantos, teſtis
Oleum.
eſt Ælianus, vetus ſit oleum tenue & calidum. Sulphur infriatum melle, oleo, terebinthina, ſaliua hominis, axungia. Idem in œnoſtagmate feræſit dum enatet lentor quidam (oleum appellant) quem concha excipere oportet aliquoties commutanda aqua, dum ſatis olei collectum ſit, quo dermeſum corpore hydrargyton foras elici voluerunt ſtatim illito à balneis. Euphorbium recens acrius eſt, bimum trimūmque paulatim remittitur, 5. & 6. anno exoleſcit. Cerato temperatur, quod vel decuplum vel duodecuplum aleum habeat, & triplam ceram. Modus eſt vt tantūm crubeſcat locus & pruriat, non vratur, nec vlcus contrahat, niſi & hoc etiam neceſſe ſit. Cerato largiore dilui poteſt, quod eſt acrius, quod verō languidius pharmacum, aucto euphorbio, cerato imminuto augeri debet. Eadem lex in reliquis eiufmodi ſeruanda eſt. Ardor affuſa aqua, aceto (quod vim thapſiæ efficaſſimē diluit) ceſuſa è rhodoſtagmate lota extinguitur. Succus Cyrenaicus medicus, opobalfamum & alia, quæ partim exoleta ſunt, partim vſui eſſe poſſunt, ex tertio De cōpoſitione pharmacorum & Jun. & alijs Græcorum libris repetenda. Aduentitia calore trahunt, fermentum, ſtercus anſerinum, gallinaceum, columbinum, arietinum, humanam & quæcunque talia ſunt. Scatebat quidam è grege mendicabulorum lue venerea, aliquot diebus vniuerſum corpus equino ſimo obruit, vt tantūm eſſet qua reſpiraret. Erat ſtercus

Thapſia & viſcum.

Loco nitri ſax cremata vini vel aceti.

Acetum vbi ſuſpectum.

Medulla adeps.

Oleum.

Sulphur.

Euphorbium.

Morbus euphorbij & ſimilium.

Attrahentia aduentitia calore que.

Lue venerea.

ſtercus equino.

Stabularium, equino lotio sapius perfusum, quodque iam com-
putruerat. Effecit ille hac arte, vt totum virus exprimeret, addi-
dit aliquoties enchrifton ex axungia laringa, & hydrargyro. Nec alia
vita lex seruata est, quam mantica offerebat, atque his remedijs cu-
ratus est. Fermentum oleo incoquitur, fundit, liquat, surculos trahit,
pedes contusos sanat, mollit, discutit. Axungia veteri, laringa tere-
binthina & resinis liquidis pistam efficacissimam est, alias cum cepa co-
cta subigitur, coquit, trahit, discutit, aperit. Coagulum quod vetu-
stius, ed efficacius. Ex echino animalium (quæ πολυμειλα) lepore &
vitulo marino colligitur. Lac est in lactantium animalium ventri-
culo, vel omaso ita, concoctum. Aristoteles ad alui profluvia v-
tile facit magis leporinum, equinum Diosc. Arabes & quidam
è Græcis astringens frigidum ac reprimens auxilium faciunt. Alij a-
crimoniã elementis, reliqua occultæ qualitati attribuunt. Hoc certo
habet, quod dissipata cogit, & coacta dissoluit Magnes ferrum attra-
hit, repellit Theamenes. Succinum illicit festucas ignorata vi. Can-
cer fluuiatilis tritus tela extrahit, lacertæ caput rana sumnis partibus
refectis.

Fermenti facu-
ta.

Coagulum quod
veterius est effi-
cacius.

Qua qualitate
occulta.

Cochlearum.

Cochlearum & limacum carnes, aliàs per se, aliàs cum suis volu-
tis tritæ, ac mixto interdum coagulo tela rapiunt, atque hydropicis
aquam exugunt, non prius soluere oportet, quam totus humor e-
xudauerit.

Ostrea viua.
Scorpio.

Ostrea viua pestiferos bubones loco transferunt, & ad se trahunt.
Scorpio tritus & impositus, quod infixit virus, retrahit. Oleum quod
ex eo fit, idem efficit, & calculos educit illitum glandi, si in cole re-
stiterint vel pubi, ac perinæ, si superius inhæserint. Cucurbitula
sûma vi rapit. Hirudines superficiem sugunt. Pus, vrinas, calculos, su-
ctus elicit, ore mûdo, ac prius loto fit, qui exungit. Pyulcus, catheter
iisdem vtilia sunt vincula, frictio, phœnigmus, dropax, sinapismus,
ferrum candens, vel admotum, vel impressum, calore trahunt. Sed
hoc violentum remedium est. Verum quæ non sanant pharmaca,
sanat ferrum, quæ nec ferrum, sanat ignis, quod Hippocr. in Apho-
rismis scripsisse volunt. Mixta remedia sunt theriaca. Psoricum du-
pla chalcite & lithargyro, aut æquis partibus cadmiæ & chalciteos
vel duabus chalciteos, & tribus cadmiæ, fortius est quod cad-
miam, quam quod lithargyrum recipit, minus acre locis metallicis,
Ex acerrimo aceto trita & fictili clausa sepeliuntur fumo. Hac arte
macerata triplo, duplone cerato excipiuntur. Ceratum sesquial-
tera ratione dupla, tripla olei, ad ceram conficitur. Ea metalico-
rum cura pharmaca tenuiora sunt, facilius penetrant, inde tra-
hant. Oleum sit vetus, ricininum, sinapinum, sicyonium. Raphaninum,
è terebinthina, laringa, strobilina, pinea, picea, abietina, arte chymi-
ca, si vis efficacius distillat; quæ resinæ etiã è profundo trahunt, sed in
primis terebinthina, deinde strobilina, in quibus non modo calor, sed
tenuitas partium in attrahendo spectari debet. Formula sũt. ℞. cerati ʒ.
3. terebinthine ʒ. ʒ. liquatis immisce puluisculi euphorbij ʒ. 3. inte-
rioris fermenti ʒ. 1. terebinthinæ liquidæ ʒ. 1. incorporata plurimum
valent.

Psoricum.

Quomodo tenuio-
ra metallica ex-
cipiantur.

Olea commoda
ex m. e. o. c. a.

ex G. a.
Act.

valent in punctis neruis. Propoleos acris & pinguis (nam cera vir-
ginea abutendum non est) ʒ. 2. olei veteris ʒ. 4. galbani ʒ. ʒ. coquant
ad ignem. ℞. picis liquidæ, picis aridæ, propoleos, partes æquales,
lithargyri, cerussæ, salis ana ʒ. 10. seorsum tusa, & cum olei quantum
sufficit, in mortario pista, ad ignem diu versentur, paulatimq; de-
coquantur. Lithargyri, cerussæ, nitri, ceræ Colophoniz, ammoniaci,
an. ʒ. 1. olei veteris ʒ. 6. reliqua ʒ. 6. lixiuij ficulnei, dum non
inquinent, concoquantur. Deinde cera Colophonia, ammoniacum,
deinceps quidem ac paulatim adiiciantur.

Relatum ad An-
dromachum.

Nucleorum è dactylis crematorum, nitri rubri, salis ammoniaci,
vel gemmæ, aristolochiæ rotundæ, radicis cucumeris agrestis, tere-
binthina an. ʒ. 20. piperis nigri & albi, ammoniaci, amomi, xylo-
ballami, myrrhæ, resinæ succæ, capitum lacertæ, lactei succi mori, ce-
ræ an. ʒ. 10. adipis caprini ʒ. 15. olei irini, quod sufficit ad emplastrum.
Vix parari potest nisi ad vocata ἀντικαλλόμυρα confugias. Quod se-
quitur admirandum ad strumas, ramicem gutturis, parotidas, omnem
duritiem & œdemata. Cupressi folia neque teneriora, neq; duriora
in puluerem comminues, tortiuo vino consperges, atque ita volu-
tabis, dum in facis corpus coeant. Inde struma vel ramex inducitur,
tertio primū die soluitur medicamentum; contractum lotum inuenies,
qui digitis exprimi debet. Rursus ad tres dies idem pharmacum
applicabis, eodemq; modo solues & exprimes, septimo die, vel ad
summum nono, strumæ velut miraculo abolebuntur. Exugit hoc sa-
niem per poros affectæ partis. Olei antiqui ʒ. 22. ceræ albæ ʒ. 15. ni-
tri vel salis torrefacti, aut facis crematæ vini ʒ. 3. terebinth. ʒ. 12. li-
xiuij querni, vel ficulnei ʒ. 18. cera cum oleo liquatur terebinthina
adiicitur, refrigeratis nitrum conspergitur, lixiuium paulatim affunditur,
omnia pistillo couoluuntur. Plurima ex ʒ. & 6. De composit.
Pharm. ʒ. ʒ. ʒ. 13. Aetijs repetenda. De sinapismo, dropace, phœ-
nigmo, & alijs alio loco. Addunt Apostolicon Nicolai, Oxycoc-
cum, & alia.

Necophonis è cu-
presso.

Admirandum
ad strumas reme-
dium.

DE RESOLVENTIBVS Cap. 3.

Ncrementis rheumatum discutiens materia cum repel-
lete misceri debet. Inclinate vitio diaphoretica pura sunt,
& horum vnicum fortasse genus est, sed clarior doctrina fue-
rit, si duplici differentia separem, vt alia quidam leuiora, quæ ἀραι-
ωτινὰ, alia fortiora, quæ διαφορητικὰ si vis appelles. Aræotica medie
naturæ vicina sunt eo calore, quæ humiditas temperet, ex quo mi-
nimè siccant, dolorem leniunt, relaxant cutem, spiramenta corporis ra-
refaciunt, tenuitate partium intrò penetrant, quodq; inhæsit parti,
liquefaciunt. Hinc ex humore vapor fit, qui subinde expirat, dum
omnino locus detumeat. Et adhuc quidè satisfaciunt, vbi tumor in
superficie exponitur. Locufq; mollis est ac rarus, materia verò cali-
da, humida & tenuis est. Quod si in alto corpore humor deponi-

Consilium

tur, si idem frigidus, crassus, glutinosus, si dura densaq; cutis, si verò longitudo quædam est flexus & anfractus, iam vi maiore opus est, videndumq; non quale in præsentia, sed quale futurum sit medicamentū, cum eò peruenit. Ex quo nec acribus quidē parcendū erit. Etenim pars exterior perferet, quæ ægra dolensque tolerare non potest. Maiora verò remedia in diaphoreticis numerentur, iam vicina epispasticis, quanquā utraq; virtus euocandi atque digerendi plurimis rebus infusa est, sed vt in vnoquoq; vis altera superat, ita genera distincta sunt. In hepate, liene, ventriculo, atq; id genus partibus, à relaxantib. metus est ne dissoluāt vires, ideoque adstringēs materia, qualis est aromatum, misceri debet. Frigida crassaq; materia, incidente auxilio prius cōparanda. Mollienda quoque vbi durior concreuit, ex quo à leuioribus ad maiora remedia gradus paulatim fiat, vt sine periculo discutias. Alioqui distillabit tenue, lapidescet quod crassius est. Cum parte stupida, durius, cum ea quæ vegetius sentit, clementius agendū est, quanquā stupore partis ab utendū non est, vt ea imperes, quæ exulcerent. Sic enim sensibile corpus intabescet, contrahetur, non rarefcet, cogetur materia, non liquefcet, horror, dolor, fluxio, irritabitur, dehiscet venæ, omnia in deterius cōmutabuntur, multò magis si pharmaca crassiore constent materia, & siccēt. In phlegmone quæ vetus est, videndū num quid affluat, id ferē accidit tumorib⁹ qui inueterascunt, vbi medella quæ reprimat cōmiscenda est. Posteaquā verò subsedit tumor, ac nihil quod exhalet reliquum est confirmada pars, quæ longo vitio elanguit, multò magis si stasis periodis, theumatismo, vexari solet. Arotica sunt, chamæm. lini semē, in maluis efficacissima, althæa, sequitur agrestis, domesticæ vis nimio humore elanguit. Aqua calida vitur Hip. in fracturarū exolutione, quā vocat *επιλυσις*, vinum exsiccat, reprimat & digerit, lana sordida bene carminata inebriata vino & inde pressa, ceratū similiter butyrū digerit mollium corporum parotidas, bubonas, oris phlegmonas, aliāq; innumera, vt per se satis esse possit. Oleū dulce, calens, & in quo illa efferbuerint. Sycyonium è folijs, fructu & radice cucumeris agrestis. Crinæon intinctū croco, omnes inflammationes discutit. Oleum caryinon efficacius è rancidis. Nux rancida per se vel cū melle trita efficacissimè fuggillata rapit, inuritur, aut candente ferro premitur vt reddat oleum quod optimè discutiat. Omne oleum cōcalfactū igne, quale est lucernarū, vel ignito ferro extortū efficacius est. Oleum vet⁹ ricininum, canabinū, anethinū, quod è rosmarino, maiorana, zābace, leucoio, hyssopo, alijsque eiusmodi œnelæo coctis, dū omnino exspirat vinum. Raphaninū, sinapinum, melanthinū, terebinthinum, hypericinō, potenter digerūt. È radice brionix, & vocati sigilli Mariæ, cnico, grano gnidio, hydropicis & œdematis olea cōparatur. È galbano, ammoniaco & similib⁹ quæ molliant ac digerāt. È dauco, cāro, cumino, ruta, vt flat⁹ excutias, cui vel galbaninū vtile est. Si incidendū quid detergēdūve, aliquid aceti vel oxym. affundi potest, quo tempore, ablinthium, polium, iris, gentiana, vrtica hyssopus,

Cautio.

Ab acrioribus
quid contingat.Particulari
ma
certia.Olea.
Oleum liliorum
cum croco.
Nux rancida.

pus, & similia œnelæo incoquantur. Hic vinum melius non adstringens, giluum, tenue & odorum. In phymatibus & parotidibus duriorum corporum talia ex vsu sunt. Brassica per se, vel cum axungia trita, induratas phlegmonas & vetera erysipelata discutit. Adipe & medullis recentibus laxando, veteribus discutiendo vtendum est. Mastiche, furunculis: Ammoniacum & similia charadibus & articularum tophis conueniunt. Fermentum oleo pistum, & cum cocta capamixtum, potenter coquit, mollit ac digerit. Pellibus animalium recens detractis, in contusis verberumque plagis vti conuenit. Fœnugræcum duris phlegmonis adhibendum. Acetum achoribus & œdematis vtile est. Agrippa concalfacto aceto pedes immerfit, vnde intolerabili pedum cruciatu liberatus est. Oxycrato quoque tepido & oxymeliti vis inest discutendi. Mel in diaphoreticis censetur, magis etiam quod rosmarino & similibus conditum est. Butyrum ac digerit tenellorum corporum parotidas, bubonas, oris phlegmonas, aliāque innumera, in quibus per se satis esse possit. Melius est initio in aqua rosacea lotum, & modico intinctum croco, conditum melle coquet, detergebit & digeret. Oleum dulce, calens, & in quo diaphoretica illa efferbuerint, spondylium, serpillum, pastinaca, pulegium, calamintha, menta, & similia, quo genere olei vtendum erit in crassiore materia, & vbi robur partium firmandum est. Sycyonium è folijs, fructu & radice cucumeris agrestis multum digerit, ac ferē loco veteris vsurpatur. Vix enim reperias vetus, quale olim tricenarium, quadragenarium, & eo antiquius seruabatur. Crinæon, id est oleum liliaceum intinctum croco omnes inflammationes discutit. Efficacius è nucibus rancidis, & in hoc genere efficacissimum, quod in lucernarum ellychniis concaluit, quo gangranas, agilopas, carbunculos quidam persanant. Nux rancida per se efficacissimè fuggillata delet, leuiter exuritur flamma, aut candenti ferro exprimitur, vt reddat oleum, quod efficacissimè discutiat. Omne oleum concalfactum igne quale est in appullis lucernarum, vel ignito ferro extortum, efficacius est. Ex quo feruefacto nouo oleo dulci pro veteri vti licebit. E tritico & nuce quam moschatam vocant, contra lichenas candentibus laminis extinguitur. Ex assis ouis premente cochleario, in singulari sartagine concalfacta igne, quæ plumbo vel vitro incrustata sit, contra impetigines, lentigines, & fœdas maculas oris. Alia quoq; prope infinita, quorum conficiendi ratio à Mesue & aliis descripta est. Oleum vetus, ricininum, canabinum, anethinum, quodque è rosmarino, maiorana, zābace, leucoio, hyssopo alijsque eiusmodi conficitur. Aqua & oleo, vel hoc & vino materia incoquitur, dum omnino exspirat humor, & oleum reliquum sit. Raphaninum, melanthinum, sinapinum, terebinthinum è resinis pressum potenter digerunt. Hypericinum mollitus est. È radice brionix & vocato sigillo Mariæ, cnico, grano gnidio, hermodactylis, anacardiis, arida vini face, calce hydropicis & œdematis. È galbano, ammoniaco &

Agrippa aceto
liberatus.

Mel.

Butyrum.

Olea.

Sycyonium.

Oleum è liliis.
Carymon.

Nux rancida.

Oleum lucernarum
narium & ex
tortum candentē
ferro.
Oleum è tritico.

Ex ouis.

Olea alia magis
digerentia.
Efficaciora prioribus.Efficacissima.
Vi mollit.
Contra.

similibus quæ molliant simul ac digerant, è dauco, caro, ruta, cumino, lauro, vt flatus discutias, cui rei & iuniperinum & galbanum vtile est. E sambuco & ebulo iuuat hydroxicos, œdemata, podagricos. Si quid incidendū atque detergendum, aliquid, aceti vel oxymelitis fundi potest, qua in re absinthiū, polium, centaurium, iris, enula, gētiana, aristolochia, vitica, hyslopus & similia œnelæo incoquantur. Hic vinum melius, nō adstringens ætate vetus, colore giluum, tenue & odorum. In phymatibus, bubonibus, parotidibus duriorū corporum talia ex vsu sunt. Ac bubonibus peculiariter à maiorana factū. Chamæpitys in oleo cocta mammarum duritias discutit, & articularum vitia adiuuat. Cypero vtendum, vbi resoluendum & leniter astringendum, cui rei olea croco intingantur, idque curadum magis in viscerum causis, & cum iā prope nullæ reliquæ sunt tumoris, & hic totus ferè euauit. Brassica per se vel cum axungia trita, induratis phlegmonis & erysipelatibus idonea est. Affectas partes oleo fovebis, materiam tusam, in cataplasmate foto prius loco fasciis, alligabis. Adipe & medullis recentibus quidem laxando, veteribus discutiendo vtendū erit. Sed de his alio loco. Mastiche furunculis, ammoniacum & similia chœradibus & articularū tophis conueniūt. Mulsæ prodest, in qua hyslopus, thymus, organū & similia coxerint. Fermentum oleo pistum, & cum cœpa cocta tusum potenter coquit, mollit ac digerit. Pellibus animalium recens detractis in contusis, præcipitatis, verberumque plagis vti conuenit. Fœnugræcum oleo coctum duris inflammationibus adhibendum. Caricæ acres incoctæ mulsæ idem præstare possunt. Pinguibus autem, vt coquas, lenias, & leniter digereras, vt edum est. Mirum est, quod affirmant. Coluber fluuiatilis fœniculo à cauda præligatus suspenditur subiecto vase aqua pleno, in quod dehiscat, ore aliquot post horis vel diebus lapidem eruetat qui exceptus vase quod subiacet, totam aquam ebibebat. Alligatur lapis hydropicorū ventri, atque in totū exhausta aqua liberat. Fomenta sunt è mulsæ, aqua calida, vino, hydrelæo, oxymelite; in quibus, si vis digerens pharmacū præcoxerit. Sacculi similiter è floribus anethi, meliloti, chamæmeli, rosmarini, calendulæ, maluæ, althææ, seminibus lini, fœnugræci, fursure, aliisque id genus materia infarciuntur. In fomentis ex eodē genere remediorū incalescunt, atque inde succū rapiunt, exprimuntur, & calidi adhibentur, vt leniāt, coquant, laxent, discutiant. E materia sedulo contusa, laxior sacculus & leuior esse debet, ne quid grauitate ledāt, & exasperent, idque multo maximè in molli parte, & vbi dolor est. Modus est quū inde quiescit dolor, & minuitur moles. Nimiū est, si quod resoluas in pus vertitur, quod discutias, in scirrū cogitur, si deniq; robur partis immoderato vsu dissoluitur. Cerata simplicia oleo minus degerūt, sed firmius hærent. E cera fulua, triplo vel quadruplo oleo digerente, ro. vel 12. resinæ parte, & reliqua materia, quæ digerat, infinita cerata efficiunt. In superficiali vitio & materia tenui fofus ex oleo satis esse potest, vbi contumacior humor est, & altius latet non modo ceratis crassioribus sed malagmatis & emplastris vti oportebit. Idque plurimum

E sambuco & ebulo
Ubi incidendum
& detergendum.

E maiorana.
E Chamæpity.

Brassica.

Adeps & medulla.
Mastiche ammoniacum, &c.
Mulsæ.
E fermento & cœpa.
Pelles animalium recens detractæ.
Caricæ.

Mirum de lapide colubri.

Fomenta.

Sacculi.

Cerata.

plurimum fit in querelis articularum, vbi in ceratis, acopis, malagmatibus emplastris seligenda olea quæ conueniant, qualia & ante multa notata sunt, & nunc dicentur. E resinosis seminibus & assulis abietis, pini, picæ, tenax & vnguinofum oleum elicitur. Conueniente oleo & vino erinaceus coquitur dum putrescat, putrilago capta roriore linteo in ollam, quæ reliquum oleum habet, magno conatu exprimitur, & oleo mista articularibus vitiiis seruatur. Idem è vulpe, lutra, meli, cignorū pullis, testudine, ranis, cato veteri & enasculato fieri potest. Quæ animalia digerenti materia si vis infarciat & ita coquas. Possunt etiam eo modo facta & in veru fixa exallari. Excipitur pingue quod diffluat. Lignum sanctum pingue ac succosum, non obductum situ aut cariosum, in fragmenta diuides, vt inde hac arte exprimat oleum, quæ & ex aliorum lignorum assutis ac ramentis, omnique materia in qua sit pingue aliquid & vnguinofum, olea deducas. Duas figurales ollas satis amplas, quæ interiore ventre plumbo vel vitro inductæ sint, ita comparabis, vt vtræque ore respondeant, & planis labris non prominentibus neque rotundis, exactè committi possint. Atque conueniet alterius vasis margines intro proiici, easque rectas non decliues non elatas: his ergo marginibus craticula ænea, vel reticula incumbat. Erit hoc ad escariæ lancis imaginem conformatum, & connexo gibbo deorsum spectabit, caua parte vertetur sursum, extremo ambitu rotundo, rectis labris vasis, quæ intro prominent insidebit. Assule lignorum ita struentur, vt craticulæ marginibus extrema parte nixæ quasi parallelos fingant, ac rursus alię transuerso aliæ in decussum superiabantur, & ita attolletur materiæ moles. Alterum vas, quodd est reliquum, ore & labris subiecti vasis marginibus, aptabitur, vtrumque argilla vel chymicorum luto compingetur. Ita compositis fistilibus reticulo & assulis, totum vas inferiùs terra defodi debet, vt extrema facie solo adæquetur. Alioqui ædificium aliquod luto, calce, gypso, & regulis extruendum in ambitu iusto pede latum area æquabili, in cuius meditullio quasi labellum sit, quod deorsum hiet, in quod vas inferiùs deponi possit, atque tam cauum sit, quantum videlicet altitudo vasis est. In area ædificij mollis ignis è puro carbone paulatim succenditur, vnde superior olla, quæ tota extra fornacem eminent, concalescat & ex eo materia quæ intus latet, exudabit liquor pinguis, qui per craticulæ meatus in vas subiectum diffluet, isque sedulo colligendus, & vsui seruandus est. At ignem paulatim augeri necesse est, qui vbi senescere videatur, noua iniecta pruna foueri debet. Qua ratione veteres καπνισθῶν suum exprimebant. Ex lini semine oleum trusatili mola exprimitur, cum fermentitio lixiuio subigitur, modicum terbinthinæ ad lentorem additur, mollit, lenit, digerit. Panis cibarius conditus sale ericinino pinsitur, sugillata delet. Cataplasmata è farina fabacea, hordeacea, è panico, milio, lupino, orobo, cicere, lolio, fœnugræco, lini semine in putrescentibus & contusis ex oxymelite & lixiuio in aliis ex oleo farinæ subiguntur. In putrescenti articulo

Olea Arthritis.

Oleum ex vrinacis.

Oleum à ligno sancto.

Arx deducendis olei è rebus pinguis.

E lini oleo vrinacis.

Cataplasmata.

contusioque neruo circa initia, fabacea & hordeacea ex lixiuio: postea eruina ex eodem Galenus vsus est. Aliquando etiam contusis simul & vulneratis nervis fabaceam oxymelite iunctam vsurpauit. In cataplasmatibus, quæ discutiant, aliquid misceri conuenit, vt ne lentore offarcent, multò magis si quid pestilens ac malignum, vt in bubonibus & carbunculis pestilentibus ex quo Galen. puriores panes in carbunculis reicit. Orobi farina diluto oxycrato cocta, & in calido cataplasmate, adhibita crassa viscidâque secat & discutit. Eodem modo vsurpatur è lupinis, ciceribus & lolio, mitior est è fœnugræco & lini spermate. Milium agrè infriatur, & cataplasmata fingit, atque hoc vt panico, siccando magis quam digerendo vtendum est, vtrumque refrigerat & in oleo coctum discutendo leniter facit. Cataplasmatibus miscentur puluisculi è spica, vocata lauandula, chamæmelo, meliloto & aliis. Modus ferè est, vt farina ad puluisculos dupla sit, quanquam & tripla & quadrupla, æqualis etiam, vt corpus & vitium exigit. Fauos mellis è vino frigens cum farina loliacea vel simili, butyro & terebinthina vel laringa subiges. Bdellium cum melle teritur, calx cum veteri axungia, laserpitium cum sulphure, molliunt, tergent, discutunt. In durioribus phlegmonis sales commiscuntur. Astringunt marini & digerunt, sed vsura tenuiora fiunt, & vim astringendi deponunt. Cineribus ostreorum, buccinorum, crematis cochlearum, cauis & testulis pectunculorum vtimur inueteratis in scirrhum vergentibus in inflammationibus & parotidibus, triplo butyro, æsypo, adipe concorporantur, cera interdum addita, aut in ceratis adhibentur, quale fuerit butyri, æsypi, ceræ, cinerum ostreorum ana semuncia. Eodem modo salibus, sulphure, pyrethro, cardamomo & aliis id genus vti oportebit, vel earicis in marina coctis tusisque, ea commiscenda. Caprillum stercus ex aceto tusum inueteratas parotidas discutit. Sed his omnibus vtendum iam sedatis doloribus & quieto fluxu, satis denique purgatis corporibus. Sulphur cum oleo veteri axungia, molli terebinthina, salua mistum, vel in vrina & lixiuio maceratum venenatis morsibus conuenit, terget, attrahit, discutit, nonnunquam aceto priùs conspergitur. Calx lota in recenti axungia tenellis corporibus adhibetur. Lapis calaminaris & quæcunque metallica acria sunt, vsa discutunt, cruda mordicant. Sapo soluitur oleo. Sed acribus non vtendum, si quid doloris & caloris reliquum est. Ac tumoribus qui in scirrhum abeunt, adhibentur. Manè & vespere commutantur, videndumque, vt ne nimium calfaciant. Δυὰ χαλκίτεως neque vino, neque astringente succo pistum subduplo oleo veteri, ricinio, raphanino diluitur, vt sit liquidi cerati corpus. Atque aliquando modum olei superare oportet, vt sint pharmaci 3. 10. olei 12. In teneris corporibus & lacunis vlcera oleum paulò vincere melius est. In vigore & antè declinationem oleo dulci ætate media dissoluitur, in declinatione vetus oleum idoneum est. In contumaci

Farina.

Sales.

Cineres diaphoretici.

Caprillum stercus.

Sulphur.

vitio & minus calente, olei chamæmeli ʒ. 3. ceræ ʒ. 3. adip. anatis & gallinæ an. ʒ. 1. chamæmeli & anethi an. ʒ. 2. omnia lento igne cocta percolentur, vt fiat vnguentum. Aliud. Olei sicyonij ʒ. 3. ceræ ʒ. 2. in frigidiore materia seminis fœniculi, anisi, anethi an. ʒ. 2. farinæ lupinorum, farinarum fœnugræci & seminis lini ana ʒ. 1. coquuntur vino, contunduntur affuso oxaleo, & ita applicantur. Papaueris cornuti folia, propoli pingui, vel pice molli strumas, bubonas, & similia emolliunt atque discutunt. Loco pro poleos, pice liquida vel arida, sed solata oleo, vt discutiat, vti licebit. Aliud. Colophoniam ʒ. 1. ceræ sesquilibram, olei ʒ. 3. simul liquatis addito salis torrefacti subtilissimè triti ʒ. 6. vbi refrixerint, manibus conuoluito, cylindros quas Græci vocant *μικράλις*, nostri magdaleones, fingito, in vsu alutæ intendito, & adhibitum dolenti loco finito. Pus exugit emulgetque quafi miraculo, quod cum emplastro hærens deraferis, de integro pharmacum induces idque aliquoties repetendum. Medicamentum hoc durius dolor non sustinet. Idem præstat picis aridæ, ceræ nouæ ana ʒ. 1. olei ʒ. 2. blando igne fusa coniungantur. Al. Picis, ceræ nouæ, axungia suilla, saponis nigri ana ʒ. 2. liquata transcolato, hydropisimos vacuat, & dothienibus medetur. Al. quod vehementer discutit.

Aliud.
In frigida materia.

Pus exugens.

Ad hydropisimos
& dothienas.

Vehementer discutiens.

℞. galbani, castorei an. ʒ. 1. liquefiant in olei ricinini sesquilibra, expresso & colato pharmaco adde picis terebinth. an. ʒ. 4. ceræ quod sufficit, vt fiat solidum pharmacum. Hæc autem pertinacibus vitiiis & induratis phlegmonis imperanda sunt, in quibus est quod molliat, coquat, trahat, discutiat. Inflammationum reliquiis siquidem nihil durum habeant, satis sunt chalaistica. Rhodiaceum Asclepiadis curans & discutiens mammas induratas.

Chalaistica quæ
do vtendum so-
lū.Asclepiadis mā-
mæ & sedis con-
ueniens remediū.

℞. lithargyri, ceræ amaræ, ana ʒ. ʒ. axungia bene purgatæ, cerusæ ana ʒ. 3. myrrhæ ʒ. 2. olei ʒ. 7. Lithargyrus oleo coquitur, axungia colliquitur, & cera, ex quo cerusa immittitur, sublatis igne myrrha inspergitur, transfatis omnibus in mortarium vitellus oui assatus commiscetur, vsus tempore conueniente oleo diluitur. In sedis vitiiis rhodino vel myrrino dissoluendum est. Plura 6. & 7. De compositione medicamentorum *κ^α χαλκ^ι & 15.* Aët. Et quæ vehementer trahunt, diaphoretica redduntur cerato, dulci oleo, vel adipe, ac breuiter paregoricis temperata, & mediæ naturæ medicamentis. Partem chalaisticis fouebis quæ relaxent, & spiracula rarefaciant, fundantque materiam ex quo diaphoreticon induces, liquidum quidem & molle initiis vbi dolor aliquis est, lenius etiam & sistenti pharmaco mistum, atque hinc ad paulo fortiora, nec tam liquida transeat. Postremò vt mitescit dolor, & fluxio minor est, ita ad efficacissima, si fuerit opus, & emplastri forma compacta paulatim veniatur.

Ratio vtendi.

Contumaci

De mollientibus. CAP. IV.

Malactica qua.

Vsu.
Scirrhi genera.

Unde inflammatio in scirrhum transit.

Alia genera scirrhi.

Leges in usu malagmatum.

Desperatum scirrhum.

In lenta materia.

MΑΛΑΚΤΙΚΑ sunt quæ modicè calida nulla vi siccandi vel humectandi manifesta indurata corpora emolliunt, quanquam, vt omnia ferè multiplici natura coierunt, in malacticis censentur plurima, quæ primo ordine calfaciant, secundo siccant ac tertio. Sed quæ malactica sunt, humido calidoque elemento temperari necesse est. Plurimus vsus est in tumoribus quos σκίρρ'ώδεις medici appellant. Hi in musculorum finibus ferè concrescunt, aliquando in medijs musculis, glandibus, visceribus, vlcerum labris ex materia crassa, lenta & frigida, qualis est pituita & melancholicus succus. Sed è melancholico succo omnino cancerosi sunt, & malagmatis exasperatur. Inflammationes in scirrhum cogi contingit, si materia crassa & lenta est, si adhibita pharmaca quæ nimium siccant & calfaciant, qualia sunt ἐπιπαστικά & ἐξίπωτα. Hic enim tenuè exprimitur, reliquum occalescit. Sic enim topi in articulis, & calculi in renibus lapidescunt. In tenui serosaque materia non ita metuitur scirrhus: tota enim facilè exhalat, in crassa & viscida omnino declinanda, quæ siccant, discutiunt, adstringunt, siquidem sola molliendi cura est. Atque omnino tum phlegmonè, tum erysipelata quæ cum duritie declinant, malacticis curanda sunt, quæ citra hanc laxantibus remedijs & diaphoreticis va-
cuentur. Malacticis quod clementer digerat interim commisceamus, sed quo iam tempore tumor durior cœperit edomari phlegmone & erysipelata in scirrhum degenerant refrigerante nimisque astringente materia, sed à phlegmone scirrhus amplior est. In usu malagmatum certæ sunt leges. Primum enim cognoscendum quantum pars ægra à sua symmetria recesserit, quanto se ipsa siccior atque humidior euaserit, quantum denique vitium increuerit, ex quo æstimandæ remedium vires. Tum naturas partium distinguere oportet, postremò artificiosè colligendum qua ratione emollias, nunquid admisceas quod detergeat, incidat, discutiatur. In quorum omnium usu modum & occasionem animaduertas. Desperatur scirrhus, qui sic occalluit, vt iam non sentiat, & inde glabrescat locus: desperari dico, quia nullo malagmate domari possit. Etenim rescindi ferro, & septis exedi potest, nisi à subiectis neruis, venis arteriis metus est. Scirrhus cui sensus aliquis vel obscurus, vt magis minusve induruit, ita lenius aut efficacius auxilium requirit. Mulieribus, pueris, eunuchis, vrbans hominibus ociosam atque umbratilem vitam degentibus lenior medela, nautis, messoribus, fossoribus, duris omnino & laboriosis corporibus fortiora malagmata conueniunt. In lenta & contumaci materia miscendum aliquid, quod incidat atque detergeat, id in chordis & tendinibus consuevit. Tale est acetum mulsum, aut si ab aceto metus est, melicratum, in quo hyssopum, thymum, pulegium aut calamintha præcoxerint. Est & hoc

hoc animaduertendum. Scirrhus quidam simplex, alius φλεγμονώδης, vt quædam inflammatio σκίρρ'ώδης est. Scirrhum malacticis & diaphoreticis excutis, phlegmonem lenies, concoques, & in halitum vacuabis. Vbi vtrunque coit, vt hoc vel illud superat, ita remedia temperabi. Malagmata in cerati crassioris formam & corpus compingantur, quæ inde κηρατομαλάγματα appellant, quanquam aliquando cerati, aut cerati liquidi, nonnunquam emplastri compage permiscantur, vt videlicet molle ac tenerum, squalens, durumque corpus est, & vitium habet. Cataplasmata fiunt è farinis hydrelæo coctis. Quod si hydrelæo lini semen, althææ radices, & liliorum, ficus pingues, aliæque id genus prius incoxeris, deinde in expressa mucagine farinas subegeris, magis emollias. Cataplasmata ita consistere oportet, vt mollia quidem sint, sed non diffuant. Adduntur cataplasmatibus, oleum, resina, quæ quasi vinculo pharmacum retineant, adduntur pista herbarum & semina, quæ vim malagmatis inaugeant. Sed modus sit, ne inde durius euadat, aut contra soluatur corpus cataplasmatibus. Integrum enim permanere, & compage inuita necesse est. In calore, phlegmone, parua duritie & natura molli paulò liquidius confugi potest, & rursus crassius, vbi omnia contraria sese offerunt. Ac diutius insistere pharmaca vtile est, neque vno die sapius absolvere oportet, nisi exaruisse videantur, ac ne exarescant celerius, oleo, adipe, mucagine ferè coniunguntur. Leniter emolliunt butyrum, œsopus & lana succida, hæc oleo inculcanda, amygdalino, lirino, chamæmelino, oleo, in quo semen lini, althææ, fenugræci, in quo malua, althææ, cucumeris, agrestis, & liliorum radix, tenella malua agrestis, & liliorum folia, vel viridis anethi cacumina præcoxerint, in quo aliquid illiquatum fuerit galbani, ammoniaci, bdellij. Molliunt & hæc, lentiscinum, terebinthinum, mastichinum, quæ tum peculiariter vsurpantur, quum præterea digerendum ac leniter repellendam. Hyoscyamino, violaceo, nenupharino, locus est in ea inflammatione, quæ iam videatur indurescere, hæc ergo olea in lana fordida molliter apprimuntur, ex quo malacticum impingitur. Omnia verò prius intepeasant. Etenim frigida omnino vitanda sunt. Expressa oleorum materia & cum adipe pista aut cataplasmatibus incorporata, malagma finges, vt liliorum radice cum adipe anserino mista. Olea quæ tenuitate partium celerius permeant, ex emplastris mollientibus Chymicorum arte educuntur. In malagmatis censenda sunt vitellus oui, crocus, cera vnguinosa, carica pingues. κηρέλαιον è duplo oleo vt sit liquidissimum æquali, vt sit medium. Iam crassum est, quod cera partes quatuor & olei tres continet, magis emolliet quod è cera pingui, dulci oleo, lirino vel simili temperatum sit. Cera alba recens, mollis, cum æquali pondere butyri, resinæ liquidæ vel colophonix pulchre emolliet. Caricæ pingues cum irino, lirino, capparino, trita scirrhis hepatis & lienis opitulantur. Id habet peculiariter scirrhus hepatis, quod leniter mollientia desiderat mistis aromatibus, quæ calefaciant &

Differentia scirrhi.

Consistentia malagmatis.

Cataplasmata.

Particularium materia. Olea malactica.

Utendi modus.

Frigida vitanda.

In scirrhis hepatis & lienis.

Siraon.
Adeps & sebum.

tenuent. Sed hec vincere oportet. Siraon e pinguis caricis ad melliginem coctis, mollit, terget, digerit. Adeps & sebum vtrunque coquit, laxat, & mollit: qua, quia materia vnde generantur, genere animalium, & loco vbi concresecunt, natura denique (adeps enim mollior est) differunt, cum Aristotele distinguas licet, vt in natura molli, adipe, in dura, sebo potius vtendum putes. Rursus quia minimum est quod dissident, misceri possunt. Vtrumque genus natura & specie animalium, ratione vitæ & pabulatione, sexu & aetate, deinde quia hæc recentia, illa vetusta, alia sincera, alia condita sale & aromatè vel externa imbuta qualitate, distinguendum est. Lenissimus suillus adeps (axungiam vocant) in qua mirum est, & experimento constare veteres scripserunt, quod ea genibus alligata redit in os sapor, vt etiam expui videatur. Ex quo fortasse non vnus hydrargyri qualitate, sed totius mixturæ ex eo & axungia illitis in lue venerea os grauius exhalat, & salua madet. A suillo sunt vitulinus, hædinus, caprinus, bubulus, quibus si lubet, vulpinum & leporenum adiciet, atque hi leniunt magis & concoquunt. Efficacissimus est leoninus, cui proximi sed inuitati, hyæninus, pardalinus, deinde vrsinum, & hi duriora corpora molliunt. In medio sunt taurinus, hircinus, ceruinus, quibus ascribi possunt arietinus, equinus, asininus: caninus admodum efficax est. Taurinum sebum omnium domesticorum animalium pinguis, siccando superat, tenuitate partium à leonino, pardalino, & hyænino superatur. In volatilium genere efficax anserinus adeps, anatinus, olorinus, sicciore est gruibus & predatoris aibus, suavis gallinaceus, calidior columbinus. Ex anguillis & fluuiatilibus piscibus, languet, è marinis ferè sicciore & calidior est. Humanus mediocriter habet ad omnia. Domesticorum animalium pinguis humidiora sunt, vt suum quam a prorum, è maribus sicciore & calidiora. Castrati mares fœminis respõdent, ideoque veruecinus adeps arietino languidior est. E iuuenibus animalibus humidior est vnguedo, è senioribus sicciore. Adipes oleo magis emolliunt, etate calefaciunt magis, tenuiores fiunt, acrimoniã contrahunt. Purgatur adeps exemptis venis quas fibras vocant. Salsus vel conditus aromatè sicciore est. At constat pepticis & malacticis aduersari, quæ nimium siccant, quanquam Plinius conuenire scribit salsam axungiam mollire magis. Id in suillo adipe fortasse concedi potest, qui alioqui parum emolliat. Recens adeps si desit, & vetus ad curam reuocandus est, liquefieri prius oportet, & purgari fibris, mox frigida sepius lauari, postremò etiam vino quam odoratissimo. Eo modò sepius liquatur, cogitur, lauatur aqua & vino, dũ omne virus exuat. Quod grauiter olet ferè odiosum est, ex quo odoratis aquis arte chymica illectis (*σαδάγματα* vocat) sepius lauatur, aut exodoro vino subigitur. Infumatur etiam iisdem aquis, quæ momentum moschi, vel ambaris conceperint. Medulla in sebalibus in adiposis animalibus adipi respõdet: viscera, chordas, tendines, musculos emollit, ex ossibus humidior, è spina sicciore est. Prima laus ceruinæ quæ nullis malacticis inferior est, vitulina sequitur, tũ ouil-

Tres ordines adipum.

Pur.
Efficacissimi adipes.
Medij.

Taurinum sebum.

Volatilium adipes.

E piscibus.

Salsus adeps & que siccant.

E veteri adipe quomodo recens paratur.

Medulla.

la & caprina. Acrior taurina est, quam vt emolliat. Atque hec leniora sunt. Iam verò durioribus corporibus conueniant, ammoniacum, quod aceto liquari potest, leniter decoquendum ne efferuescat, id si metuitur, ex aceto læuigatur in mortario, & reliquis in cacabo coctis permiscetur. Bdellium molle & pingue salua hominis subigitur, mollit, coquit, modicè digerit. Styrax idem efficit, verũ liquidò, aut in melliginoso vtendum est. Nam neque styrax aridus, qualis est, quam calamithem vocant, neque ammoniacum, neque denique quicquam generis eiusdem malacticon est, vbi iam exuccu inaruit, & discutendo vsurpandum est. Galbanum præterquam quod mollit, coquit, discutit, etiam septicon est, & dolorem lenit, purgatur sordibus hoc modo. Mundo linteo raroque conuoluitur, & ita feruida immergitur, vt pendeat quidem, ne fundum attingat. Nã per raritatem linteï colatur galbanum, sordes in linteo retinentur. Liquestit vino vel aceto, aliisque modis, & coctionem non sustinet. Efficacior opopanax. Ladanum mollit ac repellit. Propolis ammoniacò vicina est, & qua (vt ante dictum est) pro galbano veteres vtentur. Sinthæc omnia mollia & pinguis, pro sua quæque natura, quæ si aetate inaruerint, nec ad magnum fuerint molliora, pingui oleo instaurare oportet. Malacticis, quæ emplastica esse conuenit, resina coniunguntur. Resina sunt quæ acrimonia careant, chia mastiche, larigna, picea, abietina, terebinthina. Pinea nimium siccata, strobilina acrior est, bitumen & pix aridiora sunt. In summa, quæ nimium siccant, quæque acria sunt, reicere oportet. Neque enim iuuare possunt, nisi aliis temperentur. Pix mollis & bene pinguis, qualis olim Brutia, utilis est. Neque verò pix, neque resina molliendo idonea est, nisi vel liquida, vel ita mollis, vt tracta faciliè sequatur visco similis vel cera, quæ vt paulò firmior sit, quã vt sequatur, pressa tamen digito concedit. Acrior & sicciore repudianda est, quæ liquidior videatur cera, ceratis & magis corpulentis malacticis colligatur. Durior pingui & oleo macerari debet. Butyrũ, pinguis, atque omnino liquabilis, vesica suis includuntur, demergitur hæc aqua calida vase concepta, in quo coxerint quæ emollient. Sic illa paulatim eliquantur, & ascititia vim transpirante halitu per vesicã cõbibunt. Succedit his miraculosum ex aceto remediũ, quod nõ temerè, sed summa ratione adhibendũ est. Scirrhus malactico oleo fouetur, ex quo inducitur malagmate, hoc diebus aliquot permittendũ loco, neque prius reuellendũ, quã exuccu solutumque videatur, hic ergo detrahi potest. Quod cum feceris partim oleo, vt prius, fouebis malagma nouum & bene succosũ impinges, quod priore paulò sit efficacius. Mora igitur dierum aliquot interposita pharmacũ reuellens, animaduertens, quãtũ emollierit, vt si lenius videatur, vim eius inaugeas, ex quo gradatim ad ea quæ acetũ combiberint, peruenias. Quæ omnia postquam profecisse animaduertentis, & mollior tumor extiterit, pyritè lapidem molarem, aut silicem, vnde scintilla decutitur, candentem igne, acerrimo aceto merges. Exhalabit plurimus vapor, quo scirrhus aptè infumadus est circumsepta parte, ne dissipetur fumus: se-

Qua magis emolliunt.

Ammoniacum.

Bdellium.

Styrax.

Galbanum.

Opopanax.

Ladanum.

Propolis.

Malagmata em-

plastica sunt.

Resina.

Acritus.

Infumatio ex py-

rite & aceto.

totus in scirrhum coëat . Lo cum iam satis infumatum oleo tepido fouebis, & reuocata prima illa curandi via malagma applicabis, atque ita bidui vel etiam tridui interiecta mora aceti vsum & igniarium lapidem reuocabis, vt sit aceti vicissitudo & remedium quæ molliunt. Verum neque diutius, neque sapius halitu aceti, pars vexanda est, ne in lapidem concreseat, & neruosum genus grauius laceffatur. Sed vt molliendo profeceris, ita acetum & effumantem lapidem repetes. In malacticis quoque vsus aliquis interpellari debet, primùm enim (gratia exempli) è pinguis caricis, medullis, adipib. cera & oleo exigua resina mista, malagma cõficiet, aut parygron vsurpabis. Tum vt res succedet, ad ammoniacum & similia veniendum: ac primùm quidem hæc citra acetum, deinde cū aceto lenioribus commiscebis, quibus quum vno vel altero die fuerit vsus, ad ea quæ leniora, quæque sine aceto fiunt, curâ reuocabis, vt veluti circulo quodam & è re nata auxilia transmutentur. In musculis & liene tutior aceti consuetudo est, in chordis & tendonibus, neque diutius, neque frequentius vtendum erit, vbi scirrhii magna ex parte coalescunt. Atque hæc de aceti vsu breuiter dicta sint. Ammoniacum aceto fufum manibus diducitur, vt sit luti crassitudo, tum ex irino, lirino, capparino pinfitur, terebinthinæ sextula coniungitur, puluerantur ora cumino trito, aniso, sale torrefacto, & in alutam explicata splenicis affiguntur, fermentum coquitur aceto, hepatis duro & lieni, potest oleo vel butyro condiri, & terebinthina colligari. Fortius acetum est in quo thymum, hyssopum, pulegium, & similia tusa maderint. Lene malacticum est buyrum, cera, resina æqualiter mista. Eodem modo adeps cum cerato iuctus & resina. Caricæ pinguis in sapa coctæ, & vino dulci cum lirino tusa. Lini semen hydrelæo coquitur, & cum adipe infringitur. Althææ radix qua parte pinguis & quasi medullacea est, eraditur, & resina colligatur. In conficiendis malagmatis radícula vtendum est è resinosis arboribus, nec astringentibus è caule maluaceo ex assulis tedæ. Alioqui maluæ folia extremæ spathæ alliganda, vt inde verses, volutes, ac denique conficias malagmata. Licet etiam more nostro & exemplo veterum rarum linteum infarcire lini semine, foliis althææ, aliisque id genus, & extremo veruculo velut caput alligare, inde pharmacū circumagere, nodū, caput hoc nostri, veteres *κροκουφάντιον* appellarunt. Quod si fuso butyro, adipe, oleo intingas, idque sapius repetas, dum medicamentum in cacabo vel mortario conuoluitur, *μαλακτικώτερον*, hoc est, magis emolliens pharmacum relinques. Atque hoc semel quasi exemplū positum sit, vt in aliis pharmacis spatha, veruculo, capite, asserculo, aliisque id genus instrumentis, cõuenienter vti possis. Parygron Heræ & veteribus laudatum recens dolorem lenit, phlegmonas mitigat, paruis inflammationibus medetur, id quod lenioribus malagmatis omnibus commune est. Parua vlcis cicatrice claudit, si coctis prius matallicis comparetur, recens liquidum est, vnde nomen habet, ætate verò concrefcit, recentis vsus

Remedia composita.

Ex ammoniaco splenicis.

E fermento hepaticis.

Aceti vii quomodo intendatur. Lenia malactica.

Radicula malactica.

in paruis inflammationibus, quæ doleant, concreti & vetusti in phlegmone declinante non dolente quidem, sed iam durefciente, quæ vt magis minúve induruit, ita vt vetustius, vel minúve vetustum parygron requirit, quanquam eò vsque occaluisse contingit, vt ne vetustissimo quidem parygro iuari possit, tūmque maioribus auxiliis certandum erit. Itaque vt mollias, parygro vtendum non ita liquido, nisi fortasse in mollioribus naturis, neque concreto, nisi in callosis corporibus, omnino verò modicè durum sit quod emolliat. Vetustius oleo, butyro, adipe dissolui potest. Est autem mistura hæc.

℞. adipis suilli recentis & bene purgati ζ .44. ceræ pinguis ζ .24. cerusæ, litarg. an. ζ .6. liquabilibus confusis metallica trita colliguntur. Al. mediocriter emolliens callosas rimas calcaneorum & *Perniones inuani.* litharg. cerusæ ana ζ .3. succi feminis lini, olei ana ζ .20. ceræ ζ .3. adipis suilli ζ .14. colophonix ζ .18. Similiter priori comparetur *διαλδαλον* clauis, carbun culis, furunculis.

℞. litharg. olei ana lb .1. galbani lb . β . ceræ terebinthinæ ana lb .1. radicū althææ fasciculos, 4. lithargyrus ex oleo diu teritur in mortario, cera & terebinthina fusa commiscetur, galbanum purgatum & vt ante, fufum colatumque adiungitur, postremò radices tusa ligneo pistillo concorporantur. Aliud *διαλδαλον*. *℞.* radicis althææ & liliorum ana ζ .2. coquantur in hydrelæo ad aquæ consumptionem, ex quo in olei expressi lb .1. lithargyri lb .1. coques, dum non inquinet, & adipis suilli lb .1. commiscebis. In his omnibus vis efficacior est oleo & adipe veteribus, aucta & magis cocta lithargyro, vtrisque pingui & oleo recentibus mitior est. Media verò altero recenti, altero veteri. Mediocriter mollit. *℞.* colophonix purissimæ ζ .2. ceræ albæ ζ .4. mastic. ζ .1. olei quod sufficit. Al. terebinth. ceræ ana ζ .9. galbani, nitri ana ζ .1. thuris pinguis sesquuncia, olei laurini, sepi vitulini ana ζ .2. vel eò plus vehementer mollit & discutit. Violentum quod sequitur rusticis corporibus accommodatum; inueteratis nec tam dolentibus scirrhis, tentatisque prius lenioribus remediis adhibetur desperatis splenicis & parotiribus, *διακοπραγίας* vocant. Caprillum stercus aceto solues, vel vt ne tam acre sit, oxycrator mitius etiam si dilutum pharmacum polentę iunges, & effuso oleo cataplasma finges. Aliud. *℞.* stercoris caprillis ζ .2. radicis cucumeris agrestis, ficuum immaturarum ana ζ .1. herbæ pedicularis, bdellij, farinæ fabarum, amygdalarum amararum ana ζ . β . fæcis olei antiqui quod sit satis ad emplastrum: tuis omnibus medicamentum in mortario conficies. Est & hoc potentissimū. Subigitur caseus putris vermiculosus è iure, in quo suilla perna diutius. Arthriticis tophorum particulas sine ferro detrahit & sanat. Eadem præstat quasi miraculo coccum enidum cum myrrha & aceto tritum: sed horum multa non tam mollire, quàm secare, & vt discutere videri possint. Celebre iam olim ac veluti per manus traditum Menecratis emplastrum, quod Democrates metro reddidit, *διαχυλόν* ex auctoris instituto appellauit, quod ne

E caseo putri.

E cocco eni.

tata vocē ætas nostra retinet. Recentia vulnera inflammationē vindicat, vel (vt alij) νεύρωτα, neruorum vulnera, sæpè enim νεύρωτα & νεύρωτα alternim pro altero in Galeni libris, vbi medicamentum hoc describitur, supponi solet. Diuisa glutinat, & quæ inflammantur curat, optimè pressis adhibetur, diuturnis & recentibus vteri inflammationibus, implet cauernas vlcera pistum rosaceo vel bono myrtheo, & cicatrice tegit. Olei ætate lb. 7. aliàs lb. 7. & β. hieme lb. 9. axungia recentis lb. 7. lithar. subtilissimè triti lb. 6. fœnugræci heminam vnam aliàs ʒ. 9. feminis lini vsti tantundem, radicis agrestis, maluæ recentis & succosæ vel althææ lb. 3. Habeatur olla amplo orificio, in quam fundantur aquæ sextarij octo. Sic enim notatur Græcè per literam η. quanquam fortasse substituendum η. quæ viginti significat. Ac viginti sextarij mensura Parisiensis 15 pintas implent, sextarij octo sex pintas. In aqua, purgata radix & concisa coquitur, semina immittuntur, exprimitur succus in linteo, eius succi libræ quatuor cum oleo coquuntur. Maiores primùm bullæ existunt, deinde minores & crebriores, hic lithargyrum insperge, coque omnia molli carbone, dum succus omnino confectus videatur, ac melinum & bene coloratum fuerit emplastrum, non inquinans, neque nimis durum. Sic enim apud Gal. 7. de composit. pharmac. ʒ. ʒ. ʒ. Oribus habet aquæ sextarios 12. id est, nouem pintas & radicum lib. 4. & feminis vtriusque sextarium vnum, vel ʒ. 18. & lithar. lib. 2. Radices alij purgant, tundunt, & prius quàm coquant, die integrum macerant in aqua, postmodum fœnugræcum lotum fideliter & purgatum adjiciunt, tertio die lini semen similiter lotum eadem aqua, vbi reliqua etiam dum madent, immergent, quarto die coquuntur omnia ad crassitiem, expressus & colo traiectus succus vsui seruatur, vt videlicet cum oleo, vt prius coquatur, & addita lithargyro, pharmacum conficiatur, quod deinde conuoluatur rude, subigatur manu, & in pastillos conformetur. In vsu capiunt pastilli ʒ. 2. ceræ, olei ana ʒ. 1. & omnia colliquant. Ex eadē materia magdaliæ officinarum emplastri diachylon fiunt, sed non eadem ratione, iam remollita parte vbi discutendum, iteos trita pars duodecima, plus minùsve adjicitur, si sedandus dolor est, mucago è meliloto, si etiam calor adest, è psyllio, potest etiam intingi croco. Potest diachylon aliis malacticis commisceri, tam efficax, vt vnum sine aliis chirurgo satis esse possit. Superficialia vlcera glutinat solutum rosaceo vel myrteo. Liqueatum chamæmelino vulnera neruorum inflammatione prohibet. Podagricis quouis tempore opitulatur, veteres vteri phlegmonas persanat inditum pessario. Potest & alia præstare, quæ vt intelligas, describendum pharmacum, quod ante diachylon Democrates memorauit, vt obsessa inflammatione liberes musculos, neruos, periostrion, membranam punctam (vnde dolor, inflammationo, febris, sitis, vigilia, atque id genus accidentia) vindices, vt podagricos quouis tempore adiuues, & prohibeas callos. Accipe li-

verò & ʒ. quaternas olei veteris & crassissimi, non fœtidi, non nigri, non asperi. Axungia liquefcit igni, purgatur fibris, in vas aliud satis amplum transfunditur, adduntur olei ʒ. 10. vt simul ferueant relinquuntur olei ʒ. 6. quas, si fuerit opus, & medicamentum crassius appareat, postea affundes. Crasso iam pharmaco lithargyrum inspergitur, coquuntur omnia blando igne, & assiduè versantur spatula è picea, atque vbi emplastri forma fuerit, auferatur igne, paulò durius ætate, hieme mollius, sed vt non inquinet. Sublatum igne mouetur, dum refrigescat, atque hic rursus duriter versatur manu iungitur atque reponitur. Vfus tempore molliri debet, & aluta intenditur, per magna que splenia super accommodantur. In neruis crassis & musculis, durioribus mammis, & tumetibus articulis radicis althææ purgatæ sordibus: & in tæcolas sææ lb. 1. medicamento indes, quo tempore reliqua iam ad focum feruent, priusquam lithargyrum inspergatur. Vtriusque vires tum illius, quod sine althææ radice, tum huius, quod cum ea radice fit emplastrum illud diachylon continere scripsit inuentor. Menecrates, quod & alij aliter conficiunt. Aliud diachylon, vt Oribas. è semine lini, fœnugræci, hordei, radice althææ, vt prius maceratis coctisque succus exprimitur, tum libris duabus succi adduntur lithargyri olei ana lb. 2. ceræ ʒ. 8. Lithargyrum cum oleo diu teritur, & cum cera leuiter incoquitur affuso oleo, postremò succus adjicitur, versantur omnia, & sedulo permiscuntur. Sunt & alia διαχυλῶν malagmata, vt Alexandri epsyllio, quod Aëtius describit, & magnum Mesuræ sine gummi, & cum gummi factum, quodque album, paruum & magnum conficitur. Paruo vtendum in duris inflammationibus, album mediocres scirrhos adiuuat, magnum reliquis efficacius est. Giluum Halici cruentis vulneribus, præcis neruis & nudis remedio est, inueterata vlcere cicatrice tegit, digerit, venenatis hominum & animalium moribus medetur, duritias maximè mammarum mollit ac discutit, atque omnino eo veteres vsi sunt, vt optimo & admirabili medicamento. Descriptum est tertio & 5. lib. Gal. de compositione pharmac. ʒ. ʒ. ʒ.

ʒ. ceræ, argenti spumæ ana ʒ. 100. terebinth. mannæ, galbani, rubricæ sinopidis, terebinthinæ ana ʒ. 1. ol. sextariū 1. vel lb. 2. Oleum & litharg. dum non inquinant, coquito, hic ceram, resinamque injicito sublatis igne rubricam, galbanum, mannâ deinceps adiungito. Quidam myrrhæ ʒ. 1. miscuerunt & ceræ non centum, sed tantum octo denarios scripserunt. In præcordiis tensis, difficili motu articulorum, vetus ac nobile est. Amythæonis emplastrum, quod omnem duritiam soluit. ʒ. ammoniaci ʒ. 36. ceræ ʒ. 36. terebinth. ʒ. 8. bdellij galbani ana ʒ. 8. thuris, myrrhæ ana ʒ. 4. Cyprini, vel olei terebinthinæ alioqui mastichini heminas quatuor, myrrhæ, thus, bdellium vino madefiunt, ammoniacum aceto diluitur, omnia contunduntur pistillo, quod oleo inungendum, quousque perfectè dissoluantur. Et hoc etiam fortius est Cathegetæ malagcon ad contractos articulos, & ita nuncupatos, vt

Aliud diachylon.

Giluum admirabile. Halici, seu pisoriorum.

Amythæonis emplastrum.

ternos abscessus, opisthotonicos, nervos dolentes, inueteratas & contumaces duritias. ℞. bdellij, seu vitulini ammoniaci, iridis illiricæ, ana ℥. 2. opopanacis, galbani, canchryos, vel baccarum lauri, styracis, thuris ana ℥. 1. piperis gran. 160. ceræ, terebint. ana sēsquili- bra, vini & fœniculæ, irini vnguenti, quod sufficit loco huius, vel o- leo irino condito aromatibus vtendum erit, vel aliquod ex iis, quæ apud Mesuem composita sunt, ac condita aromatibus vsurpandum. Conficitur, vt prius. καὶ τὴν ἡσὶν hęc, quasi tusilia, ex conficiendi ratione veteres appellabant. Plura septimo de compositione pharmac. ℞ γέην, & 15. Aëtij describantur. Sed & octauo ℞ τὸ σβς malagmata sunt quæ siccant, contrahunt, indurant, atque emolliunt, quan- quam Asclepiadi & Andromachō malagmata appellata, quia vide- licet non solæ vires, sed & compages, ac corpora medicamentorum in ratione nominum spectata sunt & emplastica si neque dolor ne- que phlegmone, neque mollities corporis prohibet. Locus oleo fouendus, ex quo subiiciatur malagmate remollitum pingui vel o- leo, ne celerius exarescat. Tunc enim reuellendum est, & aliud im- ponendum, alioquin pluribus diebus hæere conueniet. Iam verò in malacticis, quæ nostra hac memoria in vsu sunt, emplastrum de meliloto, aliud ab eo, quod veteres διαμελιώτης descripserunt. Eò vtendum, in crassa ac frigida materia, incidit, mollit, attenuat, cale- facit. Quod de muscilaginibus appellant, molliendo magis ido- neum est, & dolorem lenit. Dialthæas mollit, lenit, coquit, incidit, digerit: Ceroneum repellit, coquit, mollit, incarnat, & multiplicis vsus est. Resumptiuum mollibus corporibus cōuenit, optimè mel- lit ex folis muccaginibus. Emplastrum filij Zachariæ parabile est, & mediocriter mollit. Arthanitæ emplastrum strumis & lieni duro conuenit, vnguentum de bdellio mollit, incidit, discutit, diachalci- teos soluitur lirino. Oleo è maiorana aliisque id genus molliri pos- sint, & adiecto galbano, bdellio, ammoniaco & similibus fortiora reddi. Priuatim conueniunt duris inflammationibus mammarum. Violarix & althææ folia hydrelæo cocta adipe vituli conteruntur, ouorum vitelli duo infecti croco commiscuntur. Hædina capita, veruecini pedes cum althæa & violaria percoquuntur, in expresso succo oriza bene munda & asperiore linteo attrita decoquitur, bu- tyrum recens injicitur, postremò cum iam corpulenta pulicula est, ouorum vitelli croco intincti commiscuntur. Al. In carica- rum decocto sabacea farina subigitur adiecto oleo violaceo & ace- ti momento cataplasma fingitur. Multa ad mammarium duritias & abscessus 7. de comp. pharmac. ℞ γέην. Cæterum grauiter pec- catur cum emplastra malactica è galbano ammoniaco, opopana- ce, resina & aliis squalidis comparantur, & aceto multo diluuntur. Sic enim tenuant, incidunt, discutunt, non molliunt.

Malagmata.

Censura remol-
lientium qua
nunc vsitata
sunt.Ad mamma-
duris inflamma-
tionibus obse-
sæ.
Aliud.Cautio obser-
uanda in mala-
ctia.

DE SUPPURANTIBVS. Cap. V.

QUAM hoc genere vtendum nobis, quàm ab aliis reme-
diis desperatio est. Verùm in fracturis capitis contuso
pericranio relicta alia medendi cura, ad suppurationem
statim conuertimur specillo vulnerario perioftion di-
ducimus, labra vlceris in decussim ducta nouacula ampliamus,
conscalpimus cranium, & abradimus: medicamenta, quæ quàm ce-
lerrimè suppurent adhibemus, suppuratione diligenter repurgamus,
siccamusque vt iusta nascatur caro, neque mollior quàm oportet,
neque durior, & quæ non excrescat, vt denique conuassati ossis te-
stula à viuo osse maturè deducatur. Venereos bubonas, quique ab-
scessus in articulo, & ad articulos confederunt, celerius maturamus,
ne inclusum virus, aut latens sanies periculum aliquod admoliatur.
Alioqui tumor omnis prohibeatur, aut discutatur potius quàm
suppuret, nisi iam eò conuerti natura videatur, excessitque tem-
pus in quo conuenienter discutias. Ac ferè omnes phlegmonè sup-
purant, pulsant, dolent. Dum pus conficitur (inquit Hippocrates)
dolores fiunt ac febres. Suppuratis omnia ferè conuiescunt. In
suggillatis hæc eadem remedia sæpe conueniunt. Inbecillæ parti
putri vlceri & tumori, cancroso, rheumatico. Telephio, Chironio,
atque omnino maligno frustra maturantia adhibeas, putrescunt
enim illa tum malacticis, tum pepticis medicamentis. Ad scari-
ficatum igitur & remedia acria decurrendum, vel quæ plurimum
siccant. Sint autem, quæ suppurent natura modicè calida & hu-
mida, iisdem limitibus circumscriptæ quibus temperiem hominis
definias. Ideoque eligenda materia quæ naturæ corporum ele-
mentari familiaritate consentiat. Emplastica sunt διαπυστικά,
(sic enim appellant ἐκπυστικά καὶ πτεπτικά) vt præclusis inde spir-
aculis natium calorem inhibeas, in quo concoquentis naturæ ro-
bur est. Ita substantia quidem calor augebitur, neque qualitate
crescit, solidæ partes confirmabuntur, insitus humor saluus persi-
stet, dissipabitur verò qui inanibus spatiis alienus est. Ex quo vi-
tium concoquetur, & consuetudine partium similarium exalbes-
cet, fietque tandem pus album, leue & vniforme, quodd quia alimen-
to esse non potest, exesa cute vias sibi faciet, atque ita effluet. Non
absimili ratione χαλαστικά vocata ἐκπυστικά fient, si accesserit crassit-
ies partium. Eodem modò, quæ leniunt, calefaciunt & adstrin-
gunt. Emplastica modicè calida omnia concoquunt. Præit in
his, quod est tenue, reliquum verò vel contracta, vel illita cute vias
intercipit, ne quid spiritus exhalet. Contra verò si expirat, & ali-
quando alienus calor succenditur, vnde putredo, Echecolla, quæ-
que tenaci & viscida materia temperata sunt, per se inhaerent, reli-
qua verò vel gummi, vel resinis mollibus implicanda, alioqui co-

Qua medendi
cura inuenda
in fracturis ca-
pitis contuso pe-
ricranio.In venereis bu-
bonibus & arti-
culi celerius
cur maturamus.Hippoc. aph. 47.
lib. 2.Natura suppu-
rantium, quæ sicEmplastica sunt
to, quæ suppurat.Pus quomodo
generetur.

Malaetia quid differant a peptico.
Vitanda.
 modè alliganda sunt. Malaetia calidiora sunt, & leniter siccant, insitumque humorem paulò minuunt, quo nomine à pepticis distinguenda, ne similitudine fallant. In pepticis vitanda, quæ detergent, & quæ vehementer calefaciunt. Nihil enim quod validè discutiat, pepticon est, & quod deterget, poros expurgat, quos illinere oportet. A siccantibus metuitur, ne frugi materiam exorbeant, multò magis si præterea excalfaciant. In summa modicè calefaciant, atque aded emolliant potiùs, quàm siccant. Neque verò contra nos faciet, quòd in historiis medicorum permulta peptica sunt, quæ mistis diaphoreticis deterforiis atque desiccantibus temperentur, quin & simplex pharmacum est, quòd concoquat & discutiat, vt galbanum, maturet, digerat, detergeat, vt terebinthina: qualitas enim rerum mixtura retundi potest, & multa vitia eodem tempore interdum coeunt, vnde varia misceri necessè est, & iis semel vti, quæ πολυχηρα veteres appellant. Ac sæpè facit abscessus natura, vt etiam acria misceamus. Qualis est, qui lenta & contumaci materia concreuit, & eò nomine tardiùs suppurat. Peptica sunt, aqua temperatè calida affusa parti, modus est, vt inde erubescat locus, ac leniter extumeat. Nimum sit si inde subsideat, aut expalleat. Hydrelæo, oleo pingui ac dulci modicè calido, similiter & butyro vtendum est. Butyrum phlegmonas concoquit ac digerit, in iis, quæ molli aut certè non ita dura carne præditi sunt. Et ad parotidas, bubones & oris phlegmonas, aliàque innumera omnino satis est dentientibus pueris & inde calentibus gingiuis atque tumenibus medetur. Lingitur per se in coquendis expuitionibus peripneumonicorum, pleuriticorum, & iis omnino quæ in thoracem defluerunt. Vfus est, quo iam tempore fluxio restitit. Infectum croco nihilominùs coquit, & inde pharmacum leniter repellit, & tempestiuum est incrementis. In more fuit veterum tubercula foris enata & contumacia calido pane fouere, vel cera subinde calefacta, sic vt ne sit nimius is calor, sed facilè ea parte sustineatur, cera sit natura pinguis, panis recens, & ex optimo tritico comparatus, hac enim ratione tuberculum sæpe discutitur, interdum concoquitur. Tussilago sub cineribus cocta celeriter maturat, idem oxalibus foliis vulgus doctum experientia tribuit. Triticum & inde farina & panis peptica.
 Triticum & inde farina & panis peptica.
 leniora sunt farina tritici perpurgata fufure, & inde panis: dissoluitur aqua, oleum vel butyrum additur, coquantur omnia, vt sit cataplasma, quod lenit inflammationes vulnerum, & celeriter maturat. Eadem farina hydrelæo coquitur, coloratur croco, vbi calor aliquis superest, parum cocto pane ac recenti, quem vel hydrelæo, vel pauciore oleo insperferis, vtendum erit. In contumaci vitio, nec ita calente, panis siccior, vberiore oleo molliri debet. Panis conditus sale efficacior est. Farina hordeacea per se inutilis est, verùm, quæ bene purgato grano extunditur, & castrato fufure eodem modo, quo triticea, comparari potest. Hydrelæo cocta, conspersa oleo, mista butyro, infecta croco, sic enim

enim pus faciet, & calidioribus phlegmonis conferet, præsertim cocta hydrelæo. Tale fuit cataplasma veterum ἀμμήλυσσις vel ἀμμήλυσσις, ex farina hordei, quod priùs tostum non fuerit, quamquam etiam licentia quadam ad alia farinarum genera nomen transtulerunt. Archigenes hoc modo parotidas celeriter suppurabat, assidue calida conspergebat, & ἀμμήλυσσιν imponebat. Est & alia ἀμμήλυσσις antiquis vsurpata ex farina hordei, sænugræci, seminis lini in sapa cocti ad glutinis corpus, adiectis interim duobus vel tribus vitellis. Adeps suillus, phlegmone familiarissimus, deinde vitulinus, taurino & caprino in duris, frigidisque tumoribus vtendum est, leoninus & reliqui eiusmodi inutiles, gallinaceus & hoc paulo acrior asferinus vsurpari potest. Pix & resina inferuenti phlegmoni rosaceo, in frigidiore, veteri oleo sicyonio, vel simili colliquanda sunt. Pix arida qualis Coracina & Colophonina, vberiore oleo dissoluitur, pauciore quæ liquida est, mediocri quæ natura & ætate mollis, digitis cedit, lentoris est particeps, qualis olim Brycia & Lycia. Picatum ceratum dolorem lenit, & pus generat, idèoque inflammationis vlcere conuenit. Resina vtendum, terebinthina & lentiscina, cera languidior, resina acrior, contusa ad suppurandum valent. Eluantur priùs siquid acrimoniæ conceperint, molliantur oleo vel butyro, cum exaruerint. Oesypum veteres in pepticis censuerunt, similem vim habet atque butyrum, digeritque leniter. Lana sordida modica aqua maceratur, tertia pars vini dulcis affunditur, coquantur omnia, superfluit pingue, maturandis carnibus contusis, colligit Hippocrates. E flore lilij succus exprimitur, suppurationes concoquit, & vulvas mollit, quod mel & syriion veteres appellarunt. Sirion verò intelligo coctis caricis, detergendo emolliendoque idoneum est. Decoctum caricarum lenissimum est, quod maximè coquit ac digerit. In aquæ sextariis sex pinguium caricarum libræ quinque decoquenda, dum sextarij duo reliqui sint, magis maturabis, si inde pista farina triticea, adiecto oleo vel butyro, cataplasma finges, vbi verò digerendum magis ac refrigerandum, hordeacea melior est. Atque omnino caricæ pinguiore coquendo, aciores detergendo atque digerendo magis conueniunt. Ficus recens digerit & lenit, sed non coquit. Cataplasma è ficu recenti & hordeacea farina in dulci vino coctis lenit & discutit, è carica pingui & triticea oleo iunctis, lenit, coquit, discutit. Ex acri carica & pane deterget, incidit, digerit & contumacia maturat. Eodem modo althææ decocto & vix passa partes fouebis, farinas aut panem incoques, cataplasmata compinges, & si vis, intinges croco. Crocus maturat, leni adstrictione confirmat partes, & poros contrahit. Pinguiissimas passas exemptis nucleis per noctem aqua macerabis, postridie coques ad melligenem. Id in sapa dulci factam magis concoquet & leniet, sed aqua potiùs vtendum, si quid caloris reliquum est. In veteratis & callosis tumoribus conueniunt, colla librariorum quæ fit è farina purissimi viscum aucupatorium, styrax pinguis, ladanum, galbanum.

Ad parotidas Archigenis remedium.

Adipes.

Pix.

Picatum ceratum.

Resina.

Oesypum.

Sirion.

Syron.

Decoctum caricarum.

Carica sicca & inde Cataplasma.

Ex althæa & vix passa.

Crocus.

Melligo vix passa.

in corporibus temperatis molle, album, pingue, dumque manditur minimè friabile. Rhodinum & myrteum in calidiori & dolenti phlegmone misceri possunt, vt pix, resina, viscum, colla & similia vbi perucax malum, & platysmata diutiùs hætere necesse est. Miscentur quoque stercus faillum, columbinum, caprillum, nitrum. Et iam notum mulierculis remedium, pueri stercus calidum, duris & inflammatis mammis aliisque partibus inpositum. Sed cum aliis remediis vt liceat, iis sordibus abstinendum, quanquam certum experimento est breui tempore concoquere, & in fœditate excrementorum certa auxilia inuenta sunt. Furunculos & parotidas mollit ac suppurat cataplasma è ficibus, calce, iridis radice, vel nitro, atque omnino, si nitrum desit, quod iam antè dictum est, sale torrefacto in mollioribus, fœce vini vel aceti in durioribus vtendum erit. Fax sit recens, nam celeriter exolefcit. Vulgò etiam nota est medela è capis cineribus cœctis. In pepticis ponenda est confectio è cera & resina, quod $\rho\eta\tau\iota\nu\acute{o}\kappa\eta\rho\nu$ appellant. Ex ceræ semuncia resinæ frigidae sesquuncia, in olei modico liquatis. Aliàs ex æquis omnium partibus, aut vna ceræ, resinæ duabus. Aliquando etiam ceræ ratio & resinæ conuertitur, vt minor sit resinæ, quàm ceræ modus. Hoc pepticis miscetur, vt aniceto celebri medicamento veterum. Tetrapharmaco primas tribuit mouendo puri non aspernabilis auctor Cornelius Celsus. Idem remedium à Græcis superando vsurpatum. Constat pice, resina, cera & adipe, vsus tempore, oleo vel butyro subigatur. Pix sit mollior, resina fricta, vel colophonia, quæ in teneris corporibus oleo molliri potest, cera pinguis, adeps in mollioribus naturis, vel suillus, vel vitulinus, in durioribus, taurinus vel hircinus. E sicciore materia comparatum mollioribus corporibus sarcoticum est, hoc tetrapharmacum. Paulus basilicon, quo nomine à Græcis ferè omnibus inscriptum est. Scribonius emplastrum Aristi nigrum appellauit, & aliud basilicon descripsit. Tetrapharmacum thus additum facit Macedonicum, quod & pepticon est. Basilicon minus recentiorum hoc imbecillius, commutato adipe in oleum, quanto adeps oleo efficacior est, sic oleum quoque variè commutare licet. Oleo rhodino, myrtino, vel simili tetrapharmacum duriùs molliatur, vt corpus & affectus natura exigit. Mirabile hoc ad molliendum ac suppurandum. \mathcal{L} . ceræ, terebinthinæ, medullæ cerui, adipis vituli, anserini, bubuli, butyri recentis, mellis optimi, olei rosarum, myrrhæ ana. \mathcal{Z} . i. Myrrha cum melle subigitur, & prunis leniter incoquitur, ex quo reliqua adiecta sedulò miscentur.

Aliud. \mathcal{L} . picis \mathcal{Z} . i. ceræ \mathcal{Z} . 3. axungia veteris purgata \mathcal{Z} . 6. adipis taurini, æsypi an. \mathcal{Z} . 3. resinæ pineæ vel magis piceæ \mathcal{Z} . 5. liquatis omnibus vtitor. Aliud. \mathcal{L} . resinæ \mathcal{Z} . 12. ceræ, aruginis rasæ ana \mathcal{Z} . 8. sepi vitulini \mathcal{Z} . 2. aceti, mannæ ana \mathcal{Z} . 1. Manna & arugo cum aceto liquantur, & conteruntur, reliqua diluta commiscuntur, mollit, coquit, purgat digerit. $\delta\iota\alpha\ \gamma\upsilon\sigma\ \epsilon\omega\varsigma$ pariss emolliens, & in pus eliquans.

Cataplasma furunculorum & parotidas molliens & suppurans.

Tetrapharmacum.

Macedonicum.

Mirabile ad suppurandum & molliendum.

vide Anatomi.

\mathcal{L} . farinæ pistrinalis, quæ è molis & pistrino circumuolitans parietibus & tabulatis hæret, guttæ ammon. ana \mathcal{L} . i. resinæ pini, ceræ, adipis porcini an. \mathcal{L} . 2. succi seminis lini quantum sufficit, liquatur adeps, cera additur & resina, farina coniungitur, ammoniacum solutum vino vel aceto, & lini succus translatis aliis in mortarium incorporatur. Fermento & eo quod $\delta\iota\alpha\ \xi\upsilon\mu\eta\varsigma$ inde medici appellant, in contumacibus vitiiis veteres vsi sunt, de quo multa ex Democrito, Mesue, Paulus septimo, & Galenus tertio de compositione medicamentorum $\kappa\tau\prime\ \tau\acute{o}\nu\epsilon\varsigma$.

\mathcal{L} . cæparum & alliorum coctorum in cinere ana \mathcal{L} . i. vitellorum numerum quinarium, radice lapathi coctæ \mathcal{L} . dimidium, farinæ fœnugræci vncias 3. fermenti \mathcal{Z} . 2. axungia \mathcal{L} . i. fiat corpus, in frigidis & crassis humoribus conuenit. Vtuntur quoque diachylo paruo & aliis, quæ molliunt. Atque omnino malactica refrigerante oleo, adstringente pharmaco, viscida & offarciente materia leniter temperata, suppurare possunt. Tale est malagma Damocratis, quod eadem potest, diachylon capite de malacticis descriptum, ac præterea cruda, quæque coqui, mutarique nequeunt, edomat, musculorum, & membranarum vulnera persanat, punctis medetur, arthriticis dolorem attemperat, & omnino anodynon est.

Malagma Damocrati.

\mathcal{L} . picis, quàm siccissimæ, ceræ puræ terebinthinæ, mannæ ana \mathcal{L} . 2. thuris probi, libram vnam butyri pinguis ac recentis sesquilibram, vel \mathcal{Z} . 5. Liqueabilia funduntur largo igne & assiduo, dum non inquinant, versantur rudè: hic cacubus prunis subducitur, manna trita inspergitur, circumagentur omnia asserculo, postremò voluntur manibus, & reponuntur. In vsu, copioso & recenti rosaceo pharmacum diluitur, vt caua carne impleat, inflammationes tendonum abigat, & in pus album cruda & rebellia tubercula conuertat. In ulceribus difficillimis, quæ pus non reddunt, mirum quàm efficaciter concoquat. Coloris ambigui, quod sequitur. Lithargyri vnciæ tres, olei ricinini vnciæ quatuor, coquantur vnà dum non inquinant, deinde miscentur squamæ aris nigri, aruginis, chalciditis, ana \mathcal{D} . quatuor, sed hæc metallica diutiùs fuisse trita conuenit ex aceti acerrimi vnciis duabus. Vfus tempore diluitur ricinino, & in concerto linteo inseritur cauo. Atque hæc in præsentia sufficiat. Locus oleo dulci, peptico succo, aqua moderatè calida, hydrelæo, & aliis foueatur, sympepticon medicamentum inducatur, mollis stuppa vel lana succida superponatur, omnia decussata fascia colligentur, vt qua parte diuisa fascia est, conus abscessus aduertat, nec affectum locum opprimat, semel in die, vel rariùs commutari debet, nisi vel dolor vigeat, vel pharmacum exarescat. Ita verò formari sympeptica oportet, vt neque liquidiora disfluant, neque corpulenta nimis locum opprimant. Iustum corpus est cerato malagmaton & mollium emplastrorum, ac quod ante dictum est, $\epsilon\chi\epsilon\kappa\omicron\lambda\lambda\epsilon$: & glutinosa esse melius est, vt per se, sine vinculis hæreant, quanquam & emplasticis nam succidam, aut mollicula splènia superdari, & omnia colligantur nihil prohibet, idque hyeme magis & frigore.

Vtendi formula.



IACOBI HOLLE RII
STEMPANI, MEDICI
PARISIENSIS CELEBERRIMI,

De materia Chirurgica.

LIBER II.

De aperienda vomica. CAP. I.

*Argumentum I.
& 2. lib.*



VO & quali genere remediorum humor repellatur, quæ medicamenta trahant & discutiant, molliant, maturent, & pus efficiant, superiore libro, quantum arbitror, satis explicatum est. Ac iam subiiciendum nobis, qua ratione vomica exugi pharmacis, aperiiri ferro, igne etiam rescindi possit. Tum exponenda materia, quæ fordidâ repurget, pura impleat, plena denique cicatrice claudat. Et quia in hoc institutum nostrum pertinet, deglutinantibus auxiliis eodem nobis compendio differendam erit. Atque ut hinc initium capiat oratio, quæ suppuratio sponte sua non rumpitur, ferro, igne, vel medicamentis aperienda est. Alioqui serpit sanies, & cuniculos agit, venas, arterias, nervos & vicina corpora depascitur, hinc etiam atteruntur ossa, & cariem ducunt, linescit cutis, & in rugas quasi senio marcescens contrahitur, idque metuendum magis in digitis, articulis, partibus corporis, quæ in decliue patent. Sic enim parotides, femorum abscessus in fistulas cauantur, & quæ facillè putrescunt, qualis anus est, extremæ partes, & loci genitales. Cùmque ambigat materiæ cursus, quæ videlicet foras introque conuerti possit, prouidendum medico, ut in superficiem deriuet, multò magis si vicerum aliquod in propinquo est, si intus disperso puri nulla via sit, qua excernatur. Alioqui vitam celeriter eripit, aut compressum intus putrefaciet partes, quibus insidebit. Quo fit, ut in vomicis, quas ilia collegerunt, ea curandi ratio, quæ tentatur ferro, veteri medicinarum probata sit. Atque decliuem partem, qua ile est iuxta inguina fenestrari iussit, neque à peritonæo membrana metuit, ut qua nullo ferè periculo incidatur, & facillè coalescat. Nec aliter in vulneribus capiti ubi contusum aliquid, fissum, fractum, modò serra, modò terebra

Nona à non aperienda suppuratio.

Foras reuocanda suppuratio.

Ubi uenæ sunt.

bra caluariæ partes ad diploën vocatam & menyngen excindimus. Quare etiam si tumor nondum satis maturuit, ea pericula, ferro aperienda sunt, multò magis si virulenta materia vomica includitur, ut pestilente carbunculo & bubone, lue venerea, & aliis generis eiusdem. Cruda ani tubercula metu fistulæ secat Hippocrates. Quamquam animaduertendum, ut ne nimis citò, nunquam enim vis naturæ gratis inferenda est, sed semper aliquid beneficij, nihil maleficij proponi debet. In vomica quæ tardiùs erumpit, à subiecto offe metus est, atque idè in contusionibus capitis & angustis vulneribus, pericranium in cruce interfecimus, aut ampliori plaga diuidimus. Sed iam aperta vomica, membranæ, neruacea corpora & alia semiputria occurrunt, quæ nec intepestiuè rescindenda sunt, molliter priùs vellicare oportet, at si nec sequuntur, celerius illiquare conuenit, ut vel sponte sua excidant, vel nulla vi & leni tractu renellatur. Atque omnino noua inflammationis & conuulsionis pericula creari solent. Itaque semiputria illa molliter commouenda sunt: matura enim facillè concedunt, cruda resitant dolentque, si vi maiore pertrahantur. Iam verò perpetuum non est aperire ferro, quod suppuratum est, sed si nullum in mora periculum apparet, diaphoreticon remedium imponendum, quo loco mollior abscessus, & digito cedit. Sic enim sanies exugi potest, idque faciendum magis, quam alta parte vomicæ non decliui, suppuratio se colligit. Atque antea pharmacata notata sunt, quæ pus exhauriant, & postea describentur. Neque ignorandum est locis aliquot interdum materiam subesse, quæ sit puri similis, qualis in atheromate, steatomate, meliceride, alièna quædam pituita genera, nonnunquam quoque ad ossa colligitur, eaque discutienda, aut factò vulnere expurganda est. Est cùm spiritus flatuosus speciem puris referat, atque aperiendam ferro medicum eludat, nullo pure, sed solo spiritu exeunte. Quod si ferro vel igne, semel utendum est, priùs animaduertere oportet, ne quod vas in ligno, neruo, tendo, vinculum, ne quid neruosum (quales membranæ quædam sunt, aut potius lati tendines) conuulnerentur. In musculis fibrarum interstitia cultello ligneo, vel digito diducenda, ne cū fibris nerui, aut vasa præcidantur, idque magis, quam in profundo sanies refedit. Parcendum quibusdam partibus, quæ vegetiùs sentiunt, & à quibus vis ignis ad principia celerius transilit. Cauteria & feramenta periculosa occipitio, temporibus, & vbicunque caluaria mollior est, vbicunque vel exitus neruorum, vel aditus vasorum est, nec ea ipsa citra periculum oculus sustinet. Ac in palpebra quidè transfursum ferrum ducitur. In oculo ne qua vulneretur vena prouidendum, ne pupilla contingatur, ut inde humor profluat, & cicatrix relinquatur, quæ visum intercipiat. Ex quo in eam partem, qua extrema membrana albicat, scalpellum, acus, & alia id genus ducere solenne est. A vulneratis temporibus, & eo loco, qui paulò superior est, quæque perreptant venæ, nerui, arteriæ, hæmorrhagia, commouetur, & aduersa partes ferè conuelluntur. In capitis vulneribus

Ubi ossa in propinquo sunt vomicarum.

Cautio in membranis excindendis & neruaceis corporibus vomicarum.

Suppuratio non necessario aperienda ferro.

Pituita puri similis.

Animaduertenda in usu ferri & ignis.

In oculis.

In calvaria fa-
Ha.

animaduertendum, quàm altè vitium descenderit. Pericranium contusum discinditur, vt fiat exitus puri, in eodem plaga angustior inciditur, dum fatis pateat. Quòd si cranij fractura accesserit, curandum sedulo, vt celeriter suppuret, quod ante vulnus est, vt purum sit & aridum, ex quo agnoscenda fracturæ magnitudo, quæ si superficialis est, rosario scalpro atteri & cephalicis curari debet. Si ad diploën procedit, modò terebra, modò ferra superior pars ossis excimenda est, sed ita, vt ne vltra quàm oportet ferramentum prodeat. Cranio verò vsque ad membranam fracto, omnino excindendum os est, verùm sæpius reuocato ferro, & frigida merso. Etenim iugiter attritum, incalcescit motu, & os elimatum ferra vna conferuescit. Ac video placuisse multis aliquid ossis relinqui, nec totum semel excindi, quòdque reliquum sit pharmaco sicari. Sic enim alimenti inopia exarescit, vt vel sponte sua excidat, vel leniter motum statim sequatur. Deinde ea ratione periculum declinatur, quod accidat, si altius permeante ferro membrana vulneretur. Atque omnino in cranij fracturis, vbi ferra modiolis, cycliscis, terebellis via puri sit, crassiori parte ossis ferramenti acies configi debet, & à suturis, fistulis, neruorum radicibus & vasorum cuniculis, postremò quoque molliore osse, duriore fracto, & temporibus declinanda vis est. In strumis & colli abscessibus à carotide arteria, vena sphagitide, vocali neruo abstinendum, illinc hæmorrhagia, quam ægrè supprimas, hinc vel omnino mutus, vel certè semimutus homo relinquitur. Ex quo (opinor) ceruici omnino parcere quidam è veteribus maluerunt. Adde quod in totum collum neruorum propagines à spina disperguntur, quas non nisi periculosè vulneres. Exteriori parte humeritendo est, qui ignem ferrumque non sustinet. In empyicis & deploratis pleuriticis scalprum & cauterium inferiore parte mesopleurij collocamus, quia videlicet superior vena, arteria, neruus est. Hippocrates, qua parte exauditur materiæ strepitus. Alij scabriorem cutem & prius coloratam ad sectionem annotant. Nonnulli vbi minus carnis est. Paulus inter quartam & tertiam costam, inter quintam & sextam Leonides, multi inter quartam & quintam aperient, metu diaphragmatis. Sed aliis thorax breuior, aliis longior est. Sunt qui internam membranam commouerent, vt pus effluat. Alij ne attingendum putant, quia sic effluxione spiritus ægri intereant, aut insanabiles fistulas attrahant, vtrique se confirmant authore Hippocrate. Per sternam, nerui, vasque decurrunt, ideòque in vomicis, quæ illic coeant, ad latera chirurgia vertenda est. In collectionibus ventris, quæ inter peritonæum & intestina latent, siue ex icore, siue ex alia parte diffusæ sint, Erasistrato primùm, deinde aliis medicis placuit detrahi pus sectis inguinum locis, vbi videlicet ilia terminantur, incisa etiam peritonæi membrana, vt quæ sine periculo diuidatur, & facilè cicatricem claudat. Idque confirmat, quòd in hydropù paracenthesi & chirurgia ramicis intestinalis nullo ægri periculo sanescat. Sed hoc tentandum magis vbi desperamus, vt ne natura sit intro pus effusum, vel per vrinas, vel per intestina transmittere, id

In colla.

In humera.
In thorace.

In ventrè.

re, id quod integris viribus naturæ aliquando quasi miraculo contingere certum est. Hydropicos temerè incidi corrupto hepate rectè scripsit Erasistratus. Et in colo suppurantia tubercula, eodem modo supra inguina aperta via perpurgantur. In extremis ilibus, qua in sumen vertunt & aqualicum, multi sunt tendines, multa vasa coeunt, ex quo hac parte manus sedulo temperanda est. Videndum que ne vel laxetur vel disrumpatur is meatus, quia peritonæo ad testiculos procedit, vnde hernia moueatur. Inuritur carnosus podex & ferrum sustinet, non ita quod illic neruaceum est. Eadem ratio in genitalibus seruari debet vbi ab arteriis cauendum, quæ illic plurimæ coeunt, hiantque maioribus clausulis, nam inde hæmorrhagiæ non ita facilè supprimuntur. Sub natibus neruus est, qui si iuxta suppurationem præciditur, aut nudatus violatur frigore, subiectum crus stupidum relinquit. Idem animaduertendum in vomicis reliquarum partium, ne nudi maneant nerui, & frigore contrahantur. Hinc enim itapor & conuulsio fieri consuevit. In perinæi tumoribus qui inciduntur, & calculis summo perè cauendum, ne quid intus vulneres, quod postea ægerrimè glutinetur, quæque summo pudore & molestia excrementa diffluant. Itaque vbi fistula medium cuniculum agit inter intestinum & ceruicem vesicæ fistulam medicamentis quidem exedit, ferro attingi vetat Hippocrates. Sed fit aliquando non modò hac parte, sed aliis, vt neque ferro diuidas, quia profundior & obliquior fistula est, neque ferro diuidas, quia altius descendit, quia obiter incurrunt vasa magna & nerui, qui certè casus desperationis etiam putandus est. Ac breuiter vbi maior pars est, quæ au ferri postulat, & ad partes veniendum, quæ nõ nisi certo periculo violentur, abstinendum ferro est. In quibus autem apèrire licet, magna sectio vitari debet, quia inde cicatrix turpior, pars imbecillior, & ad motum ineptior relinquitur. In bubonibus venæ sunt & nerui, quæ glandibus innituntur, ideòque si quando inurendi loci consilium est, apprehendenda cutis, & à glandibus separanda prius est. Sectio verò oblonga angusta transuersum ducenda est. In vulneribus, quæ ferro fiunt, quacunque parte eiusdem generis glandula sunt, eadem ratio seruari debet. In articulis perpetuò suspectus ferri & cauteriorum vsus est, quibus necessariò vtendum sit, ea parte quidem imprimetur vis, quæ magis carnosa est, quæque neruos articulis & tendines longius relinquit. Ex quo ischiadicis inferiori parte, quam malum est, ignem adhibemus. In genu, lato illi tendini parcendum est. Is ex duobus maximis musculis femoris obneruatus patellam capit, alligatque vicinis ossibus, qui si vel ferro, vel igne violetur, efficit vt neque sursum trahatur membrum, neque extendatur, & grania conuulsionis pericula creare solet. In carpis multiplex tendines, quasi annulo colligantur, atque hinc tota ferè extrema manus neruata est, eaque interiore parte lato tendine contegitur, extremis digitis, quæque radice gnium positæ sunt, acriter sentit, ideòque hac tota parte admissa suspecta tum ferramenta, tum cauteria sunt, in

In ilibus.

Genitalia.

Sub natibus.

Cautio ne nudi
nerui & frigerentur.

In perinæo.

In bubonibus.

In glandulis.
In articulis.

In ischio.
In genu.

Latus tendo genu.

In carpis.

Clau.

eadem ratio seruari debet. Quo fit, vt in clauis, hoc est, tuberculis duris, clauorum capiti similibus, qui ferè summis digitis manuum, calcaneis pedum & plantis nascuntur, aliis potius vtendum auxiliis, quàm ferro vel igni veteres exstimarint. In his omnibus anatomica disciplina opus est, in qua quicumque fuerit exercitatus, ea omnia pericula facillè declinet. Contra verò sæpenumero aberret, necesse est. Rursus aliud è situ consilium capere oportet. Quædam enim vomica in superficiali eminent, quæ ferè sine periculo inciduntur, vitatis scilicet neruis maioribus venis & arteriis, quædam in alto latent, vt pulmone, renibus cauis hepatis, œsophago, lateriore diaphragmate, ventre, intestino, nisi parte in anum definit, posterioribus partibus vesicæ & vteri, alteriore cerebro. In his itaque suppurationibus nullus verò locus est, neque tractantur cauterio, nisi hoc aduersæ parti, quæ foris est, quaque familiaritate aliqua consentit imprimatur. Tantum hoc vnum reliquum est, vt modicè acris modò in potu datis, modò linctis, aliàs in fufis dilumpantur.

Tussilago.

In iis, quæ ex alto se proferunt. In quibus à vitæ metu est.

Vbi in profundo descendendum a liquid.

Cautio.

Quale hoc est, tussilago mediocriter acris est, quæ citra molestiam thoracis collectiones rumpere credita est. At verò in internis suppurationibus quædam foras se proferunt, quales sunt in gibbis icoris, lienis, ventris, vesicæ, collo, & parte sub pubem eminente, peritonæo, colo, vtero: sed quæ in vtero & vesica suppurationes coierunt, sanescunt ægrius, aliæ faciliùs percurantur. Sunt præter hæc generatum abscessus, tum tubercula, quæ non ita latent, sed ad quæ via angustior periculum aliquod denunciât, ne quum ad partem ægram cauterium dirigitur, violet obiter quod sanum est, qualia sunt in ore, profundis naribus, intestino recto, & eo sinu, qui pudoris est. Qua in re vel futilis fistula more veterum, vel calamus scriptorius habendus est, aut inanis canaliculus, per quem cauterium ad vomicam & partem ægram transfuehatur. At si quid in profundo rescindendum ferro, lentè quidem & perpetuo oculo dacenti culter dirigendus est. Id quod in strumis, cancerum radicibus, varicibus, & vbi pus altius desedit, facere oportet. Primùm ergo cutis in crucem secanda est, nudanda caro, si quid vasorum aut nerui cultro occurrit id ipsum digito, ligneo vel osseo veruculo separandum, distinctis fibris, nec ita momentaneis membranis, quibus illa inter se coniungantur. Idque sedulò faciendum, donec secando ad eum locum perueneris, in quo vel colluuias latet, vel conditum est, quod eximi debet. Atque dum hæc fiunt, præstò adesse oportet medicamenta, linamenta, fascias, reliquaque omnia, quæcunque ad hæmorrhagias facere videantur, vt si nec opinanti sanguis è vena vel arteria profluxerit, habeas ad manum, quod in præsentia opituletur. Itaque quoniam iam tempore omnia tuta sunt, & locus æger nudatus est, opportunè parti gladiolum infiges, & vomicam repurgabis, aut per amputabis, quod eximi oportet. Videndum quoque in configendis vomicis, vt quantum oporteat culter descendat, vulnus hæmorrhagias mouet, superficiale sæpenumero frustra est. Eodem modo cauterium in profundo transcurret, leniter insident, aut altius imprimuntur.

muntur. Et hæc quidem in molliori corpore, molliora quælibet spongia, & quibusdam radicibus confingi possunt. In metallicis, aureum æneo & ferro clementius est. Sed de his alio loco pluribus. Rectum verò an transuersum, vel obliquum vulnus esse debeat, figura partium, flexus, rugæ, fibræ primùm quidem indicat, deinde consilium iuuant subiecta vasa & corpora. In collo, qua parte eunt vena, arteria & neruus, rectum transuerso præferunt. In fronte palpebris & vbi cunque transuerso dicuntur rugæ, transuerso quoque ferramentum duci maluerunt, ne contractis rugis vulnera replicentur. Quibusdam tamen in fronte recta vulnera placuerunt magis, vbi nec ita profunda, nec punctim infligenda sunt, ne quæ à perioestio membrana subest, conuulneretur. In inguinibus è flexu transuerso ducitur duplex, interim angustum & oblongum in myrti folium. In ventre nisi prohibeat flexus & rugæ, vt sunt fibræ musculorum, eodem modo in reliquis, eaque parte infligendo plaga est, cum in motu & corporis flexu, externa corpora minùs occurrant, interiore brachio & crure potius, quàm exteriore, & longius ab articulis. Simplex vulnus aliquando sufficit, decliuè parte, duplici aliquando & trigono opus est, cuius vertex altior basis inferior describatur. Eadem ratione in lunatis vulneribus, sursum cornua existant, deorsum alueus abducatur. Atque omnino scalpellus ea parte configatur, quæ mollior est, quæ digitis succumbit, vbi fastigium erigit, qua denique sanies commodius expurgetur. ὀπὸρ ῥύσιν appellant, & ἀπὸρ ῥύσιν exanitionem, (vt alij) exanitionem, in qua ἐπιδιαρροίη est, & ἔκτριψις, ἀντιδιαρροίη & καταρροίη. Nam vbi præclinata parte foramen est, facillè purgatur fordes, vbi verò in sublimi, ea restitare solet, deorsum subsidet, tademque sinuat, si quidem vomicosâ pars nequeat pro arbitrio commutari. Quale est in truncò corporis, ac ferè capite & parotidibus. In manu & crure etiam si os vlcis altius positum est: poterit tamè ita inclinari, vt sanies liberè excurrat, tumque manus quidem è mitella suspendi debet, vt carpus gibbero sit altior. Crus autem puluino innitatur, sublato genu, & decliuè in coxam femore, in brachio & tibia non ita libera est conuersio, vtrūque membrum ea ratione collocandū, in qua diutius sine dolore permaneat. At si cui parti id denegatū est, nec ea potest pro libidine conuerti aduersæ parti, & decliuè vulnus inferendū, quod καταρροίη vel ἀντιδιαρροίη appellant. In aliis quoque manu & crure quæ commodè inuerti possunt, quū sinus longior cuniculosum vlcis, fordes vberior, etiâ aduersæ parti lanceola immittitur, vt duplici exitu dato, vitiū celerius expurgetur. Adde quod ea ratione liquida medicamenta quibus in id genus vlcibus ferè opus est, faciliùs infunduntur. Est quum ab ore vlcis ad fundum ducto gladiolo tota cavitatis detegitur, vt in fistulis, & vbi suppressis arteriis gangræna metuitur, vbi denique nulla alia via sanies satis expurgatur. Nonnunquam angustius orificium ferro ampliatur, quod amplum quidem, sed rotundum aucto vulnere in longum aliter deformatur. Sed hoc non tam purgando, quàm purgatione fit. Quibusdam locis plurimæ concurrunt arte

Figura vulneris.

In collo. In fronte & rugosis partibus.

In bubonibus.

Cui parti infligitur ferrum.

Simplex an multiplex vulnus.

Duplex exitus puri.

spiritus materia est, hic paruo vulnere contentus eris, ne confertim semelque erumpente sanie, simul magna vis spiritus disfluat, vnde animi deliquia, & nec opinatae mortes consequantur. Est cum adpressa manu fundo vlceris, & ita ad orificium adducta, interior fordes excluditur. Fasciis quoque alligatis, astrictis, id efficitur. Aliquando in latera materiae cursus deflectitur nouo facto vlcere, vt inde pars nobilior, in quam vitium decurrat, liberetur. Quibusdam e vomica superiore per angustias quasdam sanies deorsum illabatur, & nouam vomicam gignit, qua aperta superior facilius percuratur. Vitioso dente, & inde gingiua purulenta, tumor sub mento colligitur, contusa atque inde saniosa maxilla superiore, labrum superius interiore parte purulentum euadit. Haec atque alia id genus medico obseruanda sunt, ne prius inferiorem sinum claudat, quam superior fuerit percuratus. Ac temporis ratio quadam est, in quo vomicae recludantur. In quibus morbis nullus dies vrget, tutius est vere, deinde autumno & aestate, aut certe calore facto nondum ortis frigoribus. Atque haec temporis ratio multo magis seruari debet, quod magis necessaria pars est quae tractatur, & maiori periculo subiecta est, maiorque plaga facienda est. Eodem modo matutino magis & proclinato sole, quam meridie, quam feruente caelo, quam denique nimium progressa nocte. Et haec quidem de ferro & cauteriis in aperiendis vomicis breuiter dicta sint. Reliquum est, vt eodem compendio de medicamentis, quae aperiunt, dicamus: postremo addamus quae sine ferro & vulnere pus exhauriant. Atque utroque genere, hoc etiam magis vtendum est, quia mollior aeger est, quam qui vel ferrum, vel cauterium sustineat, quia eo loco sanies confedit, equo, etiam si aperias, non facile effluat. Et medicamenta quae aperiunt, cauteria quaedam sunt, natura certe caustica, idcirco quae a quibusdam veterum cauteria frigida vocata a recentioribus potentialia. Cauteria quidem, quod reuera vrant, frigida vt ad ferrum, & similia, quae rutilent igne, comparata. Neque tamen sic vrunt, vt quae caustica & septica postea describentur, nisi quaedam fortasse, quae diutius insistant. Theriaca igitur vomicas aperit, vrtica semen e vino tritum frangit, purgat, incarnat, cicatrice tegit. Caulium radices vsta, trita & veteri axungia captae. Eodem modo radices cannae, ostreorum testae crematae, adeps ranarum viridium, quae versantur in arboribus, lac ficulneum, tithymallorum succus, puluis e capitibus muscarum & lacertarum, puluis cantharidum, erinaceorum corium cum pinnis vstum, batrachium, caninum stercus album, muscerda arida, vini fax & aceti, magis etiam quae cremata fuerit, calx viua in sapone, vocatum sublimatum in axungia, trita illa visco quercino, terebinthina, laringa, abietina, sapone, butyro, caesypo, melligine anacardina, hermodactylorum succo, excipi debent. Ac plura capite de pyroticis. Sed haec ita insistere oportet, vt aperiunt, nec crustam ducant, aut si sic, ea molliter detrahenda est. In rebus alijs est, facis crematae vini vel aceti ℥. 2. fimi columbini torrefacti, aruginis ana ℥. 2. aquae marinae, vel in qua

Quo tempore aperienda vomica.

Medicamenta quae aperiunt.

Frigida cauteria.

Quae aperiunt.

Quibus excipiuntur vomicae.

in qua subduplum sal illiquauerit, ℥. 1. olei antiqui, vel feruifacii ℥. 2. arugo cum sale & face trita, aqua & oleo commiscetur, coquantur ea fictili clausa, puro carbone, dum tota exhalet aqua, ex quo propolis mollita prius imponitur, auferuntur igne, vbi paululum refrigerint, columbi fimus inspergitur, pusilla plagula & oblonga efformatur, eaque medicamento inducitur, & conuenienter adaptatur, tum amplius splenium superdatur, quod leniente simul & coquentem pharmaco illitum esse oporteat. Aliud.

℥. fimi columbini, nitri an. ℥. 4. caric. 7. quibus arida trita commisceto, ac bene pista inducito, vt prius. Quod si durius videbitur, purgata axungia & melle temperato. Arrhenico, sandaracha, puluere angelico vel mercurio vocato & sublimato prudenter vtendum est, & habeatur ratio corporum & vomicarum. Nec enim placuit veteribus Medicis (quod iam consuetudine inualuit) grauius cruciari aegros. Nec in his solum, sed in iis etiam, quae tantum pus exorbeant, non aperiant, ita cauisse aegris certum est. Veriti ergo illi ne quae discuterent acrius, dolorem vna commouerent, bis in die detrahi medicamenta voluerunt, bis fomentis vt, quae dolorem remitterent. Ac iam discussa saniei parte, semel tollere remedium, semel fouere tantum permiserunt. Postremo non renelli, sed contineri, dum tota materia exhausta esset, vtile iudicarunt. Neque prius hoc vtendum genere remediorum, quam aestus vomicae & phlegmone quieuerint. In vsu, superponitur folium vel malagma, quod leniat, aut splenium delibutum pharmaco, quod dolore prohibeat. Quantum vulnus esse velis, tantum splenium aut plagulam constituas, quod pharmacum vulnerarium excipiat. A maiore vena, arteria neruo abstinendum, neque diutius relinquendum loco medicamentum. Laxanda prius cutis est, & tenuitas partium comparanda pharmaco. Sic enim cruciabit minus, & celerius efficiet. Ac rursus facto vulnere solatium parti afferendum, fouendumque remediis, quae temperent. Quod si adhibito pharmaco vulnus sit, neque doloris sensus commouetur, iam siderata & emortuae partis indicium est. Neque iam aliud reliquum est, quam vt vel depascaris igne, vel excisorio scalpro peramputes. In alijs austerior nostrorum hominum quam veterum medicorum, cura est, dum alligatis causticis crudelius excruciant aegros, sed fortasse dicant, quod olim Epicurus, doloris grauis solatium esse, cum is breuis est. In alio genere remediorum quae saniem exugunt, sapo est illitus, tum per se, tum in discutiente oleo solutus. Quod sequitur, peculiariter conuenit abscessibus genuum & articularum, exprimit enim pus, nec incidit. Idem etiam glutinat.

℥. recrementi plumbi ℔. 1. teritur, & in sesquilibra olei veteris coquitur ad crassitudinem mellis subductis igne, terebinthinae ℔. 1. commiscetur, coquantur omnia placido igne, atque vniuntur. Aliud.

℥. litharg. cerusae, salis ana ℥. 3. olei veteris ℥. 10. trita illa coquantur olla, & assidue commouentur, cum

Non cruciandi aegri.


Clementior ratio veterum.

Desperata vomica.

Quae saniem exugunt.

mortarium traducta contunduntur, & vsui sunt. Ex lithargyro, sale, terebinthina & oleo veteri, multa comparata reperias, quibus acria trita resperguntur, arugo, sax, calx, vitrioli genera, squama, lapis calaminaris, & similia. Facit hoc ad strumas parotidas, ganglia, mammarum abscessus, elicitque, laxata cute, quicquid puris intus conditum est.

℞. ceræ, nitri, terebinth. olii veteris ana ℥.i. aquæ, vel (vt Andromachus) lixiuij ficulnei ℥.i. lo. liquatis aliis nitrum, vel aliquid tale inspergitur solutum aqua vel lixiuio, miscentur omnia, circumaguntur assidue, nequid efferuescat. Plura iam ante, vt capite de resoluentibus, & 6. De compos. pharmac. 27. §.ii.



De purgantibus medicamentis. CAP. II.

Ratio purgandi.



EQVITVR vt purges. Etenim omne vlcus sordidum sedulo purgandum est. Quod si dehiscit foras, neque fistulosum est, molli fomento vel linteo tum sinu ipsum, tum labra vlceris perpurgabis, deinde medicamentis cauum implebis, dum rubens, ac nimium, neque siccum neque humidum vlcus extiterit. Medicamenta in concepto linamento ferè imponuntur, quanquam aliquando puluisculis cauum inspergitur, hocque præcipue, quum humidius est. Contrà verò arefcenti vitio, dolenti & inflammato liquidiora conueniunt. In media conditione satis corpulenta pharmaca inseruntur. Quod si non ita expositum vitium est, sed intus latet, difficilis omnino cura est. Et si quidem capite includitur, neque per aures, nares, aut aliter sordes effluit, modiolò, cyclifco, vel terebella patefacere viam oportet. In extremis naribus quà meatus in os pertinet, specilli nucleo, vel fistulis medicamentum induci debet. Alioqui aperto ore per palatum via ad vlcus querenda est. Nec alia seruat ratio in oris vlceribus, quæ non ita patent. Ad thoracem vnica ferè via est ab ore per asperam arteriam, nisi vulneris orificium in superficiem veniat. Hic pyulcis, collyriis, suctu, suppuratio exorberi potest, iisdemque machinis vel melicatum, vel aliquid generis eiusdem inferri debet. Insufflantur pulueres per corniculum & arundinem, qui præsentis vitio conueniant. Ad ventriculum & intestina prima per gulam aditus est: at quæ gulam purgent, lenta, tenacique materia illigari conuenit, vt obiter inhæreant. Intestinum crassius detergente materia in clysteribus expurgabis. In vesicam fistula argentea, qua calculi tentantur, primum immittitur quæ vt locus patitur, amplius cauo pateat, in cauum clyster vesicarius introducitur, exprimiturque, vt liquor per canalem fistulæ ad vesicam vsque perfluat. Rectis enim fistulis iniectis, ferè refluit atque disperditur. Ià verò medicamento crassius (quæ καταρτηα appellant) medicè tergeant & siccant, de qua corruptela corporis concreuit, & reliquis alimentis

Consistentia medicamentorum ratione vlcerum.

In capite.

In naribus.

In ore.

In thorace.

In ventre, gula & primi intestini.

Crassius intestini.

Crassius esse de.

alimenti colligitur. Exiccanda sanies, humidumque recrementum, quod stata naturæ lege ab alimento partis reliquum sit, & aliunde illabitur. *ρυστινὰ* peculiariter appellant *ἀφαιρητὰ τέρβυτε*, quibus vis detergendæ fordis data est. Hac parte vitanda sunt quæ adstringant, vnde sordes pertinacius inhærent, quæ laxent, vnde robur partium elanguescat, acria, quæ colluie sordium cauum impleant. Sale & eadem materia ideo abstinendum, quia vt detergeat, adstringit tamen: sordes impingit, & vellicat. Hæc autem ita audire necesse est, vt ad purgandi rationem omnia referantur. Nam si serpit vlcus, si putredo est, quæ vicina, depascitur, si quid occalluit, si quid influit & phlegmone est, medicamentum ita comparandum vt ex iis quæ laxent, reprimant, mordeant, quæque detergeant, tam multis semel casibus medeatur. Sed omnino in purgando vlcere, prima quidem ratio totius corporis haberi debet, quia vel incolume, vel plethoricon, vel cacochymon est, deinde peculiaris natura partis requirèda est, quia humida ea aut sicca, acti vel stupido sensu prædita est. Postremò animaduertendum nunquid alieni vitij vt calli, rheumatis, phlegmones, doloris, vitiosi succi putredinis, aut aliquid generis eiusdem vlceratæ partis aduenerit. Itaque vt ea sunt omnia & sordes vlcerum, ita qualitas remediorum distingui debet. Adde quod vel recens, vel inueteratum malum est. Molli corpori, recenti malo, nimium neque sordido, neque humido, parti præterea sensus acrioris, leniora remedia conueniunt, multò magis si in vitiosis succis æger est. In contraria cõditione, contrariis auxiliis locus est. Quod si pars aliqua tumoris maturuit, & pus reddit, alia verò etiam dum cruda est, huic quæ concoquant, purulenta quæ repurgent, imperabis. Eadem ratione si quid durius, malactica, si quid inflammatum, lenientia suis quæque locis accommodabis, alioqui pharmacum è multis temperabis, quod iis omnibus querelis satis esse possit, qualia sunt Græcorum *αλούχρησα*. In purgando plurimum valet recta abluendi ratio, de qua breuiter nobis dicendum est. Vbi ergo molliore flocco tum sinum ipsum, tum labra exterferis, si præterea conuenienter abluas, magnoperè curationem adiuuabis, vt ad reliqua per se natura interdum sufficiat. Itaque si sanies acris est, sero, si copiosa sordes, melicrato, si multa simul & acris est, sero, in quo saccharis octuplum, vel tantundem mellis diffusum sit. Cùmque cæperit cauum esse purius, ænomelite: post etiam vino è dulci austeriusculo vtendum erit. In fætido sinu, putri & cruento oxycratum conuenit. Acetum oxymeli, ænomeli, dilutum marrubij, absinth. aloës, myrrh. pauculo conditum melle, putredines efficaciter iuant & nomas cohibent. Nomæ sunt vlcera quæ in ambitum partes arrodunt, depascuntur, ac præterea putrilaginosa sunt. Eidem medetur malo marina aqua, vel in qua subduplum salem illiquaueris. Vrina quoque veteri exemplo, & quotidiano vsu ad eam rem laudata est. Rustico è neglecto vlcere digitus in pede computterat, is Galeni consilio, concepto linamento vlcus impleuit, conuenienter alligauit, & quoties incescit meier

Quæ vitanda.

Sale & similibus quare abstinendum.

De ratione abluendi vlceris.

Contra putredines.

Nomas.

Vrina.

Historia.

propria vrina perluit, atque ita perfanatus est. Quod exemplum retineri potest in pudendis, & aliis partibus corporis quas sine pudore perminxeris. Vrina fit non quauis, sed cuique propria, nec hæc quidem cruda & aquosa, sed suo diluta sero, & iusta bile colorata.

Salugo piscium. Salugo piscium eodem authore commendatur. Sed hæc leniter adstringit, ac putridum vlcus sæculenta forde plerunque impingitur, videndumque ne adstrictione sordes illa crassior magis inhæreat. Ex quo putridis adhibenda præcipiunt, quæ tergeant, discutiant, tenuent: aliquando etiam quæ repellant, quæque adstringendo siccet, vbi tenuis est sanies, & fluxio infestat, fraxini folia molliuscula coquuntur aqua, vnde cancrofa eluantur. Sic. n. lenies, si ccabis, absterges & discuties. Lixiuuum deterget, siccet, tenuat, digerit. Itaq; in crassa forde & putredine, magnus lixiuij vsus. Paretur è materia quæ detergeat, siccet, incidat, discutiat, & si efferatur malum, ea etiam quæ acrimonia mordeat, quale saponarium. Saponem veteres confecerunt ex seuo caprillo, hircino, veruecino, bubulo, & lixiuio cum calce, qui acriter relaxet, sordes expurget, detergeat, siccet similiter è nitro. E cinere fugino & seuo alij conficiunt. Quidam è calce, sale, oleo & seuo interim permixtis aromatibus. Isque modò liquidior, modò solidior, comparari potest. Atque omnino inde lixiuuum expurgandis sordibus putridorum vlcera idoneum est. Eodem modo è tithymalis, dracontio, fico, bryonia, batrachio, ostreorum & metallorum acrium cineribus. Vtuntur etiam capitello, quod capite de pyroticis describitur. Vrina ergo & iis lixiuio generibus vtendum erit in putridis, fluxis, humentibus & malignis vlcerebus, tum etiam cœnomelite, in quod cinerem calcanthi, vel cremati vitrioli resperferis. In eundem vsum cinere caricarum liquida puluerantur, nec improbandum ligni sancti remedium. Alij cœnostagma probant, quia siccet & putredinem prohibet, magis etiam si tantillum, cremati mellis accesserit. Nam vbi in multo humore vlcus est, crematum mel, aut è meliteis vasis deterfum & aridum magis conuenit. Ac dum crematur aloë, myrrha, centaurij puluis, inspergi potest, quoniam tempore summouetur igne. Idem succo marrubij, plantaginis, absinthij, apij & similibus aptè perfunditur: sic enim caneros, gangrænas, putredines, facillè prohibet. Vulgus fenicula, bugla, centaurio & plantagine, plurimum vtitur in melle, vt cum hoc succus ex herbis pressus percoquatur. Neque turpe est per vulgus & aniculas profecisse. Non enim puduit maiores nostros in multis remediis brutorum discipulos sese profiteri, sed acceptis è vulgo remediis adhibenda ratio & rectus vsus, in quo summa artis posita est. In nomis, phagedænis, Chironiis & omnino malignis vlcerebus, veteres vsi sunt iis, quæ & detergeant & adstringant, sed hæc rectè diluas, vt liquida infundantur. Aqua aluminosa, vel in qua malicorum, myrrha, balaustia, ceteraque eiusmodi coeunt, id genus vlcerebus accommodanda sunt. Egyptiaca in lixiuuiis dissoluantur, aliæque id genus. Verùm matutino melius vtendum quæ constringant, tum quæ mordeant, quo iam

*Salugo piscium.
Ad putrida.*

Fraxinu.

Lixiuuum.

Sapo.

*Materia lixiuui-
uum.*

Cœnostagma.

Mel.

*Vtendum vulgi
remediis adhibi-
ta ratione.*

*In nomis & ma-
lignis vlcerebus
quæ sunt adhibenda
remedia sunt
diti.*

iam tempore diffluit corpus, ne adstrictione excrementa cohibeantur, & acrimonia pertrahantur in vlcus. Præstabit quoque detergente materia prius expurgare, quam adstringentia instituas. Lixiuuum è calce sapius elota terget & siccet, nec sine re laudatum est. In callosis, ægrè coherentibus, cuniculosis, nimium sordidis ex cinere ficus, tithymali, aliisque id genus lixiuuum fit, quo sinus quotidie perfundantur. Aqua è laringa, terebinthina, rosinis ferè omnibus extillata, tergendo idonea est, lixiuuum ex oliuæ nucleo, cancrofa tollit. Succo absinthij siccabis, exterges, astringes, & roborabis. Melicrati & eorum quæ mel, vel saccharum recipiunt, modus est, vt sit decupla, octupla, sextupla, aqua. Eo dilutiore vtendum erit, quòd sinus purior, acriore quòd sordidior. In vlcere fatis exposito, linteolum prius pharmaco insuccandum, leniter exprimendum, insinuandum cauo. In humidiorè exactissimè triti puluisculi resperguntur. In sicciore, & quòd forde offarctum est, diuisa linamenta, vel sine his pharmaca mollia imponuntur, ex quo bene carminato vellere os vlcerebus obstipandum est, deinde superdanda mollis spongia, vel complicata linteola, vel denique quòd patria lingua & iam vulgari Cotton appellatur, vt inde tota vlcerebus regio comprehendatur. Atque hæc omnia vino inculcabis, & expressa superpones, postremò artificiosè colligabis. Omnino tamen cauendum erit, ne quid durius, grauius, asperius, vlcerebus incumbat. In fistulis, & altioribus lacunis, quòd superdatur splenium, in decussim vel crucem discinditur, vt sit quæ sanies effluat, atque ea parte diuidi melius est, quæ os vlcerebus in decliu tangit. Poterit etiam linoxylon melle obduci splenio, quæ parte diuisum est, ne sanies molestè diffluat, & subiecta corpora inquinat, sed combibatur. Omnia commodè obliganda sunt, vel vt contineas, vel etiam vt reprimas. Accidit aliquando vt longior turunda extrema parte neruum aut dolentem particulam attingat, atque exasperet. Quare ea decurtada est, & ima parte intingenda remedio, quòd & lentum sit & leniat, reliqua verò detergente auxilio illini debet, quæ si parum etiam videatur, quia non penetrat in alueum quæ vlcus desinit, iniectis liquidis medicamentis sufficiendum erit, quòd deesse videatur. Postea verò quàm tempus redierit, in quo vincula soluantur atque reuellantur indita medicamenta, recognoscendum fideliter, quanta qualisque sordes prius fuerit, quanta, qualisque in presentia sit. Nam si iam minor & cocta appareat, bene est. Optimè verò, si purum vlcus est, & iam aliquid laudandæ carnis succreuit. At si solito magis sordescit, & nihilominus crudum est, distinguendum hoc modo. Nam si cavitatis maior, nouus calor, rubor & dolor, adfuerint, id acriori medicamento attribues. Temperabis ergo cerato rosaceo, si maior calor, si verò flaccidum vlcus & humidum, myrtino. Quod si nihil horum extiterit, non calor, rubor, dolor, sed tantum sordes vberior prouenerit, imbecillius est pharmacum, quòd adiecto melle exacues. Sed aliunde humor interdum affluit, vt in reumaticis vlcerebus appellatis, nonnunquam in largiore cibo, nonotti peccatum est, quibus mederi prius necesse est; quæ

In callosis.

Ad cancrofa.

*Absinthij succo.
Melicrati &
similia.*

*Quomodo vtendum
cathartici.*

possit. In humore nimio siccantem pollinem consperges, & mollibus pharmacis abstinebis. Aliquando verò nimium siccando, & contractum, & exsuccum vlcus reperies, qua in re siccantia humido diluuntur. In inflammatio vlcere sæpe initio recurrit materia, vt tenuis quædam sanies, lachrymæ similis, tantum effluat, vnde *δακρυώδες* vlcus appellatum ab Hippocr. Vbi non medicamento, sed vitio vlceris, ea res attribuenda est. Oculis, naribus, & palato aliisque partibus vlceratis, quas humor subinde alluit, vis medicamentorum aut acrior sit quàm vlcus postulet, aut sepius commutetur. In contumacibus, solidiora pharmaca inferi possunt (si non prohibet dolor) & platysmata supra adhibentur. In summa iustâ qualitatem pharmaci æstimabis, si purius vlcus inde redditum est, si naturaliter sentit locus vlceris, qui sensu præditus est, si modicè rubet, si nimium nequè siccus, nequè humidus est. At quicumque sensu caret, aut non naturaliter sentit, quicumque nimium aut aridus, aut flaccidus est, quicumque albidus, pallidus, liuidus, aut niger est, is nondum purus est. Omnino verò siccandum vlcus est, quantum videlicet & ratio fordidum, & natura partis ostendit. Alioqui infra modum siccato vlcere fungus è membranâ nascitur, aliunde excrefcit caro, aut putredo contrahitur in qua ad acria, mordentia, ignem quoque & ferramentâ confugere sæpe necesse est. Accedit aliquando ad fordes, vt etiam vermiculentur, quo tempore aloë cremata conspergatur, veratrû album in tosto melle, puluis pollij. & absinthij in pice imponatur, nuclei mali Persici è perficariæ succo tusi, plantago arefacta, marrubium, centaurium minus, calamintha, porrum, vesica suo felle plena, igne resiccatur, teritur & inspergitur. In summa, quæ amarore vermes enecat, & purgant fordidâ. Arida teruntur, & ita resperguntur cauo. Ex aliis succis exprimitur, melli vel aloë incorporatur, & aliquando simul omnia coëunt. Eidem rei lixiuium conuenit, vrinâ, linimenta, ieiuni hominis salua tinctâ, cicer, orobus, lupinus, hordeum, vsta, trita, & melli mista, vernies extinguunt, maligna sanant & Chironia. In cancerosis cancri fluuiatilis cinis cum cadmia. Si cadmia desit, tuthia vulgari crustacea, gleba æraria vsta trita que aut fuligine ex ærariis fornacibus vti licebit. Meliora hæc omnia ex vino giluo tenui, pellucido, leniter adstringenti, & odoro, diutius versata loco subdiali & obiecto soli, alioqui luculento foco. Irionis semen colæuigatum melli, lens cocta cum melle. Mel in tegula torrefit, & solani succo imbibitur. Ex virentis oleæ surculis succus exprimitur, malicorium vtitur. Semperuium, vmbilicus veneris, solanum, intybum, lactuca, psyllium, omphax, attriplex exsuccantur, quod inde expressum fuerit, pistillo & mortario plumbeis diutius cicumagitur, dum sit luti crassitudo. Pompholyx in pila plumbea diu versatur, atque paulatim affuso succo qui conueniat, volutatur. Colocynthis vtitur puluis pompholygi permiscetur contra maligna & vermiculantia. Cerusâ è draconio (gerfam serpentariam vocant) & calcis viuæ, ʒ. 3. cum aceto pista iunctâque fictili crematur, & caneros & curat. Fit autem ea cerusa hoc modo, quæ

Vermiculantia
vlcerâ.

Ad cancerosâ.

Pompholyx.

Cerusâ è dra.

quæ per se clementer purgat. Radicem verè colligunt, Galenus sub canicula, Dioscorides lauat, siccatur vmbra, aliquot post diebus facta in taleolas, traicitur acu quæ filum ducat, ex quo dependens vmbrosa domo asseruatur. Vltus tempore, trita inspergitur, & maligna curat melli aliquando, (aut acrior sit) cerato commiscetur. Sed vt inde cerusa fiat, vbi iam siccata, & in farinam trita est, vitreo vase includitur, in quo tantum sit aquæ rosaceæ, (quod *ῥόδῶσαγμα*, vocant) vt enatet aqua, vas ergo viginti dies perfolatur, & vt exspirat aqua atque combibitur, ita noua refunditur, postremò farina illa exsiccatur vmbra, vbi liquorem multum cõbibit, vsui reponitur. Eodem modo vmbilici marini, sales, ostreorum cinis, puluisculus iridis, os sapiæ, aliæque generis eiusdem comparantur, & addita cerusa lota gummi, mucagine crinostagmate bene mundato lotoque adipe, anchusa denique ad fucos mulierum permiscetur. Ad cancerosa.

ʒ. litharg. 2. vino giluo, tenui, odoro, leniter adstringente vel acetoso, si quid est calli, immerguntur, ex eoque quotidie in sole vel igne conteruntur pistillo plumbeo & mortario, idque diebus octo vel pluribus. At quoties tritura repetitur, vinum & acetum mutari debet, tantò efficacius pharmacum est, quantum plus liquoris rapuerit. Hic rursus oxelæon ad fsequilibrâ iniicitur, ex quo diu trita lithargyrus excoquitur puro carbone iam non inquinanti, cerusâ semuncia inspergitur, mouetur omnia, & sedulo commiscetur. Sunt qui cineris ostreorum ʒ. 2. adiciant. Ex eadem materia Ricotica barbarorum conficitur.

ʒ. litharg. triti & cerusâ ana ʒ. 2. ol. myrt. vel rosaceo concorporantur, & si lubet, succo plantaginis vel solani imbuuntur. Psoricon Mesuræ medetur cancris, fistulis, lepræ, scabiei siccæ, putrida depascitur, superioribus pharmacis acrius est. Item.

ʒ. litharg. argenti chalcanti, vel vitrioli ana ʒ. 1. arginis ʒ. 4. teruntur vno die in sole æstiuo ex aceto acerrimo, quod paulatim respergi debet, deinde condantur omnia vase vitreo, & ad quadraginta dies sub fimo obruantur. *Διαπορόλυτος* medicamentum est veterum & recentiorum, quod contra caneros vsurpari potest. Vtricâ femine & foliis vtrisque tritis aridis, infriatis Galenus vsus est ad gangrænas & caneros, quia modicè calfaciunt, siccant, digerunt, tenuiam sunt partium, nec mordent, qualia gangrænis & cancris conueniunt. Sed vbi calor est, refrigerante succo, qui per se conueniat, temperari debent. Gangræna compunguntur, scarificanturque vt oppressis spiritibus liber anhelitus reddatur, iisdemque iuuantur remediis, quibus & cancri, & putredines. Putrida curantur melle scyllitico, cui intritus sit puluisculus ellebori. Aristolochia rotunda extenuat, putredines sanat, repurgat sordida, & quæ efficacior est, quàm longa. Hyperici semen aridum, commistum melli, putridi & iis, quæ in multo humore sunt, medetur. Erysimi femine ad cancerosa, putrida, gangrænas similiter vtendum est. Sabina iisdem remedio est, & atra iuuat, verà in tum hæc, tum quæ acria sunt, rebelli ac contumaci vitio accommodare melius est. Quod

ʒ. litharg. & cerusa.

Ricotica.

Psoricon Mesuræ.

Facultas quorundam medicamentorum ad gangrænas & caneros.

Putrida qua curant. Aristolechi.

Sabina.

vim acrium medicamentorum sine noxa perferre potest. Nam cum recenti malo, dolente atque inflammato, clementius agendum est. Computrescebat & humore soluebatur medij digiti manus articulus, cui Galenus initio cataplasmata induxit è farina hordei in lixiuio pista, vicina verò sursum versus tenfa & dolentia inflammato oleo calente fouit. Postea verò quàm dolor acquieuit calorque extinctus est, ex orobi farina eodem lixiuio iuncta, cataplasma compegit, atque is tandem sanatus est. Ita in articulis & nervosis partibus, tum etiam aliis quæ putrescant, farina (vt dolor est & calor) commutanda, quæ si non prohibent, è lupinis & ciceribus extundi potest. Subiguntur autem cataplasmata modò lixiuio, modò oxycrato, & in dolore œnomelite, aliquando etiam aceto mulso vel aceto. Marrubio, scordio, centaurij minoris cauliculis vti solitos veteres contra putredines Galenus auctor est. Aloë, myrrha, absinthio, apio amaro, melle tosto ferè vsa est posteritas. Plantago rebellia, rheumatica & putrilaginosâ sanat, ac ferè inuenias veterem medicinam triplici genere remediorum pugnasse contra putrida. Frigidis enim & adstringentibus aliquando vsa est, vt plâtaginæ, admodum calidis, sed quæ non mordeant, vt vrtica acris ac iam mordentibus, vt Sabina, ac singula genera singulis vlcere differentiis accommodanda sunt. Initiis enim putredinum vbi calor & dolor est, frigida illa conueniunt. Vbi inualuit putredo & contumacior est, ad acria decurrendum. In media conditione, medium genus vtile est, in quo anethi semen est vltum, tritum & inspersam. Ex officinis arariis, ea scoria colligitur, quæ fuso ære relinquitur, è vino tenui, quod ex austerò dulcescat, diu conteritur, quadruplo melli torrefacto permiscetur, singulari remedio in ani, oris & genitalium vitiis, magis etiam cum putredo depascitur. Colligi potest ea scoria, non solum in primariis illis fufuris glebæ arariæ, sed vbiunque æs collectaneum iniecto lapide, quem calaminarem vocant, refunditur. Melle myrtino gingiuarum putredines cohibentur. Contra putredines & nomas.

℞. aluminis vehementer triti, ʒ. 2. falis ʒ. 1. mell. ʒ. 1. omnia coniuncta cremantur olla: vltis, tritisque, ʒ. 3. tritæ ireos immiscentur. Alumen per se, vltum tritumque contra eadem mala inspergitur. Aliud.

℞. aloës, myrrh. ana ʒ. 1. trita inunguntur succo plantag. & absinth. dum sit luti crassitudo. Vitriolum vritur, diuque ex aceto tritum circummagitur, hic siccat, siccum è vino subigitur, rursus siccat, puluis citra morsum siccat, & putredines adiuuat. Eodem modo macerari possunt acria metallica, vt siccent, nec ita mordeant. Chamæpitys, cupressi nuges & folia, putrida, flaccida & atra iuuant. Ostreorum, buccinorum, testularum, ossium, sapiæ cinis ex oxycrato, & aliis contra eadem valent. Sunt qui dum eæ cremantur, quartam partem falis immisceant. In calore & phlegmone, alterci semen aliud, dupla farina tosti hordei vel auenæ, vsurpandum. Atque ex œnomelite, vel oxycrato cataplasma fingi. Arida radix

Historia.

Contra putredines articulorum, neruorum, &c.

Vt sita veteribus, contra putredines.

Tria genera medicamentorum contra putrida.

Vitriolum.

radix cucumeris agrestis, fici folia ellebori fibræ, vnumquodque tritum, & melli mistum iisdem vitiis auxilio est, è radice gentianæ & enulæ, cerusâ factitia, qualis è dracontio descripta est, mirificè prodesse potest. Scilla similiter cum melle cocta. Cinis è lana succida mollibus, flaccidis, malignis vlcerebus vtilissimè inspergitur, atque efficaciter siccat, eodem modò è pilis animalium vtilis siccando cinis comparatur. Ad putrida. ℞. vitrioli vlti, & vt prius confecti ʒ. 1. elaterij & seminis lini torrefacti ana ʒ. 1. terantur omnia. Isidori Antiochæi ad gangranas, nomas veteres, & malignas putredines remedium. ℞. lithar. ʒ. 6. ærug. ʒ. 1. olei veter. vel ricinini ʒ. 9. metallica trita cum ʒ. 4. & semisse olei clementi foco coquito, versato spatha, vel manubriolo ex enulæ radice, cucumeris agrestis & gentianæ, idque donec viride fiat. Hic in mortarium data omnia volutato, ex quo in cacabum repetita, cum pari modo olei recoquito, dum sit melinum pharmacum, tum in pilam reuocato, & circummagito, deinde redditum foco, tertid excoquito, vt ruffum appareat, & in mortarium reducta subigito. Postremò iam quarto coquito cum pari oleo, omniâque vt prius, facito. Andromachi ad eadem Litharg. ʒ. 9. calcis viuæ, æris cremati, thuris, terebinthin. aristolochiæ rotundæ, ana ʒ. 4. picis, ceræ, ammoniaci ana ʒ. 6. liquabilia seorsum fundito, deinde metallica vino tenui & odoro tinctâ, tritâque immittito, omnia in mortario contundito, & fideliter commisceto. In putridis, depascentibus, & grauiter olentibus, vocato puluere angelico, arsenico, crudis vitriolis, aliisque id genus vtendum erit. Ea in tenuissimum pollinem trita, & extremo specillo capta resperguntur, ex quo linamentum simplex, vel liquore, qui conueniat, madidum, superponendum. Atque hic vbi aliis remediis nihil profeceris, ferro & igne purgandum est. Efficax medicamentum Lucij Cathagetzæ ad malignas putredines & nomas.

℞. sulphuris viui, auripigmentum, squamæ aris an. ʒ. 2. aris combusti, ʒ. dimidiam, trita omnia insperguntur, mollius est, si in melle rosaceo adhibetur. Arido vtendum magis in humore multo, in siccis temperatur rosaceo. Ægyptiacis quoque vti licet. Atque hæc quidem obiter, neque tamen præter institutum, contra caneros, gangranas, putredines, nomas, vermes, nigredines, quæ ad purgandi, siccandique rationem, atque omnino percuranda vlcera pertinent. Nunc autem ad peculiarem materiam veniamus. Repurgant melle tinctâ linamenta, aridum mel quod melitæis vasis inhæsit, mel rosaceum, quod etiam reprimat & calorem attemperat. Sacchari eadem ferè vis est, terebinthin. cum melle & rosaceo pari mensura. Eadem cum butyro, neruis vtilis est. Iris serpentibus vlcerebus & sorde plenis, gentianæ radix & enulæ. Marrubij succus & fœniculi conditus melle, mucago fœnugræci tinctâ rhodomelite, oculorum vlcerebus idonea sunt. Melissophylon marrubio imbecillius est. Ærugo tosta, lotâque, aris squama

Isidori ad nomas, gangranas, &c.

Andromachi ad eadem.

In romis & fœrensis.

Materia purgans.

Metallica.

ac ferè reliqua metallica, similiter comparata citra morsum siccāt, quædam etiam detergent, as, stibium, antimonium vocant, adhæc, chalcitis, misy, sori, quæ ad vitrioli & cuperosæ genera referunt. Caprillum ster-
cus.
ci è calce maligna iuuant, calx viua trita quadruplo melli commiscetur, ex quo finguntur orbiculi, qui in figulino ordine collocati, & in fornacem dati concremantur. Inde puluisculus inspergitur, qui longè clementior fuerit, si vino vel aceto eluatur, vt citra morsum tergeat, & siccet. Eadem arte multos pastillos conficias, è calce, melle, & metallicis. Chironiis, hoc est valde malignis, aliquando satisfaciunt cicer, orobus, faba, hordeum, auena, fresa omnia, & melli infriata, vel per se resperfa cauis. Eadem lupinorum vis est, qui in cinerem molli igne vsti, maligna vlcera tibiarum purgant, implent, cicatrice claudunt. Ad eadem valent radix, asphodeli, ari, & asari, ostreorum teste & volumina cochlearum. Vtuntur omnia singulari causa, deinde etiam lauantur vino, siquidem acrimonia deterenda est. Polium aridum rebellia sanat. At hoc scabiem expurgat, & maligna curat. Ellebori albi \mathfrak{z} .i. litharg. sesquuncia, litharg. in olei \mathfrak{z} .4. & aceti \mathfrak{z} .2. coquitur, dum non inquinat, subductis igni, elleborus paulatim inspergitur, commouentur spatha, & sedulò permiscetur. Ligustri nostri & minoris plantaginis folia affuso omphacio teruntur, asperguntur sale, succus exprimitur ad maligna colis vlcera. Sed vbi quæ mordeant partibus adhibentur, quæ inflammata celeriter putrescant, purgato corpore & ieiuno vicinia repellentibus obstipanda est. Eriacini cinis amygdala, stæchas, anagallis, aristolochiæ radix, gentiana, enulæ, cyperi vrticæ semen, & irionis, humidioribus vlceribus cancriosis, putrilaginosi, gangræna & liuore tinctis, mirificè profunt. Radix diplaci in cinerem crematur, aut in vino ad melliginem coquitur. Solani radix excorticatur, siccatur cortex cancri & nomis auxilio est. Contra eadem, succo & trita herba vtimur, multò magis vbi calor est. Minium quod è sulphure & hydrargyro nostro fit, depascendo purgare potest, nisi vstura & lotura maceretur: sic enim clementius futurum est, vt quod è sola cerusa vsta comparatur, vel plumbi gleba sterili, quòdque veluti arena in venis argentariis colligitur, aut paratur è syrico. Cerusa trita cribro traducitur, & in fictili patella coquitur sincero igne, donec rubeat, & sandicis colorem trahat, idque alij sandaracham, alij sandicem vocant. Quidam etiam syricon. Et qui sandaracham ex hac & rubrica sandicem fingunt. Ex sandice & synopide syricon, omniàque siccando conueniunt. Ad diurna & malefica vlcera tibiarum, vbi siccandum atque digerendum. Sandicis \mathfrak{lb} .i. olei dulcis \mathfrak{lb} .2. coquantur lento igne, dum non inquinat. At si qua sordes, ea detergenda priùs est. Ad cancriosa & malefica, cerusa è dracontio, vel radice dracontij, vt priùs comparata \mathfrak{z} .3. calcis viua \mathfrak{z} .2. cum aceto singantur magdaliæ, quæ in olla

*Contra scabiem & maligna.**Minium.**Sandaracha.**Sandis.**Syricon.**Ad vlcera tibiarum.*

olla concrementur, vt inde puluis inspergi possit. E silicis radicibus quæ tergeant, & leniter adstringant, cum melle medicamentum fit conueniens iisdem vlceribus. Quæ ex ærugine parantur cruda vsta, lota, vsu frequentissima sunt, qualia Ægyptiaca, ac in purgando cruda ferè ærugine vtendum erit, multò magis si valde fordidæ, si putrilaginosæ, si maligna vlcera curanda sunt. Quod si non aded graue vitium est, vsta quidem licebit vti, aut tantum lota, vsta verò & elota implendo cauo atque glutinando magis idonea est. Temperatur cerato, octuplo, decuplo, duodecuplo, & aliquando terebinthina permiscetur, quæ vt ad æruginem, similiter cerato habet octupla, decupla, duodecupla. Quanquam ea ratio variè commutari potest, vt sunt vlcera & corpora. Cera terebinth. ana \mathfrak{z} .i. olei \mathfrak{z} .4. liquefactis adde æruginis \mathfrak{z} .1.2.3. Quantò plus receperit æruginis, tantò acrius pharmacum futurum est. Aliud terebinth. \mathfrak{lb} .2. cera \mathfrak{lb} .1. rosacei \mathfrak{z} .3. aut 4. sulis permiscetur æruginis \mathfrak{z} .2. vel tres vt magis siccet atque detergeat. Ac iam deterfa sorde quum iam regeneranda caro, vel glutinandum vlcus est, minuetur ærugo, vel cerati & terebinthinae modus inaugebitur. Atque omnino medicamentis quæ ex ærugine & acris metallicis conficias, vt obtundi potest, si cerato aliis que id genus temperentur, si crementur, lauentur, si denique diutius excoquantur, vstura ratio ex Dioscoride, & aliis petenda est. Ab eodem lotura formula explicatur. Lauantur vino, vt impleas & glutines aceto, vt tenues, penetres, repellas. Cruda meliùs expurgant, vsta tenuiora sunt, magisque discutiunt lota omnino clementiora, vsta lotaque præstantissima sunt, vt sicces quidem, nec mordeas. Si lauetur aqua, ea sit pluuia, vel æstiuæ, vel quæ tonante cælo defluat. Ærugo sublatis igne aliis inspergitur, vt viride & acrius pharmacum relinquatur. Circa initia indita gilua facit, & dichroma colore ambigua. Diutius cocta ærugine etiam redduntur ruffa, minusque acria medicamenta mitiora quoque, si diutius lotura repetatur, & multum vini ærugo combibat. Litas Græci ferè appellant medicamenta, ex cera & terebinthina æquis partibus, æruginis octaua parte, decima, duodecima, subduplo thure, ad modum æruginis, & aliquando oleo addito sesquialtera ratione ad æruginem. Cera, terebinthina ana \mathfrak{z} .i. æruginis \mathfrak{z} .2. thuris \mathfrak{z} . dimidium, olei sesquidrach. sed ferè oleum adjicitur, cum sine thure & aceto conficitur pharmacum. Aceti verò vsus est, vt ex eo ærugo diutius versetur. Maleficis conuenit, æruginis \mathfrak{z} .i. squammæ aris \mathfrak{z} .2. aceti \mathfrak{z} .8. mell. \mathfrak{z} .2. metallica in sole tamdiu teruntur ex aceto, dum hoc cõsumptum sit, mel adjicitur, coquantur omnia dum ruffescat pharmacum. Clementer purgat ex mellis & terebinthin. pari pondere, paulò efficacius, addita ærugine priore ratione. Maligna iuuat. lithar. \mathfrak{lb} .i. coquitur in aceti \mathfrak{lb} .i. olei veteris \mathfrak{lb} .2. iam inspissatis, adde ærug. \mathfrak{z} .i. coquantur omnia dum ruffum colorem trahant. In rheumaticis & humidioribus mell. \mathfrak{lb} .i. aceti sesquialbra, æruginis \mathfrak{z} .i. aluminis semuncia, coquantur reliqua non

*Ægyptiaca a. 1780.**Nota de metallicis.*

mum alumen immittitur, tamdiu permittuntur dum ruffescant. Atque omnino in his modus sit æruginis, vt ne mordeant. Multa alia viridia & gilua ex ærugine lb. 2. de compositione medicamentorum ℞ $\gamma\epsilon\upsilon\eta$. Ægyptiaca recentiorum multis emplastris veterum ex ærugine respondent. Vnguentum de melle, aut Ægyptiacum magnum Mefue, vlceribus malignis, putrilaginosi, cuniculosis conuenit. Sed hæc præscriptis modis macerata ærugine moderari licet. Cera viridis, arida & infriata, aut (si res postulat) soluta rosaceo deterget. Ægyptiaca aloë, myrrha, vltro alumine, radicibus aristolochiæ, gentianæ, enulæ, & aliis id genus aridis tritis consperguntur, siccantur in tegula, puluis in mucosas carnes putrida præhumidas corrigit, & testulas ossium elicit. Papaueris cornuti folia, & flores admodum sordida vlcera & rebellia iuuant, sed his, vt aliis omnibus quæ valde tergeant, abstinendum in molli corpore nec ita sordido vlcere, siccantur illa, & insperguntur. Archigenes inspersis puluiscalis, floccum è diuulso filo, imbutum frigido vel subaustero vino superponebat. Squamæ æruginis ana \mathfrak{z} . i. ceræ \mathfrak{z} . 6. laringæ aut terebinthin. liquidæ sesquuncia in minus malignis, dimidio minuenda metallica. In tumentibus vlcerum labris resinæ loco, cæsupus, medulla cerui vel vituli permiscenda, medicamentum in platysmate totum vlcus comprehendat, vicinæ partes parygro recenti, vel alio medicamento, quod phlegmonem arceat, muniuntur, tertio quoque die resoluitur platysma. Ex ærugine & cremato ære medicamenta conficiuntur ad maligna, concorporantur illa modò cera pingui, modò cerato myrteo vel rosaceo, atque par metallorum modus est. Ceratum paulò vincat metallica, quod aliquando quoque larignam vel terebinthinam habeat subdupla ratione ad ceram, & alumen subquadruplum ad metallica. Ærug. aris cremati ana \mathfrak{z} . i. aluminis semuncia. Plura generis eiusdem quarto de compositione pharmacor. ℞ $\gamma\epsilon\upsilon\eta$. E farinis hordei, fabarum, cicerum, orobi, lupinorum, melle & terebinthin. concorporatis, sordes extergebis. Farinæ \mathfrak{z} . 3. succi apij, absinthij, marabij & similium, vnus lb. i. mell. \mathfrak{z} . 9. ad iustum corpus aquæ, vna mellis rosacei percoquitur, purgat, lenit, calorem temperat. Farinæ in memoratis succis coctæ, contra caneros & fistulas valent, in laboribus neruorum terebinthina commodè permiscetur: myrrha & aloë in putredine, quæque contra putria descripta sunt. In calore, hordeacea & fabacea præferri debet. In aliis è fœnugræco, ciceribus, orobis & lupinis melior est. Amicissimum neruis, quod sequitur. $\mathfrak{℞}$. resinæ, mell. terebinthin. ana lb. myrrhæ, sarcocollæ, fatinæ fœnugræc. & seminis lini ana \mathfrak{z} . i. ireos semunc. Aliud quod in pure crassiori vsurpandum est. Galbani ammoniaci, resinæ, terebinth. sepi taurini, ceræ, olei veteris ana part. æqual. in aceto mersa, paulatim fundantur igne. Aliud, quod purgat, siccatur, fistulas curat & glutinat.

$\mathfrak{℞}$. iris florentinæ \mathfrak{z} . 5. farinæ orobi vel cicerum \mathfrak{z} . 3. man-

næ,

næ, thuris, calcis viuæ ana \mathfrak{z} . 3. aristoloch. \mathfrak{z} . 3. & semiss. fiat puluis, in fistulas ventulo facto immitti potest, alioqui in liquida medicamenta quæ fistulis conueniant, respergitur, viride ex herbis. *Viride ex herbis.* ex herbis veteræ vlcera repurgat, excrescentem carnem reprimat & cicatricem ducit. Chelidoniæ, plantaginis scabiosæ, lybistici, vrticæ, ormini syluestris, ana M. i. conuassata septem diebus in oleo macerentur, in eodem cocta exprimantur, expresso succo, adde ceræ \mathfrak{z} . 3. terebinthin. \mathfrak{z} . 6. resinæ \mathfrak{z} . i. simul bulliant dum fiat corpus. Subductis igne adde sarcocollæ, aloës ana \mathfrak{z} . i. aristologiæ longæ, æruginis ana semunc. aluminis \mathfrak{z} . 6. sed ini- quius pondus est, fiat vnguentum. Vnguentum apostolorum ferè respondet veteri antiquorum, qui hoc vsi sunt attrahendo molliendo, glutinando, & contra ferarum morsus, quod quia variè describant, ex Aëtio vertimus thure addito & myrrha, vnde clementius futurum est.

$\mathfrak{℞}$. litharg. \mathfrak{z} . 25. ammoniaci \mathfrak{z} . 9. Colophon. \mathfrak{z} . 16. æruginis, galbani ana \mathfrak{z} . 2. bdellij, opopanacis ana \mathfrak{z} . 3. aristoloch. thuris mascul. ana \mathfrak{z} . 6. myrrh. \mathfrak{z} . 4. ceræ, olei ana lb. 2. Litharg. oleo coquitur, media ebullitione inditur ærugo (recentiores decoctionis sine, vt melius purget) vbi non imponant, colophonia inspergitur, summotis igne, reliqua ex aceto trita immittuntur, postremò versantur in mortario, & permiscuntur. Nostri terebinthinam addunt, & maiorem modum æruginis ideòque purgando efficius est. Aliud. Mellis cocti lb. i. thuris semuncia, myrrh. \mathfrak{z} . 2. efficacius è crudo melle, additisque æruginis & resinæ ana \mathfrak{z} . i. Plura primo, secundo, quarto, & quinto de compositione pharmac. ℞ $\gamma\epsilon\upsilon\eta$ decimoquarto & decimoquinto Aetij.

Prouidendum autem, vt ne malè purgatum vlcus coëat. Hippocrates cuneolos è spongia aut plumbo ori fistulæ inducebat: nostri & spongiam & gentianam & Syphones, vel tubulos, quas cannulas appellant. Ac liquabilia quæ *τυττα* vocant cuniculosis vlceribus & fistulis injiciuntur, penna vesicæ alligata, vt Hippocr. vel cornea fistula vesicæ iuncta, vt Gal. Nostri melius fistulis quas syringas vocant, veteres oriculariis clysteriis, aut vesicæ loco, sacculis coriaceis vsi sunt. Arida verò *ἔνεα* dicta corniculis inspirabant, aut illitis penicillis lentore aliquo inspergebant, penicillos autem è filo contextebant, fingeant è scirpo. Nostri è plumbo fistulas conflant, illinunt vnguinosi auxiliis, candelas cereas immittunt, aut has mistis Ægyptiacis, cera viridi & aliis conficiunt.

DE SARCOTICIS. Cap. III.



V O D iam purum, quodque ἀδίστατον vlcus est carni impleri debet. Ac tale quidem est, quod fordibus purgatum, modicè siccatum, sine rheumate, dolore phlegmone, callo, intemperie constitutum est. In summa cui nihil accidit, quo minùs impleri possit. Hic ergo carnem regenerabis. Sed hoc naturæ opus est, quæ carnem è sanguine conficit. Oportet ergo tantùm talèmq; sanguinem naturæ sufficere, vt inde carnem procreet, instituenda vitæ lex, cibi boni succi, vitatis acribus, auis venatio, suilla elixa dari potest. Vinum in dolore & phlegmone alienum est, datum alioqui modicè, nec ita vetus, vt iam acre sit, aliquando p̄dest. Reliquum verò sarcoticis medicamentis perfici debet. Quæ re vera sarcotica sunt, iustam materiam naturæ comparant, modicè detergent, siccant primo gradu, vel ita, vt ne nimis calefaciant. Nam quæ vehementiùs extergeant & siccant, primùm quidem ac per se, rhyptica & cathartica appellantur, deinde verò ac secundario sarcotica, & colletica dici possunt. Quin & cephalica sarcotica quædam sunt, sed paulò acriora, quàm vt reuera in sarcoticis statuatur, nisi vim siccandi emollias, & acrimoniam hebetes, vt eorum, quæ purgant, asperitatem lenias. Sic enim carnem regenerent. Itaque creatis, oleo & similibus temperentur. Ac cerata dupla, tripla vel quadrupla sunt, vt molle, durumque corpus, & medicamentum lenè, vel asperum, acre vel moderatum est. Quale fuerit si ægyptiacorum vnciam, duabus, tribus, aut quatuor vnciis cerati permisceas. Cerata fiant è myrteo si adstringendum omphacino, si etiam refrigerandum, rosaceo: si præter hæc concoquendum & repellendum: quanquam his omnibus communis quædam virtus est. Mastichino, lentiscino, terebinthino, vbi leniter calefaciendum, molliendum & contrahendum. Quod si parte aliqua durum, crudum, nec ita clemens vlcus est, loco cerati simplicis, vteris eo, quod quia resinam capit ἐπιπρόσθητον appellant. Derasa quoque rotis axungia, temperandis eiusmodi catharticis idonea est. Mollit, siccatur, digerit, & leuiter astringit. Licentia est vocare sarcotica, quæcunque repellunt, temperant, molliunt, intemperiem corrigunt, ac breuiter summovent omnia, quæ à generanda carne naturam intercludunt. Qua in re vitanda sunt, quæ plurimùm astringunt, & acrimonia mordicant, illa frugi humiditatem partium, & materiam carnis ebibunt, acria corrodunt, & aucta sordè vlcera amplificat, vtraque verò exasperant. Seligenda materia, quæ naturæ corporum, & partium conueniat. Nam si quid Dionis vlcus impleat, non statim & Socratem iauare potest, nec quod in glande carnem instaurat, & præputiam protinus incarnabit. Finge Socratem cui femur vlcus sit, thure alioqui farco-

Sarcoticorum natura.

Cephalica. Modus cerati ad rhyptica & cephalica. Materia ceratorum.

Axungia rotarum.

axungia mte.

farcotico putredinem gignes, aristolochiæ puluere carnem restitues. Aristolochia enim carnem regenerat, vbi thus sordes commouet. Ac rursus Dion sit paulò humidior temperatis: huic thus commodum aristolochia inutilis est. Thus quod in Dione carnem gignit, in humidiorè vel sicciore nihil tale efficiat. Atque omnino in sicciore corporibus & partibus, magis siccantia in humidioribus, quæ siccant quidem, sed minùs, vtilia sunt, ideòque & præputio & toti pelli, quæ colem induit, sicciore, peni carneo & glandi minùs siccantia conuenient. Ad hæc carni, quæ minùs siccant, oculo minùs, quàm auri. Oculos incarnant, sarco colla, quæ maceratur aliquando in aqua rosacea, lacte, rubi succo, & aliis, thus, manna, cortex thuris, aloë, myrrha, gummi arabicum, tragacantha, mistis interim metallicis, quæ citra morsum siccant (siquidem copiosior humor affluit) pompholyge, cerusa, terra sigillata, plumbo, vsto, spodio, antispodiis, acrium etiam momento, vbi in multa sordè vlcus est. Sed hæc elota priùs, meliora sunt auribus metallica magis siccantia, nec aliis temperata carnem regenerant. Ad hæc pastilli, qui plurimùm siccant, Andronis, Polyidæ, Passionis. Scoria ferri plurimùm diebus in sole teritur, ac subinde intingitur aceto, quod acerrimum esse oportet, aut certè vino. Alij ita comparatam, & in latere correfactam, sapiùs terunt, lauant, aceto imbuunt, siccant, & in pollinem tenuissimum comminuunt. Atque hoc medicamentum vtendum erit in veteratis vlcibus, in duris corporibus vbi lenioribus nihil profeceris. Quæ ocularia efficaciora sunt, in carnandis auribus quasi leniora vsurpentur. In narium vlcibus, non tam ferri, quàm plumbi recremento vti conueniet. Ad hæc lithargyro, cerusa, vino austero, oleo myrteo, rosis, puniceorum succo misto interim malicorio & alumine. Qualia sunt recrementi plumbi, vini veteris, olei myrtei, ana ℥. 2. recrementum in pollinem terito, & affuso vino diu versato, tum myrtheo adiecto omnia conuassato, circummagito, sigulino includito, coquito, dum sit luti crassitudo, in vase plumbeo ad vsum reposito: hoc etiam aurium vlcibus accommodatur. Eadem ratione metallica trita, liquidis permiscebis, & si siccandum magis, rosas, malicorium alumen ex vino tritum adicies. Cæterùm vlcera narium, pastillis illis, Andronico, aliisque generis eiusdem semper curari Galenus auctor est. Verùm à lenioribus auxiliis ad hæc transeundum erit. Soluuntur vino modò dulci (siquidem dolor est, aut aliquid crudi reliquum sit) modò austero, quod reprimit, aliquando veteri, vt siccet magis, nonnunquam aliis, aceto etiam modò vinoso, modò acri & vetusto. Atque hi pastilli capite de hæmorrhagia describentur. Rosæ detractis vnguibus omphacino triplo infunduntur, quadraginta diebus insolantur, oleum cauis vlcibus accommodatissimum est. Vlcibus pudendi, quæ humidiora sunt, anethum vstum in spergitur, curat. Ita sicca, lota pompholyx, ei usque cinis.

Consilium à natura partium.

Oculis incarnandis.

Auribus.

Scoria ferri.

In narium.

*Antispodia.**In pudendis & partibus, quae cito sentiunt.**In diuturnis & thermaticis.**In fistulis.**Languidium & efficacius sarcoticon.*

plumbum vstum lotum, cadmia similiter comparata, spodium, antispodia, quae conficias ex oleastri floribus & foliis ebore, cornu cerui, dactylorum nucleis, moris immaturis, buccinorum cauis, testudinum & ostreorum domiciliis, taurino glutino, aliisque plurimis, quorum quae solidiora sunt, noua cremantur olla, molli carbone, dum figulinum percoctum sit, quae verò molliora, exarescunt in sole, teruntur omnia, & si quid acrimoniae retinent, lauantur vino & rosacea aqua, vt citra morsum siccant, impleantque: haec autem ocularibus sarcoticis commodè ascribentur. Præter hæc tum pudendis, tum partibus omnibus, quae vegetius sentiant, idonea sunt, amyllum, cerusa sæpius elota. His autem conuenienter miscbitur aliquid thuris, aloës, sarcocolla, myrrhae, cerusa factitiae, aloë sicca, & mannae portiuncula, non ita madida vlcera, genitalium incarnantur. Quod si cancer in metu est, solani succum, semperuiui, plantaginis & similium, pistillo plumbeo & mortario diu versabis, in eoque medicamentum accommodatum incorporabis, aut in oleo, quod vi ignis exprimunt è plumbo. Eadem quoque remediorum ratio in ano & partibus, quae facillè putrescant, seruari debet. Putrescunt facillè & nomis occupantur extremae corporis partes, quibus infirmus calor est, quique celeriter extinguitur, cauae, vt quae recrementis facillè impleantur, atque omnino calidae & humidae, & ita posita, vt parum commodè perflectantur. Atque omnino naturae partium coniungere oportet, quodd sinus vel humidior & sordidior, vel purior & siccior est, vt si consentiant, quia & pars humida & humidum vlcus est, ad vtrunque remedia accommodes. Quae si contraria iudicauit, pars natura sicca, & cauum, quod supra modum humectum est, ita temperanda ratio, vt quum alterum inues, alteri non noceas. Natura partium similia, vlcus ferè contraria desiderat. In diuturnis, rheumaticis, quaeque ægerrimè carnem recipiant, sarcoticis aridis opus est, quae citra morsum siccant, qualia proximè descripta sunt, quibus cauitas confertim implenda est. Eadem fistulis inspirantur, ex quo in vetere axungia, aut erosa rotis, Ostreorum cinis, labris, vlceris & qua parte callus est, imponitur. Omnia ergo remedia suis finibus distinguenda, & naturae partium vlcerumque accommodanda sunt. Languidius sarcoticon vel saniam aceruat, vel mollem carnem, flaccidamque gignit. Efficacius cauum exarescit, vel callosum germen enascitur, sæpè etiam excitatur dolor, vlcusque grauiter arroditur. Quae induntur vlceribus, leuia sunt, & contactu suauiua (εὐαφίστα Græci vocant) ne asperitate dolorem creent. Ex quo terebinthina ceræ, & hæc terebinthina sæpe commiscetur. Friabilis materia in tenuissimum pollinem resoluitur & cum aliis lenta & emplastica temperantur, vt aliorum aspredinem deliniant. Coquuntur multa vt liquefiant, & viscidam naturam trahant, versantur sedulo, ne in grumos coeant. Ceterum aliud genus varium, quod multa simul perficit, & ad multas

ad multas corporum naturas deformari potest, sæpè vsus est, quia videlicet eo celerius malum percuretur, & vnum pluribus mederi possit. Ac certè perferri debet, quum multiplex vlceris quærela est, quia rheumatico, dolens, callosum. Quodque volumus, subiecto exemplo intelliges, idque in vsu reliquorum medicamentorum semel expositum sit. Glutinat, siccatur, deterget, & carne implet. Strobilinae ʒ. ʒ. ceræ ʒ. i. æruginis rasæ semunc. thuris ʒ. 2. aceti quod sufficit, æruginem pluribus diebus aceto conteres, thus vno die atque ita liquatis aliis permiscebis. Gangrænis, nomis putrilagini conuenit. Fiet clementius strobilina prius molliore facta è rosaceo, vel terebinthina strobilina loco mista, quod si terebinthina careas (quodd ferè sit) larigna, quae pro terebinthina supponitur, & omnino ei similis est, vtendum erit, quam ad omnia valere, ad quæ terebinthina, scripsit Aëtius. Alia larignae differentia, cætera quidem terebinthinae similis, sed gustu mordacior, sensu acrior, & odore grauior est. Mitius quoque fuerit cerato addito, cerata lota, diutius trita æruginem, aceto non ita forti, sed vinoso, postmodò si æruginem minuas, hac arte clementius factum glutinat. Mediocre sit, nimium neque acre, neque languidum, non ita diu trita æruginem, & medio modo indita, vt didrachmi vel drachmarum trium pondere picea iniecta aut abietina, qualis est vulgaris terebinthina, iam crassior, natura lenta, colore ruffo, tenacius simul & minus acre ad modum æruginis immisto thure. Vbi siccandum magis, drachmas duas lithargyri, aut squamæ (siquidem contumax vitium est) adicies. Squama vratur prius, & in cinerem trita vino vel aceto eluatur. Atque hæc metallica tum maximè vsui sunt, cum flaccescunt carnes, & humidius vlcus est. Oleum verò adhibeatar (siquidem fuerit opus) melinum, aut myrteum: in calore, rosaceum præstantius est. Quodd si parum procedit caro, aristolochiam, aut aliquid è sarcoticis iniicies, in duritiæ medulla cerui & vituli, adeps vituli, gallinae, anseris, colliquanda sunt. Quae si leuius efficiunt, ad resinam liquidam, non acrem: postea etiam ad galbanum, & ammoniacum decurrendum erit. Partem quoque aluminis infriabis in rheumaticis, vel ladanum, quod mollit, lenit, repercutit, mastichen, sarcocollam, aloën. Atque hæc repellit, terget, digerit, & carnem gignit. Sic ergo πολύχρηστος temperabis, quod ad multa vitia semel transformes. Variis corporibus adhibeas, eoque semper carnem regeneres. Iam verò constare pato in simplici vlcerere, quod ἀπερίστατον dicebamus, vtendum esse eo genere sarcoticorum, quae suauius implet, nihilque mordent. In malignis, depascentibus, putrilaginosi, ad acria decurritur. Sed ita, vt ratio aliqua partium habeatur iustoque modo ceratis, rosaceo & aliis temperetur. Quod inter vtrunque vitium ambigit mediis auxiliis curari debet. Atque omnino prouidendum, ne moueatur dolor, atque inflammatio, tum ne qua sit intemperies vlceris, aut partium, quae hoc ambiunt. Etenim natura partis instauranda prius est, quam renutria. Quae metallica adhibentur, cruda messoribus, aut...

*Exercitatio in aciendo, vel herando pharmaco. Duplex larigna.**Ladanum ex natura vlcerum.*

Particulariū ma-
seria.
Margarita.
Coralium.
Alcē.
Amylum.

Manna.
Pix & resina.
Colophonia.
Caries lignorum.

Aristolochia.

Plumbum.

Metallia.

omnino callosis corporibus, eadem vsta & è vino lota puëris, mulieribus, eunuchis comparentur. Quæ tantùm vsta femori inferantur, ea vsta sepiùsque lota insperguntur coli. In pudendi vlceribus præstatißimus est margaritarum cinis. Corallo similiter vti licebit, crystallinum laudant in oris vlceribus & cancris. In clemëtibus auxiliis alcē est. Amylum per se tritum & respersum genitalia implet, & cicatricē tegit. In tenera natura lauatur aqua polygonij solani, plātaginis, nec ab similibus habetur cura vlcerata fede, ore, partibus extremis. Fuligo thuris, terebinthinæ myrrhæ, admodum siccare potest, è styrace & pice liquida efficacior est. Suavior, quæ ex butyro & celypo effumat. Lauari debet quæ sit acrior. Manna repellit, & ad multa vtilior thure est. Colophonia, pix resina præsertim sicca, humidioribus corporibus conueniunt. Colophonia modò per se, modò cū thuris polline vel manna, vlcera genitalium per sanat. Caries lignorum expurgat, impletq; humida. In vltimo præcipue, quercus, & adstringente ligno colligenda est. Per se inspergitur, & aliquando adhibetur in cerato. Cortex radicis capparum eadem potest, & cum carie cōtra chironia & maligna permiscetur. Farina tosti hordei & fœnugræci humecta iuuat, torretur in tegula. Aristolochia, gentiana, enula, & similia detergent, digerunt, attrahunt, & carne implent, sed hæc paulò acriora sunt, quæque duriori corporis & humidiori vlceri cōueniant. Aqua rosacea vel vino macerata aliquantulū mitescunt, cerato quoque retundi possunt. Pumex crematur carbone puro, vino immergitur, siccatur vmbra, per se & cum sexta sulphuris parte Chironia iuuat. Chironiis longè optimum medicamentū est plumbū vstum & elatum. Plumbi scoria similiter comparata, vtraq; cancris & putrilagines mirabiliter adiuuant. Extillant oleum è plumbo Chymicorum arte, quod ad eadem vtiliter adhibetur. In acri sanie acria suspecta sunt. Sed hæc partim vstura, partim lotura obtundi, & cerato capta, vel rosaceo leniri possunt. Ac cerato quidem, si expositum nec ita cauum vlcus est, in cucinulo diluantur rosaceo. Liquidiora pharmaca in superficiem data dissunt, & inde linamenta arida relinquuntur. Crassa verò atque corpulenta altiore sinum non subeunt, nisi diluantur, & in pyulcis collyriis, corniculis oris amplioris infundantur. Metallica acria sunt, squama æris, & stomatis (chalibem vocant) chalcitis, chalcantum, quibus non nisi parçè vtendum est, & quod ante dictum est, vstis ferè, lotis & leniori genere pharmacorū temperatis. Lauantur pluuia si queritur astrictio, alioqui pateali, fluuiali vel fontanea. In fistulis & callosis vlceribus aceto, vrina, lixiuio, vino alioqui giluo & subaustero, multò magis si vel caro, vel cicatrix creāda est. Sed acrib. paulatim assuesfacere oportet. Cōsuetudo enim efficiet, vt ferat pars ea quib. initio grauitè irritabatur. Crematur metallica, vbi acrimonia metuitur, olla cruda tecta operculo, vel multis foraminib. pateat, quāq; acrior vapor exhalet. Vsta verò extinguere oportet lacte, butyro, melle vino, herbarum succis, vnde vim cōuenientē imbibat. Ex quo lotura quicquid acrimonia est, exteri debet. Lithargyrus cocta sarcoticiis imbecillior est, quia

est, quia non ita siccat, terget, adstringit, acrioribus mista iuuare potest. Ærugo acrior est, quam vt carnem gignat, oleum sordes colligit, cera idem efficit: tria hæc mista carnem regenerant, celerius etiam si quid sarcotici admisceas. Qualis est ℥. cerati rosacei lb. i. æruginis ℥. i. Ac de medicamentis ex æruginè superiori capite satis dictum arbitror, explicatūque, qua arte cathartica deformes. Vt fiant sarcotica, retundenda acrimonia, lenienda eorum, quæ tergant asperitas, lenis adiungenda adstrictio, vt carnem regeneres, de quibus abunde eo capite dictum est. Quod si in historiis veterum medicamenta reperias, quæ carnem regenerent capiant tamen acria & aspera, qualia quæ valdè tergent, quæque vel austera sunt, vel acerba, recognoscere oportet ea ipsa non omni vlceri descripta, sed ei, quod sordidum sit & coxtumax, atque humore diffuat. In quo acrimoniam retundi & asperitatem forde multa & sanie deliniri contingit, non aliter, quam illa ceratis & oleis molliri solent. Atque omnino separandum genus hoc pharmacorum ab altero, quod pura implet. Eadem ratione in vlceratis oculis multum lachrymantibus & sordidis, paulò acriora sarcotica imperamus, quia intelligamus forde & lachrymis vim pharmacorum dilui. In genere æruginis factitia est chryscolla ex vrina pueri impubis. Versatur hæc in mortario, pistilloque æneo, quæ è molli are & cupro conflata sint, sed purissimus vehementer tritus, aut nitrum coniungitur vrinæ. Similiter ex æruginè Cypria, vel quam è cupro derascitis, diutissimè trita circumacta iisdem mortario, pistillo & vrina. Borax aurificum niueo candore, quod que capistrum vocant, eodem modo teritur, & in mortatio cum vrina circumagitur, deinde omnia tinguntur glasto, aut eo puluere glasti, qui iam è Narbonensi Gallia marsupis importatur. Is emitur magno: communi nomine cum cocco baphico pastellam vocant, in hincitque colore purpureo ad violam inclinante. Sic intinctus Borax caruleo splendet, aut si plus glasti combibit, purpureo. Est & vstolex barbaro nomine, ex aluminis, salis ana parte vna, aceti acerrimi partibus duabus, tritis vt priùs, dum caruleum colorem trahant. Alii aceti loco, vrinam illa vt malunt, à qua non longè abest. Scolæcia ærugo veterum, maximè Dioscor. Hæc omnia acri sunt natura eodem modo vsurpanda, quo ærugo & acria metallica cremantur, eluuntur, temperantur aliis. Quod sequitur, anodynon est; sistit, in carnat, phagedænicis, rodentibus cancris, tibiaram vlceribus medetur. ℥. litharg. ℥. 6. olei myrteii, & succi hyosciami ana lb. i. coquantur omnia expirante succo, dū sit mellis crassitudo. Scorsū autè coquito, ceruse lb. β. in olei, rosacei & succi plantag. ana lb. β. ita cocta metallica misceantur, leniter coquantur, versentur, spatha postremo, sūmotis igne insperge mastich. lb. β. vniatur probè, & plūbea pixide reponatur. Ad eadē vlcera tibiaram lithargyr. lb. β. subtilissimè teratur, versetur affuso vino, succo plantaginis, vel alio liquore, qui per se conueniat, ex quo coquito cū olei rosacei, adipis caprilli ana lb. β. coctis ad iustum corpus addes mastiches lb. β. sul ductis

Ærugo.

Animaduerta.

Borax.

Vstolex.

Ærugo scolæcia.

Ad phagedænicis tibiaram.

Thriaca.

& leuiter refrigeratis, vitellos quinque ouorum immiscebis. Thēriaca efficacissimè purgat, incarnat, cicatricem ducit. In sarcoticis censentur cephalica, quæ primùm quidem caluaria medentur, deinde reliqua ossa carne contegunt, postremò duras carnes restituūt. Duorum ferè sunt generum. Alia enim κεφαλικά, quæ peculiariter caluariam incarnant, quædam καταγματικά, quæ reliqua ossibus fractis adhibentur, verùm vtriusque nomen & ratio interim permiscetur. Cephalica catagmaticis acriora sunt, squamas ossium detrahunt, foras euocant, quæ in alto latent, vtraque tergent, digerunt & siccant. Multa catagmaticis & cephalicis acria metalla commiscentur, sed præcipuè vbi ramentum ossis reuellendum, & humor viscidus longiùs trahendus est. Ac nudatis ossibus incarnandis, arida inspergantur. Pinguia enim & quæ ἔμμοτα vocant, quia inuncta linamentis adhibentur, nudatis ossibus nocent. Miscetur verò cephalicis, quod leniter adstringat. At hoc nisi eò vsque viceris tritura, vt in tenuissimè pollinem abeat, tardabit potius reliqua quàm incitet. Contra tenuissimè læuigatum reprimet quod in fluat, efficietque, vt vis tergentium altius penetret. In vlnneribus ossium, sed præcipuè capitis, non statim ad incarnationem (συσσάρκωσιν appellat) veniendum, sed explorandum priùs, an omnia tuta sint, num quid contusum, quodd suppurare priùs, ac deinde purgare & siccare oporteat. Videndum quoque priùs est, ne quæ parte syderatum aut corruptum os, liueat, vel cariem trahat: eliminandum enim, inurendum, excidendum, ac omnino repurgandum est. Hæc autem cura multò maximè suscipi debet in caluaria fracturis, quæ altius procedunt. Itaque tum demum cephalicis vtendum quum pura omnia carere periculo videbuntur. Atque vbi succrescit earo (succrescit autem facillimè) & os suo corpore leuiter intergetur, cephalica temperabis oleo, cerato, aliisque generis eiusdem. Cerati modum desinient, natura partis, qualitas vitij & medicamenti. In calloso vlcere, par medicamentum pari cerato misceri potest. In aliis ceratum duplum, triplum & quadruplum esse consuevit. Parantur cephalica ex iride Illyrica vel florentina, alioqui pumila densa, quæque sit frangenti contumax, sub-ruffo colore, gustu amaro, odore per quam syncero. Parantur quoque ex orobi, cicerum & lupinorum farina, manna, aristolochia, gentiana, bryoniæ & panacis heraclij radice, magis etiam eius cortice. Opopanax autem calidior est. In summa cephalicorum materia deterget, siccant, & non rodit. Nam acria miscentur, non quia sarcotica, sed vt testulas ossium è profundo trahunt. Cephalicum Cathegete, quod tollit squamas, ossia corrupta detrahit, & caua implet. ℞. iridis, radice panacis vel capparisa ana ℥. i. aristolochiæ rotundæ, manne ana semunc. trita & traiecta cribro respurguntur, vel mista melle inferuntur cauo. Aliud acrius Xenocratis. ℞. farine orobi ℥. i. iridis sesquunc. manne, aristoloch. rotundæ, squame ana ℥. s. tritis vtitor. & cum melle. Sunt qui addant radicem bryoniæ, & panacis. Aliud à Silphio, quod si desit, vtere benguino: rescindit callos,

Virtus cephalicorum.
De compositione cephalicorum.

Cerasia.

Cerati modum ad cephalica.

Materia cephalicorum.

Cathegeta.

callos, purgat, tabefacit membranas, vt sponte sua decidant, & caua implet. Resinæ pini siccæ sesquunc. pumicis torrefacti extincti vino iridis, aristoloch. silphij ana ℥. i. thuris semunc, squamæ aris ℥. 2. aliàs quatuor, arida & in melle vsui sunt. E Serapiade Satyrij tritesticula-
ris, iridis, marrubij ana ℥. i. farine orobi vel lupinorū ℥. io. aristoloch. ℥. 15. sicco & ex melle vtitor: squamas elicit, valde siccant, incarnat. Huic generi Satyrij, quod Serapias & triorchis vocatur, hæc insunt, quod in pollinem radice trita, contumacia & putrilaginosa siccant, & repurgat, herpes sanat, discutit œdemata. Triphonis, quod aufert squamas. Corticis pini, squamæ, pumicis vsi ana sesquunc. manne, thuris aristoloch. iridis, resinæ pini ana ℥. i. myrrh. aloës an. semunc. vtere vt priùs. Athenæus pro cortice pini habet gallæ ℥. i. Quod sequitur, Deleontis est: diuturno, agrè curabili, & calloso vlceri medetur, ossia corrupta rapit. Squamæ, manne, thuris, resinæ siccæ ana ℥. 2. aceti quantum sufficit. Squama ex aceto læuigatur, thus & manna tenuissimè trita immiscentur, similiter & resina, pastilli fiunt, qui in vmbra resiccantur: In callosis, pari cerato rosaceo, in aliis triplo vel quadruplo temperantur. Melanchloron Triphonis ad eadem. Squamæ sesquunc. manne, thuris, ammoniaci, resinæ pini siccæ, seu vitulini bene curati, terebinthinæ ana ℥. 2. ceræ, olei ana ℥. quatuor, aceti ℥. 10. confice vt priùs. Plura capite de vitij ossium secundo, quarto & quinto de compositione pharmacarum ℞. Trigenes, Cera, Colophonia, terebinthina pari pondere colliquantur, refrigerata immergantur, frigida diuque manibus volutantur: nuda ossa capitis incarnat, squamas deducit, & cicatricem facit. Sed hic aliquid epulotici commiscebis. Admirandum est è mastiche pariter mista in ossium fracturis. Iudæi. Colophonie lb. i. mastich. ℥. i. olei sesquancia, liquata & in frigida pista sine linamento vlceri interponuntur, purgat hoc pharmacum, & carne implet, sed non claudit cicatricem, nisi quid ex epuloticis immisceas. Optimè incarnat, farine pistrinalis vnciæ 2. colophonie valde trite ℥. i. arido cauum impletur. Galeni. Ceræ sesquunc. ol. lb. dimid. liquefactis adde thuris, iridis, aristolochiæ ana drachm. 2. eruginis drachm. 1. Aliud. Radicis anchusæ vnc. 2. aloës vnc. 4. vtere arido. Hætenus experimenta veterum, nunc ad recentiorum sarcotica transeamus. Aureum Mesuæ ita describunt. Ceræ vnc. 5. resinæ terebinth. lb. i. mellis sequunciam, mastichis, thuris sarcocolle, myrrh. aloës, croci ana drachm. i. fiat vnguentam. Aliter Mesuæ & alij, ceræ citrinæ ℥. 6. olei boni lb. 2. & semill. terebinthinæ vnc. 2. resinæ, Colophonie ana sequunciam, olibani, mastichis, ana vnc. i. croci drachm. i. Vtrumque sarcoticon est, & molliora corpora conglutinat, cera in eo liquanda est, liquata resina, Colophonia, & terebinthina confundenda, depositis ab igne olibanum & mastiche inspergantur, postremò crocus in puluerem tritus immiscetur. Fuscum Nicolai & croceum multa habent vnde emolliant & concoquant. Vnguentum parum Cerascos, gratia De-

E serapiade.

Satyrium.

Trigenes.

Iudæi.

Galeni.

Aureum Mesuæ.

Fuscum Nicolai.

emplastrum de Ianua multa habent unde purgent & carnem gignant. Tetrpharmacum dolorem lenit, maturat phlegmonem, putredinem augere potest, ficcare verò & expurgare non potest. Galenus locis aliquot. Thessalum & Thessalios reprehendit, qui tetrpharmacum, vt ficcante, purgante, & incarnante, vterentur. Quod si tum iure reprehensum fuit, in eandem causam incidunt, non modò recentiores medici, sed inter Græcos Aëtarius, qui iam à vetere illa Græcia degenerasse, & Arabum familiis consensisse visus est, inter Latinos Scribonius. Vtérque enim vim incarnandi tetrpharmacum tribuit. Sed non ita absurdum videtur nobis tetrpharmacum vim generandæ carnis eos assignasse, parte non admodum sicca, si modo è sicca pice, Colophonia arida, adipe taurino & cera non ita pingui confecerint, & in vsu, rosaceo, myrteo, mastichino dissoluerint. Omnia vlcera perfanat illud. ℞. artemisiæ, scabiosæ, absinthij, ormini, fenecionis, tamarisci, apij, verbenæ, pilosellæ, lanceolæ, pimpinellæ, linguæ canis, millefolij, chelidonis ana M. i. ex omnibus, reiectis radicibus, exprimatur succus, cui adde veteres axung. ℞. 2. seui hircini ℞. 1. olei ℞. 2. mellis ℞. 3. mediocriter bulliant, deinde in mortario pista vniantur. *Diaireos.* Seui vaccini ℞. β. olei ros. ℞. 3. ceræ ℞. 2. radicis ireos ℞. vnam, thuris, sarcocollæ, mastiches, aloës, aristolochiæ ana drachmas duas, cum terebinth. ℞. 3. fit vnguentum. Puluis Rhazæ. ℞. olibani, aloës, sarcocollæ, sanguinis draconis, radicis ireos ana. Eodem modò cum mastiche, farina orobi, sænugræci, cicerum, lupinorum, thure & aliis sarcoticos pulueres confinges, quos subtilissimè terere oportet, ne asperitate lædant. Itaque materia tunditur in pila, tenui cribro secernitur, postea mollitur, ac deinde tenuius cribratur, quicquid non transmeat, repetitur in pilam, ac tamdiu conteritur, dum ad extremum pollinem deueniat. Alia sarcotica per se induntur cauo vel penicillo vulnerario carpta imponuntur, in fistulas immittuntur clysterio, sed diluta, ab his thorulus mollis vino madens superdatur. Vinum sit è dulci austeriusculum, postremo omnia commodè alligantur. Æstate bis, hieme semel die commutantur, sæpius etiam, si quid phlegmones, doloris, aut casus generis eiusdem intercesserit. Linteï lanugo bene munda, impasta vlceri sæpe sufficit. Liquida verò, quæ in fistula danda sunt, ex incipientibus, mollientibus & incarnantibus ferè comparatur, quale est in decocto centaurij, marrubij, apij, absinthij, ligni sancti aristolochiæ, ireos, althææ, maluæ, ficuum, passularum, tragacanthæ, in lixiuio, lotura calcis & acris metallici, aqua vitæ, sarcotici pulueres respurgantur, qualia sunt, radicis althææ, exempto neruo ℞. 1. ficus duæ, centaurij marrubij, absinthij ana pug. i. fiat decoctio ℞. 4. disperge pulueris ireos, mastiches, aloës sarcocollæ ana ℞. 1. Sunt qui aliquid mellis rosacei, vel myrthei commisceant. Aliud ℞. vini albi odoriferi ℞. 7. aqua vitæ optimæ ℞. 3. myrth. aloës, sarcocollæ ana ℞. 2. thuris ℞. 3. seminis hyperici, centaurij, millefolij, verbenæ, linguæ canis vtriusque consolidæ an pug. i. leniter

leniter bulliant in vino herbæ & semina deinde exprimantur, affundatur aqua vitæ reliqua trita misceantur. Fistulæ os obstipetur medicamento ex acriuscula materia, vt ostreorum cinere, & axungia vetere, vt incidat, molliat, discutiat.



DE EPULOTICIS. Cap. IV.

Plenum vlcus clauditur cicatrice. Epuloticon siccat (sed *Natura epulotici.* citra morsum) atque hinc reprimat, carnem resiccat, coigit, & cute operit, aut certè callo tenui, qui cuti similis est. Ex quo ficcare magis necesse est, quàm quod vel carnem gignit, vel glutinat. At cicatrix non aliter quàm caro, naturæ opus est. Aliud verò genus, quod licentia epuloticon appellant, *Improprie dicitur epuloticon.* quia excrecentem carnem reprimat, acri natura & iam mordaci. Addunt & tertium genus, quod siccat quidem, sed non adstringit. Cicatricem ducunt. Pompholyx cadmia, cerusa, plumbum, ostrea vsta & elota, (ac pompholyx quidem lotus & cinis eius in iis, quæ citra morsum siccent) præstantissima sunt. Verus pompholyx efflari potest, colore parum candido atque liuescente, iniectus carbonibus auream flammam edit, is iam olim. Aëtij memoria parum frequens erat, ac sæpius adulterabitur. E fornicationibus ærarij facile parari potest, vbi tum flamma, tum vapor æris testudinem clambit. Pinguis enim, candicans, & tenuis fauilla inde extersa pompholyx est. Qui verò pompholyx crustaceus conuexo quasi dorso asperior, & parte caua lenis est, colore modo nigro, modo cineritio, ad cadmiæ genus potius referri debet. Spodios, quam vertunt cinerulam, è solo atque pavementis fornacû aris euertitur. Cerusa plurimis locis Galliæ conficitur. Venetiis importatur quæ ferè candore vincit, ad cicatricem nihil fortasse melior est. Recrementum plûbi vstum, ac sæpius clotum, terra sigillata, bolus armenius, lapis hæmatites, antispodia bene lota, acribus fluxionibus & teneris corporibus omnia instituenda sunt. Asperiora sunt, galla, myrrha, malicorium, alumen, aris squama, chalcitis, misy, ærugo, vitrioli generata vsta & elota. Et (quod in his præstantissimum est) crematum æs & lotum. Metallis acribus excrecens caro consumitur, vstis tantùm vel elotis, aut vtroque modo maceratis trahitur cicatrix. Sed *Fortiore epulotica.* solùm vsta, lotis etiam acriora sunt. Vruntur ea fistilibus crudis, dum percocta vasa sint, extinguuntur vino, tunduntur in mortario affusa pluuia, mox siccantur, cribrantur rariore seta, in mortarium aliquoties repetuntur, ne quid vel arenosam, vel scabrum reliquum fiat. Abluuntur sæpius & torrentur, ea ratione, quæ partim ex Dioscoride, partim ex Arabum commentariis petenda sit. Tertidò aliquando & quartò retorrentur, lauantur, in pilam reuocantur, vt ea cura melius mitescant. In vlceribus quæ ægrè, vixque cicatricem ducunt, tamdiu elaborare metallica

Preparatio metallorum.

oportet. In his enim semel cremata, semel vino vel pluvia extincta, vsurpanda sunt. In callosis, aqua maris vel aceto extinguere melius est. Si sanies acris est, immergantur lacte, tenuissimo liquore oui, rhodostagmate, vinum subausterum conuenit, si quidem copiosus humor allabitur. Atque hoc lauandis metallicis præferri debet, & qualitate medium est, inutile recens, quòdque ætate, vel mordax vel fugax & languidum est. Aqua etiam in calore utilis est. Nec alia ratio in lotura seruari debet. Atque ea arte tum vsura, tum lotura eodem medicamento excrecentem carnem adimes, cicatricem mollibus durisq; corporibus informabis. Malignis idonea sunt, farcocolla, ichthyocolla, chylocolla, que cruda, admodum acris est, nisi sanie vlcera & sorde diluatur, plumbum vsutum, crematum stibiũ, plumbi recrementum, squama ferri & stomomatis. Aeris squama, præterquam quod siccat, etiã deterget, & pura vlcera efficit, quod reliqua squamarum genera non præstât. Aeris vsutum carnem excedit, vsutum & leniter elotum duris corporibus epuloticon est. Poterit autem vrendo sepius & lauando ita macerari, vt etiam molli naturam conueniat. Leniora metallica, pompholyx, spodium, plumbum, atque inde purgamentum minus obtundi debent. Cerusa non eget vsura, & lotura satis temperatur. Extergent, æs, aris squama, stibium, cadmia, vitrioli genera vsuta lotaque acrimoniam deponunt, astringendi vim ad cicatricem retinent. Eodem modo calce, ostreis, buccinorum cauis & purpurarum, limacum testis atque testudinum, erinacii spiculis, calculis marinis & silicibus, vsitis omnibus & elotis vtendum est. Ac breuiter, quæ in sarcoticis efficacius siccant, ad creandam cicatricem transferri possunt. Omnia in cinerem trita specilli nucleo capiuntur, & ita inspergantur plano. Quæ in cerato myrteo adhibentur, leuiora sunt. Acria verò excepta cera impingi possunt. Cera sequaci vt conueniet, alioquin ad ignem, myrteo pista mollienda est, quale hoc est. ℞. cere ʒ. 4. manibus myrteo tinctis, ad ignem molliantur, & cum aris vsuti, squamæ aris & aruginis ana ʒ 3. fiat platysma. Sed hoc & alia id genus malignis & contumacibus imperanda sunt. Ac ferè duplici ratione epulotica vsurpantur, quia alia in farinam trita inspergantur, *καταπλάσματα* & *ἐπιπλάσματα* Græci vocât, alij *ἔρημα* & *ἔρημα* & *ἐπιπύμα*. Alia verò *ἐμπλάστρον* firmo corpore ac tenacius hærente. Addût alij & *ἔμμορα* mollioribus naturis, locis dolentibus aut inflammatis, quæ liquatis emplasticis confinguntur. Itaque vbi ægrius trahitur cicatrix, emplastica meliora sunt, quia diutius in hærent, quod vim & celeritatem cicatricis adiuuat. Vlcus humidius aridis iuuatur. Molliora corpora linamento gaudent. Suauiora ferè nec tam aspera, quæ vel emplastri forma, vel in linamentis adhibentur. Recens enata caro, neque acrimonia rodi, neque astrictione irritari debet. Corpus ferè accipiunt à cera, quæ pinguis sit, vel quia remollita oleo. Olea conueniunt contrahente natura, myrtinum, fraxininum, melinum terebinthinum, lentiscinum, mastichinum, rosaceum, omphacium, vel in quo olea germina, cymæ rubi, cauliculi vlimi, salicis,

In quibus extingui lauarique conueniat.

Squama.

Aeris vsutum.

Unde corpus epuloticon.

& similibus præcoxerint. Quale si desit, ad ea, quæ siccant, decurrendum erit. Tale vetus est, & recens quidem, sed quod diu effuerit. Siccant & alia, raphaninum, sycionium, ricininum, quæque vehementer discutiant. Iisdem generibus olei, crassiora pharmaca ad linamentum diluuntur. Quanquam in malignis non oleo, non aqua vtendum erit, neque per se, neque cum aliis, sed larigna vel terebinthina mollietur cera, in qua epulotica concipias. Olei modus est ad ceram, vt sit decuplum, vel duo decuplum: copiosius tamen esse potest & parcius, vt cera mollis est & dura, vt sunt corpora dura & mollia, vt denique vlcera, vel faciliè vel ægrè cicatricem trahunt, labris tumentibus & callosis hæc adduntur ceræ, larigna, terebinthina, lanarum sordes, medulla cerui & vituli. Quæ connexa non solum emolliunt, sed præterea efficiunt, vt diutius hæreat pharmacum, & tardius exarefcit. Prouidendum autem, ne quod tenellæ carni pharmacum incumbit, ariditate scabrescat, ex quo irriter locum, & ante tempus decidat. Ac diutius hætere bonum est, ex quo tertio primum die, vel eo tardius absolui debet. E larigna & dupla cera ceratum confici potest. Minor sit medullæ modus ægypti, quam resinæ. Metallica quadruplo & sextuplo cerato capiuntur. In epulotico Zenonis, quod à Galeno descriptum est, vicissima pars galbani, molliendo scilicet metallicis permista est. Verum præstabit callosa labra circulari malagmate circumferibi: mediam verò carnem, cui cicatrix creanda est, epulotico induci. Alioqui platysma fingatur, quod malactum sit, qua parte labra contingit, reliqua verò epulotico pharmaco illinatur. Sed in callosis labris si nihil malactis efficiet, ad ea, quæ *ἐπιλωτρινὰ* inde appellant, veniendum. Extrema auxilia sunt ferrameta, quæ excidant, & linum vsurpatum Hippocrati. Flaccidis carnibus balaustia, alumen vsutum, quæque similiter contrahunt, assatim inspergantur. Verum liberalius iniici oportet, vbi caro de trahenda est, parcius & in subtilissimum puluerem conleuata, atque acie cultelli capta, vbi cicatrice caro degenda est. In calloso stupidique sensus corpore, si neque plethora est, neque cacochymia, acrioribus, (idque matutino magis) ad cicatricem vt licet. In aliis vlcibus, quæ leniant ideò miscentur, vt acrimoniam retundant. Ac iam progressa carne & cicatricem trahente, oleum, adipem, resinam, ceram, aliâque id genus coniungit Hippocrates, vt decora, leuis, non scabra duraque cicatrix inducatur, idque hieme magis, quam ætate. Quæ meliora corpora colliquant, durioribus cicatricem trahunt. Rursum quæ his carnem regenerant: mollioribus ferè epulotica sunt, & acria rosaceo cerato fracta, cicatricem claudunt. Quòdque ante dictum est, tam possunt mansuescere lotura, quam suavis est cerusa. E sarcoticis scordio, carie lignorum, cortice radicis capparidis, irionis semine, iri, acoro, artemisia, dracunculi ratalice, aristolochia, cypero, gentiana, & aliis epulotica finguntur, mixta astringenti materia, sed & ea myrteo cerato capta, epulotica sunt. Acriora quoque, vt calx viua, arrhenicon, arugo, mollioribus sarcoticis ad cicatricem temperantur. Eodem modo alumen quæ

Modus olei in mollienda cera.

In callosis labris.

Modus ceram qua epuloticon componunt.

In flaccida carne.

Quomodo à sarcoticis sunt.

& simi-

nimum adstringit, sed hæc omnia propositis exemplis declarantur. Manna, thus, leuia sarcotica sūt: calx acrior, nec sine acrimonia squama est. Ex his fit aridum Spodorides Aesclepiadis, quod conuenit vlceribus, quæ vix cicatricem trahunt. Calcis viua ʒ. 6. manna, thuris squamæ ana ʒ. 4. vel (vt Heliodorus) calcis viua, manna, thuris, an. ʒ. i. squamæ semunc. Aliud. Ireos, manna ana ʒ. duas, recrementi aris, squamæ, an. drachmas 4. Nomæ & putredines nisi vehementissimis, acribusque pharmacis ægè curantur. Qualia sunt, sulphuris viui, auripigm. squamæ ana ʒ. 2. eris vsti ʒ. i. Aliud. Sandarache semunc. aluminis, myrrh. crocomagmatis, ireos ana semuncia, cyperi ʒ. 4. tritis vtere. Fit autem crocomagma è croci drach. centum, myrrhæ, amyli, rosarum, gummi ana ʒ 50. Siccant, nec ita stringunt, myrrha, sarcocolla, argenti spuma, ostrea, diphryges, ærugo, & alia quædam metallica. Spodios factitia (quod antispodion vocant) in epuloticis censetur. Cyperi radix in nimio humore cicatricem trahit. Cucurbita sicca, vsta, humidis præputij vlceribus, nec aded malignis vtilis est. Ad eadem inueterata, anethi radix vsta inspergitur. Abrotini radix eadem maligna iuuat. Amylum per se tritum, & cum tantillo aluminis, eisdem vlceribus prodest. Lythargyrus duplo rosaceo vel myrteo coquitur, ac ne effuerescat, paulatim affusa rosacea refringitur, vbi non inquinat, in eadem aqua subigitur, omnia versantur mortario, rebellia curat, & humida, loco rosacæ licebit vti aqua rhois (summachum appellant) cornorum, spinorum (quæ prunella vocant) quando coquetur diutius tantò siccabit magis. Hordeum combustum Chironiis inspergitur, & quod inde conficitur *ἰατρικὸν*, serpentina, Chironia, & quæcumque tardius cicatricem ducunt persanat. ʒ. hordei cremati ʒ 10. ærug. ʒ. 50. cere ʒ. 10. olei mastichini ʒ. 9. ærugo ex oleo teritur, cera seorsum liquata coniungitur: leniter coquantur refrigeratis hordeum in mortario permisceatur. In summa, quæ leniter siccant & adstringunt, mollibus corporibus & benignis vlceribus conueniunt, durioribus naturis, nec ita mansuetis vitiis, paulò validiora auxilio sunt. In vlceribus, quæ pertinacius repugnant, ad metallica acria vsta veniendum. In malignis, Chironiis & alioqui desperatis, crudis metallicis & acribus vtendum erit, vbi si nec his quicquam efficitur, ferro & igne opus est. In dysepulotidis fugienda, *μαλθακὰ δὲ* mollia medicamenta, deinde malactica, adeps suillus, oleū, cera, resina, ammoniacum, & similia, fugienda acria, piper, sinapi, sed præcipuè vbi plethora, vel cacochymia. Adhæc quæ humectant, vt aqua: quanquam non ignorandum ea omnia interim commisceri, verùm alia ratione, quàm vt cicatrice claudant. In Pamphilio Aesclepiadis, metallica coquantur hydroleo, ex aqua interuntur, si sanies acrior, si quid phlegmonis, si molle corpus est. In albis epuloticis miscetur aqua, vt lithargyrus celerius eliquescat. Verùm ed vsque coquantur pharmacis, dum tota aqua exhalauerit, atque ita nihilo ferè humidius medicamentum est. Acria discutunt: & contumacius vitium magis edomant, manna acrimonia temperant & molliunt callos. Quod si omnibus ritè in-

Hordeum est in de drachmâ.

Vitanda in dysepulotidis.

qua recipi epulotidis.

ritè institutis, quæ ad topica remedia pertinent, nihilo magis cicatrix inducitur, aut si iam opertum, clausumque vlcus rescinditur, longius requirenda causa est. Ac ferè cicatricem tardant plethora & cacochymia. Copia phlebotomo deplenda est, vitiosus saccus pharmaco purgari debet. Quod si vtrunque coit, neque in sola copia humorum, sed & in qualitate vitium est, primùm quidem phlebotomo, deinde purgante pharmaco leuare corpus necesse est. Sed è variè vitiosa materia vlceri illabi potest. Secatur vena, purgatur corpus eo cathartico, quod melancholicum succum vna & pituitam ducat, iusta vitæ ratio decernitur. Quibus si parum efficitur, emulgetur varix, ac medius præciditur. Designanda prius vena est, atramento notatur, aut rubrica, sed ea parte præcipuè, qua proximè radicem spectat. Hic cultello nudatur cutis caro inciditur, molliter distinguuntur fibræ, atque his omnino vulnerata caro explicatur: vbi specillo buxo, vel eburneo vti conuenit. Ac iam nudo vasi culter lenis summittendus est, vt ab inferiori carne diuisis fibris, varix absoluat, hic vossella vena prehenditur, eleuatur hamo: inferiori parte funiculo religatur, quem acus conuehat, supra funiculum phlebotomo pertunditur, vt reddat sanguinem, quantum sit opus. Ex quo supra vulnus immissa acu, vt prius, quæ filum ducat, præstringitur: hic iam vinculum inferius distinguendum, attollendum membrum est; & sursum adducta manu, quæ venæ membri decurrunt, & per factum vulnus sanguis exprimitur, ita paulatim emulgetur varix. Laxatum filum rursus obligatur, & media vena præciditur, qua parte vtrunque funiculo illaqueata est. Postremo iusta ratione, suoque tempore noua plaga sananda est. Quam aliquando contingit, vt iam curato veteri vlcere, maneat incurabile, quod ad varicem est, nouo vitio subinde affluente. Aliis vtrouque vlcere persanato melancholia commota est. Atque vterque casus reuocato subinde phlebotomo, sapius purgato corpore iusta vitæ lege declinari potest. Hippocrat. rudiùs, sed meliùs fortasse, varicem, siue is sit euidentis, siue in carne teneatur, multis locis compungit vbi oportunum videatur, ac sanguinem nigrum exhaurit. Prohibet autem, vt ne vicina loca, quæ eodem vitio, nigricant scalpello exasperentur vulnere illato, quod ægerrimè postea percurentur. Quod si ab hepate, liene, aut alia parte corporis ducta colluie in perpetua forde vlcus est, necessarium parti remedium adhibebis. Ac vomica interior nunquam agit cuniculos, qui in exterius corpus desinant, vbi ferè, sed multò magis prouectis annis, desperatio est. Et ab vlceribus externis in latera initio ducuntur sinus, qui etiam si lateant, produntur tamen cum multò plus sordium colligitur, quàm ferat ratio & magnitudo vlcis, & pus aliud est, quàm natura partis gignere consuevit, serosus scilicet aut crassus quum denique, qua parte subest cuniculus, aut scabrior: aut pallidior, durior aut mollior cutis est. Ac specillo argenteo, vel cereo res tentari potest, vbi vel cauterio vel ferrament

Unde difficillè cicatrix.

A partibus corporis tardior cicatrix.

cavitas detegenda est, nisi vel profundior descendat, vel grauior ca-
sus à ferro & cauteriis metuatur. Sæpè etiam in vetusto vlcere,
quòdque fracturæ coniunctum fuit, os subiectum parte aliqua sive
ratum, luridum, cariosum, coalescit. Itaque qua parte vitiosum os
est, abradi scalpri, & cauterio inuri debet malè compactum rescisso
callo ad curâ de integro reuocandû est. Reliquæ fissuræ sedulò comp-
pingendæ, & ramenta naturæ detrahenda, si qua restiterint. Instau-
randa quoque vlcerum natura & vicinæ carnis, quæ nonnunquam
eò vsque corrupta est, vt vel frugi materiam alimentum possit corrup-
pere, vt iam vicina lineant, nigra sint vlcera, modò vieta, modò cal-
losa, cancrosa, putrida, vermiculantia. Quædam igitur contrariis re-
mediis depelluntur, alia ferro peramputanda, alia igne affligenda
sunt, sanguifugis affixis, scarificatu & corniculis exhauriendum vi-
tium est. Ac breuiter summouenda omnia, tum quæ cicatricem
prohibent, tum quæ eandem factam resticant. Legitima vitæ institu-
ta præscribi debent, videndumque medico, ne quid vel peccetur
ignorantia, vel negligentia omittatur. Lithargyrus per se insper-
sa, attrita operit. E vino vel aceto teritur, siccaturque ad cicatricem
vlcerum, quæ multo humore madent, elota mitissima est. Lithargyri
vsus est in paruis vlceribus, in desquamata cute, & peruriginè. In his
enim leuiora remedia vsui sunt, sæpè etiam in subliquidis ceratis,
quæ è myrteo, rosaceo, & aliis id genus confingas. Tenuis plumbi
lamina, plumbum vsutum lotum, summo pere medetur cancri. Re-
crementum plumbi in æquali vino exactissimè leuigatur, affu-
sioque pari myrteo decoquitur, dum sit luti crassitudo, & aurium,
nariumque vlceribus accommodatur. Vlceribus sedis & na-
rium, canaliculus è plumbo fingendus est, qui dehiscat foras, alte-
ra parte qua subit corpus, in leuem ac rotundum quasi umbili-
cum desinat, atque hic centro suo angusto foramine pateat, qua
videlicet liberum iter aëris teneatur. Vtero similiter & aliis
locis corporis, quæ caua sint, conformari potest è figura partis. Cad-
mia cremata pluribus diebus læuigatur, ex aceto quidem in mali-
gnis, in aliis vino, modo giluo, modo è dulci austeriusculo. At-
que sic elaborata incarnat, & cicatricem claudit. Lapis (quem cala-
minarem vocant) impetigines, herpetas, scabras, purigines per-
sanat, fictili crematur, vino extinguitur, & cadmiæ similiter e-
laboratur. Ladanum molle è vino vel salua pistum eleganter
claudit, ea etiam quæ vix cicatricem ducant. Myrteo cerato
duplo, triplòque iunctum, lene epuloticon est. Recens vngui-
nosum est, & per se liquefcit, myrteo exiguo interdum mistum.
Aridum estate infriari potest. Ex scoria & squama eris fictili crema-
tis, extinctis vino, ex coque diutissimè leuigatis, epulotica fiunt,
quæ maligna iuuent. Medium quoddam genus efficies mistali-
thargyro. In compositis auxiliis Galenus prætulit quæ è cadmia &
ladano conficiuntur, quæ cum multa sint & variè concinnentur, pau-
ca eaque paratu facilia describemus. Cerusæ cadmiæ ana ℥. 4.
Myrtini ana ℥. 6. Aliud. Plumbi vsui ℥. 3. cadmiæ, eris vsui ana
℥. 2. Co-

Lithargyrus.

Plumbum.

In vlceribus se-
dis & narium
canaliculus.

Cadmia.

Ladanum.

Ad mali-
thargyro.

℥. 2. Colophoniz, olei myrtini ℥. 2. vini antiqui odorati, quan-
tum sufficit. Cadmia, vt prius elaboratur, vsa, lota, diuque trita
præstabit quoque pharmacum, si reliqua duo metallica similiter
comparentur: deinde Colophonia & oleo vna liquatis, sedulò mi-
sceatur. E ladano, quod prætumida vlcerum labra imminuit, callo-
sa mollit, implet caua, & cicatrice claudit. Picis aridæ ℥. 1. & se-
munc. æruginis ℥. 3. æris vsui ℥. 2. squamæ rubræ ℥. 2. & semiss. ladani
℥. 6. litharg. ℥. 3. olei, vini optimi ana ℥. 2. & semiss. hoc est ℥. 30. Li-
thargyrus oleo coquitur, coctione media reliqua metallica immit-
tuntur, volutantur rude, dum non inquinent, hic pix iniicitur, sub-
latis ac refrigerantibus ladanum è vino tritum coniungitur, o-
mnia conficiuntur in mortario, hoc & reliqua medicamenta quæ
siccant, & non mordeant, diutius coqui melius est. Adhibiturum in
in pletysmate, maligna iuuat, nec ante quartum diem exolui debet.
Alia generis eiusdem secundo & quarto de compositione medi-
cam. ℥. 3. Sunt & hæc epulotica & maligna curant. Æruginis, eris
cremati ana ℥. dimid. aluminis ℥. 2. ceræ ℥. 10. mitefcit vsa erugine,
trita omnia capiuntur cera præmollita igne, vel cerato ex larnigæ se-
muncia, & ceræ ℥. 1. Alioqui cerato myrteo vel rosaceo. Hoc vt
optimo, in malignis Gal. vsus est, quod habet æris combusti, squa-
mæ, æruginis ana ℥. 3. trita omnia ceræ pinguis ℥. 4. excipienda sunt.
Alioqui mollitur cera è myrteo, modo in sole, modo igne. Ac fe-
rè tripla cera est metallicis, aut quadrupla, nonnunquam æqualis
est, constatque tantò fore acriora, quantò plus metalli, ceræ minus
acceperint. Aliud Squamæ, æruginis ana ℥. 1. ceræ pinguis ℥. 6. larnigæ
semunc. iuncta omnia in platysmate adhibentur, quod vl-
ceris locum nec eò amplius circumscribat. Munienda vicinia iis,
quæ phlegmonem arceant, tertio quoque vel quarto die
platysma reuellendum, hic austero vino fouenda pars est, & pla-
tysma, vt prius apponendum. Repetuntur hæc dum cicatrix duci
incipiat. In callis resinæ loco, vel œsypo, vel medulla cerui
præstabit vti. Et hæc quidem è metallis, duris corporibus & ma-
lignis vlceribus imperanda sunt. Plura quarto de composit. pharm.
℥. 3. Vapor è pastillis acris Andronis, Passionis è cina-
brio vulgari, aliisque id genus, maligna iuuat, prius autem hæc
suis sordibus expurganda sunt. Leue est, cerusæ, lithargyri ana
℥. 1. olei myrtini ℥. 2. ceræ ℥. 6. terebinth. ℥. 3. aluminis ℥. 1. pi-
peris semuncia, vel paulò minus, leuius erit, si sesquunciam thu-
ris addideris, *did upi Dav* clementius, quam quod paulò ante de-
scriptum est. Singulariter facit ad ambusta. Cerusæ ℥. 5. al. ℥. 6.
& ℥. 2. lithargyr. ℥. 5. hordei tosti ℥. 15. (idque melius) ceræ ℥. 5. alij ℥.
15. (sed maior hic modus est) olei rosacei, vel myrtini ℥. 15. alij ℥.
18. metallica è vino terito, ceram cum oleo liquefacito, hordeum
tribratum inspergito, omnia coquito, excolato, in mortario con-
fucito. In ambustis, alba meliora sunt, quæ neque thus, neque re-
sinam accipiunt, in iis præcipuè, quæ aceto constant: piper addi-
tum, cicatricem accelerat. Paratur facillè, & mirabiliter iuuat.

E ladano.

E metallicis.

Galenus ad mali-
thargyro.Ad mali-
thargyro.

Aluminis vncia dimidia in vini, aquæ pluuiæ vnciiis nouem diluitur, linteolum vetus, sed bene mundum aqua inculcatur, hocque arefactum sole depeccitur, & conceptum imponitur. In sedis, oris & genitalium inueteratis vitiiis, vino vti melius est, aqua verò pluuiæ præferenda, quæ in cauis vlmi vel quercus resederit. Aliud. Alumen nucis magnitudine teritur, & cum vnciiis tribus mellis myrtei vel rosacei coquitur, aut fictili crematur ad eadem vitia. Aliud, in quo veterum & posteriorum consensus est. Linteolum aqua illa vel vino madens, & expressum, molliter apprimendum plano, cui deinde per tenuem plumbi laminam induces & alligabis. Aliud, si ne morlu siccat. & agrè trahentibus cicatricem conuenit. Cerusæ ʒ. 2. gallar. myrri, recrementi plumbi ana ʒ. 1. fiat puluis. Aliud. Lithargyri, cerusæ ana ʒ. 1. coquantur in olei alb. ʒ. 2. aquæ puriss. sesquialtera, dum exhalauerit aqua, & purum pharmacum consistenterit, purus sit ignis, & serenus aer, vbi medicamentum incoquitur, liquatis & ita coctis, adde terebinth. vel (si rebelle vlceris est) larignæ ʒ. 2. vel ʒ. 3. ceræ albo ʒ. 4. vel ʒ. 6. Nam vt augetur resinæ modus, ita cera augenda est. Postea verò quàm omnia coierint, adde thuris semunciam, pompholygis, ostreorum, cadmix ana ʒ. 1. hæc in cinerem vsta, lauantur aqua, si sanies acris est, marina verò, vel aceto, si labra vlceris in callum exuberant. Inopia marinæ, subduplum salem aqua diffundes. Quod si multus humor affluit, vino albo pellucido leuiter adstringente, metallica lauabis. Miscentur autem his cadmia, pompholyx, cerusa, lithargyrus, ostrea, buccinorum inuolutra, os sæpiæ, calx & similia, quia præterquam quod epulotica sint, album colorem iuuant, qualia fingi voluit antiquitas. Calx septies lota, è rosaceo vel aqua diluitur, exponitur soli æstu medio, subinde reuoluitur, teritur, abluitur, cum iam satis lota tritaque exaruit, è rosaceo pinsitur, imponitur, cicatricem ducit, vlceris neruorum maligna iuuat, & ambustis auxilio est. Sordes quæ in ampullis lucernariis subsidet, vlceris quæ mediis digitis excitantur, alopecias quoque adiuuat. *δια χαλκίτιος* ex austero, rubroque vino subigitur, deinde emollitur oleo melino vel myrteo, rosaceo etiam si quis rubor, calorque in oris vlceris existit, alioqui crassius in platysmate inducitur, vt vicina comprehendat, quæ videlicet metus est, ne quid humoris affluat. Album Actuarij, capite de repellentibus descriptum, epuloticon est, vt quæ emplastra alba è cerusa fingunt, quale hoc est, non ab simile albo Galeni. Ceræ ʒ. 4. rosacei ʒ. semiss. terebinth. ʒ. 3. cerusæ ʒ. 2. litharg. ʒ. 1. thuris, cineris ex cochleis crematis ana semunc. cera, oleum, terebinth. simul funduntur, reliqua miscentur, versantur omnia, & in mortario vniuntur. Aliud leuius. ℥. cerusæ ʒ. 1. litharg. ʒ. 2. aquæ rosarum sesquialtera. rosacei ʒ. 1. metallica trita in mortario fortiter perficitur pistillo duro, quod cum sit, deinceps ac paulatim liquida affunduntur. Album Rhazæ. Olei rosacei ʒ. 1. cerusæ ʒ. 1. ceræ ʒ. 2. caphuræ ʒ. 1. albumina ouorum tria, melius fiet cum semunc. vel ʒ. 6. litharg. que est, & magis conuenit, vbi calor, vstio, excoariatio est. Cerusa per se in

E Cerusa.
Album Gal.

Galx.

Album Actuarij.

se in pari rosaceo cocta ambusta iuuat, & attrita: Ad eadem facit vnguentum de cerusa. Alij ex rhodo stigmatate cerusam terunt, vt sit liquidi mellis crassitudo, quod in calore, in paruis inflammationibus, quales ad nasi pinnas eueniunt, vtile est. Trita è vino humidioribus vlceribus conuenit, per se ambusta curat, permista butyro, mollit, coquit, cicatricem elaudit. Epulotica sunt, vnguentum deficcans rubrum, vnguentum de plumbo, & alia. Puluis epuloticus balaustiorum, sanguinis draconis, cadmix, argenti, aris vsti loti ana, fiat puluis, duris corporibus, contumacibus vitiiis & nimium humidis vtilis est. Vtraque plantago cum radice siccat vmbra, trita ad cicatricem inspergitur. Triapharmacum, quòdque huic simile ex litharg. & oxelæo, in glutinantibus describetur, epulotica sunt. Nutritum quoque quod à Rhaze & Auicenna hoc modo fit. Lithargyrus in pollinem trita ex aceto & rosaceo diu versatur in mortario (vt quidam volunt) plumbeo, pistillo plumbeo, modus est vt inde crassior fermentetur, & exturgeat. Sunt qui addant sextulam aris vsti, vel cremati plumbi, aut tantundem aluminis, balaustiorum, rubiæ, sanguinis draconis, cadmix argenti, caphuræ, idque singulari ope in malignis & pertinacibus vitiiis. In cancriosis cerusa permiscetur pistillo & mortario plumbeo. Alij hoc modo. Litharg. cerusæ ana ʒ. 2. teruntur in mortario, vniunturque ex olei myrtini vel ros. sesquialtera. Sunt qui oleum prius circumagant in pila plumbea, & radio plumbeo concutiant dum crassescat, & nigrius euadat, vt olim Apollonius. Alij sic vnita omnia olla noua vrunt, puluerem reponunt: mirabili remedio ad cancriosa, malignaque sedis & genitalium vlceris. Alij loco olei succum acetosæ, solani, polygoni, plantag. omphacis & similibus, eo modo exercent plumbeo, & metallis ad vsturam, iungunt. Quidam etiam theriacam addunt, & vnà cum aliis concremant. Frequentissimus etiam vsus est pompholygos: suo vetustas, suo posteritas vtraque salubriter vsa est. Vritur pompholyx, & in cinerem resoluitur, in solani succo, rhodostigmatate & aliis generis eiusdem diem integrum maceratur, tum pistillo plumbeo, in plumbeo mortario diu exercetur, bis in die inseritur cancriosis vlceribus & malignis. Quod autem pharmacum *διαπομπόλογος* inde conficitur, variè describunt. Aliter enim Oribas. Paulus, Aëtius, aliter quoque Arabes. Sed hoc maximè epuloticon est. ℥. pompholygis, cerusæ, litharg. ana ʒ. 1. ladanum ʒ. 2. acaciæ ʒ. 4. ceræ ʒ. 3. myrt. ʒ. 8. ouorum vitellos 9. metallica è vino terito, ceram cum oleo liquefacito, ex quo ladanum & acaciam commisceto, deinde vitellos & metallica in mortario reliquis coniungito. Simile ferè quod sequitur. ℥. cerusæ, lithargyr. ana ʒ. 2. cadmix ʒ. 4. medullæ cerui ʒ. 3. ceræ, olei rosacei ana ʒ. 1. myr. tini ʒ. ʒ. Liquatis aliis metallica è vino trita permiscetur. Hoc cancriosis conuenit, pueris, eunuchis, mulieribus, atque omnino mollibus corporibus, vbi cicatrix citra dolorem ducenda est. Nicolai. Olei rosarum ʒ. 10. ceræ albæ ʒ. 5. succi expressi è granis solani ʒ. 8. cerusæ lotæ ʒ. quatuor, plumbi vsti, tuthiæ ana ʒ. 2. thuris ʒ.

Cerusa.

Vnguentum Epuloticum.

Plantago.

Nutritum.

Ad caneros puerorum.

Pompholyx.

cum succo decoquito, donec exspirauerit succus, deinde ceram oleo confundito, reliqua in farinam trita in mortario permisceto, omniaque diu circumuoluito. In putridis & cancris, ubi feruor aliquis est, summa fiducia usurpandum est, quod nulli veterum compositionum cedit. In corrodentibus & inflammatis vlcibus, succo seridis subigunt. Liquido cerato rosaceo emolliunt, immittunt tubulo, ad rhagadas & alia id genus, in callosis, lini succus & adipis misceri possunt, ad inflammata, croco & vitellis oui intingitur. Atque hæc sufficiant. Reliquum verò genus est eorum, quæ excrecentem carnem detrahant, de quibus capite de Pyroticis abundè differetur. In cicatrice vitia sunt, quia excrecit, quia caua est, quia deformis, durior, scabrior, mollior, & maior est. Excrecit parum siccato, purgatoque vlcere. Caua est nimium siccato, & ante tempus inductis epuloticis, vel quia pars subiecti ossis igne absumpta, sublata ferro, aut abscessu excidit. Deformem facit futura frequentior & inepta, maior incisio, & alia quæ vel cauam vel eminentem efficiunt. Durior est, nimium siccantibus medicamentis, nec lenientibus tempore immistis, quod vt ante scriptum, præcepit Hippocrates. Mollior infra modum siccato vlcere. Excrecens cathæreticis reformatur, scarificatur, absumitur. Caua refricanda & exterenda, vt quod desit aggnatur. Mollior siccanda est. Deformitas mollientibus, lenientibus, discutientibus, exedentibus quoque & cathæreticis, aliquando etiam adstrictione medicamentorum corrigitur. Ad hæc omnia materia suis locis descripta est. Epuloticis vtitur iam prope pleno, nondum tamen adæquato vlcere. Celsus linamentum è frigida presso, primum integit, deinde ubi iam æquata cuti caro est, sicco vtitur. Ac bene fiet, si in frigida illa alumen maderit, & quod inseritur siccum in eadem mersum exaruerit. Et hæc quidem in leui vlcere faciunt satis: in maligno, bene puto linteolo sinum molliter extergebis, epuloticon induces quod plurimum siccet. Et quia ferè aliquid calli labris concreuit, oras vlcibus pharmaco circumscribes, quod attenuet. In dolo, rubore, phlegmone & rheumate, parygro recenti vtendum erit, vel *διὰ χαλκίτου*, liquido in platysmate. Attenuant platysma æquali linteolo contegitur, ex quo splenium superdatur, expressum frigida aliquando, vino. Ac frigiditas splenij, subinde refuso frigido liquore contineri debet, postremò fasciæ commodè alligandæ, quas tertio primum die absolues. Hinc molli flocco saniem detergebis, & priorem curam omnino reuocabis, è re nata vel retento, vel mutato consilio. Recentiores vino, cui balaustio concocerint, aut similia, vlcus fouent, alioquin aqua, si quid caloris est, quæ vim aluminis conceperit. Ac sit octupla aqua alumini. Sed in calore astrictio suspecta est molli vellere humorem sorbent, pharmacum imponunt, superdant stuppas vino madidas, vel aqua omnia glutinantibus fasciis constringunt, non iis quidem, quæ ita contrahant, vt è rotundo oblongum fiat, nisi cavititas supersit, & vnà cures, vt & glutinans & cicatrice claudas. Galenus interdixit aqua vt ne nudum vlcus

Quando epuloticis
si usum & ratio
vtendi.

vlcus contingeret. At in calore & iam procedente cicatrice, non a deò nocere potest. Cicatrix (siquidem naturaliter ducitur) in ambitum vlcis sanis partibus primum concrecit, deinde paulatim ad centrum progreditur, postremò in ipso centro coalescit atque perficitur.



DE GLUTINANTIBVS. Cap. 5.

Longius fortasse, quàm res postulabat, de glutinantibus sermo dilatus est. Verùm ita nos cogit traxitque consequens melarum ratio, nec alius obtigit locus, in quo de illis orationem commodius institueremus *κολλητικὰ* Græci vocant *συμφυτικὰ* & *τραυματικὰ*. Quidam etiam *ἐναιμα*, & peculiariter quæ cruentis vlcibus adhibentur. Siccant hæc omnia ad secundum ferè gradum, media natura inter ea quæ ad cicatricem ducunt, & quæ carnem regenerant, non detergent, sed adstringunt, prohibentque, ne quid humoris vlcis labris obuuiat. Nec in cruentis solum usurpari solent, sed ad sinus, fistulas, maligna vetustaque vlcera transferuntur. Opitulantur celerius, si integra partium natura est, si paucus sanguis, idemque purus affluit, si non præcisa, sed vel salua, vel parte aliqua etiamdum hærens cutis est. Etenim cuti cum subiecta carne naturalis quædam amicitia coit, vt ægerime sanescant, quibus omnino illa excidit facillimè, ubi incolumis seruata est. Mirum quod præcisa, sed loco suo reddita, coalescit, recipit spiritum, & quasi mortua reuiuiscit, quòdque è plagiore ducto, non in iuvene solo, sed etiam sene viuudum colorem recuperat. Magna igitur cutis habenda ratio, neque ob id solum, quòd inde celerius glutinatur vulnus, sed quia interiecta cute plurimis iuuatur, quæ nuda caro non peferat. Nudam vlcus linteolo, lana, spongia irritatur, medicamentis paregoricis sordes colligit, vellicatur catharticis, iuuatur omnibus, si familiari cute quasi propugnaculo obtectum est. Ideoque & abrasa cutis & pendula, suo loco inducatur, & reducta molliter apprimatur, sic enim vlceri celerius consuescet. Neque desperatur, quæ suspensa, iam liuida aut nigra est, etiam si eo abscessit loco, ubi os sine carne, vel cartilago subiecta est. ea enim vel in hoc acerbo casu suo corpori reconciliatur, & vitalem spiritum recipit, quod in genu & nuda carne tibia, in gibbero, ubi tantum subiecta cuti membrana est, experiri licet. Idque fieri tum aliorum pharmacorum ope, prodidit Galenus, tum celebri illo, quod Heræ & Attalo attributum est. Describitur hoc libro primo de compos. pharmac. *κ' Ἰβν*, titulo *διὰ πίπτειρος*, Attalo & Hera auctoribus, & paulò post in Albis Asclepiadis. Asclepiades Pamphiliù vocauit. Iam verò & labra vlcis animaduertenda sunt, quia videlicet alia contracta, alia euerfa, plurimadehiscunt. Quas formas vlcis in vario labrorum motu percipiam

Facultas glutinans.

Labrum.

Os enim commissis labris interdum clauditur, nonnunquam illa diducuntur, ut sit hiatus. Aliquando quoque aliter deformantur; quia alterum retortum labrum & euersum, alterum in os reductum vel vtraque modò intro, modò foras replicata sunt. Contracta labra vlcera specillo vulneratio molliter disiungenda, & vtrunque abductis fasciis, ut extra vulnus magis constringantur, separanda sunt. Colligenda verò, quæ plurimum hiant à sanis partibus ineunte fascia, quæ ut ad oras vulneris proprius accedit, ita firmius adstringatur, ea scilicet ratione, ut ne nimium cogendo, nimium comprimas, & dolorem gignas. Euerso tantum altero vlcere labro hinc linthea abduces, & in alteram partem quasi trahendo volutabis. Si vtrumque euertitur, ea quam *ἐν δυνάμει ἀρχῶν ἐπίδεδεισιν* vocant, necessaria est. Atque hæc labra flaccidis, callosis, mucosis & canerosis vlcibus magis eueniunt. Iam verò glutinatio fit, vel innata carne (*συσσώρευσις* Græci vocant) vel eo quem illi *ἀγκυρασματόν*, nostri infibulationem appellant, deinde etiam *κτῆρ' ἀσπιδίου* sutura, postremò *κατ' ἐπίδεδεισιν* fasciis obligatis, quam deligationem vertunt. Sed omnino ut vulnus glutinetur, enato corpore, religatis, ut prius, & inter se plexis carniū fibris coire necesse est. Id quod fibulis, acu & fasciis sæpenumero admaturatur. Ac ferè ut sunt vlcera & partes, ita remedia distinguuntur. In paruo ac recenti vlcere fasciola in orbem nexa satis esse potest, & quæ cultellis, cibariis fiunt, solo fuctu, qui partes colligat, sapius coalescunt. Alia vulgari terebinthina illita) quæ abietina potius vocanda est) & iniecta fasciola celerimè committuntur. Verum nullum omnino vultus vel minimum etiam si acus minima pupugerit, contemni debet; multò minus, si vel plethora, vel cachymia, vel denique sensus actor in metu est, alioqui dolor, phlegmone, conuulsio ad exitum sequi consuevit. Itaque statim initio relicta glutinandi via; paregoricis vtendum erit, quæ dolorem leniant, & à phlegmone vindicent partem; donec omnia pericula abiisse videantur. Ac ferè quinto & septimo die grauiora casus sese proferunt, quos cum æger saluus euasit, & omnia tuta sunt, detersum siccatumque vlcus glutinabis. In maiori vulnere maiora remedia querenda sunt, deligatio, sutura, fibula, medicatio, vbi medicamentum quoque siccare magis necesse est, hicque audienda sunt magnum & paruum in sectione, non quorundam veterum opinione, qui *ἐπικαίρον*, insigne vulnus è natura loci, *μέγα*, magnum è periculo definiunt. In glutinando distingui debet natura corporum, quia videlicet (ut loquuntur illi) aliud *δυσκαλές*, quòdque ægre coalescit, aliud *ευκαλές*, in quo vulnera celeriter coniunguntur. Vulnera rotunda non facile glutinari, nisi in longitudinem difsecentur, testes sunt Hippocrates, Aristoteles, Galenus, Cassius & alij medici veteres. Lenti ginoso corpora, tussa, cacochema tardiùs sanescunt. Ac breuiter difficultas nascitur ex iis, quæ in rebelli vlcere proximo capite tradita sunt, ad hæc externis casibus, culpa medicorum, ægri corpus qui ægro inferniunt. Primum igitur in cruento vulnere

Ad contracta
labra.

Quatuor ratio-
nes glutinandi.

Qualis vulnus
vel minimum
vultus nequum.

In maiori vul-
nere.

vulnere (siquidem neque profundum est, neque hæmorrhagia extitit) molli tormento, spongia, panniculo detergendus cruor est, atque illa prius inculcantur frigida, & expressa adhibentur. Patroclus apud Homerum Eryphili vulnus tepida extergit, rudiùs quidem, quod postea ab Hippocrate interdictum fuit. Quod si altiùs descendit vulnus, erupitque sanguis aceto magis vtendum erit. Sic enim grumos incidet, & sanguinem cohibebis. In neruis ab aceto non minor metus est, nisi seruata tenuitate, frigiditatem eius exoluas. Ideoque specilli extremo lintheolum alligabis, quòd vel sapa vel melicrato madefacies. In lacunis & vlcere veteri vbi glutinandi tempus accesserit, vinum & œnomeli idonea sunt. In mulieribus, pueris, eunuchis, atque id genus corporibus, tum alias, tum maximè vulnerato capite, aceto abstinemus. Idem apertò periostio relinquendum est. Aceti loco, vino & œnomelite floccum intingimus, exprimimus, & cruorem inde extergimus. Atque vbi is ritè deterfus est, nihilque labris vlcis intercedit, quælia sunt grumus, pilus, oleum, pluma & similia: sequitur vt latera lateribus, ora oris, ritè coeant. Ponimus autem neque dolorem, neque phlegmone, neque vllò alio vitio vlcus laborare, ac iustam carnem lateribus vulneris interesse. In rectis vulneribus labra facile adducuntur, multò magis si molle corpus est, & adducta fasciis continenda sunt, ex duplici initio, alioqui simplicibus, sed futura interdum addita, & fibulis. In transuerso vulnere ora diffident magis, quare futuris & fibulis opus est. Atque has figuras vulnorum ex fibrarum cursu, quæ musculos intexunt, distinguere oportet. In magnis & profundis vulneribus vincula ex duobus initiis necessaria, eadem quoque in latis & profundis: sed hæc præterea alijs futuris cogenda sunt, neutra verò præproperè glutinanda, ne quid reliquum fiat, vnde postea recrudescant. Fascias autem austero vino & nigro maduisse iuuat, quod in cæteris vulneribus præferendum est, quia repellit, phlegmonem prohibet & cogit. Quin & aliquod eorù quæ contrahunt, licebit incoquere, sed modus sit, ut ne nimis adstringendo moueatur dolor, In molli parte, extrema auricula, imò naso, fronte, bucca, palpebris, cute, gutturis, ventre, membranis, quæ non sunt tendines, sutura conuenit. Præputium assuitur & infibulatur vt carnosum genus, vbi nimum dehiscit, nec ora facile coniunguntur. In capitis vulneribus extrema cutis, tum futuris, tum fibulis committi potest. Cartilagine auris effractas Archigenes fibulis continebat, & argilla cauum auriculæ implebat, ne cõcideret. Alij diuisas partes eiusmodi, primù quidè digitis cõmittunt, deinde glutine, visco alijsque generis eiusdem in breui platifmate quasi ferruminat. Sed quæ viscida impingas glutinare præstat, vt non solum contineat, sed diuisas inter se partes concilient atq; conglutinent. In particulari materia eadè seruatur ratio, quæ iam sæpius in alijs generibus pharmacorù præscripta est. Eaq; seligenda, vt sunt partes, vt molle durumve corpus, vt recens, vtustum,

Aqua & aceto
vsu.

In transuerso.

In magnis & pro-
fundis.

Particu-
laris

paruum, magnūque vulnus est, quod in fascijs, fibulis, futuris similiter distingui debet. Ac præcipua ratio haberi debet in vulneribus, quæ in ventres corporis penetrant, aut alioqui multum profunda sunt, vt ne commissa parte quæ exterior est interior distincta inglutinataque maneat, aut si hæc quidem glutinatur, infirmior tamen sit cicatrix atque vnio, vnde & suppuratio intus colligatur, soluta cicatrice, & exteriores oræ resoluantur, quod monuit Hipp. Glutinandi vim habent ebulus, sambucus, syderitis, palma, pinni, tædæ cortices, dracontij folia recentia, herba quæ fraga gignit, anagallis, salix, androsamum, astragalus, phlomunculus, telephium, symphytum, petreum, araneæ tela, sed ea præcipuè cui è pistino farinâ inciderit. Equisetum maxima vulnera præfectos etiâ nervos conglutinat. Coccus baphicus ex aceto pistus ingentia vulnera coniungit, cum oxymelite diuinos nervos conciliat. Magnis quoque vulneribus Chamæpytis idonea est. Arnoglossum quadâ temperaturê symmetria iungendis veteribus lacunis, atq; recentibus vulneribus, nulli remediorum cedit. Rebella rheumatica, putrilaginosa vlcera, & in dysenterijs facta percurat. Eaque omnia, quia conuenienter refrigerat, siccatur, adstringit, nec mordet, leuiter digerit & exterget. In humidis vlceribus & partibus, quæ naturâ sicciore præditæ sint, tota herba cum radicibus siccatur, tritaque inspergitur, idem rhei per se commodum semen est. Spongia, lana succida, linteolum immerguntur aqua, aut vino potius, vel si profluxit sanguis, oxycrato, ad hæc liquoribus alijs qui contrahant, deinde expressa vulnere colligantur. Querna folia trita in leui petra, vulnere securi facto Galenus apposuit vt etiam vicina comprehenderent, eoque remedio glutinauit, ea ipsa vino conspergi possunt. Caseus recens & oxygalactinus, isatis satiuæ, nervos præcisos & tendines in sine musculorum iungunt, & duriora corpora conglutinant. Centaurium minus, folijs & floribus vlcera magna coniungit, arefactum colleticis miscetur, multò magis si rheumaticum vlcus est. In quo genere præstantissima medicamenta sunt, quæ valde siccant, leniter adstringunt, vt non mordeant. Pentaphylli folium nervos adiuuat cum melle tritum. Ad vlcera capitis, myrrha, aloë, rebinthina, assis alijs tritisque, farina tosti hordei & milii, mummiæ vtendum est. Calaminthæ succus membranæ vulneratis infusus egregiè glutinat. Sed hoc & similia, actiora scilicet, quæque vehementer siccant, Megetis sunt Sydonij & Eudemi qui in membranæ cerebri, acribus, mordentibus, oxymelite, alijsque generis eiusdem vsi sunt. Milij farina iisdem vulneribus inspergitur. Resina, pix sicca, amurea cocta, duris corporibus adhibenda sunt. Pix humida minus quàm sicca mordax, hordeum vsu, aloë ex aqua trita, herbæ folia & succus, quàm ex India comportat, & patrio nomine Zumbanâ appellant. Aloë vulgaris est quæ tenaci vita in multos menses viget, è laquearibus ædiū & tabulatis magna viroris cōmédatione suspèditur. Constat hoc remediū certo experimēto nauis que ad manum sunt, præcipua laus attractylidi.

Eius.

Eius cacumina austero vino vel oxycrato incoquantur, excipitur concha, quod enatat oleosum. Eadem quoque in reticulum data, quod duabus ollis argilla iunctis, eliciendo oleo intercedit, oleagineum liquorem reddit. Atque ollam superiorem igne cingi, inferiorem terra defodi, reliquaque omnia ea ratione comparari oportet, quæ superiore libro præscripta est. Cuidam decius nasus, quæ os in cartilaginem desinit. Rusticus propendentem partem alteram digitis coniunxit, herbam tusam, & è vino nigro tritam, quod millefolium appellant, impegit, rudiùs omnia colligauit, vnde celeriter restitit profluens sanguis, & vulnus pulchra cicatrice breui coit. Folia hederæ recentia in vino cocta, grandia vulnera coniungunt, & maligna sanant, atque inde succus tum per se, tum rosaceo temperatus (siquidem acrior videatur) narium vlcera & aurium percurat. In vltimo multa sunt quæ laudes. Decocto vltimi compingendis fractis ossibus, veteres vsi sunt; eiusdem cortex & folia ad alligata, glutinant, ambusta iuuant, vt sine manifesta cicatrice coisse videantur. Teruntur folia, cortex veluti fascia obligatur. Purgat, implet, cicatricem ducit, glutinat, exterit, delet papularum vestigia, & artificialibus balsamis commiscetur aqua, quæ vltimi folliculis includitur, bene purgata vermiculis. Ea Crito vsus est ad Lichenas. Balsamo quodam raro & pretioso principes vtuntur glutinando. Sunt qui eam aquam quæ castratis vitibus exudat vere, lenticula vitrea excipiant, vas operculatum sedulo, clausumque annum integrum exponunt soli, loco subdiali, sed qui ab iniuriis cælitutus esse possit, ac lenticulam ad solem subinde vertunt, vt vndequaque radii euerberent, & aquam coquant. Melligo tandem concrefcit, quæ sit balsamo viribus æqualis, ἀμπελοσάλαγμα ex analogia (si vis) appelles. Duriorum sunt corporum, sorbus, mespilus, piraster, quercus, & quæcunque acerba sunt. Similiter quernis folijs comparanda sunt. Addunt bolum armenam, terram sigillatam, & similia. Composita sunt cerati myrtini ℥. 3. cerusæ ℥. 1. vetusta glutinat. Aloë arida cœnomelite coquitur, linamentum inde tinctum vulneribus capitis inferitur, phlegmonem prohibet & iungit. Galenus mollioribus naturis pharmaca temperauit ex lithargyro, oxelæo & œnelæo, durioribus ex ærugine, bitumine, squama, aloë & myrrha. In quibus, quia bitumen præcipuam vim habet, verum frabilius est, quàm vt solutum oleo emplastrum reddat, cera quoque ad corpus vnâ temperatur. Sed oleum & cera vim bituminis exoluunt, ideoque squama additur, ærugo & alia atque hinc vocata barbara comparantur. Fistulas expurgat, glutinat, priusquam occalescant, & cicatrice tegit. Indufatis musculis vtile est. Lithargyri ℥. 4. olei & aceti ana lb. 1. vel paulò minus coquantur omnia dum omnino combibitum oleum, acetum verò expirasse videatur, nec iam inquinat, & nigro splendet. Acetum sit acerrimum, pellucidum, ex vino factum non aquoso, oleum verò antiquissimum. Hoc parabili auxilio Galenus paroditas criticas, quæ iam fistulas traherent, in

Hedera.

Vltimi.

Aqua in folliculo vltimi.

Aqua vitis.

Galeni pharmaca.

Tripharmacum.

Nutritum.

Critonum.

Macherionum.

ris, adolescentibus, mulieribus sæpius curauit. Siccat sine mor-
 su, vlcera difficilia perlanat, cruenta glutinat, omninoque vlce-
 ra magna paruaque iuuat, dum ad cicatricem perueniant. Hoc
 emplastrum alij nigrum, alij ynguentum de lithargyro coctum ap-
 pellant, nec à Tripharmacum Mesues alia re differt, quam quod plus
 habet aceti & olei. Recentiores enim parem aceti modum & li-
 thargyri, duplum oleum commune vel rosaceum commiscent.
 Differt autem à Nutrito, quod aliud Tripharmacum est Mesuæ,
 quia in hoc materia cruda est, ex quo non ita siccat, & vim ali-
 quam concipit è plumbeo mortario, in quo conficiunt. Quod
 ex lithargyro & cænelæo fit, contra rheumata valet, induratos
 musculos adiuuat, & cruenta iungit. Litharg. lb. 1. octo dies, vel
 eo plures in Sole teritur affuso vino giluo, tenui, pellucido, o-
 doro, subastringente. Ac quantò plus vini combibet, tantò effi-
 caciùs futurum est, postea cum sesquilibra, libris duabus olei plus
 minùsve excoquitur, dum non inquinat. At hæc assiduè versa-
 re spatha necesse est. Melina sunt multa 2. de compositione phar-
 macor. 2^a 3^a 4^a 5^a; quæ glutinent. Quod sequitur ex vino Hera,
 luxata firmat, recentes puerorum strumas discutit, inueteratos si-
 nus, quique in vacua penetrent, percurat. Recentia vulnera e-
 tiam magna conglutinat. Litharg. aurilib. 1. hoc est 3. 12. sic e-
 nim perpetuò libram Græcorum vsurpamus, diu teritur in Sole af-
 fuso vino giluo, tenui, pellucido, vt priùs. Quò teritur diutius,
 & plus liquoris rapiet, ed præstantius euadet. Ex quo iterum
 læuigatur in mortario, instillato, deinceps atque alternatim mo-
 dè oleo concalfacto, modè vino illo, atque vtròque quantum fie-
 ri potest, saturari debet. Hic in cacabum transmittitur, & cum
 olei & vini gilui ana 3. 9. vel eo pluribus excoquitur, bene coctæ,
 lithargyro immiscentur resina pini læuigatissimæ lb. 1. ceræ albæ
 3. 10. opopanax sesquunc. coquantur omnia molli igne dum
 non inquinat. In vsu, sanguine agrestis columbæ conspergitur.
 Aliud Critonis, quod iungit recentia, cicatricem ducit & ex-
 trahit. Litharg. lb. 1. ceræ lb. 1. terebinth. 3. 2. æruginis 3. 2. olei
 veteris 3. 9. aceti 3. 2. & semiss. Litharg. oleum, acetum, ærugo
 blando igne coquenda sunt, iam propriè coëuntibus resina ceræque
 coniungitur, coquantur dum sint corpus, & non inquinat. Ma-
 gis glutinabit pharmacum, si myrrhæ, aloës, sarcocollæ ana 3. 1.
 misceas ea quæ perse glutinent. In malignis, squamæ & vitrioli
 genera conspergi possunt. Celebre & polychreston Macherio-
 nis pharmacum ad vlcera maligna, recentia glutinat, phlegmonem
 prohibet, præcipuè vbi aliquid contusum fuerit, rabiosi canis mor-
 sibus medetur impositum, ac subinde commutatum, phagedænis
 conuenit aurium nariumque vlceribus carnem generat. In genitali-
 bus & nudatis ossibus idem efficit. Aristoloch. rotundæ galbani, o-
 popanax, æruginis, iridis, ammoniaci, myrrh. ana 3. 1. terebinth.
 ceræ, olei, omphacini ana 3. 7. & semiss. Ærugo ex dimidio ol. scor-
 teritur, cū reliquo oleo, cera & terebinthina molliter coquantur.

ærugo

ærugo additur, postea verò ammoniacum ex aceto fustum, galba-
 num purgatum, & opopanax permiscentur, postremò refrigera-
 tis reliqua insperguntur. Ægyptiacum Andromachi vulnera ense
 facta, vel profundissima, triduo glutinat, quod capite de ossium
 vitiiis describetur. 8^o χαλκίτερος fistulas & magna vlcera coniungit.
 Axungia veteris bene purgatæ febris & sine sale lb. 2. olei veteris,
 litharg. ana lb. 3. chalciteos 3. 6. conficiantur ex arte. Quod si pal-
 maria spatha defuerit, saligna rudicula commouebis, aut ex ea
 materia quæ glutinando conueniat, non radice cannæ, cui ma-
 gna vis inest detergendi. Salix verò siccat & adstringit, idque sine
 morfu, quæ omnia glutinando idonea sunt. Quod è succo lilio-
 rum conficitur, diuturna malignaque vlcera conglutinat, nimio
 humore languidis malè coalescentibus, cicatricem egrè trahen-
 tibus vtilissimum est, vehementer siccat, idque contra morsum,
 vt incisa capita musculorum possit coniungere. Succu foliorum
 lilij 3. 5. mellis & aceti ana 3. 1. coque lento igne, dum crassefat.
 Alij è symphiti succo & alijs quæ per se glutinent, melle rosato
 & aceto sambucino eadem pharmaca componunt, quæ efficacis-
 simè glutinent. Ad neruorum vulnera cochlearum carnes conei-
 sæ tritaque adiecta myrrha & thure conferunt. Eisdem neruos
 vniunt lumbrici terræ triti & impositi. Iam verò cruentis, fugil-
 latis, excisis quacunque parte corporis, vitiligini, lepræ, maculis,
 crustis efficacissimè opitulatur, quod paratur ex Atractylide. A-
 tractylidis effossa cum radice, deinde siccatæ umbra, postremò tri-
 ta 3. 4. olei dulcis 3. 4. Colophoniam sesquilibra, æruginis 3. 2. ce-
 ræ 3. 8. Oleum, ceram, colophoniam liquefacta excolato, deinde
 æruginem, postea herbam commisceto, iuncta omnia frigida im-
 mergito, manibus versato, pinsitòque: pista in aqua noctem fini-
 to, atque ita vsui reponito, verum Colophoniam nostra fictior est.
 Liquida quoque veteres utebantur, quæ si desit, sicca partim oleo,
 partim terebinthina mollienda erit. Hoc autem glutinat recentia.
 Rhodini vel myrtini 3. 1. terebinthina 3. 1. æruginis 3. 2. siqui-
 dem lota est, & molliora sunt corpora, alioqui sesquidrachmia.
 Barbarum Galeni. Picis lb. 1. bituminis, ceræ ana sesquilib. am-
 moniaci, manna an. 3. 3. cerusæ sesquunc. ol. 3. 20. nam sic me-
 lius, quàm 3. 17. Aliud. Est & aliud insigne Barbarum emplastrum
 nigrum, quod capite de hæmorrhagia describetur. Plura quoque
 primo & secundo de Compos. pharm. 2^a 3^a 4^a 5^a. Atque hinc ad re-
 centiorum medicamenta transcendum, si priùs monuerimus di-
 gerentia & attrahentia cerato temperata fieri sarcotica, è forcoti-
 cis fieri glutinantia, si quid adstringentium permisceas: aut si iun-
 xeris quæ siccant magis, & adstringant, reddi epulotica. Basilicum
 magnum Mesuæ glutinat neruos. Celebris est puluis (quem rubrum
 vocant) ex sanguine draconis, & sesquialtera ratione vel dupla
 thuris. Alij calcem, bolum Armenam, santalos commiscunt. Sunt
 qui hoc modo conficiant. Symphiti maioris, boli armenæ 3. 1. pi-
 cis Græcæ 3. 3. mastich. olibani ana semunciam, æruginis dra-

Ægyptiacum
Andromachi.Salix.
E succo liliorum.

Ad neruos.

Ex Atractylide.

Barbarum.

Qua ratione in
varia genera
remedia com-
mutes.

Puluerub.

Sanguis draconis.

nis, mummię ana ʒ. 2. Pulveres futuris inspergantur, vel in cerato imponuntur. Sanguinem draconis collecticon varię conficiunt. Thus, mastichen, bolum armenam æqualiter mista, hirci sanguine mastati, Augusto mense concorporant. Alij aliter ex eadem materia. Quidam bolum armenam terunt, faciuntque vt plurimum forbeat sanguinis hircini & sorborũ succi. Plinius sorborum succo & caprillo sanguine compingit. Eidem Plinio & Solino sanguis est draconis, qui dum vulneratus elephas concidit, colliso casu dracone colligitur. Aëtius è succo herbę Indicę (quem dracūculum vocant) fingi credidit. Dracontio nostro vis inest glutinandi. Cartilagine mediam naturam habent inter ossa & carnem. Itaque non tam siccantibus, quàm quę catagmatica, aut quę porotica à gignendo callo appellant, nec tam mollibus, quàm quę *zysma*, carnem vniunt. Eaque natura constant tenaci & viscida, pix, manna, caro & saliu cochleatum, viscum, glutinum fabrile, pollen visco illigatus, tragacantha in aceto fusa, gummi Arabicum, aloë pinguis, terebinthina è vino lota, mucagines, alięque id genus, quibus sanguis draconis, puluis ruber, & alia quę per se glutinandi vim habeant coniunguntur. Ita concorporata pharmaca illinuntur, compinguntur, adhibentur in splenis, & veluti incerata tela, quę arctius consuatur, vt pharmacum firmitus inhaerescat. Sed si magna vulnera sunt, fibula vel acu prius conducere oportet, deinde medicamento impingere, id in cartilaginibus aurium & narium fieri debet. Cochleę cum suis volutis diu teruntur in mortario, vt nihil asperi reliquum sit. Sanguis draconis subquadrupla, manna suboctupla ratione adiungitur, permiscetur in mortario, & affiguntur. In naribus (quod antè dictum est) ne vulnus concidat, atque ita cartilago dissideat, fistula concaua paranda est, quę introducatur, & qua parte vulnus contingat, illinatur pharmaco: altera verò nasi pars quę foras vertitur, quaque pinnae eminent, emplastico medicamento compingetur. Aurium cava argilla impleri debet. Argilla prius cochleę saliu, & acidi punici liquore subigatur. Alioqui ʒ. 2. aloës excipiuntur fabrili glutine soluto ex aceto. Aliud. Tragacanthę ʒ. 1. id aqua Rhois maceratur, mucago elicitur, in qua excipiuntur myrrh. aloës. sanguinis draconis ana ʒ. 1. omnia pauca terebinthina colligantur, adhibentur in pellicula, vellinteolo. Atque hæc tandiu inherere oportet, dum coalescat cartilago, nisi prius excidant. Quę sequuntur, iusta ratione probata sunt posterioribus chirurgis. Plantaginis vtriusque consolidę, betonicę, verbenę, pimpinellę, pilosellę, millefolij, linguę canis, caudę equinę ana M. 1. conqussata coque cum lb. 3. seui arietini, colatis adde resinę, cerę, galbani, ana quartaria ʒ. sarcocollę quartarium vnum, terebinthina quartarium vnum & semissem, liquata omnia ad ignem circumducta, ex arte misceantur. Aliud.

*Cartilago.**de Bononi*

ʒ. Centaurij minoris manipul. sex, macerentur noctem interm in vino albi: postidie in eodem vino ad dimidias coquito, colatum

colatum succum recoquito, dum sit mellis, crassitudo, postremo reponito. In vsu, accipe succi ʒ. 3. terebinthin. lb. 1. cerę nouę quartarium 1. resinę, thuris, gummi Arabici, mastiches, ana ʒ. 1. lactis muliebris ʒ. 2. Optimum hoc medicamentum & amicum neruis, cruenta glutinat, fluxiones inhibet, arcet putredines, detergit sordes à fera morbis auxiliatur, atque omnino dignum laude est. Centaurij succus leniter adstringit, siccat, tergit citra morsum, ex quo miscetur medicamentis, quę fistulas, sinus, rheumatica vlcera coniungant, & cicatrice claudant, quęque veteres duritias emolliant. Planta admodum parabilis est, maximè laudata veteribus, de qua libellus etiam Galeno attributus est. Eius radix inutilis est. Herba cum floribus postremo vere colligenda, & vt prius, exuccanda, reponendus in multos vsus succus est. Eadem siccatur ymbra, vt in tempore trita in puluerem, putridis, sordidis, cancris, & aliis vitiis inspergatur. Eodem modo Marrubium, Scordium, Apium, & alię plantę plurimę, chirurgo veluti opes quędam, suo tempore comparandę sunt. In medicamento de quo agitur, glutinandi vis aucta est adiecto vino. Similiter & aliis emplasticis, mastiche, thure, gummi Arabico, quę cum leniter adstringant, molliant, reprimant, in communem vsum medicamenti conspirant. Aliud Dini. ʒ. betonicę, centaurij ana manip. 2. coque, & cola, vt prius, excolato succo adde resinę quartarium 1. terebinthin. lb. ʒ. ʒ. 1. sarcocollę ʒ. 1. cerę ʒ. 2. liquefiant omnia ac leniter bulliant, acetum paulatim affundatur, vbi refrixerint omnia, è muliebri lacte manibus conuoluantur. Pares vires habet cum priore benignum est, vt neruis possit conuenire. Centaurium, betonica, resina, neruis punctis amica sunt, sarcocolla mitissimum est collecticon, aceto fit, vt altius permeet, & melius attrahat, lacte muliebri mollius pharmacum est, nec ita cohibetur eius tenuitas. Al. Cerę albę, resinę ana quartarium 1. olei ʒ. 2. terebinth. ʒ. 1. tharis, mastiches ana ʒ. dimid. adde pimpinellę, melangianę, aut loco eius, telephij, maioris semperuiui, & attractylidis, verbenę vermicularis, aut potius semperuiui minoris ana manipul. 1. coquantur vino vt prius, dum duę vini partes euauerint, & hæc omnia percolentur, exprimanturque, atque iterum coquantur ad crassitudinem, tum adde resinę lb. 2. cerę albę, lb. semis. mastiches ʒ. 2. refrigerentur vt prius, & lacte muliebri subigantur, leue collecticon est. Viride ex herbis fortius est, & iam malignum quid præ se ferentibus conuenit, quod ex cap. de purgantibus repetendum est. Vnguentum gloria. Olei bedegarib. 1. cerę quartarium 1. seminis albarum rosarum semuncia. Oleum bedegarib. non ita parabile, quia quid sit Barbarorum bedegar parum constat. Vteris autem vel spongiolis illis, quę in camino rubo colliguntur, vel cymis attractylidis. Alioqui tenerioribus cacuminibus aculeatę plantę, quę ab herbariis Bedegar appellatur, vel eadem è carduo syluestri, (quàm cardonetam vocant) detruncabis. Incoques autem horum quoduis oleo & vino nigro, dum vinum exhalauerit, materiam vehementer exprimes.

*Centaurij succ.**Dini.**Viride ex herb.**bu.**Bedegarib.*

*Semen rosarum.
E Vermibus.*

Semen rosatum est, quod detractis foliis & apicibus luteis excusso capite decidit. Et vermibus, neruosis partibus glutinandis, vtriusque symphyti, cynoglossi, pilosellæ, vtriusque plantaginis ana manip. i. vermium terrenorum lb. semiss. conuassata omnia septem dies in ol. sesquilibra madent, deinde leniter cocta in suum oleum exprimuntur, expresso succo & oleo, misce sebi arietini purgati lb. i. picis naualis lb. semiss. picis Græcæ quartarium i. galbani, opopanax, terebinth. ana ℥. i. thuris mastiches ana semunc. alia liquantur, galbanum, opopanax, thus, mastiche aceto macerantur, ex quo

Lumbrici terra.

soluta aliis permiscetur, & ex omnibus efficitur corpus. Lumbrici terræ triti & per se impositi, neruos glutinant. Aureum. Cera citrinæ lb. β. olei boni lb. 2. & β. terebinth. ℥. 2. resinæ & Colophoniam ana sesquune. olibani, mastiches ana ℥. i. croci ℥. i. cera cum oleo liquatur, deinde resina, Colophonia, terebinthina confunduntur, sublatis igne, thus & mastiche insperguntur, postremò resperso croco omnino intinguntur. His ergo pharmacis vtendum erit, vbi cruorem & fordes exterseris, vbi curaueris ne quid intersit vlcera labris, vbi denique neque dolor, neque phlegmone, neque aliud casus est, vnde glutinatio prohibeatur. Digitis, acu, fibulis, deligatione, diuisa labra coniungenda sunt, arida resperguntur, illinuntur liquida, crassa, viscidæque, vt in magnis vulneribus neque satis coherentibus impinguntur, superdatur stuppa è vino nigro pressa, ex eodem splenia, fascias, subligacula madere vtile est, quanquam & aceto imbui possint, colliganda omnia eo defigationis genere, quòd contineat, reformet, cogat, quantum videlicet casus exoptulat. Puluis ruber oui candido, postea quoque terebinthina excipitur, atque imponitur. Quoties commutatur medicamentum austero vino fouetur vulnus. Rariùs autem commutari debet, quarto primùm die, deinde sexto. Lintea eodem vino inculcata

superimponuntur, atque hæc donec coalescat vulnus. A quo si qua macula relinquitur, detergente materia exteri oportet.

I A C O B I



I A C O B I H O L L E R I I
S T E M P A N I , M E D I C I
P A R I S I E N S I S C E L E B E R R I M I ,

De materia Chirurgica.

L I B E R I I I .

C A P V T I .

De utili materia in vitiis ossium.



AM explicanda nobis ea pars remediorum, quæ ad ossa pertinet. Vitiis ergo, quæ ossa fecerint, eodem ferè momento succurrere oportet. Alioqui phlegmone succenditur, quæ saniem facit, agit cuniculos, vlcera dispersit alta, exesa, & curanda motis, impeditur, inde vocat Hippocrates. Ex quo denigrantur ossa, cariem inducunt, syderatione corrumpuntur. Aliis femur claudicat, manca manus est, ad solitos flexus torpet articulus, vel is extortus est. Huic conuulsis neruis, distorto corpore, crudeli morte vita extinguitur. Ille gangrena & putredine contabescit, extinctoque sensu paulatim conficitur. Itaque in tam lubrica medendi parte omnem consilij rationem moueamus, maturimè occurramus, vt nihil naturæ percat, nulla cicatrix, nulla vestigia mali, aut honesta certè, relinquatur.

Quæ negligitiam superueniant.

Laborant ergo (vbi accessit iniuria) corrupta, fracta, collisa, fissa, laborosissima, forata ossa & mota articulis. Ad quæ vitia alia quoque suboriri solent. Accessio mali est, si cum vulnere læsa sunt, multò magis in articulis vbi nerui, tendines, ligamenta, nuda carne & osse loca sunt, in quæ laxata ac commota & iam nouo casu imbecilla, excrementa corporis facillè decurrunt.

Adde quod ibi cartilago est, in qua cicatrix formari nequit. Hic ergo asperior casus est, dolor, vigilia, febres, deliria, conuulsio & mortis sæpenumero commouentur, & vt articulus maior est, ita periculum grauius creare solet. Verùm non alia chirurgiæ parte ditior supellex veteris disciplinæ, nusquàm hæc curiosa magis, quàm in ossium

medelis. Infinita propè reperit, & literis tradidit: quædam etiam auctoritate Principum ære publico in ciuitatibus extruxit, quæ ad hanc curam ossium pertinerent, ferramenta varia, excisorios cultros, scalpria rasoria, limas, specilla, aliquot terebrarum genera, modiolos, forcipes, *μυρρινοφόρολακκας*, volsellas, scalas, scamna, contos, repagula, vectes, glossocomia, canales, sphaeria, stathmia, trochiscos, pennas, in ceratos canaliculos, fistulas, seras, fila, bysso & auro texta, alia quoque plurima, quæ ad purganda, tendenda, reformanda, tentanda, constituenda denique ossa facerent. Et in vna deligandi cura quamplurimam vsu diuersa suis etiam nominibus veteres distinxerunt, linteola, fascias, hypodesmides, splenia, apodesmos, regulas, ferulas, spatulas, habenas, laqueos, mitellas, puluinos modò scroteos, modò molliusculos, nodos, acus, acias, & alia sexcenta, quorum multa retenta sunt, alia antiquata, quædam deserta partim ignorantia, partim negligentia. Adde quod multis in rebus facilior, nec tam operosa curandi via inuenta est. Atque hic quoque peculiare nomen habuit deligandi forma, & *καταγματική* vocata est: quanquam non in omni querela ossis ea necessaria est, sed aliquando in orbem, aliquando in asciam ducta, nonnunquam etiam sine deligationibus id genus splenia vsurpantur, quorum omnium ratio ex libris primùm Hippocratis de officina medici, de fracturis & articulis, deinde commentariis Galeni petenda est. Corruptum os pingue est, nigrum, molle, cariosum, quod supernatis grauibus vlcibus aut fistulis, hisque vel longa vetustate, vel putredine occupatis, euenit. Nudatur os cui vitium accessit, vlcere exciso subsecta carne, si latius serpit ossis iniuria: quàm vlcus fuit. Abscessus ossium priusquam corruptelam trahant, partim melotide, partim è sanie cognosci possit. Hinc enim sordes vberior, & vi maiore quàm pro vlcere, scaturit, eaque tenuior est, non crassa, vt à carne, non glutinosa, qualis est à neruis, neque vnguifera, vt ab adipe distillat. Adhæc in abscessu ossis oræ vlcis dissident magis, ægrè coalescunt, & interire quodam motu vitium significatur. Saniosis ossibus medicamenta conueniunt, quæ plurimùm siccant, quorum materia ex capite de purgantibus pharmacis petenda est. Quæ in superficiem extat caries, ea sola radula eximi potest, sed ab igne tutius remediū est. Corruptum os ad viuam scobem elimandum, exterebrandum, inurendum, excidendum, peramputandum quoque totum est, vbi desperatur malum. Miserum quidem, sed vnicum præsidium, & instanti exitio præferendum. Vbi ergo vlcere conciso vel amputata carne os vndique nudatum est, quod videatur pingue, nigrum, aut cariosum, semel iterumve inurendum ferro, aut scalprio deradendum, donec iam aliquid cruoris ostendatur, quæ integritatis nota est. Qui radit hæc, audacter imprimere ferramentum debet, vt & agat aliquid, & maturiùs desinat. Finis est, quum in nigris ad os album, in carie ad solidum ventum est. Neque alia faciendæ sunt, cum in summo osse iniuria est. Sed hæc vitia aliquando secedunt oleo feruente, aquis, quas fortes vocant, & mollioribus cauteriis, de quibus

Deligatio mæteria.

Deligatio.

Corruptela ossis. Remedia corrupti ossis.

Abscessus ossis.

Medicamenta in saniosis ossibus.

Corruptum os.

cura ossis.

capite de pyrotic. Nonnunquam etiam matura putredine, modò per se, modò leni tractu decidunt. Quod si malum altius descendit, caries, quidem specillo tenui explorari debet, quod vt cedenti ossi altius infigitur, ita longius caries procedit. Nigrities colligi potest ex dolore & febre. Quæ vbi mediocria sunt, illa alte descendisse non potest. Manifestior tamen adacta terebra. Nam finis vitij est, vbi scobs nigra esse desit. In maiori carie, maior asperitas & inæqualitas ferro deprehenditur, & hoc quidem minùs firmiter inhæret, & citò elabitur loco, cui impressum est. Igitur caries tota sæpiùs versata terebra exalpenda est, ex quo candente ferro foramina perpurganda, vt iam nullo affluente vitio, lacuna carne repleatur. At os quod vel nigrities totum peruasit, vel excedit caries excidere oportet. Exciduntur ossa ferè in capite, pectore, & membris, eaque modò scalpriis, modò terebris & modiolis, quorum omnium ratio à Galeno, Celso & aliis tradita est. Syderatum membrum non tam crudeli, quàm miserabili auxilio semel peramputandum est, in quo quicquid corporis emortuum est, lacerandum scalprio, & nouacula excidendum est. Si quid autem viuæ carnis, nerui, venæ, arteriæ superest, nec vrget casus, qua parte corruptela desinit, vincula arctissimè constringenda, vt ea omnia defecta alimento celeriter exoleant. Quod quum euenit, ea corpora ferro, vt priùs, & nouacula excidenda sunt. Hæc autem, quia non placuit Hippocrati corpus etiam dum viuens ferramentis irritari, ne inde commodus dolor, hæmorrhagia & animi deliquia (quòd ferè fit) ægrum è vita tollant. Alij maiora vasa & neruos priùs designant, medias carnes interfecant, & illa ipsa ad sanam partem filo illaqueant, vt intabescant mora, & sponte sua decidant. Quæ etiam arte hæmorrhagias & conuulsiones magis declinant. Iam verò legitima ferra sit, & bene comparata, quæ quàm celerrimè transcurrat. Linteum interponi potest vino vel aceto madens, qua parte commota ferra viuentem carnem affricat, ne scilicet exasperetur caro, & profusiuum sanguinis moueatur. Præfecto osse reliquæ partes contra hæmorrhagias cauterio inurantur. At si viuente osse circumducta caro emortua est priusquam malum in os transeat, excidenda illa est, & iniectis vinculis, omnis aditus, quo sanguis ad os decurrat interceptandus est, imperanda vitæ parsimonia, & ea alimenta, quæ facile distillant, nihilque succi crassilenticque gignant, vt os ipsum cum suis vinculis paulatim emarcescat, ac tandem excidat. Ad celeritatem operis vbi vtrumque licet, maluit Hippocrates in articulis, quàm medio membro ossa rescindi. Reliquis iniuriis ossium ferè accedit vlcus, idem restrictioribus linteis & ferulis aliquando contrahitur. Sed hoc genus vlcis lenioribus pharmacis, illa autem aliorum vlcis legibus curari debet. At non antè vias claudere oportet, quæ per vlcus ad ossa pertinent, quàm hæc sedulò explorata, & omni carie, sorde, nigredine perpurgata sint. Quin & præclusum iter patefacere oportet, & angustias ferro ampliare, deinde

De excidenda ossibus.

Peramputatio membri.

Unde mors amittitur membrum.

Aliarum.

Vlcera ossis.

Spongia molli aut penicillis implendum cauum, vt ne coëat, sed dehifcat vlcus, dum vel integendum carne, vel ferruminandum callo bene purum os videatur. In altis cuniculis spongia, linamenta, penicilli summa parte religantur filo, quodd foras propendat, vt in tempore facile reducantur. Vt autem, quæ succrescit caro toti suo ossi coalescat, purum os est & siccum necesse est, inspergendumque medicamentis, iride, manna, aloë, myrrha, arido thure, aristolochiæ, & eo genere cephalicorum, quod capite de Sarcoticis descriptum est. Sed quæ continetur ossibus caro generatur, vt paulò siccior futura est, ita magis siccantibus gaudet, quo genere etiam deterfa, rasa, exterebrata ossa conspergi debent. Vt verò ducenda carne ab ossibus recedis, ita vis siccantium temperanda est, donec iam cicatrix trahenda sit. At carne replere ossa, & fissa iungere sæpenumerò opus est, vbi callum gignere non licet, nimium dissidentibus fracturæ labris, & vbi in maiorem circumum vel os ipsium maius excisum est, verum multò stabilius vinculum callus est. In fracturis cum vlcere, siquidem transuersum hoc est, idemque magnum, ferulis abstinentum, in recto vlcere ferulæ ad latera committi possunt. In vtroque maior copia fasciarum, adhibenda, quia declinanda restrictio, confirmanda deligatio est, quod vel restrictio vel copia linteorum efficit. Linteorum multitudo restrictioribus fasciis præferri debet, vbi molle corpus & cum fractura vlcus est. Restrictior deligatio & vi maiore confixæ ferulæ sæpenumerò siderant partes, atque exulcerant. In tumore, vlcere, inflammatione & dolore ferulis & omni restrictione interdendum. Ferulas Hippocrates septimo primùm die, sublato metu inflammationis, adhibet. Nostri statim initio. Albucasis in leui malo primo die in grauiore vitio quinto vel septimo. Solutis ergo linteis & refixis ferulis, si quid computruit, excidendum ferro, priusquam impleas, vt omnis diuisio ossis tuto cohereat. At si qua squama aut fragmentum excefferit, ea suo ossi sedulò coaptanda sunt, aut si acumine carnem subintrant, molliter præcidere oportet, etiam diuisa carne & excisa, si res exigit, verum incolumis fragmenti radix, qua ossi suo etiam dum hæret, seruanda est. Alioqui scalpello vel ferrula leniter eliminanda, aut volsella prehensa est. Quodd si nihil molestiæ squamæ adferunt, neque possunt suis ossibus reconciliari, vel medicamentis detrahes, vel ita fines, donec maturitate quadam per se decidant. Sic enim celeriter cogetur callus, & caro ossibus concrefcit. Quæ verò squamæ rapiuntur ferro, necdum maturè violentia reuelluntur, fistulas ægrè sanabiles relinquunt. Hic ergo declinanda vis est. Squamas detrahunt medicamenta in cephalicis descripta capite de Sarcoticis, erucæ radix vtriusque bryoniæ, cucumeris agrestis. Aristolochia peculiariter elicit testulas caluarix. At quæ demenda ossa sunt, medicamentis sicari conuenit, ratione vitæ simili, cauterio, radula quoque atteri, volsella molliter agitari, perforari terebra, vt maturius, vel sponte sua, vel leui commotione excidant. In fractis ossibus & loco motis multarum rerum cura est,

ac circa

ac circa initia omnino prohibenda fluxio, dolor, inflammatio. Os ergo quodd vel abiit articulo, vel fractum desidet, primùm quidem reformare atque constituere oportet, deinde ita continere vi ne recidat: postremò confirmandum callo, carne resciteis humoribus, qui colligantia vincula relaxent. Primùm tamen ineunda ratio, an reponi possint, deinde an sine periculo reponantur, postremò qua arte conuenienter & celeriter, nimio dolore ac molestia reducantur. Concisis articularum vinculis, dissectis cartilaginibus desperatio est, tùmque bene agitur cum ægro si solum claudicat, si manco membro, si deformato & obtorto articulo superesse datum est. Nò reponendum (inquit Hippocrates) tibiæ os, qua parte suo vtrinq; articulo copulatur, siquidem rescissa cute per vulnus prominet, alioqui conuulsio, phlegmone, gangræna, lyderatio commouentur, quæ ægrum, breui momento è vita tollant. Quæ vt declines, quam vt os reponas, potius cogitandum. Reformanda luxatio primo die, vel certè altero. Nam tertio & quarto quiescere oportet, quo ferè tempore nouæ iniuriæ sese proferunt, hunc ad decimũ turtior reponendi occasio est. Quodd si restituto osse conuulsio incidet, rursus articulum excludes, calida liberaliter irrigabis, fovebis oleo & molli lana conteges. In luxatis & fractis ossibus hæc sunt præcipuè, τὰσις vel si mauiς αὐτίτασις, διπλασις, ἐπίθεσις, ἀπόθεσις, vel ὑπόθεσις. Extenditur membrũ manibus prehensum, vel iniectis laqueis, vbi vi maiore opus est, vt diductis & adductis marginib. soluti ossis, ora oris molliter consuescant, nihil exasperetur, nihil diffringatur, quod in fracturis denticularibus, scabris & ferratis sæpe contingit. Videndũ quoque ne in distentione neruus vena, arteria, musculus, tendo, ligamentũ, atq; inde os & membrũ contra naturã extorqueantur. Sed in luxatis, cõpages articuli & ossiũ copulatio prius recognoscenda est, quã multis, longis, prominulis & obstipis capitibus constet, quot, qui sinus & acetabula, quã alta hæc, quo modo inflexis alueis declinibus, lubricis, quibus scilicet capita illa & externa ossiũ tubercula inserantur, quæ superciliorũ formas, quæ fide ceruices ossiũ contineantur, quibus vinculis iunctura articuletur, quæ cartilagine intercedant, qui tendines, musculi & nerui ad constantiã articuli concurrant, in summa, qua omnino ratione flectat, tendant, diuertant, atque vno verbo, copulentur. Vertebra duplici capite, prominent, duplici quoque acetabulo sinuantur, altera alterius acetabulis sua capita inferit, eademq; paria faciens, & quasi relata gratia suos alueolos explicat, in quibus vicinæ vertebræ processus reponantur, mucosis vinculis vtræque cõiungantur, quæ soluta, caesa, arefacta, distracta morbo, vertebra exarticulant. Quas iã cognoscas ægrè reformari, quia scilicet intelligas, quã multis cardinibus quãque societate coëant, quã denique vario implexu conserantur. Itaque omnis articulata iunctura sapius oculis ipsis vsurpanda, sicque animo & mente cõcipienda est, vt ad viuũ pressæ articularũ formæ cũ res exigit, oculis ipsis, vt ita dicã, obseruetur. Sic. n. explicatur opificiũ naturæ, quod in fractis & luxatis sedulò persequamur.

Regeneratio
carnis in ossibus
offium.

In fracturis cum
ulcere ratio ferulæ
ad latera
commissuræ.

Siderata partes
nimia restrictio
ne.

Squamæ.

De detrahendis
squamis.

Medicamenta.

In fractis & luxatis multa cura.

Disperata.

Non statim reponenda ossa.

Quando reformanda luxatio. Contra conuulsiones.

Cognoscenda in luxatis.

Exemplum in vertebra.

Atque omnino qui extendit, componit, ligat, continet, hoc efficiat, vt iusta naturæ teneatur *κατάσασσι*. Sic enim Hippocrates, quoddam naturali figura membri & partis Galenus definit. Extensum membrum loco redditum manibus tractari, palpari, & legitimè confirmari debet, *διὰ πλάσιν* appellant. Quoddam si neque sic constitutum est, ad *μολίαν*, lorum, habenas, & vtitatas machinas veniendum. Quæ omnia ex libris Hipp. & commentariis Galeni petenda sunt. Sequitur *ἐπιθεσις*, quam *καταγματικὴ* appellant, in qua multorum prouidentia est, sed maximè, vt contineas, phlegmonem arceas, & procures callum. Ac primùm an sit deligandum, statuere oportet, tum qua deligandi forma, ac ferè à duobus principiis, varia tamen ratione. Ex quo discernendum quibus, quàm multis, longis, latis, quàm denique firmis fasciis opus sit. In spleniis eadem versetur cura, idonea forma linteis quaerenda est. Cognoscendum præterea vnde primùm in eas, quæ sit futura progressio, quàm multi & quales circuli, quo modo distinguantur orbis, qui conueniant anguli, quibus interuallis, vbi & quâdo laxior vel astrictior deligatio, qua parte desinat, quo loco & qua arte necstantur nodi, aciæ ducantur, complicantur habenæ, quando regulæ, ferulæ, puluinaria, mitellæ, adhibenda sint, quamdiu continere omnia, & quando soluere oporteat. Atque in sano membro probanda prius deligatio, quàm in ægro periculum facias. Postremò in ea figura collocandum membrum, in qua diutissimè cõstare possit, & minimè doleat. Iustus hæc commentarios desiderant, & hæc non tam docendi, quàm monendi causa dicta fuerint. Neque ignorandum vnum os parum extendendum esse terebra, minùsque inurendum: semel enim vstū ægerimè tum callo, tum carni, reconciliatur. Ac nec minima cura esse debet, vt ne diutius os apertum expositumque acri maneat. Grauis enim ea consuetudo noua est, quia sic calor insitus in aërem expirat. Sunt igitur tecta, & quàm minimū licet nudata ossa. Sic enim conclusus calor & non exhalans, saniem foras dispergit, atque ita purgata ossa celerius coniungit. Extorta valgorum cura pertractis intro vinculis & astrictis asserculis ita componenda, non quasi dirigas, sed non aliter, quàm si à valgo varū transformare velis. Inflexis varorum eruribus aptanda omnia & colliganda sunt, quasi è varo valgum efficias. In abscessu parua ossium deligatio *καταγματικὴ* locum habet, sed pauld laxior & sine ferulis. In magno non est deligandum *καταγματικῶς*. Satisfaciunt splenia vino infucata nigro, subaustero, quæ deinceps atque conuenienter hinc inde adhibenda sunt, non vt hoc illi infideat. Longiora sunt, quàm quæ solum ambitum membri comprehendant. Nam si quadrantalis circulus est partis, pauld longiores splenes trientalibus esse oportet. Obliquè inferuntur membro & aduersa parte decussant. Atque hæc quidem spleniorum ratio alia quum os abscedit, & saniosum est, alia eorum quæ in deligationibus fascias confirmant. Hic enim æqualiter affinguntur membro, ne alterum extremum alteri infideat, aut reduplicet, quum videlicet longius splenium est, néve breuius atque decurtatum inane spacium, & quasi fossulam relinquat.

Ab vtrifque

Ab vtrifque spleniis tum quæ longiora, tum quæ breuiora sunt, inæqualis, aspera, & inconcinna sit deligatio, in qua æqualitas vel maximè quaerenda est. Alia rursus illa ratio est à plagulis, quæ fracto iugulo & costis adhibentur, quarum prima atque altera in decussationem collocantur, & se interfecant: tertia porrigitur in longum, obstipat fracta, & reliqua splenia confirmat. Aliter quoque, vt sunt vitia & partes commutantur. Sed hæc peculiarem commentarium requirunt. In fasciis remedia adhibentur, quæ madorem linteorum contineant. Sic enim prohibetur dolor atque inflammatio. Fasciæ initio plures & astrictiores, si neque dolor, neque phlegmone, non vulnus, aut aliquid tale prohibeat. Ac ferè inebriantur vino crasso, nigro, modicè austero. Vinum hoc superficiem cogit, vim suam ad repellendum altius imprimit, ex quo præcidit inflammationum causas. Quod nimiam adstringit, dolorem facit, tenæ album, giluum, saluum, etiam si contrahat, repudiandum tamen est, vt totum reprimentium genus, quoddam aqueo humore solutum est; papauer, mandragora, cicuta, multò magis si in articulis & neruosis partibus labor est, quia non sola qualitas, sed & horum corpus intro penetrat, & neruosa lædit. Hinc etiam calor, qui vitam fouet, interdum extinguitur. Vino igitur crasso, nigro, modicè austero, fasciæ & splenia saturantur. Minister adfit, qui subinde affuso vino lintea perfundat, alioqui cum periculo resiccantur, quoddam ne fiat, noctu præcipue & æstate prouidendum. Hieme vini loco œnelæo vti fatias est, quo etiam tempore prius intepuisse iuuat, & succidæ lanæ spleniis præferuntur. In fracturis & luxationibus vbi exertum os est & vlcus facit, quoddam cum periculo reponatur, quandiu conuulsio in metu est, abstinendum fasciis, & succida lana vtendū est. Eaque, vt prius, imbuenda vino, curandumque est, vt assidue irrigetur, & non squalescat. Astringit leniter lana hæc, & tepido calore fouet. In his fumoso, vino & nimis odoro ideo abstinendum: quoddam caput feriat.

Atque hæc omnia decreta sunt veteris disciplinæ, quæ Galeno probata sunt. Iustum quoque in siccandis linteis medicamentum ad dolores & inflammationes, oui candidam è rosaceo vel myrtino factum. Alij contra eadem vitia aceto, ex oleo fascias imbuunt, detur id bene carnosâ parte & sine vlcere. Quod si suspecta est ministri cura, qui negligentius fascias respergat, & nouo madore compleat, vnde lintea exarescant, cerato albo vtendum erit. Adde quoddam cura illa odiosa esse potest. Verum ceratum hoc vt repellat, & phlegmonem inhibeat, vno minus est efficax, & magis vsurpandum post initia, iam abeunte periculo inflammationis, vbi fractura simplex, nec in fragmenta varia contritum os est. Igitur cerato pars ægra, fasciæ & splenia illinantur, adhæc extreme partes, sed manus præcipue & pedes, ne quoddam deligatione extringitur, infirmum scilicet frigidumque membrum concipiat, ex quo putredine tandem corrumpatur. Ceratum hoc *καταγματικὸν ὑγρὸν & λευκὸν* veteres appellarunt. E cera pingui & duplo oleo conficitur. Olen

In varis & valgum deligatio.

Abscessu ossium.

In spleniis.

In iugulo & costis.

Vini ratio.

Lintea madere opus est.

Quando lana succida pro fasciis vtendum.

Alia quibus fasciæ imbuuntur. Ceratum album.

Picatum cera-
tum.Vbi curati res-
nati in luxatio-
nibus.Contra inflam-
mationes.
Contra œdema-
ta.

Inflanti.

rhodinum vel myrteū. Quod si cera vetus fuerit, nec ita mollis, paulo plus olei miscendum erit. Picato quoque veteres vsi sunt, si quid contusum esset, si quid coquendum atque mitigandum *πικαυρον κηρωϊλω* & *πισσοκηρον* appellant. Eoque magis vsurpandū, quia contusa omnia & cruda, quæ ossibus incumbunt, quàm celerrimè saniem fecisse iuuat, ne subiecta ossa tempore corrumpantur. Atque hoc præcipuè in caluaria, deinde reliqua ossiū natura, magis etiam, qua parte subsunt neruacea corpora, procurandum erit. Liquido cerato albo pix addita picatum facit. Ac tantum picis misceatur, vt inde color in nigrum transeat: verum cerati corpus non immutetur. A pice molli vtrumque præstari potest, hæc enim media compage inter oleum & ceram ambigit. Quæ cera durior, vel huic pariter dura est. Mollienda manus itaque oleo inquinantur, atque hinc ad ignem pix illa pansitur, voluitur, contrectatur, dum satis emollescat. Alioqui ceræ & picis oleum non duplum, sed ferè triplum misceatur, vt picatum inde cœat, quod tam liquidum sit, quàm ceratum album esse opus est. Sed in contusis liquidius conuenit, vbi mitigandum. Ad coquendum iustiori corpore compingi debet. Eodem seruandæ leges hac parte, in eo quod *ρητινὸ κηρον* appellant, resina ceræ mista. Ac resina liquida, qualis est larigna quædam & terebinthina, ceratum nimis diluit, nisi admodum exigua misceatur. Resina compage ceræ seruabit cerati corpus. Dilutum est ex ceræ ζ . i. terebinthinæ liquidæ ζ . 3. olei ζ . 2. Solutum quidem & molle est, non dilutum nimis, ex ceræ ζ . 2. Colophonix ζ . 1. olei ζ . 4. Corpulentum satis vbi ceræ & resinæ vtriusque ζ . 2. olei ζ . 4. permiscentur. Sed de cerato, quod resinam capit, plura capite de suppurantibus. Verum in luxationibus hoc cerato præcipuè vtendum, quia scilicet articulata ossa magis continet, & hinc lintea firmiùs affiguntur, hærent diutiùs, vincula verò humore laxa & vieta melius exsiccantur. Fracta denique firmiùs cohærent, & callo suo fideliùs compinguntur. Atque sine lentore linteis capiuntur, quale austeram vinum est, ante resiccantur, quàm soluere oporteat. Ac tertio primū die ferè absoluimus. Sicca autè lintea duritie & asperitate lædunt, elaxataque minùs continēt. Hæc ergo ratio, magis ineunda, si quando periculum grauius metuitur, atque idè cura maior desideratur. In his vitiis ossium magnus *εξ χαλιπρωσι* vsus est. In metu inflammationis mollitur subduplo rosaceo, deinde austero vino imbutur, illinitur parti, & in linteis adhibetur. Ex aceto vini loco subigi potest, si neque vulnus, neque neruacea natura, neque aliud quicquam prohibet. Contra œdemata & inflammationes, quæ a strictione linteorum extuberant, idem medicamentum auxilio est. Omnia verò leuia sint & mollia, grauitas enim opprimit, & dolorem creat. Idem durities efficit & exasperat, vtrumque callum retardat. Perfusiones fiunt ex aqua tepida, eo calore temperata, quæ manus perferat, in frigoribus hydræxon meliùs est. Perfunditur pars tertio & quinto die, quoties videlicet lintea absoluuntur, idque li-
ynde prurigo acquiescat, & materia eius in halitum dispergatur.

pergatur. In articulis tepida vsus est, tensa relaxat, dolorem mitigat, & inflammationi aduersatur. Iam septimo die tardiùs aliquando affunditur, non vt discutiat, sed euocet sanguinem, vnde concreto poro ossium fracturæ conferantur. Capitis fracturas neque vino, neque re alia, nisi quàm minimum, madefacere iussit Hippocr. Dioscorides ex veterum vsu corticem vlni aqua incoquit, decocto fracturam fouet, & os perfundit, quod iam egere callo videatur. Id de radice vlni, non cortice Galenus prodidit. *Πόρωσι* Græci vocant genituram calli, & inde *πρωτικά*, quæ callum gignant. Callus neque caro est, neque os, sed inter vtrumque ambigit, itaque depositio metu inflammationis, purgatis vitiis, quæ curam tardent, omnino cogitandum, vt cœat porus, & inde effractæ partes solidentur. Eaque cura septimo primum die ferè suscipitur ætate, decimo quarto hieme, quo iam tempore id genus periculis perfuncta ossa videantur. Etenim intra ea spatia febres & phlegmonæ magna ex parte sese proferunt, quanquam aliquando latente vitio & maleficium trahente vicesimo die & post vicesimū, nec opinantibus nobis eueniunt. Neminem verò latere arbitror non ante de poro cogitandum, quàm contusa, in pus versa, deterfa vlcera & siccata, ossa quoque bene explorata fuerint. Hic ergo generatur callus, vbi moderanda perfusio, vt inde pars viuido colore floreat, & leniter attollatur, nimium est si subsidet, & pallorem ducit. Fistulosa ossa & spongiosa, quæque plus humoris in se continent, celeriùs coalescunt, & callum contrahunt, quod in iugulo & id genus ossibus comprobatur. Alimenta sunt, quæ probum sanguinem, crassum, viscidum, multum gignant. Panis triticeus è farina primaria, triticum legatur graue, densum, vnde ptisana comparetur, cartilagineæ animalium partes, neruacea, cutacea pingues, ligamenta, tendines, tetioli, ventres, linguæ, rostra, capita hœdorum, veruecum & porcellorum, agnina caro & suilla, palmulæ pingues, castanæ, vinum astringens, &c. generis eiusdem. Medicamenta sunt emplastica, lenta quæ modicè calefaciant, & siccant è gyri similia, manna, gummi, fabrili glutine, mastiche, tragacantha, pingui cera, lachrymis & succis generis eiusdem. Triticeam farinam probat Hippocrates, quæ subacta longiùs trahatur, digitorum sequax, hæc, vt reliqua liquore oui, myrtilino, aqua, vino, mucagine concorporatur, dum lentore quodam bene cohæreat. Qualis si desit, & aridior tantum ad manum est, thus pingue, cuiusque pollinem & fuliginem, liquidam resinam, mel quoque viscidum permiscebis. Sed alia quidem initio, resinam & mel post initia, cum iam excesserit periculum inflammationis. Thus quoque in limacum mucco & salua, aloë & myrtha, mel etiam, si quidem resiccandum magis, in eodem mucco diu volutantur, & in aluta impinguntur. Finge igitur aduersa parte effractum nasum, vt intro desideat. Eodem die aut non multo post reformare oportet. Itaque quicquid in cartilagineum incidit, excidendum leuiter est subiecto crassiore specillo, qua maximè parte delabitur.

Decoctio vlni.

Callus.

Quando gignitur
callus.Alimenta ad
poros.Medicamenta
porotica.

Triticea farina.

Exemplum
naso fracto
Spe illi

cillum non asperum, ad digitelli formam fabricatum è buxo vel e-bore, digitis quoque vtitur Hippocrates, sed præfert indices, vt qui narium cauis magis conueniant. Ac suis quisque vti potest, alioqui magnitudine respondeant, sintque molles, quales pueri habent & mulieres. Atque hos diutiùs insistere oporteat, vt quæ reformata iam sunt, contineant. Alioqui in longitudinem implicata linamenta, & molli pellicula cinctâ circumfutâque intus adicienda sunt. Aut eodem modò compositum aliquid ex arido penicillo & fimbriis linteorum. Aut grandis pinna gummi vel fabribus glutine illita, & molli pellicula circumdata, quæ desidere cartilaginem non sinat. Alioqui fistulus & tubos plumbo, argento, canna ad hanc rem comparare oportet. Frustrulo pulmonis ouis aliquâdo vsus est Hippocrates, quòd fortè aderat. Spongia non vtendum putat, qui fortasse humore captò exturgeat, dissoluâtque iuncta. Abstinentum quoque omnibus, quæ vel vehementer spirent, vel grauiter oleant. Omnia verò memoratis medicamentis illinenda sunt. Vinculis autem & habenis illis & aluta molli non ita opus est, etiamsi quòd fractû est, in latus torqueatur, si modò repositum aliis artibus contineri potest, vt plagulis, quas viscida illa pharmaca inquinant, & iis similiter comparatis, quæ intrò naribus inferuntur. Emplastra quæ pertinaciùs hærent, fotu tepidè reuelluntur. Atque hinc ad catagmatica, de quibus antea. Sed horum materia in præsentia locupletanda nobis. Caninum cerebrum in linteo adhibetur, superdatur lana incalcata oui candido, iam squalescens commutari debet, quatuordecim diebus solidat. In Sardinia fontes esse calidos scribunt, qui facta ossa solident. Vinum picarium in lana succida efficit, vt lunata celerius coëant. Purgatur hybisci radix, atque hinc medulla rassa in splenio adalligatur. Potest adjici tritici farina, & cum liquore oui ita subigi, vt sit cataplasma, radix illa aquâ coagulat, in qua sub dio horas aliquot maduerit. Musco viticis vtuntur veterinarij: quernum alij, alij in vltimo lectum præferunt. In honore est veteri exemplo quam conferuam vocant. Muscus est densus, herbaceus, spongiolus, hærens aquatilibus petris, cuius efficax natura nobili historia consignata est. Putator quidam ex alta arbore deciderat omnibus ferè ossibus confractis. Præstò aderant amici, qui corpus eius vniuersum eo musco obligarunt, atque ita relatum domum in quiete tenuerunt, subinde conspersa aqua ex eo flumine, quod musculum alluebat, ne videlicet muscus emarcesceret. Rarè nec nisi deficiente herba remedium mutatum est. Atque hac medela incredibili celeritate conualuit. Ætate bene carnosò duro corpore, recenti malo exemplum vetus liceat imitari. Vetus est & vulgo familiare auxilium in iis, qui ex alto præcipientes aliquid fregerunt, aut contuderunt. Pellis ouilla recens detracta corpori affigitur, quæ myrteo tepido vel rosaceo perfundi potest. Sed eos præcipuè iuuat, quibus aliquid cruoris in cutem diffusum est, concoquit enim. Ptopticò est farinæ triticeæ ʒ. 6. sanguinis Draconis, m. ʒ. 1. omnia oui candido iuncta in linteo.

Caninum cerebrum.

Hybisci radix.

Muscus.

Conferua.

Historia.

ouilla.

linleo vel aluta alligantur. Triticea farina, gummi & manna incoquantur aqua, fit cataplasma, quod reprimat, continet, & poron gignit. Atque hic possunt è tragacantha, gummi, sarcocolla & aliis id genus mucagines colligi ad cataplasmata, è pauca materia ferè, sed decupla ad mucaginem conficias. Iam verò celeberrimum, & medicinæ veteri decantatum remedium. Isis appellatum, quòd in neruorum vitis describetur. Laudatum quoque Moschionis catagmaticon, inserto callo vulnera coniungit, contusis testiculis & aliis partibus medetur, hydropicos liberat. Exerta sedis tuberculæ reprimat, & rhagadas sanat dilatum butyro, gutturosis remedio est, omnem duritiem dissoluit, luxatis & contortis articulis prodest, clauos adimit, qui in pedibus & manibus sine vlcere excitantur, atque omnino multiplicis vsus est: cuius mistura sic habet. Lithargyri, picis, seui vitalini ana ʒ. 20. terebinth. ʒ. 2. manna, thuris tantundem, cera ʒ. 5. æruginis ʒ. 1. opopanacis ʒ. 1. galbani tantundem, olei ricinini, aceti, succi mori ana heminam vnam, picis liquidæ heminæ dimidiam. Lithargyrus leuissimè teritur, & fictili vase vel æneo cum ricinino coquitur, vbi efferbuerint, adeps & manna injiciuntur, assiduè mouentur dum coëant & spissentur, hic pix, cera resina admiscuntur. Iam non inquinantibus galbanum committitur, deinde ærugo & opopanax aceto resoluta. In alio vase mori succus & pix liquida ad crassitudinem cocta cæteris permiscuntur, coquuntur rursus ad puritatem, ex quo in vas aliud quod vinum habeat, deponuntur, atque ita permittuntur triduum, postremò ex eodem vino pista ad vsum reponuntur. Adhibetur pharmacum in linteis, & in aluta fractis ossibus intenditur. Alioqui è duplo rosaceo dissolutum non aliter, quàm ceratum album fasciis illinitur & plagulis. Egyptia Andromachi mollit, digerit, adstringit, vulnera cruenta iungit, & alia adiuuat, vomicas exugit, per magna vulnera ense facta etiam profundissima triduo glutinat, præcisos neruos & musculos committit, luxatis, fractis, contusis, attritis & contortis ossibus remedio est, & contra inflammationes valet, dolentes neruos & musculos lenit, ferarum morsibus adhibetur, lippientibus & cephalalgicis solatio est impacta fronti, callos emollit, & scirrhus edomat, ac breuiter optimum ad plurima remedium est. Describitur à Græcis Galeno & Aëtio, vitiosis iam & corruptis tum Græcis tum Latinis codicibus. Nos ex Galeni sententia ita restituimus.

℞. ceræ, litharg. an. denar. 144. ammoniaci denar. 72. terebinthine ʒ. 4. & semiss. aliàs ʒ. 4. succidæ lanæ vstæ ʒ. 2. & ʒ. 2. aristolochiæ, thuris, squamarum aris, & stomatis ana ʒ. 1. myrrhæ ʒ. 3. aliàs ʒ. 4. opopanacis denar. 2. olei ricinini, sicyonij vel antiqui lb. 4. & semiss. Sic enim Galenus pro sex heminis olei Andromachi: Asclepiades autem heminas 3. scripsit. Lithargyrus oleo coquitur dum concreseat, squama injicitur, vbi non inquinant, cera conspersa mari, vt voluit Asclepiades, deinde ammoniacum & terebinthina contusum imponuntur, liquatis hi

Moschionis.

Egyptiaca Andromachi.

de 15th Afle-
piadis.

runtur igne, hic thus & lanarum cinis insperguntur, refrigerata manibus conuoluuntur, & vsui sunt. Nigrum catagmaticum Asclepiadis, quod quia optimum, *αεις* vocata est, admiranda in fracturis etiam ossibus depressis, immersa hæc & ab aliis seiuncta callo copulat. Lithargyr. bituminis an. ʒ. 2. ceræ, picis aridæ an. ʒ. 12. & β. resinæ picæ, terebinthin. ana ʒ. 6. & ʒ. 2. aluminis, propoleos ana denar. 38. ammoniaci ʒ. 3. æruginis denar. 10. & β. olei sextar. 4. Lithargyrus in oleo coquitur, dum non contaminet, cera & bitumen seorsum liquefcunt, neque commouentur, his pix fusa traiectaque colo coniungitur, omnia lithargyro vniuntur. Ammoniacum verò bene contusum postea immittitur, atque ita coquantur omnia in solidum corpus, hic præmollita cera & propolis permiscantur, vbi probè coierint, subducuntur igne, tumque alumen & ærugo in pollinem trita resperguntur, versantur omnia, & oxycrato mersa subiguntur. Panalithes ad contusa, fracta etiam cum vulnere, vulnera neruorum & vertebrarum, purgat collectiones, incisum serotum solidat, venenosos morsus bestiarum sanat, aliæque præstat plurima. Olei dulcis ʒ. 9. bituminis, ceræ resinæ picæ, picis aridæ an. lb. 1. lithargyr. cerusæ, æruginis ana denar. 10. thuris, ammoniaci, myrrhæ, aloës ana ʒ. 1. opij, succi pomorum mandragoræ ana denar. 6. aluminis, chalcanti, chalciteos, croci ana semunc. acetii, quod sufficit. Quæ teri possunt omnia à lithargyro ad crocum in puluerem trita ex aceto contunduntur in mortario, dum sit luti crassitudo, Oleum, cerâ, bitumen in fabales pilulas diuisum nihil versando colliquantur, liquatis pix & resinæ commiscantur, colantur omnia, atque reponuntur. Fracturis ossium caluariæ, cartilaginum, vtilissimum est. Barbarum, quod capite de hæmorrhagia describetur, & alia, quæ superioribus libris scripta inuenies. In fracturis prima cura sit, vt initio repellas phlegmonem, & dolorem prohibeas. Tertid iam & quinto die si quid contusum erit, in pus & saniem conuerteres, suppurationem sedulo purgabis, siccabis vlcus, & si qua ossis vitia sunt, corruptela, caries, malè iuncta squama, & omnia diligenter adimes, fracturæ partes ritè coaptabis, & callo iunges. Ast postremum vlcus implendum, & cicatrice claudendum est. Contingit aliquando in capitis nuda membrana, vt minùs tergendo siccandoque, quàm conueniat, fungus succrescat, quia videlicet in tumorem laxum & mollem membrana extuberat. Hic ergo siccandum magis & quæ tergeant, incidant, laxent, intermiscenda. Concreti calli signum est, quum iam sine vlcere exudante sanguine fasciæ intinguntur. Tum enim coactus porus asperginem sanguinis è spongiosis ossium cauernis foras extringit. Id ferè fit criticis diebus 14. 17. 20. 21. & hinc succedentibus septenariis. Signum quidem à veteribus annotatum, quanquam aliquando sine eo calli concrefcunt. Conueniens callus est, qui neque maior, neque minor, durior aut mollior, quàm debet, neque distentus est. Iustus callus confirmari debet medicamentis, quæque eruentis vulneribus adhibentur.

ordourationis
in fracturis.

beat. Siccant leniter, & callum mediocriter confirmant. Ac de his multa capite de glutinantibus. Callum confirmat asfusum vinum, quod *τεθαλασσωρδρον* & *θαλαττιον* Græci, Latini salsum & marinum vocant, quod si det, salum vino leniter adstringente liquefacere oportet. Idem vinum efficit, in quo balauftia, rosa, myrrha, muscus, qui veluti canities quædam quercui inhæret, absinthium, vlni cortex & radix præcoxerint. Addunt poroticis quæ callum durant, bolum armenam, galbulos cupressi, & alia id genus. Sed hic moderatio quædam adhibenda est, ne nimium stringendo nimium alteratur callus. Confirmant poron rosacei ʒ. 4. resinæ ʒ. 3. ceræ ʒ. 2. Colophonix, mastiches, thuris ana sc. ʒ. 1. Melleus fiet auctis muræ conicupressi, radice erithrodani ana ʒ. 1. Melleus fiet auctis emplasticis, minuto oleo, & adiecto momento croci. Aliud. Thuris, farinæ pistrinalis, picis, mastiches, boli armenæ ana ʒ. 2. sebi arietini, ceræ albæ ana sesquilibram. Liquefactis ceræ & sebo reliqua infriantur, in mistura linteum sæpiùs inculcatur, & satis inquina tum fructura impingitur. Sparadrapum vocant. Vtuntur Apostolica & oxycroceo. Apostolicon materiam attrahit cogen- do poro, siccatur, confirmatur. Oxycroceum duriores poron magis emollit, quàm extenuet, vtrumque emplasticum, & gignendo callo idoneum est. Iam verò constare arbitror remedia comparari, vt mollis & dura corporum natura est, vt alio callo tibiam messoris, alio pueri conferas. In hoc enim minùs siccantia, minùs stringentia iustum poron contrahent. In messoris fortioribus omnino vtendum est. Callus maior extenuandus est deducta parte alimenti, & mutata qualitate, diu lenitèrque affricanda pars est ex oleo, sale, nitro. Eadem calida marina foueri debet, inducique malagmatis, quæ discutiant, quæque contrahant, colligenda arctiùs, oleis vtendum & vomitu. Alterum membrum perfricandum, vincendum molliter, & sinapismo illinendum, vnde plus sanguinis excipiat. Paulus in recenti callo, qui supercreuit, vehementer stringentia instituit, arctissimè ligat, lamina plumbæ interdum apposita. In eo verò, qui iam vetustate induruit, si quidem pudendum inde ac deforme membrum est, neque officium facit, cutem aperit, deradit, poron terebra pertundit, lacérat scalprio, quodque videtur superesse, peramputat. Quod si nullum naturæ munus per callum intercidit, si nullus aut non ita conspicuus membri pudor est, nullus denique dolor præstabit abstinere ferro. Qui verò infra modum crescit, aut non crescit quidem, quo iam tempore admotis auxiliis debuit coalescere, alia ratione promoueri debet. Ac ferè tardatur callus, quia nimium ac sæpiùs fouetur locis, parum conuenienter adstringitur, sæpiùs & ante tempus fasciæ resoluuntur. Non rarè quoque in ratione vitæ peccatum est. Omnia ergo commutanda in meliùs ac de integro ad præcepta artis, ad auxilia & alimenta, quæ callum gignant, recurrere oportet. Quod si atrophica & inopia alimenti totiùs corporis callus prouenit, in primis consulendum com-

Missa que non
firmant poron.

Sparadranum.

Apostolicum.
Oxycroceum.

Callus maior.


Excrefcens ex-
lus recens &
vetus.

Vnde tardatur
porus.

postremò ad curam calli decurrendum est. Sæpè etiam adstrictio-
ribus linteis effractum membrum vitium contrahit, atque intabescit.
Hic ergo instauranda vita est, distinguenda ligatio. Ac de remediis,
quæ ad hanc rem faciunt, dropace, sinapismis, & aliis, dicentur
quædam cap. de Pyroticis. Sed quia hic casus vitiosa ossa interdum
sequitur, pauca quoque hoc loco contra hoc genus mali differemus.
Extenuatum membrum vehementer inuauat commoda deligatio, sed
contra quàm in fracturis. Marcescente tibia femur superius alligamus
ab inguine ad genu deducta fascia, atque initio quidem, quæ scilicet
inguem proximum est, arctior, deinde paulatim relaxatur. Sic enim
per communes venas quasi rinulos sanguis deorsum exprimitur. At
contabescente dextro femore, vel toto crure, femori sinistro fascias
iniicimus, à genu ad inguina ductis orbibus: atque initiis adstrictior
deligatio, adstricta quoque, sed minus, quòd propius in genu
appetit. Quæ quidem arte aliqua pars sanguinis velati diuerticulo
in gracile membrum recurrit. Sit autem ea ratione temperata deligatio,
vt neque colorem creet, neque vniuersum sanguinem à sano membro
reprimat. Hoc enim alere frugalius, nutrire tamen certum est, quòd
cum languenti membro aliquid proprii alimenti impertiat, retineat
tamen vnde tenuiter, sed commodè nutriatur. Eadem ratio in superioribus
membris seruanda est. Arescente vlna brachium deligamus, contabescente
brachio vel tota manu, ad reliquam manum vincula conuertimus,
frictione, perfusione, metasin criticis vocatis, dropacibus,
sinapismis ea ratione vtendum erit, quæ cap. de Pyroticis describetur,
sunt etiam acopa ad membra confecta macie accommodata, quale est
Damocratis. Illinitur à cibo, marcidus exucosusque senes reficit,
& calore fouet: Hieme & in frigoribus inungitur dormituris
vespere. Ammoniacy, ceræ albæ, mellis recentis, adipis anserini
recentis, thuris an. ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. galbani, medullæ cerui, cæsi-
pi, terebinthin, pellucidæ an. ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. vini falerni, alioqui gilui
odoriferi ad circiter heminas quinque, olei heminas 40. Parandum
est in mausculo mortario, thus & ammonia cum confringuntur,
& affuso vino macerantur, teruntur, circumducuntur duro cochleari,
dum sit mellis crassitudo, mel, cæsyphus, medulla cerui deinceps
immituntur, versantur, circumaguntur, donec cum aliis bene coeant.
Dum hæc fiunt, cera sigulino vase cum oleo eliquatur, ex quo ad
terebinthina, galbanum permiscetur, vnita omnia transfusantur,
& spatula commouentur, refrigerata pinsuntur manibus, postremò
aliis in mortario coniunguntur, sitque liquidum bonique mellis
crassitudo, stanneo vase vel buxco reponi debet. Neruorum doloribus,
perfrictionibus, inflammationibus vteri in pessis vtilissimum est.
Disortus callus, siquidem mollis est, laxante fotu, & diaphoreticis
exinaniri debet, fouetur tepida, hydrelæo, althææ, & similia
decocto. Discutitur arida sicut mista stercore columbino. *opus
medicamentorum lib. i. abundè explicatum* quæ in supererescente & inue-

terato

terato poro consilia sunt. Mollior adstringentibus firmari debet. *Mollior
est durior.* At vix durior esse potest, nisi ea de causa fragilior videatur, vbi
no uo callo opus est. Est cum in cartilagine, neruo, osse mucosus humor
colligitur infirmitate naturæ, quæ concoquit, albus is est & viscidus,
qui similitudine puris medico possit imponere, cedit enim digito
pressus atque dilabitur. Is si negligitur, sic ossa afficit, vt hæc
inde corrumpantur, vicinæ carnes vitium trahant, & mucosus
e-langueant. Ex quo fit, vt relinquunt ossa, societasque illa & copulatio,
quæ ossibus est cum carne, dissoluatur. Aliquando quoque in
tophus humor ille concreuit, sed de tophis postea differetur, vt de
gangliis, quæ inde etiam commouentur. Contusis neruis, osse, cartilagine
mucosus ille magna ex parte nasci consuevit, qui cum crassus sit,
lentus & frigidus, & in alto desideat, non ita facilè vacuari
potest. Curandum tamen, vt laxata cute, fusa incisaque materia in
halitum & vapores sensum expiret, alioqui facto vulnere repurgari
debet quæquam partium ratio prius habenda est, alioqui periculum
fit, ne vel occidas, vel grauitè lædas: Quod in igne similiter
animaduertere oportet. Finge igitur contusa costa, fracta, collisa,
coiisse mucum, & desperatis aliis auxiliis ad ferrum & ignem decurrendum.
Periculum imminet, ne venæ, arteriæ, nerui qui interferuntur
coltis, conuulnerentur, ne vel ferro vel igne intima membrana
violetur. Inueterato malo, inquit Hippocr. & desperatis aliis remediis,
siquidem dolor est, & mucum illum caro lateris concepit, optimum
in igne remedium est, videndum tamen, vt neque os contingat
ignis (nisi iam corruptum atque syderatum videtur) neque superficiem
solam transcurrat, sed carni prudenter imprimatur, vt ad membranam
non perueniat. In fractis & dimotis ossibus inflammationum
reliquiæ disperguntur, ne inde rigeant articali, & ad suos motus
colligentur. Disperguntur pharmacis quæ molliant atque discutiant,
frictione & motu, frictio sit lenis, mollis, quæ paulatim
intendatur circumductis manibus modò sursum ac deorsum, modò
in latera & orbem, vt inde musculorum fibræ molliantur, & reliqua
inflammatio euanescat. Leniter quoque mouendus articulus, vt
paulatim & sine dolore naturæ suæ consuescat.

Mucosus humor quo modo vacuandus.

De remediis neruorum. C A P . I I .

SEQUITUR neruorum locus, in quo tendines & ligamenta
includantur, neque subtilius de nominibus disputetur, qua parte
præcipuè rerum non verborum doctrina requirenda, & cura sedulo
suscipienda est. Igitur vulnerantur nerui, contunduntur, dolent,
torpent, rigent, contorquentur. Sauciato neruo conuulnerari caro
ferè consuevit. Sauciat, quia pungitur & inciditur. Quod cum
accidit, omnino proretur, vt ne ante tempus os vulneris co-

*Vitia neruorum.**Extenuati membri curatio.**Deligatio extenuati membri.**Acopa Damocratis ad membra tabida.**cal.*

*Vitanda in ner-
uū.
Frigidum quan-
tum nocet ner-
uū, historin offen-
ditur.*

nies nēri suo veluti emissario interclusa, nervos laceſſat, atque hinc oriatur dolor, phlegimone, febris, delirium, conuulsio, ad quæ horrendæ mortes postremò inſequantur. Excludenda sunt à neruorum cura, quæ certè nervos contingant, quæcunque vel natura sua vel aduenticia qualitate refrigerent, quæcunque acria, quæ humectent, laxent, molliant, concoquant, putr. faciant. Cuidam ad flexum natium quæ in femur desinit, coit abſceſſus, expurgata sorde deiectus nervus est, qui frigore percullus vniuersum crus stupidum reliquit. Alteri vulnus magnum in brachium illatum est, cæſis etiam nēris, qui à ceruicis finibus per brachiam decurrunt. Adhibitis iustis remediis, lanæ quoque oleo calente tinctæ superdatæ sunt, iisdemque obſtipata ceruix contra iniuriam frigoris. At is egressus domo publico se dedit, vbi paulatim frigescente lana oleum quoque refrixit, ex quo dolere cœpit, tenſoque membro & ad ceruicem vsque progressio malo, totus ferè conuulsione riguit. Omnino ergo vi frigoris vindicandus nervus est, multò magis cum vulnus accesserit. Frigidam enim, inquit Hippocrates, vlceribus inimicum & nervis. Itaque dum hi curantur, quumque inferuntur pharmaca, non solum videndum erit, vt ne hæc imponatur frigida, sed etiam ne vulnus aut certè quàm minimum frigori exponatur. Inusta ala vetat Hippocrates, ne dum curatur vlcus, brachium altius attollatur, veritus scilicet, ne ita explicata ala excepto frigore violetur. Idque metuendum magis, quum in vlcere dolor est quem vitio cōmouit, qualis est, vbi cauterium imprefleris, deinde, etiam si locus neruaceus est, & aliquid neruorum nudum exſiſtit. Grauior quoque iniuria acrium est, quæ cum admota cuti vehementer lædant, ægrum quidè precipitabunt, si nudato neruo continenter inferantur. Quidam posteriore tibia vulneratus est, qua parte tres illi muscoli in tendinem cœunt, qui calcem comprehendit, atque hinc in plantam exporrigitur, itaque aperto neruo medicamentū quod habet euphorbium continenter illitum est. Ex quo dolore facto, conuulsis nēris, atroci morte sublatus est. Tolerabilior fortasse videatur, quæ nihilominus periculosa est medendi via, iam olim Theſſalo & antecessoribus Galeni familiaris. Cuidam ergo diuisa cute compuncto neruo vulnerata stylo manus est, huic pharmacum Theſſalus impexit quo cutis coalesceret. Atque inde orta inflammatione cataplasma è farina tritici hydrelæo cocta instituit, ex quo contabescens æger intra septimum diem iugulatus est. Gladiator quidam ad genu qua patella est, & tenuis latiusque tendo sese explicat, vulnus acceperat, in quo capta curandi via vitata Theſſalo, ortaque inflammatione idem adhibutum cataplasma, calida aqua liberaliter affusa conspersum quoque oleum est. Atque hoc genere curandi tum hic gladiator periiit, tum alij rapti sunt, alij claudicarunt, quibusdam manca, contorta, inutilis manus reddita est, multis putruere articuli, ac breuiter quibus superesse datum fuit, graue aliquod detrimentum corpori incurrerunt. Colligendum ergo peccasse Theſſalios, qui simplicem curarent, & quum moder-

*Hippoc. aph 18.
et 20. lib. 5. A.
phor.*

*Acria quantum
nocent.*

*Vitiosa curandi
via Theſſali.*

*Alia inimica
nerui.*

rēntur morbis, nullam rationem affectæ partis susciperent. Peccatum quoque hac parte, quod calida fœtus, conspersus oleo, & cataplasmate illo inductus neruus est. Hæc enim vt alia genera inflammationum iuuare possint, inflammatis neruorum vulneribus inimicissima sunt. Atque hæc obiter de vitiosa illa curandi via. Nunc autem legitima medendi ratio explicanda, & iusta neruorum remedia describenda sunt. Atque si lubet, ad curam reuocentur, cui manu stylo vulnerata neruus iuffixus est, & alter gladiator, qui ad genu vulnus acceperat. Optimum enim docendi genus atque clarissimū, quod suis legibus quidè & præceptis constat, exemplis quoque ita illustratur, vt tota curandi ratio veluti quædam rerum historia sub aspectum veniat, & quasi oculis ipsis vsurpetur. Quæ profectò via hac præcipuè medendi parte confectanda nobis, in qua præcipitia multa occurrunt, & non nisi graui iniuria vitæ aberratur. Itaque ponamus confixum neruum vulnerata manu leue quidè vulgari sensu, at reuera periculosum vulnus, etiam si stylus tam subtilis quàm acus pupugerit. Etenim orietur dolor, & ille malorum versus notatus initio conuoluetur, si vel negligas, vel aliena remedia instituas. Quæ omnia duplici ratione defugere oportet. Primum quidè iusta medendi via, deinde vbi remediis nihil proficias, præfecto neruo, vnde grauiores illæ iniuriæ commouentur. Nam non solum neruo, sed capite muscoli vulnerato, si quidem alia auxilia desperantur, ad ferrum decurrere oportet, omninoque præcidendus tendo, & neruus est. Sed (si datur) alia prius ineunda medendi via, primumque animaduertendum an os vulneris & via ad neruum satis dehisceat. Vbi enim angustiora sunt, & præterea metus est, ne celeriter cœant, in cruce vel decussim confixam cutem interfecabis, multò magis si quid grauioris iniuriæ imminet, vt sit, quæ sanies effluat, quæ transpiret neruus, quæ denique vis medicamenti ad punctum neruum permeet. At plethorico deplendus sanguis statim initio. Cacochymo vitium pharmaco expurgandum est. Dextra manu læsa è malleolo dextro sanguinem detrahes, dextro pede vulnerato, axillaris dextra aperienda est, interfecta cute vel alio facto vulnere, si quid cruoris inest, lanam, linoxilon, linteolum molle specilli nucleoleo adalligabis intingensque vel melicrato, ne asperitate lædant, tum exprimes, & cruorem inde molliter extergebis. Ac dulci sapa vti oportet, non ea quæ astringat. Post initia loco sapa vinum dulce, deinde etiam vinum album, quod minimum aquæ sustineat, vitale est, quo iam tempore ad cicatricem vulnus adducitur. Fugendum vinum quod acre est. Ex quo oleo calente manum vulneratam, carpum, alam, ceruicem totam, sed præcipuè qua in dorsum abit, & dorsi initium largiter fouebis. Sic autem oleum calere decet, vt neque mordeat feruore, neque tepore soluat. Oxelæo similiter vti licebit æstate quidem, & bene caroso agro, verum neque hoc, neque oleum contingat neruum. Atque his locis omnibus superdantur lanæ eodem oleo dehibita, & alig sicca generaliter sur, ne qua parte subeat frigus.

Explicatur Theſſaliorum peccatum.

*Legitima cura-
tio.*

*Optimum docen-
di genus.
Hypothesis.*

*Duplex ratio
curandi.*

*Fotus ex oleo
oxelæo
nerui.*

conclauī, vino interdicitur, parsimonia imperatur, procurantur d-
 mnia, quibus series illa malorum auertatur. Ac pro lanis complica-
 ta lintea ætate, hieme linoxylon vsurpari potest. Bis terte vno die
 resoluuntur omnia, sæpius etiam hyberna nocte, & vbi interdicit
 aliquid nouæ iniuriæ. Repetitur oleum, & lanarum calor refoue-
 tur, omninoque adhibetur cura, vt ne quid frigeat, quæ omnia ad
 quintum & septimum diem versanda sunt. His rebus ita prouisis,
 simul atque sanies vlceris existit, de medicamentis cogitandū erit.

Quando soluen-
 da lana.

Duplex genus
 medicamentorum
 in vulneribus
 neruorum.

Secundū genus.

Quorum ferè duplex genus est. Atque illud quidem abundè siccatur,
 leniter astringit, digerit, & aliquando extergit, quæ omnia sine vllo
 morfu & aspredine efficere oportet. datur hoc in conceptis linteis,
 & exposito neruo adhibetur. Vbi enim opertus neruus est, altero
 tantum genere vti licebit, quod longius quidem à neruo super datur
 cuti temperata molli in plagulis, vt vicina quoque comprehendat.
 Atque hoc pauld acrius est, sed vt ne mordeat, tenui natura, valde
 siccatur, moderatè calefacit, apertum vulnus continet, & saniem ner-
 uui foras eripit. Aperto neruo carptum linteolum primo genere de-
 libutum inseritur. Ac medicamenta iam non oleo, sed dulci sapa
 soluenda sunt, deinde hoc genus acrius in splenio super accommo-
 datur, ex quo modd cataplasma impingitur, modd lanæ adalligatur,
 oleumque & alia, vt prius, quamdiu videlicet res in metu est, sedul-
 d adhibentur. Accedunt ad hæc quæ purgant vlcera neruorum, quæ
 neruos glutinent, quæ putredini aduersentur. Priuatim quoque in
 punctis neruis abscessus quidem parui, distincti spatiis suboriuntur,
 & vicina occupant, quibus remedia inuenta sunt. Atque operto ner-
 uo regenerata carne ad acria veniendum, vt ad ea quæ ex euphorbio
 & similia, quæ non nisi periculo nudatum neruum attingant, etiã si
 non ignoro, qui experientia freti (vt affirmant) externum neruum
 candenti ferro curent, atque ita omni iniuria prohibeant. Nunc
 ergo ad ea omnia materia remediorum deinceps explicetur initio
 ducto ab oleis. Olea conueniunt ad fatus, & quibus pharmaca di-
 luantur, dulce, bimum trinūve, non astringens, anethinum, cha-
 mæmelinum, zambacinum, lumbricinum, hypeticinum, canabinū,
 caryinon, rosaceum, in quo terreni vermes inferbuerint, terebinthi-
 num, ricininum, sicyonium, rutaceum, galbaninum, styracinum, si-
 napinum, raphaninum, ex ouis pressum, & alia quæ in anodynīs de-
 scripta inuenias. Leniora initio, quamdiu dolor metuitur, acriora
 vbi iam discutiendum est. In medicamentis quæ aperto neruo adhi-
 beas, alia mitiora, alia magis contrahunt. Atque hæc materia secun-
 do libro ferè explicata est. Cera vtimur, resina, & metallicis prius
 elotis. Calcem ex aqua dulci sæpius extinguimus, sæpius lauamus,
 ex quo solutam plurimo rosaceo nudato neruo imponimus, at ro-
 faceo sine sale comparato vti conuenit. Quidam etiam ex matura
 bacca oleæ confectum volunt. In eodem vsu est διαπομφολυγος, quod
 hoc loco iã conficiatur.

Particulari
 materia.

Olea.

Medicamenta in
 nudu neruis.
 Lauanda cera,
 resina, & metal-
 licis elotando.

ra, lota, liquatis aliis intermiscantur, coquantur omnia dum non
 inquinent. In vsu (quod & de aliis crassioribus pharmacis semel di-
 ctam sit) diluendum oleo, ætate rosaceo, hieme, chamæmelino &
 aliis generis eiusdem. Phœnicino similiter vtendum erit, quod mai-
 nus habeat chalciteos. Pastillorum eadem ratio, Polyidæ, Andro-
 nis, Passionis, qui in hæmorrhagia describentur. Chalcanto loco &
 reliqua materia minuta in pollinem comparentur, diluuntur vt
 prius & durioribus naturis magis conueniunt. Calx sub canicula
 tertio lauanda mari atque imbuta oleo, operto neruo opponitur.
 Melius elota & magis resoluta sapa, vel vt aliis placet, multo oleo
 etiam exposito neruo adhiberi potest. Aqua verò in remediis ner-
 uorum omnino abstinendum, nisi vbi calor & acrius medicamen-
 tum temperandum: sic enim misceri potest. Efficiendum tamen est,
 vt dum liquantur illa, absumatur aqua in halitum, & solam vim,
 qua temperet, relinquat. Amicum neruis $\frac{1}{2}$ τῆ μίλιτος, tetramyroni
 appellant, quod iam exoletis myracopis confici non potest. Nō lon-
 gè aberit, quod hac temperatura comparetur. Mellis, terebinth. li-
 quidæ ana $\frac{3}{3}$. olei nardini, costini, rosacei, chamæmelini ana $\frac{3}{3}$. vi-
 ni odoriferi lb. i. foliorum maioranæ, calendulæ, florum chamæme-
 li, anethi, meliloti, rosarum, rosmarini ana $\frac{3}{2}$. cinnamomi, radicis
 acori, cyperi ana $\frac{3}{1}$. Hæc omnia nocte integra macerentur vino,
 postridie olea superaffundantur, coquantur omnia dum expiret vi-
 num, reliqua concepta colo traiciantur, expressum olei melli & te-
 rebinthinæ seorsum fufis vniatur, moueantur omnia in cineribus,
 sublatis igne puluis respergatur ex ambaris & moschi ana granis
 duobus. Sunt & alia id genus, quæ in anodynīs describentur, quæ
 ceræ, terebinthinæ & melli mista ad rem præsentem pertineant.
 Sunt qui solo melle ex rosaceo pisto vti soleant. Est & hoc è melle
 quod conueniat. Litharg. olei veteris ana $\frac{3}{4}$. Colophonæ, ceræ lo-
 tæ, axungie veteris ana $\frac{3}{3}$. tres, & ad circiter $\frac{3}{3}$. Lithargyri. oleo co-
 quitur, deinde axungia, postremò cera & Colophonia seorsum fusa
 coniunguntur, in vsu soluitur vt prius. Aliud. Ceræ $\frac{3}{1}$. terebinth. *Aliud è melle.*
 semuncia, olei mastichini $\frac{3}{3}$. mellis semunc. coquantur omnia
 molli carbone, subductis igne, insperge pulueris lumbricorū, myr-
 rhæ, radicis symphyti ana $\frac{3}{1}$. versentur omnia, & sedulò coniungā-
 tur. Ægyptia Andromachi, Gilnum Halia, Isis, quæ in his libris
 scripta inuenias, soluta rosaceo vsui sunt. Sed quæ parantur melle,
 magis tempestiua sunt, quo tempore sordescit vlcus. Quæ verò fiunt
 è metallicis, & siccant magis, leniora quidem initio, fortiora post
 initia vsurpanda sunt. Turunda postteris imbuitur terebinthina,
 oui luteo, & momento croci, inferiturque decliui parti vulneris,
 quæ emissarium sordis patescit, terget, & lenit. Iam verò quæ pur-
 gent vlcera neruorum, quæque glutinent, ex secundo libro repeten-
 da sunt. Peculiariter neruos coniungit vocata Cizicene. Thuris quæ
 optimi, myrrhæ, aristolochiæ, chalcitidis vstæ lotæque, iudis, galba-
 ni ana semunc. lithargyri, terebinthina ana $\frac{3}{3}$. olei $\frac{3}{3}$. vni
 no capta blandis cineribus coquantur.

Phœnicinum.
 Pastilli.

Aliud è melle.

... rursus pompholygos lith. an. $\frac{3}{2}$. cadmiæ $\frac{3}{4}$. medullæ cerui
 ... rtini lb. β. metallica trita, cribra-
 ta, lota,

quic, postremò in frigidam merfa manibus coniunguntur. Aliud, Carnis limacum ζ . 2. myrrha, thuris, picis torrefactæ ana ζ . 1. Tunduntur carnes, reliqua verò in puluerem trita sedulò intermiscuntur. Aliud. Carnis cochlearum bene confusa ζ . 3. farinæ pistrinalis, picis sicæ, pulueris lumbricorum & radicis symphyti ana \mathcal{D} . 2. terebinthinæ è vino lotæ semunc iungantur omnia. Vsitata sunt vnguentum de vermibus, Basilicam magnum, Mesur, euplastum relatum ad Andromachum, Diachylon in linteolo, incisò neruo soluta adhibentur, soluuntur rosacco & terebinthina mistis. Intestinum terræ per se intritum & appositum, vel aliis cochlearum more intermiscitum. Atque hæc obiter. Nunc autem breui compendio omnia cogamus. Compuncto neruo prima ratio totius corporis habenda est, vt vel purgetur pharmaco, vel phlebotomo dupleatur. Deinde prouidendum, ne diuisa cutis celerius coëat: quod si metuitur, interfecandum atque ampliandum vulnus est, extergendus cruor, & si expositus neruus est, primi generis pharmaco integere oportet. Oleo fouenda manus, carpus, cubiti articulus, ala, ceruix, superalliganda lanæ, instituenda vita, quæ grauiores casus prohibeat. Qui si iam existunt, neque remedio locus est, intercisâ cute satis ampliato vulnere medium neruum præcides, hic enim detrimentum partis certo exitio vitæ præferendum. Præfecto neruo extra periculum æger est, & communi illa curandi via vulnus claudere oportet. Iam verò infecto neruo & plaga satis hiante, eadem captanda medendi via, quæ aperto neruo exposita est, nisi quod relicto primo illo genere pharmacorum, tantum vtimur secundo, de quo iam connectatur oratio. Atque hæc materia in multiplici natura rerum posita est. In cerealibus subtilissimus est orobus, hoc lolium calidius est. Lupinus quoque & cicer in vsu sunt. In farinam commoluntur, incoquantur, lixiuio coguntur omnia in cataplasma. Lixiuum, vt est materia, vnde excolatur, ita vel acrius vel clementius esse par est. Præstantissimum è ficu & tithymalis. In liquabilibus succus est Cyrenaicus, medicus, scordolascer, quibus Aÿa nostræ & Benzoinum successerunt, sagapenum, propolis recens, opopanax, galbanum, pix, resina, terebinthina præcipuè & larigna, adeps qui sit tenui & calida natura, ex feris, prædatoriis aibus & rusticis, de quibus in attractentibus. In plantis tithymalorum succus & cinis, succus & puluis maioranæ, calaminthæ, sabina, anagallidis, baccharum lauri & iuniperi, acori, maioranæ, aristolochiæ, mei, gentianæ, ireos, enulæ, bryoniæ. Ad hæc piper, cardamomum, zinziber, caryophyllon, cinnamomum, aliæque id genus. Metallica vsui sunt, misy, chalcitis, squama, ærugo, chryfocolla, calx, sulphur viuum, vitrioli genera, arthenicum. Fermentum quoque vile est, sed quàm vetustissimum euphorbium, castoreum, stercus columbinum. Postremò quoque multarum rerum vsus est hac parte, quas in attractentibus scriptas auenias. Terebinthina per se in natura molli, in dura cum tantillo euphorbii satis efficit. Eadem ratio propoleos, siquidem pinguis, vel adipe molliatur. Fermentum

E limacibus.

E cochleis.

Vsitata postea.

Compendium eorum qua dicta sunt.

Secundum genus pharmacorum. Cerealia.

Lixiuum.

Liquabilia.

Planta.

Metallica.

vetus per se, cum propoli pingui, melle, pice liquida, vel pari terebinthina mistum. Lacte etiam tithymali leniter intingitur, ex aceto pistam efficacius est. Sagapenum, terebinthina, oleum simul liquefcunt, vel cum his, sagapeni loco galbanum, opopanax & alia id genus, tantumque olei intermiscendum, vt sit temperatura mollis. Resinis liquidis, terebinthina, abietina, pinea, vtendum siccis, stricta abietina, terebinthina, strobilina, quæ durioribus idonea est, pauco oleo soluendæ sunt. Sulphur viuam, non lapidosum, tenuium partium, aut castoreum ex oleo subigitur eodem temperamento. Mollia enim hæc omnia, & compage, quæ consistat quidem, sed non diffuat, esse oportet, sordium instar in mollioribus corporibus, crassitie mellis in durioribus, tetrapharmaco duodecima pars sulphuris, arthenici, euphorbij, calcis immiscetur, soluendum prius ex oleo. Medicamenti ex euphorbio plurimus vsus est, quod quia in ceratis ferè est, de his quoque breuiter nobis differendum. Igitur cerata variè concinnantur è cera, pice, resina, propoli, adipe & oleo. Simplex è subdupla cera, vt in catagmatico: pari, vt emplastro de subtrippla & subquadrupla ad oleum, vt in acopis, temperatur. Miscetur adeps & terebinthina liquida, sed vtroque misto oleum iusta ratione minuendum est, ne temperamentum liquidius diffuat. Picatum, quòdque aridam resinam capit, è ceræ parte vna, tribus & quatuor olei, subdupla pice vel resina ad ceram compingitur. Quæ ratio seruari potest in ceratis, quæ galbanum propolim, sagapenum & alia id genus concipiant. Terebinthina & quæ liquida sunt, subtrippla cera commiscuntur, duplo interdum misto oleo, interdum triplo. Iam verò euphorbij bimi & trimi ferè æquale pondus, & ceræ temperatur ad ζ . 1. ceræ ζ . 6. euphorbij recentis sexta pars satis esse potest. Quarto, quinto & sexto anno æquale sit ceræ euphorbium, vetustiore vtendum non est. Sextula euphorbij aliquando satis esse potest. Et vt sunt corpora, vt vicina cuti, vel longius ab hac punctura, ita lenius & acrius pharmacum misceri debet. Ac quantum plus ceperit euphorbij, tantò acrius futurum est. Sed omnino in euphorbio annorum habenda ratio. Neque aliter stercore columbino & puluisculis acrioribus qui ceratis inspergantur, vtendum erit. In cerato è stercore columbino modus stercoris interdum deciditur, tantumque æruginis crudæ sufficitur; quantum stercoris subtraxeris. Ceratum aliquando succis illis plantarum imbuitur, aut puluisculis permiscetur. Verum exempla quædam subiicere melius est. Acerrimum erit, ceræ sesquincia, olei ζ . 4. & β . euphorbij, recentis semunci. In medio tantum drachmæ tres euphorbij; in infirmo ad circiter ζ . 2. Satis vsitatum est veteribus quod sequitur. Ceræ ζ . 1. terebinthinæ liquidæ, picis ana semunc. euphorbij recentis ζ . 2. Euphorbium liquatis aliis permiscetur, vel ex oleo tritum confusis cæteris coniungitur. In vsu vim medicamenti sensus iudicabit. Acrius arrodit, & os vulneris amplificat, hinc quoque rubor & dolor grauis in ambitu excipitur. Hoc ergo celeriter reuelletur.

Ex euphorbio. Ceratorum ratio.

Simplex.

Picatum.

Modus Euphorbij.

E stercore columbino.

quod fortasse incumbat nervo, oleo, paregorico fovendus locus est, donec acquiescat dolor. Hicque benignius ceratum misto adipe deducta parte euphorbij, imponendum. Languidius neque sensum vllum, neque calorem movet auctoque euphorbio acuendum est. Iusto verò pars molliter incalescit, & leni quasi prurigine titillatur. Atque hæc in cerato de euphorbio de probando pharmaco in toto hoc genere communia sunt. Cæterum falli contingit quod à languidiore medicamento pariter atque ab acriore dolor excitatur & inflammatio, idque præcipuè ubi vulnus cutis angustius est. Nam cum medicamentum non attrahat, aut attrahat quidem, sed minus quàm conueniat, sanies multa colligitur, quæ insidens nervo eas iniurias accersit. Sed ab acriore paulò post quàm adhibetur, à languidiore multò post dolor & alia id genus commouentur. Atque hæc medicamenta bis terve interdum absolui debent, nocte non mutantur nisi longiore. In medicamento quod è metallicis conficitur, vtitata veteribus, Misy, arago, chalcitis & squamæ aris. Misy & chalcitis exoleta sunt, nisi ad vitrioli & cuprosæ genera decurras. In his thus additur, adeps, resina, galbanum, quæ vim metallorum emolliant. Oleum sesquialterum ceræ, cera dupla, tripla, media inter hæc ratione ad metallica. Eadem resinæ sextupla est, thuri verò & galbano noncupla, quintupla & septupla est. Validissimum est, ceræ lb. 1. olei veteris sesquilibra, hieme etiam ad circiter lb. 2. chalciteos crudæ lb. 1. misyos lb. 2. squamæ aris lb. 3. terebinth. lb. 2. galbani sesquuncia, thuris lb. 3. hic ceræ quadrupla thuri, octupla galbano, sextupla resinæ, dupla metallicis. In firmum ceram triplam capit ad cremata metallica, augetque modum thuris & galbani, vt vtriusque pondus ferè subduplum sit ceræ, ad libram vnam ceræ, galbani lb. 2. thuris lb. 3. In medio media seruanda ratio. In his ceræ fit mollis resina liquida, thus & galbanum vtraque pingua. Metallica modò cruda, vt sit actius pharmacum, modò cremata, vt sit clementius, vsurpantur. Eadem sub Canis ardoribus ex aceto acerrimo pluribus diebus interuntur. Acetum vetus præferendum, quod nihil austerum, nihil vinosum resipiscat. Sed hac arte squama præcipuè elaboranda est. Thus quoque eodem aceto leniter interi vtile est cera, oleum, resina colliquantur, thus & galbanum intermiscantur, metallica in aridam pollinem versa paulatim resperguntur, voluuntur spatha in prunis; & sedulo coniunguntur. Aliud est è metallicis, quod à Galieno descriptum est. Ceræ lb. 6. olei lb. 9. misyos lb. 6. chalciteos denarius vnus, squamæ lb. 2. & sem. thuris sesquuncia; galbani lb. 2. Magdalides inde factæ vsus tempore diluuntur, & in lita linteolis applicantur. Est & tertium genus *ἡ δὲ τῆς τριπλῆς*, è liquabilibus, quod & punctis nervis, & canum moribus auxilio est. Sed hoc vt alia è metallicis, duris corporibus idoneum est, quanquam aliquando in teneris naturis infirmo pharmaco vtimur, cerato *πασσάρον* temperamus, oleo denique prolixius hebetamus. P. lb. 4. aris acerrimi lb. 6. & ad circiter lb. 4. opopanacis lb. 1. aceto dum consistat, opopanax aceto

Probatio medicamenti.

Medicamentum è metallicis.

Proportio ceræ ad oleum, metallica, & alia.

libra.

aceto fufus aliis coniungatur in calidis cineribus. Dilatatum manu in magnitudinem vulneris interdum apponitur, si quidem durum corpus est, in molli diluitur oleo, & in splenio accommodatur Ægyptiaca Andromachi, Giluum Halizi & alia: verum paulò crassiora, nec ita diluta, in eodem vsu sunt. Sequitur Iſis illa sacra, & ex *Iſis* templorum adytis repetita, quæ iudicio veterum omnia emplastra superat. Ex Vulcani templo Ægypto translata est, hieroglyphicis primùm descripta. Erant hieroglyphica monumenta rerum in mysteriis Ægyptiorum descripta, non literis, sed formis animalium & mutarum rerum, ne prophano vulgo innotescerent, qualia Orus Apollo Græcus auctor commemorat. Scribonius Glichoni, Græci Epigono, alij Hermioni hierogrammateo attribuunt. Nervis punctis & venenatis moribus vtilissima est, curat artuum fracturas etiam cum vulnere, effractam caluariam per sanat, facit ad detectam membranam tegentem cerebrum diluta rosaceo, demersas squamas ossium, & tessulas caluariæ extrahit. Cephalalgias veteres per sanat, si raso capiti dies viginti insideat. Imponitur fronti contra hæmorrhagias narium, & fluxiones in oculos. Anginosus affigitur collo, glutinat, in carnat, mollit, & fistulis inditur, dilutum rosa, in collyriis. Celeriter pus generat idemque per spiracula exorbet, latente viâ gangranas & putredinem compescit. Suppurationibus mammarum prodest, prolapsis intestinis è vulnere ac repositis, post ætatum vulnus fibulis, aut sartum acia, vtilissimè imponitur. Lateris, stomachi, ventris, iecinoris, lienis frigidum dolorem sedat. Ad luxatum omne, & eiectum, & repositum articulum bene facit. Podagricis mirificè prodest. Cancros, serpentes, & carbunculos reprimat, purgatque. At neruorum vitia omnia acopo melius facit, trahit aculeos, parotidas & callos discutit. Adenas vlcera & membranas ita eliquat, vt per se decidant, vacillantes vngues vel confirmat, vel extrudit. Commotum dentem stabilis, vlcerebus narium medetur, ac breuiter præter cætera admiranda est. Sed variè describitur, mixtura hæc magis placuit. Ammoniæ, aruginis rasa, salis ammon. vel fossitij, squamæ aris more veterum vsij, aluminis, aristolochiæ rotundæ, & vt Scribonius, sarmentitiæ, thuris an. lb. 3. i myrrhæ, aloës, galbani, aut vt Asclepiades manna, ana sesquuncia. Scribonius sextans, ceræ lb. 1. & semunc. vt Heras, Andromachis, Asclepiades: Scribonio triens, aliis lb. 1. Colophoniam, terebinthinam ana lb. 2. & lb. 1. vt Andromachus, Heras, Paulus: alij scribunt denarios, alij denarios sexaginta. Quidam codices habent denarios centum. Scribonius terebinthinam omittit, & Colophoniam scribit pondo quatuor, aliàs pondo duo. Ad hæc olei veteris sesquilibra, cui rationi consentit Scribonius, & sextarium scribit, alij lb. 1. ponunt, alij sesquilibram, heminas duas, hemina dimidium lb. 3. Certum est autem copiosum oleum esse necessarium, vt pharmacum consistat. Epigonus addidit succi radicis dracontij sesquunciam, alij præterea succi seridis lb. 1. succi marrabij sesquunciam. Galenus sine succo seridis aliquando confecit.

Hieroglyphica.

Virtus Iſidis.

Misy.

ferè tantùm sex denarios vsti aluminis miscuerunt. Alia teruntur, alia liquefiunt pro sua quæque natura, excepto galbano, quod in mortario cum tritis pharmasis circumagatur, aceto paulatim fuso, idque melius in sole, ex quo aliis liquatis intermiscuntur omnia, vbi verò sublata foco intepuerint, manibus aceto tinctis diu versantur, ærea pyxide ad vsus reponuntur. Medicamentum diluitur vino, vel aceto, vbi glutinandum: aceto, vbi molliendum. In gangræna & putredine succos illos recipit, in vulneribus neruorum succum draconitij: alumen vbi repellendum. In punctis neruis sit compage mellis, in aliis modò crassius, modò liquidius, vt res & corpora postulabunt. In proxima laude est *ἀνικτρον*, cui propter insuperabilem virtutem, nomen inditum est. Parem Isidi vim habet: diluitur ferè oxelæo, immittitur fistulis contractos articulos laxat, mollit, digerit. In abscessu ventris, coli, crassius dilatatum manu imponitur, thorulus oxelæo calente madens superimponitur, qui bis quotidie eodem oxelæo irrigandus est, tertio primùm die vel quarto absolui debet. Hic si quid exasperauit, fotu olei mitigatur, ita efficit, vt ne purulenta vomica colligatur. Iam collectam extenuat, & per intestina quasi miraculo depellit. Reliqua verò Isidi similiter efficit, mistura sic habet. Squamæ æris ʒ. 7. & ʒ. 2. aliàs ʒ. 6. & semiss. in aliis sesquuncia pyrethri, herbæ pedicularis, cocci, cnidij, seminis sinapi, cachryos, alioqui granorum paradisi, stercoris columbini, aristolochiæ sarmentitiæ, æ ruginis, cyperi, seminis eruçæ, tumini an. ʒ. 2. aliàs denar. 6. nitri, salis ammoniaci an. ʒ. 4. baccarum lauri, mannæ, iridis an. ʒ. 15. al. ʒ. 2. & semiss. aceti acris sextarij 16. al. 12. decocti caricarum cyathi 4. & sem. hoc est, ad circiter ʒ. 7. olei heminas 5. hoc est, ad circiter lb. 4. Tunduntur primùm quæ teri possunt, ex quo aceto sparso iterum contunduntur sub Canicula, vbi versata diu exarescant, hic iniecto ficuum decocto & oleo omnia coniungantur. Reposita in ære rubro per interualla aceto respergantur, vt seruentur mollia. In vsu ʒ. 2. dissoluuntur aceto, & cum sextuplo cerato quod resinam habet, octuplo, quadruplo permiscuntur. Descriptum priùs decoctum caricarum & ceratum, quod resinam habet. In cæsis neruis non alia pharmacorum ratio. Linamenta primo genere delibuta nudato neruo imponuntur, aliud è secundo genere superdatur in plagula, cataplasmata, lanæ & alia similiter comparantur. In transuerso vulnere vt periculum maius est, ita liberalius depletur sanguis, seu erior vitæ lex ponenda est. Iam sit exemplo gladiator ille, qui priore femore, quàm muscoli in patellam abeunt, transuerso vulneratus sit. Magnum sit vulnus & profundum, vacuandum corpus. Purgandum vulnus cruore terfo nudus cæsisque neruus bene diluto pharmaco è primo genere in carpto linteo obstipandus est. Superdandæ lanæ oleo vel oxelæo delibutæ, totum crus oleo foueatur, inguen, ile, pubes, spinæ pars, quæ lumbis & coccyge intercluditur, ac breuiter tota spina dorsæ & ceruix calente oleo irrigentur, contegantur lana superiore ratione. Sæpius absoluantur vt priùs, sed

Compositio Anti-

Transuerso cæsi.

Hypothesis

tus frigoris intercludantur. In eam figuram componatur femur, in qua citra dolorem permaneat, quod & puluino molli innitatur, leniter proclinetur parte aliqua, vt cum cœperit esse sanies, commodè repurgetur. Quo tempore ad secundum genus pharmacorum veniendum, quale est quod habet euphorbium. Sed hic labris ^{Sutura.} nimium dissidentibus sutura opus est, quæ & musculos capiat, & subiectas membranas intertextas carni, & carnem ipsam altius configat. Verùm adhibenda cura, ne vel neruus, vel tendo, vel vas denique magnum transcurfu acus vulneretur: deinde etiam vt decliui parte emissarium relinquatur, quæ sanies defluat, quæque medicamenta vulneri inserantur. Iam verò vbi & vulnus purum, & intectus carne neruus est, vbi iam omnia in tuto posita sunt, ad communem vulnerum curationem te conuerteres. Longa quidem medendi via, sed hic præcipuè cogitandum, vt ne cum nimium properes, tardiùs absoluas. In rebus dubiis, & quæ non vrgent, sat eisdè, veteri sententia, si sat bene. In recto vulnere minor metus est, deligatione vtendum, parciùs depletur sanguis, neque suturis opus est, siquidem fasciis coniungi possit. In pharmacis ea seruetur ratio, quæ in transuerso præscripta est. Nunc de putredine & absces- ^{De putredine. Historia.} su, quæ vulneribus neruorum malè curatis suboriri solent. Adolefcens Galeno commissus est, cui ex contusione medij digiti articulus computruerat. Itaque Galenus contusum locum cataplasmate ex hordeacea & lixiuio induxit, tensa verò in ambitum & cognatione dolentia oleo calente liberaliter perfudit: subtracto deinde cataplasmate madentem locum molliter exersit lana quidem sicca, ex quo subiecit catagmaticum ceratum, quod oleo ad ceram duplo conficitur misto euphorbio. Communis enim curandi ratio puncti cæsi, contusi nerui & tendinis. Adolefcens ergo postridie melius habere cœpit, dolorque & tensio ad brachium satis remissa est, quo die pro hordeacea orobi farinam lixiuio iunxit. Tertio die omnia repetita sunt, fotus, ceratum, cataplasma. Hicque superior manus & brachium omnia iniuria liberata sunt. Sed in contuso articulo semiputre corpus membranaceum apparuit, ex iis quæ mediis tendinibus connexa in seriem digitorum extenduntur, quod leniter commotum faciliè decidit. Rectè quidem quod computruerat leni tractu commotum est, etenim tum demum rescindi ferro aut volfella, vel digito putrefacta reuelli debent, quo iam tẽpore veluti maturitate quadam faciliè se cantur, neque maior vis nondum maturis inferenda est. Itaque separatis putridis membranis, cum incolumis tendo nudatus esset, Polyidæ pastillus sapa dilutus in carpto linteo adhibitus est, & ceratum superdatum, quod capit euphorbium, cui cataplasma ex orobi farina & lixiuio adiectum est. Quarto die non aliud superesse visum est, quàm vt reliquias inflammationis discuteret, alioqui ad cicatricem sese conuerteret. Cũ ergo nescio quid durum relictum esset, abudè siccantibus vt instituit, vsusque est Iside medicamento, postremò ad epilotica transiit. Atque hoc exemplum

tibi positum sit ad contusos neruos & putria, in vtroque conferunt initio cataplasmata ex hordeacea vel fabacea cocta oxymelite, postea aliquid lixiuij additur, & reliqua farinarum genera vsurpantur orobi, lolij, cicerum, lupinorum, postremo solum lixiuium sine oxymelite coquendis farinis, vtile est. Plura contra putria in purgantibus. In contusis, sed operatis neruis, & cute integra oleum latius esse potest, quod laxet, discutiat, & dolorem leniat, qualia in anodynis scripta sunt. In dolore pix liquida & paregorica misceri possunt. At simul contusa cute & vlcerata siccandum, simul & constringendum, vbi salutare cataplasma athletarum ex oxymelite & fabacea farina coctis, recens contusum membrum, fluentem calidum sanguinem à recens casu animali excipiat, eoque immergatur aut in thoracem animalis via facta immittatur, in abscessu, qui punctura in ambitum enascitur. Orisibij pharmacum accommodatum est. Cera, Colophonia, butyri ana ℥. i. picis aridæ, mellis ana semunc. x. rug. ℥. 2. ærugo in puluerem trita diutissime in aceto volutatur, & liquatis aliis sedulo permiscetur, coquantur omnia mota assidue dum consistant: iam ad reliqua neruorum vitia properemus, ac de dolore in anodynis. Torpor motus & sensus iniuria est, qui & stupor appellari potest, vbi præcipue anatomica ratione recognoscenda neruorum radix est, quæ semel læsa suum vitium longè latèque disseminat, cuique remedia primùm adhibenda sunt. Frustra enim digitum acopo fouebis, vbi ex eo obtorpuit, quia in alio sit ceruix, quo loco dorsum exterminat. Et ante remedia de causa mali quæstio habenda est. Torpor, ergo & in totum corpus spargitur, & in membra præcipue, cæura & manus: plurimum quidem à refrigeratione, deinde neruorum angustia, quia vel luxata vertebra, vel innato tuberculo opprimatur. Aliquando quoque excepta aura torpedinis genus hoc vitij neruis inuexit. Quod si nihil horum incidit, ad ignauiam referenda, & in erroribus vitæ causa quærenda est. Quibusdam solennis vacuatio, arthriticis status materiæ cursus recurrente periodo in neruos corporis respargitur. Quartanæ & alij morbi id genus in stuporem, resolutionem corporis degenerant. Intemperies quoque hoc genus vitij nonnunquam gignit. Itaque in torpore, in obsoleto sensu corporis & motu, de causa mali, de origine neruorum, qui in læsas partes abeunt, quæstiones primùm habeantur. Calefaciendum quod refriguit, reponendum, constituendumque quicquid loco secessit, incidendus humor, atque dispergendus, quia acetabula, vincula, neruos, articulamenta denique infarcit: curanda tubercula, laxandæ angustia, reformanda vitæ lex, incitanda vacuatio, diuertendus materiæ cursus, & omnino contraria remedia contrariis vitiis adhibere conuenit. Quæ calefaciant, & hinc neruorum iniuriæ repugnent, ampliter scribentur in dolorum remediis. De luxatis ossibus superiore capite disputatum est, reliqua auxilia partim ex primo libro, partim ex adytis medicorum repetenda sunt. Quod autem ad originem pertinet, remedia adhibenda imponantur, meminisse decebit.

In contusis & putribus.

Abscessus.

Torpor.

Spestanda in torpore.

deceat, nonnunquam motum obolescere seruato sensu, aliquando verò permanente motu aboleri sensum, vtrumque etiam interdum obtorpescere. Atque vbi idem neruus tum ad sensum, tum ad motum à natura parti datus est, seruato motu incolumem sensum esse oportet. At incolumi sensu non protinus motus integer est. In multis corporis partibus neruorum fibræ ad sensum in superficiem explicantur, rami verò musculis inferuntur, vt moueant, vbi saluo altero motu, si lubet, sensum exolescere contingit, multò magis cum alio atque alio ortu vtrique enascuntur. Multis quoque partibus ad varici motus multi nerui, tendines, musculi à variis locis inuecti sunt, quod in capite, artubus, ore, thorace, & maxillis, atque ad eò toto corpore facile intelligat, quicumque in anatomica disciplina fuerit exercitatus. Vt ergo iniuria partis est, ita requirendus neruorum ortus, cui (si opus est) remedium instituas. Ridiculum enim intermiscitibus vel contortis labro & genis ad eos neruos confugere, qui à tertia cerebri propagine in totam ferè faciem disperguntur. Motus enim in vitio est, neque sensus iniuria ad quæstionem proponitur, requirendum ergo, nunquid detrimenti ceruix acceperit, qua parte latus ille musculus longè latèque in faciem explicatur, num qua relaxata vincula, nunquid iniuriæ à temporalibus musculis & neruis primum ortum sit. Neque absurdum minus quod sequitur. Cuidam in itinere è pluuia & frigido Aquilone suprema ceruix inalserat, læsa quoque grauiter ea iunctura, quæ ad vocatum dentem articulata est. Atque hinc optimo iure sensus caluatiæ obtorpuit, quia ab ea vertebra sublatis neruis, vis sentientis animæ capiti inspiratur. Igitur cum frustra calidis medicamentis pugnatum esset, quæ capiti impingebant, accersitus Galenus, ad dentem vocatam vertebra remedia conuertit. Igitur recalfacta parte, quæ primùm inalserat, sensus caluatiæ celeriter instauratus est. Multis iunctura illa frigore percussa, vt & tertio & quarto articulo collum modò constans, modò intortum dolensque riget, neque pro libidine conuertitur, vbi frustra capiti remedia imponas. Sed adhuc designandæ partes, vnde vincula procedant, orientur nerui, inducantur musculi, quibus ceruix capiti colligatur. Sed & post dentem articuli vel pelluntur loco, vel frigore percelluntur, atque hinc laborant musculi, qui è collo in thoracem sese explicant, ex quo efflatu intercepto materia vocis, vox quoque interdum supprimitur. Verùm omnino meminisse oportet in tota spina leues esse iniurias, quæ frigus intulit, grauiore quæcunque vel phlegmone, vel tuberculo commouentur. Asperrimum malum est luxatis articulis, multò maximè cum intra pulsa, & in obliquum vel angulum torta vertebra est. Sic enim nerui angustius comprimuntur, qui è spina quidem exigui paucique foras discurrunt, plurimi verò atque præcipui feruntur intro, & semel læsi longè grauissima pericula interminantur. Quidam subfectis strumis obmutuit nudato neruo, eoque perfrigerato, qui vocem fingit. Alteri in dorsum de turbato vox intercepta est. Atque hinc

Exemplum res declaratur.

Historia quadam.

Efflatio læsa. Comparantur inter se spina iniuria.

Nerui foras & intro.

Historia expli-
catur locus cui
remedia impo-
nunt.

Accidentia ma-
nuum in graui
pleuritide & pe-
ripneumonia.

In vitiis manuum.

A dorso & lumbis
iniuria.

Suppressa & sine
voluntate missa
urina.

Aliqui stratum.

to vocali neruo recuperavit. Pausanias sophista in dorfi initium præceps corrui, atque hinc seruatō motu, intermōrtuus sensus est, qui vltimis duobus digitis & dimidio tertij inspiratur. In graui peripneumonia & pleuritide, ad extremos vsque digitos sensus quibusdam violatus est, plurimis brachium condolefcit, aliis quoque motus leniter obtunditur, læsis scilicet neruis qui à dorfi initio prima costarum spatia intercurreunt, & in brachium, vnam, extremos quoque digitos sparfi deferuntur. In torpore & tremore manuum recognoscendum, num quid vitij ea parte spina fecerit, quæ quarta & nona vertebra intercluditur. A sexta quidem, septima & octaua in totam manum nerui diuittuntur intermistis fibris à superioribus articulis. Sed à septima & initio dorfi, interiore manu & posteriore plures decurrunt in vnam, vltimos digitos & dimidium tertij disperguntur. A superioribus coniugis vertebrarum in superius brachium, exteriorem, priorēque manum, maiores quoque digitos nerui disperguntur, quanquam ita hi omnes sese implicant, vt non facillè in medio cursu & finibus separentur. Ceruicæ læsa, qua quintum spondylium quarto conferitur, offenditur respiratio, quia hinc diaphragma neruos excipit. Affecto dorso & neruis, qui costarum spatia interferruntur, vox hominem deficit, quia maior vis illa spiritus, qui materia vocis est, non efflatur. Lumborum iniuria & inde laborante abdomine ingrauescit respiratio, & excrementa segnius depelluntur. Quidam è scala præceps in lapidem impegit, qua lumbi sacrum os exarticulauit, isque locus intro compulsus & obliquè luxatus est. Ex quo cœpere crura frigescere, ortaque inflammatione alui excrementa & vrinæ restiterunt. Puerō in captura piscium spina perfrixit, qua lumbi desinunt, condoluit vesica, alius sine voluntate stercus deiecit. Alter in eadem iniuria inuitus omnia commingebat. Cuidam puero in osse sacro exarticulata & intro pulsa vertebra est. In quo neglectum malum occalluit, atque inde factum, vt non nisi agrè & in stillicidium vrina exprimeretur. Alteri obliquè torta articulatione, vrina in totum suppressa est. Atque hæc non iniuria, si quis intelligat è finibus lumborum neruos in crura plurimos, quosdam in vesicam, podicem & genitalia dispergi, maximos posteriore parte recta in poplitem decurrere, minorum alios quidem, quæ pubis os foratum est, in priora crura disseminari, alios verò obliquè ad inguina diuerti, vnâque cura magna vena & arteria, atque extra has in anteriores partes femoris deferri. Ab osse sacro alia quoque neruorum soboles superioribus intexitur, vnde vesicæ & aliis partibus perplexæ fibræ inserantur. Atque hæc obiter. Neque enim huius instituti est anatomiam describere, sed parum explicata remedia videri possint, nisi etiam designetur locus, cui applicentur. Frustra enim torpentem pedem excites, & anum vesicamque refoucas, quum à lumbis prima mali labes orta est. Atque hoc in lumbis semel explicatum, in aliis spinæ partibus & inde factis iniuriis seruare conueniet. Et quæ de torpore & de paralyfi quoque & tremore dicta putentur.

Contra

Contra quæ omnia in doloribus Acopa scripta inueniunt. Ili, aniceto, aliisque generis eiusdem vti liceat. Nunc ad reliqua transendum. Igitur rigent nerui atque contorquentur, vtrumque quia conuulsi, gangliis occupati, & eo vitio impediti, quod in flexis neruis ἀγκυλωσις, quodque tensis atque rigentibus ὑπερσπαστικὸν appellant. In ancylo contendere membrum non potest, & quasi reuulsum manctumque manet. γαλιμαζων Hippocrati qui inde cubito est breuiore, ἄγκυλος Galeno appellatur. In altero vitio exertum est, rigidum, nec iam inflectitur, quia videlicet velati alternante imperio, motum efficiunt, ceduntque nerui, tendines, muscoli quicunque à natura ad membrorum flexus contentioneque instituti sunt. Atque hæc quidem in totum corpus incidunt, in neruos, tendines, musculos & articulata coniugia, per quæ collum capiti copulatur, sed præcipuè in digitos cubiti iuncturas & poplitis. Familiaria arthriticis è materia crassa quæ in articulis concreuit. Eadem efficit cicatrix magna, quæ in callum obduruit. Iisdem immoderata siccitas, & flatus aliquando causa est. Atque hic facile discutitur. Siccitas hydrelæo, in quo semen lini, althææ, scœnugræci & horum folium & radix inferbuerint, balneis aquæ dulcis, inlito dulci oleo & similibus temperatur. Rescinditur cicatrix, vt contractæ partes relaxentur, vitatis neruis & tendinibus. At scirrhus frequentissima causa est. Is ergo statim initio laxante materia, quæ præterea remolliat, tentari debet, hydrelæo in quo tum illa, tum cucumeris siluatici radix, & lauri folia præcoxerint, irrigandæ partes, fouendæque sicyonio, irino, aliisque id genus, ex quo lenioribus acopis vtendum erit, quæ molliter affricentur, atque hinc super alligantur lanæ modò succidæ, modò oleo delibutæ. Blandè commouetur articulus, vt paulatim affuescat naturæ, itaque initio diachylon & leniora malactica oleo lirino, anethino, sicyonio, & aliis id genus dilues, atque hinc articulum molliter affricabis. Postea verò Amythaonis pharmaco, Cathægetæ, Asclepiadis, Aniceto, Iside, emplastro de meliloto, immisto quidem oleo, sed paulò crassiore temperamento vtendum erit. Atque omnino ea consecranda curandi ratio, quæ in malacticis pluribus explicata est. Conuulsio inquit Hippocrates, ex inanitione fit & repletionē, at illa ferè in desperatis ponitur. Hydrelæo tamen, balneo, media materia, & iis quæ tepido humore laxent, vti licebit. In repletionē qualitas quoque materiæ includenda, quæ vel acrimonia, vt sanies in neruis, vel frigore mordeat, de quibus ex Hippocrate quædam iam ante annotata sunt. Adhibetur medicus, irrigantur olca, quæ leniant, laxent, discutiant, qualia multa in doloribus resoluentibus, attrahentibus scripta sunt: affricantur acopa, illigantur lanæ, impinguntur emplastra eiusdem naturæ, quæque omnino contra causam mali depugnent. Malagma Scribonij, quod Cathægetæ pharmaco simile est, ad omnem rigorem, conuulsionem, tensionem, contractionem, dolorem neruorum & caninum spasmodum, ad ancylas denique & ganglia vtile est.

Rigor & contortio.

In quibus partibus ancylo, &c.

Causa. Curatio.

Hippocrat. aph. 39. li. 6.

Malagma Scribonij.


Bdellij febi vitulini, ireos an. ʒ. 2. opopanacis, galbani, ammoniaci, cachryos, aut baccarum lauri, vel granorum paradisi ana ʒ. 1. piperis grana centum viginti, ceræ ʒ. 7. terebinth. ʒ. 6. Trita arida cribrantur, quæ succum habent, cum resina subiguntur, cera particulatim fracta in feruentem aquam demittitur, subacta manibus aliis intermiscetur in pila, versantur omnia, sed pilam conuenit subinde perungere oleo cyprino, vel terebinthino, aliõve generis eiusdem. Liquefcit pharmacum in oleo, vt sit acopen, quum res exigit. Ganglia vocamus concretiones quasdam & contortiones ad cartilaginem vel neruum, ex lenta crassaque materia, quale neruorum alimentum est. Alij ganglion definiunt tumorem nerui à vi externa, casu, ictu, laboribus, nam raro sponte prouenit, extremis membris ferè nascitur, rariùs in cubito, capite & reliquo corpore. Atque hic tumor inæqualis est, renititur, & in latera pressus diuertit, nec in orbem circumagitur. Quibusdam partibus curantur ferro, aliis, vt pedibus & manibus, non nisi cum periculo cultro vulnerantur. Ammoniacum ergo ad ignem dilatandum manu, molle atque vnguinofum, aut eorum medicamentorum aliquod, quæ in malacticis descripta sunt, emplastri temperatura. Calidum & ita diductum, vt totum ganglion comprehendat, affigi debet, superdatur plumbi lamina, eaque arctissimè constringenda, alligandaque, vt nullo modo ganglion diuertat. Alij solam laminam sine pharmaco adalligant. Atque vbi dierum aliquot interiecta mora emollitum ganglion videatur, detracto plumbo & pharmaco statim pollicem dextrum ganglio infiges, reliquos digitos in ambitu constitues, omnino premses, & quanta vi poteris ganglion vrgebis, donec solutum diffuat. Hæc quidem veterum iam exoleta ratio est. Nostri meliùs, pediculum membranaceum, glandulas, venarum nouam propaginem, vnde ganglion coit augeturque, annotauit, viam ferro aperiunt, nudant omnia, filo vasa intercipiunt, neruos delineant, pediculum, glandulas, venas vnde nutritur vitium, ligant, siccant, tabefaciunt, vrunt, præcidunt, atque ea ratione quasi radicem mali extirpant, vt ne postea noua regenerata, suffecta que materia nouum ganglion renascatur. Quanquam hæc curandi ratio non sine periculo est, siquidem & ganglion magnum est, & eo loco, vbi insignium vasorum neruorumque coitio sit. Subsunt quoque aliquando putrefacta corruptaque vasa insignes venæ aut arteriæ, quæ nudata sanguinem effundunt, quem nemo supprimat: vnde æger paulò post extinguitur. Terebinthina, calx viua, adeps anserinus bene temperata ganglion dissoluunt. Aliud quod etiam facit ad ancyas. Cerusa, olei veteris, piceæ an. lb. 1. ceræ ʒ. 2. galbani, ammoniaci ana ʒ. 1. Cerusa oleo coquitur ad puritatem hic ammoniacum immittitur, deinde resina & cera, postremò galbanum premollitum igne. Alij quoque aliter comparant. Plura ad ancyas, & quæ conuulsis & gangliis bene faciunt, septimo 27 ʒ. ʒ. ʒ. quale est Tetramyron antea notatum è nelle, quod contractis & conuulsis vtile est, & duobus acopen. Cere, terebinthina, medullæ cerui an. ʒ. 1. galba. ammon. an. denar. 6. olei veteris

Ganglia.

Curatio.

veteris sesquilibri. & alia, quæ proximo cap. describentur. Atque hic terminetur oratio, vbi monuerimus ligamenta duriora, eaque præcipuè, quibus inter se ossa coniungantur, in minori esse periculo. Neque ab aliis metuendum, quæ musculis inferuntur. Vtrumque genus vulneratum valde siccantia medicamenta perferre potest. Tendonum media natura est.

Ligamenta.



DE DOLORE. Cap. III.

ACCIDUNT multa in opere chirurgiæ, quorum remedia aliquot conspersa locis obiter annotata sunt: contra callos, gangrænas, putredines, cæcos, contra vermes, rheumata & alia. Iam de dolore simul & intemperie, atque hæmorrhagia institueda oratio, à quibus curandi consilia sæpenumero conturbantur. Dolor ergo omnino fit subita alteratione & soluta corporis continentate. Alteratio intemperiem facit elementorum, sed à calore & frigore dolor acerrimus, à siccitate mediocris, ab humiditate propè nullus & stupidus excitari solet. Atque hæc ferè non tam qualitate, quàm copia dolorem facit. Est cū intemperies sola partem afficit, quæ si inualuit & radicem fixit, ægerrimè percuratur. Est cum collectus humor etiam excruciat, acerrimus quidem: vt feruida bilis, & frigidissimus, vt qui vitreus à Praxagora appellatus est. Id quod ad curandi rationem maximè pertinet. Atque omnino, qui contumacior dolor est, nec facile mansuescit, intemperiem ostendit. In quo summopere cauendam erit, ne (quod ferè fit ignorantia artis) frequentibus phlebotomiis, sapientiùs reuocandus catharticis cucurbitulis ægros excarnifices, in quibus solis summa morborum præsidia medicorum vulgus collocare solet. Primum ergo quæstio habeatur de prægressis & continentibus dolorum causis, deinde curandi consilia incantur, comparentur remedia, quæ præsentibus vitiis vsui esse videas. Dissoluant corpus acria, vt quæ corrodant, secantia, ferrum, lapis & alia, quæ contundunt, vt obtusa quedam corpora, in quæ incurras, aut quæ aliunde mota vi maiore corpus appetant. A hæc quæ distendunt, vis flatuum & humorum copia, postremò, quæ vel calore vel frigore vehementer lædant. Iam verò contraria omnibus quærenda remedia, qualia certè antegressa causa & doloris proprietas, pars denique ægra dolensque præcipuè indicabunt. Ac dolori, quàm celerimè occurrendum, neque committendum, vt diutius crucientur ægri, quibus in desiderio vel magna celeritas mora est. Neglectus dolor labefactat vires, fluxiones attrahit, vnde exacerbatur, phlegmonæ incendantur, conclusiones rapiunt ægros, ac sapè mortes, aut certè vlcera madescunt, quæ sicca esse seruata naturali ratione, & vacua excrementis necesse est. *Avadova* vocantur

Dolori causa. Alteratio calida & frigida grauisimos dolores infert.

Dolor ab intemperie.

Solutio continui.

γοεικά & λυσιπρόνια, quæ dolorem sedent, tenui substantia, primò gradu calida, vel ita temperata, vt familiaritate elementorum naturæ partium consentiant, oleum dulce, etate medium, chamæmelinum, anethinû, è semine lini, althææ, fœnugræci, è dulcibus amygdalis, è lumbricis, vulp. cula, m. liliura, gerinaceis, limacibus, & pulvis cygni oleo tabefacti, è floribus zambaci, hyperici, sambuci oleo immerfis, persolatis, ac subinde cominutatis. Oleum extortum è tritico incude & candente ferro, ex ouis pressum è farmentis vitinû, alia quoque plurima, quæ primò libro descripta sunt. Atque hæc omnia rosacea, constricta, refrigerata iuuant. Rosaceum lenit, repugnatque causæ, vbi à calore dolor, vel à dolore calor commotus est: In anodynis butyrum est, ælypus, lana bene succida, suillus adeps, vitulinus, asininus, felinus, vulpinus, mellinus, è cercophiteco, simia, cuniculo, eiconia, cat. llo, sciuro, quo ad aurium dolores. Archigenes vsus est Otide, phalacrocorace sortilegarum superstitione, anatinus, anserinus, gallinaceus, olorinus ex anguil. & dulcis aque piscibus, sed præcipuè humanus. Hæc omnia sunt recentia, bene purgata & conuenienter lota, si quid rancoris, situs, sal suginis, acrimoniæ, aut alieni vitij conceperint. Lenit diachylon minus solum rosaceo & chamæmelino. In summa, quæcunque coquant & moderanter emolliunt, doloribus medentur. Sed confectis recens vtendum erit solutis rosaceo, vel conueniente oleo. Liquidiora sunt, si quidem cuticularis dolor est, non ita liquida si is altius cruciat, id quod in anodynorum vsu semel dictum sit. Eo modo parygro recente & tetrapharmaco dilutis rosaceo vti licebit: In hoc genere muccagines sunt è semine lini, althææ, fœnugræci, nucleis cydoniorum, maluæ, althææ, liliorum radicibus, gummi arabico, tragacantha, atque omnino media materia, quæ aliquid medullaceum habeat & vnguinofum. Colliguntur aqua maluacea, liliacea, chamæmelina. Esto quadrupla aqua. Semina ad circiter duplam muccaginem efficiunt iniecta aquæ calidæ. Paucum gummi multam muccaginem reddat, quo modo etiam radices, quæ quasi medulla pingui præditæ sunt, iunguntur oleo, quod sit sesquiplum, & ceromatis. Lac muliebre & vaccinum ad dolores facit. In lacte chamæmelini, althææ, maluæ, melilotum, anodyna femina, interanea, pedes, capita hædorum & veru cum percoquantur ad infessiones, fofus & balnea. E materia pista, & butyro, vel paregorico oleo iuncta fiunt cataplasmata. E farinis hordei, tritici, mica panis similaginei, incoctis sapa, vinis dulcibus & lacte finguntur epithemata, iunctis, si lubet, vitellis oui, affuso rosaceo, resperso croci puluisculo, lenient hæc omnia & concoquent. Tenella fraxini folia aqua cocta pistaque, malignis, cancriosis & dolentibus vlceribus remedio sunt, decoctum in eundem vsu ad fofus adhibetur, in magnis doloribus & vehementer intentis locis assiduè fouendum tepida, hydrelæo, inædorum hædi & veruæcis decocto, aliisque generis eiusdem, e impingendum cataplasma lene & molle. Granitas enim, durties

*Olea.**Rosaceum.
Pinguia.**Sciuri adeps.**Malactica &
peptica anodyna
sunt.**Consistentia anodyna.
Muccagines.**Lac.**Balnea fofus,
infessiones.
Cataplasmata
& epithemata.
Fragranis.
In magni dolo*

rities, asperitas omnino decli nanda sunt, iam vtiò in hoc gener pharmacorum vitium est, quodd quæ leniunt, ferè relaxant, fundunt, liquant, vnde in plethora & cacochymia, materia calore fusa locis infirmus dolensque opprimitur, grauius dolet, amplius distenditur, sæpè etiam viribus suis concidit, atque eneruatur. Ex quo rosarum folia, absinthij summitates, aliæque generis eiusdem commiscenda putant, vbi ad fofus, balnea, infessiones epithemata pharmacum præparatur. Sed hic adstringentibus abutendum non est. Etenim nimia adstrictio dolorem auget. Modus est, vt inde fluxio molliter reprimatur, contineantur vires, & iustum dolori solatium adferatur, in balneis dolentes articulos præligari iubent, obstitantque repellente auxilio, priusquam in solidum descendatur. Atque omnino vacuandum prius corpus est, si quidem postulat casus, ex quo ita mitigandus dolor est, vt ne quid inde vires, aut quàm minimum detrimenti patiantur. Sed tum maximè cura virium suscipi debet, vbi aliquid vrget, quod naturæ viribus excludatur, qualis est fofus in dolore partus, vt edatur, firmo abdomine, robustis lateribus, vtero valente, contentis neruis omnibus matris, suis denique viribus opus habet, itaque in laborioso puerperio, dum laxamus vias, & dolores consolamus, summa ratio virium semper habenda est, eadem cura sit in calculis & doloribus thoracis, vbi sputum crassius, & suppuratio repurganda est. Atque hæc de his, quæ reuera anodyna sunt, dicta fuerint, quorum multa ad ea, quæ postea dicentur, referri possunt: itaque genus aliud effingunt, quod sublata causa dolorem vincat, quale est oleum laurinum in refrigeratis, violaceum calefactis, siccatis hydrelæo: sinapismus, vbi pars aliqua humiditate elanguit. Adhæc contra copiam & vitium materiæ adhibentur, ex quo medentur doloribus, phlebotomia, cathartica, clysteres, commansa, & naribus inserta, *ἰομασσηματα*; & *ἔρρινα* Græci vocant, apophlegmatismi, *παραμικα*, hoc est, sternutatoria, quæ lachrymas, menses, mariscas emoueat, sudores eliciant, aliæque generis eiusdem, in doloribus inquit Hippocrates, remedia sunt, phlebotomia, purgatio, vstio, sectio, sternutatio, calefactio, refrigeratio. At calor is in sedandis doloribus frequentior, frigoris autem rarior vsus est. Calor enim naturæ familiarissimus, quique vim frigoris possit retundere, & graues æstus partium attemperet, inimicum vitæ frigus est, eoque solum vitimur, vbi intemperies calida sine materia est, vt in eysipelate quodam, æstuante capite, aut alia parte corporis ab ardore solis, & ambustis. Ac tertium genus, si lubet, statuatur eorum; quæ stupefacto sensu dolorem fallunt, quia quod doleat, sentire necesse est, & extincto sensu dolor necessarid conquiescit. *καρποτὶκὰ ὑσσωτὶκὰ*, & *καρποτὶκὰ* talia appellent. Ac de omnibus ordine differamus. Calore dolorem sedant, tum quæ reuera anodyna sunt, tum oleum laurinum, iuniperinum. Baccæ macerantur vino, deinde oleum extunditur mola, quod coxariis & frigidis articulorum doloribus confert. Ad hæc galbanium, sulphurinum, styracinum, p. am. è cinna

*Noxa leniennum.**Adstrictio.**Virium ratio.**Fofus.**Dolorem leniunt.**Hippoc. 6: Epid.**Calor & frigus
quanta tenentur
contrarietate.**Calidum
na.*

cardamomo, nuce myrepfica & caryophyllis expressum Nardinū costinum, cnidelaon, sinapinum, è sabina, ruta, maiorana rosmarino, salvia, centaurio, enula, iri, gentiana, aristolochia, bryonia, acoro & alia materia, quæ iam ante capite de resolucentibus & attrahentibus descripta est. Oleum terebinthinum è terebinthinæ s̄b. i. laterum antiquorum, vel, vt Albucasis, recentium, (quo plus olei imbibant) s̄b. i. mastiches, styracis ana s̄b. i. Lateres igniti extinguuntur oleo, & infriati cæteris commiscentur. Capiuntur omnia capsula vitrea, ita resoluuntur igni. Triplex igitur deinceps effluit, quorum tertius optimus est. Aliud. Flores rosmarini, amphora vitrea includuntur, quæ in cerato duplici linteo obstipanda est, elicitorum oleum calida arena. Oleum philosophorum, petraleon de lateribus, Sabinium & alia permulta, quorum descriptio ex Arabum libris petenda est. Eiusdem generis est oleum facarium, quod de tartaro appellant. Efficacissimum balsaminum, quod variè conficiunt. Thuris candidissimi, mastiches ana vnciæ duæ, ligni aloës s̄b. i. caryophyllorum, galangæ, cinnamomi, zedoariæ, nucis myrepficæ, cubbarum ana s̄b. i. myrrhæ, aloës, ladani, sarcocollæ, castorei ana semuncia, baccarum lauri sesquuncia, ireos, aristolochiæ rotundæ, dictami, symphyti maioris ana sesquuncia: gummi elemnij s̄b. 6. terebinthinæ ad pondus omniam, concorporata omnia resoluuntur igne in alembico chymicorum arte. Primum extillat aqua, deinde oleum, postremò pinguis melligo. Contra omnia vitia & causas neruorum valere dicitur. Sunt qui addant aliquid olei rosacei & myrtini, vermes terræ lotæ è vino albo, & aquam illam, quæ folliculis vmi includitur. Contra dolores & flatus vteri, ventris, coli singulariter facit. Olei anethini s̄b. i. seminis agnicasti, seminis rutæ ana s̄b. 3. cinnamomi s̄b. 6. conuassata hac oleo immerguntur, diebus quadraginta insolantur sub canalicæ ardoribus, alioqui loco tepido ad focum diutiùs continentur, dum vim materiæ oleum abundè combiberit, è decima parte castorei vel euphorbij & oleo remedium comparatur, singulare perfrigeratis. Atque euphorbij magnus omnino vsus est aliosis partibus quæque doleant, & vehementiùs perfrigeratis. Cuidam à genu acerbissimus dolor hiberno frigore commotus est, cui Galenus ceratum quod euphorbium capit, vngendo loco à balneo instituit: quod eum successisset, dolore protinùs cessante, idem remedium prospero semper euentu in aliis perfrigeratis, atque hinc dolentibus particulis vsurpauit. Adhibetur remedium, & à balneo, & ante balneum. Sed iam ferè exoleuit lauandi consuetudo, eaque res multis curiosior visa est. Loco eius fouenda pars est decocto meliloti, rutæ, chamæmeli, quæ in vino præferbuerint. In cephalalgis à frigore & hemicraniis, laudatum veteribus auxilium, quod paratur cera, oleo & euphorbio. Ac misturæ ratio superiore oratione abundè notata est. Duplo veteri euphorbio loco recentis vtendum est, postquam sedulo animaduertentis ætatem euphorbij, & legitimum ab ætate parato satis distinet. Alij naturali proprietate hemicranios

Oleum terebinthinum.

Oleum è floribus rosmarini.

Balsaminum.

Ad dolores coli, vteri, ventris.

Euphorbium.

cos iuuari euphorbio prodiderunt, si ex aceto tritum aduersis frontis & tempore illinatur. In eundem vsum drachma recentis euphorbij in s̄b. 3. olei dissoluitur, atque instillatur auri. Sunt qui mistis vino tenui, giluo, odoro, & chamæmelino oleo omnium partium dolores persanent, radix cucumeris agrestis in taleolas caditur, & cum cauliculis absinthij hydrelæo coquitur, experimento veterum singulariter iuuat hemicranias, decocto fouentur partes, materia ad cataplasma subigitur. Calidum, vt reliqua, vsurpatur, adhibita cura, vt ne refrigescat. E sex vitellis assis, myrrhæ semisse elebori nigri drachm. granis 4. oleum exprimitur ad focum in sartagine, singulari remedio vlcibus puerorum, & omnino dolentibus callis, putredini, vermiculationi, scabiei. Callis dolentibus styracis vnciæ duæ, vel eo plus in sesquilibra olei diluuntur, ex asserculis iuniperi, lauri, abietis, ramentis, cinnamomi, calami aromatici, seraginæ ligni sancti, oleo immerfis exprimitur oleum ea arte, quæ primo libro designata est, vel qua è iunipero Mesue, è cinnamomo Nicolaus elicit. Diuturnis doloribus, & qui intus crucient efficacissima acopa à veteribus prodita sunt. Quorum alia leniora, quæ externis doloribus adhibentur, quale oleum est: alia mediocria, quibus etiam compages crassior est. Atque hæc ex oleo, laxante materia & moderatè calida temperantur, adipe, galbano, terebinthina, Colophonina, inueteratis, atque internis doloribus accommodata. Tertium genus iam acrius, idemque corpulentum magis, quod contumacioribus vitiis & in alto corpore latentibus imperatur. Acopa, duplo, triplo, quadruplo, pari interdum ad reliqua, quæ solida sunt oleo permiscuntur. Myracopa sola odoris suavitate ab acopis distinguuntur. Ac iam subiciamus formulas, ad quarum instar infinita propè acopa comparentur. Maioranæ, rosmarini, scænugræci ana dimidium, surculorum lauri s̄b. 2. flores iunci odorati s̄b. i. vini veteris, olei dulcis ana sesquilibra. stirpes contuse triduum macerantur vino. Sed adhibenda cura est, vt ne hoc vapescat, tertio die oleum superinicitur, coquuntur omnia in diplomate moderata pruna. Atque vbi vinum exspirauit, exprimuntur omnia, vt simul oleum in vas nouum diffluat. Ex quo capitur olei s̄b. i. ceræ s̄b. 2. vel eo plus, vt fiat cerato malagma. In quibusdam codicibus addantur radices cucumeris agrestis, nardi Celticæ ana s̄b. 2. quæ cum aliis vino maceranda & oleo coquenda sunt. Aliud. Ischiadicis, opisthotonicis, & omnibus doloribus neruorum vtilissimum. Ceræ selibra, terebinthinæ s̄b. i. guttæ ammoniacæ in aceto dissolutæ s̄b. i. opopanacis vnciæ duæ galbani, medullarum cerui & tauri, cæsyi ana vnciæ duæ, olei irini s̄b. 9. mellis s̄b. 3. Cera oleo colligatur, terebinthina additur, deinde medulla & cæsyus, reliqua igne remollita & cum aliis fusa permiscuntur. Quod sequitur paralyticos sanat, & neruorum doloribus medetur. Rutæ viridis s̄b. 3. pulegij, sicci, cyperi ana vnciæ tres, salis, nitri, vnciæ duæ scænugræci, mercurialis, succi marrubij, rosmarini, aristolochiæ ana s̄b. 3. amygdalarum amatarum desquamatarum s̄b. i. iris illiricæ vel flo

Mistura vini & chamæmelini olei.

E radice cucumeris cataplasma.

Oleum ex ouis. Ad dolentes callos.

Acopa.

Myracopa.

Acopon Scilepiadi.

Ad Ischiadicis, opisthotonicis, & omnibus doloribus.

Adp.

rentinæ, terebinthinæ, baccarum lauri, radicis cucumeris agrestis, guttæ ammoniacæ ana ſelibra, ceræ ſb. i. olei ſb. 9 vini modus controuerſus, tamen iuſta menſura fuerit ſb. 12. In quibuſdam exemplaribus adduntur ſabinæ ſelibra, ellebori albi ſeſquilibra, myrti viridis ꝑ. 9. foliorum lauri ſiccorum ꝑ. 9. bdellij ſb. i. quæ ſi adji- cientur, efficacius fiet acopon: ſed ita vini & olei demenſum au- gendum erit. Interuntur, quæ contundi poſſunt paulatim affuſa aqua, ex quo iterum tundendæ ſunt, contulis vinum oleumque in- ſpergantur, vt integram noctem maceant, poſtridie incoquantur. Atque vbi vinum exhaleuerit, omnia conſepta ſacco extringuantur, vt eliquetur oleum, cui excolato cera, reſina, bdellium, ammoniacum deinceps confundantur. E crocino, nardino, enulato, coſti- no, quæ à Meſue deſcribuntur, ſingas acopa, condienda moſcho, anabare, & aliis aromatibus vt ſint myracopa, cera additur, liquida terebinthina, ſtyrax, galbanum, opopanax. Similiter & ex laudatis oleis, quæque ſuauiſter oleant. Terreſtrem teſtudinem acuminata canna veteris tranſiſcebat, qua parte ceruix clauicula commiſſa eſt, & inde ducto ſanguine acopa perfundeant, eoque meliora puta- bantur, quo plus ſanguinis combiberent. Stanneis vaſis, vitreis, plumbeis & buxeis reponenda ſunt. Sunt qui mirabilem vim tri- buant renaſcentibus corniculis ceruorum, vbi primam extuberant, & quaſi plumata lanugine integuntur. Coquunt vino, dum mol- litie diſſoluant. Singulariter excitat torpentes neruos atque para- lyticos. Saluiæ, chamæmityos, maioranæ, ſorum meliloti & cha- mæmeli ana vn cia dua, olei nardini ſb. 3. vini gilui, tenuis, odori, ſubauſteri ſeſquilibra, omnia illa vino reſpergantur, macerantur nocte, poſtridie oleum ſuperfunditur, coquuntur in diplomate, conſumpto vino diploma ſubducitur, materia rariore ſacco excipi- tur, vt purum oleum diplomate relinquatur, in quod materia vehe- menter exprimenda eſt. Poſtremo oleo miſceantur corniculi cerui, vt prius tabeſacti ꝑ. 3. maſtiche ꝑ. 6. croci ꝑ. 1. Aliud. Olei coſti- ni, olei nardini ana ꝑ. 2. terebinthinæ ꝑ. 1. ceræ ſeſquuncia, moſchi grana ſex. Aliud. Extremitatum ebuli, ſurculorum lauri & roſ- marini, maioranæ, calendulæ, ſaluiæ, chamæpityos ana ꝑ. 2. ſorum chamæmeli, roſmarini & lauendulæ an. ꝑ. 1. baccarum lauri & iuni- peri an. ꝑ. 3. dimidium, radicis enulæ, ireos, acori, ariſtoloſchiæ ana ꝑ. 6. pyrethri ꝑ. 2. ſeminis lini, althææ, fœnugræci, ſinapi, cardamomi, naſturtij an. ꝑ. 1. conquaſſentur omnia, & noctem integram mace- ant in vino, poſtridie coquantur in duplici vaſe. Atque vbi to- tum propè vinum euauerit, omnia magno conatu exprimantur: expreſſo ſucco immiſce olei lumbricorum, olei terebinthinæ ana ꝑ. 4. coquantur ad craſſitudinem, in alio vaſe ſeorſum liquentur igne molli, olei coſtini & nardini ana ſeſquilibra, ſtyracis, galbani, reſinæ, terebinthinæ ana ꝑ. 1. opopanax, Benieoin vocati ana ſe- muncia, maſtiche, ſarcocollæ, thuris an. ꝑ. 2. liquata aliis vniantur, & ruruſus coquantur puris carbonibus ſedulo verſentur ſpatha. Sub-

Acopa à quibus
ſtant.

Cornu ceruorum

ducta foco ruruſus circumagantur, vt paulatim refrigeſcant, quod cum ſit, aqua miſcellanea, quæ odorem moſchi rapuerit, reſper- gantur, atque ita reponantur alioſis, inueteratis neruorum cauſſis & profundis doloribus. Ad venena frigida, & inde dolentia præ- cordia nihil præſtantiùs vino tenui, giluo, acri & odoro, ferueſa- cto vitur Hippocrates & condito. Alij aromatite, veteres etiam alio & ſale: Alexi pharmacis, theriaca, antidoto Mithridatis. Nec omittendum noſtra memoria vſitatum remedium è ramentis & delimita ſcobe Guajaci vel ligni ſancti. Eligatur graue, denſum, vnguinoſum, quod ad lucernam pingue, quid reſudet, nihil exſpi- ret graue, non ſit obductum ſitu, arroſum carie, aut euaniſum, quæ vitia ſubterraneis locis non perſtat, vbi diutiùs latet, & à cortice celeriùs, ferè contrahit. Ac dum elimatur ſcobina contumax eſſe oportet, & odoro halitu quodam euibrare nares, ſternutamentum- que commouere guſtu acri & aromatico: quod enim dulce vel aci- dum eſt, minùs probatur, recenti ferragine vtendum eſt, exſpirat enim, & vim amittit vetuſtate. Caſa ſit materia (ſiquidem reſe- cari poſteſt ad æſtium ſolſtitium, ætate media, quia tenella arbor crudo humore adeoque plena, vetuſta verò exucca & arida eſt. Me- diis annis plus habet oleamenti, quod in præſentia deſiderandum eſt. Maceratur die vno breuiùs atque diutiùs, vt vel acrius vel clementius pharmacum deſideratur. Meracum coquitur ad dimi- dias plus minùs, & aliis intermiſtum, vt ſunt conſilia medico- rum, igne puro, ſideli vaſe bene operculato, vel quod in flexo tantum corniculo foras hiant leniter exhalet. Ac cute quidem magis re- ſiccat, ſumma vis tamen in carne, & in teſtina pulpa pingui, vn- guinoſa, ſuauiſter olente incidit, terget, tenuat, calcfacit, ſudorem mouet, qua quidem amarum & acrimonia præditum eſt terreno e- lemento corroborat, vnguinoſa parte & aërea laxat, mollit, anody- num eſt. Ex quo frigidis articulorum, & neruorum doloribus auxilio eſt, medetur tophis: reliquias quoque que luis venereæ partim attemperat, partim ſudoribus exſtinguit, eaſque frequenti experi- mento paucis diebus obliterat, de quo iam à multis iuſti commen- tarij editi ſunt. At ſuo quiſque vtatur modo, eligat, diuidat, mace- ret, coquat, temperet, exhibeat. Sit aqua ſextupla, octupla, decu- pla, duodecupla. Nam in his omnibus controuerſa reſ eſt, quàm facilè dirimet, quicumque nouit omnia ferè remedia integris vi- ribus multifariam poſſe deformari, eaque oportere vitis & cor- poribus, ætati, cælo & aliis variè accommodari, igitur ſua quiſque probet, nec damnet aliena. Meminiſſe tamen conuenit, vt at- tenuantium omnium, ſic huius ligni immoderatum vſum admodum periculolum gracilibus, deinde quoque iis quibus mediocre cor- pus eſt. Hinc enim calor acrior effectus tabem inducit. Eadem ferè ratio inuacati ligni, Varini aut Synarini, quod recens co- gnitum eſt. Deciſis fruſtulis, alij etiam puluere vtuntur in duo- decupla, vige cupla & copioſiore aqua maceratis, & dum pars

Contra venena
frigida.

Guaiacum.
Probatum gua-
iaci.

Viſguaiaci

Guaiacum
gracilibus
culofus.

*Qua refrigeran-
do sunt anody-
na.
Olea.*

tertia vel quarta expirauerit in diplomatis vapore, vel clementi igne coctis, cui in vsu quadrantem vini albi, tenuis & odori infundi iubent. Atque hæc in præsentia de medicamentis, quæ calore suo dolorem leniant, & frigidam intemperiem corrigant. Nunc ad ea transeundum, quæ refrigerent, & anodyna sunt. Duplex horum genus est, alia enim tantum refrigerant, alia etiam stupefaciunt. In primo genere sunt, aqua etiam tepida, oleum conditum rosæ, violis, nymphæa, papauere, mandragora, cucurbita, cucumere, alterco, lactuca, portulaca, lenticula palustri, psyllio, polygono, caphura, floribus herbæ, quæ primula veris appellatur, & millefolio, & ea omnino materia, quæ reprimat, nec ita atringit. Ex oleis & cera alba cerata fiunt, cera mollitur igne, manibus versatur, & immersa aqua modò rosacea, modò violacea circumducitur, è descripta materia aquæ resoluuntur igne, quæ vocant *σαλάγματα*: colliguntur mucagines, exprimitur succus, omnia ceratis permiscetur: recenti succo vtendum est, quia celeriter acorem trahit, atque corrumpitur. Mucago quoque paucos dies sustinet in his linthea inculcantur, applicanturque dolenti loco. Subinde commutantur, dum ardet simulque dolor conuiescat. Sitque hæc cerati formula. Cera alba ℥i. olei violacei ℥ss. misceto in vase duplici, subductis vapore ignis mucaginis, feminis psyllij sesquunciam coniungito, & affusa rosacea semuncia resperto. Sunt qui cerusæ è violacea lotæ vnciam vnam plus minusve adiciant, idem præstant vnguentum rosatum, violatum, papauerinum & alia, quæ ad horum instar conficias. Nutritum Rhazæ, populneum, tum vnguentum, tum oleum. Populnei oculi vere collecti pari rosaceo infunduntur, vini paulò plus quam olei adjicitur, macerantur omnia diebus septem, & quotidie commouentur, octaua coquantur die mollibus prunis, donec vinum absumatur. Licebit quoque caphuræ momentum immiscere, in feruis doloribus aurium, palpebrarum, mammarum, pedum, manuum, tendinum & neruorum, vtilissimum, & inuentu facilè Galeni auxilium. Ouum crudam optimo rosaceo permistum. Oribasias cocto vtitur & è vino pisto. Alij coctura durum & constans emplastri modo calidum apponunt. Estuosis interancis à cantharide & venenis lacte vtendum præcipit Hippocrates. Reuocandum in memoriam, quòd ante dictum est, in ardore graui, vt feruente, erysipelate, parcendum esse oleis, & in iis omnino, quæ celeriter flammam concipiunt, hoc enim est veteri sententia incendium oleo restinguere. Optimum est Galeno & antiquis celebratum, quod Asclepiadi tribuunt, laudauit Octauius. Nutrito Rhazæ, quod cerusam capit, finitimum est, facit ad anti vicia dolentia, achoras, herpetas, acrem serpiginem, erysipelata, exasperata pharmacis delinit, extinguit caneros, putentis & genitalibus cancro, maligno vlcere & dolore latis, solatio est. Paratur hoc modo. Oleum dulce, rosaceum, populneum, deum, ceram vnciarum pistillo & mortario plum-

Cerata.

*Aqua, mucagi-
nes succi.*

Cerati formula.

Vnguenta.

*Parabile Gale-
ni remedium ad
multa.
Contra cantha-
rida & vene-
na.*

beo tandiu versatur, dum sit stigmatosum ac liuidum. Hic lithargyri & cerusæ vtriusque trita pondò coniungitur, & vsui in plumbeo vase reponitur. Dolentibus, cerebri membranis in vulneribus capitis, optimo rosaceo, vel sanguine columbino, vtriusque tepentibus Galenus vsus est. Semina papaueris, alterci, psyllij cydoniorum, cucumeris & similia contunduntur affusa rosarum aqua, lactucæ, violarum, aliorumque id genus, donec fiat quasi pullicula, aquarum loco succus ex alterci, lactucæ & papauerum foliis affundi potest, folia quoque sub cineribus cocta vel ad ignem emollita & calida adhibita, dolorem sedant. Succii foliorum & capitum papaueris, alterci, cicutæ, violarum, lactucæ, pomorum mandragoræ, oleo dulci vel optimo rosaceo infunduntur, diebus aliquot insolantur, & quotidie agitantur, deinde coquantur blando igne, donec solum oleum reliquum sit. Ac sint olei ℥ss. succorum ʒ. decoctis probè permiscetur opij, stygacis ana ʒ. i. calidis doloribus phreneticis, aliquando somno, fronti, temporibus & naribus illinitur. Psyllium feruida immersum inflammato oculo applicatur. Ceratum è psyllio aliis partibus dolore pressis atque calentibus idoneum est. Cydonia & alia quædam genera malorum, vt persica hoc modo concoquenda sunt. In ollam nouam aqua diffunditur, subiicitur focus, malum è siglini ansa vel aliter suspenditur, vt ne contingat aquam, sed sublatis vaporibus infumetur, & eo anheliu emollescat, eximitur cutis, mollita caro & medullaceum corpus temperantur, calens dolenti loco adhibetur. Eadem arte, quæ refrigerent melius in diplomate & vaporibus comparantur. Iam familiare est podagricis epithema Asclepiadis. Medulla panis similaginei ℥i. incoquatur lacte, deinde cum tribus vitellis oui, sesquuncia rosacei subigatur, & drachma croci intingatur. Quod si asperior dolor est, immisceatur opij soluti sapa semuncia, sed ad narcotica, non temerè de currendum, de quibus hinc sermone ducto disseramus. In narcoticis potentissimum est opium, deinde cicuta, altercum, mandragora, torpedo piscis. Opium succiso sapo & calice papaueris, quasi è plaga, fluit, sed aliter adulterant. Sinceritas probatur odore graui, gustu amaro, leni corpore, denso, graui, candido, neque aspero, neque grumoso, quòdque statim aqua diluitur, & nebulam facit, in sole statim resudat & se diluit, difficilius accenditur, & in lucernis pura nec atra elucet flama; crebro extinguitur, & extinctum odorè seruat. Vfus eius vacitato corpore, desperatis leuioribus auxiliis in ardore graui, intolerabili dolore, acriore sensu, firmis viribus vel nõ ita fractis. Deinde si quidem tenuior & acrior humor est aut spiritus: nõ in crassis lentisq; humoribus, periculosa narcotica, minus vbi crassius statuosusque spiritus dolorè acerbiorè excitat. Interdicuntur pueris, senibus, grauidis mulieribus, & quibus ætate vel morbo calor languidior est. Postremò, vbi iã valetudo impatiibilis oaiũ agro, desperationè medico vitæ attulit. Eoq; maxime, vt inde obstupescat sensus, ac solatiũ egro, & remediis morbo procuremus. Quæ vt præstet, nouũ tamen vitæ

*Ceratum è psyllio.
Modus coquendi
cydonia & alia
id genus.*

*Epithema Asclepiadis ad podagricam.
De narcoticis.*

*Opium.
Probatio opij.*

Vfus opij.

postea calidis medicamentis obliterandum est. Nam vel potentius, vel sæpius admotum caliginem oculis & rugas facit surdastros reddit, de uoratum, mortiferum est. Hinc alix partes ad motum sensumque torpent, & viribus defæta excrementis corporis opprimuntur, vt non omnino absurdè à Diagora, Erasistrato & aliis aliquot veteribus medicis in totum damnatum sit. Sed postea vsus eius non improbat, & adhibita ratio vt ne noceret, atque aliis pharmacis eius violentia retusa esset. Quidam cremabant olla, dum ruffum & molle euaderet, sed vstrina vim eius exolefcere scribit Gal. Alij cauato cydonio, & quæ pateret, pasta præcluso incoquant. Hæc obiter ne in re lubrica & plena periculi chirurgus cedat, nève quidpiam, nisi maturè & optimis medicis auctoribus, moliatur. Diluitur sapa è musto, vino dulci, muliebri lacte, liquore oui, permiscetur rosaceo amygdalino, oleo è castoreo, dum sit mellis crassitudo, ita plures menses macerari melius est, sed multò magis cum dandum est in corpus. Medicamentis, quæ opium caperent, semistri bus & annotinis veteres utebantur, ad sextum annum, & aliquando decimum, asseruabant. Specilli nucleus purò linteolo, lana molli, linoxylo denique circunuoluitur, imbuatur pharmaco, tum quàm mollissimè fieri potest, dolori illinitur. Clementius est misto castoreo, pipere, cardamono, myrrha, cinnamomo, sinapi, croco, pyrethro, & aliis, quæ multùm calefaciant, coquant, leniant, incidant, discutiant, quantum videlicet casus in præsens exigat. Atque vbi crudelior dolor est, æqualis omnium modus est & opij, alioqui dupla, quadrupla, sextupla, decupla quoque reliqua opione inuenias. Quæ omnia, vt scuit dolor, & sunt corpora, summa ratione distinguere oportet. Quod vocatur Meconium languidius est opio. Succus est contortis prælo, vel contusis in mortario foliis & capitibus papaueris, cui si semen tritum immisceas, coquas ad spissitudinem, & in sole siccet, opium habebis. Iisdem aqua coctis interdum extinguitur, quod imbecillum est. Siccatur umbra, & vt opium vsurpatur. Alij pollinem & aridis calcibus papaueris ad stuporem miscent. Cortex radicis mandragoræ magis narcoticus est sua radice. Cicuta similiter & alterco vtendum est. Torpedo piscis inde nomen habet, & Græcè *υαπυρ*, quæ etiam procul, & è longinquo, vel si hasta, virga, remo, harpagine, fune attingatur, inspirata vi, odore vel aura leui sui corporis, quamuis præualidos lacertos torpore retinet, & celeres ad cursum pedes alligat. Pisces alios sepultos limo primum consopit, deinde ad escam rapit. Exemplum verò sponte oblatum, vt alia plurima ad salutem hominis & remedia medici transfulerunt. Viuam torpedinem oleo extinguunt, vt sit narcoticum. Et hoc quoque mirum quod inuenio. Si capiatur cum luna in Libra fuerit, triduoque asseruetur sub dio, faciles partus facere: postea quoties inferatur adiunare, non alia vi fortasse, quàm quòd velut induciis dolorum datis, natura ad excludendũ fœtum confirmatur, felle quod suo pisce calidius esse oportebat, genitales partes illitæ rem torpent, quæ torpedo subiecta plantis arthriticos in præsentia,

Qui omnino damnantur opium.

Modus vtendi modus.

Quibus permiscetur.

Modus misuræ.

Meconium.

Cortex radicis mandragoræ. Torpedo.

Remedia è torpedine.

Oleum è torpedine.

em par-

præsentia, & in reliquam vitam dolore liberat. Inueteratus, pœnas capitis consopit. Nigra præfertur, tamdiu insistat, donec permeante aura dolor obdormiscat. Noui podagricos, qui sæuiente malo dolentem pedem frigidissima perfundant. Alij hibernas reponunt niues eidem remedio. Sed vbi frigore dolor obtorpuit, petrelæo fount, & paroxysmis liberantur. Arcanum hoc est Albucasis. Bina capita aut plura alliorum cum ʒ. i. opij trita permiscetur, & vocato alembico, quod vitreum sit, capta resoluuntur igni, destillat aqua singularis, quæ per se datur demenso cochleari, aut cum vino internis doloribus. Aliter quoque excolatur sacco subquadruplo iofachare addito & exiguo cinnamomo. Alij opio quadruplam theriacam permiscetur, & dant alembico. Cruciatu dentibus aquæ id genus instillantur, infunduntur auribus captæ auriscalpio; hinc topica auxilia imbuuntur, insuccantur lintea, quæ oculis & aliis partibus applicant. Alia aqua. Theriacæ ʒ. 2. conditæ enulæ & ireos, ana ʒ. i. succi baccarum lauri & iuniperi, succi betonicæ, centaury minoris, verbasci, marrubij an. ʒ. 3. florum nymphæ & violarum, coticis radicis mandragoræ ana ʒ. i. feminis alterci albi ʒ. i. opij ʒ. duæ, excepta alembico artificio resoluuntur, sed melius in diplomatis. Veneno leſis, quæ vrant corpus, internis doloribus, qui cum febre cruciant, vt prior exhibetur. Diarrhodon Nili ad fluxiones acres & cruciatu intolerabiles oculorum, rosatum reſectis vnguibus ʒ. 4. croci ʒ. 2. gummi arabici ʒ. i. spicæ, opij ana scrupuli dimidium, vniuntur aqua. Quidam è Græcis aucta spica & opio conficiunt, quod in vocato Sief. rosato posteritas secuta est. Ac constare arbitror, vt asperior dolor est, ita conuenire opium augeri. Initiis inflammationum conuenit hoc collyrium album. Gummi arabici, tragacanthæ ana semuncia, cerusæ lotæ ʒ. 6. opij soluti sapa vel vino dulci scrupul. i. iunguntur liquore oui. Incrementis vtile, quod sequitur. Sarcocollæ (vt dicunt) nutritæ scrup. dimidium, amyli, tragacanthæ ana semuncia, cerusæ lotæ scrup. 6. tharis sesquidrachm. opij scrup. i. conficiuntur aqua, rectè quidem initio, quæ reprimant incrementis etiam, quæ leniant, auctor commiscuit. In vigore lenientium modus augendus est. Sarcocolla verò nutrienda hoc modo, vt sit suauissima, siccet, incarnet & cicatrice claudat. Trita igitur dies aliquot maceretur rosacea, consumpta aqua, rubi canini succus affunditur, quem vbi combibit, subiciitur lac mulieris vel asinæ, postremò resiccatur illa, puluis vsui est. Mirabile collyrium Alexandrini in ophthalmia graui & dolore. Cadmiæ vstræ & elotæ ʒ. 10. cerusæ lotæ ʒ. i. scoriæ ferri vstræ, lotæ, gummi arabici, tragacanthæ ana semuncia, opij ʒ. 4. compingantur è pluuia diluto prius opio è sapa, quod reliquis collyriis commune sit. Sant qui thure addito & momèto croci conficiant, vnde leniendis doloribus magis conueniat, Cadmiæ verò & scoria hac arte cõparanda sunt. Ex his fragmenta parua crudis siccilibus cremantur, donec peccoquatur vasa, hic metalla extinguuntur lacte, semel atque iterum cremantur, vstræque extinguuntur: transferuntur in mortarium & aqua fortis in

Remedium podagricorum.

Arcanum Albucasis.

Alia aqua contra maleficia.

Diarrhodon Nili.

Sief rosatum.

Collyrium album misso.

Aliud incrementis.

Sarcocollæ nutrita.

Collyrium Alexandrini.

Cadmiæ cõparanda.

versantur, & omnino perpurgantur, arida in pilam repetuntur, volutantur manibus affusa pluuia, postremò sicca teruntur in puluerem, planè diuino auxilio, vbi lippitudo grauis & fluxio acris est, vbi siccanda suppuratio, lacrymatio, & alia. Suae epuloticon est, & implet carne. In pruritu, vstione & ardore mirifice iuuat captam liquore oui. Asclepiades cadmiam fractam excipiebat melle, siccile cremabat, quod multis rimis, vel breui foramine pateret in vertice, donec è nigro fumus albidior exhalaret. Atque hæc mixtura detergendo & incarnando magis idonea est, in vsu colliriæ liquidissimè diluuntur liquore oui, muliebris lacte vel asina, decocto meliloti ex huius ʒ. i. & aquæ ʒ. 9. vel decem coctis ad tertias. Palpebra molliter attollitur, medicamentum tepidum è corniculo instillatur, vel eodem reuersa palpebræ sublinuntur, linteolum molle inculcatum lacte & oui albumine superdatur, laxiore fascia, molli, leni, simplici, & iisdem liquoribus insuccata omnia continentur. Ad aurium dolores opium sapa diluitur, pari castoreo seorsum trito coniungitur, vel certè duplo. In vsu, lacte, sapa, rosaceo vel amygdalyno dissoluuntur, infunditur autem vt reliqua, articulariis clysteribus, vel auriscalpiis, ἀτρυχάτας vocant ἀπορχιδας. Aliud. Opij solui sapa, castorei triti ana ʒ. i. myrrhæ scrupuli 2. croci ʒ. vnus, diluuntur, vt prius. Alioqui coniunguntur lacte, sapa, oul candido, vt sit mellis crassitudo. Linamentum molle vel auriscalpium auersa parte obuolutum lana, mixtura intingitur, & quàm blandissimè inseritur auri. In cruciatu dentium aqua instillantur, catapotia induntur cauis. Opij, myrrhæ, styracis ana ʒ. 2. piperis albi tusi & cribrati, galbani ana ʒ. 1. è vino Cretico vel simili catapotia formantur, eodem modo multa confinges è pipere, cardamomo, pyrethro & aliis triplis vel quadruplis opio. Styraç, cera, mastiche, galbanum, terebinthina opia ita permiscetur, vt ex aliis prius coalescat catapotium, quod sexta parte opij diluti sapa imbuatur. Edulca sint & odora, bene etiam sapiant, quæcumque mista opinio insinuantur denti, vel corpori inferuntur per os. Podagricis. Styraçis liquidi ʒ. 2. opij ʒ. 1. Al. Cerati rosacei sesquuncia opij semuncia, croci drach. 1. Al. quod statim dolore liberat. Succu absinthij, croci, opij an. ʒ. 1. ceræ semuncia, vnguenti irini ʒ. 6. vini Cretici vel similis quantum sufficit, cera & vnguntum vnà colli quantur in diplomate, intinguntur croco, opium dilutum sapa coniungitur, omnia succo absinthij & vino perluantur, irini loco aliquo ex descriptis myracopis vtendum erit. Al. Seminis cicutæ desquamata dragm. 6. croci, opij ana ʒ. 1. passi Cretici vel vocati maluatici, quod sit: satis trita, reliqua excipiuntur cerato rosaceo, & passo imbibuntur Al. Dialthæ ʒ. 1. styracis ʒ. 2. opij ʒ. duo, croci scrupulus. Ita diluto tetrapharmaco, parygro & aliis paregoricis, opio subtriplo, subquadruplo, subdecuplo etiam plus minusue vnguenta finges. Conueniunt internis doloribus. Asteriacæ diacodyon. Philonis antidotius, requies, Trochisci ex electro, trochisci Stella, pillule de

Asclepiadis cadmia.

Decoctum meliloti oculare.

Vtendi modus.

Ad aurium dolores.

Ad dolores dentium.

Ad podagricos.

Ad internos dolores.

referendum est. Ac breui ter non nisi summa ratione narcotica imperanda sunt, vbi intolerabilis dolor est, vbi conficiuntur vires graui animi deliquia incidunt, & à reliquis auxiliis desperatio est. Ac quanquam suus cuique dolor atrocissimus est, sed ei præcipuè, qui natura molli & pusillo animo natus sit, non protinus tamen subscribendum ægro. Sed ea prius animaduertenda sunt, quàm ad narcotica temerè decurramus. Atque hæc de refrigerantibus & narcoticis. Siccitas aqua tepida, hydrelæo, dulci oleo, tempore balneorum temperatur. Humiditas phlebotomo, cathartico, sinapismis, dropacibus & cauteriis vacuanda est. Atque in hoc etiam genere ponendum esse argentum, quo iam veluti extremo præsidio in lue venerea vti solenne est satis indicat diffluens illa saluatio & alui profluvia. Hydrargyron vocant, quia liquidum, quatuor olim generibus distinctum, naturali quidem duplici, altero, vt ait ille, vomica liquoris æterni, quòdque è venis metallicis sponte diffluit, altero quod exudans in argentariis fodinis cameris hæret, & guttatim coit. Fuit & factitium duplex, alterum è minio, alterum è marmoris ramentis, iam verò è plumbo quoque eligatur: eligatur purum, splendidum, albicans, bene depuratum plumbo, quod iterum repurgandum, excolandum, macerandum, & vt loquuntur, sedulò extinguendum est. Ac dum extinguitur, & aliis intermiscetur, diu versari, tundi que necesse est: extinguitur salua sani hominis, qui neque ore, neque naribus olidum quid spiret, qui non oleat hircum, qui denique omnino inculpata valetudine perfruat. Ad hæc terebinthina & inde oleo, vel amygdalino, amaris, detergentibus, tenuantibus pharmacis, quæ consolentur neruos, maleficis iniuriis corporis, & medicamentis aduersentur. Postremò sedulò miscetur acriter volutando circumagendoque, donec affusum omninoque resolutum in axungiiis, vnguentis, oleis & mixtura, quæ lubeat, atque ita petiisse videatur, nusquamque integritas eius appareat. Modus autem ad pinguia, vt ad circiter quadrupla sint, sextupla, noncupla, euariante ratione, vt est vitium & corporis natura. Sed mixturæ vsusque ratio ex aliorum commentariis, qui de lue venerea scripserunt, repetenda est. Contra interna vitia, quæ relinquat hydrargyron, lac caprinum multum subinde potum, & subinde reuomitum auxilio est. Vinum quoque, in quo absinthium, hyssopus, origanum, apij & ormini semen, cacumina centaurij minoris, gentianæ radix, & alia id genus inferbuerint. Mirabile hoc contra ea vitia hydrargyri. Scobs ex auro subtilissimè delimatur, & in superiore vino propinatur. Balneis quoque vtendum est, & aqua illa theriacali. Illinendum corpus oleo, quod è sulphure comparatur. Alia quoque iniuria corpori accedit frictionibus illis, vsuque hydrargyri. Nam dum fricantur ægri, atque inedia æstuariis sudoribus, salua, profluuiis, graui animi cura, fastidio, vigiliis & doloribus tenuantur, sanies quadam necessarid eliquescit, quæ nisi vel sudoribus, vel aliter vacuetur, suppressa parte aliqua desidet, hincque

Hydrargyron, eius differentia.

Contra vitia hydrargyri.

Tophig moratio. similis, tandemque in tophum coit, quod cum sit, acerbissimi dolores interdum commouentur. Eadem rursus aliquando in peristion sese dispergit, intus cruciat, ossa atterit, cariem, nigredinem syderationem denique comminatur. Constat autem experimento impatibiles cruciatus, qui inde generantur, frustra adhibitis aliis auxiliis impresso cauterio sæpenumero percurari. At summa vi imprimendum ferrum est, quod omnino igne exardeat: quia videlicet in rebeli vitio cum semel ad crudele auxilium decurrendum est, agere clementer, & quasi blandiri malo, sanare est. Sæpè fit etiam cum neque tophus, neque aliud quicquam foras emineat, vt virulenta illa sanies intus delitescat, quæ membranis ossium & nervis insidet, eaque disrutiatur, vbi cultello facienda via est, vacuanda materia, & si quid vitij os contraxit, candente ferro mali vestigium omnino obliterandum est. Atque hæc sunt communia iis, qui cinabrio vocato, aliisque generis eiusdem infirmantur.

Sanis insidens periossis.



DE HÆMORRHAGIA. Cap. 4.

Remedia in genere.

Non è recenti solùm, sed & inueterato vlcere sanguis effluit, apertis, ruptis, exesis vasibus. Ex arteriis hæmorrhagia periculosa est, deinde è maioribus venis, quas inde *αιμορρῆς* vocauit Hippocr. Apertis adstringentia, ruptis glutinantia, exesis sarcotica & boni succi alimenta remedia sunt. Atque vniuersa hæc materia aliis locis explicata est: verùm & hoc loco, quæ veteribus medicis ac posteris ad hæmorrhagias probata sunt, aliqua ex parte referentur. Aperta sunt tum quæ clausulis dehiscant, tum quæ poris atque spiraculis rari facta sint, eaque inuuant plantago, halauftia, hypocistis, thus, omphacium, galla, & hæc magis, si deflagrans igne, austero vino vel aceto extincta sit & intrita, acacia, malicorium, & capitula punicorum, symphyti radix, porrum contusum, polygonum, peruinca, terra sigillita, argilacea, figulina, bolus armena, rhabarbari magma, tubigo ferri, lapis hæmatites, passæ vix nucleus, flos gallij, menta oxycrato tincta, lanugo quæ cotoneis, quæque quibusdam salicibus insidet, & quæ ex his paniculæ dependent: fragorum herba, cynosbatus, aqua frigida, vinum adstringens, acetum, oxycratum, & alia quæ in epuloticis, glutinantibus & repellentibus priùs descripta sunt. Eadem quoque ruptis, & hæc peculiariter conueniunt, thus, manna, aloë, mastiche, tragacantha, gummi, amydon, gluten, laringa, terebinthina, pix sicca, Colophonia, gypsum, farina pistrinalis, cochlea cum domo trita. Horum alia in puluerem trita insperguntur, alia impinguntur. Ac ferè meliora sunt quæ emplastica: ex quo in oui candido, resina liquida, tragacanthæ succo, conueniente mucagine rectè imponuntur. In eadem quoque materia linamenta madent: linamenta verò, mutantur, ac ferè omni genere linamentorum

Ad aperta.

Galla.

rum vsos veteres in hæmorrhagiis inuenias. Aliud erga linamentum in longitudinem implicatur, *μακρὸν μόνον*, alij *λημνίσμον* vocant, quo in profundis vlcerum vasibus vt necesse est. Eadem crassiora fingi possunt, & tenuiora: quæ si penem referant, illi *πριαπισμῶδες μόνον*, nos fortasse penicillos appellabimus: quibus in vteri hæmorrhagiis & angustioris sinus vlceribus opus est. His exilia quidem, sed oblonga linamenta in propinquo sunt, quos vermiculos vocant: hi vasibus hiantibus inserantur. Est & *σολωσιῶδες* cuneolus contortum linamentum & implexum angustiore cono, & basi ampliore: hoc naribus inditur, & iis vlceribus, quæ ore quidem latiore patent, sed in sinum paulatim contrahuntur. Qui verò *μότος ἑλαυχνυῖος* appellantur, non à figura, sed materia nomen habet, fungi genere vel spongiæ, vnde & vulnerarij penicilli, & faniculi luncernarij fingebantur. Nunc è mollioribus spongiis fungorum pediculis, iunci genere quem scirpum vocant, quodque pro ellychniis lucernariis vtuntur: medulla sambuci, aliisque id genus loco ellychnij vti licebit. Quæ dum intruduntur cauis, siquidem replicantur, specillo impelli possunt. Eo modo Heraclidus spongia modo in acetum acre mersa vt præcipit in narium hæmorrhagiis, sed extrema parte alliganda filo, vt tempore reuelli possit: quæ si tenacius inhæsit, madefacienda aqua, vt facilius redeat: rursus linamentum aliud *σπρωθῖν* contortum, è materia ita contorta & implexa, quales ferè turundæ vulnerariæ confinguntur. Aliud genus est *ξύσων* de rasâ quædam lanugo linteorum, *τιλτὰ* vocant & *ξύσματα*, quasi volvas & rasuras quasdam, quæ conceptis ac depexis linteis colliguntur. Atque hæc variè formari possunt, ac sæpè in floccos *κροκιδας* vocant, & tomenta conferuntur, vnde implent vulnera, sordes extergent, siccant, offarciunt vasa & vicina loca ex quibus hæmorrhagia commouetur. Vtergo figuræ sunt partium & vulnerum, ita linamenta variè commutentur. Iam verò è pilis leporis penicilli, vermiculi, flocci, cuneoli conuenienter fiunt: & rursus è lanugine illa salicis atque cotoneorum. Aesclepiades lanugine vtatur quæ platani foliis inhæret: quidam panniculis salignis: alij molliter euellunt, quod velut muscus candidus populi foliis adnascitur. Hæc autem liquoribus & medicamentis quæ retineant, insuccantur. Vermiculus hianti vasi inseritur, floccus eadem materia saturatus superdatur, & alia similiter, vt postulat casus. Tum ligantur omnia iniectis vasi tribus aut quatuor fasciarum orbibus, vel etiam pluribus ad eam partem, vnde profluit sanguis, ex quo fascia ad radicem vasibus paulatim addaci debet, vt sursum versus magis magisque adstringatur, & illabètem sanguinem retineat. Tertia die resoluenda lintea sunt, neque commutanda linamenta, si quidem firmiter inhærent, tantùmque irriganda pharmaco, & vt priùs religanda sunt. Quæ si vacillant, digitus imprimendus, reuellenda turunda, noua omnia de integro repetenda sunt, idque tamdiu reuocandum, donec renata carne ac bene stipato vase, extra periculum omnia videantur. Aliquando fit vbi in vasa

Penicilli.

Vermiculi.

Cuneolus.

Spongia.

E pilis leporis.

Deligatio.

riuntur, vt digitus impressus sanguinem sistat coacto grumo. Atque is medicamento inungi potest, quod & lentum sit & glutinet. Quod si vas longius recessit, specilli extremo lana, linamentum, aut aliquid tale obuoluetur, quod conueniente pharmaco madeat, atque ita inducetur. At si patitur locus, nudatur vena, hamo prehenditur, leniter inorquetur, intercipitur laqueo, aliquando etiam volfella capta duobus locis deligatur, atque media intercitur, vt extrema in se cocant, & nihilominus ora praecludantur, id verò in maioribus vasibus non caret periculo. Vbi nec id quidem res patitur, candenti ferro inuri possunt. Funiculi verò quibus religantur, funto è molli lycio vel serico, sed qui firmiter praestringant, teneant, nec facile soluantur aut putreant, itaque chordis aliquando utendum erit sed tenuioribus, quales testudinibus musicis intenduntur: fetas alij vsurpant. In magnis vlceribus, & ea sede, quae venas insignes habet, profusio magis metuenda est, id ferè intelligi potest ex impetu ruentis sanguinis. Hic ergo maiore cauendum cura, sicis linamentis vulnus implendum est, supraque imponenda spongia ex aqua frigida expressa, aut potius lintea complicata, quae vocant *διωλαμματα*, & ea manu comprimenda. Quod si nec hoc modo sanguis acquiescit, & in multo sanguine lintea inquinantur, ea saepius commutabis, & si sicca parua valent aceto madefacienda sunt. Id vehemens ad sanguinem supprimendum est. Ideoque quidam id vulnere infundunt. Probanda quoque haec ratio, cauum concepto linamento impletur, platysma superdatur & diplomata. Haec verò pulicula potius inculcantur, quae retineat, qualis ex ovo, farina gyri vel triticea, & bolo armena parari solet. Atque omnia fasciis alligantur, quae madeant oxycrato. In somno & interuallis, in excubiis esse oportet, qui subinde recognoscat, num quid sanguinis per lintea exudet. Sic enim nona consilia capienda sunt, aut solutis linteis noua imponenda. Sed alius rursus metus subest, ne vt maiore & ante tempus retenta materia magnam inflammationem postea moueat. Id quoque scriptum ab Hippocrate, vtile esse crebro sanguinem fluere ex omni vulnere, nisi sit in ventre, recognoscendum tamen est, num qua ante vulnus profusio praecesserit. Sic enim profuens sanguis celerius retinendus est. At si ante tempus suppressa materia est, & inde metuitur inflammatio, quod putes superesse, vel phlebotomo, vel aduersa parte fixa cucurbitula detrahes, vnde abeat metus, & sanguinis cursus reuocetur. Adhibenda quoque partium ratio est, nam quae natura frigide, exangues, neruaceae, quale cerebrum, qualis uterus est, multo effuso sanguine grauius laeduntur. Ad haec quae plurimo spiritu indigent, vt oculus, eo deterius suo munere perfunguntur. Praeterea quibus plurimus calor opus est, vt ventri, quo concoquat, thoraci, quo vitam foueat, larga profusione peius laborant. Itaque tempestine claudatur sanguis, iusta ratione leuato corpore, vt phlegmonem prohibeas, resicces vulnus, vnde possit celerius coalescere. Atque omni adhibita cura desperatis aliis auxiliis, in sumendum, multo magis si quid putre, rodens,

Prehenio.
Practico.

Cauterium.

Ubi magis metuatur haemorrhagia.

Actum.

Alia ratio in metu haemorrhagiae.

Non temere suppressendus sanguis.

Ratio partium in sumendo san-

dens, serpens, aut vermiculosum, si eiusmodi locus est, qui facile co-putrescat: qualis est sedes, os, genitalia, qui que vim ignis sine periculo sustineat, vt qui in carne & sine neruis est. Sed ad haec non prius decurritur inflammationis metu, quam satis multa materia proflexerit, quam bene purgatum corpus & vacuum excrementis extiterit: escharotica hoc loco vehementius adstringere oportet, vt firmam neque deciduam crustam efficiant, alioqui remedia profusio vincuntur, & excussa crusta maior vis sanguinis erumpit. In remediis laudantur phlebotomia, cucurbitula, sanguifuga, vincula aduersa parte, & *εὐδυνεία* reuellendo adhibita. Cucurbitulae ratio ex libello nostro repetenda: de phlebotomia & sanguifugis alio quod paramus, opere differemus. Purgatio saepe necessaria, sed tardius optulatur, nisi interuallis & quasi datis induciis haemorrhagia moueatur. Id ferè fit, quum statis periodis humor acris ad partem vnde profusio est, verti consuevit. Atque his ferè remediis adstringentibus, emplasticeis, deligationibus, funiculis, vinculis, auersionibus, praecisionibus, igne & cauteriis haemorrhagiae retinendae sunt, in remediis videndum prius, qualia esse oporteat, quae singulis partibus medeantur, in haemoptoicis, qui sanguinem è thorace reiciunt, atque omnino vbi longa & anfractuosa via est, quae medicamentum inuehat, qualis est ad renes & pulmones, adstringentes quidem & viscida materia necessaria est. Verum ne quod astringit, resistit in via, & quod viscidum est, lentore suo haereat in cursu, aliquid medicamentorum quae tenuitate partium praedita sint, necessarium miscendum erit, Vbi verò recta via est, aut non adeo inflexa, vt ad gulam, ventriculum, intestinum rectam, vterum & vesicam, eo genere medicamentorum quae tenuia sint, nihil est opus, in exteriore corpore fatius fuerit, vlcus emplastricis obstipari in coceptis linamentis aut turundis, deinde vias intercipere repellentibus auxiliis, qua scilicet sanguis decurrit. Frigidum enim & adstringens, quale repellentium genus est, vlceribus mordax. Et in iis frigido vtendum, vnde fluit sanguis aut fluxurus est, non vt partibus quidem adhibeatur, quae sanguinem reddunt, sed superioribus locis vbi venae sunt communes, quae ad vlcus materia cursus est. Aliae quoque partes, vt thorax, & quae diaphragmati vicinae sunt, quae exangues, natura frigide & neruaceae, frigido laeduntur magis. Itaque iam auersa materia, neque id quidem locis omnibus, frigida conuenient. Columbae sanguinis & eo magis pharmacum è thure, aloë, oui candido, & pilis leporis haemorrhagias è membranis cerebri reprimunt. Thuris partes duae aloës pars vna, vel eo plus in duriore natura: trita excipiuntur liquore oui: emolissimis pilis leporis vermiculi finguntur, illinuntur pharmaco, & apertis vasibus inferuntur. Ex iisdem pilis formatur floccus, qui eodem medicamento imbuitur, & ita superdatur, vt incumbat vermiculo. In euncho summam manum vlcus malignum occupabat, secuta profusio: adhibitum hoc remedium, nec eo quidem acquieuit sanguis. Postea verò totum resistit linamentis ex dilutissimo o...

Escharotica.

Phlebotomia.

Purgatio.

Ratio remedium extratione partium.

Quomodo frigida vtendum. Locum Hippocratis 5. aphor.

Ad Haemorrhagiam m. nungum Medicamentum è thure, & pila.

irrigatis, ne exarescerent: id in corporibus sensus acrioris fieri conuenit. Cuidam è vulneratis cerebri membranis largius profluentem sanguinem acetum cohibuit, cum iam varia genera remedium frustra tentata essent. Loco thuris vsurpatur manna, vt quæ adstringat magis, sed thus ἐμπλασματότερον pharmacum reddit. Loco pilorum leporis linoxylo, quod lingua Syriaca vocatur Cotton, & memorata lanugine cydoniorum bene depexa atque carminata, postremò commodè intorta vti licebit. Spongiarum hac parte multus vsus est: nam & inde cuneolos modò siccos, modò aceto tinctos, tum naribus tum vlcerebus quæ sanguinem fundunt, effingimus. Spongias forti aceto immergimus, & magna vofella captas in candente lapide volutamur vt inde fumus sanguinem supprimat. Sic vsus Heraclides. Eisdem alii, sed molles, ex oxycrato pressas imponunt. Verùm in eo quod sequitur, omnium veterum medicorum consensus est. Spongia noua, alioqui vetus, sed marina, vel lixiuio querno repurgata, acerrimo aceto inebriatur, ex quo inquinatur liquata pice, deinde trito bitumine, galla, vel re simili conspergitur, atque ita crematur testa figulari clausa, dum cinerefcatur. Alij aceti loco taurino sanguine imbuunt: ex odore vino propinant singulari ope dysenteriiis, menstria & internis hæmorrhagiis. Datur puluis in ouo sorbili hæmoptoicis, & iis qui sanguinem vomunt: aridus inspergitur expositis locis, vnde prorumpit sanguis, & emplastice auxiliis commiscetur. Eandem vim attribuunt crematis lanis sordidis: vt rûmque cinerem in clysteribus dysentericorum iniiciunt. Olla recenti, quæ lato dehiscat ore copiosa lana includitur, operculum superdatur vasi, quod vel glutino vel figulina terra, alioqui gypso subactis aqua fideliter compingitur: in elibanis & fornacibus largo igni comburit, dum olla percocta sit: sic enim Democrates. Ea prius immergi aceto potest aut contaminari liquefacta pice, atque omnino comparari vt spongia: deinde cremari. Hippocrates absumendis carnibus putridis & excrementibus inspergit. Alij eodem auxilio impetigines exterunt. Emplastrum sunt gypsum crudum, gyris farina, si oui candido excipias. Cochleæ cum suis volutis & salua cremantur nouis fistilibus, cinis sectæ arteriæ inspergitur, & sanguinem sistit. Mucos salua osus, qui punctis cochleis & limacibus redditur, emplastice est, in quo cineres & puluisculos qui sanguinè claudant, conuenienter adhibebis. Vitellus oui exasatur, vt in puluerem possit resolui, & hæmorrhagiis meningũ cerebri inspergitur. Barbarum quod misce sanguinè cõpescit, vulnera magna, præcipuè capitis, præ cæteris glutinat, fistulis, lacunis, fractis ossibus medetur. Bene facit hepaticis & lienosis: citra inflamatione glutinat, neruis, cartilaginibus & ossibus præcis remedio est Cuniculos vlcerũ & purgatos sinus cõtingit: valet ad canũ hominũq; morsus. Præstatissimũ verò ad sanguinè suppressedũ, præsertim in iis qui sanguinè reiiciunt. Nã in aluta pectori, dorso & lateribus affigitur, ac veluti miraculo cõpescit. Cere, picis, & sine picibus. Manna ʒ. 6. cerusæ ʒ. 4. chalcantii ʒ. 4. opo-

Thur.
Manna.

Spongia.

Lana sordida ad
stringens, &c.

Cochlea.
In Hamorrhag.
arteriarum.

Vitellus oui.
Barbarum.

4. opopanacis ʒ. 2. olei femuncia, vel, vt aliis meliùs sesquilibra acciti sextarius. Ceram, bitumen, oleum, & maiorem aceti partem in olla colliguato, deinde picem & resinam adiecto, quas in minima frustra prius concidito: vbi semicoctum fuerit medicamentum, ollam subducito, vt nunquam refrigeratis atramentum futorium purgatum, & ex aceti sextario læuigatum, siccatur: que paulatim inspergito, commoueto ne quid efferuescat. Cum non inquinat pharmacum, ollam deponito, opopanacem in reliqua aceti parte (nam maior pars statim initio cum aliis in ollam data est) maceratum immittito: vbi dissolutus fuerit, cerusam & mannam tritas inspergito, & paulatim te pefaciens, curato vt coeant, & ne opopanax, nec manna aduratur. Hic in mortarium transfusa omnia circummagito, misceto, ac tandem reponito. In vsu medicamentum ætate quidem tertia die solui potest, siquid res ipsa atque necessitas postulet: at ferè nõ nisi quinto detrahitur, vt hieme septimo: vitriolũ crudum chalcitidis loco miscere licet, & si bitumẽ desit, pix liquida supponitur, aut mummies appellata, quam alij humiam vocat, cui in claudedo sanguine mira vis ab Arabibus medicis tributa est. Cõcorporatur oui albumine, succo polygõni, plátuginis & similib. Fingitur inde catapotia hoc modo. Muccaginis, gũmi arabici & tragacathæ collecte in aqua rhois aut cornorũ an. ʒ. 2. nũmie, mastiches an. ʒ. 1. sacchari rosacei quatũ sufficit: tenetur sub lingua hæmoptoicis, vomitibus sanguinè in sorbili ouo diluunt. In cruetis disenteriiis cũ decocto oryze tostæ aut auenæ, succo plátuginis rosarũ, virgẽ pastoris, hordei cremore, in quo tragacatha maduerit, aliisq; eiusmodi clystere iniiciunt. Cõmiscetur emplastris, cataplasmatibus & aliis quæ sanguinè cohibet. Dissoluuntur liquore oui, & inde cunculi aperti valis & narib. imponuntur, aut floccus inde madidus: per fationi obstitatur. Alia catapotia eiusdẽ vsus. Lapidis hematitis, boli armene, coralli rubri, mummies, & in pulmonariis, pulmonis vulpis resiccati an. ʒ. 1. fem. vrticæ & cinnamoni (vbi medicamenti vim altius penetrare conuenit) an. ʒ. dimid. sacchari rosacei semũc. Ligantur in catapotia ex mucagine tragacathæ, vel syrupo myrtino. In medicamentis quæ sanguinè sistat, adhiberi possunt trochisci ex electro aut carabe, è terra sigillata, nõ nunquã etiã narcotica, quæ soporẽ faciãt. & frigore sanguinè compescãt. Hęc, vt alia diluere & vsurpare oportebit. In rosione vbi vniuerso corpori consuleris, nec aliter mederi datum est, veniendum ad pastillos Andronis, Passionis, Polyde & similes, ex quinto de cõpositione pharmacorum πλὴν ἐπιχρητικὰ à retinendo Graeci vocant. Sed variè describuntur ab antiquis. Aliter enim ex Heraclide, Critone, Asclepiade, Andromacho, apud Galenum, Paulum, Aëtium & Celsum scriptum Andronium inuenias, sed hic satis sit Asclepiadis formulã ascripsisse: quanquam & hæc variè à posterioribus describatur. Vt Galenus ʒ. cytinorum ʒ. 10. aluminis scissilis ʒ. 4. chalcantii ʒ. 12. myrrha ʒ. 4. thuris aristolochiæ, gallæ an. ʒ. 8. in quibusdam adduntur salis ammoniaci ʒ. ʒ. Puluis fit ex omnibus, qui excipiat, auster, & videtur,

Mummies.

Pilula quo san-
guinem claudat.

Alia pilula.

In rosione.

Pastilli.

Pafuni.

Vfus pafillorum.

ab iisdem posterioribus medicis aliter atque aliter conficitur. Hoc modo ex Aſclepiad. Gal. Melicorij ʒ. 6. myrthæ ʒ. 8. aluminis ʒ. 5. thuris ʒ. 3. fellis taurini ʒ. 4. chalcēthi ʒ. 3. fellis taurini ʒ. 6. vino dulci aut paſſo excipit, ad hēmorrhagias aſtremo vino excipi poteſt. Paſionis. Squamæ ʒ. 12. æris vſti, ſalis ammoniaci, aluminis, æruginis, thuris an. ʒ. 8. reliquis in ſole tritis ex vino vel aceto thus additur. paſtilli forma in vſu aceto diluuntur. Atque hi paſtilli forma in vſu aceto diluuntur. Atque hi paſtilli ed lubentiùs additi ſunt, quia in plurimos vſus chirurgi cōuertantur, recentibus vulneribus, putredine, carici oſſium, fiſtulis, auribus purulentis, ozænis, oſſibus corruptis, vulneribus neruorum, nomis, phagedænis, calloſis ani rimis, pterygiis, excreſcenti carni, inueteratis vlceribus, dyſenteriiſ, aliſſque plurimis vitiis medentur, in quibus validè ſiccare neceſſe eſt. Soluuntur vino dulci, ſapa, ænomelite, vino albo, fuluo, aceto, aqua, oxymelite oxycrato, melicrato, ſuccis myrri, ſolani, cichorij, polygoni, aſtremo vino, oui candido & aliis id genus, eligendum autem quod diluas; vt res in præſentia & corporis natura poſtulat. Dulcibus ſi temperanda adſtriſtio, aſtremis & acidis, ſi prohibenda putredo & ſiccanda fluxio eſt, iis quæ detergeant, vbi & ſordes eſt, quam detergeas, & ſanies, quæ exhaurias. In hēmorrhagia, autem aceto, oxycrato, aſtremo vino, ſuccis quoque memoratis diſſolui debent. Ac primùm quidem vbi vehemens hēmorrhagia eſt, validè adſtringentibus materiæ impetus retundi debet, quibus paulatim paſtilli commiſcentur, poſtremò ſolis paſtillis vtendum erit. Sunt & quæ ſequuntur, celebrata veteribus medicamenta, quæ quia ſanguinè ſupprimunt, ἰσχαμια appellarunt. Chalcitidis ʒ. 16. alij 8. mannæ ʒ. 12. terebinth. frictæ & a ceto extinctæ ʒ. 12. trita omnia inſperguntur locis vnde perfluit ſanguis, quanquā & ſuccis, & liquoribus, & gummi compingi poſſunt. Datum Ario à Dioſcoride Tharſæo mirificè ſanguinem ſiſtit. Chalcitidis ʒ. 8. mannæ ʒ. 16. contunduntur, cribrantur, & miſta in pyxide çrea reponuntur. Vbi vſus poſtulat gypſi crudi triti par modus cōmiſcetur. Heraclidē ʒ. malicorii accidi ʒ. 3. luminis ʒ. 4. chalcitidis ʒ. 1. teruntur omnia in linamento tortili, narib. induntur & locis aliis vnde emanat ſanguis. Aliud. Chalcitidis ʒ. 6. mânæ ʒ. 2. terebinth. Colophonix ana ʒ. 4. Ad duntur hiſ ad cruſtas chalcanthū, miſy, auripigmentum, ſandaracha, calx viua. Debilior cruſta à calce viua & auripigmento, niſi aſtregēti materia coniungantur. Ferrū candens igni, çs, aurum & argentū cauteria ſūt. Sed ab auro & argēto mollior eſchara relinquitur. Celerius auxilium à ferreo cauterio eſt. E ſubere vel ſpōgia orbiculus tenuis feruida pice immergitur, & ita calens hēmorrhagię appingitur. Alij malicorio, galla, radicibus aſtrectoriis priùs ignitis cruſtas efficiunt, recentiorū eſcharotica ſunt vitrioli Romani ſemuncia, balauſtiorū ʒ. 3. aluminis ʒ. 1. fiat puluis. Aliud. Colophonix ʒ. 3. boli armenæ ſequiçia, maſtiches, olibani, ſāguinis draconis ana ʒ. 1. ſed hoc ἰσχαμια optius quā ἰσχαμια dicatur. Vtūtur ſupprimēdo ſanguini puluere mēro, ſanguinis & aliis de quibus antea. Plura verò eſcharotica ex

rotica ex proximo capite repetenda. Vitriolis autem vtendum eſt, ſi cruſta fiat, vſtis & acerbò ſucco tinctis, ſi aliter ſiſtendus ſanguis eſt, vſtara enim aſtregēdi virtus exoluitur. Adhibitis remediis membrum ita collocari debet, vt altior ſit locus, vnde hēmorrhagia, reliqua parte quæ radici venæ proprior eſt, & veluti reſupino vaſe & decliui quaſi deorſum reſſuat ſanguis. Si vulnus eſt in eſt, hoc quidem ſuperius eſſe oportet, vt femur totum, quā inguenſpectat, paulatim committatur. Sit membrum in quiete & ea figura ſitum, in qua plurimùm conquieſcat, nec doleat, ac mitella confirmare manus & puluino crura melius eſt, æger quoque aduerſa parte decumbat. Inſtituatur vita vnde ſanguis acquieſcat, aqua potus & ſimilia, interdicator iis vnde efferueſcat, qualia vina quædam ſunt fortia & calida alimenta. Ac tum præcipuè hēmorrhagiæ cauendam erit in vlceribus, quum hæc intus exultant, natura, quæ in arteriis eſt commota foras, vt vitium quo premiſtur à ſe repellat. A forti in vlceribus pulſu inquit Hippocrates, profluuium ſanguinis. Sunt qui in hēmorrhagiis narium, quod in commentariis veterum ſcriptum inuenias, profluente ſanguine nomen ægri hominis & alia quædam plena ſuperſtitione in fronte ſcribant. Alij granum ſalis aduerſæ auri inſerunt, manūque frigida immergunt, atque ita ſiſti ſanguinem multa experientia profitentur. Nec deſunt qui idem promittant admota vitica, quam Græcam vocant cum ſale ex aceto trita. Nonnulli vtuntur millefolio. Quidam porrum præciſis ſummis foliis naribus admovent, & inſpirato halitu ſanguinem cohibent, linamenta porri ſucco imbibita naribus immittunt.

Superſticioſum.

DE PYROTICIS. CAP. 5.

Satis factum arbitror inſtitutæ rei argumento poſt adſcripta remedia: quæ parantur igne, & eo genere pharmacorum, quæ inde ὑπὸ πυρὸς nominant. Quorum vt memoria ſuperiore oratione ſæpenumero facta eſt, ita & plurimus vſus incidit, ac de iis oratio deinceps connectatur. Ita que duplici ferè ratione inuuant, nam vel eo adhibentur, vt vitam parti reſtituant, vel euincant vitia, quæ nullis aliis auxiliis expungentur. Ac priùs veteri ſententia decretum eſt, quæ non ſanant pharmaca ſanat ferrum, quæ nec ferrum, ſanat ignis. Atque commune hoc conſilium eſt in omnibus quæ nulla alia ratione poſſint ſaneſcere, vt vel vaſtentur igne, vel ferro per amputetur. Ac primum quidem medicamento curę periculum facimus, quod clementiſſimum eſt, deinde ferro exalpipimus, laceramus, compungimus, id que pauld durius, poſtremò acie reſecamus, vel delemus igne. In quo aſtrecta quidem & aſpera curatio eſt, & veteri ſermone, MALA MEDICINA eſt, in qua aliquid naturæ perit. Sed cr̄oſa medicum ne

Duplex vſus pyroticorum.

Sententia.

Medicamenta pyrotica.

Pyroticorum genera.

Ufus dropacii.

Modus vtilis dropacii.

cessitas facit, verum crudelitas blanda oratione quasi veneno leniri debet, & fabulis occupato ægro, stat factoque sensu exercenda est, eadem quoque seueritate vtamur in quibusdam notis & tuberculis, quæ pudenda corpori excrefcunt, & partibus nudis adnascuntur. Medicamenta ergo quæ aliquid corpori detrahunt, ea vel extergent atque discutiunt, vel latente igne depascunt. Quæ verò languentem vitam partim calore, partim spiritu recreent, blandiora sunt, quàm vt exurant. In quo tamen genere reperias quæ rubor iam moueant, quæ bullas excitent, quæ denique (si quidem diutius immorentur) tandem exulcerent. Atque hæc omnia, vt res & casus postulat, accommodanda sunt. Sunt igitur pyrotica *δρῶπαξ. σινηπισμὸς, φοινικισμὸς, καὶ θαιρετικὰ, σιπηρικὰ, ἐξαρωτικὰ*, ignis denique, & inde cauteria. Dropaces picationes vertunt, non è verbo quidem, sed *πιπρωτὰ πίτανα & πιπρωτὸς* veteres appellatunt, vnde Latina vox conuersa est. Alij etiam *δρῶπακισμὸς*: è pice & quarta vel quinta parte olei, quibus subduplum, plus minùs pipetis, & pyrethri, euphorbij & similium misceri possit. vnde melius calefacit, vt accepto sulphure, cinere sarmentorum, & sale siccando magis conuenit. Sic enim permisceri solent: quia tum dropax, tum sinapismus, adhæc phœnigmus eo sunt, vt refrigerata calfaciant, confirmētque partes, quæ partim frigore, partim assidua fluxione elanguescunt. Atque hic siccandum magis; in frigore qualitas ignis augeri debet. Alia quidem possunt plurima, hic tamen præcipuus eorum vsus est, & hæc in genere *μετασυκριτικὰ* veteres appellatunt, quæ videlicet exuccas, atidas & propè extinctas partes pristinæ naturæ reddant, & vt ita dicam, recorporent. Alutæ dropax impingitur vel linteis complicatis, quæ *πλύσματα & διπλώματα*. Græci vocant. Deglabratur cutis eraso pilo: dropacismus calens inducitur: idem subinde reuellitur priusquam refrigescat. Reuocatur pharmacum, dum inde efflorescat locus, & leniter extumeat. Nianium est, cum immoderato vsu pharmaci qui tumor prius existitit, idem subsidet, & qui erubuerat locus exalbescit. Hoc enim volumus, vt dropacis ope reuocata anima, pars quasi mortua reuiuifcat, ealorem suum ac spiritum recipiat, & iam proprio alimento perfruatur: postremò etiam corporetur, quæ confecta macie intabuit. Verùm alia celerius vitam recipit. Quæ breui rubet, & ignem concipit, ea celeriter instauratur: tardius autem, quæ ægrè recalescit. Desperatio est, cum neque frictione, neque perfusione & fotu tepidæ, neque dropace melius coloratur. Aliis satis fuerit, si tribus aut quatuor diebus adhibeatur dropax, nec id assiduè quidem, sed vno die: bis hieme, semel æstate. Aliis bis terte singulis diebus, nonnunquam rarius, tertio scilicet vel quarto quoque die affigitur, vt videlicet vel facilè cedit, vel contumax languor est. Ac tepida prius fouisse confert, vel sinigmate affricasse, quod aliquid thaplij, euphorbij, pipetis, pyrethri, radice capparis exceperit. Alij perficiant sabano, hoc est asperiore linteo, panno cilicio, vel simili qui asperior sit. Accommodata quoque folia ficulnea, pumex

pumex, os sapiæ, squatinæ corium, aliæque plurima, quæ asperitate ruborem trahant. Hæc autem iis qui ægrè reficiantur, & plusculum refrixerint. Ac tum quidem dropax affigitur: qui si pertinacius heret, quo iam tempore detrahitur, tepida foueri debet: quem cum detraxeris, surfurum decocto, eaque materia, quæ partim extergeat, locum fouebis. Non absimile dropacipicinum oleum quod *πικρὸν* quidam appellant, è pice liquida mistum & oleo. Contra glabreta & caniciem veteres vsi sunt. Sinapismus paralyticos coxarios, podagricos, inueterata rheumata, hemicranias, quæque caloribus inopia laborant, adiuuat. Caricæ vno die macerantur aqua, nonnunquam cappares, si grauius malum est, in leuiore casu & sensu acriore panis triticeus, multoque magis, si in solam superficiem agere oportet. Iam verò macerata materia contundi debet. In leni sinapismo, subduplum sinapi, in mediocri, æquale permiscetur. Acrior est qui duplum recipit. At sinapi subtilissimi læuigandum, & quo tempore vna cum reliqua materia pinitur, affundenda aqua, in qua caricæ illæ vel alia maderint. Sunt in veteribus qui acetum prætulerint: alij aquam, quod experimento didicerint sinapi vim acetum exolescere, cuius rei authores sunt Galenus & Oribalius. Eodem modo dropax vsurpatur. Si quis dolor aut feruor à medicamentis extiterit, tepida rosacei fotu, illitis cerati rosacei, cerusa ex aqua rosacea pista, & aliis generis eiusdem extinguitur. Phœnigmus rubore facto etiam vesicas mouet & exulcerat, vt ad eorum genus referri possit, quæ quia, illita exulcerant, vocantur *ἀμυκτικὰ*. Ex nasturtio sinapi, radice enulæ, bryoniæ, lepidio, columbino fimo, caprillo stercore, vnde *διακοπριυλις*, aceto pistis. Adhæc scylla trita, tunicis allij & nucleis, cantharide, vrtica, pulegio, ranunculis, thapsia, euphorbio, tithymalis, fæce vsta, metallis acribus, lacte ficulneo. Lac ficulneum ante maturitatem poni excipitur, siccatur umbra aperit, & cum axungia exterit verrucas. Quædam concepto igne eadem præstant, qualis est lana sordida bene carminata: admouetur igni dum vehementer incaleat. Assæ carnes & diuisa oua similiter assata vtraque calida imponuntur: reliqua verò, cum vis est, visco, melle, axungia vetere, terebinthina, cerato, acrioribus gummi & resinis, sapone, vt res exigit, & corpora vel mollia vel dura sunt, excipere oportet. Alia quæ friabilia sunt affricantur: emplastra verò imponuntur loco, qui prius palpatur manibus, exercetur ferulis, aut asserculis euerberatur: affricatur etiam, vt laxatis spiraculis medicamento virtus celerius penetret. Anacardia trita septem diebus macerant aceto, in eodem coquant: dum tertia pars aceti euanescat, refrigerari sinunt, excipiunt concha quod enatat oleosum. Id mel anacardinum est. Quidam eadem ratione macerant coquantq; ad dimidias, per linteolâ excolât, traiecto succo mel adiciunt, atq; ita coquant ad crassitiem: anacardia verò cocta in umbra siccant, & ad sinigmata reseruant. Alij anacardos conquassant sepeliunt melle, dū hoc vim anacardij satis cõceperit. Licebit etiã anacardia & hermodactylos in puluisculū terere & affricare.

Senapismus vsus. Materia sinapismi.

Confessio.

Utrum aceto, an aqua utendum.

Phænigmus.

Materia phænigmi.

Lac ficulneum.

Utendi ratio.

Mel anacardinum.

Sapo.

sapone & aliis. Fermentum aceto tinctum anacardino melle & causticis concorporatur. Puluisculus è sinapi, piperis, euphorbij ana ꝑ. i. infricatur, vel exceptus anacardino melle illinitur, & in sapone imponi potest. Sapo in causticis iure numeratur ab eo qui libellum scripsit de materia simplicium, quem falsò attribuunt Galeno, è sebo bubulo, caprino, veruecino, hircino, & lixiuio è calce, quod postea describemus, acriter relaxat, sordes corporis extergit, exsiccatur similiter nitro, mittitur in caustica. Aliis quoque rebus additis modo clementior, modo acrior parari potest, vt magis minusue siccet, calfaciat, extergeat. Nam quod capitellum vocant, vnde saponem faciunt, tum mollius, tum vehementius licet effingere. E ficus, ranunculorum, tithymalorum cinere fortius est, mitius autem è vulgari & vsitata foci materia. Adduntur sales pyrethri radix & capparidis, adduntur acria vnde vis saponis intendatur. E sebo vetustiore efficacior est. Quod si recens vsurpatur, & eluitur,

Cantharides.

Vnus phœnigmarum, qui exculantur.

& acria detrahuntur, moderatior sapo confici potest. Cantharidum pars ferè vna, & ad circiter quatuor partes axungie vnà conteruntur, post septimum diem molli pruna concoquantur, colantur, & ad phœnigmarum reponuntur. Ab horum plurimis breui tempore rubor fit, deinde bullæ excitantur, vlcus etiam, si diutius insisterint. Vesicæ configuntur, humor exprimitur, relinquatur vlcus per quod vitis omnino repurgetur, hac arte coxarij, podagrici, hemicranici, cephalalgici sæpè numero releuantur, repurgantur viscera, atque omnino corpus sordibus & excrementis liberatur: sexcenta denique vitia vetusta, contumaciâque percurantur. Verùm maturius detrahendum pharmacum quàm existant bullæ, si tantùm vita calorque refouetur, quia sic exhauriant, quod ad redintegrationem partis attractum sit. Et quæ perfrigeratum corpus calfaciant, duorum sunt generum, tenuiora alia, alia verò crassiore natura. Tenuioribus vtendum, vbi celerrimè excalfaciendum corpus, quod recens in alio sit. Crassioribus locus est in iis partibus, quibus paulatim calor elanguit, quia videlicet hinc tardius quidem calor corpori infertur, exceptus autem longius persistit. Tenuiora celerius permeant, sed inde fugax caliditas, & quæ paulò post dissoluitur. Tenuia sunt piper nigrum, albidum, sinapi, & quæcunque tusa in pollinem faciliè resoluuntur. Crassum est zinziber, & huic proximum piper longum, quæ nõ ita faciliè infriantur. In perfrictionibus vsitata Galeno ceratũ *δι'εὐφορίων* ex oleo tenui & calido receti euphorbio, adiecta cera, de quo ante libro i. capite de neruis, & dolore abudè disceptatũ est. Cathæretica sunt æs vstũ, arugo, squama aris, alumen crematũ puluis mercurialis, testa & terra furnaria testarũ, concharum, ranarũ, panniculorum, rerũ causticarum cinis, alia quoque in epuloticis, descripta. *νεμύδρα* vocat Hippocrates quæ excrescentè, putrem, callosã carnẽ exedunt. Sunt qui horũ loco suctu lógo, detrib. pinna detrahãt. Alij vinculis iniectis tabefaciunt, *ἀναερωχισμὸν* veteres appellant. Quidã nouacula excidunt, vel absumunt igne. Vbi alumen est cathæretica Ægyptiacum, & alia aqua siccante

Ceratũ.

Cathæreticã.

siccante & tergente, eiusdemque potestatis liquoribus dissolui conuenit. Oleum quod è vitriolo exprimitur siccando & extendendo efficacissimum est. Tubuli plumbei illiti medicamento conueniente, aristolochiæ gentianæque radix, spongia similiter illita immittuntur. Candelæ cereæ mista materia cathæretica configuntur atque introducuntur. Fistulæ argenteæ locis aliquot quasi fenestris peruiæ conformantur, quæ medicamenta iniicias, vt quæ parte peruiæ sunt, medicatus liquor diffuset, & vitium attingat. At hæc non nisi cum periculo perferat nudatus neruus aut spiramenta vasis quæ in partem læsam desinant. Pfloricon in melle Ægyptiacum, vitriolum, arrhenicum, sandaracha, arrhenicum in axungia. Atque hæc subiugecupla ferè sunt ad mel & axungiam, nasturtij & veratri albi par modum in pollinem resolutus. Quod sequitur ozænas, ægylopas, polypos & corrupta ossa summoet, sordidis putridis & serpentibus vlcibus exceptum linamento & cum melle imponitur. Lamponis est veteris medici, ex ære rubro nec sæpius conflato scobem colligimus, eiusque vaciam capimus, sales ammoniaci vel vulgaris torrefacti ꝑ. 2. & tantundem ammoniaci aluminis ꝑ. 3. aceti acerrimi ꝑ. 4. & semiss. Arida teruntur, aceto perfunduntur in vase ex ære rubro. Excoquantur omnia, & pistillo ex eodem ære circumaguntur. Alioqui in ardore solis sub Canicula continentur, versantur sæpius donec pharmacum exarescat, hic in mortario iterum conquassantur, & in puluerem minuuntur. Hæc in melle adhibentur, inspergantur cauis, & naribus inspirantur, vel per fistulas insufflantur. Hæc ferè in superficiem agunt, excrescentem carnem complanant, inutilem adimunt, leniter arrodunt, atterunt, verrucas, polypos tabefaciunt, absumunt. putria, pudenda denique faciei tubercula resiccant ac detrahunt. Ære vsto more veterum vtendum erit, eoque rubro, quodque attritum colorem minij referat vel cinabaris. Cum pari modo sulphuris, & salis fictili crudo inuritur, donec vas ipsum percoquatur. Spiramenta vasis circumlinenda sunt & obstipanda creta figulari vel argilla, ex quo fornaci omnia committi debent. Quidam pro sulphure alumen indunt, alij aceto solo sine alijs respergant. Vstum conterunt ac ferè lauant, sed minori affectu quàm vt cathæreticon habeatur. Vstum verò & elotum præstantissimum ad cicatrices remedium est. Quod seplasia ostendunt durum, nigrum solidum, crustaceum, longè recedit ab ære vsto veterum. Conuenienter cremandum est, nam & supra modum vstum nigrum euadit. Lanæ sordidæ obstipantur olla, quæ & cruda sit, & ore ampliore ea impleta lanis, figulari terra, gypso, glutine, sedulò obfignanda est, vt nihil hiet, nullis expiret rimis, ita fornaci data percoquitur. Succida lana ita cremata flaccidis carnibus respergitur, eaque liquat, ex antimonio cremato, cathæreticus cinis est, qui etiam absumit caneros. Quod ex eo & sublimato oleum elicitur, quodque è calce viuæ vitreolis, aliisque generis eiusdem feruentissimum esse consuevit. Hipp. siccatur salem subduplo melli mistum vrit olla noua

Lamponis ad polypos & serpentina vlcera remedium.

Cathæreticon vsu.

Æs vstum.

Æs vstum seplarium.

Lanæ sordida.

Antimonij cremati puluis tharoticus.

Olea calidissima.

Pulvis acris Galeni.

pulverem excrefcenti carni aut putridæ infpergit, fasciam arctius adalligat, vt vis medicamenti altius impellatur, id aliquoties repetit, perforato vitio locum aceto calido eluit. Admodum acris est pulvis qui fequitur. Sandarachæ, arrhenici, chryfocollæ ana, humidiora vlcera reficcant, maligna curat, excrefcentem carnem detrahit, exceptus melle cremari potest, vt tenuior euadat & minus affligat, etenim tenuitas partium efficit, vt vis ignis minus mordeat. Septica catharteticis acriora funt, exedentia vertunt, altius penetrant, tenellâ carnem tabefaciunt calore multo, non ita crasso corpore. Arrhenicum, sandaracha dryopteris chryfocolla, pityocampe, aconitum, fanguis equi admissarij: sed hæc ferè cum catharteticis permiscuntur. Nam hæc acriora septica funt. Escharotica vt nihilo plus caleant, rodunt tamen acrius crassiore materia. Eaque duris & callosis corporibus conueniunt, vt septica mollioribus. In escharoticis calx viua, hoc est, recens, nec conspersa aquis:

Vfus septicorum & escharoticorum.

Escharoticorum proprius vsus.

Contia.

De ratione applicandi escharotici.

vini fax cremata & aceti, quæ secundum mensuram non superat. Atque omnino septicis iuncta adstrictio, quæ acrimoniam non eluat, crustam faciet. Vtriusque generis septicorum & escharoticorum vsus est in solutis vlceribus, quæque nimio humore fluant, putriliginosis, depascentibus, & vbi ex intemperie partis ad cicatricem non veniunt. Escharoticis peculiariter vtimur in cancri, carbunculis, hæmorrhagijs: sed paulò ante quàm hæc adhibentur, frugalitas vita, frigida liberaliter pota, vini abstinentia, alimenta refrigerantia, multò magis febris vel iam subest, vel in metu est, instituantur. Neque priùs ea ratio vitæ commutanda, quamuis ignis omnino acquiescat. Frigida quoque continetur ore, si naribus genus hoc remedium immitti debet. Contingit aliquando vim caustica dilui, quia ea parte, cui inferitur multus humor, isque frigidus & aqueus colligitur: hic ergo remedij potentia augenda est. Est cum vim ignis altius penetrare oporteat, quæ tamen obiter retundatur, quia non ita aperta via est, atque ita resistans medela sensim elanguescat. Hic ergo si nihil prohibet, via ferro faciendâ est, & intrò cõpellendâ remedia in eum locum, qui igne affligendus est. In expositis partibus regio quædam circumscribitur nucali testa, umbilico è cera facta vel re simili, quæ suis marginibus cõstans pateat in medio, quæ scilicet ignis summittatur. Aliquando etiam vbi latius explicanda medela est & amplianda crusta, escharoticon nucis alucolo includitur, vt totum ventrem eius compleat, atque ita imprimitur. Eadem ratio in alijs machinis, quæ vel angustiore ambitu, vel ampliore ventre confingi possunt è cera, lignis & radicibus. Alioqui emplastrum paregoricon in platysmate extinditur, platysma meditullio decussatur, quæ escharoticon pharmacum inferas. Rursum aliud platysma escharotico superdatur, plagulæ quoque & fasciæ adalligantur quæ contineant. Atque hæc ovi candido & rosaceo mistis inculcantur, totaque vicinia linteis cõstipantur, quæ in eodem liquore oui & oleo inquinaueris. Septon.

Z. sandar.

Z. sandarachæ, auripigmenti ana ʒ. 2. calcis viuæ, mannæ, thuris, aristolochiæ ana ʒ. 6. pumicis, resinæ, ana ʒ. 4. iridis ʒ. 2. teruntur omnia. Aliud. Arsenici ʒ. 1. calcis viuæ ʒ. 2. diebus triginta in aqua mersa tundere oportet, idque in sole, aut certè igne, bis quotidie aqua mutanda est: siccatur pharmacum, & vsui reponitur. Aliud. Sandarachæ, auripigmenti, calcis viuæ, pumicis ana denar. 4. eadem macerantur arte. Aliud. Squamæ æris denar. 4. sandar. denar. 2. elleb. nigri, aluminis, al. auripig. ana denar. 1. leuigatis vtitor. Aliud. Squamæ, sandarachæ, auripigmenti, ellebori nigri, feminis viticæ torrefacti ana donar. 1. cum rosaceo tritis vtitor. In serpente & humidiora vlcere vtendum arido: in cancro & stuma cum rosaceo subactum adhibetur. Atque hæc ferè materia septicorum est, quam exuras, eluas: cerato & alijs temperare possis. Excipiantur œsypo, butyro, axungia, salina, alijsque generis eiusdem, vnde acrimonia retundatur. Elleboro magna vis inest contra callos: iniectus fistulæ ad tertium diem calum adimit. Iniiciendus è lixiuio acris, aut ea aqua in qua acris metallica elueris. Interitur priùs, & in sextuplo liquore iniicitur. Pulvis eiusdem excrefcentem carnem atterit. Iam verò callus est dura & compacta caro, vnde pars stupet, albicat, pallet, & ita stringitur, vt non expiret. *Επιτομικά* sunt quæ callos detrahunt. Oppugnantur calli primùm quidem malacticis, deinde causticis, postremò ad ignem ferrumque decurritur. Eraduntur vnguibus, lacerantur scalpis, excinduntur cultris ad viuum, quòdque reliquum sit caustico remedio absumitur, vel candenti ferro affligitur: at fluxio reprimenda priùs quàm execetur callus. Exciso callo tepida fouetur locus, repurgatur melle & ærugine si qua sordes extiterit, & ad cicatricem abluatur aqua, in qua alumen diffluxerit. Estilotica sunt scylla cocta & cum calce trita, nitrum, sal, torrefacta, fex cremata veteris acrisque vini, fex aceti, cortex salicis vitus & aceto pistus, calx cremata cum pueri impubis vrina, erugo melli, sali, thuri equaliter mista. Calx irino vel ligustrino cerato capta: testa terræque farnaria, pumex crematus, ex aceto trita omnia: nasturtij farina aqua subacta, bdellium pingue cum melle, ammoniacum aceto sulum cum pari ærugine: radice lili cinis, erugo cocta leuigata, amygdala è melle trita. Squamæ vnciam vnâ, æruginis denarij 2. cerati lentiscini vel mastichini ʒ. 8 plus minusve. Harpax mistura cum modica ærugine: est autem Harpax mistura è viujs, calce & sulphure. In callis laudatum est Galeno oleum lentiscinum, quia mollit, digerit, astringit & reprimat: quæ omnia difficili vlceri opus sunt & oris induratis. Terebinthinum similiter & mastichinum. *Σιά χαλιπέως* aucto modo chalciteos fluxionem reprimat, quæ cillum fouet & hunc exterit: accommodatum est duris naturis. Itaque in fistulis quæ fluxione & duritie laborant, duæ partes medicamenti duabus partibus olei diluantur, atque oleum mediæ ætatis esse conuenit. Constat remedium multis experimentis. Galeni, quod ita in rem præsentem parandum est. Lyth.

Materia estilotica.

Harpax.

Olea qua calli conueniant.

olei veteris an. ζ . 3. axungia veteris ζ . 2. chalciteos ζ . 4. quinque, sex, (vt sunt corpora dura vel mollia, parentur) cætera vt prius: ita diluatur oleo, vt liquidum infundi possit. Atque oleum lentiscinum, mastichinum, ad eam rem idoneum est. In exposito callo solidius esse oportet. Elithargyro, chalcitide, ærugine, squama, oleo veteri & aceto *ἐπιλωτῖμα* ferè compegit Asclepiades. Megetis singulare remedium. Ammoniacum aceto dissoluitur & pari ærugini permiscetur, quæ si difficilius vnientur, oleum quod conueniat addi potest: alioqui loco æruginis Ægyptiaca ammoniaco misceantur. Atque hæc vt nihil initio effecisse videantur, perseuerandum tamen: semel enim, & nec opinante medico perficient quod velit, id quod in emplastro *διὰ χαλιπτεως* Galenus testatus est. Ectiloticon Asclepiadis. Lithargyr. ζ . 1. olei veteris ζ . 2. & semis, æruginis, chalcitidis, squamæ, ana scrupuli 2. aceti denarij 6. Aliud. Lithargyri selibra, olei veteris lb. 1. chalciteos ζ . 2. squamæ æris vncia vna, aceti vnciæ duæ & semis. Aliud. Lythargyri selibra, squamæ, chalciteos, æruginis ana semuncia, aut vt sit fortius ζ . 1. aceti ζ . 3. & ζ . 6. olei veteris lb. 1. & ζ . 4. Lithargyrus oleo coquitur ad crassitudinem, deinde squama leuissimè trita inspergitur, assidè mouentur: hic vas foveo subducitur, ac refrigerenti pharmaco ærugo & chalcitis ex aceto trita paulatim immittuntur, & circumducta spatha permiscetur: coquuntur iterum dum non contaminent, postremò traducta in mortarium circumaguntur, subiguntur, vnientur probè & ad vsum reponuntur. Durorum corporum medicamentum est, quæ callum contraxerint, nec facillè cicatricem trahant, excrecentem carnem reprimunt, crudis vlceribus conuenienter adhibetur, postremò fluida & diuturna inuat. Sed initio quidem malactico temperare præstat cælypo, & eo cerato, quod inde comparatur, butyro, medulla cerai & alijs id genus. In summa hæc obseruata medicis in curando callo, vt is paulatim molliretur, incideretur. Atque hoc nomine reprimens auxilium ferè miscuerunt, quia in callos humor aliquis, veluti mali fomes illabitur. Adde quod, quæ malactico, & laxante pharmaco soluta sunt, confirmare oportet, & hinc quoque reprimentia commiscetur. De callo, qui ossibus adnascitur, superius abundè scriptum est. Tophi verò, quia lue venerea relinquuntur, iisdem quoque remedijs curari debent, nisi contumacijs repugnent. In his enim & breuissima & tutissima curandi via igne perficitur, multò magis si suspicaberis tunicam adnatam ossi, & inde os aliquid vitij contraxisse. Quod si sit, blandiorem illam curandi artem, quæ tophum mollit, secat, discutit, & frustra & cum periculo adhibeas. Hoc loco igitur malum malo medicari oportet. Cauterium topho accommodatū condatur prunis, dum vehementer micet atque excædeat, neque enim rubere fatis est, vt neq; leniter transcurrere tophū & molliter attingere. Etenim immisceri corditer premendus ignis est, inurendus tophus, vt iam ostendit oculis exponi possit. Malo nodo, malus cuneus querendus

Materia contra
callos Asclepi-
adis.

Ectiloticon A-
sclapiadis.

Alia ectilotica.

Ectilotica quibus
generibus phar-
macorum mis-
ceantur.

Tophi à lue ve-
nerea.

rendus est, vt est in prouerbio, raroque crudele malum nisi crude-
li malo depelli potest: exusto topho cura quedam ossis ineunda est, *Crudele malum
crudeliter depel-
endum.*
sed tum maximè eum induta crusta exciderit, videndumque ne
quid arrosum, putre & cariosum extiterit. Hinc ergo ad ossium
medelas recurrendum, si qua ramenta decesserint, cura sit, vt par-
tim frugali vita, partim siccantibus remedijs intabescant, sic enim
sponte sua excident. Ac remedia illa, quæ siccant, iam antè cōme-
morata sunt, & postea describentur aquæ fortes, & alia generis e-
iusdem. Verùm naturæ corporum partiumque habeatur ratio, ce-
tenim cum cruris articulo, quam cum mediâ tibia clementius a-
gendū est, neque enim vim ignis thorax sustinet, quàm femur me-
dium tolerare possit. Sed de his antea capite de Aperienda Vomica
disputatū est. Fit aliquando, vt excrecant ossa atque supra mo-
dum emineant, *ἕξωστέεις* nominant voce ambigua, vbi pleraque
frustra instituas, quæ tophis adhiberi solent: escharotica è mate-
ria septica conficies mistis metallis acribus, quæ crassa & adstrin-
gētī potentia prædita sint, vt firmior trahatur crusta, qualis est cad-
mia, calchanthum, chalcitis, vitrioli genera omnia cruda, quia sci-
licet vstura tenuiora fiunt & adstringendi vim deponunt. Cruda
igitur & intrita salua hominis vel aceto subigenda, cocta verò cru-
stam infirmius contrahunt. Septa permiscenda aut cremata crudis
cūm altiùs imprimenda crusta. Verùm celerrimè operatur ignis, *Ignis.*
siquidem æger perferat, atque is varijs modis adhiberi potest. In
quem vsum tubuli lignei, canales ænei, ferrei, argentei variè con-
finguntur, aptantur cannæ & pennæ scriptoriæ, vt extrema parte
in æquabilem circulum circumscribantur. Ea pars imprimenda
loco, quem vrere necesse est, aqua feruida per tubulum infunditur
contra clauos & verrucas. In ea aqua althææ radix, tragacantha,
chamamelum, hyssopus, pulegium, quæque molliant, incidant, di-
scutiant, concoqui possunt, vt non solo igne sed alio quoque ge-
nere curandi vitium pertentes: aquæ loco, oxycrato, oxymelite,
vino & alijs vt datum est. Archigenes in Ægylopaliquatum plū-
bium & feruens per iufandibulum instillabat: alij vtuntur vitro. *Archigenes ad
Ægylopal.*
Sed machinas quibus hæc omnia infundantur, corniculorum mo-
re patere magis necesse est eo extremo, quod dehiscit foras, quæq;
medicamenta cauo immittuntur, ne si quid diffluat. In nudas par-
tes elabetur. Aliter quoque lana sordida specilli nucleo adalliga-
tur, feruente oleo vel butyro intingitur, atque ita imprimitur lo-
co. Fortius est si è vitriolo, calce, antimonio, & vocato sublimate,
aliisque id genus extortum igne & chymicorum arte oleū fue-
rit, aut minore impendio hæc eadem materia oleo inferbuerit.
Sunt qui nucali testa, voluta cochleæ, crusta panis, oui cortice inu-
rant. Alij è radice Aristolochiæ, gentianæ, struthij, ramento
myrti, buxi & alijs id genus cauteria effingunt. Continentur o-
mnia in prunis, dum carbunculent. In ore, nare & alijs parti-
bus eiusmodi, ne quid obiter violes, enodi canna vel calamo scri-
ptorio vtendum est: atque hæc primùm inferuntur, cuius

extremā parte laboranti loco infideant, tum per eadem tenue fer-
ramentum candens inferendum, atque ita inurendum malum
est.

Vfio Arabica.

Vfione Arabica exemplo veterum vfa est posteritas, vaccinum
cauterium quidam appellant. Dioscorides in eo interstitio vbi
pollex brachiali committitur, caua veluti lacuna subfidet, in
qua lana oleo imbuta substernitur, deinde caprillum stercus fer-
uidum sæpius imprimitur volsella captum vel forcipe, donec va-
por per brachium ad coxam sentiatur peruenire. Melius Antylus
Plinius & Arabes cauum illud, quod paulò infra vnguem sub pol-
licee pedis est, eo stercore inurunt, donec vis ignis halitu per ti-
biam & femur grassante in coxam penetret, hoc enim vsturæ genus
coxarijs inuentum est. Alij stercoris loco hermodactylos & ra-
nuncolorum folia adalligant. Quod videntur imitari leniore qui-
dem remedio, qui lenticulam aqua feruente plenam pedibus ad-
iungunt, vt plantæ calorem ignis concipiant, atque hinc vapor
per totum membrum ad coxam transmittatur. In ea aqua pluri-
ma concoquunt chamamætum, melilotum, anethum, ebulum,
maioranam, chamæpitym, maluam, althæam, & alia id genus que
leniant, incidant, discutiant. Ouillo fimo, caprino, & alijs gene-
ris eiusdem ad vstiones similiter vti licebit. Commutandum sub-
inde fimum est, priusquam deferbuerit. Auro & argento leniùs,
ære & ferro acriùs inurimus. Ferro vtitur Hippocrates in carne,
fungo in neruo & oste, siquidem legitimum opus est Hippocratis,
quod *ἐπι τῆς ἐντος παθῶν* inscribitur, vbi buxeis fufis oleo feruente
tinctis & fungis hepar inurit. Omnino autem magnitudo vitij
& natura partis cum vi remedij conferenda est. Cæsim, punctim
cauteria imprimuntur, adiunguntur longiùs, latiùs & in circulum
circunferuntur vno loco vel pluribus, semel ac sæpiùs transcur-
runt: tantùm & leniter attingunt, vel diutiùs insident: vi maio-
re imprimuntur, vt natura morbi, corporum & partium susti-
net, ex quo variè cauteriorum formæ inuentæ sunt. Muniuntur
vicinæ partes, vt ne vis iusto latius proserpat, oui candido &
rosaceo, mucagine psyllij, cerusa è rhodostagmate lota, & ijs om-
nibus, quæ quia phlegmonem prohibent *ἀπλεγμαίνοντα* Græ-
ci nominant, eaque in splenijs & linteis adhibentur. Crustas
autem nutare priùs quàm detrahantur, & veluti maturitate qua-
dam cedere oportet. Alioqui vis afferri solet, ex quo profun-
dum vlcus relinquitur, hæmorrhagia commouentur, dolor, flu-
xio, inflammatio denique irritantur.

*De crusta detra-
henda.*

*Qua crusta de-
trahunt.*

Tempestiuè deduci possunt butyro, iostagmate vel rhodostag-
mate loto, adipe anserino & gallinaceo, farina tritici in porri
vel rutæ succo, lenticula cocta & cum melle mista, oleastri foli-
ijs cum melle litis, sulphure trito ex oleo, contusis nucem
intraneis, porri foliis salua pistis, lacte cum melle cocto, al-
bo stercore canino, cinere vstarum hyrundinum, aut cochlea-
rum terrestrium, crematis minore centaurio, dracontio, ster-
core.

core humano, chalcite trita & subtriplo melle, vel chalciteos vn-
cia vna, ireos semuncia, adhibentur per se, & cum melle. Nu-
trita l' thargyro & vsto butyro, radice ononidis, columbæ fimo
cum melle, quod & carbunculos scarificat. In summa, deter-
gente simul atque incidente materia, aliquando etiam molliente
& paregorica, ac breuiter quæ valdè sordida & contumacia vlce-
ra repurgant, eadem crustas derrahunt. Abstinentum hac parte iis,
quæ adstringant. Quod si pertinacior crusta est & adstrictior, inusta
caro sordem includit, atque hæc inclusa periculum aliquod denun-
ciet, quicquid est inustum scarificare conuenit, sic enim sordes a-
perta via defluent. Recentiores chirurgi in septis numerant stup-
pas connabinas in cinerem versas, hermodactylos, anacardia, bryo-
niæ radices, alumen, vnguentum apostolorum, vitrioli genera, cu-
profam, quæ pro chalcantho, chalcitide, misy & soty vsurparunt.
Ad crustas crudis, ad excedendum & vim septicam vstis vtendum
magis. Addunt æruginem, vnguentum viride, ægyptiacum, trochi-
scos è calce. Calcis 3. 4. terantur cum melle non tam multo quidem,
quàm in purgantibus dictum est. Satis fuerit modo trochisci inde
cocant, qui capsula figulina ordine collocati, & clibano dati eo cre-
mentur, vti in cinerem abeant. Aliud. Succis radicis asphodeli vnc.
6. calcis viux. vnc. 2. auripigmenti vnc. 1. arida succo immersa sub
canicula persolentur, dum squalcant. Alij trochisci cancos absu-
munt, & polypos narium. Calcis viux, arsenici citrini ana 3. 2. vi-
trioli, æruginis, aluminis ana 3. 1. gallarum, acaciæ, balauftiorum
ana dimidium drachmæ, teruntur omnia in mortario aëneo, quod
sit expositum igni, vel ardori solis, respargitur aceto, eoque a-
cerrimo, idque subinde repetitur, & acetum nouum refundi-
tur, quinto die trochisci fiunt, siccantur vmbra, loco sicco &
frigido reponuntur, qualis est patens Aquilonibus. In vsu, vi-
no diluantur, & in linamentis adhibentur. Cantharidum ven-
tres fermento cogunt vel sebo. Sed à cantharidibus vrinæ ardor
metuitur, nam & hæc illitæ capiti, genus hoc mali inferre possunt,
cui gargarismus è lacte, & ex eodem infessio remedio est. Sub-
limati (quod vocant) plurimus vsus est, sed paucum, vtantè di-
ctum est, plurimo butyro, adipe, æsypo temperandum est duo-
decuplo, & aliquando vigecuplo in adipibus septicus est è ranis
viridibus, quæ sint familiares sapibus & arboribus. E natatrici-
bus non ita calet. Quæ sequuntur ex quinto de compositione me-
dicant. *ἔξ ἧν* transfulerunt. Niger pastillus Andromachi Malico-
rij denar. 10. aristolochiæ rotundæ, gallæ an. denar. 8. aluminis, a-
loës, ana. denar. 4. myrrhæ, calcanthian. denar. thuris denar. 4. colli-
guntur vino, & ex eodem dulci in vsu dissoluti debent. Al. Sandara-
chæ, auripigmenti ana denar. 2. mannæ, thuris denar. 4. tritis vti-
tor. Sandaracha rara est, nisi venas illas colligas, quæ veluti linea
quædam rubra arrhenicum transcurrunt. Plurimos verò finges
pastillos hac ratione ferè dupla calce, subduplo arrhenico, mista
parte aliqua gallarum, thuris & aluminis. Trochisci de arrhenico

*Recentiorum re-
media.*

*Trochisci è cal-
ce.*

E succo sphodeli.

Alkadicon.

Cantharidi.

Ranarum adeps.

*Pastillus niger
Andromachi.
Sandaracha ma-
teria pastillorum*

Trochisci

recentiorum. Calcis viua ꝑ. i. auripigmenti rubri & citrini, alkali, acaciæ ana felibra, trita miscentur cum capitello. Est autem sal alkali, quantum coniciio, genus quoddam salis, quale veteres fingebant è quercu, corylo, trunco harundinis carbunculis & aqua dulci vel marina coctis, salem nigrum appellabant, aut quod posteritas è brassica marina facit, quanquam & è beta & nitrosi plantis comparari potest. Alioqui torrefactum salem cum hydrargyro tandiu pistillo volutabis, dum sal nigrescat, alij aliter alkali interpretantur. Capitellum ita fit. Calcis viua, salis ammoniaci ana ꝑ. i. trita subigantur lixiuio è fabaceis scapis, deponuntur olla, quæ è fundo hiet angusta rima, aliud figlinum subiicitur, in quod lixiuium paulatim distillat. Vas vtrumque in diem septimum initio defodi debet. Ex eo lixiuio & sebo vt ante dictum est, fit sapo, cathæreticon septicon, & lene escharoticon capitellum est. Alij tres partes cineris fabaceorum, vnam viua calcis subinde perfodiunt aqua, diu conuolant, & per quasillum rarum transcolant. E ficulneo lixiuio, tithymalino, & omnino è materia caustica capitellum acrius esse potest. Est apud Paulum simile quid capitello, *κωλια σαπωναενω* appellat lixiuium saponarium interpretari licet. Aliud quoque capitellum quod fistulare vocant, arrhenico, sublimate, vitriolo additis, vt vnà cum aliis in lixiuio extillent. Sexcenta id genus è materia, quæ fistulis conueniat, effingi possunt. Sed vt redeamus ad pastillos, horum vsus est in nomis, phagedænis, fistulis, rheumaticis & malignis vlcerebus, reduuis vnguium, putredine narium & aliarum partium, polypis, ozænis, condylomatibus, putrescentibus gingiuis, excrecente carne, gangrænis & aliis generis eiusdem. Sed omnino partium corporis & vitiorum habeatur ratio. Vis acrior obtundi potest tribus pastillis, & triginta vel quadraginta diebus insolatis, perfusisque frequente aqua, eaque saepius commutata, aut si non datur vti sole, subinde perfundatur aqua, eaque vel simplici, vel rosacea, aceto, vino & aliis, vt res exigit, siccetur, atque iterum proluantur, eaque tandiu reuocentur, dum dilutam satis exoleuisse acrimoniam perceperis. Aliquando miscentur melli, & vnà comburuntur, aliàs cerato diluuntur. In fluidis & humentibus vitiis galla, malicorium, alumen & alia, quæ siccant & reprimant, commodè temperantur. Atque omnino tutius est à leuioribus ad aciora sensim progredi. In humido & sordido vlcere pinguibus abstinentum, arida insperguntur. In calloso & squalente vitio sicca pinguibus excipi debent. Septica faciunt Arabes, quæ à Græcis descripta sunt, & alterum genus relinquunt, quod humido calore cum fœtore partes corrumpit. Quæ ex hydrargyro fiunt, præcipitatum sublimatum, cinabrium, solani succo, brassicæ limonum & aliis attemperant. Licet etiam quod veteres factitarunt, non tribus sed (quod proximè dicebatur) triginta & quadraginta diebus terere in sole sub canicula, vel loco calente bis aut saepius, quotidie mutata aqua, vt vi tiatis partib. & corporibus accommodetur. Minus micis metallicis, è sterili gleba plumbi, è cerusa

Sal alkali.

Capitellum.

Lixiua saponaria.
Capitellum fistulare.

Pastillorum vsus.

Vn pastillorum quomodo obitus datur.

vsta, quod alij Syricon, alij Sandicem vocat, ad epulotica potius referendum. Quod verò è sulphure & hydrargyro factitium est, in causticis censerit debet: sed de his antea: vsurpant præter hæc aquas fortes, & vt dicunt, Alchymistarum ex rebus acris, stercore gallinaceo, columbino, arrhenico, aliisque id genus, vt quibus aurum ab argento, metalla à metallis separant. Salis ammoniaci, auripigmenti rubri & citrini, cuprosæ, æruginis ana, trita in alembicum vitreum bene stipatum luto & vndequaue clausum deponuntur, quæ vbi lento igne concaluerunt, liquorem reddant, sed qui primum defluit, vel abjicitur, vel in alembicum repetitur, hic ignis augetur duplo, qui secundò fluit, fideliter reponitur. Alij ex aluminis rotundi, vitrioli Romani an. ꝑ. i. salis, nitri vel crematæ facis aceti sesquilibra aquam eadem arte eliciunt. Hæc callosis corporibus idonea sunt, & ossibus. Suspecta in naso, labris, palpebris, digitis & pudendis, mollibus atque exiguis partibus vbi vena, arteria, nervus insignis est, ac primum quidem minimum si quod imponitur, deinde vt res exigit, & ferunt corpora, augetur. Ac iam constare arbitror, pyrotica omnia modo mixtura, modò vstrina & lotura retundi posse. In mixtura oui liquor, psyllij mucago, ceratum rosaceum, vnguentum album, dialthæas, emplastrum è mucosillaginibus, & alia propè infinita, quæ ad mediam naturam veniunt, quæ refrigerant, molliunt, vsurpari debent. In vstura ignis est figlina cruda, pasta & alia, de quibus antea. Eluuntur aqua, aceto, vino & aliis generis eiusdem. Neque hoc in dubio est, vacuatis ac iam repurgatis corporibus pyrotica adhiberi, quo iam tempore à lenioribus auxiliis desperatio est. Postremò leniendæ partes, quas vis ignis exasperauit.

Aqua fortes.

Vbi suspecta aqua fortes & alia id genus.

Quibus tempera Pyrotica.

Finis Operum practicum Hollerij.





THERAPIA

PVERPERARVM.

AVCTORE IOANNE

LEBON HETROPOLI-

tano, regis & reuerendissimi Cardi-
nalis Guisiani Medico.

GRAVIDAE VT REGENDAE.

SIc igitur regendæ & gubernandæ sunt, quæ gerunt utero, maximè verò, quæ nondum pepererant, & quæ primos edituræ sunt fœtus, ne intempestiuè pariant: ne venter rugis indecorus & scatens eas viris suis ingratas, parum amabiles & abominandas reddat: ne mammæ in maiorem molem extendantur, aut molliores effectæ, & variis obnoxia morbis fœdiores fiant: iis potissimum, quæ fœtus suos non alunt, sed aliundè nutrices alendis & lactandis puernis suis idoneas exquirant: simulatque igitur suspicabitur mulier se utero gerere, suis sic medebitur mammis.

NE MAMMÆ GRAVIDARVM
augeantur.

Rec. foliorum hederæ terrestres, saluæ minoris, vincæ peruinæ an. m. j. bulliant in pari portione vini & aquæ ad consumptionem medietatis, in fine cum ab igne auferatur, adde aceti ℥. i. fiat fœtus mammis cum panno lineo vel purpura, vel, ℥. aquæ saluæ, aquæ peruinæ ana q. s. abluc mammas calidè bis in die.

GRAVIDA

GRAVIDA ICTA AVT LAESA,
aut percussa in ventre.

SI fortè fortuna contigerit mulieri ab alto decidere, aut rei cuiquam duræ obuiam fieri, aut aliunde læsam, ictam, & percussam periclitari, aut suspitio sit immaturi fœtus à causa procatartica, hanc semen, vulgò *germen* dicitur, ex sex ouis gallinaceis collectum vino albo dissolutum calidè epotum summoperè iuuabit: idque sex dierum spatio singulis matutinis repetendum: quo interim tempore quiescendum erit, & ab omni violento motu abstinendum. Eadem cautione, tu siss, stertutamentum, clamor, ira, fletus, cantus, Venus immodica, cibi & potus repletio, calida omnia, diureticaque vitanda. Aquilæ lapis collo appendendus, & renibus illud admouendum emplastrum, quod postea descriptum reperies, vbi agetur de mulieribus, quæ fœtus suos ad perfectum maturationis tempus non perferunt.

NE RUGIS FINDATUR GRA-
uida venter.

AT cum fœmina moueri fœtum perceperit, tum maximè animaduertendum, & cauendum, ne sua mole puer sic ventrem distendat, vt disrupta cute circa pubem, vlcera multa fiant, & fissuræ, quæ à partu viæ coalescentes cicatrices, vt rhagades, fœdæque & indecoras rugas per vniuersum ventrem sparsas excitare solent, vt plurimum, quibus vitis sic occurrì commodè poterit.

℥. 30. pedes arietinos, confractis omnibus ossibus bulliant ad perfectam concoctionem: quibus refrigeratis sume quicquid pinguedinis supernabit, & cum sufficienti quantitate ceræ albæ absque ebullitione liquefiant, colentur, panno lineo mundo, & abluantur diutiùs aqua rosarum, & vnge ventrem bis die, donec ad nouum mensem fuerit. Vel,

℥. pedes arietinos 30. omnibus ossibus contritis, post perfectam concoctionem sume, quod supernabit pingue, cui adde spermatis cæti ℥. 2. vel potius ℥. 2. axungia cæti & anseris ana ℥. 1. β. axungia suis castratæ ℥. 3. axungia ceruinæ ℥. 2. butyri recentis ℥. 1. β. liquefiant omnia simul in vase vitreato facta colatura, post refrigerationem tam diu abluatur aqua rosacea, donec albescant, vnge ventrem bis die, tempore, & loco. Aut,

℥. pinguedinis anseris ℥. 2. axungia cæti ℥. 2. β. seui equini ℥. 1. β. axungia canis & suis castratæ ana ℥. 2. pinguedinis pedum arietino-

rum, prius præparatorum quart. i. hæc omnia liquefacta & colata abluat aqua rosarum donec albescant, fiat litus, quo illinatur venter bis in die. Vel.

℞. axungia ceruine, pinguedinis pedum arietinorum, vt prius præparatorum, butyri recentis, spermatis cetæ an. ʒ. 2. simul liquefiant, colentur, abluantur diutius aqua rosacea, aut aqua odorata: illinatur venter bis in die, donec peruentum sit ad nonum mensem.

Post ventris à præscriptis vnguentis vnctionem, ferenda est canina pellis sic præparata. Accipe pellem canis arte coriacea optimè præparatam, quæ sæpius aqua rosacea abluatur, vel alia aqua odorata, sic abluta exsicceetur in umbra, deinde eam sic adaptato, vt totum ventrem vtero gerentis amplectatur, quàm priusquam adimoueas, in sequentibus oleis madefacito.

℞. Olei amygd. dulc. olei hyperici, olei myrtill. singul. ʒ. i. ʒ. abluantur optimè hæc olea aqua rosata: in his oleis per noctem infunde pellem caninam, vt antea paratam, eamque diligenter manibus perfricato, & post in solis umbra exponito per duos dies, ac tandem ad ventris formam aptato. Hanc ferat grauida post vsum præscriptorum vnguentorum. Ita enim venter puerile pondus citra læsionem ferre poterit ad nonum vsque mensem. Apud vnguentarios venditur pellicula hæc præparata, vel caprina, quæ ex Hispania & Italia adfertur, stomachoque & vtero scutorum loco imprimis auxiliatur thymiamate odora, & vulgò suffita appellatur.

CAVSÆ ABORTVS, ET
prophylactica.

CONTINGIT nonnunquam vtero gerentes ante parienti tempus fœtus improsperos in lucem edere, idque à causa procatartica, vt ante dictum est, aut ab intemperie humidior totius corporis, aut earum partium tantum, quæ generationi sunt dicata, aut eorum vinculorum & acetabulorum, quibus embryon conseruatur, velut alligatus in vtero, quæ si rumpi aut laxari præ nimia humiditate & mucositate copiosiore contingat, fœtum grandiorum ac grauiorem ante tempus elabi necessum erit: hoc etiam fit interno ore vteri plusquam par sit hiante, malacia quoque infestante (cui commodissimè medetur vinum absinthites) id ipsum pariter contingit ab intemperie calida vteri: cuius intemperiei calidè est dilatare: maximè verò cum humiditate habet coniunctam, immaturus quoque partus accidit, si antea difficiles aliquot & molesti partus præcefferint, à quibus amplior, ac imbecillior factus sit vterus: fiunt autem huiusmodi partus intèpestissimi, vt plurimum octauo mense, nonnunquam quinto & sexto, rarè aliis mensibus, quibus statim maxima cum industria succurrere oportet.

Nam

Nam quæ ante tempus semel pepererunt, eodem penè solent parere tempore, nisi summa cum diligentia præcaueatur. In Scotia heroinæ sertum tanacetii admotitant pudendo frequentissimè cum felicissimo successu, quod vt grauius oleat, astringunt manibus aut cineribus paululam coquunt. Fit similiter aliquando immaturus partus cum plus sanguinis ad vterum confluit & defertur, quàm deceat ad pueri nutritionem, vtpote cum mulier suapte natura multo abundat sanguineo humore, qui sanguis solet vtero generibus aceruari, quibus non expurgantur muliebria (sunt enim nonnullæ mulieres, quibus fluunt suo tempore, etiam si vterum gerant) colligitur nec non sanguinis coriarii, quæ copiosiore cibo vtuntur & probè concoquunt. Item, quæ otiosam & sedentariam vitam agunt: cuiusmodi mulieres cumulandis cruditatibus sunt obnoxie & excrementis: similiter quæ plures identidem admittunt viros, in quibus sanguinis detractione & purgatione ad præcautionem vtendum est. Detrahendus verò sanguis est, simulatque fœtus moueri cœperit, eoque audacius si mulieres huiusmodi, quæ gerunt vterum multo abundat sanguine: si mulieres sunt musculoso & bene habito corpore, si prædita viuido colore, si sanguinis detractionem faciliè & citra noxam ferre queant, idque faciendum, si res postulat, vt est in proverb. Gallico, *Du mort & du vis*, id est, ante motum & post motum embryonis: maximè verò quando genitor ipse (si modo cognosci possit) quadratus, multique fuerit sanguinis, ea tamen cautione, vt diligens habeatur regionis ratio. Tempus autem conuenientissimum mittendi sanguinis est, post primos insultus fœtus, eo enim tempore pauco admodum indiget fomite, vt ex dogmatibus & parangellis Hippocrat. & comment. Galeni constat. Secunda verò basilica brachia dextri ad ʒ. 4. tantum, nam tutius est repetere, si opus fuerit, quàm exquisitè vacuare, prius tamen soluta alio suis excrementis aut sponte, aut arte hoc modo. ℞. decocti capi ʒ. ʒ. in qua dissolue catholici semunc. sacchari rub. ʒ. i. olei ʒ. i. fiat clyst. qui injiciatur horis duabus ante phlebotomiam, aut die præcedente mane. Interea vitanda sunt duretica, & cætera omnia, quæ ventrem torminibus afficere possunt, & quæ partum accelerant quarto, quinto, & sexto mensibus. Quod si videatur grauida purgatorio medicamento indigere, hunc in modum purgabitur.

℞. rhab. electi & amicorū, subtiliter puluerati ʒ. 2. infunde in aqua endiuie absque expressione, & fiat potio, quæ sumatur mane, vel sumatur bolus hic. ℞. cathol. & rhei pro qualitate affectuum, & ex præsentis medici consilio. Poterit dosis & quantitas rhabarb. augeri aut minui pro ratione virium mulieris, aut pro solutionis facilitate, infundi etiam in decocto pectorali, si mulier aut tussi laboret, aut frequenti sputo torqueatur, aut alio aliquo decocto pro varietate affectuum mulieris, nec exprimendum rhabarbarū. Nam si cum substantia sumatur post solutionem internis visceribus robor adfert & fœtum firmiorem reddit: ea euacuatio poterit semel præscriptis mensibus repeti. Quibusdam placet scilla fistularis,

quæ licet gratum sit, & amicum naturæ medicamentum torsionem tamen ventri adferre solet, & interna viscera lenit, quæ huic affectui non conueniunt, quæ de re vide Arculanum. Inuandæ sunt etiam iis, quæ sequuntur auxiliis, non solum quibus missus est sanguis, aut quæ purgatæ sunt, verum etiam, quæ non indigere putantur, attamen fortum ad periodum perdurare nequeunt.

℞. margaritarum non perforatarum ℞. 2. mastich. ℞. 1. zinzib. ℞. 1. been albi & rubri & coralli rub. ℞. 1. macropip. zedoariæ, daronici, cardam. an. semidrach. cinnam. electi ℞. 1. nuc. mosch. ℞. 2. tunicarum ventriculorum gallinarum, conseruæ rosar. & corticis citri conditi an. ℞. 1. sacchari in aqua buglosæ dissoluti q. s. fiat electarium per tabellas inauratas. sumat tabellam 1. duabus horis ante singulos pastus. Aliud. ℞. puluis electarij diamargariti calidi Auicennæ descriptione & diambrae an. ℞. 4. corallij rubri ℞. 1. radice præoniæ ℞. 2. sacchari albi in aqua buglosæ dissoluti q. s. fiant tabellæ inauratæ, quibus vtatur duabus horis ante singulos pastus. Interim deferendum sequens emplastrum, quod frigidiori temporis constitutione, aut vbi calor renes non offendit ad mouendum est ipsis lumbis. ℞. ladani puri ℞. 2. galangæ ℞. 1. nucis mosch. nucum cupressi. boli armeni orientalis, terræ sigill. sanguinis draconis, myrtill. balaust. an. sesquidrach. psidiæ acaciæ, hypocistidos an. ℞. 1. ceræ citrinæ semunciam, terebinth. ℞. 1. picis naualis. q. s. ad crassitiem, & fiat emplastrum, quod lumbis ad motum, remouetur quolibet mense. Ferenda sunt hæc emplastra à quinto mense ad medium noni vsque.

Aliud. ℞. storacis, calaminthæ, colophonæ, picis naualis an. ℞. 2. ℞. ladani puri ℞. 2. mastich. ℞. 1. menthæ sicca, galangæ, bistortæ, nuc. cupressi, an. ℞. 4. myrrhæ, & gummi arabici an. ℞. 1. ceræ citrinæ semunc. cum pauca terebinthina, fiat cerotum super renes deferendum & potissimum hiemem aut tempora frigidiora.

Vbi verò ætas fuerit aut aëris constitutio calidior, aut vniuersum corpus, aut renes tantum intemperie calida afficiuntur, aut calculi in renibus suspicio adfuerit, tutius erit sequens deferre emplastrum.

℞. mastich. ℞. 2. coriandrorum præparatorum, balaust. bistortæ, corticis mali punici an. ℞. 2. rosarum rub. p. 1. nucum cupressi, myrtill. an. ℞. 1. olei mastichini, & cydoniorum aqua plantag. diligenter lotorum an. ℞. 1. cum pice nauali, fiat emplastrum renibus ad mouendum ad medium vsque noni mensis. Si accidat pruritus aut dolor quispiam, aut veluti feruor ab admotione præscriptorum emplastrorum, satius fuerit ea ad tempus relinquere: interim renes sequenti vnguento sunt illinendi.

℞. olei myrtill. cydon. mastich. ana ℞. 1. ℞. hypocistidos, acaciæ, boli arm. sanguinis drac. an. ℞. 1. berberis ℞. 2. santalorum citrinorum ℞. 4. cum cera noua fiat vnguentum, quo vngantur renes bis in die, proderit etiam plurimum, si pudendum hoc vnguento vngatur, aut vnguento comitissæ.

*PICA ET MALACIA EARVMQUE
remedia.*



SOLENT gravidæ & prægnantes variis cruciari affectibus pica & deprauata quadam appetentia primis mensibus, qua & carbones, terram, lapides, & alia quamplurima, quæ nutritioni minimè sunt accommodata, appetunt: de his ipsis fiet suo loco & tempore mentio: toto huius affectus spatio aut statu caueant manibus faciem attractare, alioqui obsignaretur ea ipsa re quam deperditè appetunt. Aded prægnantibus prostratur nonnunquam appetitus, vt cibos omnes refugiant, & imbecilliores redditæ miseros, & imbecilles fœtus pariant non absque matris discrimine & periculo, quibus nota genitalis apparet, per totum suavitæ decursum in firmi, iique valetudinarij viciant. Vnde verisimile est non fuisse genitiuam illam notam impressam embryonibus sine grauisimo matris angore & labore: vomunt etiam aliquando cibos coctos, aliquando crudos, interdum vitiosos humores cum cordis palpitacione, ac tremore: cuiusmodi mulieribus, maximo erit vsui decoctum maioris chamæmeli (quod simillimum abrotonis est) quod omne remediorum genus superat.

Item, ℞. conseruæ rosar. bugl. corticis citri conditi an. ℞. 2. corallij rubri ℞. 2. ℞. margaritarum non perforatarum ℞. 1. ossis de corde cerui an. semidrach. morbyalanorum emblicarum conditarum, sacchari rosati recenter tabellati quart. vnum, 6. folia auri passularum mundat. ℞. 1. fiat conditum, quo vtatur frequenter longè à cibo.

Quod si tussis infestarit, & macilenta in dies magis ac magis euadat, vt ferè fit in vrbanis, rusticis, & nutricibus in quadragesima superstitionis (circa eius enim finem agricolæ hic & vinitores confecti penuria victus & labore longorum dierum miserabiliter moriuntur) mulier à condito sequenti mirum modum iuuabitur.

℞. conseruæ rosarum, radice bugloss. conditi singul. ℞. 1. ℞. corticis citri conditi ℞. 1. passularum mundat. ℞. 2. pineorum mundat. in aqua rosarum infusorum semunc. amygdalarum dulcium ℞. 1. margaritarum non perforatarum ℞. 2. pulueris diaris ℞. 2. auri folia 6. sacchari albi q. s. fiat conditum, quo vtatur per sæpe etiam non procul à cibo. Interea pictus oleo amygdalarum dulcium & butyro recenti non salito, manè suauiter illinatur, & fugiat aërem frigidum.

VICTVS RATIO GRAVIDARVM.

HO tempore victus ratio instituenda: imprimis cibus alantur euechymis, qui & facile à natura conficiantur, & probe nutriant, & sint pauci excrementi, vitanda cruda omnia & quæcunque sunt humidiora, ex quibus succi multi crudi maxime, & viscosi in corpore gigni possunt. Etenim mulieres, quæ sunt humidioris temperamento ad abortus sunt paratioris. Itaque siccioribus & cibus & aëre vtantur consulo: vitandi prorsus sunt flatuosi cibi, & quicunque vrinas mouent. Similiter & calidiores, vt pote qui inflammationes, & febres suscitare possunt. Quare vitanda piperata, & id genus reliqua, plurimum obest generosum vinum. Id verò vinum ex vsu fuerit, quod crassioris saltem fuerit substantiæ, pro ratione & temperamento ventriculi & hepatis: subtile enim nocet: idque diluendum aqua chalybeata pro facultate vini non statim primis ebulis bibendum, sed postremis tantum post nimirum liberaliorem ciborum vsus. Abstinentia à forti, violento & immoderato exercitio, donec partus proximus fuerit. Interea cauendum à tussi, ira, zelotypia, externo amore, clamore, superflua Venere. Statim à cibo decumbendum per horam, nec tunc dormiendum est: quies enim illa à cibo efficit, vt fœtus quietior cibum assumat: nec ciborum pondere grauabitur, quia potius robustior euadet. Omnia animi pathemata mediocriter ferenda: nam animi motus fortiores non solum vtero gestantibus mulieribus, verumetiam omnibus quibus noxam maximam adferunt. At cum iam mulier nonum attigerit, & aliquot iam dies in eo ipsa morata fuerit, poterit tunc emplastrum relinquere, & sese paulatim exercitio exponere non intermisso tamen balneorum vsu: ob id ambulationes leues primis diebus conferent ante cibum, potissimum duodecimo noni mensis primis diebus quæ post duodecimum ipsum diem augeri poterunt & validiores fieri: tandem cum proximè expectabitur & sperabitur partus, fortius proderit exercitium sicque tribus aut quatuor diebus ante partum frequenti & repetito ascensu, & descensu iuuabitur plurimum. Choreis quoque mediocribus tunc delectari: præstabit hæc exercitationes paulò vehementiores, vt fœtus minori cum molestia in lucem prodeat, & ipse partus facilius fiat: conferent tunc plurimum diuretica, similiter & cibi cinnamomo & croco conditi. Post decimum quintum diem noni mensis oblinatur pudendum muliebri butyro recenti, vel axungia capri, vel oleo amygdalarum dulcium, vt facilius pateat exitus fœtui ex vtero. Solent enim iuuenulæ mulieres à maiori fœtu plurimum in pariendo affligi, & sæpenumero in partu laborioso & difficili animam agere ac emori: qua de re non satis mirari subit, quod tam temerè inæatur hac tēpestate matrimonia, vnde infinita multitudo pauperum, quos Taxa quidē & cupes aratę tollere possunt, lege cautum esse

esse oporteret ne ante tempus matrimonia contraherentur, & artium expertes vitam cœlibem ducerent (quamuis nullus est vicus qui non aleret suos, si non essent voragine) homunciones, pigmæ & id genus hominum monstra, & vitæ breuioris, quam aurosum. Partui proximas non alio vestimenti genere indui oportet, quam pallio, vt factitare solent Stoicæ mulieres, quæ fœtum edunt sine obstetricibus, neque coarctari thoracico indumento, quod ob id à maioribus breuissimum fuit præcisum, vt longè latèque crescenti embryoni pateat vterus: sed ex amore iuncci corporis, plancos, varros, gibbosos, & imperfecta enituntur corpora. Apud Scotos nulli nascuntur vitio si: sed lasciuia eò venit impudentiæ, vt quidvis malint quam concubitus inducias. Quam ob rem abortiunt aut intereunt, inuitis artificibus omnibus medicorum, causa in promptu est, effœta est harum natura, & ideo vix ferens opem his remediis.

℞. bismaluæ cum rad. M. 1. maluæ, chamæmeli, anethi an. M. 1. apij m. β. Lauandulæ m. 1. β. semin. lini ℥. 2. semin. fœnugr. fœniculi an. ℥. 1. fiat decoctio in aqua sufficiente, in qua sedeat quotidie per mediam horam, octo diebus continuis, mane, & sero: abstergantur postea panno lineo & vngantur sequenti vnguento.

℞. olei amygdalarum dulcium, liliorum an. ℥. 1. β. pinguedinis gallinæ semunc. mucag. seminis althææ ℥. 2. olei seminis lini ℥. 1. misce, fiat litus, quo illinatur ab umbilico ad pubem, illinantur etiã renes & lumbi manè. A litu, illa sumat vitellum oui cum pauco cinnamomo loco salis, postea bibat modicum vini albi hippocratici si hiems adsit: perseveret in balneo, litu, & vnctione per octo dies integros, quibus exactis ad valentiora est transeundum. Nam à leuioribus est inchoandum: fiant igitur quæ sequuntur ad horam partus vsque.

℞. maluæ, althææ cum radicibus an. M. 2. adianthi, parietariæ, artemisæ, lauendulæ, foliorum lini si haberi possunt an. m. 1. foliorum lauri m. β. semin. lini & fœnugr. an. quart. 1. florum chamæmelilothi an. m. β. fiat decoctio, in qua sedeat mane ad umbilicum vsque, abstergatur postea & vngatur vnguento sequenti.

℞. olei de semine lini ℥. 2. β. olei amygdalarum dulcium ℥. 1. mucag. ficuam cum aqua artemisæ extractæ, butyri recentis sine sale an. ℥. 1. medullæ cruris vituli, & pinguedinis gallinæ an. semanciã, fiat linimentum, quo vngantur renes & lumbi ab umbilico ad vsque pubem: teguntur postea optimè pannis calidis & quiescant: vngantur etiam per diem, & loci præscripto oleo seminis lini: forbeat postea iusculum pulli cum oui luteo, cinnamomo & croco, potissimum ante cibum: tertio aut quarto ante partum die postquam lota & vncta fuerit, vtatur sequenti puluere.

℞. Cinnamomi electi debite mundati sesquidrach. peucedani ℥. 1. fiat puluis, sumat ℥. 1. cum ouo forbili, bibat modicum vini albi. Si displicent tabellæ, quibus superioribus mensibus vsa est, sequentibus vti poterit eo maxime tempore, quo lauatur & vngitur: quibus assumptis libet modicum vini Hippocratici, si aëris con-

ditio frigida fuerit: alioqui vini albi. Quod si videatur partui proxima, temperetur vinum aqua infusionis feminis lini.

℞. Cinnamomi electi debite purgati ʒ. i. β. corticis cassie fistularis ʒ. 4. myrrhæ ʒ. 2. conseruæ capillorum veneris ʒ. 2. sacchari albi in aqua sabinæ dissoluti, aut artemisiæ q. s. formentur tabellæ inauratæ: assumat tabellam inauratam post vinctiōem, horis duabus ante cibum. Si non arrideant tabellæ & malit opiatam, vtatur sequenti tempestate frigidiore.

℞. Myrrhæ, castorei an. ʒ. i. β. storacis, calaminthæ ʒ. i. cinnamomi electi ʒ. 4. sabinæ ʒ. i. cum melle fiat electuarium, assumat quotidie mane cum instat pariendi tempus, bibat in super vini modicum. Sic regenda est vsque ad tempus pariendi.

VT REGENDÆ PARTURIENTES.

VM autem à parturiendi laboribus vexari cœperit, aduocanda obstetrix prudens, & in ea arte apprimè edocta (hæc enim ars viros dedecet) quæ mulieri lectum ad id compositum & idoneum, & in eo mulieris situm pro vsu & arbitrio adaptabit, aut pro regione & consuetudine. Gallicæ ad focum in paruo strato collocant & cæteris meliùs: quæ priusquam pudendo manus admoueat eis oleo de semine lini aut liliorum, aut amygdalarum dulcium litum parabit. Sed pudendum sit ad apertum prius, & foras ripæ summopere promineant: os pubis interim totumque pudendum iisdem oleis illinat, & coxæ aquilæ lapidem alligabit, & sub vtroque pede polypodium quercinum admouendum curabit: quod statim à partu est auferendum, vt & ipse lapis, postea si cruciatus diuturni & violenti fuerint, viriumque appareat imbecillitas, quæ solet à maximis doloribus excitari, ouum sorbile cum puluere præscriptarum tabellarum, aut ʒ. i. opiatæ suprascriptæ optimo erit ex vsu. Fit aliquando difficilis partus cum quicquid in vtero continetur serosa recrementa, aut aquæ, aut eiusdem substantiæ multo ante fœtum tempore excernantur: & tum viæ sicciore parturientis & rugosæ redditæ difficiliorem exhibent exitum: hæc si contigerint ita succurrendum erit.

℞. bisinal. cum radice M. i. artemis. sabinæ an. M. β. sem. lini fœnug. an. ʒ. 4. caricarum semunc. fiat decoctio, cuius accipe quart. i. olei de semine lini ʒ. 2. moschi gr. i. injice in collum vteri, ita facilius fiet transitus, idque repetendum sapissimè.

℞. butyri recentis sine sale in aqua artemisiæ loti ʒ. 2. mucag. ficuum & feminis brassicæ rubræ, mucag. ficuum & feminis althææ cum aqua sabinæ extractæ ana semunc. fiat linimentum quo frequenter vteri collum obstetrix illinat: & in ipso puerperij labore assumat puluerem qui sequitur, parturiens.

℞. Cin-

℞. Cinnamomi electi, corticis cassiæ fistularis ana ʒ. 4. croci ʒ. i. fiat puluis subtilissimus: capiat ʒ. i. cum vino albo aut aqua artemisiæ calidè. Aut eum qui sequitur, si malit.

℞. Corticis cassiæ fistularis, dictami an ʒ. i. cinnamomi ʒ. 4. sacchari albi ad pondas omnium, fiat puluis subtilissimus, sumat ʒ. 4. cum decoctione feminis lini, sic enim celerior fit partus & cum minori educitur molestia.

At, vbi difficilis supra modum fuerit partus, & parturiens ex præscriptis non iuuatur, nec parit obstetrix, sequenti vnguento manus suas inungat.

℞. olei de semine lini ʒ. i. β. olei de castoreo semunc. Gallie moschatae semiscrap. ladani ʒ. i. fiat linimentum quo obstetrix frequenter vteri collum illinat. Interim prouocetur sternutamentum puluere piperis, aut ellebori albi (quem circulatores appellant & circumferunt in scriniolis & coriolis, puluerem d'Oribus corrupto vocabulo) in nares immisso: pariter & lapis Aetites coxæ sinistrae alligatus fertur accelerare partum. Si huiusmodi auxiliis non iuuatur puerpera, ad ea quæ sequuntur transeundum est.

℞. croci q. s. ad conficiendum pessum cum succo porri inuolue panno lineo subtili, & fiat pessus, qui coxæ alligatus in collum vteri immittatur. vel,

℞. corticis raphani semunc. mercurialis M. β. cassiæ lignæ subtiliter pulueratæ ʒ. i. succi sabinæ semunc. croci ʒ. i. hæc omnia optime contusa & panno lineo inuoluta, in vteri collum impone. Optimum est & quod sequitur.

℞. radicem cyclaminis: ea collo vteri admota statim partum educit, debet coxæ alligari & statim à partu auferri. Franciscani quidam pomum colocynthidos præferunt, non verentes adducere in discrimen vitæ matres. Aliud.

Artemisia cum vino albo cocta & contusa ventri admota, partum faciliorem efficit. Aliud.

Satureia trita ventri calidè apposita, fœtum expellere fertur etiam si mortuus esset.

Si serpentis spodio mulier cingatur, statim parit.

Semen proniae perfectè maturum subtiliter pulueratum, & cum oleo chamæmelino in linimenti formam redactum, maximum adfert præsidium, si eo parturiens circa renes, lumbos, os vteri & collum illinatur: nam facilem partum facit & cum paucis doloribus.

Suffitus ex oculo piscis saliti aut vngula equina, aut asinina, fœtum & secundas educit. Cucurbitula parturientis renibus admota, partum accelerat quæ statim à partu auferenda.

Cor è gallina adhuc viuente extractum & dextræ alligatum partum accelerat: sed ad secundas quàm penitissimè immittat digito obstetrix, nihil secreti prius.

Lini semen cum aqua sabinæ, aut artemisiæ, aut pulegii, vel cum vino albo impositum, aut si in eius decoctione

deat, foetum sine molestia educit.

Tripherae magnae sine opio semunc. succi vitis albae 3.2. succi mercurialis 3.2. fiat pessus qui coxa alligatus in collum uteri indatur: foetum iam diu mortuum & secundas extrahit.

Pessus ex condiso quidvis eduxit. Est autem condisum radix saponariae. Sunt etiam suffitus praestantissimi quidam in hos effectus ut ex ladano, partum faciliat: idem facit ex stercore columbarum aut cati. Qui sequitur utilissimus:

℞. cinnamomi, aloës crude an. mos. ambrae an. gr. 2. concassentur, fiat suffitus: quod si mulier diutius in ea permaneat, bibat quod sequitur.

℞. corticis cassiae fistularis concassatae sesquiunc. cicerum rubrorum p. β. bulliant tempestate frigidiore in vino albo: estate vero in aqua ad consumptionem medietatis, facta colatura adde cinnamomi electi subtiliter puluerati semidrac. croci grana 6. fiat potio qua assumpta irritetur ad sternutamenta: his subsidiis si non prodit foetus, certo scias non solum periclitari matrem, sed & foetum: quare semper habenda est virium ratio, quae non aliter quam cibis optimis ut decocto capi, aut eiusdem expressione, aut ovo forbili aut vino reparari possunt & conseruari. Admouenda semper obstetrix, quae nihil nisi cum natura moliri debet: ut enim febrim paroxysmi non sunt penes nos, nec arbitrium nostrum: sic nec penes puerperas labores, vulgo hore, ita dicta, quod recurrant certis intervallis. Quando manet opus est, rem totam chirurgi complures tradiderunt & docuerunt, inter quos doctissime scripsit D. Ambrosius Paræus, cuius laboribus & vigiliis adiuti externis carere possunt chirurgi. Sed de his satis superque: nolo quae ab aliis celebrata sunt concinnare: pudeat inquam, pudeat non experta in lucem proferre in generis hominum perniciem.

VT REGENDAE PVERPERAE.

VI autem puer prodierit in lucem, & secundae ductae sunt, haec adhuc calidae, sunt citissime puerperae umbilico apponendae: quibus sublatis, inuoluenda quoque puerpera, potissimum secundum renes & ventrem totum pelle arietina è viuo adhuc recens & praesenter extracta. Quod hactenus non animaduersum est: etiam si multi ex recentioribus de gyneciis scripserunt: licet autem puerpera perbellè suo foetu & secundinis liberata sit, noui tamen cruciatus ac dolores quandoque suboriuntur, qui alterius partus labores esse videntur, quos saepenumero perniciose syncope comitatur: his ego cumplerumque interfuisse, eorumque vehementiam ac magnitudinem diligentissime obseruasse, nostram artem propè his inutilem indicauit: vnicum

unicum nobis perfugium in obstetricae relictae fuit, quae simulatque manum in pudendum incidisset, interdum concreti sanguinis ferme libras tres eduxit, interdum massam velut carneam non ab similem molae in utero retentae (sape cum foetu & mola inest in utero) cuius symptomatis causam mihi inquirenti, non alia videtur quam facultas expultrix lassata ac penè prostrata laborum priorum diuturnitate. Itaque vide quanta ars medica indigeat animaduersione & experientia, cum à quibus causis debeas pertere indicationem, in hac re vix pronuntias. Est quoque obseruatione dignum vnam cum foetu ut nunc nuper dixi, nos frequentissime molam vidisse & suffocatione ab utero praegnantem & puerperas (sunt etenim haec salacissima) non parum leniter affici.



PROGNOSTICON DE FOETU

in utero.

NON placet hic repetere quae plerique de foetu in utero contento praedixerunt: dicam tamen me praenouisse, an masculus an femella gestaretur, extumescantibus & nigricantibus in alterutro inguine venis, (quod relatu collegarum disci honestè potest) sed ab umbilico aulicæ ocissime certam testimonium exigunt: obseruarunt quoque in ea re lunae cursum prudentes matronae, quod his verbis sequitur:

Si luna crescente parit, partus maris alter:


Eius decursu virginis ortus erit.

Soluatur hic quamuis praeter propositum de numero mensium quaestio in hunc modum.

De partu certatur, bis à mensibus orta est,

Solis, vel Phæbes, aut viriisque simul.

Vrinarum inspectione abuti ad praesentiendum, conceperitne mulier an non, impostorum est, non medicorum: licet permulti iugas in id genus cognitionis & cautiones scripserint. Hoc etiam nec semper nec plerumque aqua multa Hippocratis indicauit.



VICTVS RATIO PVERPERAE ET

pueri recens nati.

VIBVS DAM sex horas tantum, quibusdam vero diem integrum quiescere conuenit: nonnulla cum illa pelle arietina degunt absque somno, absque motu, absque luce, clausis fenestris, in temperato aëre, aut calido, pannis bene tectae seruantur: has si tormina exagitant & excruciant: abstineant a vino per triduum: idem ipsum faciendum si copia lactis molae sit.

Simulatque puer editus est, hunc obstetrix aqua tepida abluat, illique ante omnia mithridatij aut theriaca aliquantulum hieme per se, æstate verò cum pari portione cõseruæ rosarũ, aut buglossi transfusendum exhibeat: illudque tam diu cum digito in eius ore detineat donec transfusitum videatur. Et si præcesserit partus difficilis & iam diu puerpera cibo abstinerit, exhibendum est capi decoctum aut aliud quidpiam, quod celeriter & probè nutriat.

TORMINA POST PARTVM.

QVONIAM autem solet, quæ recens peperit laboribus, & grauissimis fatigari torminibus, ante cibos præstabit sequentibus vt pulueribus.

℞. consol. mai. siccæ ʒ. i. nucl. persic. nucis moschatę ana ʒ. 2. carabæ ʒ. i. ambra griseæ ʒ. i. fiat puluis subtilissimus, summat ʒ. i. cum vino albo aut aqua artemisiz, aut ouo sorbili si absit febris, vel cum iusculo pulli si adsit. vel,

℞. nucleorum dactyl. persic. ana ʒ. i. ʒ. nucis moschatę ʒ. 4. pulueris diamarg. calidi ʒ. 2. anisi conditi ʒ. i. cinnamomi mundati ʒ. 2. croci semiscript. sacchari ad pondus: fiat puluis subtilissimus, summat ʒ. 2. cum vino albo bis aut ter in die, si vrgeant dolores.

℞. anisi conditi ʒ. i. ʒ. nucis moschat. cornu cerui vsti ana ʒ. 4. nucleorum dactyl. ʒ. i. ʒ. ligni aloës cinnam. ana ʒ. 2. fiat puluis subtilissimus, detur ʒ. i. cum vino albo calido, aut vini Hippocratici ʒ. 2. à partu si nulla sit febris. Aut, ℞. lauendulæ semunc. bulliat vnico feruore in vino calido, bibat ʒ. 3. aut,

℞. pulueris nucleorum dactyl. & ligni aloës ana ʒ. i. rad. consol. maior. ʒ. i. ʒ. succini ʒ. i. cinnam. ʒ. i. fiat puluis subtilissimus, summat ʒ. i. cum vino calido: si verò augeantur tormina, & his non cedant remediis, tunc ventri sunt hæc admouenda.

℞. vitellos 12. ouorum sub prænis coctorum, pulueris scænuigr. & sem. lini ana ʒ. i. ʒ. florum chamæm. melit. aneth. ana ʒ. 2. concoquantur in oleo chamæm. donec reducantur ad formam vnguenti, applicetur ventri calidè, auferatur ante refrigerationem & iteretur frequenter.

℞. florum chamæmeli, anethi melil. rorismar. ana p. i. sem. anisi scænic. cumini scænuigr. sem. lini an. ʒ. 2. fiat decoctio in pari portione vini & aqua fiat cataplasma ventri.

PVDENDI

PVDENDI MULIEBRIS LAESI à partu curatio.

NE c negligendum est pudendum, quod in difficili partu maximè effunditur & læditur, cui statim à puerperio admouendum est quod sequitur.

℞. albumina duorum ouorum, olei hyperici ʒ. i. ʒ. olei myrtilorum semunc. cum stupis cannabinis applicetur labiis pudendi, cauendum tamen ne collum vteri attingat, nam purgationes muliebres susteret, sequenti die fiet pudendo fomentum sequens:

℞. vini & aquæ an. ʒ. ʒ. florum rosarum rub. & hyperici ana p. 2. fiat decoctio, ex qua fiat fomentum pudendo superpositis præscriptis stupis: supra scripta fiant primo & secundo die: à tertio verò ad vsque nonum fiat quod sequitur.

℞. vini albi ʒ. i. aquæ ʒ. ʒ. myrrhæ ʒ. 2. cumini ʒ. 4. aluminis ʒ. i. ʒ. acinorum à passulis extractorum ʒ. 2. corticum granatorum ʒ. 2. florum rosarum rubrarum p. 2. fiat decoctio, qua foueto labra pudendi semel in die ad nonum vsque diem, deinde vngantur labia pudendi hoc vnguento.

℞. olei hyperici ʒ. i. ʒ. spermatis ceti ʒ. 3. cum cera alba fiat vnguentum quo vngatur vt scriptum est.

Ablata igitur arietina pelle vngendus est venter totus isto vnguento.

Supponenda tela eo modo parata quo postea describetur, quam ad octauum à partu diem perpetuo deferet ventre fasciis aptissime vincto.

℞. spermatis ceti ʒ. 2. olei amygd. dulc. chamæm. hyperici ana ʒ. i. ʒ. seui ceruini ʒ. i. olei myrtil. semunc. croci ʒ. i. fiat linimentum, quo vngatur venter calidè quotidie superposita tela quæ hic describitur.

℞. ceræ nouæ quart. i. spermatis ceti ʒ. i. terebinthinæ in aqua rosarum non segniter lotæ ʒ. 2. ʒ. olei amygd. dulc. & hyperici an. ʒ. i. croci ʒ. i. bulliant omnia, deinde infunde telam ex cannabæ ad magnitudinem ventris supponatur ventri post vnctionem post diem octauum: ferenda ea quæ sequitur per totum puerperij spatium & decubitus.

℞. olei myrtil. hyperici ana ʒ. i. ʒ. olei anethi ʒ. i. spermatis ceti ʒ. 2. axungia ceruina ʒ. i. ʒ. ceræ albæ quartarium, bulliant, addendo in fine decoctionis croci ʒ. i. cum auferatur ab igne impune telam cannabinam quæ strenuè manibus conficta & polita deferatur per totum decubitus tempus.

Quando post partum, torminibus vterus malo affectus est, & ad eum ab vniuerso corpore humores defluunt, & qui iam in eo delituerunt commoti, ita vterum malè afficiunt, vt à sua sede dimoueri videatur,

statim ablata pelle arietina sub umbilico admouendum est emplastrum ex galbano, in cuius medio aliquid galliæ moschatæ aut moschi inferendum est: verendum tamen ne odor ad nares vehatur: eo auxilio solet uterus in pristinum recurrere statim, & minus torqueri: priusquam tela postremo descripta ventri admoueat, iuuabit plurimum ventrem totum sequenti vnguento perficere.

℞. olei hyper. cham. aneti ana ℥. i. olei mastich. ℥. i. β. olei myrtill. ℥. i. spermatis ceti ℥. 2. seui renum hirci ℥. i. β. axungia ceruinæ ℥. i. croci ℥. i. ceræ q. s. fiat vnguentum quo vngatur venter puerperæ ab octauo ad finē vsque decubitus: deinde superponat super scriptam telam, interim venter totus fasciis & pannis lineis mollibus leniter cōgatur ne maior fiat quàm par sit.

MAMMARVM CVRATIO.



TATIM etiam post pellis arietinæ ablationem, habenda est ratio mammarū: idque fieri debet horis ad summum sex à partu: primò igitur illinantur hoc vnguento, non neglecta semper alui procuratione quæ præstari potest enematis, nam mulier grauida & puerpera cloaca, & immensum stagnum est.

℞. olei ros. myrtill. ana ℥. i. β. aceti ℥. 3. misce, vnde mammas calidè bis aut ter primo die, secundo die post illitum asperge illas puluere myrtill. & superponito emplastrum sequens.

℞. mastich. ℥. 2. nucis mosch. ℥. i. nucis cupressi ℥. 4. boli armeni, terre sigill. an. ℥. 2. sanguinis drac. ℥. 4. myrtill. balauft. an. ℥. i. β. pulu. ireos florent. ℥. 2. olei myrtill. ℥. 2. olei amygd. dulc. ℥. i. terebinth. ℥. i. ceræ nouæ q. s. fiat emplastrum, quod vtrique mammæ pro earum magnitudine paratur: fiant ex eodem ana duo oblonga, quæ sub māmīs à primo partus die admoueantur. Prohibent enim, ne ab utero ad mammas feratur sanguis & lac gignatur: ferendæ sunt hæc emplastra ad tempus vsque purgationis perfectæ, & donec sui puerperij muliebria omnino cessant. Interim non congregiuntur cum viris, ne cum eis Veneris triumphum agant.

BALNEORVM RATIO PRO PVERPERIS.



OSTQVAM verò perfectè purgata videbitur, nihilque eorum deerit, quæ solent huic affectui prodesse, & iā transierit trium hebdomadam tempus & spatium, fueritque integrè consummata pristinisque viribus restituta, nulla febris suspitio, nulla in visceribus obstructio, nec aliud superuenit symptoma, quod balneorum usum possit impedire, præmissa euacuatione humorum, qui in enixa visi fuerint redundare, cogitandum erit de

ingrediendis balneis ad eluendas sordes derelictas, tum à præscriptis vnguentis & litibus, tum à muliebribus euacuationibus: adde quòd balneis interna viscera à puerperis laboribus distenta restituantur pristinae valetudini, cutisque erugatus, politur, laeuigatur, & mollescit, quod mulieres exoptant: quanquam Italæ ac Hispanæ mulieres nullo modo balneis vtantur.

Ingradienda igitur balnea sunt tribus diebus continuis ante cibos, venter ab excrementis repurgato vi naturæ, aut arte. Eaque ab initio tepida sint, in quibus initio paululum immorandum erit, illisque paulatim assuescendum. Secundo die diutius in balneo immorandum erit, illudque parandum calidius, calidiusque tolerandum. Tertio autem die ferendum balneum ad lassitudinem vsque, & ab egressu balnei lecto se committendum. Sumat interea si velit à balneo aliquantulum sequentis confectionis.

℞. conseruæ ros. bugloss. corticis citri conditi ana ℥. 2. tripheræ magnæ sine opio ℥. 2. sumat egrediens balneum ℥. 2.

Non comestationibus vtendum in balneis, vel statim post, vt solent bibaculæ mulierculæ & obstetrices: nec per totum diem lasciuiendum in balneo, vt plerisque mos est. Non enim omnibus confert balneum. Sunt autem variæ balneorum parandorum formæ, nam pro temporum mutatione balnea parari poterunt & mutari. Æstate igitur poterunt in hunc modum parari: Impleatur labrum vel dolium aqua fluuiatili lymvida, cui addas vini albi optimi & odoriferi partem duodecimam: Relinquatur per duos dies, postea ferueant cum artemisiâ, maioranâ, agrimonîâ, pulegij ana M. i. & inter feruendum pluries extingatur ferrum candens: sub decoctionis finem adde rosarum rubrarum ℥. 3. florum chamæm. melil. aneth. ana ℥. i. facta colatura, fiat balneum primum, à quo egressa sumat confectionis præscriptæ ℥. 2. deinde sudet, sudore deterso & toto corpore ad naturalem reducto habitum, sumat cibum euchymum, & viuat lata, caueat à frigidiorè aère. Reseruabitur aqua primi balnei pro secundo balneo, verùm hæc crunt addenda.

℞. farinæ fab. & auenæ ana lb. 2. β. farinæ orobi lb. i. farinæ lupinorum lb. β. farinæ gland. lb. i. aluminis cocti, aluminis rochæ ℥. i. β. falis ℥. 2. caryophyllorum, nucis Moschatæ ana ℥. i. conterantur omnia, fiat sacculus, qui in aqua primi balnei ferueat, & omnia simul agitentur diutius donec albescat tota aqua, & ita paratum balneum secundo ingrediatur.

Addere poteris sacculo granatorum tinctorum ℥. 4. in hoc diutius immoretur quàm in primo, & à balneo sumat similiter ℥. 2. confectionis præscriptæ. Eodem pacto concinnabitur tertium balneum, velatur labrum pro arbitrio: Bassinica muliebres affabrè facta habent instrumenta ad id constructa, quæ *capellam* vulgò nuncupant. At hiberno tempore, ita fiat balneum. Hauriatur aqua flouiatilis manda cum maiori quantitate vini, quàm parâ statem, in qua bulliant rosmarini, menthæ, maioranæ, artemisiæ, sabina, hæderæ terrestris singularium M. i. aluminis rochæ lb. β. granatorum tinctorum

rum ʒ. 6. rosarum rubr. chamæmeli, meliloti, anethi ana ʒ. 2. farine orobi, lupinorum ana lb. i. hæc omnia in sacculo ferueant addendo aquæ vitæ lb. i. ʒ. ʒ. fiat balneum vt præcedens: in quo prius extinguitur frequenter ferrum candens, dimissis balneis, per octo dies, postea fouebit fonticulum, vt sequitur.

℞. rosarum rubrarum p. i. myrrhæ ʒ. 2. schænanthi M. ʒ. myrtill. ʒ. 2. b. aluminis semunc. mastiches ʒ. 3. nucis moschatæ ʒ. 2. conterantur, ferueant in vino rubeo stiptico, & fiat super pudendum fomentum bis in die calidè. Sic enim restauratur vterus ad alios conceptus, & pudendum formam gratissimam recipiet, posthabitibus & omnis fomentis, quæ per octo dies fiunt, suffitus vterum roborant, vt sequitur, iuuabit.

℞. ligni aloës crudi semunc. nucis moschatæ cupressi ana ʒ. 2. electi ʒ. i. conterantur, fiat suffitus, quo vtatur manè & sero in cathedra perforata.

Vel, ℞. corticis citri sicci, ligni aloës ana ʒ. 3. nucis mosch. nucis cupressi ana ʒ. 2. f. puluis, quo vtatur vt præcedenti. Poterit etiam hoc fieri fomentum biduo post relictum balneum.

℞. gallarum, nucis cupressi ana ʒ. 2. corticum malorum granatorum ʒ. 4. rosarum semunc. schænanthi M. ʒ. aluminis semunc. maioranæ M. i. thymi M. ʒ. bulliant in vino stiptico & foueto pudendum.

TUMOR VENTRIS A PARTU.



Quoniam puerperis, nonnunquam, iam peractis quæ præscripta sunt, superest magnitudo & tumor ventris, non minor quàm cum adhuc vtero gerebat aut ob flatum in eo ipso contentos, aut humorum illuc decumbentium copiam: his omnibus hæc ratio victus est instituenda.

Principio abstineat à cibis flatum gignentibus, & cibum parciùs assumat & purgetur, prout videbuntur humores exundare. Præterea admouenda hæc erunt ventri.

℞. ficuum lb. i. farine hordei & fabarum ana semunc. farina oryza ʒ. 2. gallarum, nucis cupressi ana ʒ. i. mastiches ʒ. 2. seminis fœniculi ʒ. bulliant omnia in aqua fabrorum ferrariorum, aut in qua frequenter sit extinctum candens ferrum, donec spissum euadat decoctum, & cum panno lineo ventri calidè admoueat, & fasciis ligetur per viginti quatuor dies.

Post balneum, ventri & mammis, vt in pristinum reducantur habitum, sunt ista admouenda.

℞. farine fabarum, oryza, glandium, amygdalarum, singulorum ʒ. 2. lateris puluerati ʒ. i. b. boli armeni ʒ. 2. sanguinis draconis ʒ. i. nucum cupressi semunc. granorum tinctorum ʒ. 3. gallarum semunc. olei

olei myrtillorum ʒ. 6. aquarum u. u. & prunorum siluestrium ana lb. i. aquæ rosarum lb. i. ʒ. decoquantur ad crassitiem: fiat pulvis, quæ ventri & mammis adponatur calidè. Aqua stillatitia florum citriorum, vulgò de naphe dicitur, per se deabus terrestribus summoperè commendatur, præterquam quod cætera postponit, facit etiam ad brachiarum irritamenta puluis scorpij cum moscho ad philtron.

℞. aquæ glandium, aquæ sorborum syluestrium vel non maturo- rum peffete: (tunc enim nihil adstrictionis habent) aquæ prunellorum agrestium, aquæ caudæ equinæ q. s. aut eis nonnullæ quæ satis sint ad hæc legendæ, aquæ saluiæ, aquæ vineæ peruinæ ana ʒ. 3. farine fabarum ʒ. 4. farine oryza ʒ. 2. boli armeni ʒ. 3. aluminis ʒ. 2. aluminis glacialis ʒ. i. b. sanguinis draconis semunc. lateris puluerati ʒ. 3. coquantur ad spissitudinem paltis, admoue ventri & mammis: addere poteris cum iam cocta erunt, albumina vitell. ouorum: & ne præscriptorum frigiditate offendantur pectus & viscera interna, addendum cenfeo ipsis mastiches ʒ. 2. nucis moschatæ ʒ. 3. iris florent. semunc.

Distillatum excellens, quod à balneo mammis & ventri admouendum est. gratiusque quàm præscripta: delicatis mulierculis tutum etiam erit post pultes eo ventrem & mammas abluere: vidi ego ex linteis admotis calidis per plurimos dies & noctes lac euomi, & maximam quandam conuulsionem excitari velut epileptico insultu.

℞. gallarum nucum cupressi ana lb. ʒ. aluminis ʒ. 6. boli armeni lb. ʒ. farine glandium & fabarum veterum ana lb. ʒ. albumina ouorum 12. lateris vsti puluerati lb. i. fiat puluis, quem infunde per triduum. Nam quæ adstringunt, terrestres & compactæ sunt substantiæ, nec tam promptè facultates suas in liquoribus, in quibus infunduntur, relinquunt: nec ab eis ita facilè spoliantur, vt ea, quæ mediocris aut tenuis sint substantiæ: quare quæ diutius macerantur, ad usum sunt paratiora, & aptiora. Infundantur igitur præordinata in aquis prunorum siluestrium, cornorum, mespillorum. Et si desunt aquæ destillatæ, & quo tempore fieri nequeunt, sume fructus aut arborum cortices, cornorum scilicet, mespillorum, prunellorum siluestrium, caudæ equinæ si reperiri possit: infunde per quatuor dies integros in aqua fabrorum ferrariorum, in qua fuerit frequenter extinctum candens ferrum, addendo aceti rosati lb. ʒ. postquam infusa fuerint, omnia distillantur in alembico plumbeo lento igne, facta distillatione, reserua quod fluxit in vas vitreum subiectum, cui adde mastiches ʒ. i. b. sanguinis draconis ʒ. 2. fiat puluis subtilissimus, qui misceatur aquæ destillatæ, exponatur soli æstiuo dies decem. Alia destillatio pro arbitrio poterit commutari in hunc modum.

℞. prunellorum siluestrium, cornorum, mespillorum, si desunt fructus, sume cortices arborum ana lb. i. florum rosarum agrestium, rosarum rubrarum cum suis cupis ana ʒ. i. ouorum albumina sex, lateris vsti puluerati ʒ. 4. infunde per duos dies, antea cum

pari portione ac aqua fabrorum ferrariorum, fiant duæ aut tres infusiones acetis, ratione suæ penetrationis: distilla omnia in Alembico plumbeo lento igne: adde aquæ iam distillatæ; mastiches, sanguinis draconis, boli armeni ana ʒ. i. ʒ. ex quibus fiat pulvis subtilissimus, qui in distillatam iniiciatur aquam, & ante vsum æstiuo soli decem dies exponatur.

Myrrha sua facultate pudendum arctius & solidius, si ea abluatur citra vteri noxam: ventrem illeis visceribus planum, firmum & absque rugis reddit, efficit mammas, si grandiores & molliores fuerint duras compactas & minores illæso pectore, idque pro maximo in his rebus secretum habendum est.

℞. caryophyl. nucis mosch. nucis cupressi ana ʒ. i. ʒ. schœnanthi ʒ. 2. ʒ. mastiches ʒ. 2. aluminis ʒ. i. ʒ. farine fabarum & glandium ana lb. i. terræ sigillatæ ʒ. i. ʒ. cornu cerui vsti ʒ. i. tartari ʒ. 2. myrtil. ʒ. i. sanguinis draco. ʒ. 2. boli armeni lb. ʒ. iteos florent. ʒ. 2. f. omnium pulvis, qui infundatur in aquis sequentibus.

℞. aquæ rosarum ʒ. 2. aquæ prunorum siluestrium & pomorum quercus, aquæ mespilorum ana lb. i. aquæ fabrorum ferrariorum in qua extinctum sit candens ferrum lb. ʒ. 3. aceti ros. lb. ʒ. aluminis lb. i. gallar. ʒ. 2. litharg. auri ʒ. i. ʒ. nigellæ ʒ. i. bonioni ʒ. 3. ladani semunc. macis ʒ. 3. distillentur omnia lento igne: bis aut ter in hebdomada venter est lauandus & reliquæ partes, quibus robore & adstrictione opus est: aut intinctus in eo liquore pannus lineus, partes eas donec exsiccatus fuerit, tegat.

Aliud destillatum, quod faciei manibus & ventri ad motum dealbat, lenit & deterget, & à rugis prohibet, & viuudum reddit colorem.

℞. florum althææ & mal. quantum licebit habere, præstat tamen plures althææ quàm mal. sint, distillentur in alembico vitreo lento igne: distillatum longè præstantius esset ex solis althææ floribus: illius aquæ sume lb. 2. aquæ rosarum quartarium vnum, limones duos remota exteriori cute minutim incisos, prunorum siluestrium ante perfectam maturationem lb. i. infunde omnia duos dies in aqua distillationis florum althææ præscripta. Iterum distilla lento igne in alembico vitreo: aut ex sola aqua extracta ex floribus althææ, in qua infunde pruna siluestria immatura duos dies, atque iterum distilla alembico vitreo: deterget, dealbat, lenit cutem mirum in modum hoc distillatum, nec eo reperies præstantius, prius tamen abluenda cutis aqua, in qua infusa fuerit mica panis albi nocte tota. Aliud distillatum, quod viuudum colorem efficit, cutem leuit, erugat, lentiginis faciei delet.


℞. casei recentè facti sine sale lb. i. ʒ. carnes vnius capi iuuenis abiectis omnibus ossibus & intestinis, minutim incisas, oua decem recentia cum suis testis contracta, aquæ rosar. lb. ʒ. farine orobi & lupinorum ana ʒ. i. ʒ. amygd. dulcium mundatarum & pistarum ʒ. 4. limones quatuor remota exteriori pellicula minutim concisos, limaces rub. quibus in siluis reperiuntur num. 24. micæ panis albi lb. ʒ. omnia

omnia confundantur & distilla non est parui faciendi huius aquæ est, quod magis faciem adornet & reddat foris noxa. Aliud distillatum, quod cutem terget, mundam impudamque reddit, & maximè quæ natura sunt aspera, nec non dealbat.

℞. micam panis albi in succo limonum infusi, mellis crudi quart. i. oua recentia 6. cum suis corticibus contracta, limaces rubri sex, micam panis aliam ab ea quæ in succo limonum infusa est, in fundo alembici positam, aquæ rosar. quart. i. distilletur: facies prius deterfa, & à squalore depurata hac aqua lauetur.

* *


F I N I S.





INDEX LOCUPLETISSIMVS

VERBORVM RERVM QVE MEMORABILIVM quæ hoc Hollerij Opera continentur, cuius literæ maiusculæ F. libros de febribus & peste: P. Periochas lib. Gal. de Compos. Medicam. π 70-π 86: C. Libros de Chirurgia significant. Quibus verò numeris nulla præfigitur litera, his Praxim & Scholia ipsius Hollerij, Annotationes Lud. Dureti, nec non Valetij exercitationes intelligimus.

A		Albugines oculorum	P 112
	BORTVS cause	Alexiteria medicamenta	160
	500	Alimenta elephantium inducentia	555
Abortus signa prænuntia	477	Alimenta pro melancholicis	107
Abcessus ossis	C. 236	Alopecie curatio	P. 77
Abinthij quatuor genera	269	A ^o vitiligo quid	552
Abinthium Romanum	276	Alterationi omni quinque necessaria	278
Abinthij vsus	245	Alui retentrix quot modis labefactatur	342
Abstinencia vini arthritide multos sanavit	536. P. 155	Alui adstrictioris cause	329
Acetum vbi suspectum	C. 163	Alvus cur duretcat	555
Aceti vis quomodo intendatur	C. 176	Amaurosis quid	131. 134. 116
Achores, eorumque causa	P. 83	Amblyopia quid	ibid.
Acopon Damocratis ad membra tabida	C. 248	Amauresis & Amblyopie distinctio	131
Acute febres, cur sic dictæ	F. 2	Amuletorum supersticio	160
Adstringentia frigida	363	Anacatharsis pleuritidis	193
calida	348	Anacolle mata quid	150. F. 43
Adstringentia asthmaticis non præscribenda	353	Anagoge quid	204
Adstringentium vsus in quo consistit	169	Anasarca	293 297
355		Anastomosis	505
Adstringentia febricitantibus non exhibenda	168	A ^o quæ quid	1
Adstringentia sanguinis sputum sedantia	199	A ^o quæ quid	25
Ægilops	P. 115	Anginæ species quatuor	156
Ægyptia Andromachi	C. 245	Anginæ signa & symptomata	157
Ægyptici vsus, vbi non est trochiscatus, & contra	540	Angina hyberna	158
Ægrippa pedum cruciatu aceto liberatus	C. 167	Angina quid: cause, remedia	153. 154. 156
Albucasis non reuelandum remedium	443	Anginorum duorum historia	156
		Anginæ suffocantis remedia	155
		Anginis omnibus quid commune	156
		Anginæ curatio	161
		Anguillæ sanguis	333
		Ani prolapsi restitutio	473 3. 0
		Ani	